Pertinet ad Conventum S. Mariae Gratiarum

Valliscursae

Paolo


Paulo

DISPVTATIONES
IN
ORGANVM ARISTOTELIS
QVIBVS AB ADVERSANTIBVS
tùm Veterum, tùm Recentiorum iaculis,
SCOTI Logica vindicatur,

A PP. BARTHOLOMÆO MASTRIO MELDVLENSI,
& BONAVENTVRA BELLVTO CATANENSI S.T.D.
& in Augusto S. Antonij Patauino Min. Conu. Collegio
olim Regentibus.

TERTIA IMPRESSIO.

AD EXCELLENTISSIMVM PRINCIPEM
D. GARCIAM DE AVELLANEDA,
& Haro, Comitem de Castrillo, vnum ex Cubicularijs, olim huius Regni Neapolitani meritissimum Proregem.



NEAP. Ex Officina Nouelli de Bonis Typograph. Archiep. 1664.
Superiorum licentia.

ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS.

DOMINO

DON GARCIA DE AVELLANEDA,

COMITI DE CASTRILLO.

VNI EX CVBICVLARIIS CVBICVLI
Suæ Catholicæ Maieſtatis, eiuſque Conſiliario
Conſilij Status, ac ſupremo Italiæ
Senatus Præſidi.

AVdaciæ reus fortaſsis exiſtam, Comes Excellentiſſime, quòd huic Dialecticæ tantum Patronum delegerim. Magna nomina, magnorum inſtar armorum, procera ſibi poſcunt corpora, quæ tegant, nec benè Sol ad

illuminandas cuiuslibet domunculæ tenebras, totus adſciſcitur. Sed obſeruantia, quam à me tua beneficia poſtulant, ab omnibus tua merita exigunt, locum fecit audaciæ. Et quidem Principes adhuc Viri minutiora dona gratantibus oculis accipiunt, cùm ingens obſequium tributi tenuitatem commendat. Gratiores accidiſſe Cyro ferunt pauculas aquæ guttulas, quas illi gregarius miles canis manibus obtulit, quàm pretioſiſsimas gemmas, quas à Primoribus excepit Exercitus. Nimirùm illæ guttulæ ſpeculi vice fungebantur, candidámque Militis fidem, Animique Puritatem Imperatori ſuo repræſentabant. Non igitur moleſtè feres quòd hoc, quale-

cun-

cunque tributum, tibi demùm ſiſtam; quādoquidem doni vtilitas nihil imminuit donationis affectum. De tuis laudibus hìc ſuperſedendum omninò cenſeo, quòd illę non laudatorem modò quemcunque, ſed omnem prorſùs obruāt Famam. Nouit Neapolis, nouit Italia, nouit Hiſpania quid tibi debeat. Tantùm orare libet Deum Opt. Max. vt ijs ſemper incrementis felicitatem tuam cumulet, quibus tu continentèr Orbis felicitari ſtudes.

AD LECTOREM.

PAucis te volo, benigniſſime Lector. Prodit tertiò in lucem hoc opus votis omnibus expetitum. Curauimus, vt in hac demùm impreſſione, purum purum reuiuiſceret, ab omnibus prorsùs mendis expurgatum. Habent hoc vel præſtantiſſimorum ingeniorum partus, vt è librariorum officinis emergant, tanquam aurum è terræ viſceribus, fœculenti nimirùm, ac ſordibus obuoluti. Iterùm igitur atque iterum excudendi, excutiendique, vt illos ab omnigenis maculis defæcatos Orbis aſpiciat. Id prò virili conati ſumus, & prò virili conabimur. Non enim Dialecticam tantùm, quam in præſenti damus, ſed & Phyſicam, & Metaphyſicam, & Libros de Anima, de Generatione, & Corruptione, de Cœlo, & Mundo, quos ijdem elucubrarunt Auctores habemus adhuc ſub prælo. Interim noſtris laboribus aliquam fauoris auram impertias, qui nouis ſemper conatibus alacriores aſſurgant. Vale.

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI

D. GARCIAE
DE
AVELLANEDA,
ET HARO;
COMITI DE CASTRILLO,
PROREGI
OLIM NEAPOLIS
MERITISSIMO.

ENCOMION.

Tanti ad laudes Principis
Nouas anima Fama tubas;
Nouas adopta Gloria buccinas:
Neapolis ad perniciem sæuientem infregit contagem;
Inuadentes littoribus Gallos fugauit, profligauit.

De-

Debacchabatur communem ad interitum efferata lues,
Mutuata vel ab Alecto face furiens insaniebat:
Vrbs magna Neapolis vnum exiguum videbatur sepulchrum,
Deerat locus tumulis, nec arbor sufficiebat ad ignes:
Tu & virtute,& prouidentia salus publica Æsculapius,
Serpentis nequaquam specie,
Morum sed simplicitate Columbam exprimens.
Excurrebat impudentissima naualis Gallorum Phalanx,
Euolabat ignitis contortis pilis claudus Mulciber:
Crederes adnare reuulsas Cycladas,
Altos concurrere montes:
Tui opposita Palladis Ægide,
Non obduruerunt hostes in lapides, sed alas induerunt ad fugam.
Contorsisti Clauam ensis,
Qui tibi palmarum messem vberrimam peperit semper.
Liberato in Cratere epinicia adhuc concinunt Syrenes,
Nullus ipsis Gallicus imposuit Vlysses.
Securus Hispanus regnet Iuppiter, ipse dicas,non Hercules,
Omnibus tui vnius virtute terra,marique pacatis.
Democraticorum nostro surgat PHILIPPO seges orbium,
Tu vnus vt sedeas ad gubernacula,ad tutamen.
Neant tibi Parcæ fila Nestorea,
Achillis robur Nestoris deuincis prudentiæ.
Tanto Domino,
P.Magister F.Hilarius de Rossis, Minorum Conuentualium,
In obsequij monimentum,
Posuit.

AD LECTOREM.

POST Physicam ordine inuerso (Amice Lector) Logicã accipe, superiori anno, vt polliciti fuimus, edenda erat, at distulit Gymnasiorum, ac Collegiorum in nostra Religione triẽnalis consueta permutatio, ignari .n. quò nos appelleret obedientia, aditionem suspendimus; nunc tãdem prodit Institutionibus præuijs pro Tyronibus, deinde quæstionibus contexta; in qua texenda Recentiores quosdam imitari non placuit proponentes in ipsius vestibulo quæstiones animasticas, & metaphysicas magis arduas de cognitione intellectiua, de entis vniuocatione, de natura communi, de principio indiuiduationis, & alijs consimilibus, quæ Logicæ cancellos transcendunt prorsus; sed monitum Platonis epist. 2. ad Dionis. & Porph. in lib. respons. præ oculis habuimus, docentium in disciplinis tradendis habendam esse rationem Auditorum, & Tyronibus alicuius artis alta misteria non esse proponenda. At neq; quosdam alios superstitiosiores sectari libuit, qui verentes, nè tot, ac tantarum copia rerum tenellum addiscentis ingeniolum terreatur, & obruatur, nudam, ac simplicissimam terminorum significationem ex Arist. contextu doceri volunt, vnde Logicam tradunt mutilã prorsus, & mancam. Nos igitur mediam selegimus methodum tradentes in Logica, quæ necessaria sunt ad alias superiores scientias, superflua, ac extranea omittendo, & ad propria loca differendo.

Mentem nostram in hoc opere, cui volumen hoc initium erit, in frõte tomi iam editi aperuimus, nempè in animo esse Philosophiam vniuersam in via Subtilium tradere ea methodo, & ordine, quo tradi modò solet à Recentioribus in cæteris Scholis, atq; pro viribus tueri ab eorum iaculis. Hinc nos perstringit parum vulgaris illa obtrectatio, qua sæpè solent Scriptores præsertim huius temporis à Zoilis impeti, quod nempè actum agant, quòd eadem transcribant, quod millies decantata repetant: quamuis enim eos carpere possit, qui Philosophiam in via D. Thomæ, aut Neothericorum conscribunt, tanta enim est eorum copia, vt posteriores vix aliquid noui proferre valeant; & adhuc magis illos, qui in Arist. textum, ac eius mentem indagandam impendunt operam, tot enim, ac tantos habuit interpretes, Græcos, Arabes, Latinos, vt nulla penè expositio cogitari possit, quam illi non attigerint; quid enim toties agitatũ in Peripatho, quàm humani animi immortalitas? sexcentum, & amplius de hac re extant Scriptores eosdem textus semper ponderantes, easdem difficultates afferentes, scilicet ex æternitate motus, & mundi deductas, & easdem ferè solutiones. At nos Philosophiã vniuersam in via Scoti conscribimus, ac in tàm ampla palestra frequentissimo Recentiorum agmini occurrimus, quod nemo nostrũ hactenus tentauit: plurimum quidem debet Subtilium Schola immortali memoriæ P. Philippi Fabri, qui solus, & omnium primus Recẽtiores Scoti Aduersarios, tàm in Philosophia, quã in Theologia stre-

nuè aggressus est. Verū estò in Theolog. materias ferè omnes iuxtà ordinē Sent. exactè pertractauerit, vt nil amplius Scotistis in ea facultate desiderandam videatur; in Philosophia tamen non cunctas attigit, sed præcipua quædam Theoremata discussit certa methodo non ad dictus, ac solum contra sui temporis Aduersarios Piccol. Mercen. Caiet. Iauel. Sotum, & alios perpaucos decertauit. At postea quot prodiere Authores numero ac subtilitate illis præcellentiores? Duo Collegia Conymbricense, & Complutense, Suarez, Ruuius, Hurtado, Arriaga, Aueisa, Amicus, Aresius, Morisanus, Masius, Pasqualigus, Ioannes de S. Thoma, & alij quàm plures, quos passim citatos reperies in hoc opere; His igitur occurrendum erat, ne sine obuio milite castra nostra inuaderet hostis; Vnde hoc saltim habebit noui, nimirum argumentorum suorum solutiones, ac inuentorum euersiones.

Nè conquераris autem si apertam illam hìc non habes, & obuiam P. Fabri in scribēdo facilitatem, cui Tyrones nostri assueti aliorum Scotistarum subtilitates fastidiunt. Scribendi occasio, quæ illum tàm facilem reddidit, nos aliquantum difficiles facit; rē enim habuit ille cum Thomistis, ac sæcularibus Philosophis, vt istis occurreret, non multa subtilitate, ac profunditate opus erat; vt cum illis differeret sufficiebant termini in Scholis Thomistarum ac Scotistarum consueti. At nos cum Neothericis differimus, qui non solùm nouas instituunt quæstiones, nouasque ac ingeniosa ingerunt difficultates, sed nouis etiam vtuntur terminis, & vt vno dicamus verbo, nouam prorsus inuehunt doctrinam, quæ tota Nominalismum sapit; Vnde in Logica negant relationes, in Philosophia indiuisibilia, in Metaphysica præcisiones obiectiuas, & naturas communes, quæ erant principia vtriq; Scholæ communia; cum ergo terminos, & principia peruertant, aliquam in scribendo difficultatem incurrere cogimur, quia, vt Arist docuit, nil difficilius, quàm contra negantes principia disputare.

Quàm verò vniuerso Orbi Litterario opus hoc necessarium esset, neminem latet, quis. n. non videt D. Thomæ Scholam multos ingredi, eo quia stratam ab initio sibi viam aspiciunt, totam nempè Philosophiam integrè, ac rectò ordine dispositam; & è contrà quamplures etiam doctrinæ Scoticæ addictos pedē referre, quia nullus eis offertur aditus, nullus ad eam patet ingressus; quia nullum habent philosophicum cursum certa methodo distributum, sed sparsas solum atq; solutas hinc inde quæstiones. Vt igitur in Scholam Subtilium omnibus pateat ingressus, neque tanta doctrina sit studiosis imperuia, opus hoc, estò viribus nostris impar, aggressi sumus quod tantæ Scholæ Sectatoribus libentissimè offerimus, & exhibemus, non quidem velut philosophicum cursum, cogimur .n. & numero Aduersariorum, & pondere obiectionum, et multitudine opinionum, et paucitate nostrorum, ad quos Lectorem remittamus, profusas, et vberes contexere disputationes; poterit tamen quisq; pro libito cursum ex his concinnare, si ex multis rationibus, quas semper in nostræ sententiæ confirmationem adducimus, vnam, vel alteram potiorem, ex pluribus item aduersus eam obiectionibus, quas ferè singulas referimus, & dissoluimus, ne iaculum quidem vnum declinare videamur, vrgentiores elegerit.

Quia

Quia verò nonnulli non satis charitate imbuti Scoticam doctrinam calumniātes vbiq; deuiam, periculosam, atq; suspectam prædicant, & conclamant, & veluti veneno refertam omnibus persuadere conantur, eius indemnitati consulere cupientes, vt tanti Doctoris discipulos decet, varias eiusdē approbationes, ac elogia ex testimonijs fide dignis hinc inde Adm. R.P. Octauiano Camerano Rauennate nostri Ordinis Doctori Theologo olim in alma Vniuersitate Cæsarea Viennensi Sacræ Theologiæ professore, & D'uæ mem. Ferdinandi II. Romanorum Imperatoris Consiliario collecta in totius Operis fronte placuit affigere, vt eius sinceritas, ac soliditate vniuerso eniteat orbi, ac à tam ingenti calumnia vindicetur. Hoc autem iterum, atq; iterum à te rogamus, amice Lector, vt cum in hoc tomo, ac cæteris in aliquem impingis locum perplexum, & subobscurum, ac fortè interdum sibi repugnantem, ne terrearis, sed statim ad errorum indicem recurras, & cum Zoilis in nos ringere, illud Martialis pro nobis obijcias.

Cum tua non edas, carpis mea carmina, Læli.
Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

DOCTRINA SCOTICA

Cælitus, & humanitùs approbata, commendata.

IOANNES Dunsius Scotus dum adhuc puerulus litteris incumberet, vt qui ab incunabulis omne in Sacratissimam Virginem Dei Genitricem obsequium vouerat, fertur aliquando vehementius eam orasse, vt intelle-ctum illuminare, vegetioremq; reddere dignaretur, cui mox somno correpto Deipara dignanter apparet, scientiarum copiam, & ingens in eisdem addiscendis, & exprimendis acumen pollicetur; gratias ille gaudens agit expergefactus Virginea apparitione lætabundus, studia prosequitur, & Dei Matris beneficio illustratum sibi experitur intellectum. P. Cauellus in vita Scoti cap. 1. Vvandingus tom. 3. annal. Relig. in vita eiusdem:

Parisijs Ioan: Dunsio Scoto pro Immaculato Conceptu Deiparæ à Labe originali propugnaturo, atq; enixius deprecanti, repetēntiq; Vers. *Dignare me laudare te Virgo sacrata, da mihi virtutē contra hostes tuos*; Diuæ Virginis imago marmorea caput inclinauit, eoq; miraculo victoriā benignè pollicitā est, atque in eā formam, ad hæc vsq; tempora sacram Imaginem perstare Parisijs testantur, ex Ferchio nostro in vita Scoti cap. 5. Ioannes Pineda Societ. Iesu in aduertentijs D. Ioan. Regis Aragon. pro Immacul. Concept. Gregor. Ruis ante Comment. in 4. Ioan. de Manganellis in 1. sent. Chrystoph. Moren. de purit. Virg. cap. 4. fol. 273. Ioann: Baptista Lezaua Carmelita in Apolog. pro immacul. Concept.

In Reuelationibus Beati Patris Amadæi Angelus eidem testatus est Ioa: Dunsium Scotum ab Regina Angelorum dilectum multum, cum primus gladium suum exemerit pro immaculata eiusdem Virg. Mariæ Concept. Eumq; monuit, vt in difficultatibus de Augustissimo Altaris Sacramento Scoti doctrinam consuleret, sic ex eodem Ferchio loco citato, Ludouicus de Manganellis à Pola in vita Dunsij, Dempster in Menologio Scot. 4. Nou.

Bessarion Cardinalis in Conc. Florent. ad conciliandos Latinis Græcos ipsissimam Scoti doctrinam vsurpauit in 1. d. 11. q. 1. An Spiritus sanctus procedat à Patre, & Filio. Sic in orat. pro Vnione tom. 4. Conc.

Stanislaus Osius Cardinalis vnius Scoti authoritate, ex quol. 20. totam Ecclesiæ Catholicæ sententiam de Missæ efficacitate corroborat contra Brentium Hæresiarcham lib. 2. de Legitimis Iudicibus rerum Ecclesiast. c. 221. quamuis, inquit, multi sint, qui tractent quæst. hanc, vtrum Sacerdotis mali Missa tantundem valeat, quantum boni (tractant. n. eā Thom. de Aquino, & eius præceptor Albertus, Bonauent. Ioa: Gerson, Gabriel Biel, & alij non-

nonnulli) nos tamen, vel vnius Ioannis Scoti testimonio contenti erimus, &c.

Iacobinus Bargius iussu Patrum Conc. Trid. vnam ad Scoti mentem cōposuit quæstionem, quam in 1. d. 17. q. 1. & 2. asserit à Sacrosāctà Synodo approbatam, & iuxta Scoti placita definitam, Spiritu Sancto, qui Scotum illustrauerat, illustrante vniuersos Patres.

Ioannes de Ragusio Dominicanus Orat. in Conc. Basiliensi habita de Communione sub vtraque specie (& refertur à Canisio antiquæ Lectionis tom. 3 par. 2. car. 103) ait, Item Scotus, qui præ altitudine, & subtilitate doctrinæ antonomasticè nomē Doctoris Subtilis obtinuit, in 4 d. 8. q. 3. Vtrum Sacramentum à non ieiunis possit recipi. &c.

Extat decretum Sacræ Congreg. Cardinalium ante annum 1610 circiter sancitum quo præcipitur doctrinarum, aut librorum Censoribus, vt quicquid Scoti esse constaret, intactum, inuiolatumque admitteretur, P. Cauel. in vita Scoti c. 5. & Vvandingus tom 3. Annal. Relig. in vita eiusdem.

Antonius de Fantis Taruisinus Medicus in epist. dedicat. Scotici Repertorij, quod mare magnum appellatur, de Scoto loquens, inquit, quis in Dialecticis argumentationibus acutior? quis in peripathetica Philosophia profundior? quis in sacris enodandis Misterijs vigilantior? cuius rei singulare indicium est irrefragabilis vbique ipsius adeò ventilata subtilitas, & celebrata sapientia, vt cum plurima excellentium Virorum volumina in publicis Concilijs dearticulata fuerint, eorumque articuli sub excommunicationis nota fuerint promulgati, candidissima Doctoris volumina absque vlla erroris caligine hunc vsque in diem inuiolata permanserunt. Et in epist. ad Lectorem; Quem vnum (*Scotum*) inter Sacræ Theologiæ professores, vt inter Euangelistas de B. Ioanne in confesso est, aquilam, aut alterā mundi phœnicem iure nuncupauerim, illius siquidem opera si paulò accuratius introspiciamus eadem cum aliorum operibus Theologorum conferentes, non humano quidem ab ingenio, sed vel angelico, planèque diuino, vel potius à cælesti quodam numine profecta, & excogitata fuisse intelligemus.

Doctoris subtilis Opera inoffenso decurrenda pede, sicut de Hilarij libris scripsit ad Lætam Hieronymus, testatur etiam Antonius Posseuinus Societ. Iesu in suo apparatu, vbi de Scoto loquens ait; In scripturis diuinis, ac in Philosophia Arist. adeò præstitit, vt in disputationibus palmam cæteris præriperet, atque ob id Doctor subtilis fuerit appellatus; & infra, cuius doctrinæ graue illud testimonium extat, quòd eius Libri absque vllo erroris nævo vsque in hanc diem 300. circiter annos in Oecomenicis Concilijs inuiolati permanserint; & rursus, Haud mirum fuerit, ait, si ingenium Doctoris subtilis modestia, & charitate præditum altissimos sensus eruere potuerit ad veritatem indagandam, nunquam enim suam sententiam profert in aliorum iniuriam, vel depressionem, quin quorum errores conuellit, aut opiniones discutit, adeò id modestè, & plerumque suppresso nomine

ficit, vt christiano pectore hausisse à Domino sapientiam conijci possit.

Thomas de Vio Cardinalis Caietanus Ord. Præd. in Comm. 1. q. 14. art. 9. rarum (quod nec à sequacibus addictissimis) profundissimæ Scoti doctrinæ profert Encomium. Dum enim solutiones parare nititur ad argumenta Scoti, quibus oppugnatur, Deum certò scire futura contingentia ex coexistentia actuali futurorū in æternitate; liber suo genio cōfitetur, postquā neminē ex Thomistis rem acu tetigisse viderit, post quindicennalē sibi irritā speculationem, tandem opus fuisse è cælo elapsa responsa Scoti obiectionibus opponere; Id, quod an etiam fuerit assecutus, iudices sint ipsimet Thomistæ, atque Neotherici Theologi.

Sixtus Senensis Ord. Præd. tom. 1. lib. 4. Bibliot. fol. 285. habet Ioan: Dunsuis Vir admirandæ eruditionis, subtilitate præditus.

Alfonsus Ciaconus Ord. Præd. in vita Clem. V. Ioannes Scotus in diuinis scripturis, & Philosophia Peripathetica versatissimus ob ingenij acumen, & rerū abditissimarū accuratissimas interpretationes Doct. subtilis vocatus.

Cardinalis Bellarminus Societ. Iesu de Scriptoribus Ecclesiast. Ioan. Duns Ord. Min. Vir fuit acutissimo ingenio præditus.

Ferdinādus Salazar Societ. Iesu lib. de Immacul. Concept. c. 13. longè alia est subtiliss. Doct. Scoti mens, qui quemadmodum omnib. Theol. immacul. Concept. propagandæ Auctor extitit, ita nihil prætermisit, quod in hac re ad maior. Virg. gloriam facere posset; & c. 42. Ioan: Duns Scotus præcipuus, & maximè puræ Concept. vindex, qui tantā huic doctrinæ sua authoritate fidem comparauit, quantam nullus alius ante, vel post ipsum.

Iacobus Breullius Ord. S. Benedicti Antiq. Paris. lib. 2. c. 704. Quidam, inquit, cognomento à patria sua sumpto Scotus vocatus, & Doctor Subtilis, cuius memoria nunquam est peritura, præsertim inter Scolasticæ sapientiæ professores ob eruditionem, quam scriptis suis inseruit, Hæreticorum impietati retundendæ opportunam, &c.

Vniuersalis hist. in 6. ætate fol. 321. Ioan. Scot. Ord. Min. Theol. subtilissimus anno Domini 1300. vel circa velut alter Apollo floruit; & præ cæteris Theologis subtilissima quædam opera edidit.

S. Anton. Ord. Præd. 3. p. tit. 34. §. 2. c. 8. Anno. 1300. claruit Frater Ioannes Scotus, qui scripsit super Sent. multa subtilia, vnde, & dicitur Doct. subtilis.

Sabellicus lib. 7. c. 4. Prædicari audio Ioann: Scotum, quo nemo subtilius diuinas tractauit literas.

Tritem Scriptor. de Eccles. de Scoto loquens, inquit. Vir in diuinis scripturis studiosus, & eruditus, & in philos. Arist. doctissimus, & adeò profundus, vt eius scripta paucis sint penetrabilia.

Hector Boet. lib. 15. hist. Scot. Ioan. Duns Scotus sub B. Francisci instituto sanctissimo tantæ eruditionis Theol. vt eius ingenio illud sæculum censeri possit indignum.

Vola

Volaterranus in Antropol. Per id tempus Ioan Scoti vniuersitatem Parisi: magnopere illustrauit.

Io: Lesleus Episc. Rossen. lib. 7. suæ hist. pag. 250. Ioan: Scot. fuit ingenij acumine, iudicij vi, doctrinæ cognitione adeo pollés, vt Theol. illam recōditioré, quā Scholasticā vocant, multis subtilitatibus exquisitis felicissimè auxerit, in quibus quod multa, quæ in obscu o posita latebāt, à tenebris acerrima ingenij perspicientia eruerit, qui eius viam, ac doctrinā auidiùs cōsectātur, imò qui quæstionis alicuius intimā rationem ad viuum resecant, ac subtiliùs perscrutantur, Scotistæ summa tanti ingenij laude vocātur; quasi nihil aut tanta difficultate inter septum, aut tàm densa caligine inuolutum, quod Scoti ingenium non potuerit penitus inspicere, ac clarè aperire.

Antonius Contarenus Venetianor. Patriarcha, Dalmatiæq; Prim. in epist. ad Ant. de Fantis; Scot. omnium Philosop. ac Theol. acutissimum appellat.

Christoph. Marcellus Archiep. Corcyrensis eidem Antonio scribens, ait, Laudatissimum, ac extra omnis æquiparationis aleam positum *Io*: Scot. ingenium non opus est modò, vt laudibus extollamus, sed doctrinæ illius cultores assiduos commendemus.

Hieronym. Magnanus Episc. Buduensis eidem Anton. Inter fidos, inquit, arcanor. diuinor. interpretes Io: Duns Scot. nuncupatus nequaquam postremas obtinet partes, si aquilinum intuitum, si digestum studiū obseruemus.

Georgius Ragusæius in disp. 2. peripat. c. 7. ait, *D*um Iuuenis philos. studerem, atq; potissimum doctrinæ Scoticæ operam diligenter nauarem, quò me aptius in subtilioribus disputationibus, quibus semper mirificè sū delectatus, exercerem, Scoti semper opinionem tàm in priuatis exercitationibus, quàm in publicis congressibus sum secutus.

Anton. Roccus in præfat. ad lib. phys. ait, Nec alia de causa hunc (Scotū) potius quàm alios Doct. sequi decreui, nisi quia ipsius doctrina, sicut alijs subtilitate præcellit, sic magis peripathetica, firmaque prout scio redolet veritate

*C*ompendium temporum Rioche lib. 4. p. 84. Io: Duns Scot. Ord. Min. vir omni scientia profundus, & peritus, vnde Doctor subtilis nuncupatus.

Leonardus Lessius Societ. Iesu in cēsura scripti Oxoniensis nouiter recogniti, & Scholijs exornati à P. *C*auell. ait, Nemo est, qui nesciat Scot esse cotem ingeniorum, & limam subtilioris Theologiæ, ac Philosophiæ, quæ in Scholis, & eruditis disputationibus maxime triumphare consueuit.

Iacobus Philipp. Bergomensis in Supplem. Chron. Io: Duns cognomento Scotus Ord. Min. Theolog. subtilissimus per hoc tempus velut alter Apollo floruit, & præ cæteris Theologis subtilissima edidit.

Gregorius Pomus aureus in epist. ante commen. quem in I. Scot. concinnauit, inquit, Scoti ingenium sine exemplo maximum fontem ingeniorum

 appel-

appello, in quo hoc præcipuum, quòd neq; ante illum, quem ille imitaretur, neq; post illum, qui illum imitari posset, inuentus sit; & rursus; Si ab Scholis auferas peculiares Scoti opiniones, reliquum est, vt ipsius planè disserendi vsus, & occasio langueat.

Paschalinus Regiselmus Venetus in præfat. ad Repertor. Scoti à P. Magistro Hieronymo de Ferrarijs Ord. Præd. accuratè concinnatum, inquit, Hic (Hieronymus) licèt ex eorum grege fuerit, qui sancitos à Diuo Dominico Canones seruare spontè deliberant, tamen sibi videndum censuit, quid venusti afferrent, quid fructuum producerent fœcundi, ameniique horti fœlicium arborum excellarum contemplationum in agro Ecclesiæ satarum à Ioanne Scoto; & infra, Cui namq; Scoti nomen ignotum est, & quàm difficile sit illi insitum acumen, & innatam subtilitatem extorquere? etenim facilius quiuis è manibus Herculis clauam excusserit.

Scaliger exercit. 324. alacrè Scoti ingenium (quem limam veritatis appellat) Aristotelico æquiparat.

Cardanus de subtilitate lib. 16. Humanorum ingeniorum apices enumerans Ioannem Scotum peculiariter commemorat, qui Subtilis Doctoris, nomen, inquit, ob doctrinam parque vbiq; acumen meritò meruit; & infra, Nec est vnus genus subtilitatis in quo Authores celebrantur, sed plura; Aristoteles ab ingenio, cuius Æmuli Theophrastus, & Scotus.

Ioannes Pitseus Decanus Liuerduni in Lotharingia de rebus Anglicis p. 3.q 1. Scotus ingenio ad litteras planè facto, & ad miraculum subtili, atq; acuto, vt non tàm hominem acie mentis stupendum, quàm inter Philosophos quendam dixeris Deum. & paulò post, Nihil tam occultũ & abstrusum, quod perspicax eius ingenium non penetrauerit, & è tenebris eruerit, nil deniq; tàm nodosum, quod ille quasi quidam Oedipus non dissoluerit.

His igitur de causis celebriores Orbis Vniuersitates doctrinam Scoti profitentur, ac in tanti Doctoris venerationem floret in singulis Cathedra eius doctrinæ destinata in Bononiensi, Patauina, Romana, Perusina, Papiensi, Pisana, Tauriensi, Ferrariensi, & extra Italiam in Complutensi, Salmanticensi, Conimbricensi, Viennensi, & alijs; de Parisiensi omnium Principe quid dicemus? Antonius Cucharus Episc. Acerenensis in Elucidar Virg. p. 2. asserit, Authore Scoto Vniuersitatem Parisiensem decreto sanciuisse Festum Immaculatę Conceptionis, ad quod solemniter celebrandum quotannis se obstrinxerit, Episcopo Missę sacrificium offerente, & vno ex Magistris concionem habente; quę festiuitas dum in diem Dominicum incidit, in Conuentu Prædicatorum, alijs temporibus in Conuentu Minorum habetur: confirmat P. Petrus Oveda Soc. Iesu in sua informatione pro defensione Immacul. Concept. fol. 61. ex Pelbarto lib. 4. Stellar. p. 1. art. 5.

Idcircò mirum non est, nocte Christi Domini Natali Sacratissima Seruatorem nostrum Iesum sub specie paruuli Ioan. Dunsio Scoto apparuisse, seq;

eiusdem

eiusdem oculis, osculis, & amplexibus attrectandum peramanter obtulisse; vt referunt ex P. Ferchio in vita Scoti c. 5. Philip. de Sosa in Chron. Min. lib. 3. p. 2. c. 7. Ioann. à Fola in 1. sent. Paulin. Berti Ord. S. Aug. in vita Scoti ante 4. lib. sent. Greg. Ruis in epist. ante Comment. in 4. sent. Scoti, Antonius Cucharus Episc. Acernensis in elucidar. Virg. p. 2. Christoph. Moren. de puritate Virg. c. 4. §. vlt. Sic vtique postulabat obsequentissimus amor, quo erga Christi Matrem flagrabat, ac ipsum Dominum Iesum, in cuius etiam laudibus omnes excessit Doctores, vt constat ex his, quæ de Sanctissima eius anima docet in 3. d. 13. & 14. vbi præter communem defendit, summã gratiam possibilem etiam de potentia absoluta fuisse illi collatam. Intellectum eius videre quæcunque Verbum videt, ac voluntatem summa fruitione gaudere, quę quia sunt difficilis probationis, ac præter communem viã, se doctor excusat deuotissimis illis Verbis, d. 13. cit. q. 2. litt. H. *In commendando Christum malo excedere, quam deficere à laude sibi debita, si propter ignorantiam oportet in alterum incidere*; quibus exprimit singulare in Christum obsequium, ob quod ait se libentius ignorantis nota inuri velle, quàm indeuoti. Ex quo tandem infertur Doctrinam Scoticam deuotione non minus, quàm subtilitate esse refertam.

INDEX TRACTATVVM

Et Capitum Institutionum Logicalium.

P A R S. P R I M A.

De attinentibus ad formam Syllogismi.

Tract.

PARS SECVNDA, DE ATTINENTIBVS ad materiam syllogismi.

IN-

INDEX DVBITATIONVM,

Quæ in Institut. Logic. soluuntur.

Dub.

INDEX DISPVTATIONVM,

& Art. in hoc opere contentorum.

Quæst

I N D E X.

Art.

Art. 3.

INDEX RERVM
NOTABILIVM.

Numerus paginam significat, A, priorem, B, posteriorem columnam significat, C, præfactionem Disput.

Apti-

Non

Opera

let

Q

b Re-

R

Repu-

oppo-

F I N I S.

Adm.R.P.Magiſtri Anthæi Saxij à S.Ioanne Ord.Minor. Conu. in Archigymnaſij Bonon. Diuinæ Philoſophię Profeſſoris.

PRodeant fælici omine ac huius ſcripturientis Sæculi emolumentum nunquam interituræ hæ lucubrationes Logicæ. Peripatum totum, vniuerſa Subtilium Schola Orbi litterario acceſſionem tantam meritò gratuletur, atque Poſteritati ingeniorum ad hæc vſque tempora intentatum Opus Doctrinæ profunditate, difficultatum pondere refertum demandaſſe congaudeat. Non aliò, quàm in hoc feraci Subtilitatum campo Inſtitutionum Dialecticarum præcepta ſuccintiſſima breuitate colligere ſe poſſe credant Rudiores, & qui aliquot in Logicorum Licæo ſpatia peragrarunt, præterquam hac fæliciſſima Diſputationum vbertate in penitiora duci arcana, haud valere deſperent. Plura mens congeſta iubet, aſt hęc pauca pro veritate toti terrarum Vniuerſitati atteſtata ſufficiant.

Datum Bononię die 20. Iunij. Anno à partu Virginis 1638.

Frater Anthæus Saxius qui ſupra.

Adm.R.P.Magiſtri Modeſti Gauatij Ferrarienſis Ordin.Minor.Conu.in Collegij Bononienſis Regentis.

OPus *inſcriptum*, Diſputationes in Organum Ariſt. *ab Adm. RR.PP.Magiſtris Bartholomęo Maſtrio de Meldula, & Bonauentura Belluto à Catana, lucubratum ex commiſſione Reuer.* P.*Miniſtri Generalis percurri, & perluſtraui; quod planè dignum cenſeo, nedũ vt typis tradatur, velut ortodoxa in fide ſolidatum, ac Scotica ſubtilitate refertum, verùm cui totus pręſertim Seraphicus Orbis gratuletur, blandiatur, & manibus det lilia plenis: in eo namque vt bini generoſi equi Scoticis loris gubernati Dunſiam trahentes* Bigam *in Olympico* lit-

terarum stadio certam Scotistis pollicentur palmam, & insignem de hoste victoriam; non.n. vnum, vel alterum, vt moris est, pro nostra sententia iaciunt fundamentum; non vnum, vel alterum telum in contrariam torquent, & perpauca Aduersariorum iacula repellunt; sed Briarei instar centum clypeis castra nostra tuentur, centum hastilibus aduersarios adoriuntur. In aeternum viuat tantum Opus, & eius Auctores ad Noeticos annos in nostrae Religionis decorem, & profectum.

Dat. Bagnacaballi die 29. Augusti 1638.

Frater Modestus Gauatius qui supra.

OPus, *cuius titulus est*, Disputationes in Organum Arist. *elaboratum à PP. Magistris Bartholomaeo Mastrio de Meldula, & Bonauentura Belluto de Catana, Collegij Conuentus nostri Patauini Regentibus, & examini, censuraque* PP. *Magistrorum* Anthai *Saxij à S. Ioanne Archigymnasij* Bonon. *Metaphysici publici, &* Modesti *Gauatij à Ferraria Collegij Conuentus nostri Bononiensis Regentis commissum, & ab eisdem approbatum, vt typis detur, per praesentes licentiam concedimus.*

Dat. *Bononiae die 3. Septembris 1638.*

Frater Io. Baptista Lacinensis Minister Generalis Min. Con.

Locus * Sigilli.

F. Ioannes Donatus à Spinazeola Secr. Ord.

Facultas

Facultas Ecclesiastica.

D*E ordine Eminentissimi fuit dictum, quod reuideatur per* Patrem *Franciscum Acerbum Iesuitam, & in scriptis referat eidem Eminentissimo. Die* 17. *Septembris* 1659.

Horatius Maltacea Vic. Gen. Neap.

Can. D. Matthaeus Renzi S.T.D. & S. Off. Cons.

Eminentissime Princeps.

Librum hunc recognoui, aliàs typis excussum; & nunc iterum imprimi cum laude posse censeo.

Franciscus Acerbus Societatis Iesu.

In Congregatione habita coram Eminentissimo Domino Cardinali Philamarino Archiepiscopo Neapolitano, sub die 3. *Octobris* 1659. *fuit dictum, quod stante reuisione supradicti Reuisoris, Reimprimatur.*

Horatius Maltacea Vic. Gen. Neap.

Canonicus D. Matthaeus Renzi S.T.D. & Sancti Officij Consultor.

Fa-

Facultas Regia.

Excellentissime Domine.

DIsputationes in Organum Aristotelis legi Auctoribus PP. Bartholomæo Mastrio, & Bonauentura Belluto. Nihilq; in ijs contra Regiam iurisdictionem, regimenue politicum inueni, quare eas typis imprimi posse censeo. In Collegio Sancti Francisci Xauerij 3. Nouemb. 1659.

Carolus Florillus Societatis Iesu.

Visa supradicta relatione imprimatur, verùm ante publicationem obseruetur Regia Pragmatica.

Zufia Reg. Mulettula Reg. Miroballus Reg.

Prouisum per S.E. Neap. die 8. Octobris 1659. Maggius.

Per Reuerendum Patrem Fratrem Philippum Ruffo à Monteleone suis sumptibus ad commune beneficium, & ad laudem Omnipotentis Dei, & Immaculatæ Mariæ Virginis sine Labe Originali conceptæ suæ Religionis Protectricis: iterum impressum Anno à Partu Virginis 1660.

PROLOGVS

PROLOGVS

Ad Institutiones Dialecticas.

LAudabilis admodũ est, & ab omnibus modo recepta cõsuetudo ad Logicã quæstionibus contextã præmittere Dialecticas Institutiones, quæ breuiter cõplectũtur ea omnia, quæ fusè tradunt Sũmulistæ, & Arist. in suo Organo, vnde inseruiũt veluti sũma textus totius Logicæ, & introductio ad ipsã quæstionibus cõtextã. Ne igitur à tã vtili recedamus consuetudine, Institutiones logicales, nos quoq; pro Tyronibus præmittimus, antequã difficiliores quæstiones pro prouectioribus pertractemus. Quia verò subiectũ adæquatum præsertim in Arist. logica est syllogismus, vt in quæst. proæm. dicemus, cũ hic considerari possit quantũ ad formã syllogisticã, & quãtũ ad materiã, in qua cõficitur, quæ dic: solet circa quã, hinc fit, vt in duas præcipuas partes diuidãtur huiusmodi dialecticæ Institutiones; Prima pars Institutionũ ea omnia continebit, quæ ad formã syllogismi spectant, vt sũt termini, propositiones, ac recta earũ dispositio in modo, & in figura; Altera pars ex ijs constabit, quæ pertinent ad materiã circa quam, quæ triplex est, necessaria, probabilis, & apparens, vt ibi explicabitur.

DIALECTICARVM INSTITVTIONVM, PARS PRIOR.

De attinentibus ad formam syllogismi.

TRIA sunt, quæ spectant ad formam syllogismi, vt dicebamus, secundũ se, & simpliciter consideratũ, vt abstrahit ab hac, & illa determinata materia, in qua cõfici potest, termini simplices, propositiones, & earũ recta dispositio in modo, & figura; Termini sũt principia remota Syllogismũ integrãtia; Propositiones sunt principia proxima, & recta dispositio in modo, & in figura est ipsamet forma artificiosa syllogismi, hinc pars ista prior dialecticarũ Institutionũ in tres subdiuiditur tractatus, in primo agemus de Terminis principijs syllogismi remotis, In secũdo de Propositionibus principijs eiusdẽ proximis: In tertio demum de

A ipsa-

ipsamet forma syllogistica, respectu cuius etiam ipsi termini, & propositiones solent dici materia ex qua, licet absolutè loquendo ad formam syllogismi dicantur attinere, vt hæc distinguitur à materia circa quam.

TRACTATVS PRIMVS. De terminis, & eorum affectionibus.

Caput Primum.

Quid, & quotuplex sit Terminus in communi.

QVoad primam Arist. 1. Prior cap. 1. definit, *Terminum esse illum, in quem resoluitur propositio, vt prædicatum, & de quo prædicatur*; pro cuius definitionis declaratione aduertit Tataret. ibidem q. 1. §. *Sciendum est tertio*, terminū sumi posse dupliciter, vel i lata significatione indifferenter .s pro subiecto, prædicato, & copula propositionis, aut determinatione alicuius illorum, vt idē sonat, quod dictio apud Grāmaticos, quo sēsu est genus ad nomē, verbū, aduerbia, & reliquas orationis partes, & hoc modo copula verbalis, signa vniuersalia, & particularia, vt omnis, nullus, aliquis &c. & adiectiua adiectiuè tenta sunt termini, immò breuiter omne illud, ex quo cōstituitur propositio, terminus dici potest in hoc sensu. Alio modo sumi potest in significatione magis propria attendendo vim vocabuli, quod importat vltimum, & extremum alicuius rei pro extremitatibus terminantibus propositionem .s pro subiecto, & prædicato; & sic sumit Arist. terminum loco citato, ac omnes Summulistæ, dum eum definiunt *esse extremum propositionis*, quam definitionē recipiunt Recentiores passim Villapand. lib. 1. sum. cap. 1. Tolet. cap. 10. Fonsec. lib. 6. cap. 9. Hurtad. disp. 1. sum. sec. 2. vbi priorē termini acceptionem tenuit: quam tamen omnes alij agnoscunt, Blanch. lib. 2. disp. 1. sect. 1. Casil. lib. 2 tract. 1. cap. 1. Fuentes p. 1. summul q. vnica, differ. 1. Complut. lib. 1. cap. 2. Arriag. disp. 1. sum. sec. 1.

Has autem termini propriè sumpti definitiones ità explicat Tatar. vt sensus sit terminum esse id, in quod tanquam in extremum propositio cathegorica est immediatè resolubilis mediante copula, & verbali, & dicitur *immediatè*, ad remouendum in literas, & syllabas, quia licet propositio resoluatur in literas, & syllabas, non tamen immediatè, & ideò literæ, & syllabæ non dicuntur termini, etiam licet propositio hypotetica resoluatur in terminos mediatè, non tamen immediatè, sed resoluitur immediatè in propositiones simplices, ex quibus componitur; posset tamen absq, scrupulo, etiam propositio simplex appellari terminus, quādo in hypothetica tenet locum subiecti, vt notat Arriag: Nec obest illam etiam cōstare terminis, nam benè potest id, quod in se est quasi totum, esse pars respectu alterius totius: vt patet in physicis de corpore respectu totius hominis, & in alijs multis, vt discurrenti cōstabit. Et iuxta hāc secundam termini acceptionem copula verbalis, seu verbum, vt verbum, rationem termini nequit habe-

re,tũ quia copula nõ est extremũ propositionis, sed ratio cõiũgẽdi extrema; tũ quia in eã propositio resolui nõ potest,cũ enim sit formalis, & expressa extremorũ vnio,facta eorum dissolutione manere nõ potest;tũ demũ,quia Arist.in allata termini definitione meminit solũ prædicati,& subiecti, & licet in propositione de secũdo adiacẽte,qualis est ista *Petrus currit*, ly *currit* videatur fungi munere prædicati, re tamẽ vera nõ tatũ habet rationẽ prædicati, sed etiã habet vim copulę,cũ faciat hũc sẽsũ *Petrus est currens*;vnde licet vt gerit vices prędicati,sit terminus, nõ tamẽ vt gerit vices copulę. Et si dicas in hac propositione *currere est moueri* ly *moueri*, quod est verbũ,habere tãtũ rationẽ prędicati, sicut ly *currere* subiecti,atq;itã vt verba habere rationẽ termini. Resp. currere, & moueri esse verba tantum grammaticaliter,at apud logicum ęquiualẽt nominibus *cursus*, *& motus*, vnde apud logicũ idẽ est dicere currere est moueri, ac cursus est motus,vt ait Ant.And.

Dubiũ tamen est de aduerbijs,cõiunctionibus, signis quantitatis, vt omnis, aliquis,&c.casibus obliquis,& similibus, an rationẽ termini subire possint etiam in secunda acceptione: Affirmãt aliqui, eo quia in propositione possunt habere locũ prædicati, & subiecti, vt si dicatur *Petrus est aliquis*, *omnis est terminus sincategorematicus*,*præter est aduerbium*, *& est cõiunctio*,& sic de alijs.Imò Fuent. cit.hac ratione tenet etiã voces non significatiuas esse terminos,nam dicimus *Blitri nihil significat*; Quin etiã Arriag. ob id addit litteras ipsas esse terminos, quãdo solæ accipiũtur,nã dicimus A est littera. Verùm probabilius alij negant, quia aduerbia,coniunctiones, & alia id genus nunquam ratione sui, & formaliter sumpta fungi possunt munere subiecti,& prædicati, vnde in allatis propositionibus semper aliquod substantiuum subintelligitur,in cuius virtute fũgitur illa officio subiecti,& prędicati,vt in illa propositione *Petrus est aliquis*,à parte prædicati subintelligitur homo,& sensus est *Petrus est aliquis homo*, & in alijs à parte subiecti subintelligitur vox, vel quid simile,vt idem plane sit dicere *omnis est terminus sincategorematicus*, ac dicere *hæc vox omnis est terminus sincategorematicus*, & sic de alijs, quod eo,vel maximè de vocibus non significatiuis dicendum est;Quod si oppositam opinionem sequi velimus, tunc cum Tatar.quem seq.Arriaga,tract.1.com.3. ad 1.dicendum est ad hoc, vt aliquid sit subiectum in propositione sufficere, vt sit vox significatiua naturaliter communiter, idest vt possit repræsentare seipsam, quod est significare largè.

Sed adhuc dubi est de nominibus ipsis substantiuis solitariè sũptis, & extra propositionẽ,possint ne dici termini, nã Arist.definitio allata uidetur illis cõpetere solũ,quãdo sũt in propositione. Verũ nõ ita rigorosè intelligẽda est illa definitio,nã vt aliqua dictio dicatur terminus nõ est sẽper necesse,quod actu fungatur munere subiecti & prædicati, sed sufficit aptitudo,vt ad tale munus possit assumi,& nõ eã habeat repugnãtiã, quæ reperitur in aduerbijs,cõiũctionibus,& similibus;nomẽ substãtiuũ extra propositionẽ dicetur terminus nõ in eo sensu, quod actu extra illam exerceat officium termini, sed quia intra illam fungi potest hoc munere,vnde dicatur terminus non actu, sed potentia;nec aliud probãt Complut. cit. oppositum sustinentes.

Quoad alteram quęsiti partem Terminus vniuersim sumptus diuiditur in mentalem,vocalem,& scriptum. vt notat Tatar. tract. 7. de suppositionibus com.1.§. *Secundo sciendum*, quæ diuisio sumitur ex triplici propositionum genere,hęc enim propositio *homo est animal* si fiat mẽte,dicitur mẽtalis,si vo-

ctè, vocalis, si scripto dicitur scripta. terminus ergo dicitur mētalis, vocalis, vel scriptu, prout subiectum. vel prædicatū propositionis est mētale vocale, vel scriptū. Terminus mētalis, cū sit ipsius rei cognitio, diuiditur adhuc in vltimatū, & nō vltimatū, vltimatus est cōceptus, seu cognitio rei significatæ per vocem aliquā, vel scripturā, vt cū audita voce *homo* illud percipimus animal, quod est rationale: nō vltimatus est conceptus ipsius vocis, vel scripturæ significātis nō vltra se extēdens ad rē significatā; & ideò dicitur non vltimatus, sic Grecus audiēs vocē *homo* format cōceptū nō vltimatū, quia cū sit ignarus significationis vocabulorū latinorū, cōcipit solūmodo vocis sōnū, nō autē rē per illā vocē significatā, .f. hominem. Porrò licet logica, proximè versetur circa terminos mentales: & vocales, non nisi ratione mētaliū attendat, quia tamē termini vocales sūt clariores, & per eos innotescūt mentales frequentius agit logicus de terminis vocalibus, atq; ideo nos etiā deinceps de istis agemus, ac eorum diuisiones explicabimus.

CAPVT III.

De terminorum multiplicitate ratione significationis.

EX varijs capitibus solent termini multiplicari, & variæ eorum diuisiones assignari, ex parte nimirum significationis, ex parte modi significandi, & ex parte rei significatæ: ex primo capite, quantum ad præsens spectat, solet in primis diuidi vocalis terminus in significatiuum, & non significatiuum, ille est, qui aliquid significat, vt hæc vox *homo*, qui naturam significat humanam, iste est, qui nihil significat, vt Blitiri, Buf, Baf. Sed vt ista diuisio sit rectè tradita intelligi debet de termino in prima acceptione assignata cap. præced. nā in secūda acceptione omnes termini sūt significatiui, cū esse possint subiectum, & prædicatū in propositione: terminus igitur vocalis in tota sua latitudine sumptus diuiditur in significatiuū, & nō significatiuū; quę diuisio, vt benè percipiatur, cū terminus vocalis constituatur in ratione significantis per significationē, videndum est quid sit significare, & quid sit sign à quo verbū *significare* deriuatū est.

Signū ex August. 2. de doct. Christ. c. 1. *est illud, quod præter sui cognitionem, quam ingerit sensibus, facit nos venire in cognitionem alterius*, v. g. hæc vox *homo* præter speciē, quā imprimit in auditu, vt sonus est, facit nos venire in cognitionē alterius. f. naturæ humanę, vnde signū debet esse tale, vt illo cognito per sēsus, mediate illo, deinde veniamus in cognitionē rei, cū qua signū habet cōnexionem; hinc significare nil aliud erit, quā aliquid aliud à se distinctū repræsētare potentiæ cognoscēti; ex quo patet signū dicere ordine, & ad potētiā cognoscētē, cui repræsentat, & ad rē significatā quā repræsentat. Diuiditur porrò signum in formale, & est illud, quod absq; sui præuia cognitione aliud nobis repræsētat, & in eius cognitionē ducit, quales sunt species impressa, & expressa respectu proprij obiecti: & in instrumentale, quod præsupposita sui cognitione facit nos in alterius cognitionem venire, vt imago respectu Cæsaris vestigiū respectu feræ transeuntis; qua de causa Scotus 2. dist. 3. quæst. 9. & quolibet. 14. hoc secundum signum appellat medium cognitum, quia vt ducat in cognitionem signati, prius petit ipsum cognosci, illud verò primum vocat præcisè rationem cognoscendi, quatenus præcisè est *quo* aliud cognoscitur, & non *quod* cognoscitur. Signum autem instrumentale est, de quo agimus in præsenti, & quod propriè dicitur signum, & definitur

tur ab Aug. cit. ea tamen definitio, etiam formali conueniet, si prima pars dematur, & dicatur signũ esse, quod facit nos in alterius rei cognitionem venire.

Et hoc signũ instrumentale adhuc duplex est, aliud naturale, & est, quod ex natura sua independenter ab hominũ voluntate aliquid repræsentat, vt fumus ignẽ, & vniuersaliter omnis effectus suã causã, qui præsertim si sensibilis erit, dicetur signũ causæ iuxtà sẽsum definitionis allatæ. An verè ità è cõtra causa dici possit signũ sui effectu. Negat Hurtad. d. 1. sect. 4. quia etsi causę cognitio ducat in cognitionẽ effectus, tamen nõ est ordinata ad illũ repræsentandũ. Sed planè non minus ordinata est cognitio causę ad nos ducendũ in cognitionẽ effectus à priori, quã cognitio effectus sit ordinata ad notitiam causæ à posteriori. Quare ratio Hurtad. parũ valet. At inquiũt alij, quod licet ità res se habeat, sola tamen cognitio, quæ per effectũ habetur, dicitur haberi per signũ, vnde sola demonstratio à posteriori, quæ est per effectum, dicitur à signo, & ideò solum effectus dici potest signum causæ, non è contra. Verum neq; hoc vrget, licet. n. cognitio habita per effectum, veluti sensibiliorẽ causa, magis propriè dicatur à signo, nil tamen impedit, quin & cognitio habita per causam possit dici à signo absolutè loquendo. Potest igitur etiam causa dici signũ sui effectus, & præsertim quando sensibilis est, vnde à Theologis sacramenta dicuntur signa gratiæ, cuius sunt causa, ità clarè colligitur ex Doctore 4. d. p. quæst. 2. §. *De secundo principali*, & sequitur Casil. citat. & Arriaga disp. 3. sect. 2. Aliud verò est signum artificiale, seu ad placitum, & est, quod ex hominum impositione aliud repræsentat, sic ramus est signum venditionis vini, sonus campanæ est signum lectionis, & vox illius rei, ad quam significandam est imposita; Vbi tamen est aduertendũ, etiã in vocibus ipsis nõ tantum significationem ad placitũ reperiri posse, sed etiam naturalem, vt patet de gemitu infirmorũ, & latratu canum; & ideò terminus vocalis significatiuus subdiuidi solet in significatiuũ naturaliter, & ad placitum: & hic ad dialecticum spectat, non quidẽ secundũ suã realem entitatem, vt vox est, & sonus quidã in aere causatus, sed secundum, quod impositus est ad res ipsas significandas, & conceptus mentis exprimẽdos, in hoc enim sensu voces pertinere dicũtur ad institutũ dialecticũ, vt dicemus disp. de Vocibus, vbi etiã declarabimus, per quid cõstituatur ratio signi.

Deinde terminus ad placitum significatiuus subdiuiditur in cathegorematicũ, & sincathegorematicum, cathegorematicus idem latinè sonat, quod per se significatiuus, & ideò per se absq; omni alio esse potest subiectum, vel prædicatum in propositione, vt homo, animal: sincathegorematicus idem latinè sonat, quod cõsignificatiuus; & ideò per se non significat aliquid, nec potest esse subiectum, & prædicatum in propositione, sed cũ alterius consortio, cuius significationem modificet, vt omnis, nullus aliquis; Vnde vt notat Tatar. tract. 7. comm. 1. §. *Tertio sciendum*, terminus sincathegorematicus non significat aliquid, sed aliqualiter, quatenus si adiũgatur cathegorematico, eius significationem modificat, & facit taliter significare, idest, reddit eius significationem, vel vniuersalem, vel particularem, vel affirmatiuam, vel negatiuam: & dicitur aliqualiter significare, non quia verè, propriè non significet, sed quia significatum eius non repræsentatur, vt res per se, sed vt modus rei, idest exercendo modificationem alterius rei, qua de causa negat Arriag. sect. 4. esse perfectè terminum. Addit Tataret. terminum mixtum, idest partim cathegorematicum, partim sincathegorematicum, & est ille, qui impositus est ad signifi-

candũ aliquid, seu aliqua, & aliqualiter simul, vt hæc vox *nihil*, quæ imposita est ad significãdam negatiõnẽ omnis entis, hæc enim ipsa negatio est illud aliquid, quod significat, quatenus verò illã negationẽ significat vniuersaliter cuiuscunq; entis dicitur significare aliqualiter, sic ẽt significat subiectũ propositionis indefinitæ, nã in materia necessaria æquiualet vniuersali, vt *homo est animal* æquiualet huic *omnis homo est animal*, & in materia contingenti æquiualet particulari, vt *homo currit* æquiualet huic *aliquis homo currit*. Ad hoc tertium genus reducit Tolet. lib. 1. c. 12. & Arriag. sect. 4. omnia aduerbia v.g *sapienter doctè, &c.* Sed nõ placet, quia cũ discrimẽ inter terminos categorematicũ, & sincategorematicũ sumatur prȩsertim in ordine ad propositionẽ, itaut ille sit, qui sine addito, & per se potest esse subiectũ, vel prædicatũ propositionis, iste verò, qui nõ potest esse subiectũ, nec prædicatũ, nisi cum addito, cõsequẽter aduerbia omnia erũt termini sincategorematici, quia se solis, & sine addito non possũt esse subiectũ, vel prȩdicatũ propositionis, & per se non significant aliquid, sed potius aliqualiter.

Potiori ratione ad hoc tertium genus termini mixti nomina adiectiua reduci possent, quamuis n. Hurtad. disp. 1. sect. 10. mordicus contendat esse terminos sincategorematicos, quia non significant per se, sed consignificat, v. g. *bonus* non significat per se, & determinatè aliquid, nisi addatur alicui, v.g. *Petrus bonus*; Tamen si nominum adiectiuorum significatio benè consideretur videbimus, quod licet indeterminatè aliquo modo significent, ratione tamen formæ significatæ secum afferunt aliquam determinationem, nam *doctus* v. g. doctrinam importat, quod non euenit in signis quantitatis *omnis*, *nullus*, *&c.* quæ nullam prorsus, rem determinatam significant; Accedit, quod nomina adiectiua possunt esse saltim prædicatum in propositione v.g. *Petrus est doctus*, quod signis quantitatis prorsus cõuenire nõ potest, ergo nomina adiectiua cõmodè ad hoc tertiũ genus termini possunt reuocari, quod etiã tenent Casil. c. 3. Arriag. cit. cum significent aliqualiter, vnde remanet sola nomina substantiua esse propriè terminos categorematicos.

Rursus terminus categorematicus subdiuiditur in simplicẽ, seu incõplexũ, & cõpositũ, seu complexũ, quã diuisionẽ quidã sic explicant, quod complexus est ille, qui cõstat ex pluribus dictionibus, vt homo albus, incõplexus, qui vnica gaudet dictione, vt homo, & albus, ita Rocc. lib. 1. introd. c. 8. Blanc. lib 2. sect. 2. At vt bene monet Tatar. tract. 1. com. 4. hæc explicatio potius grammaticalis est; grãmaticus. n. vocẽ illã appellat cõplexã, quæ constat ex pluribus vocibus & eã incõplexã, quæ constat vna tantũ, at non sic est apud logicum, qui non attendit vnitatem, vel pluralitatem vocum, sed conceptum in intellectu, cui istæ subordinantur, vnde etiam si sint plures dictiones inter se connexæ, si tamen in mente vnum tantum generant conceptum, terminum constituunt incomplexum, vt v. g. Marcus Tullius Cicero, & è contra si vna tantum sit dictio, conceptum tamen generet complexum, erit terminus complexus, vt *nemo amo*, *semper*, quæ æquiualent his *nullus homo*, *sum amans*, *omni tempore*.

Alij proinde sic explicant, quod terminus incomplexus est ille cuius partes abinuicem separatæ nihil significant, aut non significant illud, quod in integra dictione significabant, vt v.g. *Dominus* est terminus incomplexus, quia licet partes, in quas potest diuidi. s. *Do*, & *minus* sint significatiuæ. tamen in toto, & integra dictione hanc significatio-

tionem nō retinent: Cōplexus verò est ille, cuius partes eandē retinent significationē, quā habebant in toto cōplexo, etiā ab inuicē separatæ, vt hō iustus; ita Amicus q.2. Ruuius q.4. Complut.c.3. Sot.l.b.1.c.9. Ioan de S.Th.l.b.1.summ. c.4.& aliis passim. At hoc dupliciter intelligi potest, vel ita, quod terminus incōplexus sit ille, cuius partes separatæ, nō eandē habent significationem, quam habebant integra dictione, etiā singillatim sumptæ, in quo sensu loqui videtur Auctores citati; & hæc expositio falsa est, quia hic terminus Agricola, Prorex, Respubl ca, & similes, sunt termini incōplexi (quicquid dicat Hurtad.) & tamē eōrū partes separatæ eandē retinent significationem, quā habebant in integra dictione singillatim sumptæ, & eodē modo vtrobiq; sūt per se significatiuæ, quia vt tales cōponunt illa nomina, vt notat Fonsec. ac de se patet. Vel ita intelligitur, quod partes termini incōplexi separatæ nō retinent eandem significationem, quā habebat in integra dictione copulatim sumptæ, & hæc expositio vera est, vt cōstat de partibus illius dictionis *Respublica*, quæ in integra dictione significant totā hominum cōmunitatem, quā nō significant separatæ, nec in ipsa dictione singillatim sūptæ, & traditur à Scoto 4. d.8.q.2.§. *Aliter ergo*, vbi docet partes dictionis nunquam significare conceptum simplicem, quem dictio significat, & videtur ipsius Arist. lib.1. de Interpret. capit.2. vt infra dicemus tract.2.capit.1. Verum quia adhuc aliquis vrgere posset, quod nec etiam partes orationis, vel termini complexi, significant conceptum complexum, quē tota oratio, aut terminus complexus significat, præstat dicere cum Tataret. cit. quod terminus incomplexus est ille, qui subordinatur conceptum complexo, è contra verò complexus est, qui subordinatur conceptui complexo in anima, etiā si vnica vox esset, dūmodo ad aliquod cōplexū significandum imposita foret, quod ipse probat, quia alias cum simplici voci, cuius partes separatæ non eandem retinent significationē, pōt correspondere cōceptus complexus in mente, si ad aliquod obiectū cōplexum significandū imponeretur, immo si litera A (inquit Tatar.) imponeretur ad significandum *hominem currere*, tunc A esset terminus complexus.

Postremò terminus incōplexus subdiuiditur infinitū, & infinitum, primus est, qui aliquam rē certā, & determinatam significat, vt hō lapis, Alter est, qui nihil determinatè significat, sed tātū determinatè negat, vt non homo nō lapis, vnde terminus finitus euadit infinitus, dum ei immediatè proponitur negatio.

CAPVT II.

De terminorum multiplicitate ratione modi significandi.

PRima diuisio termini, quæ ex hoc capite desumitur, est in cōcretū, & abstractū. n. concretus est, qui significat aliquid, vt existens in alio, quod concernit, vel vt suppositum proprię naturę, vel vt subiectum, vt *homo*, & *album*, nam *homo* significat humanitatem in aliquo supposito naturæ humanæ existentem indeterminatè, *album* significat albedinem alicui subiecto adiacentem, & ideò omnis talis terminus significat aliquid ad modum compositi, siuè substantialis, siuè accidentalis, vt *homo* significat, habens humanitatem, & *album* habens albedinem. Terminus abstractus significat aliquid per modum per se stantis, & non alteri inexistentis, vt humanitas est abstractum hominis, & significat naturam humanam veluti à proprio supposito separatam, albedo est abstractum albi, & significat for-

tiam albedinis, veluti à subiecto, cui inhærebat, separatam abstrahere.n.idē est,ac ab alio trahere, seu separare, & ideò omnis talis terminus habet modū significādi simplicē,& nō compositum.

r. Altera Diuisio est in absolutū,& cōnotatiuū,quā aliqui ità explicant,quod absolutus rem significat ad modum per se stantis,connotatiuus vero per modū alteri adiacentis, ita cū Tolet. Auersa c.7.Complut.c.4.sed minus rectè,quia ista explicatio pertinet ad terminū cōcretum, & abstractum, cū quibus confundendi non sunt terminus absolutus, & connotatiuus.Ideò alij sic explicant, quod ille sit terminus absolutus,qui se solo est perfectè significatiuus, vt v.g. Petrus,Leo, &c. ille verò cōnotatiuus, qui in sua significatione notat aliū terminū, sine quo non perfectè significat: primi generis sūt omnia substantiua,secūdi generis omnia adiectiua,nā albus v.g requirit alium terminum vt habeat completā significationē, ità Casil.lib.1. tract.1.c 3. vbi ait, quod licet à Philos. soleant nomina cōnotatiua aliter vsurpari;logicè tamen,& grāmaticaliter taliter vsurpari debere,.s. quod sint talia nomina, quæ nō habeant cōpletā significationē,nisi vel de altero prędicentur, vel alteri assignantur. Sed nec benè ità explicātur, quia vt liquido constat hęc explicatio omninò pertinet ad terminos categorematicum, & sincategorematicum, nā ille est, qui se solo est perfectè significatiuus, iste verò non se solo perfectè significat, sed vt alteri adiunctus, vt constat ex cap. præced. ac confundi non debent terminus absolutus, & connotatiuus cum categorematico, & sincategorematico, quia sunt diuersæ diuisiones, & ex diuersis capitibus desumptæ, vndè valdè decipitur Fuent.cit.diff.2.art.2. eos confundens.

Vt igitur ista diuisio, quæ inter omnes præcipua est, & ad multa deseruit, rectè intelligatur, sciendum est apud Summulistas illud dici cōnotatum alicuius nominis,quod non ex vi nominis importatur,sed potius datur itelligi ex modo significādi principalis significati, vt ex Scot. colligitur quolib.12. art 2. vnde non importatur primario, & directè, sed secundario, & indirectè, & ideò ingreditur conceptū re.,nō veluti per se pars est per modū, s.generis, vel differentiæ,sed veluti additū ab extrinseco;necessariū tamen, vt habeatur perfectus rei conceptus,& quietatiuus, sic cæna est nomen cōnotatiuū, quia licet ex vi nominis,& directè solā importet, comestionē,tamen ex modo significandi principalis significati, dat intelligęre tēpus vespertinū, idq;necessario cointelligi debet, vt habeatur conceptus perfectus,& quietatiuus cænæ. Ex qua doctrinę facilè colligitur explicatio terminiabsoluti,& cōnotatiui;nā vt docet Tataret tract.7.com.1.§.2.sciendum,& Brasaula q.7.& 8.vniuers.propè finem terminus absolutus est,qui nihil connotat.i.qui præter genus,& differētiā,quæ sūt per se partes cōceptus eius,nullū extraneū secūdariò requirit coitelligēdū, quod eius cōceptū quidditatiuū ingrediatur, vt perfectus,& quietatiuus euadat.tales terminis sūt bos hō,& similia cōcreta substātialia prędicamēti substātiæ;nā etsi cōcernant suppositū proprię naturæ, tamē quia natura cū supposito nō facit vnū per accidens,vt forma accidētalis cum subiecto, ideò totū illud cōpositū ex æquo importatur, nō verò principaliter vnū & in recto,secūdariò aliud & in obliquo.Terminus verò cōnotatiuus è cōtra est,qui vltrà principale significatum,& in recto aliquid aliud dat intelligere secundariò,& indirectè, veluti necessariū ad habendum cōceptum rei perfectum, & quietatiuum, sic pater dicitur connotare filium,ratione termini, accidens substantiam ratio-

ratione subiecti, materia formam in ratione cõpartis, quatenus hæc omnia licet sint extra formalẽ, & quidditatiuũ cõceptũ eorum, quia nec genus sũt, nec differẽtia illorũ, spectant tñ ad cõceptũ eorũ integrũ, & perfectũ, seu quietatiuũ vt Scot. explicat 4.d.12.q.1. sub lit.P.

Ex his sequitur omnia nomina abstracta tàm in substantialia, quã accidẽtalia esse absoluta, non è contra, nã homo est terminus absolutus, non abstractus, id tamẽ ita intelligẽdũ est, quod nomina abstracta substantialia tã secundũ rem. quã secundũ modum significandi sint absoluta; accidentalia verò tõ tantummodi significandi, quia secundũ rẽ significãt aliquid alteri adiacẽs. Sequitur etiã non omnia cõnotatiua esse cõcreta, vt arbitrãtur multi, nã nomẽ creationis, & cõseruationis nõ est cõcretũ, vt patet, & tamẽ est nomẽ cõnotatiuũ, ut docet Doctor. quol. 12. art. 2. sic etiã nomẽ vitalis operationis nõ est cõcretum, & tamẽ est conotatiuum, vt docet quol. 13. ad arg princ. nec è cõtra omnia cõcreta sunt cõnotatiua, quia licet omnia cõcreta accidentalia sint cõnotatiua, nõ tamen cõcreta substantialia, nisi quando nomine adiectiuo significãtur, vt corporeum, rationale, humanũ, tunc enim significãtur per modũ alteri adiacentis, vnde ratione modi significandi sunt termini connotatiui.

Tertia demum diuisio est in terminum denominantem, & denominatum, seu denominatiuum, quæ diuisio grammaticã iter ità explicatur, vt denominans sit à quo denominatus deriuatur, vt à iustitia iustus, ab albedine albus. At apud logicum denominatiua dicuntur ea nomina concreta, quę à suis abstractis differunt in modo significandi, qui est significare per modum adiacentis, & secundum illud nomen adiectiuum habent virtutem denominandi .i. denominatiuè prædicandi de subiecto. Cum ergo terminus denominatiuus ille sit, qui formã significat per modũ alteri adiacẽtis, informantis, & denominãtis, seu qualificantis, & tale sit omne cõcretũ accidentale, substantiale vero tũ solũ quando nomine significatur adiectiuo, sequitur omnia cõcreta accidentalia esse denominatiua; substãtialia verò non nisi quando nomine significantur adiectiuo; & quia denominatiuis fusè agimus infra disp. 2. q. 6. hic plura non addimus.

CAPVT IV.

De multiplicitate terminorum in ordine ad res significatas.

PRima diuisio termini, quę sumitur ex parte rei significatæ, est in terminũ cõmunem, & singularẽ, cõmunis est, qui aliquid significat cõmune pluribus, itaut etiã singulis seorsim conueniat, vt homo, qui conuenit omnibus hominibus, & singulis. Terminus singularis est qui vnã rẽ singularem tantum significat, vel plura per modũ vnius: Et vterque subdiuiditur, communis quidem in transcendentem, & limitatum: transcẽdens est, qui conuenit omnibus rebus per omnia vagando, vt res, ens, vnum, bonum: limitatus, qui pluribus quidẽ cõmunis est rebus; nõ tamẽ omnibus, vt animal, quod conuenit hõi, & equo nõ tamen lapidi. Singularis verò subdiuiditur in determinatum, collectiuum, & vagũ: determinatus est, qui per proprium nomen, vel per comune cum pronomine demonstratiuo rem ipsam singularem determinate significat, vt Petrus, hic homo, ille homo. Vagus, qui rem singularem indeterminate significat nempe mediante termino communi, & signo particulari, vt quidam homo. Collectiuus est, qui plura, sed in vnum collecta dicit, vt Populus,

prius, Ciuitas, Senatus: Addūt etiā terminum singulare ex suppositione, ut filius B. Virgin. intelligitur Christus, quia supponitur vnum tantū habuisse filiū.

Sed obijcies, quod Petrus est nomen cōmune singulis hōbus, qui hoc nomine appellantur, Ciuitas etiam, & Senatus plura significant, ergo nō sunt termini singulares. Resp. nomē Petri utiq; est cōmune pluribus, sed nō res significata per Petrū, quia pater tale nomen impo s...t filio suo, vt eū distingueret ab omni alio: Ciuitas verò, & Senatus plura vtiq; significant, sed in vnū collecta, & hoc impedit, ne sint terminus cōmunis, qui pluribus conuenit etiam seorsim sumptis, sed adhuc erit terminus communis hoc nomen *Ciuitas*, si ad hanc, & illam Ciuitatem comparetur, & non ad homines in eadem Ciuitate degentes.

Rursus Terminus cōmunis subdiuiditur in vniuocū, æquiuocū, & analogū. Vniuocus est, qui cōuenit pluribus secundum idē nomen, & rationem importatam per illud nomen, vt hō, qui conuenit Petro, & Paulo nō solùm secundum idem nomen, quatenus hic, & ille est hō, sed etiam secundum eandem rationem per illud nomen importatā, quia hic, & ille est animal rationale; hæc. n. est ratio illi nomini correspōdens. Aequiuocus est, qui cōuenit pluribꝰ secundum idem nomen, at non secundum eandem rationem illi nomini correspōdentem, sed secundum diuersas, vt Canis dicitur de animali latrabili, de sydere, & pisce, sed huic communi nomini eadem ratio in omnibus nō correspondet, sed prorsus diuersa, quia licet Canis terrestris, & marinus conueniant in eadem ratione animalis; non tamen in eadem ratione, & definitione Canis. Terminus analogus est, qui pluribus conueniens, vel secundum nomē tantum, vel etiam secundum eandem rationem illi nomine correspondentem, ita illis conuenit, vt participetur ab eis non æqualiter, & uniformiter, sed secundum prius, & posterius, hic. n. ordo prioris, & posterioris, & dependentiæ analogatorū ad primū est ita analogiæ intrinsecus, ut benè dixerit Caiet. de nominum analogia c. 1. in fin. quasi si nomina esse analogicè dici, & dici per prius, & posterius, vnde in omnibꝰ scholis sēper per talē ordinē explicata fuit analogia, sic risus analogicè dicitur de hōe ridente, & prato florēte secundum nomē tātum, sed prius de hōe, & postea de prato metaphora inde translata, ens analogicè conuenit substantiæ, & accidenti secundū eandem, etiam rationem intrinsecè ab utroq; participatam, sed conuenit accidenti per attributionem, & ordinem ad substantiam, sed quia de uniuocis, et æquiuocis, et analogis latè disputamus infra disp. 2. q. 4. et 5. de hac diuisione pro nunc hæc pauca sufficiant.

Demum diuiditur terminus in terminum primę, et secundæ intentionis; terminus primæ intentionis est ille, qui impositus est ad significandas res, ut sunt in se independenter ab operatione intellectus: ut *animal*, et *homo*. Terminus secundæ intentionis est ille, qui impositus est ad significandas res sub aliquo attributo rationis, quo non afficiuntur, nisi negotiante intellectu, ut *genus*, et *species*, quod. n. homo dicatur species, & animal genus, hoc totum procedit ab opere intellectus.

CAPVT V.
De vniuersalibus, siue Prædicabilibus.

TErminus cōmunis uniuocus quando in ordine ad illa plura, quibus conuenit, concipitur sub secunda intentione superioritatis uelut in ordine ad inferiora, dicitur terminus uniuersalis, et dicitur etiam prædicabile, quatenus præ-

prædicari potest, seu affirmari de illis pluribus;quinq;autē sunt termini sic vniuersales,seu prędicabiles,Genus,Species,Differētia,Propriū,& Accidens,de quibus Porph. in Isagog. cuius diuisionis sufficientia est, quia ōe,quod prædicatur,aut prædicatur in quid,.i.per modū nominis substantiui, aut in quale, .i. per modū nominis adiectiui, si in quid, vel dicit partē essētiæ, vel totā essentiā, si partē essentię,sic est genus,vt animal, si totā essētiā, sic est species,vt homo;si prædicatur in quale, vel prædicatur essentialiter,vel accidētaliter si essentialiter,sic est differētia,vt rationale,si accidētaliter, vel in trāsmutabiliter, & cum necessaria cōnexione.& sic est propriū, vt risibile,quod licet si extraneū abhōis natura, tū est cū illa necessariò connexum,vel transmutabiliter,& sine necessaria cōnexione,& sic est accidēs,vt albū; Assignamus aūt distinctionē Proprij, & Accidentis per transmutabiliter, aut intransmutabiliter prędicari, nō aūt per prædicari cōuertibiliter, aut incōuertibiliter,vt multi faciūt,quia nō pōt Propriū constitui in ratione prędicabilis,& vt sic ab accidente distingui per prædicari conuertibiliter, qua repugnat Vniuersale in ratione vniuersalis de suis inferioribus conuertibiliter prædicari,de ratione enim termini vniuersalis,vt supra dictum est, est, quod prędicetur de suis inferioribus etiā seorsim sumptis, ita quod etiam de singulis singulatim sumptis prædicetur, at implicat posse ità prædicari de suis inferioribus conuertibiliter, quia cum eis non conuertitur in subsistendi consequentia.

Genus est illud vniuersale, *quod prædicatur de pluribus specie differentibus in quid*, .i.essentialiter,& per modum nominis substantiui, quærenti, .n. quid est homo? rectè respondemus per nomen substantiuum *est animal*, quid est Leo? *est animal*, licet enim homo, & Leo specię differant, conueniunt tamē in ratione generica animalis, ex hoc aūt, quod prædicatur de pluribus specie differētibus,palā fit genus nō prædicare:totā essentiā suorū inferiorū,alioquin specie non differēt, sed tantū partē essentiæ,& hāc potētialē, & materialē,ac per differentias contrahibilē. Triplex verò genus distingui solet generalissimū,seu sūmum,& supremū,& est illud, supra quod aliud non extat genus, tale genus censetur esse substantia, quia supra se non habet nisi ens, quod nō est genus, eo quia trāscendēs est cōmune Deo,& creaturis. Genus mediū,seu subalternū,& est illud, quod tā supra se,quā infra habet aliquod genus, vt corpus, habet .n.supra substantiā,& infra se viuēs,& animal. Genus deniq;infimū, seu proximū,& est,quod infrà se non habet aliud genus,vt Animal,sub ipso .n. immediatè ponūtur species,vt hō leo,&c.

Species ad duo comparari potest,vel ad genus,cui subijcitur,vel ad inferiora, de quibus prædicatur, iuxta primā cōparationem dicitur species subijcibilis, iuxtà secundā dicitur prędicabilis,quia prędicabilitas in ordine ad inferiora attenditur, species in ratione subijcibilis definitur,quod sit ea,*quę ponitur sub genere*,quod intelligi debet proxime,& immediatè,quia etiā indiuidua sub genere ponūtur,sed mediatè, & species sub ista ratione subijcibilitatis est triplex,sūma, seu suprema,media,seu subalterna,& infima, seu vltima,quę dicitur athoma,& specialissima, species subijcibilis sūma est, quæ immediatè ponitur sub genere supremo, vt corpus in prædicamento substantiæ: media, & subalterna est,quæ non immediatè ponitur sub genere supremo, nec immediatè sub se continet indiuidua, vt viuens, & Animal in eodem prædicamento substantiæ, Infima, & specialissima est, quæ sub se immediatè continet indiuidua, & immediate

tè cōtinetur sub genere vltimo, & proximo, ut homo in eadem ſerie ſubſtātiæ, qui immediatè cōtinetur ſub animali, & immediatè ſub ſe cōtinet Sortem, & Platonem: ex quo patet omnia genera ſub ſupremo cōtēta dici ſpecies ſubijcibiles, non tñ prædicabiles, quia ſi ad inferiora cōparētur, de quibus prædicantur, cū illa ſpeciei differāt, habēt rationē gñris, & velut gñra prædicātur. Et ideò ſpecies prędicabilis eſt vna tantum, infima. i. & ſpecialiſſima, & definitur, quod ſit illud vniuerſale, *quod prædicatur de pluribus numero differentibus in quid*. i. eſſentialiter, & per modū nominis ſubſtātiui; quærēti. n. quid eſt Sortes? rectè reſpōdemus, quod *eſt homo*? quid eſt Plato? *eſt homo*; licet. n. Sortes, & Plato differāt numero per proprias differentias indiuiduales, cōueniūt tamen in ratione ſpecifica hōis; ex hoc autē, quod ſpecies prædicatur de pluribus ſolum numero differentibus, ſtatim deducitur prædicare totā eſſentiā ſuorū inferiorum, quia differentia numeralis nō eſt differentia eſſentialis, & quidditatiua, differentia namq; indiuidualis non pertinet ad quid eſt indiuidui, v. g. Platon. ſed potius ad quis eſt: ſi. n. quæratur quis eſt iſte homo? Reſpondetur, eſt Plato. Ex quo tandem factum eſt ſolam ſpeciem infimam propriè, & abſolutè dici ſpeciem, & hoc ſecundum Vniuerſale conſtituere, quia ſiuè comparetur ad ſuperiora, ſiuè ad inferiora ſemper dicitur ſpecies, & nunquam dici poteſt genus, quod non euenit in ſpecie ſumma, & intermedia, quæ ſi ad inferiora cōparentur, neceſſariò habent rationem generis & nullomodo dici poſſunt ſpecies.

Differentia eſt, qua res alioqui inter ſe conuenientes in aliqua ſuperiori ratione, abinuicem differunt, ac diſcriminantur, & à Porphirio in ſua Iſagog. cap. 5. diuiditur in communem, propriam, & propriſſimam, communis eſt, quæ deſumitur ab accidente cōmuni, ſic albedo in homine albo eſt differentia cōmunis, quia per eam velut per accidēs commune ſecernitur à quolibet alia re albedinem non habente. Propria eſt, quæ deſumitur ab accidēte proprio, ſic homo per riſibile differt ab equo, & leone, velut per accidens propriū. Propriſſima tandem eſt differentia eſſentialis per quā vna res eſſentialiter differt ab alia, cū qua alioqui eſſentialiter cōuenit in ſuperiori ratione, ſic rationalitas ponitur hominis differentia, quia per ipſam eſſentialiter differt ab equo, & leone, cum quibus alioqui conuenit in ratione generica animalis. Cū verò triplex ſit ſpecies, vt dictum eſt, sūma, media, & infima, totuplex quoq; erit differentia, nimirū ſpeciei ſūmæ, differentia mediæ, & differentia infimæ, illæ dicuntur differentiæ genericæ, ſed iſta dicitur abſolutè differentia ſpecifica, quia eſt differentia ſpeciei vltimę, quę nequit dici genus, & hęc cū ſit, vt plurimum incognita, non fuit à Porphirio definita, dum dixit, *Differentia eſt, quæ prædicatur in quale quid pluribus ſpecie differentibus*, namq; differentia ſpeciei infimæ non prædicatur, niſi de pluribus numero differentibus, vt ipſa ſpecies infima; Cum igitur differentia, vt eſt tertium prædicabile comprehendat omnes prædictas eſſentiales differentias, tàm ſcilicet genericam, quàm ſpecificam, tali definitione debebit definiri, quæ omnibus ſit cōmunis, v. g. quod ſit illud uniuerſale, *quod prædicatur de pluribus in quale, quid* ſiuè illa plura differant ſpecie, ſiuè ſolo numero, ut docet Scot. q. 27. uniuerſ. ſic quippè definita tàm differentiam genericam, quam ſpecificam comprehendit; & dicitur in *quale quid*, quia de ſuis inferioribus utiq; prædicatur eſſentialiter, nam dicit partem eſſentiæ, ſed quia dicit partem formalem, & qualificantem, ideò prædicatur per modum qualis, ſeu per modum adiacentis, & no-

nomine adiectiuo,quęrenti n quid est homo;Rectè respondemus per genus, quod *est animal*.quærenti autem quale animal sit essentialiter,respōdemus per differentiam *est rationale*. Ex quo patet subijcibilia,respectu quorū. Differentia, v.g. *rationalitas* est tertium uniuersale,non esse inferiora sua quidditatiuè .i.hanc,& illā rationalitatem, quia de istis prædicatur in quid. & ueluti species, sed esse inferiora sui subiecti, .i. speciei humanæ, quā constituit de istis n.prædicatur in quale quid,.s.de Sorte,& Platone,& possunt dici sua inferiora qualitatiuè,quatenus de ipsis prædicatur in quale quid; idem dicatur de differentia generica.

Proprium, & accidens sunt vniuersalia accidentalia, quia citrā essentiā suis inferioribus conueniunt, in quo distinguūtur à tribus prioribus vniuersalibus, quæ dicuntur vniuersalia essentialia, eo quia essentialiter suis inferiorioribus cō ueniunt;quia tamen proprium minus distat ab essentia rei,quā accidens cōmune, vtpotè, quod immediatè fluit ab essentia rei,ideò immediatè sequitur post vniuersalia essentialia. Pro cuius declaratione assignat Porph.c 5. quatuor modos proprij; proprium primo modo illud est, quod accidit soli alicui speciei, sed non omnibus indiuiduis eius, vt homini esse medicum, vel geometram; proprium secundo modo est, quod accidit omnibus indiuiduis alicuius speciei, sed non soli illi speciei, vt homini esse bipedem; proprium tertio modo est,quod accidit soli, & omni,sed non semper, vt homini in senectute canescere;proprium quarto modo est,*quod accidit omni,soli, & semper*,vt homini esse risibile,etsi .n.homo non sēper rideat,sēpertamen habet aptitudinē, ad ridendū,& ait propriū hoc modo cōstituere quartū prædicabile,quia accidit omni,soli, & sēper,& esse propriè propriū, quia conuersim prædicatur de re, cuius est proprium. Vndè aliud est considerare propriū in ratione proprij,aliud in ratione prædicabilis, in ratione proprij vtique constituitur per prædicari conuertibiliter,non tamē in ratione prędicabilis, quia sic prædicari prorsus repugnat rationi vniuersalis,quod cum cōparetur illis de quibus prædicatur, vt superius suis inferioribus, nunquam cum eis conuertitur in subsistendi consequentia;sed constituitur in ratione vniuersalis per *accidere omni soli,& semper*,quod idem est,ac prædicari de pluribus in quale accidentale necessariò,& intransmutabiliter,vt Scot.explicat q.31. vniuers. in corp. vbi explicans allatam Porph. definitionem ait,quod per ly *accidit* habetur ratio prædicabilis,& modus prædicandi, .s.in quale accidentale,per ly *omni,& soli* habentur subijcibilia proprij, quæ nimirum sunt inferiora quidditatiuè illius generis, vel speciei; cuius est proprium,& per ly *semper* habetur necessitas prædicādi, per quam distinguitur ab accidente, quia proprium de suis subijcibilibus ità necessariò,& intransmutabiliter prædicatur,vt de illis omninò negari nequeat; licet,n. possimus non intelligere hominem cum risibilitate, quia abstrahentiū nō est mendacium, nequaquā tamen possumus intelligere hominem sine risibilitate. vel sub opposito risibilitatis absq;præiudicio essentię ipsius hominis, quod nō est verū de accidente communi,etiam inseparabili respectu sui subiecti,quia & sine eo immò, & sub eius opposito potest intelligi sine repugnantia,vt Coruus sine nigredine,uel etiam sub albedine. Hic tamē aduertendum est,quod licet Porph definierit tantum proprium specificum (fortè, quia notius) potest tamen, & debet eadem definitio applicari, etiā proprio generico, per ly *omni, & soli* intelligendo omnes,& solas species illius generis, cui adæquatur; proprium enim hoc quartum prædicabile constituens complectitur genericum, & specificum, & clarius definiri

fieri potest illud esse, *quod prædicatur de pluribus in quale accidẽtale necessario intransmutabiliter* siue ista plura numero, siue etiam specie differant.

Accidens cõmune, quod ita vocatur ad differentiã accidentis proprij definitur à Porph. esse *quod adest, & abest præter subiecti corruptionẽ*, quæ definitio, vt explicet accidens cõmune in ratione vniuersalis debet intelligi de accidente pro secunda intẽtione, & secundò intẽtionaliter explicari, vt Scot. docet q. 34. & 35. vniuers. vbi accidens sũmi posse primò intẽtionaliter, vt idẽ sonat, quod inherẽs, vel alteri adiacẽs, & secũdò intẽtionaliter, qũdo dicit illam secundam intentionẽ, quæ attribuitur, alicui, quod sine implicãtia potest affirmari, & negari de subiecto; itaq; in hac definitione nomine *subiecti* intelligitur subiectũ prædicationis non inhæsionis, & ly *adest, & abest* non sonat idem, quod inhæret, vel non inhæret præter subiecti corruptionem, sed capitur secũdò intentionaliter, vt idem sit, quod affirmatur, vel negatur absq; præiudicio essentiæ subiecti, in quo accidens commune distinguitur ab accidente proprio, quod non potest negari de subiecto absque destructione essentiæ illius, nam sicut ex risibilitate rectè infertur à posteriori humanitas, ità ex negatione risibilitatis rectè infertur negatio humanitatis. Et hanc definitionem secundò intentionaliter esse explicandã insinuauit Porph. ipse, qui videns difficultatem, quæ ex accidentibus inseparabilibus contra defini ionem oriebatur, respondet prædictam definitionem conuenire etiam accidenti inseparabili, quia rectè intelligi potest subiectum sine tali accidente, vt Aethiops nõ niger, immo cum accidente opposito, ut Aethiops albus sine ipsius corruptione: ergo Porph. locutus est in definitione de coniunctione accidentis cum subiecto, uel separatione per intellectũ, quæ non fiunt, nisi per secũdã intellectus operationem .s. affirmationem, uel negationem. Explicat uerò accidens in ratione uniuersalis, qu a ut ait Doctor cit. per totum illud copulatũ *adest, & abest præter sub ecti corruptionẽ* insinuatur genus, & differentia, nempè prædicari in quale accidentale trãsmutabiliter; Ex quo patet accidens cõmune non esse quintũ Vniuersale respectu suorũ inferiorũ, ut color nõ est accidẽs respectu albedinis, & nigredinis, sed respectu subiectorũ, cũ quibus cõtingentem habet connexionem, siuè hæc sunt numero solum, siue etiã specie differentia, ut album respectu hominis, niuis, lactis, &c. quia accidens quintum prædicabile cõprehendit accidens tã genericum, quod .s. conuenit pluribus speciebus, quã specificum, quod .s. indiuiduis tantum unius speciei competit: an uerò etiam substantia prædicando cõtingenter de aliquo subiecto fundare possit secundam intentionem accidentis quinti prædicabilis, affirmatiuè respondemus in disputat. & hæc sufficiant de quinque Vniuersalia namq; plura de ipsis dicenda ad quæst. differimus.

CAPVT VI.
De Prædicamentis, & primò de absolutis.

Quia non sufficit logico solum cognoscere terminos prædicabiles, & subijcibiles, sed etiam rectam eorum dispositionem cognoscere debet, ut legitimas prædicationes conficere possit, ideò post quinque prædicabilia, quæ sunt modi prædicandi essentialiter, uel accidentaliter, in quid, uel in quale, de prædicamentis agere debet, quæ sunt coordinationes generum, & specierum, seu debita dispositio prædicatorum essentialium superiorum, & inferiorum

secun-

secūdū sub,& supra vsq; ad idiuiduā; 10. verò sūt prædicamēta, ad quę tāquā ad 10. classes, & sūma gña reducūtur ōes naturæ rerū, & earū gradus, atq; essentialia prædicata, tria prima sūt absoluta, & ad se, substantia, quantitas, & qualitas, & alia septē respectiua, & ad aliud, Relatio, Actio, Passio, Vbi, Quando, Situs, Habitus, cuius denarij numeri efficax sufficientia assignari nō pōt, sed retineri debet, vt ait Scot. 4. d. 13. q. 1. C. & quol. ii. k. quia famosa est, & ipsamet antiquitate probata; Neq; pertinet hæc tractatio ad Metaphysicā, cuius propriū est agere de ente, & eius speciebus; quia agitur hic de illis ijsdem, nō vt naturæ quædam sunt (sic. n. ad Metaph. spectāt) sed modo logico, vt nimirū res explicantur, & significantur vocibus, & prædicantur, ac subijciuntur, siuè vt substāt secundis intentionibus prædicabilitatis, & subiicilitatis. Sumūt verò hæ decem rerum coordinationes à generalissimo suo nomenclaturam, vt series omnium substantiarū vocatur substantia, & series omniū quantitatum. Quantitas, & sic de altis, quodlibet verò prędicamentum tribus contexitur coordinationibus, vna media, & duabus collateralibus; media quidē est generū, specierū, & indiuiduorū; ita disposita, vt genera de speciebus, & species de indiuiduis prædicētur, & vniuersim omnia superiora de suis inferioribus, in lateralibus verò differentię (quas sæpè per accidentia propria circum loquimur) sunt collocatæ, vnum. n. quodque genus per duas diuiditur differentias ad duas species inferiores constituendas, vt substantia diuiditur per corporeum, & incorporeum, & cum hac differentia constituit spiritum, cum illa corpus, & eodem modo dicendum in aliis Categoriis: Neq; in linea laterali differentiæ superiores de differentiis inferioribus per se prædicantur, sed tantum de inferioribus speciebus, & indiuiduis, quæ sūt in med à linea, vt sensibile non prædicatur de rationali, sed de homine, & deniq; cū ens finitū sit, quod in decē prædicamēta diuiditur, ac descendit, quæcunq; in prædicamentis reponuntur, sunt entia finita, & limitata, talis itaq; est structura arboris prædicamentalis, cuius figuram in textu videre potestis.

Substātia prædicamētalis est ens absolutū per se subsistens, i. nō alteri inherēs ad modū accidentiū imò ipsis accidentibus substās, vndè tàm denominatione absoluta. s. à per se stando, quā relatiua. s. à substando accidentibus dicitur substātia, & duplex est prima, & secunda; *substantia prima est illa, quæ nec est subiecto, nec dicitur de subiecto*, vt Sortes, vel hic homo, non est in subiecto, quia substantia est, nō accidens; non dicitur de subiecto, tanquā de per se inferiori, quia indiuidua est singularis. *Secunda substantia est, quæ non est in subiecto, sed dicitur de subiecto*, i. caret subiecto inhæsionis, non tamen prædicationis, tales substantiæ sunt genera, & species, animal. n. licet non sit in subiecto, prædicatur tamen essentialiter de subiecto tāquā de per se inferiori, nam dicimus homo est animal, sic etiam homo prędicatur essentialiter de Petro, & Paulo, nec tamen est in hoc, vel illo, tanquam accidens in subiecto per inhæsionem, sed tanquam natura communis in suis inferioribus. Et cū prima substātia omnibus substet, tàm. s. secūdis substātiis, quàm accidētibus, quia de illa hæc omnia prædicantur, ideò primò, principaliter, & maximè substare dicitur, & maximè omnium substantia, inter secundas verò substantias magis dicetur substantia species, quam genus, tum quia propinquior est primæ substātiæ, tū quia species magis substat, quàm genus, quia etiā ipsi subiicitur generi.

Affectiones substantiæ sex assignantur

tur ab Arist.c.de substantia,Prima,quæ cõmunis est omnibus substantijs,& primis,& secũdis,earumq; pariter differẽtijs;est in subiecto nõ esse,hoc est in subiecto nullo hærere,deq; nullo accidẽtaliter prædicari.Secunda,quæ conuenit determinatè secũdis, ac earum differẽtijs,est vniuocè prædicari de primis, .i. secundũ idẽ nomẽ, & eandẽ rationẽ in illis essentialiter inclusã,quod etiã vniuersalibus accidentibus,& eorũ differẽtijs cõpetit, nõ quidẽ cõparatione subiectorũ, quibus inhærent, sed inferiorum sub se cõtentorũm sua Categoria Tertia,quę determinatè conuenit primis,est significare *hoc aliquid* ad differentiã secundarum,quę significant *qualequid*,vbi isti termini nõ sumuntur eo sensu, quo c.præc. dicebamus quædam vniuersalia prędicari in quid quædam in quale, sed significare hoc aliquid est significare naturã incõmunicabilem;significare verò quale quid naturã multis cõmunicabilẽ,aut numero, aut etiã specie differentibus,quod etiam vniuersalibus accidentalibus respectu inferiorum suorum cõpetit,nã superiora in accidentibus per suas differentias ad inferiora cõtrahuntur, sicut in substantia, indiuidua verò, seu singularia ipsorum accidentium partim sunt incõmunicabilia, quia sub se inferiora nõ habẽt,de quibus prædicentur essentialiter, partim cõmunicabilia sunt,quia subiectis, quibus inhærent denominatiuè cõmunicantur, quod est esse incõmunicabilia,ut *quod*,cõmunicabilia,ut *quo*.Quarta,substãtiæ nihil cõtrarium esse,tã primæ, quàm secundæ, quamuis accidentia unius frequenter contraria sint accidentibus alterius, ut accidentia aquæ accidentibus ignis; hoc uerò idem cõpetit.quantitatibus etiam,non .n. bicubitum,& tricubitum contrariantur,neque quatuor, & sex, & sic de cæteris. Quinta,substantia nullã suscipit magis, & minus,nõ.n.patitur intẽtionẽ, & remissionẽ,vt calor in aqua,qui modo intenditur in ea modò remittitur, quod similiter cõuenit quantitatibus. Sexta deniq;,quæ est vera proprietas in quarto modo proprij ; & cõpetit determinatè primæ substantiæ, est quod vna,& eadem numero sit successiuè contrariorũ quorundã susceptiua, cum sui mutatione,tanquã eorũ vltimum subiectũ: dicitur *successiuè* , quia simul contraria suscipere nequit, dicitur *contrariorum quorundã*,quia opus nõ est vnã,& eandẽ substantiam omnium esse cõtrariorũ susceptiuam;nõ.n. lapis capax est gaudij & tristitiæ, & sic in multis alijs, sed satis est, vt aliqua recipere possit, dicitur *cum sui mutatione*, quia oratio cõtrariorum quidẽ susceptiua est eadem numero manens falsitatis, .s. & veritatis verũ id nõ euenit ex orationis mutatione,sed rei;ab eo.n.quod res est,vel nõ est,oratio dicitur vera,vel falsa; dicitur tandẽ,*tanquã subiectum vltimum*, quia potest quid quantitas cũ sui mutatione cõtraria suscipere successiuè, vt superficies albedinem, & nigredinem, sed non tanquam subiectum vltimum.

Quãtitas est *accidẽs absolutũ quod adueniẽs rei facit illã extẽsam in ordine ad locũ,vel in ordine ad tẽpus*,vnde denominat eã magnã,vel paruam diuturnam vel breuẽ, &c. Diuiditur in cõtinuam, & discretam, continua est, *cuius partes copulantur termino communi* , vel cuius partes proprios non habent terminos, nec vna est ab alia diuisa ; vt linea bipalmaris cuius partes palmares sunt inuicem coniunctæ. Discreta est , *cuius partes non copulantur termino communi*,vel cuius partes habent proprios terminos,& sunt ab inuicem solutæ ,sic numerus denarius hominũ dicitur discreta quantitas, quia partes eius sunt homines, quorum vnus est ab alio diuisus,similiter oratio, cuius syllabæ sũt ab-

ab inuicem solutæ. Cõtinua verò subdiuiditur in permanẽtẽ,& successiuã, illa est, *cuius partes sunt simul*, vt linea cuius partes simul existũt,hoc est in eodẽ tempore;ista est, *cuius partes nõ sunt simul*,sed vna post aliã,vt tempus & motus,quorũ partes nõ sunt simul,sed vna post aliã,nõ.n. vnus dies est simul cum alio,neq.prima hora simul cũ secunda, Permanentis tres assignãtur species,linea quæ est longitudo sine latitudine, & profunditate;superficies,quæ est longitudo cũ latitudine,sed sine profunditate.& corpus,quod habet lõgitudinẽ, latitudinem,& profunditatem, & ideò trinã dicitur habere dimensionẽ,superficies duas,linea vnã tantũ, addit Aris. locũ,velut quartam speciem loquendo famosè. Successiuæ assignantur duæ,tempus,& motus. Et hæc diuisio quãtitatis in permanentẽ, & successiuã reperitur quoq;in quantitate discreta,permanẽs est numerus,cuius partes permanent,& vocalis oratio,cuius partes fluunt,dum proferũtur, vnde quantitas formaliter aliquid denominat quantũ,nẽpè longũ, latum, profundum, multum, paucũ, magnum,paruum,diuturnum,& breue.

Affectiones quantitatis tres assignantur, Prima quæ illi cõmunis est cũ substantia,est quod nullũ patiatur contrarium,nulla n.contrarietas est inter lineam,superficiem,& corpus,cũ in vno,& eodem permaneant subiecto deinde tẽpo i etiam nihil est contrarium,nec vnum tempus alteri contrariatur,non.n. hiems opponitur æstati,sed eorũ qualitates,nec dies contrariatur nocti quatenus tempus significat, sed vt significat aeris illuminationem,& nox illius priuationem, & hæc etiam oppositio non est contraria,sed priuatiua, nulla sic in quantitatibus discretis contrarietas reperitur, vt patet discurrendo per singulas;Est solum aliqua difficultas de magno,& paruo,multo,& pauco,breui,& diuturno,quæ contraria videtur;sed facile occurrit Aris.quod si hæc aliquam videntur habere inter se cõtrarietatẽ, planè eam non habent, vt quantitatem, sed vt relationem fundãt,dicimus.n. aliquid magnũ,& paruum,multũ,& paucũ, nõ per se,& absolutè,sed per comparationem ad aliud,Et adhuc falsũ est ista esse contraria,alioqui in de uno, & eodẽ cõtraria enunciarentur, idem n.tempus est breue,& diuturnũ, idem mons magnus,& paruus,iidem homines pauci,& multi cõparatione diuersorũ,non igitur sunt contraria, sed potius relatiuè opposita.Altera quãtitatis affectio quæ ei pariter cõmunis est cũ substantia est non suscipere magis, & minus, hoc est non posse intendi, vel remitti, quamuis benè suscipere possit maius,& minus,quod est magis,& minus extendi. Tertia tãdem,quæ propria censetur in quarto modo, est vt secundũ ipsam dicantur res materiales æquales, vel inæquales in magnitudine, vel multitudine,vel duratione,ita tamen vt *ly secundum quam* dicat rationem fundamentalem & non formalem, vt Scotus docet q.ol.6.formaliter namq; res dicuntur æquales, vel inæquales per ipsasmet relationes æqualitatis,& inæqualitatis.

Qualitas d finitur ab Aris. per suũ concretũ,vt sit *accidẽtalis forma absoluta secundũ quam subiectũ denominatur quale*, cuius quatuor assignat species subalternas,vel potius modos, vt Doctor explicat 4.dist.6.q.10.N. quarum prima est habitus,& dispositio,hæc est *qualitas de facili mobilis à subiecto*, vt Virtus in adolescente, ille est *qualitas de difficili mobilis*,vt virtus in sene,vnde habitus,& dispositio differunt tantũ secundũ perfectũ,& imperfectũ, & ideo non duas,sed vnã tantũ faciũt speciem qualitatis,quia perfectum, & imperfectum non variant speciem, & in hac specie ponuntur qualitates omnes,quæ suum subiectum aliquo modo præparant, & disponunt ad operandum, sunt

E sine

sint corporeæ, siuè spirituales, qua rõe inquit Arist. habitũ posse dici dispositionẽ, quatenus ad operãdũ disponit; vndè ad hãc speciẽ reducũtur habitus ões, tã corporis, quã animæ ex actibus acquisiti, & pariter ões species impressæ, tũ sensibiles tũ intelligibiles, quę licet propriè nõ sint habitus, sũt tn. habitui similes, quatenũs p eas excitamur & disponimur ad operãdũ. Secũda species qualitatis cõtinet ões facilitates, vel difficultates naturales ad agẽdũ, vel patiẽdũ, & diuiditur in nãl potẽtiã, vel impotẽtiã, quæ sũt duæ inter se essẽtialiter distinctæ qualitates ex nullo actu acquisitę, sed à natura ipsa cõgenitę, vndè naturalis potẽtia est quedã cõgenita qualitas, & ex naturali cõplexione alicui innatã, per quã ipsum redditur naturaliter potẽs ad aliquid agẽdũ, vel ad alicui resistẽdũ, vt durities quædã naturalem potẽtiã significat, qua durũ est naturaliter potẽs ad secãti resistẽdũ, vt nõ facilè diuidatur & quędã naturalẽ habẽt potentiã, & prõptitudinẽ ad cursũ, ad lu&ã, ad palestrã &c. Ex quo patet error ponẽtiũ in hac specie ões potẽtias animę visiuã, auditiuã &c. & ões proprias passiones, quia hic non sumitur naturalis potentia pro facilitate indita à natura, qua potest quis simpliciter facere, sed qua potest sic facere, i. promptè, & expeditè, vt Doctor notauit in 2. d. 16. q. vn. P. Naturalis impotẽntia è contra est quędam congenita qualitas, & à naturali cõplexione indita per quã ipsum redditur naturaliter impotẽns, seù ineptũ ad aliquid agẽdum, aut alicui resistendum, vt mollities naturalẽ significat impotentiam, qua molle naturaliter impotens est ad sectioni resistendum, & in quibusdam est innata quædam desidia, & ineptitudo ad pugillandũ ad saltandum, &c. vndè in hoc differt hæc secũda qualitatis species à prima, quod in ista ponũtur facilitates naturales, & ingenitæ ad operãdũ, & in illa facilitates acquisitæ, vt sũt habitus; & ideò in hac specie reponit Delphinus noster sua Dialect. c. de Qualit. vires omniũ rerũ sublunariũ, vt plãtarũ, lapidũ metallorũ, & mineraliũ omniũ, nã tales virtutes reddũt ea, quibus sunt ingenitæ, potentia ad aliquid agendũ, aut alicui resistendũ; ac etiam omnes Cælorum influentias præter motum, & lumen.

Insuper tertia qualitatis species est passio, & passibilis qualitas quæ tantũ accidẽtaliter inter se differũt secũdũ perfectũ, & imperfectũ, passio enim est qualitas illicò transiens, vt rubor ex verecũdia prouentiens; passibilis verò qualitas est magis radicata in subiecto: & sub hac specie omnia cõtinẽtur sensuũ externorũ obiecta, vt lux, lumẽ, colores, odores, soni, sapores, ões deniq; tãgibiles qualitates, frigiditas, caliditas &c. quæ ões ideò dicuntur passibiles qualitates, quia in hac specie reponũtur, vt natæ sũt immutare sẽsus nostros, & eis passionẽ aliquã inferre, imprimẽdo nimirũ in sensibus species sẽsibiles, & cũ eis efficiẽdo sẽsiones; & ad hãc speciẽ reducit Delphinus cit. omnes tũ corporis, tũ animæ passiones, amorẽ, odiũ, gaudiũ, tristitiã, dolorẽ, irã, timorẽ, spẽ, &c. ões itẽ actus, seu operationes facultatũ organicarũ, & inorganicarũ, vt sẽsiones, imaginationes appetitiones, intellectiones, & volitiones eo quia sũt actus vltimi & ordinãtes potẽtiã ad operãdũ, & ideò potius spectãt ad hãc speciẽ, quã ad primã, & si Doctor vtrũq; admittat vt probabile quol. 13. C c. Arist. verè solũ ponit exẽpla de qualitatibus sensibilibus, tãquam de manifestioribus, ait Doctor ibidẽ. Quarta species est forma, & figura, quę in proposito pro eodem sumũtur, pro dispositione nimirũ, & terminatione quãtitatis, vndè in aliqua re figurata pos-

sumus

mus cõsiderare tria. Ipsã rẽ, ex qua cõstat, vt lignũ, & quoad hoc pertinet ad genus substantiæ, quantitatẽ eius terminatã linealiter; & superficialiter & sic pertinet ad genusq; quãtitatis, tãdẽ terminationẽ, vel dispositionem quãtitatis, quæ dici solet forma, & figura, vt rectitudo, curuitas, triãgulatio, quadrãgulatio, &c. & hæc cõstituit hãc quartã speciẽ qualitatis in qua proindè ponũtur ões figuræ artificiales & naturales, tã animatorum quã inanimatorũ. Monet tn. Doctor 4. d. 1. q. 1. S. & d. 12. q. 4. I. in rei verita te figurã quid absolutũ importare nõ posse, cũ figura vltra quãtitatẽ nõ dicat, nisi relationẽ terminorũ includẽtiũ partes ad se inuicẽ; ponitur tn. species quædã qualitatis, quia habet modũ denominãdi, & prædicãdi qualitatis, absolutũ nẽpè, & sine expressa relatione ad aliud, homo nãq; denominatione absoluta ità dicitur à pulchritudine pulcher, sicut ab albedine albus; ità Doctor quol. 18. I.

Affectiones qualitatis tres assignãtur; Prima est habere cõtrariũ frigiditas nãq; caliditati cõtrariatur, albedo nigredini, quæ tn. nõ omni competit qualitati, nã nec colores medij ad inuicẽ cõtrariãtur, cũ sub eodẽ genere nõ maximè distẽt, quæ maxima distãtia est de ratione cõtrariorũ, nec species sẽsibiles, aut intelligibiles cõtrariũ habẽt, nec lumẽ, cui etsi opponãtur tenebræ, hæc tn. nõ est oppositio positiua, qualis esse debet cõtrarietas, sed tãtũ priuatiua. Secũda est, quod suscipit magis, & minùs, vna. n. qualitas est magis intẽsa, quã alia, vnũ v. g. calidũ habet plures caloris gradus, quã aliud & idẽ i diuerso tempore est modò magis, modò minus calidũ; hæc autẽ proprietas nõ cõuenit qualitati in abstracto, nõ. n. vna albedo dicitur magis albedo altera, quia cũ p abstracta nomina denotẽtur quidditates, & essẽtiæ re rũ cõsistãt in indiuisibili, hinc est, quod qualitates in cõcreto tãtũ suscipiunt magis, & minus, & secũdũ gradus indiuiduales, hãc tn. affectionẽ ait Arist. nõ cõuenire omni qualitati; quia nec quartæ speciei, nec qualitatibus in abstracto, sed quartæ speciei aliquo modo etiã cõuenire potest, quia vnã lineã dicimus esse magis, vel minus, curuã alia: Tertia affectio, quæ propria cẽsetur qualitati in quarto modo, est secũdũ eã aliqua dici similia, vel dissimilia, sicut secũdũ quãtitatẽ dicebãtur æqualia, vndè duo alba dicuntur similia, albũ, & nigrũ dissimilia, tã tn. vt ly *secũdũ* notet rationẽ fũdamẽtalẽ, nõ verò formalẽ, quia hęc est ipsa relatio similitudinis, vel dissimilitudinis.

De Prædicamentis respectiuis. Cap. VII.

RElatio est *accidẽs, quo vna res ad aliã refertur, seu quo vna res aliã respicit*, qua ratione solet appellari respectus, vt Paternitas est relatio, quia est id, quo Pater refertur ad filium, vel respicit filium, & ideo Relatiua, quæ sunt cõcreta relationis, definiũtur *esse illa, quorum esse est ad aliud se habere*; in quibus tria considerari debẽt, id, quod refertur, id quo refertur, id ad quod refertur; primũ appellatur subiectũ, quatenus est illud, in quo recipitur relatio, & dicitur etiã fundamẽtũ, vt Petrus qui fundat paternitatem in ordine ad Paulum; secũdum aut est quo formalẽ, aut fundamentale, formale est ipsamet relatio v. g. paternitatis, fundamentale est ratio fundandi relationem, v. g. potentia actiua generãdi in Patre; tertium est terminus relationis, & dicitur correlatiuũ, vt Paulus filius. Relatio alia est realis, alia rationis, hæc fit ab intellectu in re quæ relationem à parte rei fũdare nõ potest, vt v. g. in Deo in ordine ad creaturã, illa reperitur in re seclusa quocũq; opere intellectus, vt i Creatu-

ratione ordine ad Deū; ad quā tres requiruntur conditiones ex Sco p.d.31.& quol.6.art.3. quod extrema sint realia, quod sint realiter distincta,& quod inter ex ea natura oriatur extremorū, nō verò per actū intellectus, & hæc subdiuiditur in aptitudinalem, quæ respicit terminū nō actu existentem, sed aptitudine. & subiecto realiter identificatur, vt sunt propriæ passiones, et actualem, quæ respicit terminum actu existentē,& hæc rursus subdiuiditur, alia .n. est suo fundamento realiter identificata, vt relatio essentialis dependentiæ Creaturæ ad Deū, alia realiter à fundamēto distincta; quæ adhuc duplex est, intrinsecus aduenientes, quæ necessario ponitur extremis positis ī quacunq; distantia, vt similitudo,& extrinsecus aduenies, quæ nō resultat ex sola extremorū positione in rerū natura, sed vlterius requiritur debita eorū approximatio, vndè quid extrinsecū exigit, vt insurgat,& tales præseferunt respectus vltima sex prædicamenta Actio, Passio,&c. Ex quo sequitur ad relationem de quarto prædic. quattuor exigi cōditiones, quòd sit relatio realis, quod sit actualis, nā aptitudinales pertinent ad præd c. sui fundamēti, quòd sit à fundamento realiter distincta ob eandem rationem, vndè quæ realiter fundamentis identificantur dicūtur relationes transcendentales, non prædic. & tandem, quòd sit intrinsecus aduenies, nā extrinsecus aduenientes spectāt ad vltima sex préd cam. Relatiua similiter, quę sunt concreta relationis, alia sunt secundum esse; quæ de principali significato relationem pręseferunt,& absolutum cōnotant, vt Pater,& filius, vndè secūdum totū suū esse ad aliud dependere dicuntur, tanquā ad terminū, quod notanter dicitur, quia licet accidēs, vt sic habeat dependentiam ad subiectū, nō tamen tanquam ad suū terminum,& hæc sunt relatiua huius prędicamenti: alia sūt relatiua secūdū dici, quę de pricipali absolutū īportant, et relationem solū cōnotant absoluto annexā, vt scientia quę principaliter qualitatem īportat, et cōnotat relationē ad scibile, et deò ad prædic. absolutū spectant. Vtraq; verò relatiua alia sūt mutua, alia nō mutua, illa sunt, quæ ad inuicem referuntur relatione reali, ista, in quorū non est relatio realis, et ī alio rationis nec est dependētia reciproca hinc indè, vt Creator, et Creatura. Et rursus vtraq; alia sūt æquiparantiæ, quę in vtroq; extremo fundamentū eiusdē rationis habēt, vt similitudo, æqualitas, alia disquiparantiæ, quæ fundamentū habent diuersæ rationis, vt Paternitas, et filiatio, quę tandem alia sunt superpositionis, vt Dns. erga seruū, alia suppositionis, vt seruus ad Dūm.

Affectiones relatiuorum quinq; enumerantur. Prima est, quod in relatiuis, licet non in omnibus reperitur contrarietas, vt inter virtutem, et vitium, simile, et dissimile; sed hæc nō est vera affectio relatiuorum huius prædic. nam virtus, et vitium sunt relatiua secundum dici, et quamuis simile, et dissimile sit relatiua secundum esse, tamen contrarietas nō cōuenit illis per se et formaliter. vt relatiua sunt, quia ratione relationum tantum relatiua opponuntur, sed tantū ratione fundamenti, i. contrariarū qualitatum, in quibus fundantur. Secunda est, quod quædam suscipiunt magis, et minus ratione fundamenti, vt simile et dissimile, quæ fundantur in qualitatibus suscipientibus magis et minus, solemus etiam dicere magis, et minus æquale, vel inæquale; verum vt notat Delphin. id impropriè dicitur, nam æqualitatis, et inæqualitatis fundamētum, quod est quantitas, non intenditur, aut remittitur, sed extenditur, et fit maior, aut minor, et ita fit maior, vel minor inæqualitas non magis, vel minus inæquale. Tertia; quæ competit solis, et omnibus relatiuis, esse dici ad conuertentiam, .i. quod vnū dicatur mutuò in ordine ad

aliud

aliud, siuè hic ordo sit realis, siuè rationis, vt si dicimus Dominus serui dominus, dicere etiā valeat seruus domini seruus, sciētia scibilis sciētia, scibile sciētię scibile: ex quo patet falsū esse, qd. multi dicūt hāc relatiuorū conuertētiā dicere mutuā depēdentiā vnius relatiui ab alio per relationē realē in vtroq; extremo fūdatā, atq; ideò solis relatiuis mutuis hāc proprietatē cōuenire, Arist. n. ait hāc affectionē omnibus relatiuis conuenire, & inter alia exēpla adducit illud de scientia, & scibile, quæ sūt relatiua nō mutua. Oportet tamē cōuenienter assignare relatiua ad hoc, vt ad cōuertētiā dicātur, si. n. quis diceret seruus domini seruus, non potest couertere dicēdo, homo serui homo, vndè interdū ad hanc conuenientem assignationē oportet noua nomina componere, vt facit Arist. in textu. Quarta est, quod sunt simul naturæ, hoc est, simul naturali existētia, ita quod posita se ponūt, & perēpta se perimūt, ad quā relatiuorū simultatem ex post prædic. cap. de simul duæ exiguntur conditiones, vna, quod conuertantur secundū subsistendi consequentiā, quæ sola non sufficit, quia ita se habent subiectū, & passio, & tamen subiectum est prius natura passione; altera, quod neutrum sit causa alterius, quia causa precedit natura causatū; & si dicas Patrem esse causam filij, id verum est de patre materialiter, non formaliter sumpto, vt relatiuum est, hac tamen affectio non est communis omnibus relatiuis, sed tantùm mutuis, vt Scot. docet p. d. 28. q. 3 F. nam ablato (ait Aristot.) scibili, & sensibili, aufertur vtique scientia, & sensus, sed non è contra ablata scientia, & sensu, aufertur scibile, & sensibile. Quinta tandem affectio, quę eisdem competit relatiuis, est, quòd non tantum sint simul natura, sed etiam simul cognitione, & definitione, ita vt qui definitè cognoscit vnum relatum, definitè cognoscat, & alterum, quia distincta cognitio vnius relatiui ex distincta alterius cognitione dependet, 'de qua proprietate fusius infra in disp.

Actio ex Auctore sex principiorum est *secūdū quam in id, quod subijcitur, agere dicimur*, .i. vt explicat Doctor in 4. d. 13. q. 1. est respectus ipsius agentis ad passū, quo agēs dicitur formaliter agēs, & dicitur notāter *formaliter*, quia agēs effectiuè nō dicitur agere actione, sed sua virtute absoluta, vt ignis effectiuè dicitur agere calore, sed formaliter dicitur agere actione, vndè notat Doctor cit. sub P. quod aliter calidū calore calefacit, & aliter calefactione, nā calore calefacit, vt principio effectiuo, & fundamētali, quod dicitur ratio agēdi, calefactione uerò vt principio formali denominādi calidum agens, ita quod ly *secundum quam* dicit habitudinē causę formalis, & formę proximè denominantis agēs. Dicitur *in id, quod subijcitur*, ad differentiā productionis, quę respicit pro termino, nō subiectum transmutatum, sed formam in illo productam v.g. calorem in aqua, atque ideò est respectus intrinsecus adueniens, ad quartum prædicamentum spectans, actio autē pro termino respicit subiectū transmutatum, & est respectus extrinsecus aduenies, quia vt insurgat, extremorum approximationem postulat, nam vt inter ignem, & aquam respectus calefactionis exurgat, debet aqua illi approximari, vndè minus rectè Delphinus respectum productionis in hoc prædicamento reponit. Diuiditur actio velut genus in species in immanentem, & transeuntem ex Scoto quol. 13. Dd. per immanentē intelligendo, quæ est ad terminū manentem in agēte, vt actio, qua oculus se immutat ad visionem, & intellectus ad intellectionem, quia visio manet in vidente, &c. per transeuntē verò, quę est ad terminū transeuntē extra agēs, vt calefactio, per quam ignis non seipsum transmutat, sed aquam, in qua recipitur calor productus: solent etiam operationes vitales appellari actiones

immanétes,vt visio,auditio, intellectio ex Arist.9.met.t.16.sed æquiuocè solum, & grammaticaliter,quatenus significantur per verbum actiuum, alioqui sunt qualitates de tertia specie, vt ibi diximus,& monet Doct.cit. Propria actionis affectio in quarto modo est ex se inferre passioné,non quidem illatione cósecutionis,vt aliqui exponunt,quatenus si actio est,valet inferre, quod etiam sit passio,hæc.n.illatio conuenit etiam passioni,quia relatiua mutua,vt sunt huiusmodi,inferunt se mutuò,sed intelligendú est de illatione causationis, quo sensu causa infert effectú non è contra, est autem hoc proprium actioni in quarto modo,quia licet qualitas,aut substantia vt ratio agendi,& principiú effectiuum inferat passioné,nó tamen táquam principium formale,& forma denominans.

Passio definitur ab Auctore sex princ. quod *sit effectus, illatioq; actionis* hoc est effectus,qui infertur ab actione, quæ est quędá notificatio passionis per eius proprietatem,propriú enim passionis in quarto modo est ab actione inferri modo iam descripto,melius tamen describi potest ex Scot. loc. cit quod sicut actio formaliter de ipsa loquédo est respectus agentis ad passum,seu transmutantis ad trásmutatú,ita è cótra passio est respectus passi ad agens, seu transmutati ad trásmutans,vndè sicut actio pro formali subiectatur in agente,ita passio in passo. Et sicut actionis duæ assignabantur species subalternæ,actio.s.immanés, & tránsiens,sic duæ erút species passionis, passio nimirum immanens,quæ erit effectus illatus ab agente,sed nó extra seipsum, & transiens,quæ erit effectus illatus ab agéte extra seipsú;vndè quando aliquid agit in seipsum vt cú aqua calida se frigefacit,dicitur pati passione immanéte, Quádo verò agit in aliud,illud aliud dicitur pati passione transeunte, & licet cómuniter hæc diuisio sit actionis,nil tamen impedit,quin suo modo applicetur passioni;Omittimus hic quasdam diuisiones alias actionis,& passionis,quas affert Auctor sex princip. puta in corporalé, & spiritualem,&c. quia nó sunt diuisiones formaliter,& per se actioni,& passioni cópetentes,sed tantú ratione subiectorú,in quibus fundantur;allatæ autem à nobis petitæ sunt à terminis,a quibus præsertim specificantur actiones. Commune est autē actioni,& passioni habere cótrariú,& suscipere magis, & minus, nó quidem per se,sed per accidens,quatenus qualitates, quæ imprimuntur ab agente in passum inter se contrariantur,vel magis,& minus suscipiút.i. intendútur,&remittuntur,sic calefactio dicitur frigefactioni cótraria, siuè sint actiuæ,siuè passiuæ,& vna res dicitur calefacere,vel calefieri magis alia.

Quádo vt prædicaméti est,nó aduerbialiter,sed nominaliter,sumitur quatenus significat esse in tempore,si cócretiuè sumatur,in abstracto vero dicit habitudiné,& respectú rei temporalis ad tépus,cui res illa subiicitur, vnde definitur ab Auctore sex.princ.esse id *quod ex adiacientia téporis in re téporali derelinquitur*;pro cuius intelligétia sciédú est, tempus esse mensurá durationis istarum rer generabiliú,& corruptibiliú, vndè si quęra ur quantú durauit cócio,respódetur vna hora,duabus, hoc autē tépus, quod est mensura rerum transeuntium, est motus primi Cæli,qui quotidiè cóficitur ab oriente in occidens, per durationé.n.huius regularissimi motus durationes harum inferiorum rerum metiri solemus,sicut in horologio per motum illius instruméti, quod dicitur tempus, quia vniformis est,& regulatus,mésurátur motus aliarú rotarú inferiorum, Ex coexistentia verò rei téporalis ad tempus,qui est motus primi Cęli,duplex cósurgit respectus mutuus, vnus in tépore ad rem téporalé,vt mensurātis ad mensuratú,& dicitur quando actiuú,alter in re temporali ad tempus,vt mésurati ad men-

mensuram,& dicitur quando passiuum, quod solū diffinitur ab Auct. sex prin. cū tamē hoc nō cōstituat prædicamētū quādo,sed respectus aliquis vtriq; cōmunis, quod etiā fecit de Vbi, Situ, & Habitu. Cur autem id fecerit,dicendū, vel quia respectus passiui sunt nobis manifestiores,ac magis familiares,vel errasse non assignādo rationes horum prædicamentorum cōmunes,vt poterat assignari,vt ait Doct.4.d.10 q.1.K. De speciebus huius prædicamenti aliqui dixerunt nullas habere,vt refert Doct.p.d.8.q.3.O. & adhuc esse generalissimū,de cuius ratione solùm est,quod nullū habeat superueniens genus,nō autem,quod sub se nullas habeat species. Alij dicūt esse tēpus præsens,præteritum,& futurum,vel melius esse in tēpore præsenti,in præterito fuisse,& in futuro fore,quæ etiam explicantur per hodiè,heri,& cras. At sicut præteritum,& futurū,quæ sūt partes tēporis nō differunt specie,sicut nec partes lineæ inter se,ita nec coexistētia ad hoc , vel illud tempus erit specie diuersa:Itaq; species huius prædicamenti erunt Quādo actiuum,& Quādo passiuū, vt pariter dicemus de Vbi,Situ,& Habitu.Affectiones verò,quod nō habeat cōtrarium,& quāuis mane cōtrariū vesperi videatur, id nō est ratione respectuū , quos important,sed fundamentorum,.s. lucis,& tenebræ;quod nō suscipiat magis,& minus,& quod sit aptum esse in omni eo,quod incipit esse in tempore. .i.quòd sit aptū denominare solum res corruptibiles,& tempori subiacentes,& est propriū in quarto modo,An verò ad hoc prædicamentū reduci debeat etiā coexistentia Angeli ad æuiternum,vt facit Delphinus, dicetur in quæstionibus; vbi etiam explicabimus , quomodo sit respectus extrinsecus adueniens.

Vbi,quod etiam nominaliter sumitur, *est circumscriptio corporis à loci circumscriptione procedens* pro cuius definitionis explicatione sciendum,quod ex applicatione superficiei cōcauæ corporis locātis,quæ dicitur locus 4 Phys 4 1. ad corpus locatū duplex exurgit respectus, vnus continentiæ actiuæ in ipsa superficie cōtinente,& dicitur vbi actiuum. alter cōtinentiæ passiuæ in corpore cōtento,& dicitur vbi passiuum.& vtrumque diuiditur in circūscriptiuū,& definitiuū; quam diuisionē fortè insinuauit Gilbertus ipse,dum vbi diuisit in simplex,& cōpositum: Circunscriptiuū est proprium corporum,quia est cum cōmensuratione rei locatæ ad locum, & è cōtra,ita ut totus locus toti locato correspōdeat,& partes partibus. Definitiuū est propriū rerum imaterialium quia est sine vlla cōmensuratione,ita quod res sit tota in toto loco,& tota in qualibet loci parte: Ex quo patet à Gilber. solùm Vbi passiuum circumscriptiuum fuisse definitum,cum tamen Vbi in cōmuni ad actiuū,& passiuum, circūscriptiuum, & definitiuum; sit apex huius prædicamēti,illa vero Vbi species illius, vt docet Doct.4.dist.10.q. 1.k.& quol.ij infr. C. Affectiones verò sunt,quod cōtrarietatē nō habeat,quod de vera contrarietate in qualitatibus reperta intelligendum est,quia cōtrarietatem in alio sensu,qualis est illa quæ versatur inter terminos motus successiui,habet vtriq;& talis reperitur inter Vbi sursū,& deorsum,de qua in Physicis. Altera,quod nō suscipiat magis , & minus, quia Vbi nō intenditur , vel remittitur. Tertia tandem in quarto modo,quā assignauit Arist.4.Phys.est,quod sit immobile & explicat Doct.2.d.2.q.6. E. de immobilitate opposita motui locali.

Situs,seu positio *est quidam partium situs, & generationis ordinatio* , ad cuius definitionis intelligentiam sciendū est,quod ex applicatione partium loci ad locatum duplex exurgit respectus mutuus,vnus in partibus loci terminatus ad partes locati,& dicitur situs actiuus. alter in partibus locati terminatus ad partes loci,& dicitur Situs passiuus,

onem solum definit Gilbert. licet generalissimū huius prædicaméti sit Situs in cōmuni. Differt verò Situs ab Vbi, vt ex Scot colligitur 4.d 10.q.1.sub M. quod Vbi resultat (loquēdo de passiuo) in re locata ex habitudine ad totū locū; Situs verò ex habitudine partiū rei locata ad determinatas partes loci, vndè fit vt inuariato Vbi possit mutari situs, vt quādo vinum agitatur in vase, manet intra eādē superficiē cōcauā vasis, & in eodē loco, at singulæ partes vini respōdent vicissim diuersis partibus loci ; tamē vterq; respectus tàm. s.per Vbi, quàm per Situm impotratus est extrinsecus aduenlens, quia corpus ab ista v.g. superficie nec locari, nec situari dicitur, nisi prius ei approximetur, & fiat præsēs. Differt autem positio huius prædicaméti, vt Doctor innuit loc.cit. à positione de genere quātitatis, quod hæc significat ordinationē partiū in ipso toto sine respectu actuali ad locū, illa verò ordinem actualem partiū locati ad partes loci, vndè inuariata positione de genere quantitatis pōt mutari positio huius prædicamenti, vt fit quādo homo varijs modis se cōponit, erigit, incuruat, incābit, &c. tūc. n. nō mutatur ordo partiū hominis, nam caput semper immediatè adhæret collo, mediatè pectori, & sic de alijs partibus inter se, mutatur tamen ordo illarū ad locū. Solet situs diuidi tanquam in species in sessio è stationem, & cubationem, item in naturalem, quem tetigit Gilbert. in allata definitione, veluti à natura institutum, vt quod caput sit supra, pedes infra, & in accidentalem, qui ex libero pendet arbitrio, vt si quis pedes supra caput eleuaret, sed nō sūt verè diuisiones generis in species, sed potius subiecti in accidentia, quarè veræ species huius prędicamenti erūt Situs actiuus, & passiuus: Affectiones verò, quod cōtrariū nō habeat aliquo loquendo de cōtrarietate propriè, alioquī fusè statio opponitur sessioni, vel cubationi: rursus qd. nō suscipiat magis, & minus, non .n. est magis situatum corpus stans, quàm sedens: Proprietas in quarto modo est nobis ignota, nisi fortè ponatur ordinabilitas in loco.

Habitus, vel Habere varijs modis accipitur, & quidem in lata sua significatione dicitur de ōni eo, qd. i aliquo est quomodocūq; qua significatione ponitur ab Arist. inter post prædicamenta; hic verò speciali mō sumitur, vt significat habitudinē mediā inter habentē, & rē habitam, & definitur a Gilb. *Habitus est corporū, & eorū, quæ circa corpus sunt adiacentia* sensus est, quod i est mutua quędā habitudo corporū, & eorū, quæ sūt circa corpus adiacentia, ità qd. corpus habet illa, & illa habētur à corpore formaliter per illā habitudinē mediā; vndè sciendū est, quod ex adiacentia vestimenti ad corpus (cuius exēplū traditur, quia notior est talis adiacentia,) vel cuiuscūq; alterius formæ ad suū subiectū duo lex consurgit respectus mutuus, vnus in vestimēto, seu forma applicata, & terminatur ad corpus, seù aliud subiectū, & dicitur habitus, seu habito passiua, alter in corpore, vel alio subiecto, & terminatur ad vestem, vel aliam formam habitā, & dicitur habitus, seù habitio actiua; vndè Habitus constituens hoc prædicamentū est habitio in communi ad actiuā, & passiuam, quæ alio nomine uocatur inhærētia, informatio, unio, &c. ita quod omnis unio absoluti ad absolutum, omnis respectus subiecti ad formam, & è contra spectant ad hoc prędicamentum, ut benè notat Bassolius 4 d. 12. qu. 1. art. 1. quia omnis talis habitudo est aliquo modo derelicta ex adiacentia formæ ad subiectum, uel est ipsamet adiacentia talis; quod etiam clarè Gilbert. insinuat, dum in isto prædicamento ponit album esse, & quantum esse .i. respectum subiecti ad albedinem, & quantitatem, Species huius prædicamenti sunt habitus actiuus, et passiuus, & important respectus extrinsecus aduenientes, quia non insu-

ſurgunt, niſi approximatis extremis; Affectiones autem ſunt, quod non habet contrarium, nam eſſe calceatum, & loricatum non ſunt oppoſita, & ſi aliquæ informationes contrariæ uidebuntur, ut eſſe album, & eſſe nigrum, hoc non erit per ſe ratione reſpectum formæ ad ſubiectum, ſed ratione ipſarum formarum; Altera eſt, quod ſuſcipiat magis, & minus, nam eques eſt armatior pedire, & forma magis radicata in ſubiecto dicitur magis haberi à ſubiecto, quam alia minus radicata, quamuis id non ſit propriè ſuſcipere magis, & minus; Proprietas in quarto modo eſt nobis ignota.

De legibus eorum, quæ ſunt in prædicamento. Cap VIII.

DVas aſſignat regulas Ariſt. in antepredic. cap. 3. & 4. eorū, quæ ſunt in prædicamento. Prima eſt, quicquid prædicatur eſſentialiter de ſuperiori, ut de ſubiecto, de inferiori etiam eodē modo prædicari debet, quæ regula de omni prędicatione eſſentiali debet intelligi, ſiuè ſit in quid, ſiuè inquale, ut ſubſtantia, uel ſenſibile prędicatur de animali, ut de proprio ſubiicibili, ergò & de homine prædicari debebunt, qui eſt inferius animali eodem modo, nimirum eſſentialiter in quid, uel quale, cū hoc ſolum diſcrimine quod de ſuperiori immediatè prędicantur, & proximè, de inferiori mediatè, & remotè: Quæ regula, vt ſit recta, intelligi debet de omnibus prædicatis, quæ competunt ſuperiori, vt conuenit cū inferiori, non autē de his, quæ ei cōpetunt præcisè ſūpto, & quatenus ab inferiori differt, v. g. *homo eſt animal* in hac propoſitione quæcunque prædicantur de animali, quatenus conuenit cum homine, vt ſunt ſenſibile corpus, ſubſtātia, illa eadē dicūtur de homine; quę verò dicūtur de animali, prout in præciſo ſignificato differt ab hoc, vt ſūt eſſe ſuperius, eſſe cōmune pluribus ſpecie differentibus, &c. illa nō dicuntur de hoē.

Altera regula eſt, quod diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum, i. quorum vnum alteri non ſubordinatur in prædicamentorum ſeriebus, diuerſę omninò ſunt differentiæ diuiſiuæ, ſiuè talia genera ſub eodē tertio genere contineantur, vt animal, & planta, ſiuè non, vt animal, & color, hæc .n. omnia diuerſas prorſus habent differentias diuiſiuas, vt patet diſcurrēti; Si verò de differentijs cōſtitutiuis loquamur, licet illa genera, quę non ſub eodem aliquo tertio genere continentur, diuerſas adhùc habeant differentias, quia alia differentia conſtituitur color in eſſe color is, alia animal in eſſe animalis, illa tamen, quæ ſub eodem tertio genere continentur, eaſdem differentias habere poſſunt, vndè animalis, & plantæ eædem ſunt differentiæ conſtitutiuæ corporeum, & animatum; Sed licet quorundam generum non ſubalternatim poſitorum eædem eſſe poſſint differentiæ conſtitutiuæ, non tamen eſſe poſſunt eædem ſpecies, nam cum habeant diuerſas ſemper differentias diuiſiuas, vt dictum eſt, conſequenter etiam eorum ſpecies ſint diuerſę, quandoquidē ex diuerſis differentijs diuidentibus, & contrahentibus idem genus ſemper diuerſæ ſpecies conſtituuntur.

Verùm diuerſorum generum ſubalternatim poſitorum in eadem ſerie prędicamentali eſſe poſſunt eædem differentiæ, cœterùm tamē earum vna ſit vnius generis conſtitutiua, & altera alterius generis diuiſiua. v. g. auis, & animal ſunt genera ſubalternatim poſita, & aliquas habent differentias eaſdem, licet non omnes; nam greſſibile, volatile, aquatile, reptile, bipes, omnes ſunt differentię animalis diuiſiuæ, & vna iſtarum eſt auis conſtitutiua nempè volatile; ſic etiam ſenſibile eſt differentia diuiſiua corporis animati, & conſtitutiua animalis.

De Ter-

De Terminorum collatione inter se.
Cap. IX.

VAriæ terminorum diuisiones iam assignatæ sunt, qui omnes si adinuicem conferantur, vel sunt pertinentes, vel impertinentes, pertinentes dicuntur illi, qui se inferunt, seu quorum unus deduci potest ex alio affirmatiuè, vel negatiuè, itaque expositione vnius ponatur alter ob cõnexionem, quam habent adinuicem, vel remoueatur ob repugnãtiã; primo modo termini minus vniuersales dicuntur pertinentes respectu magis vniuersaliũ, quia ab inferiori ad superius consequentia tenet affirmatiuè; est homo, ergo animal, sed nõ è cõtra; altero modo pertinentes termini sũt, qui repugnant adinuicem, & de eadẽ re eodem tempore nequeunt affirmari, quia ex positione vnius necessario negatur alter, Termini verò repugnantes sũt duplices, alii disparati, alij oppositi; disparati sunt, qui non habent inter se maiorem repugnantiã, quã cum alio tertio, vt homo, & asinus, nõ.n. homo magis repugnat cũ asino, quam cum equo; oppositi vero dicuntur, qui magis pugnãt inter se, quã cũ tertio, vt album, & nigrum magis inter se pugnant, quã cum tertio, v.g. dulci, & isti sunt quadruplices iuxta quadruplicem oppositionẽ ab Arist. assignatam in postprędic. c. de oppositis, relatiuam, contrariam, priuatiuam, & cõtradictoriam, Opposita relatiuè dicũtur, quæ per relationes oppositas adinuicẽ referuntur, vt Pater, & filius, contrariè quando sunt formæ positiuæ seinuicem expellentes ab eodem subiecto, vt albũ, & nigrum, calidum, & frigidum, priuatiuè, quando vnum significat formam, aliud carentiam illius formæ in subiecto apto ad illam habendam, vt cæcus, & videns, contradictoriè, quę opponuntur secundum affirmationem, & negationẽ, i. aut quod affirmat vnus terminus, negat alter, vt homo, non homo.

Omnes hi termini repugnantes disparatè, vel oppositè dicuntur pertinentes secundo modo, quia ex positione vnius valet semper alterum remouere, vt in relatiuè oppositis, hic est filius Petri, ergo non eius Pater, in oppositis cõtrariè hoc est album, ergo nõ nigrum, in priuatiuè oppositis hic est videns, ergo nõ cæcus, in oppositis contradictoriè, Petrus est homo ergo falsum est, quod nõ sit homo, in disparatè tandẽ repugnantibus, vt homo est animal, ergo non est lapis. Termini verò impertinentes dicuntur, qui nec se includunt, nec se excludunt, nec repugnant, nec se mutuò inferũt, ut diues, & sapiẽs, nigrum, & ignorans, doctus, & iustus, hi termini nullã inter se habent cõnexionẽ, aut repugnantiã, non .n. valet deducere affirmatiuè, hic est diues, ergo sapiens, neque negatiuè, hic est doctus, ego non est iustus.

De varia terminorum suppositione.
Cap. X.

COgnita essẽtia, & multiplicitate terminorũ, restat agere de eorũ proprietatibus, quarũ præcipua est suppositio: quia ergo termini plura significare possũt, vt hic terminus *homo* imediatè significat naturã humanã; mediatè Petrum, & Paulum: & etiã seipsum significare potest, quia omnis vox seipsam repræsentat, ideò varia eorum significatio solet ĩ propositione determinari mediãte prędicato, aut copula; & tunc dicuntur pro hoc, vel illo significato supponere, unde si dicamus *homo currit*, terminus *homo* supponit pro aliquo indiuiduo naturæ humanæ, cui hoc prædicatũ cõpetit, nõ pro natura humana immediatè, si dicamus *homo est dictio bissyllaba*, tunc supponit pro seipso. Ex quo patet, non esse idẽ significare, & supponere significationem, & suppositionem, ut benè notauit Petrus Hisp tract. 7. de supposit. nam significare est facere uenire in cognitionem, quo modo fumus significat ignem sed supponere, seu supponi est loco alterius

terius suffei, & substitui, ut calculi supponũtur loco pecuniæ; significatio fit per impositionem uocis ad significandũ rẽ, suppositio est acceptio termini iam significantis rem pro aliquo, undè significatio prior est suppositione, & significare latius patet, quam supponere, nã omne id, pro quo aliqua uox supponit, etiã significat, nõ è cõtra, ut si dicamus, *homo currit*, terminus *homo* indifferenter secũdum se significat tam naturam humanam, quam eius indiuidua, sed ĩ hac propositione supponit tãtum pro significato mediato, nẽpè pro indiuiduo aliquo humanæ naturæ, & terminus cõnotatiuus, ut album, significat formale. s. albedinẽ, & supponit pro materiali. s. pro habente albedinem, ut sæpè docet Tat. nõ ergò sunt idẽ significatio, & suppositio, ex quo rursus sequitur aliud discrimẽ inter significationẽ, & suppositionẽ, qd. significatio põt termino cõuenire ẽt extra propositionẽ, sed suppositio illi nõ cõuenit, nisi in propositione, quia ex uarietate prędicati, qd. ei adiũgitur, dicitur uario mõ supponere, & eius indeterminata significatio vario mõ determinari mõ iã explicato; & suppositionẽ propriè nõ cõuenire termino, nisi in propositione tenẽt Sũmulistę melioris notę antiqui & Recẽtiores, Villalp. lib. 1. sum. 3. p. c. 1. Bannes lib. 2. summ. trac. vnic. c. 1. Ioan. dè S. Tho. lib. 2. sum. c. 10. quod sumpserunt ex Tat. tract. 7. com. 2. §. *Primò sciẽdum*, & tract. 13. circa finem, & colligitur ex Scoto p. d. 21. q. vn. in calce, & ideò suppositio definitur à Tat. cit. quod sit *acceptio termini in propositione pro aliquo eius significato*. An autem suppositio sit solius termini substantiui, vel etiam competat adiectiuo adiectiuè ten to negant Petrus Hyspan. & Tatar. citat. & alij Summulistæ communiter. Se dicendum, quod si supponere capiatur in rigore, vt isti faciũt, pro eo nimirum, quod est non solum accipi pro aliquo, sed etiam reddere suppositũ verbo, vtique adiectiua non supponunt, sed copulant suũ significatũ formale alteri supposito, sed si minus rigorosè sumatur, pro eo. s. quod est accipi pro aliquo, iã supponere possunt, vndè Tat. ipse docet loc. c. quod in propositionibus de prædicato cõcreto etiã adiectiuo cõcretũ supponit pro significato materiali, vt in ista *Petrus est albus* ly *albus* supponit pro re hebẽte albedinẽ, & importatur in recto, itaut sensus sit Petrus est habens albedinem; ità etiam tenent Ioan. de S. Th. loc. cit. & Casil. lib. 1. tract. 2. cap. 1. sect. 2.

Quia igitur in voce significatiua duo sunt, vnũ, quod habet rõẽ materiæ, literę nimirũ, syllabæ, & earũ cõbinatio, ac sonus, alterũ, quod habet rationẽ formæ, ipsa nimirũ vocis significatio, hinc suppositio prima sui diuisione diuiditur in materialẽ, & formalẽ; materialis est vsus, & acceptio termini pro seipso, .i. pro ipsa materia vocis, vt Petrus est vox bisyllaba: formalis est acceptio termini pro suo significato, vt Petrus est homo, & ab vna suppositione ad aliã arguere non licet, vndè nõ valet homo est vox bisyllaba, Frãciscus est homo, ergò est vox bisyllaba. Suppositio formalis subdiuiditur ĩ propriã, & est acceptio termini pro re, quã propriè significat, & impropriã, & est acceptio termini pro re, quã impropriè, ac metaphoricè solũ significat, vt cũ hominem fortẽ appellamus leonẽ, & crudelem Neronem. Propria subdiuiditur in cõmunem, & est acceptio termini communis pro suo significato, vel significatis, vt omnis homo est animal: & singularem, seu discretã, & est acceptio termini pro vna re singulari tantũ, hoc modo supponit omnis terminus singularis, vt Petrus, Paulus, & terminus cõmunis signo demonstratiuo determinatus, vt hic homo. Communis suppositio subdiuiditur in simplicem, personalem, & absolutam; Simplex est acceptio termini communis pro suo immediato, & primario significato præcisè sumpto, vt ab-

strahit

strahit ab omnibus inferioribus,& ideò dicitur sīplex,& precisa suppositio, nā terminus quilibet cōmunis duo habet significata, vnū primariū, seu īmediatū, alterū mediatū,& secūdariū, vt homo v.g. primario, & immediatè significat naturā humanā in cōmuni, at secūdariò Petrū,& Paulū; vndè regula generalis dignoscendi hanc suppositionem est, quādo terminus cōmunis cō iungitur cum tali prædicato, quod ponit differentiam inter superiùs,& inferiùs vt cum dicimus, quod homo est species, vel natura communicabilis pluribus, quæ prędicata individuis cōuenire nō possūt, hinc est axioma apud Sūmulistas, quod sub termino cōmuni simpliciter supponente non licet descendere. Personalis est acceptio termini cōmunis pro significatis mediatis, vt omnis homo currit, quia currere cōpetit immediatè indiuiduis, nō hōi in communi,& dicitur personalis, vt notat Orbellus tract. de suppos. quia inter singularia, pro quibus supponit terminus, nobiliora sunt indiuidua intellectualis naturæ, quę dicūtur persona; regula generalis ad hāc suppositionē dignoscēdā est, quando terminus cōmunis notatur aliquo signo omnis, aliquis,&c. vel iūgitur prædicato, quod ei immediatè conuenire non potest, vt sunt accidentia cōmunia; Absoluta suppositio est acceptio termini cōmunis pro significato mediato,& immediato, & generalis regula ad hanc dignoscendam est, cum terminus cōmunis iungitur prædicato, quod vtriq; significato competere potest, vt homo est animal, est risibilis, nā hæc prædicata non solùm humanæ naturæ in se spectatæ, sed & Petro,& cæteris indiuiduis cōueniunt,& ideò dicitur absoluta quia cū aliæ acceptiones limitentur ad significatum, vel ipsum vocis primarium significādum, vel secundarium, hęc ad vtrūq; est indifferens, hinc est axioma, qd. sub termino absolutè supponēte descēdere licet quid autem sit ascensus,& descensus, & quotuplex dicemus infrà tract. 3. cap. 4.

Rursus suppositio personalis subdiuiditur in distributiuā, collectiuā, determinatā,& cōfusam; distributiua est, cū terminus cōmunis accipitur pro omnibus suis inferioribus, & singulis cū copulatione sūptis, ita quod prædicatū de omnibus illis in propositione copulatiua verificetur, vt in hac propositione *omnis homo est animal* ly homo distributiuè supponit pro hoc,& illo hōe itaut de sīgulis verū sit dicere, hic hō est animal,& hic homo est animal, & sic de singulis. Collectiua est, cū terminus cōmunis accipitur pro omnibus simul,& collectiuè sūptis, vt in hac propositione *omnes Apostoli Dei sunt duodecim*, ly Apostol' nō supponit pro singulis Apostolis seorsim sumptis, i. pro hoc,& illo, nō.n. valet inferre, ergò Petrus, & Paulus sūt duodecim, sed pro omnibus collectiuè, vndè de tota solùm collectione inferiorū verificari potest,& ideò ait Scot. 2. d. 2. q. 9. signū vniuersale in hac suppositione debere accipi in plurali. Determinata est, quando terminus accipitur pro aliquo, vel aliquibus inferioribus suis determinatè,& seorsim sūptis, sed disiunctiuè, vt nō.n. inferre licet aliquis homo est albus, ergò hic hō in propositione copulatiua, ergò hic hō est albus, & ille homo est albus, sed solū in propositione disiunctiua, ergò hic homo, vel ille homo est albus, & ideò dicitur determinata, quia determinatur ad vnū, licet sub disiunctione. Confusa est, cum terminus accipitur pro aliquo inferiori, vel aliquibus sub disiunctione, ita tamen, vt non determinatè supponat pro aliquo in quo distinguitur à suppositione determinata, vt rectè Orbellus citat. aduertit, quę talis est, vt etiā disiunctiuè significet inferiora, attamen à parte rei datur aliquod singulare, cui determinatè conueniat prædicatum enunciatum, & si non explicetur, vt si dicatur, *aliquis homo currit*, nam aliquis homo determinatè

tinatè currit etiamsi sub disiūctione significetur; at cōfusa ita sub disiunctione supponit, vt nullū sit inferiùs, de quo affirmari possit determinatè, vt si dicatur, *aliquis calamus est ad scribēdū necessarius*, quia de nullo calamo determinatè dici pōt, quod sit necessarius ad scribendū, benè tamen de aliquo homine, quod currat, vel quod sit albus. Demum suppositio distributiua subdiuiditur in distributiuam pro singulis generum, quæ dicitur completa, & pro generibus singulorum, quę dicitur incompleta; prima est acceptio termini cōmunis pro singulis indiuiduis omnium specierum copulatiuè sumptis, vt omne animal moritur, hoc est Petrus moritur, & Bucefalus moritur; secunda est acceptio termini pro omnibus speciebus indiuiduorum, vndè hic nomine generum intelligūtur species, & nomine singularium indiuidua, vt omne animal fuit in arca Noe i. ex oībus speciebus hoc, vel illud indiuiduum, & hæc distributio solet appellari accommoda, quatenus nō absolutè, & simpliciter pro omnibus, & singulis distribuit. Præfatas suppositiones alio modo assignat, & explicat Arriag. sect. 6. quia in Nominalismum prolapsus negat vniuersalia præseferre rationem communem abstractam ex parte obiecti ab indiuiduis, quæ immediatè significetur, nos à communi non recedimus.

De reliquis Terminorum proprietatibus. Cap. XI.

QVędam aliæ terminorum affectiones minoris momenti solent enumerari, de quibus hoc vno capite breuiter agemus relictis Summulistarū ambagibus, & sunt potius variationes quędam significationis, & suppositionis per quasdam additiones, aut conditiones, quam distinctæ proprietates ab illis.

Prima dicitur Status, & est acceptio termini pro suo significato secūdùm illam tantū temporis differentiam, quam copula verbalis importat, ut *sedens disputat*, ly sedens dicitur habere statum; quia sumitur tēpore determinato, quod īportat uerbum principale, nimirū pro tempore præsenti per uerbum *disputat* importato; undè est regula generalis, quod quādo prædicatū, aliquod nequit cōuenire subiecto, nisi pręsupposita existētia ipsius, tunc tale subiectum dicitur habere statum, v.g. homo est albus; quia albedo nequit cōuenire, nisi hōi existēti, ideò hęc propositio dicitur habere statū, qdo uerò prædicatū nō determinat existentiam subiecti, tūc nō dicitur hāre statū, & ita est in propositionib. necessarijs, ut u.g. hō est animal, quia animal cōuenit homini etiā nō præsupposita existentia ipsius, ideò nomen *homo*, non habet statum, sed potius ampliatur, homo .n. qui est, fuit, uel erit, est animal uerbū .n. *est*, nō dicit existētiā extremorum, sed necessariā ipsorum cōnexionē.

Secunda dicitur ampliatio, quæ statui opponitur, & est acceptio termini ad significandā rem secundum plures differentias temporis, quam indicet verbum principale propositionis, ut *Sancti Deū videbūt*. ly Sancti extendit r ad Sanctos, qui fuerunt, sunt, & erunt cū tamen per uerbum principale *videbūt*, significetur solum tempus futurum, & in propositione necessaria, ut dictum est, subiectum ampliatur ad omnem temporis differentiam; ex quo patet, quam īcōsulto loquatur Puen. p. p. sum diff. 3. art. 2. dum ait ampliationem semper prędicato cōuenire, nunquam subiecto, nam in propositionib. passim cernitur oppositum, & licet in necessarijs ampliatio conueniat etiam prędicato pręcipuè tamen cōuenit subiecto, vndè per ampliationem subiecti, & prędicati sic explicari solent *Homo est animal*, i. hō actualis, qui est tempore pręsēti est animal actuale existens tempore pręsenti, & hō actualis, qui fuit, erit, aut pōt esse, est animal actuale, qd. fuit, erit, aut pōt esse. Ex quo etiam patet terminum communem non

nō solū ampliari ad plura tēpora, sed etiā ad plura subiecta. i. ad hominem præsentem, futurum, &c.

Tertia est distractio, & est acceptio termini ad rē significādā pro alia tēporis differētia, quā indicet, uerbū principale, vt *homo est mortuus*, ly *homo* amplia tur ad tempus præteritum, i. ille, qui fuit homo, & in Euāg. *cæci vident, claudi ambulāt*, i. qui erāt cæci, & claudi, potest etiam fieri ampliatio ad tempus futurū, vt in ista *Antichristus est reprobus*, subiectū ampliatur ad tēpus futurū, & sēsus est, homo ille, qui erit Antichristus; Multi reducūt distractionē ad ampliationē, eo quia per ipsā ampliatur terminus; sed quia non solū ampliatur ad aliā tēporis differentiā, quā indicet verbū principale, verū etiā ab illo distrahit, ideò ad Ampliationem attinere nō potest, quæ licet ampliet significatū termini; nō tamē distrahit; ex quo patet has tres proprietates cōuenire terminis quatenus referūtur ad mēsurā tēporis, illisq; proueniūt ex coiūctione cū verbo. Potest autē ad Distractionē reduci Alienatio, cū s. vox addita alienat alterius significatū, vt homo mortuus, leo marmoreus. nā hæ particulę dicūtur alienātes, & distrahentes, vndè Alienatio à non nullis etiā Distractio nuncupatur; & in ea talis obseruatur regula, qd. non valet cōsequentia à termino alienato ad non alienatū, vndè non valet est homo mortuus, ergo est homo, sed est fallacia à secundum quid ad simpliciter.

Quarta est Restrictio, & est acceptio termini ob aliquid additū coarctata ad minorē significationē, quā ex natura rei illi cōpetat, vt discipulus diligens euadet doctus, vbi *discipulus* per particulā additā restringitur solū ad significandos discipulos diligentes, cū alioqui absolutè sūptus etiā negligētes cōprehendat, vndè est regula, quod valet cōsequētia à termino restricto ad amplū, vt Petrus est homo iustus: ergo est homo; Restrictioni affinis est Diminutio, cum nimirū ex additione alicuius particulæ significatio termini minuitur, vt doctus in grammatica, vel ità limitatur, vt non sumatur absolutè, sed tantū secūdū quid vt Aethyops albus secūdū dētes, vbi particula *secūdū dētes* minuit, & limitat significatū albi, quia albus secundū dentes nō est absolutè albus, sed tātùm secūdum quid: Porrò etsi Diminutio sit Restrictioni affinis, tamen in eis contraria obseruatur regula, quod nō valet consequēt a à termino diminuto ad non diminutū, vti valebat à restricto ad nō restrictū, nō. n. valet, est albus secūdum dentes, ergo est albus, sed est fallacia à secundum quid ad simpliciter: de quibus p. seq. tract. 3. c. 3.

Quinta demū est Appellatio, cū vox vna aliā afficit, ac denominat secundū suū formale significatū; terminus denominans dicitur appellans, denominatus verò dicitur appellatus, vndè iste est terminus substātiuus, vel per modum substantiui se habens, ille adiectiuus, vel habēs modū adiectiui, ex quo fit terminū appellantē sēper accipi secūdum significatū formale, at appellatū posse accipi interdū secūdū materiale, & interdū secūdū formale, materialiter tamen se habens, & per modum denominati, vndè duplex postea solet assignari appellatio, vna materialis, altera formalis Vt autem dignoscatur quādo materiale, & quando formale significatum appellatur in propositione adducamus exēplum propositionis constantis ex prædicato composito, in qua difficilior est cognitu appellatio, v. g. *Plato est diuinus Philosophus*, in hac propositione terminus appellans. s. *diuinus* non appellat materiale significatum. s. Platonem, sed formale. s. Philosophū, & hoc contingit quoties nomen adiectiuū cōiungitur cum alio ex parte prædicati, vt in proposito, cum verò terminus appellās est solus ex parte prędicati, tunc ap-

appellat materiale, vt si diceretur Plato Philosophus est diuinus, nam sic dicẽdo diuinitas applicatur Platoni, non eius doctrinę; hæc est communis doctrina Summulist. adhuc tamen verũ est etiãsi propositio fiat hoc secundo modo terminum appellantẽ, s. *diuinus* appellare posse supra Philosophũ si ex modo proferendi propositionem ly *Philosophus* seiungatur à subiecto, & coniungatur prædicato, vndè nulla certior regula tradi potest dignoscendi, & discernẽdi appellationẽ formalẽ à materiali, quã diligẽs animaduersio propositionis constantis ex subiecto, vel prędicato composito.

Aduertẽdũ tamen hic, quod etsi appellatio in materialẽ, & formalẽ secerni cõsueuerit modo iam explicato, sola tamẽ appellatio formalis p opriè meretur nomẽ appellationis, nõ autẽ materialis, nã applicatio formalis significati alicuius termini ad materiale tantùm est simplex formalis prædicatio, vt si dicamus Petrus est bonus, vel Petrus est logicus, Appellatio igitur propriè dicta est quãdo terminus appellans non absolutè cõuenit subiecto, sed ratione alicuius significati formalis, quod appellat, sic quod media illa formalitate subiecto cõpetat, vt si dicamus Petrus est magnus logicus, ly *magnus* nõ absolutè cõuenit Petro, sed ratione logicæ; hæc propriè est appellatiua prædicatio, vndè Appellatio definiri solet, quod sit *applicatio significati formalis vnius termini ad significatũ formale alterius* cuius variatio magnos solet defectus parere in paralogismis, vt si dicatur, hic puer est magnus logicus, ergo est magnus, & logicus, variatur appellatio, quia ly *magnus* appellat in antecedente logicũ, in consequente puerum.

De Terminis exponibilibus.
Cap. XII.

INterdũ propositiones constant quibusdam terminis, qui ad rectam illarũ intelligẽtiam exponi indigẽt, vndè, & propositiones ex ipsis cõstantes, ac etiã ipsimet termini exponibiles dicũtur, Hi vero sunt multiplices, sed præcipui, & frequentiores sunt exclusiui, exceptiui, & reduplicatiui; relatiuos autẽ, cõparatiuos, superlatiuos, & alios huiusmodi omittimus, vt minus necessarios, & potius ad grammaticã pertinẽtes; de Incipit, & Desinit egimus in Physicis. disp. 14.

Termini itaq; exclusiui sunt *tantum dumtaxat solũ*, &c. qui possunt in propositione determinare subiectum, vel prædicatũ, cũ determinãt subiectum faciunt propositionẽ de subiecto excluso, vel melius exclusiuo, vt Aldus tantum est grãmaticus: cũ determinãt prædicatũ, faciũt propositionẽ de prædicato exclusiuo, vt Aldus est tãtũ grãmaticus; Cum igitur terminus exclusiuus ponitur à parte prædicati, si est exclusiuus respectu numeri, vt vniuersalia sunt tãtum quinque, solet propositio exponi per remotionẽ termini exclusiui cũ hac additione *& non plura*, & sensus est vniuersalia sunt quinque, & nõ plura; si vero est exclusiuus rei, vt Aldus est tãtũ gãrmaticus exponi solet per remotionẽ termini exclusiui cũ hac additione *& non aliud* vt sẽsus sit, Aldus est grãmaticus, & nõ aliud, aut nihil aliud, ita Sotus lib. 4 de exponibilibus; Casilius li. 2. appẽdic. de exponib. c. 1. Roccus li. 2. c. 4. & alij. sed quamuis prefato modo bene exponatur terminus exclusiuus respectu numeri, cũ determinat prędicatũ, nõ tamẽ bene exponitur, cũ est exclusiuus rei, nã si hęc Aldus est tãtũ grãmaticus ità exponatur, Aldus est grãmaticus & nihil aliud, sẽsus hic est falsus, quia est homo, est animal, est quãtus, albus &c. & terminus exclusiuus in ea excludit ab Aldo aliã quãcũq; facultatẽ à logica, nõ aliã quãcũq; rẽ, & qualitatẽ; Et ideo præstat dicere cũ Tatar. tract. 3 com. 1. §. *tertiò sciẽdũ* quòd terminus exclusiuus.

ens in quantum musicus pôt esse logicus, sensus est; quòd qui habet musicã, pôt habere logicã, & consequenter, quòd logica non repugnat musicæ in eodẽ subiecto, vnde in hoc sensu nõ indicat rationẽ inhæsionis prædicati cum subiecto, nec prædicatũ esse de essẽtia subiecti, sed tantũ peculiarẽ modũ considerandi subiectum, sub quo non repugnat ei prædicatum, & ideò ab his particulis specificatiuè tẽtis vniuersalem affirmatiuã inferre non licet, alioquin ex hac musicus in quantum musicus est logicus, valeret inferre, ergo omnis musicus est logicus.

Explicantur quidã Termini in Scholis frequentissimi. Cap. XIII.

PRimò satis frequentes sunt apud Philosophos termini *materialiter, & formaliter*, & primum adhibemus, cũ significare volumus prædicatũ aliquod conuenire subiecto non ratione formæ per subiectũ importatæ, sed ratione materiæ, in qua talis forma reperitur, v.g. hæc propositio *album est dulce*, nõ est vera formaliter, sed materialiter tantum, quatenus materia in qua est forma albedinis, scilicet lac, est dulce, tunc verò propositio est vera formaliter, quando prædicatũ conuenit subiecto ratione formæ per ipsũmet subiectũ importatæ v.g. hæc propositio *albũ est disgregatiuũ visus*, est vera formaliter, quatenus albo cõuenit disgregare visũ ratione albedinis importatæ, in quo sensu nõ est vera propositio, *albũ est dulce*, quia faceret hunc sensũ, albedo est ratio, ob quã lac est dulce; in idẽ recidũt *propter se significato, & pro cõnotato*. per connotatum namq; materiale significatũ insinuatur, & per se significatum indicat formale.

Secundò *per se, & per accidens*, per primum significamus prædicatum cõueniens subiecto ex intrinseca eius natura, ac indigentia, non autem ab extrinseco, & accidentali aliquo euentu, vt sonat ly *per accidens*, vnde hæc propositio est per se vera, *homo est risibilis* quia risibilitas cõuenit homini ex principijs intrinsecis naturæ, illa verò per accidens *homo est claudus, & surdus*, quia hæc merè per accidẽs, & causaliter illi obtigerũt, huc recidit *essentialiter, & accidentaliter*.

Tertiò *absolutè, seu simpliciter, & respectiuè, seu cõparatiuè*, illud dicitur tale simpliciter, & absolutè, quod nulla facta cõparatione cũ alio habet tale prædicatũ v.g. Petrus, si habeat sufficientẽ sciẽtiã, dicitur absolutè doctus, illud verò dicitur tale respectiuè, cui non cõuenit tale prædicatũ, nisi comparetur cũ alio, v.g. homo paruus nequit dici absolutè magnus tamẽ Nano collatus dicitur magnus, magnus nimirũ respectiuè, & secundũ quid, non simpliciter, & absolutè, vnde *secundũ quid* coincidit ferè cũ *respectiuè*, & contra distinguitur à *simpliciter*.

Quartò, *vt quod, & vt quo*, illud significat formã, vel quid simile formæ, illud verò, quod habet formã, & ab illa accipit denominationẽ, v.g paries est id, quod est albus, albedo est id, quo est albus. Interdũ etiã, vt Quod significat causã prĩcipalẽ, vt quo, instrumẽtalẽ, ità Petrus scribit, vt quod, calamus, vt quo.

Quintò *formaliter, & virtualiter*, tũc aliquid dicitur formaliter tale, quãdo verè habet in se illã formã, à qua denominatur talis, sic ignis dicitur formaliter calidus, quia verè habet in se calorẽ, à quo denominatur calidus, tũc verò dicitur aliquod virtualiter tale, quãdo verè nõ habet in se illã formã, qua denominatur, pôt tamẽ illã producere, hoc mô sol dicitur calidus virtualiter, quia licet verè in se nõ habeat calorẽ, pôt tamẽ illũ producere.

Sextò *actu, & potentia* res dicitur esse actu, cũ actu existit, dicitur in potentia, cum nõ est de facto in rerũ na-

tura, potest tamen existere; Rursus ex illis quæ sunt in actu, alia dicuntur esse tantum in actu primo, alia in actu secūdo, per actum primū intelligitur principiū, & virtus operandi, per secūdū intelligitur ipsa operatio, quæ prouenit à tali principio, & virtute, v.g. homo est scribēs in actu primo, quādo habet potentiā scribēdi, sed nō scribit, nec exercet actū scribēdi, est verò scribēs in actu 2. cū ī actuali scriptione se exercet.

Septimò *positiuè, & negatiuè*, & primū dicitur, cū aliquid est tale per formam positiuam, ità virtute imbutus dicitur positiuè bonus; secūdum dicitur, cū in subiecto salt ī nō reperitur forma opposita; sic nō imbutus virtute, & carēs quoq; vitio dicitur negatiuè bonus.

Octauò *in actu signato, & in actu exercito*, primum est, cum denotatur significatio termini, secundum, cum accipitur pro exercitio significationis eiusdem, v. g. dum dicitur Definitio constare debet ex genere, & differētia, tunc sumitur definitio in actu signato, dum autem actu definimus, Homo est animal rationale, tunc definitio sumitur in actu exercito.

Nonò *in sensu composito, & in sensu diuiso* primo modo significatur aliquid conuenire subiecto cum aliquo adiuncto, vt paries albus disgregat, hoc n. prędicatū de pariete verificatur cōponēdo cū eo albedinē; secūdo modo significatur prædicatum cōuenire subiecto seiuncto ab aliquo alio, vt *sedens potest currere*, est vera in sensu diuiso, hoc est, seiuncta sessione, nam in sensu composito falsa est, quia dum sedet, non potest currere: qui termini tract. seq. c. 5. iterum examinantur, & p. 2. tract. 3. cap. 2.

Decimò *obiectiuè, & subiectiuè*, ea sunt obiectiuè in alio, quæ obijciuntur alicui, dum ab illo cognoscuntur, vel appetūtur, sic quod cognoscitur ab intellectu, & quod amatur à volūtate, dicuntur esse obiectiuè in intellectu, & voluntate, ea verò sunt subiectiuè in aliquo, quæ sunt in illo, vt in subiecto, à quo sustentantur, sic cognitio est in intellectu, albedo est in pariete, & omne accidens est in substantia. Quæ verò dicantur distincta realiter, quæ formaliter, & quæ ratione Disp. 1. q. 5. ar. 2. ex professo differimus.

TRACTATVS SECVNDVS.

De propositione, & eius affectionibus.

De nomine, & verbo. Cap. I.

ARist. lib. 1. Perhier. antequam de propositione agat, prius tractat de nomine, & verbo, vtpote, quæ sola à Dialectico censentur eius partes, licet enim omnes termini aliquo modo significatiui, de quibus hucusque egimus, enunciationem componere possint, tamen solum nomē, & verbum ad talem compositionem per se concurrunt, quia de necessitate requiruntur ad eam, eo quod sine illis nec simplex enunciatio stare potest, reliqui verò termini solum quasi per accidens propositionem intrant, quia sine illis stare potest simplex enunciatio, & hac de causa ait D. Th. 1. Perhiher. lect. 5. sola ista duo ibi considerari à Philosopho, vt partes orationis, seu propositionis alijs prætermissis, ita etiā Petr. Hispan. tract. 1.

Nomen itaquè ibi ab Arist. definitur cap. 1. quod sit *vox significatiua ad placitum sine tempore, cuius nulla pars separata significat, finita, & recta*, dicitur *vox significatiua ad placitum*, vt excludantur voces nōn significatiuæ, & significatiuæ naturaliter; dicitur *sine tempore*, vt excludatur verbum, cuius propriū est significare cum tempore, i. exercitium alicuius actionis, vel passionis in tempore denotare, vndè licet

nomina possint significare tẽpus, vt *annus, dies, tempus*, & aliqui tẽporis differẽtiam, vt *præteritio, & futuritio*, vel eam connotare, ut cœna, prandiũ, cõpletoriũ, nunquam tamen significare possunt cũ tẽpore, i. importare exercitium actionis, uel passionis, quæ fit ĩ tẽpore; dicitur *cuius nulla pars*, &c. vt excludatur oratio, cuius partes separatæ eandẽ retinent significationem, quam habebant coniunctæ, non sic nomen, nã etsi eius partes separatæ possent aliquid significare, vt partes illius nominis *Dominus, do, & minus*, non tamen illud idẽ significant, quod antea coniunctæ, significabant, ut faciunt partes orationis, vndè solutio partium orationis nec tollit, nec mutat significationem illarũ, at solutio partium nominis etiam compositi, aut tollit, aut saltem mutat, vt est videre in illa voce *Respublica*, licet .n. singulę eius partes *Res*, & *publica* eandẽ retineant significandi vim in integra dictione, & extra illã, vt diximus tr. præc. c. 3. tamẽ cõbinatæ in vnam dictionem significant totam hominum communitatem, quam nõ significant singillatim sumptæ, dicitur *finita*, vt excludantur nomina infinita, vt non homo, nõ leo, quæ nõ sunt simpliciter, & absolutè nomina, sed cũ addito *infinita*, eo quod nihil determinatũ, & certũ significant, & potius quid nõ sit res, quam quid sit, explica, cũ tam dicantur de his, quæ sunt, quam quæ nõ sunt, vnde licet ingredi possint propositionem, vt prædicatum, uel subiectum, vt lapis est non homo, non tamen propositionem scientificam, dicitur *recta*, vt excludantur casus obliqui, qui ratione sui nõ sunt partes propositionis, nisi casibus rectis adiungantur, vt hic liber est Petri, i. aliquid Petri, vnde solum casus nominũ sunt dicenda, non autem nomina. Ex quo patet, vt bene notant Tat. 1. Perhier. q. 2. & Complut. lib. 2. c. 1. Arist. in præsenti nomen definisse in toto rigore, inquãtũ deseruire potest propositioni scientificæ, [illegible] nominis excludit terminũ cõplexum, infinitũ, sincategorematicum, & obliquũ, huius modi .n. termini sicut aliquid tãtũ, & infusa significatione dicũtur termini, eodem mõ nomina dici possũt; Nec aliud probant oppositũ affirmãtes, vt Hurtad. disp. 8. s. 12. & Arriaga disp. 13. sect. 3.

Sed dices, nomẽ infinitũ ex parte significati formalis significat quid certũ, & determinatum quia *non homo* v.g. significat negationẽ determinatã, s. hominis, & nõ equi, ergo est propriè nomen hac .n. de causa *certũ* est verè nomẽ quia certam negationem significat, nempè visus, & non auditus. Accedit, quod si ratione indeterminati significati excluditur nomen infinitũ à vera rõe nominis, tũc etiã nõia transcendẽtia forent excludenda, quia nihil determinatum significant, immo aliqua applicari possunt tam enti, quam nõ enti, vt intelligibile, imaginabile &c.

Resp. negant aliqui assumptum, & aiunt nomen infinitum de formali significare cæteras res omnes indeterminatè præter illam, quam negat; Sed hoc non bene dicitur, quia ly *non homo* planè nõ est impositũ ad significandũ leonẽ, aut bouẽ, sed tantũ negationẽ rei significatę per nomẽ, cui adiũgitur; cõcedi tamen potest illa cõstare veluti subiecta, quibus applicari põt, & hęc est verior opinio, quam tradunt Ruuius 1. de interp. c. 2. q. 5. Amic. tr. 21. q. 2 dub. 6. ex nostris antiquioribus Tatar. Ioan. de Mag & aliis. Concedendum igitur est assumptum, & neganda consequentia, licèt .n. nomen infinitum de formali rem certam significet, adhùc tamen remanet indeterminatio ex parte modi significandi, quia significat ipsam negationẽ formę, nõ significando quid sit ipsa negatio, sed quid nõ sit forma negata, & in hac indeterminatione, quę se tenet ex parte modi significãdi, cõsistit præsenti ĩfinitas nominis; ad probationẽ

co sequētię negatur paritas, ly.n. *eatū* significat negationē formæ, & simul explica: quid sit ipsa negatio, unde & determinatū, & determinatè significat. Ad aliud pa et per idē, qd. infinitatio nominis nō tā attendi debet ex indeterminatione, quę se tenet ex parte rei significatæ, quā ex ea, quæ se tenet ex parte modi significādi, licet igitur nomina trāscēdentia significēt quid indeterminatū, & cōmunissimū, quia tamen determinatè illud significāt, explicāt enim, quid sit cōceptus ille cōmunissimus, non autem quid non sit, ideò propriè dicenda sunt nomina.

Quæres, an hæc nomina trāscendentia infinitari possint? Negāt Albert. & Auicen. quos sequūtur Tolet. Amic. & alij, quia nō possūt accipere indeterminationē ex negatione addita, nā cū ratione trāscendētiæ urgētur per omnia, negatio illis addita potius destruit indeterminationē, unde si infinitetur ens absolutè sumptū, solū de nō entib. dici poterit. At potius cū Tat. I. Perhier. q. 2. dub. 3. sentiēdū est oppositū, quia cuilibet termino cathegorematico negatio infinitās addi pōt, & re uera hæc prædicatio *Chymera est non ens* est affirmatiua de prędicato infinito, & ita sētiūt Louaniēses 1. de interp. ubi Suessanus, et Ruuius, Sotus lib. 2. sūm. c. 1. et alij. Ad rationē oppositæ sent. dicēdū ex nostro fūdamento infinitationē nominis cōsistere indeterminatione nō rei significatæ, sed modi significādi, quē bene retinēt termini trāscendētes infinitati, ut *nō ens* significat negationē entis non per modū determinati. i. quid sit negatio entis, sed mō indeterminato, .s. quid nō sit ens, nec est necesse nomen infinitū uerificari de ētibus, et nō ētibus, sed id solū cōuenit termino particulari īfinitato.

Verbū ex Arist. lib. c. 2. *est vox significatiua ad placitū cum tempore, cuius nulla pars separata significat finita, & recta, & est semper eorum, quæ de altero dicū*tur, notaprimæ duæ particulæ, in quibus verbū cōuenit in nomine, patent ex dictis. Dicitur *cū tēpore* ad differentiā nominis, qd. nunquā importat exercitiū actionis sub aliqua differētia tēporis, vt verbū, et quādo in propositionibus necessariis, vt hō est animal, verbū dicitur absolui à tēpore nō est sēsus, quod significet sine vllo prorsus ordine ad tēpus, quia hic modus significādi essētialis est verbo, sed dicitur absolui à tēpore determinato, vt notat Arriag. cit. quia cū extrema naturalē habeāt connexionē, exigunt vniri sīpliciter, et absolutè, et nō pro tempore aliquo determinato, et ideò trac. præced. c. 11. diximus verbū non restringere extrema in huiusmodi propositionibus in ordine tantū ad differentiā tēporis, quā consignificat, sed propositiones ampliari debere ad omne tempus. Alia particula *cuius nulla pars separata* etc. explicari pōt, vt in definitione nominis, dictā est ex Arist. doctrina, uel cū Tat. cit. et trac. 1. in Petr. Hisp. sēsus est, qd. ei in mēte nō correspōdet cōceptus cōplexus iuxta declarationē termini incōplexi, quam dedimus trac. præced. c. 3. et applicari pōt definitioni nominis, quia nec ei correspōdet cōceptus cōplexus in mēte. Sed iuxta hāc explicationē oritur difficultas de uerbo quolibet adiectiuo, ut *amat, studet* et de *est* secūdo adiacēte, ut cū dicimus *Petrus est*, nā hęc omnia uerba subordināntur in mēte cōceptui complexo, nā *amat*, resoluitur per *est amās*, et *est* secūdū adiacēs resoluitur per *est ens*, unde hæc omnia uerba erūt saltim īplicitè, et uirtualiter cōplexa. Ad hāc difficultatē Auctores uariè respōdent, Io. de S. Thō. lib. 1. sūm. c. 6. negat ex hoc, quod uerbū adiectiuum, aut substantiuum de secundo adiacente æquiualeę copulæ, & prædicato, subordinari conceptui comple

xo, sed

tio, seù duplici cōceptui, nam quocūq; modo in propositione disponatur sēper significat rē per modū motus, aut actionis, & passionis, quæ tempore mensurātur, hæc autē non sunt duo significata, nec duo conceptus, sed vnū significatum cū tali modo significandi, vndè eadē actio prorsus significatur in Petro, si dicas, Petrus amat, & Petrus est amans: Casil. verò lib. 2. tr. 2. c. 2. in fine ait, non esse contra rōē verbi incōplexi, qd. corrspōdeat ei in mentem conceptus rei cōposita, nam hoc est cōmune etiā nominibus incōplexis, cœna enim, & alia nomina connotatiua important plura, nec propterea sunt nomina complexa; vt ergò verbū sit complexū, pluribus debet constare vocibus; Tat. cit. totū concedit argumentum, & ait in rigore logico nullū verbum adiectiuū, nec substantiuū de secundo adiacente esse verbum ob allatā rōē, sed tantum *est* de tertio adiacente, hanc teneas, vel primam.

Deindè additur *finita* ad excludenda verba ifinita, vt non currit, non studet, eadem rōe, qua exclusa sunt nomina infinita à rōe nominis. Sed aliqui hanc expositionem non recipiūt, vt Conimbr. Casil. Ioa. de S. Th. cum Albert. & Boet. dicentes verbum intra propositionem infinitari non posse, eo quod negatio ante verbum non faciat propositionem affirmatiuam, sed negatiuam, quare v. g. *homo non currit*, sensus est, *homo non est currens*, & ità etiā videtur sentire Scot. 2. Perhier. q. 1. quare inquiunt Verbū, hic dici uox finita, quia infinitari non potest; Sed planè Arist. eadem rōe addidit *finita* in definitione verbi, qua ipsam posuit in definitione nominis, & frustrà adderetur hæc particula, si infinitari non posset, sicut *recta*, si nō posset obliquari; Quantū autem ad hoc dubium in se ait Tat. c. p. Perhier. q. 2. §. *Dubitatur primo*, qd. licet verbum *est* tertiū adiacens, nō possit infinitari, quia tale est purū Syncathegorema, & negatio infinitās talibus conuenienter nō additur, tn. verbū adiectiuū, (& idē dici pōt de est secūdo adiacente,) secundū qd. includit copulā, & suum participiū, potest infinitari, & hoc secundum conceptū sui participii, atq; ita dicendo, *non currit*, sensus eius non est iste, *non est currens*, sed iste, *est non currens*, sic qd. actus infinitādi feratur ad participiū, & non ad copulam; & vt notauit Bannes, qui hanc sequitur sententiā, Arist. ipse vsus est verbo adiectiuo hoc mo do infinitato, nam 1. Post. c. 10. & 2. Cælic. 4. hunc facit syllogismū, *Stellæ nō scintillātes sunt propè nos, planetę non scintillāt, ergò planetę sunt propè nos*, minor huius syllogismi debet esse affirmatiua de verbo infinitato, vt sensus sit, *planetę sunt non scintillantes*, nam si minor esset negatiua, conclusio quoq; negatiua esse deberet ex regulis infra tradendis; Id verò, qd. respōdent Casil. & Io. de S. Th. *non scintillare* in minori sumi infinitanter, ut æquiualet participio, *non scintillantes*, non soluit, imò potius confirmat, qd. diximus ex Tat. uerbum infinitari posse, secūdū, qd. includit copulam, & participiū, ita qd. actus infinitandi feratur ad participium, non ad copulam, & in hoc sensu uerbum infinitari posse, concedit etiam Doct. loc. c. in corpore quæsiti, dum ait; *si tamen intelligeretur negatio infinitans referri ad rem verbi, consequens esset dicere, quòd uerbum infinitum maneret infinitum in oratione*, in eo igitur tātū sēsu negauit uerbū infinitari posse, si nēpè actus infinitādi feratur ad copulā, & hāc sētentiā sequūtur Amic. Ruuius, & alij.

Postea additur *recta*, i. præsentis tēporis indicatiui modi, ratio est, quia ibi Arist. loquitur de uerbo, qd. per se pōt enunciare ueritatem, independenter ab alio, ut notant Compl. hoc autem est solum præsens indicatiui modi, alia. n. tēpora dependenter ab illo enunciant veritatem, nam *Petrus cucurrit*, ideò est uera, quia aliquando fuit uerum dicere, de pręsenti *Petrus currit*, & sic de alijs.

alijs. Tandem additur, *& est semper eorum*, &c. ad excludendũ participiũ, qd. licet significet cũ tempore nunquã tamen esse põt nota, seu vnio extremorũ, & copula propositionis; Porrò verba adiectiua, ac etiam *est* de 2. adiacente, licet expressè extremorũ nota appareant, sed potius extrema videantur, .s. prædicata, tamen re vera, vt ait Tat. includũt implicitè notã cũ prædicato, vt patet, si resoluãtur, *currit, est currens*; Possent tamen adhuc participia excludi à ratione Verbi, vt notat Orbel. quia abstrahunt à temporis determinata differentia, & cuicunq; possunt adaptari, vt Petrus est amans, fuit amans &c.

Postremò pro recta totius definitionis intelligentia tùm nominis, tùm verbi obseruandũ est ex Tat. cit. nomẽ, & verbũ posse sumi primò intentionaliter, & ità significãt ipsas voces nominis, & verbi, & secũdò intentionaliter, quo sensu important quondã secundã intentionem illis verbis attributã, & ita hic definiũtur, cum logicus principaliter consideret secũdas intentiones, vndè quãdo dicitur, nomen, aut verbũ est vox, est ibi prædicatio denominatiua, & fundamentalis, & sensus est, nomen aut verbũ est vnum intentionale, seu intentio secũda attributa voci significatiuæ ad placitũ, & benè põt secunda intentio accidentaliter, & denominatiuè prædicari de primis, vt dicimus disp. 3. q. 8. Hurtad. vt singularis videatur, quibusdã leuis momenti objectionib. præfatas reijcit definitiones, & alias adducit merè grãmaticales, ac etiã Arriaga disp. 2. Summul. sect. 1.

De Oratione quid sit, & quotuplex.
Cap. II.

DEfinit Arist. vbi supra cap. 4. orationem, qd. *est vox significatiua ad placitũ, cuius aliqua pars separata significat, vt dictio, non vt affirmatio vel negatio*, dicitur *vox significatiua ad placitum*, in quo conuenit cũ nomine, & verbo, cũ hoc tamen discrimine, quod nomen, & verbũ significant ad placitũ ex impositione sui, at oratio rõe suarũ partiũ, nunquã. n. aliquis imposuit totã istã orationem *hõ est animal* ad significandũ, sed præcisè partes orationis sũt impositæ ad significandũ rõe sui, dicitur autem vox in numero singulari rõe vnius formæ, quæ est vnitas ordinis, & complexionis vt notat Versorius hic, dicitur, *cuius aliqua pars separata*, &c. quia non est necesse, quod omnes eius partes sint significatiuæ, sed satis est, vt aliqua earũ sic se habeat, aliæ verò sint consignificatiuæ, vt sunt omnia syncategorematica, & non põt melius explicari hæc particula, quã dicendo cũ Tat. quod oratio subordinatur conceptui complexo, ità qd. intra ipsã orationẽ habeantur partes componentes ipsam, quæ distinctis, & separatis cõceptibus correspondeãt, qua de causa dictiones cõpositæ figuræ, & signifer, respublica, circumscriptio, &c. non sũt orationes, quia non respondent duplici cõceptui, sed vni, vnde non oportet, ait Tat. qd. partes orationis in se sint plures dictiones, quia si A imponeretur ad significandũ, qd. *hõ est animal*, esset oratio, sed sufficit, qd. subordinetur conceptui cõplexo, cuius partes sint significatiuæ, vt dictio, & hanc expositionem amplectitur Ioan. de S. Thoma lib. 2. cap. 1. Vltima particula, *vt dictio*, &c. ponitur ad denotandum, quod partes orationis ad minus esse debent significatiuæ, vt dictio, & non requiritur necessario, qd. sint affirmatio, & negatio, ita quod non intendit negare, quod interdum aliquæ partes orationis significent, vt affirmatio, & negatio, nam oratio composita, seu hypothetica habet partes quæ constant ex affirmatione, & negatione, sed necessarium est, quod aliquæ eius partes sint dictiones, nam etiam ipsamet affirmatio, & negatio, ex quibus constat oratio composita, resoluuntur in par-

partes significatiuas per modũ simplicis termini, vt patet de ista, *Petrus currit, & Paulus disputat*; & consultò id fecit Arist. quia cũ hic intendat definire orationem cõmuni debuit in definitione eius ponere id, qd. omni orationi cõmune est, & hoc est habere partes, quæ sint dictiones, nam habere partes, quæ se habeãt vt affirmatio, vel negatio, cõpetit tãtũ orationi cõpositæ, seu hypotheticę, non autẽ simplici ità exponit Tat. cit. q. 3. §. *secundo sciendum*.

Sed petes, cur in definitione orationis, non ponatur particula, *cum tẽpore*, vel *sine tẽpore*? Resp. Tat. quia hic definitur oratio in cõmuni ad perfectã, & imperfectã, & datur aliqua oratio imperfecta, in qua nulla ponitur dictio, quæ significet cũ tempore, vt ista *hõ albus*, & perfecta sẽper significat cũ tempore; At multi hãc expositionẽ non recipiũt, arbitrãtes orationẽ necessariò cõstare debere ex nomine, & verbo, vndè cõplexiones sine verbo, vt *hõ albus*, & cõsimiles aiũt esse puros terminos cõplexos, qui non debent cum oratione confũdi, ità Hurtad. disp. 3. sũm. sec. 3. Fuentes 2. p. sum. q. 1. diff. 2. art. 4. & videtur fuisse opinio Alberti, & Philoponi, qd. probãt. Tum quia si qualiscunq; pluriũ vocum cõbinatio sufficeret sine verbo ad orationẽ constituendã, tunc *Cœlũ, Terra, lapis* esset oratio; Tum deinde quia terminus cõplexus habet quidẽ partes significãtes, & pluribus subordinatur cõceptibus, sed per modũ partis vlterius cõponentis, non per modũ totius cõpositi, quod est propriũ orationis; Tum quia nomen, & verbũ sũt partes orationes prĩcipales, & necessariæ apud logicũ; Tũ demũ quia oratio, & terminos sunt genera non subordinata, quia si oratio continetur sub termino, tunc terminus de oĩ oratione prædicaretur, & consequenter etiã de propositione, si terminus sub oratione, iam omnis terminus oratio foret, ergo *homo albus*, & similes complexiones nequeũt contineri sub genere termini, & orationis simul, ex eo enim quod planta, & animal sunt genera non subordinata, repugnat aliquid simul contineri sub vtroque.

Falsũ tamen est orationẽ, vt sic, necessariò ex nomine, & verbo cõstare debere, nã Arist. 1. Topic. cap. 4. sub oratione cõprehendit definitionẽ copula carentẽ, vt animal rationale; & quidẽ si verbũ ad orationis constitutionẽ necessariò requireretur, sanè illius definitio ab Arist. allata esset mãca, & deficeret particula, *cũ tẽpore*: Nec rationes in oppositũ vrgent. Ad primã non qualiscunq; combinatio terminorũ sufficit ad orationẽ, sed debent esse inuicẽ cõnexæ aliquo nexu saltim grãmaticali, qui nõ reperitur inter illa *Cœlũ, Terra, lapis*, bene tamen inter illa *hõ albus*. Ad secundã ex hoc, quod *hõ albus* ordinari possit per modũ partis ad constituendã orationẽ perfectã verbo cõstantem, nõ extrahitur à rõe orationis, quia etiam ipsa oratio perfecta simplex ordinari põt, vt pars ad constitutionem orationis compositæ. Ad tertiam nomen, & verbũ dicuntur partes principales orationis perfectæ, & propositionis. Ad quartam Complut. lib. 2. cap. 2. qui nostram sequuntur sententiam cum Conimb. 1. Perhier. cap. 4. Tolet. Ruuio. Amic. Masio, & alijs multa dicunt cõcedentes terminum non esse genus respectu orationis, neq; è contra; at nos breuiter negamus assumptum, oratio nãque continetur sub termino, nec inconueniẽs reputamus propositionem ipsã posse dici terminum, vt probat Casil. contra Hurtad. lib. 1. tract. 1. cap. 1. vndè terminus genericè sũptus diuiditur in complexum, & incomplexum.

Diuiditur oratio prima sui diuisione in perfectam, & imperfectam, illa est, quæ integram scientiã declarat, itaut animus audientis quiescat, nec quicquã aliud expectet, vt Deus est summũ bonum;

rum, ista est, quæ integram sententiam non declarat, sed relinquit animum suspensũ, ut si Deũ timueris, & utraq; sub. diuitur, imperfecta namq; altera est cum uerbo, ut in exemplo allato, altera sine uerbo, ut homo albus, animal rationale, & est idẽ, ac terminus complexus; perfecta etiam est duplex, s. non enunciatiua, & enunciatiua: illa est, quæ licet sẽtentiam explicet, & quietet, non tamen dicit uerum, uel falsum, & hæc fit, vel modo optatiuo, ut *utinam homines saperent*, uel imperatiuo, ut *disce puer virtutem*, uel uocatiuo, ut *parcite Dardinidæ*, uel interrogatiuo, ut *quo vadis?* Enunciatiua uerò est, quæ uerum, uel falsum dicit, ut *homo est animal*, & ideò fit in modo indicatiuo: hinc infert Petrus Hisp. quod sola oratio indicatiua dicitur enunciatio, aut propositio eo quia aliæ non significant uerum, uel falsum, nisi reducantur ad indicatiuam; notat autem ibidem Tat. id intelligẽdum esse de cathegorica, quià multę sunt hypotheticæ determinatè ueræ, quę non sũt indicatiui modi, ut si Asinus uolaret, Asinus haberet alas; cum quo item est obseruandum pro intelligentia definitionum orationis, propositionis, syllogismi, & similium complexorum, quod hæc non definiũtur in logica pro prima intentione, quia sic sunt quædam complexa, complexum uerò non definitur, sed pro 2. intẽtione attributa orõi, uel propositioni uocali, quo sẽsu sũt, quid ĩcõplexũ, & ẽ ibi prædicatio denominatiua, sicuti definitione nominis; & uerbi

Quid sit Propositio, seù Enunciatio, & quotuplex. Cap. III.

EX communi usu logicorum supponimus enunciationem, & Propositionem pro eodem accipi, & tantũpenes diuersum respectum differre propositionem ab enunciatione, nam si sola ponat. ur, dicitur enunciatio, quasi simplicite ueritatem, uel falsitatem nunciet, at si ponatur in argumentatione dicitur propositio, quasi pro alio ponatur, s. pro inferenda cõclusione, atq; ità propositio addit supra enunciationẽ, qd. proponatur ad inferẽdũ aliquid ĩ argumẽtatione; hoc qm. ad quid rei, nõis su... ciat

Quo autem ad quid rei, Arist. Propositionis duplicem tradidit definitionem, nam 1. Prior. c. 1. eam definiuit per affirmationẽ, & negationem, dicens, qd. est *oratio aliquid affirmans, vel negans*, & 1. Perher. c. 4. eam definit per veritatem, & falsitatẽ, dicens, qd. est *oratio verũ, vel falsũ significans*, quã Petr. Hisp. amplexus est; hic orta est dubitatio, quę nam istarum definitionum quidditatiua sit, & melius rem explicet, & quidẽ Alexander, Ammonius, & Niphus, quos sequuntur Recentiores ferè omnes tãtentur 2. definitionem nõ esse per essentialia datam, quia veritas, & falsitas sunt accidentia propositionis, & potest vna, & eadem propositio transire de vera in falsam, præsertim in materia contingenti, nam hæc propositio, *Sortes sedet*, vera est sedente Sorte, & falsa nõ sedente, idq; docet Scot. ex professo 4. d. 8. q. 2. V, vbi proindè concludit conceptum quidditatiuum propositionis præcedere natura veritatem, & falsitatem. Idcircò cõmuniter prima definitio acceptatur, vt quidditatiua, & magis per essentialia data, ità Compl. lib. 2. c. 3. Blanc. lib. 6. c. 1. Fuent. q. 4. diff. 2. art. 1. Hurt. & alij, tum quia affirmatio, & negatio sunt essentiales differentiæ propositionis, vndè impossibile est eandem propositionem de affirmatiua, fieri negatiuam, vel è cõtrà; tum quia esse orationem assertiuam, in quo tota cõsistit enũciationis ratio, formaliter ei cõuenit, vel quatenus vnũ de alio affirmat, vel negat; tũ quia propositio vera, vel falsa dicitur, quia affirmatiua, vel negatiua est, non è contra, non .n. affirmatur, vel negatur, quia verum, aut falsum dicitur, sed ex eo verum dicitur, aut falsum, quia affirmatur, quod

non

non est,& negatur, qd. est, vel è contra, tũ demũ, quia asserere affirmãdo, vel negando est de essentia enũciationis,& ità illi cõueniens, vt talis affirmatio, vel negatio in alia oratione nequeat reperiri, vndè quamuis aliqua oratio non enunciatiua videatur affirmationem, vel negationem continere, vt *utinã studeres*, re tamen vera affirmatio huiusmodi, vel negatio non est assertiua, qualis est illa, quę in propositione reperitur, videatur Doct. c. sub X, vbi elegãter docet, quomodò assertio ex ui copulationis præcedat in propositione assertionem prouenientem ex assensu, vel dissensu iudicij, atq; ideò, qd. ĩ ea priori cõsistat propositionis essentia; id patet manifestè in addiscẽte, ait Doct. prius.n. aliqua cõcl. nõ demõstrata cõcipitur à discipulo per modũ assertionis, secũdò demonstratione ad ipsã applicata cõcipitur, vt vera

Sed quãuis verum sit propositionem meliù, & profũdiùs per affirmationem, & negationem definiri; tamen vt aiunt Conimb. multò accomodatius definitur per verum,& falsum:& ratio redditur à Tat. 1. Perhier. q. 3. §. 3. *sciendũ*, quia hic principaliter consideratur de enunciationib. vocalibus, vt sunt signa conceptuũ verorum vel falsorũ: ponitur autem verum, vel falsum disiunctim (ait Tat.) ad circumloquendum nobis differentiam enunciationis, vndè illud disiunctum *uerũ, uel falsũ* est passio disiuncta propositionis, vt par,& impar numeri, & conuertitur cum ea, quia omnis enũciatio est vera, vel falsa, & omne verum, vel falsum est enũciatio; Dũ autem dicimus in enunciatione vocali veritatẽ, & falsitatem reperiri, id nõ debet intelligi tanquam in proprio subiecto,& fũdamento, sic.n. solum residet in propositione mentali, vt notat Tat. c. q. 1. §. *Dubitatur secundò*, vndè veritas formalis propriè dicta est cõformitas propositionis mentalis, seu iudicij ad eius significatũ, quando nimirum ità est in re, vt per propositionem mentalem significatur; & falsitas est difformitas opposita; debet igitur intelligi ueritatem, & falsitatem reperiri in propositione vocali, velut in signo expressiuo iudicij mentalis, eo mõ, quo dicitur sanitatem contineri in vrina, qnus. est signũ sanitatis animalis; Significare autem verũ, vel falsũ, qd. propriè vocali propositioni cõuenit, est significare rem esse, qualiter res se habet, vel aliter, quã se habeat, & hoc non est solũ significare aliqualiter, sicut syncathegorema, nec solùm aliquid sĩplex, vt cathegorema, sed aliqd cõpositũ, seu aliquid, qd est applicatio vnius ad a' er im per copulã, quem significãdi modu appellat Tat. tr. 1. totalem, & propositionalem, vt eũ distinguat à modo significãdi partiali,& sĩplici, qui terminis cõuenit. Itaq; melius explicari non potest enunciatio, vt est communis cathegoricæ,& hypotheticæ, quæ sunt principales eius species, vt postea dicemus, quàm dicendo, quod significat obiectũ complexum, super qd. potest cadero iudiciũ, in quo veritas,& falsitas est, ubi per obiectum complexum non solum intelligendũ est coniunctũ per copulam uerbalem, quæ unit subiectum,& prædicatum, sed etiã per copulã hypotheticã, quæ unit propositiones cathegoricas, ità super utrũque cõplexũ põt cadere iudiciũ uerũ, uel falsũ; oratio autem super quã tale iudiciũ cadere nequit, nõ est enũciatio.

Ex dictis sequitur propositionem uocalem,& scriptam non dici ueram, uel falsam denominatione intrĩseca, sic qd. ueritas,& falsitas sint in ipsa, sed solum denominatione extrinseca, quatenus subordinatur propositioni mentali ueræ, uel falsæ. Et si quis dicat, propositio uocalis nunquã subordinatur mentali, quia uel esset, quando subiectũ profertur, uel prædicatum, uel copula, sed nullũ istorum est dicendum, quia quando subiectum profertur, intellectus non format adhùc mentalem, sed solum in

ultimo

vltimo instanti suę prolationis, & tūc non est amplius vocalis propositio. Respōdet Tat.c.ex longa disputatione, quā de hoc habet Doct.4.d.8.q.2.§. *Aliter ergo*, qd. nulla propositio vocalis de rigore sermonis est vera, vel falsa, sed solum de communi vsu logicorū accipientiū ipsam, ac si omnes partes eius essent simul, eo modo quo Mathematici absolutè dicunt Sphæram tangere planū, & si solum in puncto tangat; ità igitur de rigore sermonis nulla propositio vocalis subordinatur mentali; sed solum de cōmuni vsu, & īstitutione logicorū vtentiū ea, ac si ōes partes eius essent simul.

Diuiditur autem enunciatio, tanquā in species principales, in sīplicem, seù cathegoricam, & incompositā, siuè hypotheticā; cathegorica est, quę constat subiecto, prędicato, & copula, tanquam partibus pręcipuis, vt homo est animal; hypothetica est, quæ constat ex plurib. enunciationibus sīplicibus coniunctione aliqua copulatis, vt si dies est, lux est; Petrus dormit, & Paulus legit; Et quāuis Compl.c. Ruuius q.6. Masius 2. Perhier.c.1 q.5. & alii dicant hanc diuisionem non esse generis in species, sed tantū analogi in sua analogata; probabilius tamen est esse generis in species; tū quia hæc diuisio directè pertinet ad substantiā propositionis, interroganti.n. de substantia propositionis, quænam sit, respondemus, quod est cathegorica, vel hypothetica; tum quia vt notauit Delphinus hic, hæc diuisio penes partes attenditur, ex quibus componuntur, & conficiūtur propositiones, quæ omninò ad illarum substantiam pertinent; tum deindè quia hypothetica propositio, vt talis est oratio perfecta, quæ non continetur sub specie optatiuę, vel interrogatiuę, aut aliarum, ego enunciatiuæ; tū demum sicut terminus complexus, & incomplexus vniuocè conueniunt, licet vnus significet rem compositam, alius simplicem, ita cathegorica, & hypotetica conueniunt vniuocè in significando veritatem, licet vna sit composita, & alia simplex, fatemur tamen cum tali vniuocatione esse analogiam admixtam, in quantū hypothetica constituitur ex cathegorica, & per prius inuenitur ueritas in cathegorica, quàm in hypothetica; sequitur Io. de S.Th. cit. q.5 art. 3. Sotus 2. lib. summul. c.6. cū multis alijs.

At obijciunt Compl. non esse vniuocam generis in species; tū quia id repugnat Arist. loc. c. ubi propositionem cathegoricā simpliciter unā appellat, hypotheticā uerò unam tantū coniūctione, seu 2. quid; Tum 2. quia hypothetica non est enunciatiua, non.n. unā propositionem de alia prædicat, sed tantū eas adinuicem connectit, quod est umbra quædā, & similitudo propriæ enunciationis. Tū 3. quia hypothetica non continet diuersam ueritatem, uel falsitatem à cathegoricis, ex quibus constat; Tum demū, quia hypothetica constat ex cathegorica, ergo non est species ab ea condistincta: quia una species non componit aliā, à qua condistinguitur, undè potius distīguūtur, ut īcludēs, & īclusū.

Respōdetur ad primū, quod sicut in entibus ens sīplex est magis unum ente composito ex per se actu, & potentia, sed adhuc cōpositū est absolutè ens unū unitate compositionis, ità in propositionibus, licet simplex sit magis una, quàm cōposita, tamen adhuc composita est vna unitate compositionis factæ per copulā hypotheticā, quantū sufficit, ut absolutè una dicatur, & tātū 2. quid per comparationem ad aliā. Ad secundam de ratione propositionis, ut sic, est esse enunciatiuā, .i. alicuius complexi assertiuā, potest autem aliquid asseri nō tm. per prædicationem unius de alio; sed etiā per copulationē plurīū propositionū, quę diuersū iudiciū postulat, & diuersam ueritatē ab illis, undè qui dicit, si Petrus studeret, euaderet doctus, utiq; aliquid asserit. Ad 3. negatur assūptū, quia hypothetica habet propriam ueri-

veritatē, & falsitatē à cathegorica distīctā, quia nō fertur iudiciū solū de cathegoricis, ex quibus cōstat, sed etiā de ipsa cōiūctione hypothetica quantū ad ita esse, vel nō esse, vt patet in ista, si hō esset asinus, esset rudibilis, nam de singulis cathegoricis fertur iudiciū falsū de tota autem hypothetica verū, quod magis infra patebit. Ad 4. si valeret, neque binarius esset species à ternario distincta, neq; terminus incōplexus à cōplexo, neq; hō à corpore, & partibus, ex quibus cōstat; quapropter pōt vna entitas sīplex alterā componere specie distīnctā, in qua habebit vtiq; rōē materię, & partis, licet in se considerata sit quoddam totū, & speciem vnam constituat.

Quid sit propositio Cathegorica, & quotuplex. Cap. IV.

IAm dictum est propositionem cathegoricam esse illam, *quæ habet subiectum, prædicatum, & copulam verbal m, vt partes principales sui*, quod additur propter alia syncathegoremata, interdū concurrentia ad propositionis constitutionē: quæ definitio ità à Tat. exponitur tr. 1. sum. *cathegorica est illa, quæ explicitè, vel implicitè formaliter, vel æquiualenter habet subiectum, prædicatum, & copulam, tanquam principales partes sui:* dicitur *cathegorica*, i. prædicatiua, quia prædicatum enunciat de subiecto, & ab alijs dicitur simplex; quia solum ex verbo, & nomine componitur, dicitur *explicitè, vel implicitè*, propter propositiones de verbis adiectiuis, vt Deus creat, vel de *est* secundò adiacēte, vt Deus est, in quibus implicitè solùm copula continetur, vt patet eas resoluendo, Deus est creans, Deus est ens, capiendo ens participialiter; ponitur *formaliter, vel æquiualenter*, quia etiamsi A imponeretur ad significandū tantum, quantū *animal currit*, tunc A esset propositio, quia subordinaretur conceptui cōplexo, cum verò propositio continet formaliter, & explicitè subiectum, copulam, & prædicatum dicitur de *est* tertio adiacente, quia nimirū illa tria explicitè continet, siuè prædicatū post copulā ponatur, siuè ante, vt in propositionib. de modo loquendi inconsueto vt homo animal est. Interdū autē contingere solet, quod subiectū sit vnica tantum dictio, vt in exemplo allato, quandoq; vna oratio, vt homo sapiens est bonus, aliquādo etiā vnica propositio, vt homo, qui est sapiens, fugit peccatū, & adhùc istæ sunt propositiones cathegoricæ, sicut etiā cū dicimus, *homo est animal, est propositio*: nā in his, & similibus integra propositio habet rōē subiecti, & copula propositionis illius, quæ gerit vicē subiecti, dicitur copula minus principalis, quia ex illa veritas, vel falsitas propositionis non attenditur, sed ex secūda, quę idcircò copula principalis appellatur.

Solent autem in propositione cathegorica quatuor considerari, quę etiam suo modo in hypothetica inueniuntur, vt postea videbimus: forma, materia, quātitas, & qualitas, metaphora trāslata ex physicis corporibus: Forma propositionis est copula, quæ efficit vnionem prædicati cum subiecto secundum affirmationem, vel negationem, quæ interdum in vnica propositione pōt esse duplex, vna principalis, & alia minus prīcipalis, vt nuper dicebamus. Materia sunt obiecta, in quibus, vel de quibus formatur propositio, & cognoscitur per habitudinem, vel connexionem prædicati cum subiecto, nam si sunt necessariò connexa, vt homo est animal, propositio est in materia necessaria: si sunt connexa contingenter, vt homo est albus, est in materia contingenti: si demū neutro modo cōnecti possunt, vt homo est lapis, est in materia impossibili, seu remota: de qua triplici propositionum materia dantur hæ regulæ, quod in materia necessaria affirmatiua semper est vera, negatiua falsa, vt omnis homo est animal, nullus homo est animal: in re-

mota è contra, negatiua semper uera, affirmatiua falsa, vt omnis hõ est lapis, nullus hõ est lapis; in contingenti verò põt vtraq; esse vera, & vtraq; falsa, ut omnis homo studet, nullus hõ studet, aliquis hõ studet, aliquis homo non studet.

Quantitas est, quæ explicat extensionem, vel restrictionem propositionis, .i. qd. sit, vel vniuersalis, cuius nempè subiectum est terminus cõmunis signo vniuersali determinatus, vt omnis hõ est animal, nullus hõ est lapis; vel particularis, cuius .s. subiectũ est terminus cõmunis signo particulari determinatus, vt quidam hõ currit, aliquis hõ nõ currit; vel est indefinita, quæ habet pro subiecto terminũ cõmunẽ nullo signo notatũ, & ideò dicitur indefinita, vt hõ est animal, hõ est albus, quæ proindè si fiat in materia necessaria, vel remota æquiualet vniuersali, nam hõ est animal, idem valet, qd. omnis hõ est animal, & hõ non est lapis, idem valet, qd. nullus hõ est lapis; si verò in materia cõtingenti, æquiualet particulari, vt hõ currit, idem valet, qd. aliquis hõ currit; vel demum est singularis, cum .s. subiectũ est terminus singularis, vt Petrus legit, vel communis signo demonstratiuo notatus, vt hic homo currit. Ex quo patet quãtitatem propositionis attendi solũ ex parte subiecti, quomodocũq; prædicatũ se habeat, ũdè ista adhùc est sigularis, Petrus ẽ hõ.

Qualitas propositionis est affirmatio, & negatio, veritas, & falsitas, sed quia illæ videntur esse essentiales differentiæ, ideò dicuntur qualitas intrinsecæ; veritas autem, & falsitas qualitas extrinseca, & dicuntur qualitas propositionis, quia interroganti qualis est propositio, respondere solemus esse veram, vel falsam, affirmatiuam, vel negatiuam, affirmans est, in qua prædicatum affirmatur de subiecto, & negans, in qua negatur, vndè ad enunciationem negatiuã necessariò exigitur, vt negatio cadat supra copulam principalem, seu verbum præcipuũ, & ideò si negatio sit coniuncta cum nomine, .s. cũ subiecto, vel prædicato propositio negatiua nõ erit, sed affirmatiua de termino, vel terminis infinitis, quales sunt istæ, Petrus est nõ lapis, nõ lapis est hõ, non lapis est nõ hõ, neq; si negatio coniuncta sit cũ copula minus principali reddit propositionem negantem, qualis est hæc, qui non studet, est iners, debet ergò esse coniuncta cũ verbo præcipuo dicendo, qui studet, nõ est iners; Quid verò sit propositionẽ esse verã, vel falsam patet ex c. præc.

Diuiditur autẽ cathegorica propositio rõe prædicationis in directam, seu nãlẽ, & indirectã, seu innaturalẽ; directa est, in qua prædicatur id, qd. prædicari debet, debet autem prædicari superius de inferiori, vt quantitas est accidens, distinctum de confuso, vt hõ est animal rationale, accidens de subiecto, vt ferrũ est durum: propositio, quæ hunc ordinẽ seruat, dicitur directã, seu naturalis; quę autem ordine inuerso affirmat, dicitur innaturalis, seù indirecta, vt accidẽs est quantitas, animal rationale est hõ, durũ est ferrum; Rõe vero modi, quo exprimitur prædicatum conuenire subiecto, diuiditur in absolutam, seu de inesse, & in modalem; propositio absoluta, seu de inesse est, in qua absolutè prædicatum subiecto tribuitur nullo addito modo, quo ei conueniat, vt hõ est animal: Modalis est, quæ non tantum subiecto tribuit prædicatũ, sed etiam modum exprimit, quo ei conuenit, vt necessè est hominem esse animal: & quia hæc diuisio satis est celebris apud Summul. ideò relicta priori hanc prosequamur; an autem hæc diuisio sit generis in species, Tat. lib. 2. Perhier. q. 2. §. *Secundò sciendum*, affirmat, quia propositiones modales, & de inesse magis differunt, quã affirmatio, & negatio, sed hęc specie differunt, ergò, &c. At assumptũ est falsum, quis. n. nõ videt plus differre istas homo est animal, hõ non est animal, quam istę

homo

homo est animal, quæ est de inesse, & homo necessariò est animal; quæ est modalis? potius ergo dicendum est mo dalem, & de inesse non differre, nisi accidentaliter, quatenus in vna prædicatū tribuitur absolutè subiecto, & in alia specificatur modus, quo ei conuenit.

Quid sit propositio modalis, & quotu-plex. Cap. V.

CVm modalis sit membrū cathegoricæ, eam quoq; præmittimus hypotheticæ, dicitur autē modalis, quia constat ex mō determinante ipsā, modus .n. definitur, qd. sit *adiacēs rei determinatio, & modificatio*, aliqui modi determinant tātùm extrema propositionis, subiectū.s. vel prædicatū, de quibus egimus tract. præced. cap. ij. vt si dicamus Hō iustus est sapiēs, Petrus currit velociter, ly *iustus* in prima modificat, seu restringit subiectū, ly *velociter* in secunda modificat prædicatū, & hi modi non faciunt propositionē modalē; aliqui verò nati sūt determinare totā compositionē, seu vnionē prędicati cū subiecto, vt necesse est hominē esse animal, aut hō necessariò est animal, & hi constituunt propositionē modalē; vndè propositio modalis definitur, qd. sit illa, *quæ constat mō determinante ipsam*, vt excludatur modus determinans extrema tantū; modi verò determinātes totam propositionē sex enumerari solebāt, vt apud Petrū Hisp. videre est, possibile, impossibile, necessariū cōtingens, verū, falsū. sed quia duo vltimi supra propositiones de inesse nihil addūt, idē .n. est dicere hominē esse animal est verū, ac dicere, qd. hō est animal; ideò quatuor primi tantū retēti sūt; vtpotè qui propriè extrahūt propositionē à rōe propositionis de inesse, & modalē constituūt, ita tamen retēti sūt, vt quāuis possibile sit quid cōmune necessario, & contingenti, & ab vtroq; distinctū, tam n. necessariū, quam contingens nō repugnat esse, quæ est definitio possibilis, vt sic, sed contingens vlterius addit posse non esse, & necessariū è côtrà non posse non esse, nihilominus in præsēti possibile sumitur vt coincidit cū cōtingenti qd. .s. pōt esse, & nō esse: vndè licet quò ad vocē sint quatuor modi, tamē secūdū rem sūt tres tantū, & correspondent triplici materiæ propositionū iā explicatæ cap. præced. naturali, remotæ, & cōtingenti; hoc tamē aduertēdū est, qd. modalis in quacūq; materia formetur, aut est necessaria, aut impossibilis, nulla cōtingēs, nā in materia cōtingēti ēt est necessaria, nā si dicamus, contingēs est hominē currere, certū est applicationē modi ad dictum esse necessariam, quia necesse est, vt cursus contingenter ei cōueniat, nec aliter ei cōuenire potest.

Dupliciter autem potest modus in propositione poni, nominaliter, & aduerbialiter; primo mō ita afficit totam propositionē, vt illā constituat subiectū de verbo infinitiui modi, & ipse cū alia copula finita sit prædicatū, vt Petrum currere est possibile, necesse est hominē esse animal, vnde parum refert, qd. modus anteponatur, vel postponatur orationi infinitiui modi, semper .n. retinet vim prædicati, vt Arist. docet 2. Periher. c. 3. & hic aduertendū propositionē de verbo infinito, quæ locū subiecti tenet .s. *Petrum currere* à Summulistis appellari *dict*ū, de quo media copula finita prædicatur modus .s. *est possibile*: si verò modus ponatur aduerbialiter in propositione, vt cū dicitur hō necessariò est animal, paries est contingenter albus, tunc modus non est prædicatū, sed mera copulæ determinatio, vnde modificat vnionē prædicati cum subiecto, vt patet in allatis exēplis, & hic ēt aliqui distinguunt modum, & dictum, nam totam propositionem, vt homo est animal, quæ modificatur à ly *necessariò* dictum appellant; sed re vera in modalibus aduerbialiter formatis non

veritas propriè potest assignari dictũ, sicut quando formantur nominaliter, & ratio est, quia cum aduerbialiter formantur, modus non est prædicatum, totam propositionem immediatè afficiens, sed immediatè solã copulã modificat.

Porrò modales habẽt quocunq; mõ formẽtur propriã quantitatẽ, & qualitatẽ, & quidẽ eam dignoscere in modalibus aduerbialiter formatis nõ est difficile, cũ.n. in his modus nõ prædicetur, sed solũ modificet copulã, atque ideò idem remaneat subiectũ, & prædicatũ, quod erat in simplici, quãtitas, & qualitas earũ eodẽ ferè mõ venanda erit, sicut in propositionibus de inesse, at in modalib. nominaliter formatis cũ modus prædicetur, & totũ dictũ subijciatur, ad eã venandã est aliter procedẽdum; in his igitur tum quãtitas, i. vniuersalitas, vel particularitas, tũ qualitas, i. affirmatio, vel negatio veritas, aut falsitas ex duplici capite attẽdi potest, nimirum ex dicto, & mõ, sed principalius ex hoc, quã ex illo; vnde si modus negatur de dicto, & si dictũ sit affirmatiuũ, propositio dicitur simpliciter, & absolutè negatiua, & solũ affirmatiua secundũ quid, vt Petrũ currere nõ est necessariũ est affirmatiua de dicto, negatiua de mõ, atq; ideò simpliciter negatiua, secundum quid affirmatiua & è cõtra si est affirmatiua de mõ, negatiua de dicto, vt hominẽ non esse lapidẽ est necesse, erit simpliciter affirmatiua, secundũ quid negatiua; Sic etiã veritas, & falsitas ex vtroq; attendi potest, at principaliter attẽdi debet ex mõ, an sit conueniẽter positus, vnde fit, vt quamuis dictũ sit verũ, propositio possit esse falsa, vt si dicamus cõtingens est hominẽ esse animal, in hac dictũ est verũ, & adhuc propositio est simpliciter falsa, quia licèt verũ sit hominẽ esse animal, falsũ tamen est illi contingenter cõuenire rationẽ animalis; & ideò vt modus sit conuenienter positus, & reddat propositionem simpliciter verã, attẽdi debet materia, in qua fit propositio, & dictũ, cui applicatur modus, nõ.n. conuenienter formatur propositio de necessario in materia contingenti, aut propositio de contingenti in materia naturali.

Eodẽ mõ circa quantitatẽ modalium discurrendũ est, quòd simpliciter attendatur ex quãtitate modi, secundũ quid solũ ex quantitate dicti, vnde illa propositio erit vniuersalis simpliciter, quæ constat mõ vniuersali, etiamsi dictũ sit particulare, idẽ è contra; illi autẽ censentur modi vniuersales, qui amplectũtur omne tempus, & copulã distribuunt pro omni tempore, tales sunt *Necessarium & impossibile*, nã ille rem ponit pro omni tẽpore, ille pro omni tẽpore tollit; particulares modi è cõtra cẽsentur *contingens, & possibile*, vt hic sumitur (nam si sumeretur, vt idẽ est, quod nõ repugnãs, posset esse modus vniuersalis, possibile.n. semper est possibile.) quia non amplectũtur omne tẽpus, cõtingens.n. non sẽper accidit, sicut nec possibile, vt contingentiã importat illa igitur modalis, cuius dictũ est particulare, & modus vniuersalis, vt ista necesse est Petrũ esse animal; est simpliciter vniuersalis, & solum secundũ quid particularis, & idem est è contra.

Diuiditur propositio modalis in cõpositam, & diuisam; composita est, *in qua modus se habet, vt prædicatum, & dictum, vt subiectum*, vnde constat ex modo nominaliter sumpto, diuisa est, *in qua modus aduerbialiter sumptus determinat copulam*, habes exempla superius; aiunt quamplures hanc diuisionem esse æquiuoci in æquiuocata, nã alij tantum diuisam putant esse modalem, cõpositam verò esse merè de inesse, vt Tatar. trac. 1. & lib. 2. Periher. q. 2. *§. quarto sciendum* cum Bargio citando, cuius ratio est, quia modalis est, cuius copula non est simplex, sed modificata per modum, sed solũ diuisa copulam habet modificatam, composita verò

rò

ro copulam habet simplicē, & ideò hęc est simpliciter de inesse. Alij è cōtra cōpositam agnoscunt pro verè modali, at diuisā inquiūt esse merā de inesse, quia habet prorsus idem subiectū, & prædicatum, quod ipsa, nec in ea cernitur dictum, de quo verificetur modus. At asserendum est, vtramq; propositionem tū diuisā, tum compositā esse verè modalem, & ideò esse diuisionem vniuocam, nam in vtraq; reperitur modus determinās vnionē prædicati cū subiecto, & in vtraq; exprimitur modus, quo prædicatū conuenit subiecto, ergo vtraq; verè modalis erit, per hoc .n. modalis secernitur à simplici; Composita talis, dicitur non tantū, quia expreſsè cōponitur ex dicto, & modo, sed præsertim quia facit sensū compositū, & diuisa è contra talis dicitur, quia facit diuisum, ita Tatar. cit. trac. 1. in Pet. Hisp. c. de modalibus, qui sensus cōpositus, & diuisus licet sit obiter explicatus trac. præc. c. vlt. hic tamen rursus diligentius enucleandus est, vt ille, ex cuius intelligētia pendet solutio multarū difficultatū in Theologia, vt notāt Cōplut. lib. 2. c. 8.

Sensus itaq; cōpositus per propositionē modalē fit, vt docet Tat. cit. faciēdo modū prædicari de tota propositione correspondēte dicto, vt sēsus istius propositionis *possibile est album esse nigrum* est compositus, & explicatur sic per vnā cathegoricā, hęc propositio, album est nigrum, est possibilis, ratio est, quia cū modus est prędicatū in propositione modali, tunc totū dictū verè est subiectū, & cōsequenter de partib. eius simul sūmptis, & per modū vnius prædicatur modus, & ideò sensus erit formas īportatas per extrema dicti esse simul cōpossibiles in eodē subiecto, & pro eodem tempore, in quo consistit sensū esse compositū; quapropter cum modalis cōposita semper vniat inter se formas importatas per extrema dicti, & de illis simul sūptis prædicet modū, hinc est, quod sēper faciat sensū compositū, ex quo infert Tat. ex Scoto 3. d. 2. q. 9. modalē compositā de rigore sermōnis non bene distingui secundū sensū diuisum, & compositum, quia formalissimè reddit tantū sensū compositū, quod si sequendo cōmunem vsū velimus eam exponere in sēsu diuiso, tūc ex modali illa composita duas formare debēmus cathegoricas, vnā de inesse, & aliā modalē de aduerbio, & sic ista modalis cōposita *possibile est album esse nigrū* explicatur per has duas, hoc ē st albū, & hoc possibiliter est nigrū, siue pōt esse nigrum, & sic in sensu diuiso est vera propositio, quia eidē subiecto pro eodem instanti tribuitur albedo cū possibilitate ad nigredinē, quæ duo non repugnāt, quia vna forma nō excludit potentiā subiecti ad recipiendū aliā, sed solā coexistentiā, & simultatē cum illa, ità Scotus p. d. 39. sub G, vbi ità explicat sensū cōpositū & diuisū. Hinc fit, quod sēsus diuisus est ille, qui significatur per modalē diuisā cum .n. in ea modus solā copulā afficiat, & non totam propositionē, denotat subiecto cōuenire illum modū, non autem ipsis formis prędicati, & subiecti simul conuenire, & ideò sicut sensus istarū compositarū, nigrū esse albū est possibile, stantē sedere est possibile, est compositus, & significat, quod cōiunctio sedendi, & standi est possibilis, ità sensus istarū diuisarū, sedēs possibiliter stat, seu pōt stare, albū possibiliter est nigrū, seu potest esse nigrum, est diuisus, & significat, quod subiecto sedenti conueniat potentia ad standum, non tamen ad standum simul cum sessione; totam hanc doctrinam de modali diuisa, & cōposita, & de sēsu diuiso, & cōposito recipiūt Cōplut. cit. & Io: de S. Thoma lib. 2. c. 20. vt cōmunē Thomistarum, & valde notanda est pro difficultatibus theologiæ in materia de prædestinatione, & diuinis auxiliis, ità etiam explicat Bargi. sententiam.

ri. n.

cōmunem,& diuisum in rēd.39. ad 3. ex illo secundum pates tertiū,ex eodē ... coto 2 d.q.9.de hoc vide etiam p. 27 ... tract. 3. c. ...

Quid sit hypothetica propositio, & quotuplex. Cap. VI.

HYpotheticā cap.1.diximus esse propositionē ex pluribus simplicibus cōstantē cōiunctione aliqua inter se cōnexis,& hæ,vel sūt ambæ perfectæ,& consistūt hypotheticā copulatiuā,si per particula,& cōnectātur,vt Petrus dormit,& Paulus studet: si verò per particulā *vel*, constituūt disiunctiuā,vt vel dies est, vel nox est. Aut vna propositio est perfecta,altera īperfecta, seu vnius veritas ab alia depēdet,& cōstituūt hypotheticā cōditionalē,quæ illas duas cōtinet inuicem vnitas per particulā *si*, vt si Petrus currit,Petrus mouetur. Ex quo cōstat copulā hypotheticā nō esse verbū,sed aliquod aduerbiū,seu notā simplices contingentē,v.g. *Et, vel, si*, atq; adeò per cōiunctionē hypotheticam vna pars cōiuncta nō prædicatur de alia,solū .n. verbū est nota eorū, quæ prædicantur;constāt ēt tres esse pricipales species hypotheticæ,s.cōditionalē,copulatiuā,& disiūctiuā,ad quas aliæ minus pricipales reducūtur,quia .n.cōditionalis icludit rationē discursus,& habet vim illationis,ita qd.vna sīplex infertur ex alia,ideò ad eā reducūtur rationalis,seu illatiua, quæ cōstat particula *ergo*, vt Sol est,ergo dies est,ac ēt causalis,quę cōstat particula *quia*,vt quia Sol est, dies est. Immo vt notat trac. 1.c.de prop. hyp.si particula *si*,nō sumatur illatiuè in rigore , vt denotat cōsequēs sequi ex vi antecedētis,sed largè vt importet cōcomitātiā antecedētis,& cōsequētis cōditionalis fūdatā,nō quidē in bonitate illationis secūdū se,sed supposita aliqua promissione,aut proposito,vel alia causa,ratione, cuius posito inesse antecedēte poneretur ēt cōsequēs,vt si veneris ad me,dabo tibi equū,si haberē libros libenter studerē, quarū prima dicitur promissiua,altera purè cōditionalis, istę ēt possūt ad hypotheticā cōditionalē reduci,nō tamē si ly *si* in rigore sumatur quia licet istæ in antecedēti habeāt causā cōsequentis,nō tamē necessaria, & ideò dicūtur cōditionales imperfectæ,quā doctrinā recipiūt Sotus lib.3.sum.c.8.lect.3.Cōpl.lib.2.c.4.Casil.lib.2.trac.2,c.1,& alij ex Societate Cōditionalis verò secundū vocē tātùm,in qua nimirū cōditio posita in antecedēte nullo mō est causa cōsequentis ,sed penitus disparatè se habēt,vt si cęlū tonabit,Berta filabit , nullo mō ad hāc speciē reduci pōt, sed est mera copulatiua importās solā tēporis coexistentiā antecedētis cū cōsequēti,nō causalitatē.Ad copulatiuā tandē,vt notat Tat.cit.nō ad cōditionalē,vt quidā putāt, reducuntur omnes propositiones per aduerbium tēporis,vel loci, vel simili ...mis, vt Petrus dormit,quādò,aut vbi Paulus studet,Plato fuit doctus, sicut Arist. & aliæ consimiles,nā sensus earū est Petrus dormit in isto tēpore , uel loco, & in eodem Paulus studet , & sic de aliis; sequitur Casil. cit.cum alijs.

In hypothetica propositione suo ēt mō inuenitur materia,forma,quātitas &qualitas; Forma eius est copula,quā ambæ simplices cōiungātur, sicut in cathegorica erat copula uniēs prędicatū cū subiecto.Materia est cōnexio, quā habet una propositio cū alia , sicut in cathegorica erat cōnexio, quā habebat prędicatū cū subiecto,& etiā ipsa pōt esse naturalis,impossibilis,& cōtingēs,qualis erit cōnexio propositionū,undē si duæ cōtingētes sīplices necessariò cōnectātur,efficiēt hypotheticā in materia necessaria,ut si Hō currit,mouetur,quarè nō ex materia cuius li-

iuslibet simplicis seorsim, sed ex eo, qd. prĩcipaliter affirmatur, vel negatur ꝑ integrã hypotheticã, attendenda est eius materia. Quantitas eius est, quæ inuenitur in vtraq; cathegorica, vndè si vtraq; est vniuersalis, vel particularis, tota hypothetica talis erit, si vna vniuersalis, & alia particularis, erit mixta: ã verò etiã secũdũ se possit aliquã habere quantitatẽ mox dicemus. Qualitas demum eius erit veritas, vel falsitas, affirmatio, vel negatio, vt de cathegorica dicebamus, quæ vt magis innotescat eiusdẽ regulas subiungimus.

Pro veritate, & falsitate hypotheticarum dignoscẽdã sequentes regulæ sũt obseruandæ. Ad veritatẽ conditionalis affirmatiuæ strictè sumptæ requiritur, vt consequentia secundũ se sit bona, i. quod ex natura antecedentis cõsequens deducatur, siue antecedens, & consequens in se sint vera, vel falsa, siue possibilia, siue impossibilia, siue necessaria, aut cõtingentia, vnde ista cõditionalis est vera, si homo est asinus, homo est rudibilis, erit autem falsa, si antecedens potest esse verum consequente existente falso, seu si consequẽs nõ necessario ex antecedẽti infertur: vnde quia consequentia secundũ se bona semper est necessaria, & secundũ se mala semper est mala, & consequenter impossibilis, ideò omnis cõditionalis vera strictè sumpta, vt habet. s. vim cõsequentiæ, est necessaria, & omnis falsa impossibilis, & nulla datur talis cõditionalis contingens. Ad veritatẽ rationalis vltra bonitatem cõsequentiæ requiritur, vt antecedẽs sit in se verũ, vnde hæc erit falsa, homo est asinus, ergo rudibilis est. Ad veritatem causalis vltra bonitatem cõsequentiæ, & veritatem antecedẽtis in se, adhùc requiritur, ꝙ antecedens sit causa consequentis, vnde hæc erit falsa, quia homo est risibilis, est rationalis, quia fumus est, ignis est; Ad veritatem tandem puræ conditionalis, & pręmissiuę requiritur, vt verè existat à parte rei fundamẽtũ illius concomitantiæ antecedentis, & cõsequentis, vnde vt hæc sit vera, si veneris ad me, dabo tibi equum, necesse est tunc adesse propositũ dandi equũ, etiamsi postea non impleatur promissum, quod si tale propositum nõ adsit, erit propositio falsa, etiamsi postea promissum adimpleatur, vt benè hic Complut. aduertunt.

Ad veritatem copulatiuæ requiritur vtramque partem esse veram, quod si altera pars, vel vtraque sit falsa falsa erit tota copulatiua, ratio est, quia cũ vtramque partẽ coniungat, significat vtramque, ità se habere, sicut enunciatur, ũdè ista est falsa, *Petrus* est homo, & homo est lapis: pariter vt dicatur necessaria, vtraque talis esse debet, & si vna sola est cõtingẽs, tota copulatiua est contingens, ratio est, quia hypothetica copulatiua nõ solum affirmat hãc partem, vel illam, sed vtramque, atq; adeò ratione vnius partis cõtingentis poterit tota copulatiua aliquãdo esse vera, & aliquando falsa atq; adeò cõtingẽter vera, vel falsa, ergo vt necessaria sit vtramque partem necessariã requirit Vt autem sit possibilis nõ sufficit vtramq; partem esse possibilem, sed requiritur etiam, vt sint compossibiles, hæc. n. propositio Petrus loquitur, & non loquitur, cõstat ex partibus possibilibus seorsim, sed quia sũt incompossibiles, tota propositio est impossibilis.

Ad veritatem disiũctiuæ strictè sũptæ requiritur alterã partem esse falsam, quia disiunctiua in rigore cõtinet exclusionem alterius partis, & reddit hunc sensum, alterum tãtum illorũ est verum, & sic semper altera pars debet esse falsa: si verò largè sumatur, vt idẽ valet, ac saltem, vel adminus, sic vtraque pars potest esse vera, nã reddit hũc sensum, vnum saltim illorũ est verũ, quo disiũctiuo loquẽdi modo vsus est Christus cũ dixit, vbi duo, vel tres fuerint congregati, &c. vid. Petrus Hispa. tract. 1. & per hanc distinctionem sedatur grauis cõtentio de hac re inter Modernos. Ad eius necessitatem requiritur,

tur, quod vna pars sit necessaria, vel si vtraq; contingens est, vna sit alteri incompossibilis, vt Petrus legit, vel non legit, quare si ambæ sint contingentes compossibiles, vt Petrus ambulat, vel legit, tota disiunctiua erit contingens: Tādem ad eius possibilitatem requiritur, quod vna pars eius sit possibilis, & ad impossibilitatem, quod vtraque sit impossibilis.

Pro affirmatione verò, & negatione hypotheticarum hæc regula pro omnibus tradi solet, quod tunc sunt affirmātes, cum coniunctio vtramq; coniūgens propositionem est affirmata, tunc negantes, quando est negata: ratio est, quia hæc se habet in hypotheticis, vt copula in cathegoricis, vndè hæc erit affirmatiua, si nullus homo currit, nullus homo mouetur, quia cōiunctio, si, non est affecta negatione, hęc verò erit negatiua. Non si homo currit, homo mouetur, quia coniunctio, si, afficitur negatione. Sed quamuis prędicta regula pro dignoscendis affirmatiuis, & negatiuis in causali, & cōditionali locum habeat, attamē non videtur satis congrua in rationali, quæ vt negatiua fiat, præponi non solet negatio particulæ illatiuæ, ergo, neque in coniunctiua, quam dum volumus negatiuam facere non præponimus particulæ, &, negationem dicendo. Non, & Petrus studet, & Paulus studet, sed dicimus, & Petrus non studet, & Paulus nō studet, & etiam de disiunctiua eadem dubitatio currit: Dicendum tamen est; quod licet huiusmodi hypotheticę possint secundùm rem alio modo negatiuæ reddi, quàm per negationē præpositam particulæ negatiuæ, tamē secundū rigorem logicum ità debēt negari, vndè hæc erit rationalis negatiua secundùm regulam assignatam, Petrus est homo, non ergo Petrus est equus; & hæc negatiua coniunctiua. Nec Petrus studet, nec Paulus studet, nā ly, nec, propriè est particula negatiua coniunctiua: disiunctiua tamē non videtur fieri posse negatiua, nisi per negationem partium.

Pro quantitate harum propositionū nulla peculiaris assignatur regula, eo quia diuersam quantitatē non habēt ab ea, quæ est in partibus, cum enim quantitas sumatur ex subiecto, vt dictum est supra, & hypotheticę non cōponantur ex subiecto, & prædicato, indè fit propriè non esse vniuersales, aut particulares: vbi tamen aduertendum est copulatiuas, & disiunctiuas aliquo modo vniuersales, & particulares dici posse, quia particula coniunctiua nata est esse nota vniuersalitatis, & disiunctiua particularitatis, vndè ratione istarum poterunt secundùm se dici vniuersales, & particulares, vt infrà cap. 9. magis explicabitur.

Quæres, an diuisio propositionis hypotheticæ in cōditionalem, coniunctiuam, & disiunctiuam sit propriè generis in species? Negant quamplures, eò quia putant copulatiuas, & disiunctiuas esse omninò simplices, nec distinctā veritatem habere, aut falsitatē à simplicibus, ex quibus constant, vndè etiā & earum sensus est simplex, & per vnā cathegoricam explicatur, sensus n. v. g. istius coniūctiuæ, & Petrus, & Paulus studet, est hic, vterque studet, sensus istius disiūctiuæ, vel Petrus studet, vel Paulus studet, est hic, vnus illorū studet; immo neque cōditionalis videtur vera hypothetica, cum n. includat vim discursus, non significat veritatem, sed consequentiam atq; ideò erit argumētatio potius, quā hypothetica propositio. Dicēdū tamen est tā conditionalē, quam cōiunctiuam, & disiunctiuā esse propriè hypotheticas, ac proindè diuisionem allatā esse generis in species, ità Tat. cit. & sequitur Ioan. de S. Th. q. 5. art. 3. licet cum aliqua analogia, quia vt patet ex vi ipsius nominis propositio hypothetica prius dicitur de conditionali, quàm de cæteris. Ad rationem in oppositum de coniunctiua, & disiunctiua negatur assumptum, nā habent veritatē, & falsitatem propriā à simplicibus prorsus diuersam, & diuersum sit iudicium de ipsis, ac de simplici-

plicibus ex quibus cõstant, vt patet ex regulis allatis pro earũ veritate discernenda; sunt & propositiones verè cõplexæ, quia constant duplici copula verbali, nec dicuntur vna, nisi cõiunctione, vt inquit Arist. Quod autẽ possit designari earum veritas per vnã cathegoricam, velut in actu signato, non tollit, quin verò in actu exercito veritas earum sit hypothetica in copulatione, aut disiunctione plurium propositionum consistens; immò, & veritas ipsius conditionalis, ità exprimi põt per vnam cathegoricã in actu signato dicendo, ꝙ est coniunctio plurium simplicium per particulam, si. Ad aliã de conditionali concedunt Complut. cit. nõ participare rationẽ propositionis, nisi secundùm quid, essentialiter verò esse tantùm argumentationem. Sed dicendũ est conditionales multoties, nõ tantùm habere vim illatiuã sed & assertiuam, cum nimirum sub conditione aliquid affirmant, vel promittũt, vt patet de ista, si homo esset equus, esset rudibilis, nam de ista fertur iudicium non tantum quoad illationem, sed etiam quantũ ad assertionem, .i. quantum ad ità esse, vel nõ esse, atque adeò vt sic propriam veritatem habebit.

Sed dices, quomodò eadem oratio põt esse simul argumẽtatio, & propositio, cũ hæc essentialiter sit oratio enũciatiua, cui conuenit esse verã, vel falsã, argumentatio autẽ solùm dici põt bona, vel mala, cum nõ sit enunciatiua sed illatiua? Resp. nõ esse inconueniẽs, quod eadẽ oratio materialiter sub diuersis formalitatibus pertineat essẽtialiter ad orationem enunciatiuam, & illatiuã, & ità se habet in proposito cõditionalis hypothetica, quatenus .n. includit vim consequentiæ, dicitur illatiua, & quatenus etiam præcisa vi consequentiæ asserit aliquid ita esse, vel nõ esse, nõ quidẽ per prædicationẽ vnius de alio, quia id pertinet ad cathegoricas, sed per connexionem plurium simplicium factam per copulam hypotheticam, dicitur enunciatiua.

De oppositione Cathegoricarum simplicium. Cap. VII.

Cognita essentia, & multiplicitate propositionum, restat earum proprietates explanare, quæ sunt Oppositio, Aequipollẽtia, & conuersio & primo agemus de oppositione, postea de aliis, & adhuc prius de oppositione cathegoricarum simplicium, deindè modalium, & hypotheticarum.

Oppositio itaque est, Duarũ propositionum vtroq; extremo participantium eodem ordine secundum qualitatem, vel quantitatem, vel vtramq; repugnantia ex quo patet, hic nos nõ loqui de oppositione reali rerum, qualis est ea, quæ inter calorẽ & frigus versatur, nec de illa, quæ inter terminos reperitur, nã de hac egimus tract. præced. cap. 9. sed de illa præcisè, quæ inter propositiones versatur, neq; oppositionem hic accipi in toto rigore, quia talis penes qualitatem tantùm attẽditur in propositionibus, ita quod vna sit affirmans, altera negans, vna vera, altera falsa, nõ autẽ penes quantitatẽ, non .n. in rigore vniuersalis, & particularis opponuntur, cum vna cõtineatur sub alia; sumitur ergo fusè pro quacũq; diuersitate propositionũ in qualitatem, vel quantitatem; & dicitur, pugnantia duarum propositionum, nã eadem enunciatio sibi ipsi non aduersatur: dicitur, vtroq; extremo participantium, .i. eodem subiecto, & prædicato, hæc namque sunt extrema propositionis, & eodem modo in vtraq; accepta, ita quòd non varietur terminorum suppositio, appellatio, ampliatio, &c. sed in vtraque sumantur pro eodẽ significato re, & nomine, vt seruetur terminorum vniuocatio, cum eadem integritate, ne aliquis terminus ponatur in vna, qui nõ sit in alia, pro eodẽ loco, & tempore, vt docet Scot 1. d. 2. q. 9. sub S. vt in summa sola variatio sit in qualitate, aut quãtitate propositionũ, in cæteris sint prorsus vniformes: dicitur, eodẽ ordine, qa. proposit. orũ

vtrioque extremo participantium, aliæ participât inuersò ordine, vt homo est animal, animal est homo, aliæ eodem ordine, ita quod subiectū in vna sit et subiectum in alia, & pariter prædicatū vnius sit quoq; prædicatum ulterius, vt homo est animal, homo non est animal, & hoc secundū requiritur ad oppositionem; dicitur, secundum qualitatem vel quantitatem, &c. quia secundum affirmationem, & negationē, vniuersalitatem, aut particularitatem repugnantia propositionum attenditur.

Possunt autem quadrupliciter propositiones adinuicem repugnare, nam esse potest repugnantia maxima, ita qd. opponantur, & in quantitate, & in qualitate & hæc dicitur cōtradictoria oppositio; vel esse pōt minima, ita quod in sola quātitate repugnent, in qua nō datur rigorosa oppositio, & hæc appellatur subalterna, vel medio modo repugnare possunt, s. in qualitate sola, in qua attenditur vera oppositio, in quātitate autē conuenire, quæ si fuerit vniuersalis, dicitur opposit o contraria, si particularis, dicitur subcontraria: ex quo sequitur quadruplicē esse oppositionem, contradictoriā, contrariā, subcontrariā, & subalternam, quarū prima est maxima, vltima minima, aliæ duæ mediæ, & singulæ sunt explicandæ cum suis regulis, & legibus.

Cōtradictoria oppositio est repugnātia duarum propositionum in quantitate, & qualitate simul, ita quod vna sit uniuersalis affirmatiua, & alia particularis negatiua, ut omnis hō est albus, quidā homo nō est albus, uel uniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua, ut nullus homo est albus, quidam homo est albus; ubi notandū cum Tat. tract. 1. hic definiri contradictoriā oppositionem de subiecto communi, idcò licet istæ Sortes currit, Sortes nō currit, non sint vniuersalis affirmatiua, & particularis negatiua, tamen sūt ueræ contradictoriæ, nam singularis affirmatiua, & singular s negatiua sēper contradictoriè opponuntur, vt docet Arist. 1 perihermen. cap. 5. Lex verò contra dictoriarū indispensabilis est quod non possunt simul ueræ esse, aut simul falsæ, sed semper una est uera, altera falsa, & fundatur in illo generali, & irrefragabili pricipio, idem de eodē simul affirmari, & negari non posse; in propositionibus autem cōtradictorijs idem prædicatum eodem modo cōpa ratur ad idem subiectum in una affirmatiuè, in alia negatiuè, ergo impossibile est utramque esse ueram.

Dices illa contradicunt album, & non album, & tamen homo, in quantū homo, nec est albus, nec non albus, ergo inter contradictoria dari potest medium. Resp. aliud esse loqui de terminis, aliud de propositionibus contradictorijs, nam inter terminos, seu contra dictoria incomplexa, si sumantur cum aliqua determinatione, uel syncathegoremate, utique dari potest medium, ut probat argumentum, si tamē fiant propositiones dicēdo homo in quantū hō est albus, homo in quātūm homo non est albus (sic .n formari debent, ut sint contradictoriæ, & quod affirmatur in una negetur in alia) prima est uera, altera falsa, ita Doctor p. d. 2. q. 7. infra 2. K. & d. 4. q. 1. sub E, & d. 5. q. 1 sub L, & alibi sæpè, & malè negat Casil. cit. c. 7. præfatas propositiones esse contradictorias, licet .n. istæ non contradicant, homo inquantum homo est albus, homo inquantum homo est nō albus, quia quod affirmatur in prima nō negatur in secunda, cum & ipsa sit affirmatiua de prædicato infinito, negatio tū præposita copulæ negat in secūda, quod affirmabatur in prima, & ita constituit illam contradictoriam primæ, nam illa affirmat albedinem esse de essentia hominis, quod ista directè negat, undè falsum est, quod ait Casil. hanc secundam affirmare carentiam, seu negationem albedinis esse de essētia hominis, quia hæc secunda propositio est negatiua de prædicato finito, vt autem affirmaret de homine carentiā albedinis deberet esse affirmatiua de præ-

prædicato infinito hoc modo, *homo inquantum homo non est albus*. Eadem de causa malè negat Arriaga disp. 2. n. 36. has esse contradictorias, *Petrus essentialiter est albus*, *Petrus essentialiter non est albus*, ea fretus ratione, quia vtraque falsum affirmat, prima albedinem esse de hominis essentia, & secunda negationem illius. Nam re vera secunda propositio non est affirmatiua, sed negatiua eius, qd. affirmatur in prima.

Obseruandū tn. est meliorem modū cōtradicendi, ne deceptio cōtingat esse, si in negatiua propositione negatio non solū copulæ præponatur, verū etiam aduerbio, & cuicūq; sincathegorēmati, qd. affirmatiuā afficiebat, ita. n. fiet, vt verè opponantur, & quidquid in vna affirmatur, in alia negetur. nā de rigore re sermonis negatio solū negat, quæ post se inuenit, nō quæ ante se: Hac de causa hæ nō contradicūt, *Petrus semper studet*, *Petrus semper non studet*, cum possint simul esse falsę ex hypothesi, qd. interdum studiat, interdū non, quare potius sūt contrariæ, vt igitur cōtradicāt, sic debēt fieri, *Petrus semper studet*, *Petrus non semper studet*, nā cū *non semper* ęquiualeat *aliquando nō*, sicut *non omnis* æquiualet *aliquis nō*. sensus secūdæ est, *Petrus aliquando non studet*, quæ ideo opponitur primæ, quæ faciebat sensū vniuersalem quoad tēpus, & ideo nūquā esse possūt simul veręvel falsę. Dices hæ possūt esse simul verè, *homo semper studet*, *homo non semper studet*, si Petrus v. g. semper studeat, & Paulus non semper studeat, Resp. id verū esse, quia illæ propositiones sunt subcōtrariæ; quia terminus est communis, qui in materia contingenti æquiualet particulari, ac proindè ambæ verificari possunt, cum non sint de eodem subiecto; quod autem conditiones requirātur, vt duæ propositiones inuicem contradicant, vide Tata. lib. 1. Derbier. q. 3. dubit. 2. & alios Summulistas.

Contraria oppositio est repugnantia duarū propositionū vniuersaliū in qualitate, vt omnis hō est albus, nullus hō est albus, & ad hanc spectant propositiones indefinitę, si sint in materia necessaria, aut impossibili, quia sic æquiualēt vniuersalib., quæ autem conditiones requirantur, vt duæ sint cōtrarię, vid. Tat. cit. dub. 1. Lex istarū est, qd. in nulla materia posūt ābę simul esse veræ, benè tamē simul falsæ in materia cōtingenti, vt patet in allato exēplo: in materia verò necessaria, vt impossibili semper vna est vera, & alia falsa, vt omnis hō est animal, nullus hō est animal; nō possunt ambæ simul esse veræ, quia alioqui cōtradictoriæ possent esse simul verę. nā si duę allatæ essent veræ, et hæ duæ essent veræ, omnis hō est animal, & aliquis hō non est animal, ex vniuersali. si quidē negatiua vera, nullus hō est animal, potest inferri particularis negās, aliquis hō nō est animal; possunt tū. esse simul falsę in materia contingenti, quia ex falsitate propositionis vniuersalis nō rectè infertur in tali materia falsitas particularis, v. g. ex hac falsa omnis hō est albus, non sequitur hanc esse falsā, aliquis hō est albus, quia prędicatū contingens, potest conuenire vni ex inferioribus subiecti, licet nō omnib.: in necessaria verò, aut impossibili non possunt esse falsæ, quia in his prædicatū omnibus cōuenit inferioribus, aut nulli. Sed dices, contradictoriæ in nulla materia queūt esse simul veræ, vel falsę, quia affirmatiua totaliter per negatiuam remouetur, sed hoc idē in contrarijs euenit, quia hæc propositio omnis homo est animal, totaliter per hāc remouetur, nullus homo est animal, & inter eas nullum relinquitur mediū. Resp. affirmatiuam vniuersalem vt sic, non remoueri totaliter per negatiuam vniuersalem, vt benè hic notarunt Cōplut. nam inter omne, & nullum mediat aliquis, atque ità vniuersalis affirmatiua, & vniuersalis negatiua verè habent medium, interdum tamen ratione ma-

teriç,naturalis.s. vel impossibilis mediū non admittunt,ut patet in exemplo allato in argumento, eadem .n. ratione, qua verum est aliquem hominem esse animal, verum est etiam rõe materiæ omnem hominem esse animal, hinc dicimus in materia ipossibili,vel naturali duas cõtrarias nõ posse esse simul falsas

Subcontraria oppositio est repugnãtia duarum enunciationem particulariū in qualitate,vt quidem hõ est albus, quidam hõ non est albus;Lex earū est posse esse simul veras in materia cõtingenti; vt patet in allato exẽplo;& rõ est, quia idem prędicatū non affirmatur,& negatur de eodẽ subiecto determinato, aliter essent contradictoriæ. Nõ possunt tamẽ simul esse falsę,alioqui sequeretur contradictorias simul esse falsas, nam ex falsitate particularis rectè infertur falsitas vniuersalis, eo .n. ipso quod prædicatum remouetur ab aliquo inferiori subiecti, non amplius conuenit illi subiecto vniuersaliter sumpto, ergo ex his duabus subcõtrarijs aliquis hõ est albus,aliquis homo non est albus inferrẽtur hæ contradictoriç simul falsę, omnis homo est albus,& aliquis hõ non est albus,tū quia vt affirmatiua esset falsa,nullus hõ deberet esse albus,& sic negat.tūc esset vera.

Subalterna denique oppositio est repugnantia duarum propositionum in sola quantitate,vt vniuersalis affirmatiua cum particulari affirmatiua,vel vniuersalis negatiua cū particulari negatiua; lex earum est, quod si vniuersalis sit vera,particularis etiam erit verā, non tamen è conuerso,nisi in materia necessaria;rõ est, quia ex vniuersali vera põt inferri particularis,non è contra,quia si prædicatum conuenit omnib. inferioribus subiecti,cõuenit etiā alicui ex inferiorib.,nõ tamen è contra, si cõuenit alicui,ergo omnib.,quia nõ valet aliquis homo est albus,ergo omnis homo est albus;Quod si hæc est vera, quidam homo est animal,ergo omnis homo est animal, hoc non prouenit ex parte formæ,cum in simili forma detur antecedens verū, & consequens falsum,sed ex parte materiæ,quia est necessaria. Deindè si particularis sit falsa,etiā vniuersalis erit falsa,non tn.è contra,rõ est,quia si prædicatū remouetur ab aliquo inferiori, iam non conuenit omnibus,non tn.si remouetur ab omnib.simul sūptis,ideò remouetur ab aliquo determinato;qd.si contigat iqtердū ex vniuersali falsa sequi etiā particularem falsā,vt in hac omnis hõ est lapis,ergo quidā hõ est lapis,id solū est ex parte materiæ,quæ est ipossibilis,eadẽ.n.rõe, qua ipossibile est omnem hominẽ esse lapidem, eadẽ etiam ipossibile est aliquem hominem esse lapidem.

Quæres,an omnes supradictę oppositiones sint veræ oppositiones? Resp. solam contradictoriam,&contrariam esse veras oppositiones,non autem subcõtrariam,& subalternam, ità Tat. 1. Per. q.4. §. *Primò sciendū*, sequitur Fonseca lib.3.dial.instit.c.6.Blanc.lib.6.sect.13. Arriag.disp.2.n.22.Amic.dub.3. & alij quamplures,& est expressa Arist.sent.1. Perhier.c.5.& 2.Prior.c. 15. Ratio est, quia vera oppositio est eiusdem de eodem, non nominis tantum, nec rei tantum,sed rei & nominis simul, ergo quia subalternæ non opponuntur secundum affirmationem, & negationem, & possunt ambæ esse simul veræ, & simul falsæ,vt patet ex regulis earum,immò vna illarum, .s. vniuersalis continet aliam, quæ est particularis,qui .n.asserit omnẽ hominem esse animal, consequenter asserit aliquem hominem esse animal, sanè non erunt verè,& in rigore oppositæ;Et parum refert, quod vna sit vniuersalis,altera particularis,quia in quātitate non datur verā oppositio,& quātitas maior minori non repugnat, quarè subalternæ dici debent potius diuersę quantitatis,quam oppositę; vndè, & contradictoriæ ipsæ non verè dicuntur opponi ratione quantitatis vniuer-

salis,

salis,& particularis,sed pręcisè ratione qualitatis,affirmationis nimirum,& negationis,falsitatis,& veritatis. Quia verò subcontrariæ,licet sint affirmantes, vel negantes,non tn.sunt de vno,& eodem subiecto 2.rem,sed tātū 2.vocem, alioquin non possent esse simul veræ; cū de eodem subiecto non possit idem affirmari,& negari,ideò nō sunt verè opposita; vndè qn.dicimus,*quidā homo est albus,quidā hō non est albus*,est idem sub iectū in vtraq;tantum 2.vocem,non tn. 2.rem,quia in prima supponit,v.g. pro Petro,qui est albus, & in alia pro alio, .s. Paulo qui non est albus; Quod si supponerent pro eodem homine,tunc non erunt subcontrariæ, sed contradictoriæ propositiones,nam affirmatio, & negatio de subiecto sīgulari pertinent ad oppositionē contradictoriā,vt diximus,& facerent hunc sensum,hic hō est albus, hic hō non est albus. Ex quo sequitur duas tantū esse species oppositionis in rigore, s.contradictoriam,& contrariā, in his.n.solum,quod vna negat,altera affirmat,nihilominus Petr.Hisp.& cæteri ōnes Sūm.inter oppositiones recensent etiā subcōtrariā,& subalternā,eo qd.in seruiāt ad cōficiēdā figurā oppositarū, & quia sumūt oppositionē latè pro quacūq;diuersitate,ut notat Casil.cit.cap.7.

In fine obseruandum est signa quantitatis propositionum,quę sunt quatuor, omnis,nullus,quidā,quidā non,ex quibus duo priora,sūt uniuersalia,alia duo posteriora particularia, inter se habere omnes oppositiones,quæ in enunciationib.reperiri ualent,nam omnis, & nullus sunt notæ contrariæ, aliquis, & aliquis non,subcontrarię,omnis,&aliquis, nullus,&aliquis nō,sunt subalternę,demum omnis,& aliquis non,nullus,& aliquis,contradicentes; Ac etiā in signis mixtis ex uniuersali, & particulari suo modo reperitur oppositio, quia .n. alia sunt magis uniuersalia, ut uterque, & neuter,alia magis particularia,ut alter, alter non,ideò uterque,& neuter opponuntur contrariè,neuter uerò,& alter, & similiter uterque,& alter non,contradictoriè,alter uerò,& alter non,subcontrariè,deniq;uterque,&alter;aut neuter, & alter non, subalternè opponuntur.

De Aequipollentia, & Conuersione cathegoricarum simpliciū. Cap. VIII.

Æquipollentia ad explicandas propositiones obscuriores inseruit, & dignoscendam unius propositionis ad alteram, cui æquiualet in significato, etsi uerbis sit diuersa, consequentiam, & definitur, quod *sit duarum propositionum oppositarum æquiualentia in significato ob negationem subiecto earum præpositam, vel postpositam, vel præpositam, & postpositam simul*, undè negatio est,quę propositiones oppositas reddit in sensu æquiualentes, cum enim sit malignantis naturę, ut aiunt logici, & tollat,quicquid post se inuenit,hinc est, quod si inuenit propositionem affirmatiuam,reddit negatiuam, si uniuersalem reddit particularem, & è cont .a, dummodò neganter accipiatur, & non infinitanter, atque ita facit propositiones oppositas æquipollere, & diuersimodè iuxta diuersam dispositionem illius circa subiectum illarum,nam præposita facit uno modo æquipollere, postposita facit æquipollere alio modo, & ideò ad dignoscendam uariam propositionum æquipollentiam tres solent dari regulæ hoc uno uersu contentę: *Præ contradic, Post contra, Præ post que sub alter.*

Præ contradic, significat primam regulam, s.quod negatio præposita subiecto propositionis,& illius signo,reddat illam suæ contradictorię æquipollentem, ut hæc omnis homo est albus, fit æquipollens huic aliquis homo non est albus,si præponas negationem,& dicas, non omnis homo est albus; & si huic propositioni, aliquis homo non est albus, præponas negationem dicendo

nõ aliquis hõ non est albus, fit æquipollẽs suæ contradictoriæ, quæ est, õnis hõ est albus; ratio est, quia negatio, vt dicebamus, destruit õne, qd. post se inuenit, & oppositũ ponit. *Post contra* significat 2. regulã, .f. qd. negatio postposita subiecto vniuersalis facit illã æquipollentem suæ contrariæ, v. g. omnis hõ est albus, si postponas negationem subiecto dicẽdo omnis hõ non est albus, æquipollet suæ contrariæ, quæ est, nullus hõ est albus, & hæc alia nullus homo est albus, si subiecto postponas negationẽ dicendo, nullus hõ non est albus, æqualiter illi omnis hõ est albus, quæ est sua contraria. *Præpostq; subalter* significat 3. regulam, .f. qd. negatio præposita, & postposita subiecto facit illã æquipollere subalternæ, vt omnis homo est albus, si eius subiecto præponas, & postponas negationem dicendo, non omnis hõ non est albus, æquipollet suæ subalternæ, quæ est, quidã hõ est albus, & hæc rursus illi æquipollet, si eius subiecto præponas, & postponas negationem dicendo, non quidam homo non est albus; vt autem facilius æquipollentia propositionum dignoscatur, & memoriæ mandetur, notarum, seu signorum propositionis aduertere debemus æquipollentiam, quæ his versibus continetur, nam illa ex ista dependet.

Non omnis, quidam non, omnis non, quasi nullus,
Non nullus, quidam, sed nullus non valet omnis,
Non aliquis nullus, non quidam non valet omnis,
Non alter, neuter: neuter non præstat vterq;

Restat tamen adhuc difficultas de modo, quo subcontrariæ fieri possint æquipollentes, Casilius c. 8. cũ quibusdã alijs inquit pro æquipollentia subcontrariarum deseruire posse regulã datam pro æquipollentia contrariarum, qd. nimirum postponatur negatio; At si regulã illam applicemus, inutilem esse patebit, accipiamus v. g. has duas subcontrarias, quidã hõ currit, quidã hõ non currit, si negationem postponamus subiecto primæ dicendo, quidã homo non currit, iã non erit æquipollẽs, sed penitus eadẽ cũ sua subcontraria, si secũdæ postponas negationẽ, neq; ob id æquipollentiam cũ prima adinuenies, sed fiet inutilis repetitio negationis dicẽdo, quidam hõ non, non currit, ergo negatio postposita inepta est pro æquipollẽtia subcontrariarũ. Sed neq; valet præposita, nam si præponatur primæ dicẽdo, non quidam hõ currit, idẽ erit, qd. nullus hõ currit, si præponatur secũdę dicendo, non quidã homo non currit, idem erit, qd. omnis homo currit. Neq; tandem si pręponatur, & postponatur simul, nam si id fiat in prima dicendo, non quidam homo non currit, idem valet, quod omnis homo currit, si fiat in secunda, fit inutilis repetitio negationis, dicendo, non quidam homo non, non currit, ergo quocunque modo disposita negatio nequit facere subcontrarias æquipollẽtes; hac de causa Sũmulistæ communiter negant ęquipollentiã in subcontrarijs reperiri posse, ità Sot. lib. 3. summ. cap. 4. Villasp. lib. 2. cap. 8. Ioan. de S. Thom. cap. 18. Roccus lib. 1. c. 14. Hieron. Pla. & alii.

Sed cum ęquipollentia communiter inter proprietates propositionis enumeretur planè õnibus conuenire debet, & potiùs enitendum erit inuenire modum applicandi vnam ex tribus allatis regulis pro ęquipollẽtia subcontrariarum, quam absolutè negare proprietatẽ hanc illis conuenire; poterit igitur applicari secunda regula postponendo nimirum negationem, non aduerbialiter, sed nominaliter, .f. *nullum*, vt aduertit Fonsec. cit. cap. 7. & sequitur Blanc. sect. 18. si .n. subcontrarię affirmanti v. g. quidam homo est albus apponas post eius subiectum negationem *nullum* faciet, hanc *quidam homo nullum est album*, hęc autem ęquipollet illi,

quidam homo non est albus, & si huic sub contrariæ negan**ti** postponas negationē *nullum* dicendo, quidam homo nonnullū est album, æquipollet affirmanti, quidā homo est albus; Quod si etiam postponeres negationem verbaliter hoc modo, *quidam homo non est non albus*, adhuc æquipollebit affirmāti, *quidam homo est albus*, atq; ità per tres præfatas regulas habemus modum inueniendi æquipollentiam in omnibus propositionibus.

Quæres, an propositio affirmatiua de prædicato infinito æquipolleat negatiuę de prædicato finito, & è contra, ità qd. ex vna possit alia inferri, vt Petrus non est iustus, ergo est non iustus, & è cōtra. Resp. qd. Arist. 1. Perh. c. 1. ità docuisse videtur, nā ibi absolutè dicit ex negatiua de prædicato finito inferri posse affirmatiuā de prædicato infinito, & è cōtra, tn. postea 1. Prio. c. vl. illā regulā limitat, qd. non valet in prædicatis cōpositis, nō. n. valet, lapis nō est lignū albū, ergo est lignū non albū, quia affirmatur lignū in secūda, qd. non affirmabatur in prima: quā limitat onē ex Arist. et Scotus mem. 1. d. 4. q. 1. ad 3. E & 3. d. 3. q. 1. sub G, docet et non valere in prædicatis simplicibus accidētalibus arguere à negatiua de prędicato finito ad affirmatiuā de infinito, v g. Antichristus non est crudelis, ergo est non crudelis, nā 2. ratione affirmatæ copulæ, & prædicati cōtingētis importat existentiam subiecti, vbi prima de existentia subiecti nihil curat: subdit tamen posse consequētiam tenere, si in negatiua arguatur cū cōstantia subiecti hoc modo, Antichristus non est crudelis, & Antichristus est, ergo est nō crudelis; vndè quia in propositionibus in materia necessaria, vel remota nō requiritur existentia subiecti, valebit absolutè consequentia ex vna ad aliam, v. g homo non est animal, ergo homo est non animal, homo non est lapis, ergo homo est non lapis, & hæc est communis doctrina Sum. Tatar. tamē lib. 2. Perhier. q. 1. 5. *dubitatur primò*, inquit, qd. et in prædicatis simplicibus accidentalibus consequentia tenet à negatiua de prædicato finito ad affirmatiuā de infinito, quia licet albū, v. g. aut nigrū supponat existētiā subiecti, non tn. illud necessariò supponit nō albū, & non nigrū; immo sūt negationes extra genus conueniētes indifferēter tā enti, quā nō enti, vndè dūdicimus, Chymera nō est alba, ergo Chymera est nō alba, sēsus est, qd. Chymera est ens, vel non ens, qd. est non album, & hæc doctrina videtur à Scoto insinuata. 1. d. 28. q. 2. §. *ad arg. huius quæstionis*, vbi ait in simplicibus affirmatiuā de prædicato infinito sequi ad negatiuam de prędicato finito, vbi illud prædicatū infinitū significat negationē extra genus; quid autē sit negatio in genere, & extra genus, & quomodo differāt docet Doct. eleg. iter p. d. 23. q. vn. H.

Hanc sententiam sequuntur quicūq; affirmant nomen infinitū verificari tàm de his, quæ sunt, quàm quæ nō sunt iuxta illa, quæ docuimus de nomine infinito c. 1. huius tr. & fuit doctrina Arist. 1. de interp. c. 1. dum inquit, *non homo nō est nomen, quia similiter in quolibet est, & quod est, & quod non est*, & probatur ex ratione ipsius nominis infiniti, quia hoc non ponit in subiecto, nisi negationem illius, cui adiungitur negatio, sed negatio, vt verificetur, non exigit existentiam, aut possibilitatē subiecti, quia nihil prorsus ponit in eo, ergo, &c. & ità sentiūt de nomine infinito antiquiores omnes Boet. Ammon. D. Tho. de interp. cap. 1. & recentiores ferè omnes ibidem. Tol. Ruu. Amic. & alij; & videtur etiā ità sentire Scot. 2. Perhier. q. 5. in fine, vbi ait affirmatiuā de prędicato infinito tot modis verificari, quot negatiua de prędicato finito esse. n. nō hominis non plus ponit, quā nō esse hominis.

Sed obijcit Sotus lib. 2. Summ. c. 1. nomen infinitum non verificari de non existentibus, & impossibilibus, quia secun-

cundũ regulã Sum. propositio affirmatiua de subiecto nõ supponente, .i. nõ existẽte est falsa, & 1. prio. c. vlt docet Arist. valere cõsequentiã à propositione de 3. adiacẽte ad 2. adiacens, nõ valeret aũt, si subiecto nõ existeret, quia est 2 adiacẽs dicit existẽtiã subiecti. Addit Arr. disp. 13. log. sect. 3. qd. licet poss t de chymera dici, qd. *non est homo*, nõ tn. dici potest, quod *est non homo*, quia id significat esse aliquid, qd. nõ sit hõ, hæc .n. negatio cõfusè dicit omnia alia ab homine, chymera autem neq; est homo, neq; aliquid ab homine distinctum.

R. regulam illam Sum. valere tantũ in propositionibus accidẽtalibus, in quibus copula vnit subiecto formã aliquã positiuã secũdũ actualem existentiã extremorũ, nõ autem in propositionibus necessarijs, aut illis, quæ simplicem enunciant negationem, & nihil positiuũ ponũt in subiecto, vt est propositio cõstituta ex nomine infinito, sic ẽt cũ ait Arist. valere conseq à propositione de 3. adiacẽte ad 2. loquitur de illis propositionibus accidentalibus, quia accidens non põt cõuenire subiecto, nisi existenti. Ad Arr. falsũ est nomẽ infinitũ, vt *non homo* significare omnia alia ab hõie, quia formaliter nõ significat, nisi negationem rei significatæ per nomen, cui adiũgitur; põt tñ cõcedi, qd. illa õnia cõnotet materialiter tãq̃ subiecta quib. applicari potest.

Cõuersio propositionum est per extremorum commutationem subiecti in prædicatum, & prædicati in subiectum vnius ad aliam necessaria consequentia seruata eadem semper quali ate, & veritate, .i. quod maneat copula affirmatiua, & negatiua vtrol ique, & vtraq; sit vera, vt v. g. aliquis homo est animal, sic conuertitur, aliqd. animal est homo; propositio, quæ conuertitur. dic tur cõuersa altera, quæ ex illa infertur, & in quam conuertitur. dicitur conuertens. Triplex solet assignari conuersio, simplex, per accidens, & per contrapositionem, prima fit, qñ nec quãtitas mutatur, nec qualitas, & ideò d citur conuersio simpliciter, totalis, & mutua, & hoc modo duo propositionũ genera cõuertuntur, vniuersalis negatiua in vniuersalem negatiuã, vt nullus lapis est homo, ergo nullus hõ est lapis, & particularis affirmatiua in particularem affirmatiuã, vt quid hõ est animal, ergo quoddam animal est hõ. Secunda conuersio fit mutata quãtitate vniuersali in particularem, & sic duo propositionũ genera cõuertũtu, vniuersali affirmatiua in particularem affirmatiuã, vt omnis hõ est animal, ergo aliqd. anima est hõ, & vniuersalis negatiua in particularem negatiuam vt nullus hõ est lapis, ergo quidam lap s nõ est homo, & ideò dicitur conuersio partialis, & nõ mutua: vbi nota vniuersalẽ affirmatiuam posse etiã simpliciter conuerti in terminis conuertibilibus, vt omnis homo est rationalis, ergo omne rationale est homo, & vniuersalem negatiuam posse simpliciter conuerti, & ẽt per accidens, quia particularis continetur sub vniuersali. Tertia fit, cum infinitãtur extrema, & ideò dicitur per contrapositionem, quia fit per terminos infinitos qui finitis contraponuntur & sic conuertuntur vniuersal s affirmatiua in vniuersalem affirmatiuam, & particularis negatiua in particularem negatiuam, vt omnis homo est animal, ergo omne non animal est non homo, aliquis homo non est albus, aliquod nõ album non est non homo, & propriè non est conuersio (nisi secundum sensum) quia non manent extrema eadem.

Regula communis omnibus conuersionibus, vt benè fiant, est, quod in vtraque propositione, .s. conuersa, & conuertente, seruentur semper eadem suppositio, & aliæ terminorum affectiones, propterea vitiosæ sunt hæ cõuersiones, aliqua species est leo, ergo aliquis leo est species, aliquis dormiens est excitatus, ergo aliquis excitatus est dormiẽs,

in prima

in prima.n.uariatur suppositio, in 2.uariatur status et sic de alijs; ut uerò hæc oia facil us intelligãtur quatuor uocales designatę sũt, A, E, I, O; qua. ũ 1. significat uniuersalem affirmatiuã, 2.uniuersalẽ negatiuã, 3.particularẽ affirmatiuam, quarta particularem negatiuam, quod his carminibus exprimi solet.

Asserit A, negat E, sunt vniuersaliter ambæ,

Asserit I, negat O, sunt particulariter ambæ.

Ex his vocalibus quibusdam adiectis consonãtib. pro integritate dictionũ tres sunt cõstitutę dictiones, *Feci, Eua, Asto,* in quibus omnes cõprehenduntur conuersiones, & his versibus indicantur.

Feci simpliciter conuertitur: Eua per acci,

Asto per cõtra. sic fit conuersio tota.

Vndè ly, *Feci*, denotat, quod vniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua simpliciter conuertuntur. *Eua* significat, qd. vniuersalis negatiua potest etiã per accidens conuerti, vniuersalis autẽ affirmatiua per accidens solum loquendo vniuersaliter. *Asto* demum significat, quod vniuersalis affirmatiua, & particularis negatiua conuerti possunt per cõtrapositionem. Obseruandum tamen est in conuersione simplici, quòd si prædicatum implicitè contineatur in copula, vt accidit in propositionibus de 2.adiacente, tunc resolui debet verbũ in suum significatum hoc modo, omne animal sentit, ergo omne sentiens est animal, equus currit, ergo aliquod currens est equus: in propositione verò constante terminis obliquis debet etiã fieri aliqua circũlocutio hoc mõ, vt v.g. hic liber est Petri, ergo aliqua res Petri est hic liber.

Quæres, quomodo conuertantur propositiones singulares, ac indefinitæ.

Resp. quod conuertũtur simpliciter, vt v.g. Petrus currit, conuertitur in hãc aliquod currens est Petrus, idem dicendum de indefinitis, quarum subiectum est terminus cõmunis simpliciter supponens, & pro suo immediato significato, vt animal est genus, ergo aliquod genus est animal, homo est species, ergo aliqua species est homo.

De oppositione, æquipollentia, & conuersione cathegoricarum modalium, ac etiam hypotheticarũ. Cap. IX.

Oppositio in modalibus attendi debet penes modum, si nimirum fuerit vniuersalis, aut particularis, affirmatiuus, vel negatiuus, diximus autem supra cap. 5. quod *necesse* est modus vniuersalis, affirmatiuus, vndè assimilatur signo *omnis*; *impossibile* est modus vniuersalis negatiuus, & assimilatur signo *nullus*: *contingens* autem, seu *possibile* est modus particularis affirmatiuus, & assimilatur signo *aliquis*, & tandem *possibile non*, seu *contingens non*, est modus particularis negatiuus, & assimilatur signo *aliquis non*, quod breuiter his versibus exprimi solet.

Omnis necesse valet, impossibile nullus.

Possibile quidam, quidam non, possibile non.

Cum igitur hi modi per omnia assimilentur prædictis signis, consimili etiã modo cõtingit in eis oppositio, & ideò sicut contrariantur *omnis*, & *nullus*, ità *necesse*, & impossibile, & sicut subcontrariantur *quidam*, & *quidam non*, ità subcontrariantur *possibile*, & *possibile non*, & rursus sicut contradicũt *nullus*, & *quidam omnis*, & *quidam non*, ità contradicunt *impossibile*, & *possibile*, seù *contingens*, item *necesse*, & *possibile non*, seu *contingens non*: Et tandem sicut *omnis*, & *aliquis*, *nullus*, & *aliquis non* subalternantur, ità etiam *necesse*, et *possibile*, seu *contingens*, ac *impossibile*, & *possibile non*, seu *contingens non*: exemplum sit in modali de dicto singulari, vt res percipiatur facilius, cõ-

trariæ

trariæ sũt, Petrũ currere est impossibile, Petrũ currere est necesse, quia prima est vniuersalis negatiua, secunda vniuersalis affirmatiua; contradictoriæ sunt, Petrũ currere est impossibile, Petrum currere est possibile, seu contingens, quia hęc est particularis affirmatiua, illa vniuersalis negatiua, subcontrarię sunt, possibile est Petrũ currere, possibile nõ est Petrũ currere, quia ambæ sũt particulares, prima affirmatiua, altera negatiua, subalternæ demũ sunt, necesse est Petrũ currere, possibile est Petrum currere, quia ambæ sunt affirmatiuæ, vna vniuersalis, altera particularis: Pariter in modalibus diuisis, vt fiat oppositio attendi debet quantitas modi, & si fuerit modalis diuisa de subiecto communi debebit etiam attendi quantitas dicti.

Æquipollẽtia in modalibus fit sicut in simplicibus, præponendo negationẽ, vel postponẽdo, vel prępońẽdo, & postponẽdo simul, tũc aũt in modalibus præponitur negatio, qñ. negatur modus, tũc postponitur, quãdo negatur dictũ, tunc, demũ postponitur, & præponitur cũ negatur vtrũq; constituendo, nempe negationem ex parte dicti, & modi simul; v. g. hæ sunt contradictorię, possibile est Petrũ currere, impossibile est Petrũ currere, si in prima negationẽ praponas dicendo, non est possibile Petrũ currere, tunc æquipollet secundę, qd. si secundę preponas negationem dicendo, non est impossibile Petrũ currere, statim ęquipollet primæ, sic ẽt contrarias, & subalternas ęquipollẽtes inuenies, si alias regulas applicabis. Vt aũt iuxta prędictas regulas quisq; dignoscere possit oppositionẽ, & ęquipollẽtiã modaliũ, assignari solent quatuor dictiones *Purpurea, Illiace, Amabimus, Edentuli* in quibus notãdę sunt quatuor vocales, A. E. I. V. nã prima indicat propositionẽ modalẽ affirmatiuã de dicto, & modo, secunda negatiuã de dicto, affirmatiuã de modo, tertia affirmatiuã de dicto, & negatiuam de modo, quarta negatiuam de vtroque; quod his exprimitur carminibus.

Destruit V totum, sed A confirmat vtrumque,
Destruit E dictum, & destruit I q; modum.

Insuper in vnaquaque ex supradictis dictionibus quatuor reperiuntur syllabę, quarũ prima in singulis petit modũ possibile, secunda contingens, tertia impossibile, quarta necesse; vt aũt rectè ex his dictionibus constituatur figura modaliũ quatuor effici debent anguli, itaut in duobus superioribus sint *Purpurea*, & *Illiace*, cũ modalibus eis correspõdẽtibus, & inferioribus *Amabimus*, ac *Edentuli*, sic .n. facilè dignosces oppositionẽ, & æquipollentiã modaliũ, omnes .n. propositiones sub eadẽ dictione cõtentę sũt inter se æquipollentes, cõtentę verò sub diuersis dictionibus inuicẽ opponũtur, nã propositiones, quæ fiũt in Purpurea, & Illiace opponuntur contrariè quæ in Amabimus, & Edentuli subcontrariè; quæ in Purpurea, & Edentuli, ac pariter, quæ in Illiace & Amabimus contradictoriè, & tandem, quæ fiũt in Purpurea, & Amabimus, & similiter, quæ Illiace, & Edentuli opponuntur subalternè. Vide figurã apud Tatar. tract. 1. constructa in dictis de termino singulari pro modalibus compositis, quæ vt inseruiat pro diuisis cõstitui debet in dictis de termino cõmuni. Conuersio tandem modaliũ est eadẽ ferè, ac conuersio simpliciũ, nã generaliter loquendo conuertũtur ratione dicti, non ratione modi, vnde regulariter modi inuariati manent tàm in modali composita, quàm diuisa, & sola dicta variantur, & ideò regulæ iam assignatę pro conuersione simplicium inseruire modo possunt pro conuersionẽ modalium, & sic haec vniuersalis affirmatiua omnis homo necessariò est animal, quae est modalis diuisa, conuertitur in hanc particularem affirmatiuã, aliquod animal necessariò est homo,

con-

conuersione per accidens:& hæc parti cularis affirmatiua,aliquem hominem esse album,est possibile,quæ est modalis composita,conuersione simplici in hanc conuertitur, aliquod album esse hominem est possibile, & sic de aliis, alia de modalibus missa facimus, vt inutilia & potius deterrentia Tyronum ingenia, quam iuuantia; solum tradемus regulam in fine cap. eas reducendi ad suas de inesse.

De Hypotheticis verò propositionibus,quia cap.6 dictum est, non habere propriã quantitatẽ diuersam à quãtitate simplicium,ideò inter ipsas à Sũmulistis non nisi oppositio contradictoria solet assignari, quæ generatim fit præponendo negationem toti propositioni,ita ut cadat supra copulam principalem,vt v.g si Petrus studet,erit doctus,contradicit huic,non si Petrus studet,erit doctus, & ità præsertim Delphin.adnotauit de interp.cap.de prop. oppos. vbi proindè negat posse hypotheticas cõtrariè opponi,subcõtrariè, aut subalternè. Sed quia cap. cit. diximus copulatiuas,&disiunctiuas quodã modo propriam habere quantitatem, quia,&,est nota vniuersalitatis,vel,est nota particularitatis,nam si dicimus, & Petrus studet,&Paulus studet.hęc propositio reddit hunc sensum, vterq; studet, hoc autem signum mixtum redolet vniuersalitatem,vt dictum est cap. 7.in fine, si verò dicimus, vel Petrus studet,vel Paulus studet,hæc propositio reddit hunc sensum, alter illorum studet,hoc autẽ signum notat particularitatẽ;Hac de causa in copulatiuis, & disiunctiuis præter contradictoriã assignari ẽt poterit oppositio cõtraria, subcontraria,& subalterna,qualis reperitur in signis mixtis, quibus ęquiualet,ista igitur, & Petrus studet, & Paulus studet,erit contraria huic, nec Petrus studet,nec Paulus studet, quia prima est vniuersalis affirmatiua, cuius est,vterq;studet, secunda vniuersalis negatiua,cuius sensus est,neuter studet:ex dictis autem c.7. hęc signa opponuntur contrariè:erit verò contradictoria huic,vel Petrus nõ studet,vel Paulus non studet, nam sensus huius est, quod alter non studet, quod est signum particulare negatiuum:& sic etiam adinuenies oppositionem subcontrariam,& subalternam, si consideraueris oppositionem signorũ mixtorum c.cit.explicatam,&examinaueris,quibus eorum æquiualeat hypothetica copulatiua,vel disiunctiua. vide apud Casil.lib 1.tract. 2.cap.2 figuram de oppositione harum hypotheticarũ.

De Aequipollentia hypotheticarũ parum curant Summulistæ, tum quia non omnes propriã habẽt oppositionem,& consequenter neq; ęquipollentiam, tum quia æquipollentia inuenta est ad declarãdam obscuritatem propositionis alicuius, at in hypotheticis obscuriores vtiq; forent propositiones de nouo assumptæ,quam illę,pro quarum declaratione fierent æquipollentes.Sic ẽt neq; de conuersione earum sunt admodum solliciti,quia in hypotheticis quadrare non videtur,nam in conditionalibus conuerti nequit cõditio in conditionatũ,& in copulatiuis, & disiunctiuis identitas terminorum seruari non pôt,cum sint diuersæ propositiones,& quando ẽt aliqualis fieri posset cõuersio, nullã prorsus afferret vtilitatẽ, & ideò de sola cathegoricarũ cõuersione debemus esse solliciti.

Quæres,quæ regula sit obseruanda in reducẽdis modalib.ad suas de inesse?Resp.reduci per officiantẽ de inesse hoc modo, prius formari debet propositio de inesse implicata in modali, deindè ostẽdendum est,quod illi conueniat modus in propositione modali positus,hoc totum declaratur exẽplis: hæc modalis composita, contingẽs est Petrum currere,reducitur sic ad suam de inesse,hæc propositio, Petrus currit,est contingens,& ista uocatur, officians,illius modalis,quatenus inseruit,vt per eã probetur de inesse in modali implicatæ.s. Petrus currit, conuenire talem modum, s. contingentiæ;

Sic

Sic etiam hæc modalis diuisa, Petrus necessario est homo, ita reducitur ad suā deinesse per hanc officiantem hęc propositio, Petrus est homo, est necessaria: itaque vt reducatur modalis ad suam deinesse sufficit per officiantem ostendere, quod deinesse i modali implicatæ conueniat talis modus, qui in modali ponitur.

De propositionibus exponibilibus, & insolubilibus. Cap X.

PRopositiones exponibiles dicūtur illæ, quæ rōe alicuius signi impor tantis sensum obscurum pluribus propositionibus debent exponi & declarari, qua rōe illæ dicuntur exponibiles, istæ exponentes; sunt autem triplicis generis exclusiuæ, exceptiuę, & reduplicatiuæ, secundum quod constāt signis exclusiuis, exceptiuis, vel reduplicatiuis, & quia ex horum signorum explicatione pendet propositionū exponibiliū intelligentia, cum satis fuerint explicata tr. præc. cap. 12. modò de exponibilibus propositionibus nihil momenti superest declarādum, nisi cuius sint generis, num. s. sint cathegoricæ, an potius hypotheticæ? Resp. formaliter esse cathegoricas sed virtualiter hypotheticas, quatenus exponuntur per plures cathegoricas, quæ faciunt vnā hypotheticā copulatiuam, aut disiunctiuā, aut cōditionalem, vel causalem iuxtà qualitatem propositionis exponibilis, nā v. g. exclusiua, vt Petrus tātum currit, exponitur per hāc copulatiuā hypotheticam, Petrus currit, & nullus alius currit, reduplicatiua, vt homo inquantum rationalis est risibilis, exponitur per hanc hypotheticam causalem, quia homo est rationalis, est risibilis, & sic de cæteris; dicuntur ergo virtualiter hypotheticę, eo quia virtute continent hypotheticā, & ei æquiualent in significādo Tat. tamen trac. 13. com. 1. §. secundò sciendum, cōtendit exponibiles nō æquiualere hypotheticis in significādo, sed tm̄ i inferendo

Assignatur etiam in istis oppositio cōtraria, subcontraria, contradictoria, & subalterna, quarum figuram, vel rotulum (vt vocant) contextūm afferunt Tatar. tract. cit. Casil. lib. 2. append. c. 1. & alij Summulistæ; sed grauis est difficultas de structura contradictoriarū, ai unt. n. in exclusiuis has inuicem cōtradicere, tātum Petrus currit, non tātum Petrus currit, quod non videtur benè dictum, cum ambæ possint esse falsæ ex hypothesi, quod non currat, sic. n. falsa est prima, vt de se patet, itē & secūda, quia ex hypothesi, nec solus currit, nec cum alijs associatus. Sic et istæ duæ sunt falsæ, Tātū Deus est malus, non tantū Deus est malus, quia ista sic resoluitur, Deus est malus, & aliquis alius præter Deum est malus. Respondent Summulistæ in his propositionibus semper 2. esse veram, nam illa, Non tantū Petrus currit, iti exponitur, vel Petrus nō currit, vel aliquis alius currit, quare Petro non currete, si tamen alij currant, verū est dicere, non tantum Petrus currit; vndè de rigore sermonis concedunt etiā illam, vt verā, nō tantū Deus est malus, quia non est resoluenda, vt dicebatur, sed in rigore logico, ità debet exponi, vel Deus non est malus, vel aliquis alius est malus. Ratio autē, cur ità resolui debeāt istæ negatiuæ, est, quia propositioni copulatiuæ contradici debet per disiunctiuā de partibus contradicētibus, si partes copulatiuæ sunt affirmatiuæ, partes disiunctiuæ esse debent negatiuæ, si autem copulatiua sit de vna parte affirmatiua, & altera negatiua, t. pars disiunctiuæ erit negatiua, altera affirmatiua, & ideò cum in casu, illa exclusiua, tantum Petrus currit, æquiualeat huic copulatiuæ, & Petrus currit, & nemo alius currit, illi benè contradicetur dicendo vel Petrus nō currit, vel aliquis alius currit. Verum doctrina hæc multum displicet Hurtad. disp. 4. Summul. sect. 14. & Arriag. nu. 28. qui nullo modo volunt illā admittere, Tātum Deus est malus, & volunt

debere

debere resolui, vt æquiualeat copulatiuæ in argumento allatæ, quare concludunt illas propositiones esse contrarias tantùm, atque ideò esse simul falsas, cur autem sint cõtrariæ potius, quam contradictoriæ, ipsi declarare conantur, sed quia lis est de nomine, & modo loquendi, non vltra prosequimur; teneas, quod magis placet.

Propositiones insolubiles dicuntur, quæ nullo modo exponi possunt, vt in aliquo sensu veritatem habeant, quia ipsæmet se falsificãt ac suã destruũt veritatem hoc autem toties contigit, quoties ex ipsamet verificatione propositionis, i. quod itã fit, vt per ipsã significatur, sequitur, quod fit falsa, vt si dicatur, nulla propositio est negatiua, nã ex eo, quod itã fit, vt per ipsam enũciatur, seipsam destruit, & falsificat; cum ipsa fit negatiua, eadem rõe hæc etiam seipsam destruit, Omnis propositio est negatiua, cum ipsa fit affirmatiua; itã Tat. tract. insolub. §. Sequitur de veritate, vbi propositiones seipsas falsificantes ait esse duplicis generis, quædã in seipsas per se, & immediatè falsificãt, & nullo casu posito, vt allatæ, quædam per accidẽs solum, posito nimirũ aliquo casu, quæ alias in se possent esse veræ, quod declaratur exemplo, supponamus Petrum conuenisse cũ Paulo de dando illi equo, si prima propositio, quam ipse Paulus protulerit, sit vera, & quod prima propositio prolata à Paulo sit hæc, Petrus non dabit mihi equum, hæc propositio, quæ alias posset esse vera, seipsam falsificat ex casu posito, quia conuentio procedere non potest de propositione, quæ sit destructiua pacti, qualis est allata.

Quæres, cuius generis sint propositiones insolubiles, an cathegoricæ, vel potius hypotheticæ? Videatur Tat. cit. vbi soluit hoc quæsitum; & multa dicit curiosa de insolubilibus, quæ quia non sunt admodum necessaria dimittimus: hoc solum est aduertendum, quod propositiones, insolubiles quocũq; modo se falsificent, sunt simpliciter falsæ, quia licet habeant verificationem, & ità fit, vt per illas enunciatur, quia tamen ex hoc ipso statim falsæ redduntur, non potest verificatio illa dici veritas simpliciter, & absolutè, sed potius falsitas, quia ex vero simpliciter nunquam sequitur falsum ex dicẽdis tract. sequ. cap. 3.

TRACTATVS TERTIVS. De Argumentatione, & eius affectionibus.

Quid, & quotuplex sit argumentatio. Cap. I.

Hic supponendum est ex lib. de anim. triplicem esse intellectus operationem, prima est simplex rerum apprehensio, qua nimirũ res apprehendimus nihil de illis affirmãdo, vel negãdo, sicut oculus corporeus nihil affirmat, vel negat de colore, quem videt, secunda vocatur compositio, & diuisio, & communi nomine iudiciũ, quia per eam intellectus iudicat de re componendo, aut diuidendo, .i. affirmando, vel negando aliquid de ipsa, vt cum cognita hominis natura iudicat ipsum esse animal, & non esse lapidem. Tertia vocatur discursus, seu argumentatio, & ratiocinatio, per quam intellectus progreditur à cognitione vnius ad cognitionem alterius, vt cũ cognoscit hominem esse animal, & ex hoc infert, quod est substantia. Oratio igitur vocalis, aut scripta, quæ huic duplici cognitioni subordinatur quarũ vna infertur ex alia, vocatur discursus, & argumentatio, & ideò definiri solet, qd. sit oratio, in qua vnũ ex alio deducitur, vndè colligitur tria ad argumẽtationẽ cõuenire, antecedẽs, qd. est illa propositio, ex qua alia sequitur, consequẽs, qd. est illa propositio, quæ sequitur, & notã illationis, qualis est particula, ergo, vel, igitur, aut alia similis, per quã denotatur esse connexũ consequens

sequent cum antecedente, vt v. g. Sol est, ergo dies est.

Ex quo patet consequens à cõsequẽtia valdè differre, nam consequens est propositio, quæ sequitur post notam illationis, consequẽtia verò est illatio illius, seu habitudo antecedentis ad cõsequens, vndè cum optima consequentia stare potest falsitas consequẽtis, vt si dicatur, homo est asinus, ergo homo est irrationalis. Et hinc est, quod diuersas habent quoq; differentias diuisiuas, nam consequens diuiditur in verũ, & falsum, non sic consequentia, sed in bonam, & malam, ratio est, quia consequentia non est propositio, ad quã solum pertinet verum, & falsum, quia affirmat, aut negat, sed est connexio illatiua propositionum, ad quã pertinet debita dispositio, & conueniens connexio, conueniens autem, & inconueniẽs faciunt bonum, vel malum, non verũ, aut falsum. Consequentia bona est, in qua vnum ex alio rectè infertur, vt Petrus est homo, ergo est animal: mala, & vitiosa è contra est, cum vnum ex alio non ritè infertur, vt Petrus est homo, ergo dies est, vndè verè, & vniuocè nõ est consequentia, vt notat Tatar. tract. 6. com. 2. §. tertio sciendum, cũ de facto in ipsa vnum ex altera non inferatur, sed solum apparenter, & æquiuocè, quatenus duplici constat enũciatione, & nota consequentiæ [illegible]

Duplex est argumẽtatio, recta, & vitiosa, recta est, quæ bonã continet consequentiam, vitiosa, quæ malã, & ideò sicut mala consequentia absolutè cõsequentia non est dicenda, sic vitiosa argumentatio nũcupari nequit 1. Priorũ c. 5. & 1. Elench. c. 1. Rursus argumentatio bona, quæ verè infert, duplex est, materialis, & est illa, quæ consequentiam materialem continet, & formalis, quæ nimirum continet consequentiã formalẽ. Cõsequentia materialis est, quæ vniuersaliter non tenet, sed hic, & nunc tantũ ratione materiæ, in qua fit seu ratione terminorum, ex quibus argumentatio [illegible] constat, v. g. hæc consequentia, Omnis homo est animal risibile, ergo omne animal risibile est hõ, non tenet gratia formæ hæc. n. eadẽ dispositio argumentationis alteri materiæ applicata non infert conclusionẽ, vt v. g. omnis homo est viuens sentiens, ergo omne viuens sentiens est hõ: sed tenet tũ. gratia materiæ, quia nimirũ fit in terminis conuertibilibus. Consequentia formalis est, quæ vniuersaliter tenet in quacunq; materia, tã falsa, quia consequens infertur ex antecedẽti gratia formæ, i. rõe dispositionis extremorum, taliter vt eadem dispositio applicata cuicunq; materiæ inferat conclusionem, vt omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo õnis homo est substantia, hæc. n. eadem dispositio applicata cuicunque materiæ etiã impossibili conclusionẽ infert, vt v. g. omne animal est lapis, omnis homo est animal, ergo omnis homo est lapis vndè regula generalis est, qd. quando seruata eadem forma in alia materia non habetur vera conclusio, talis consequentia non est formalis, ità communiter exponunt Summ. consequentiam materialem, & formalem, præsertim Tat. tr. 4. declarando quatuor modos primæ figuræ, iuxta quã expositionem volunt quamplures solum syllogismũ esse argumentationẽ formalem, quia in eo ratione formæ syllogisticæ nunquã negari põt consequentia, cæteras verò argumentationes esse materiales, vndè Tat. cit. inquit, q nulla cõsequẽtia præcisè tenens per locum dialecticũ est formalis consequentia, & sic argumentatio ista omnis homo est animal, ergo quidam homo est animal, tenet per consequentiam materialem.

Verum tantus rigor non placet, nec necessarius est, immò secundum communem vsum loquendi, tũc aliqua cẽsetur esse cõsequentia formalis, quando innititur medio ex se dirictè, & vniuersaliter consequentiã inferenti, quomodocunq; termini disponãtur, & illa censetur materialis, quæ innititur medio habenti vim inferẽdi non ex se,

sed præcisè ex subiecta materia, in qua arguitur, & acceptio ista consequentiæ materialis, & formalis ab omnibus recipitur Theologis, dum p. p. disputant an ex omnipotentia Dei consequentia formali inferatur immensitas, quasi nimirum omnipotentia sit medium ex se præcisè abstrahendo à natura infinita, vbi reperitur, valens inferre immensitatem, & planè consequentia illa ab vniuersali ad particularem, dicere, quod solum sit materialis, videtur irrationabile prorsus, quamuis n. ex particulari non liceat inferre vniuersalem, nisi in materia necessaria, vt v. g. quidam homo est animal, ergo omnis homo est animal, & ideò hæc consequentia sit verè materialis, tamen è contra ex veritate vniuersalis, aut falsitate inferre particularem valet in quacunque materia ratione subalternationis propositionis particularis ad vniuersalem; ità sentit Sotus lib. 5. c. 1. de syllogismo lect. 2. vbi ait omnem consequentiam tenentem per locum dialecticum esse formalem.

Demum argumentatio rursus duplex est, alia illatiua solum, alia illatiua, & probatiua simul, prima est, quæ solam habet vim inferendi, sed non probandi, quia vel conficitur in terminis non significantibus, aut in materia falsa, vbi non concludit, nisi ratione formæ, vel si sit in materia vera, tamen antecedens non est notius consequente, cuius defectu antecedens non habet vim probandi consequens, etsi ratione connexionis necessariæ cum illo habeat vim illud inferendi. Illatiua verò, & probatiua simul est, quæ habet vim inferendi, vel ratione formæ, vel saltim materiæ connexæ, ac etiam habet vim probandi, quia vna propositio est notior alia, ac proindè ex notitia illius benè deducitur notitia alterius, vt cum ex definitione concludimus definitum, aut passionem de definito mõstramus; Solet etiam argumentatio diuidi ex parte notæ illationis in causalem, conditionalem, & rationalem, nam nota illationis esse potest *quia*, *si*, aut *ergo*, quæ diuisio facilè intelligitur recurrendo ad dicta c. 6. præced. tract. de propositione hypothetica.

De speciebus argumentationis.
Cap. II.

Quatuor solent assignari argumentationis species ex Arist. 2. Priorum c. 29 & deinceps; Exemplum, Inductio, Syllogismus, ac Enthymema; Exemplum est argumentatio, qua aliquod singulare probamus ex vno, aut paucis similibus, vt Deus pepercit Niniuitis pœnitentibus, ergo & nobis parcet, si pœnitentiam egerimus: vndè medium, cui innititur tota vis exempli ad concludendum, est similitudo singularium: hinc Tatar. tract. 5. explicans hanc speciem argumentationis aduertit, quod exemplum non est bona consequentia, nec probatiua, nisi in antecedente, & consequente exprimatur terminus similitudinis, vt hoc exemplum non est bona argumentatio, Ianuenses sunt diuites, ergo & Veneti sunt diuites, quia non exprimitur terminus similitudinis, ob quẽ antecedens est verum .s. propter portum maris. Delphinus tamen ait sufficere, si subaudiatur; dicitur autem exemplo probari aliquod singulare, quia licet interdum confirmetur aliquod vniuersale, tamen ex sua natura ordinatur ad confirmandum singulare, & inter omnes argumentationis species hæc est debilior, quia solum tenet per modũ similitudinis, modò talis argumentatio in multis claudicat, vt notat Tatar. 2. Priorum in fine, & ideo hæc species potius ad Rethores spectat, quam ad logicos.

Inductio, vt colligitur ex Arist. 1. topic. c. 10. & 8. top. c. 2. & 2. Priorum c. 33. est progressio à singularibus sufficienter enumeratis ad vniuersale, v. g. hic ignis comburit, & ille comburit, & ità pariter se habent cæteri ignes, ergo omnis ignis comburit; vndè obseruandum est debere fieri progressum ab omnibus singularibus, quæ si facilè enumerari non possint, addenda est illa particula, *& sic de cæteris*, vel alia similis

quæ particula, ſi negetur, petenda eſt ab Aduerſario inſtantia, vt Ariſto. docet 8. Topic. c. 2. quam ſi non dederit, inductio erit firma, & conſtans argumentatio, qua de cauſa ex recentioribus quamplures negant inductionem eſſe formalem argumentationem, de quo poſtea; Ex quo patet inductionem non eſſe propriè ſpeciem argumentationis ab exemplo diſtinctam, ſed differre tantum penes perfectum, & imperfectum, nam inductio ex pluribus particularibus procedit ad vniuerſale, à qua perfectione deficit exemplum, quod ex debilitate antecedentis ſingularis ſolum colligit aliud ſingulare, cum tamen ſi adderentur alia, etiā vniuerſale colligeret, fieretque perfecta inductio, & hæc fuit Ariſt ſententia 1. poſt. tc. 1. vbi exempla appellat inductiones imperfectas; ſed quia de inductione 4. ſpecialis erit ſermo ad alias ſpecies tranſimus.

Syllogiſmus eſt argumentatio tribus propoſitionibus conſtans, quarum tertia ſequitur ex duabus primis, prima dicitur maior, ſecunda minor, tertia cōcluſio, de quo poſtea agimus ex profeſſo. Enthymema eſt argumentatio duabus conſtans propoſitionibus, quarum vna ex alia infertur, vt Deus eſt bonus, ergo eſt amandus, cui ſi addas propoſitionem, Omne bonum eſt amandum, efficies integrum ſyllogiſmum, ex quo colligitur Enthymema eſſe ſyllogiſmum truncatū, & imperfectum, vt ait Ariſt. 2. Priorum cap. 27. & ideo à ſyllogiſmo ſpecie non differre.

Addunt quidam ſpeciem aliam argumentationis, quæ dicitur Dilēma, & dicitur argumentatio bicornis, eo quia duas continet partes, ita diſpoſitas, vt neceſſariò cogatur reſpondens aliquid cōtra ſe admittere, vel negare, vt ſi quis aſſerat tamquam verum ſe per totam horam elapſam in foro fuiſſe, nec ibi hiſtrionem vidiſſe, & alius ità eum impugnet, Vel eras in foro hora iam elapſa, vel non eras, ſi primum, ergo mentiris dicendo tunc non vidiſſe hiſtrionem, qui tali hora venit in forum, ſi ſecundum, mentiris adhuc dicendo te tota illa hora in foro permanſiſſe, atque ita ex conceſſione, vel negatione cuiuslibet partis reſponſor conuincitur mendacij; Sed reuera talis argumentatio non eſt ab enumeratis ſpecie diuerſa, cum in Syllogiſmum formari poſſit, ſi pro minori addas, Sed neutrum dici poteſt, & pōt ēt fōrmari in enthymema, ſi placet, imo vt notat Caſſl. in prooms. ad Summ. cap. 2. Dilemma non eſt reuera vna argumentatio, ſed duplex pro duplici parte, quam impugnat, vt in exemplo allato experimentum fieri pōt, & reuera eſt ſpecies ſyllogiſmi hypotetici ex disiunctiuis ex dicēdis cap. ij.

Quæres, an enumeratę argumentationes ſint propriæ ſpecies, & ab inuicem eſſentialiter diſtinctæ? Affirmat Maſius 1. Prior. q. 5 & Lemos ab eo relatus, & videtur fuiſſe opinio Tatar. cit. Complut. verò lib. 3. cap. 1. quos ſequitur Ioa: de S. Thom. lib. 2. cap. . & lib. 3. c. 2. volunt in rigore loquendo duas tantum eſſe ſpecies argumentationis. ſ. ſyllogiſmū, & inductionem, ab his verò enthymema, & exemplum ſolum diſtingui, vt perfectum, & imperfectum intra eadem ſpeciem modo iam explicato. Sed planè ſi in rigore loqui velimus, potius ob eandem rationem dicendum eſt, neque inductionem conſtituere ſpeciem eſſentialiter à ſyllogiſmo diſtinctam, quia tam enthymema, quam exemplum, & inductio ad ſyllogiſmum reducuntur, vt argumentationes imperfectæ ad perfectam, vt ait Ariſt. docet ex profeſſo. 2. Priorum cap. 22. & cum eo cæteri ferè omnes, & quidem de enthymemate res eſt per ſe clara; exemplum verò reducitur ad Syllogiſmum accipiendo terminum importātem ſimilitudinem pro medio, & prædicatum concluſionis pro maiori extremitate, & ſubiectum pro minori extremitate, & ſic exemplum iam poſitum reducitur, omnes habentes portum maris ſunt diuites, Veneti habent portum maris, vt Ianuenſes, ergo ſunt diuites, vt illi; Inductio verò reducitur, accipiendo ſingularia pro medio, & prædi-

catum

ca'um conclusionis pro maiori extremitate, & subiectum pro minori extremitate, vt Sortes currit, Plato currit, & sic de alijs, ergo omnis homo currit, sic reducitur, omne, quod est Sortes, vel Plato, currit, omnis homo est Sortes, vel Plato, ergo omnis homo currit, sic fieri reductionem exempli, & inductionis ad Syllogismum docet Tatar. cit. tract. 5. licet ibidem, vt suam defendat opinionem, dicat hoc non tollere, quin sint species distinctæ, à Syllogismo; quia vnam argumentationem reduci ad aliam non istam fieri aliam, sed est ipsam probari per aliam perfectionem argumentationem; Sed id est minus rectè dictum: quia re vera talis reductio demonstrat exemplum, inductionem, ac Enthymema esse imperfectos syllogismos, quare sicut homo, cui manus, vel brachium deficit, specie non dicitur differre ab homine integro, sic neque argumentationes istæ à syllogismo, & sic modus dicendi frequentior est, quem sequitur Faber. in Philosoph. Theor. 1. Auersa. q. 25. sect. 5. & alij passim.

At obijciunt Complut. & Ioann. de S. Thom. quod syllogismus, & inductio sint species argumentationis essentialiter distinctæ, tum quia modus procedendi vtriusque est essentialiter diuersus, nã syllogismus procedit à toto ad partes, seu ab vniuersalioribus ad particularia, & à notis natura ad nota nobis; inductio verò procedit modo opposito; tum quia vis concludendi vtriusque est essentialiter diuersa, nam tota vis syllogismi consistit in vnione duorum in vno tertio, quod in præmissis affirmatur, vt medium, vndè postea in conclusione infertur vnio eorum inter se; vis autem concludendi in inductione non pendet ex vnione extremorum in tertio, sed ex pluribus singularibus sufficienter enumeratis infert vniuersaliter sic fieri in omnibus, quas duas essentiales differentias insinuauit Arist. 2. Priorum c. 23. illis verbis: Quodammodo opponitur inductio syllogismo, hic enim per medium probat extremum de tertio, illa verò per tertium probat extremum de medio: natura igitur prior, & notior est syllogismus, qui fit per medium, nobis verò euidentior est, qui fit per inductionem, cum ergo ex Aristot. syllogismus, & inductio habeant formas argumentationis essentialiter diuersas, erunt consequenter argumentationes essentialiter specie diuersæ.

℞. ly quodammodo satis ostẽdere illas duas differentias ab Arist. cit. insinuatas inter inductionem, & syllogismum essentiales non esse, sed merè accidentales, & materiales, & quidem primam differentiam ex vario modo procedendi petitam ab vniuersalibus ad singularia, aut è côtra, et ipsimet Complut. c. 2. fatentur esse accidentalem, quia & syllogismus procedere pôt à particularibus ad vniuersalia, & inductio è contra, quia ad eam secundum ipsos pertinet tàm ascensus, quàm descensus: cœterum quia in syllogismo frequentius vtimur medio superiori, vel saltim æquali, & rarò inferioris è contra verò in inductione sæpius ascendimus à singulari ad vniuersale, quã descẽdamus, ideò Arist. & Dialectici ab eo, quod frequentius accidit in his argumentationibus, solent denominare illas asserentes in syllogismo procedi à toto ad partes in inductione è contra, quam responsionem gratis admittunt Complut. cit. Sed neq; alia differentia essentialis est, vt ipsi putant, quia & si non appareat ibi extrema inter se vnita ex vi vnionis, quam ostendatur in antecedente habere in tertio, re tamẽ vera subintelligitur talis vnio, quia omnis discursus innititur illi principio quæcumque sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se, vt post ea dicemus, & in quolibet discu su talis vnio interuenit saltim implicitè, & virtualiter, & quo modo etiã i inductione ipsa interueniat, patet ex iã data regula reducendi ipsam ad syllogismum; quod autem explicitè & formaliter in ipsa non appareat, non infert essentialem differentiam inter syllogismum, & inductionem quoad formã argumentationis, alioquin etiam enthymema esset species essentialiter à syllogismo distincta, quia in eo formaliter, & expli-

explicitè talis vnio non apparet;cum igitur in omni argumentatione requiratur medius terminus,siuè implicitus,siuè explicitus,ratione cuius teneat consequentia,vt aduertit Casil.lib. 3.tract.3.cap. 6. consequenter omnis argumentatio est, syllogismus perfectus, vel imperfectus.

Quæres,an saltim sit aliqua consequētia,quæ non sit argumentatio, vel syllogismus.Conimbric.1.Priorum cap.1.q.2.art.3.& Fonseca lib.6.cap.1. Morisan: 1.priorum cap.2. dub. 2. existimant non omnem consequentiam esse argumentationem,sed quid superiùs ad eam, & ab ea distingui, eo quod consequentia non dicat medium terminum, vt dicit argumentatio,vndè illa est consequentia bona (ait Fonseca) ex regulis conuersionis deducta, *omnis homo est animal, ergo aliquod animal est homo*,tamen quia in ea non est medium, non potest dici argumentatio. Dicendum tamen est omnem bonam consequentiam re vera esse argumentationem, immò in omni consequentia syllogismum includi virtualiter, syllogismus.n. vt postea magis patebit, tribus terminis constat tres propositiones constituentibus,& ità inter se dispositis, vt in primis duabus ille terminus, qui dicitur medium,modò cum vno cōnectatur extremo,modò cum altero, ex vi cuius connectuntur tandem alij duo termini,qui dicuntur extrema, in vltima propositione,quæ dicitur conclusio; sed omnis consequentia tres terminos includit, cum sit connexio consequentis cum antecedenti ratione alicuius medij, ergo re vera omnis cōsequentia est argumētatio, vel syllogismus saltim virtualiter.probatur minor, quia si omnis consequentia rectè perpendatur, concludit in virtute alicuius medij,vt est videre etiā in illa, quam facit Fonseca,& ait carere medio, nam re vera mediū illius cōsequentiæ est hoc,quod aliquid repertū in tota collectione animalium est homo,licet voce nō exprimatur,vndè sic posset illa cōsequētia in syllogismum efformari,aliquid,qd. reperitur in tota collectione animalium, est homo, sed aliquod animal reperitur in tota collectione animalium, ergo aliquod animal est homo; & vt vno verbo dicamus,regulæ omnes, in quarum virtute tenent similes consequentiæ puta ex vi subalternationis,æquipollentiæ, & conuersionis,sunt ipsamet media illarum consequentiarum. Dices, multoties conuertens est æquè nota, ac conuersa, vndè deducitur, non.n.notior est illa cōuersa,nullus homo est lapis, quam conuertens ex eā deducta,nullus lapis est homo,ergo conuersio non est argumētatio, quæ est discursus à noto ad ignotum R. neg.conseq.quia argumentatio absolutè sumpta est oratio, in qua vnum ex alio deducitur,quod autem talis deductio fiat ex notioribus,peculiare est argumentationis probatiuæ,vt patet ex cap.1.huius tract. vndè in tali casu vtique conuersio non est probatiua argumentatio.

De regulis communibus bonæ argumentationis. Cap.III.

MVltæ,& fortè plures, quā sit opus, solent afferri regulæ a Summulistis pro bonitate consequentiæ,nos verò ex his plur bus vtiliores,ac vniuersaliores selegemus.

Prima regula est, quod ex antecedenti verò in bona consequentia semper sequitur consequens verum, ex possibili possibile, & ex necessario necessarium. Fundatur verò hæc regula in illo vniuersalissimo principio apud Dialecticos. *Non potest in bona consequentia dari antecedens verum, & consequens falsum, sed si antecedens est verum,etiam & consequens*,quod principium est naturæ lumine notum, nam cum consequens trahat post se antecedens ratione cōnexionis, quam habet veritas consequentis cū veritate antecedentis,idem planè est ponere antecedens verum, & consequens falsum,quod ponere antecedens non absolutè verum,sed ex parte falsū,quia cōsequens est quasi pars quædam eius, & cum eo connexum, quare si daretur antecedens verum, & consequens falsum, iam daretur antecedens verum, & non

ve-

verũ quæ sunt cõtradictoria. Eadem etiã ratione si antecedens est possibile, possibile quoq; erit cõsequẽs, nã si antecedẽs est possibile, iã poterit esse verum, ergo consequens nequit esse impossibile, quod nũquã verificari potest, alioquin ĩ aliquo casu posset dari antecedens verũ, & consequens falsũ. Qua demũ de causa si antecedens est necessariũ, ẽt cõsequens necessariũ erit, quia si antecedens est necessariũ semper est verũ, ergo & cõsequens semper debet esse verum, atq; ità necessariũ, aliàs posset in aliquo casu dari antecedens verum, & consequens falsum.

Sed obijcies hos syllogismos, quibus ex antecedenti necessario deducitur consequens cõtingens, v.g omne currens mouetur, omne currens est corpus, ergo aliquod corpus mouetur. Item omne albũ est coloratũ, omne albũ est corpus, ergo aliqd corpus est coloratũ, iã patet in his syllogismis præmissas esse necessarias, & cõclusionem cõtingentem. R. propositionem de tertio adiacente in materia contingenti supponere existentiã subiecti, quæ explicatur per aliã propositionẽ de secũdo adiacente, v.g. Petrus est albus, sensus est, & *Petrus est*, seu existit. *& est albus*, vndè quælibet talis propositio in materia cõtingenti est virtualiter copulatiua; iã verò trac. præc. c.6. dictũ est ad veritatẽ, & necessitatem copulatiuæ requiri vtrãq. partem esse verã, & necessariã, qd si vna pars sit falsa, vel contingens, talis etiã euadit tota propositio; cũ igitur illæ præmissæ sint in materia cõtingenti, vt patet de illa, *Omne currens mouetur*, dicendũ est esse virtualiter copulatiuas, & illã æquiualere huic, *& omne currẽs est*, seù existit; *& omne tale mouetur*; & cum prima pars talis copulatiuæ sit contingens, & tota copulatiua erit contingens, & sic de alijs præmissis discurrendũ est, ac negandũ, quod sint necessariæ.

Secũda regula est, quod ex antecedente falso in bona cõsequẽtia sequitur falsũ, & etiã interdũ sequi põt verũ, exemplũ primi, vt homo est asinus, ergo est rudibilis, exemplũ secũdi, vt homo est asinus, ergo est animal; sic ẽt ex impossibili sequitur impossibile, vt homo est leo, ergo est ruggibilis: interdũ sequi põt possibile, imò, & necessariũ, vt homo est equus, ergo currit, vel est animal. Sic demũ ex cõtingenti sequitur cõtingẽs, vt Petrus currit, ergo mouetur, vbi cõsequentia est vtiq; necessaria, sed cõsequens in se spectatũ est possibile tãtũ, & cõtingens, sed interdũ ẽt sequi põt necessariũ, vt v.g. Petrus sentit, ergo est animal, nè prædicatũ qd cõtingenter cõuenit subiecto antecedentis, & est mediũ in cõsequentia, põt habere necessariã cõnexionẽ cũ predicato cõsequẽtis, & sic illud inferre, vt patet in allato exẽplo. Hic tñ aduertendũ est, qd quãdo ex falso sequitur verũ ex impossibili possibile, & ex cõtingẽti necessariũ, id nõ ità fit, quasi præmissæ falsę, impossibiles, aut cõtingẽtes, veritatẽ, possibilitatẽ, ac necessitatẽ deriuẽt in cõclusionẽ, nemo. n. dat, qd nõ habet, sed fit ex certa earũ dispositione, nã sic, & sic dispositis præmissis sequitur cõsequens verũ, possibile, aut necessarium, cuius sequela vtiq; pendet ex illis præmissis, nõ tamen eius veritas, aut possibilitas, vel necessitas, sed aliunde in se verũ est, possibile, vel necessariũ, vt patet in exẽplis allatis.

Tertia Regula, in bona consequentia, sicut posito antecedenti ponitur consequens, non è contra, ità ablato cõsequenti, aufertur antecedens, nõ è cõtra, quod alijs verbis dici solet valere cõsequẽ: iã à positione inferioris ad positionem superioris, non è contra; & rursus valere à negatione superioris ad negationẽ inferioris, non è contra, v.g. homo est antecedens, & inferius respectu animalis, animal cõsequens, & superius; valet vtique dicere, est homo, ergo est animal, non tamen è contra, quia põt esse animal, quod nõ sit homo, sed equus, aut leo, rursus valet dicere, non est animal, ergo non est homo, non tamen è contra nõ est homo,

ergo nō est animal,quia in plus se habet animal,quā homo;& cum hæc regula sit tritissima, mirū est,quomodo Blanc. lib. 7.sect.3.sit allucinatus dicendo, quod sicut posito antecedenti ponitur consequēs,ità ablato antecedēti aufertur cōsequens,quasi arguere valeat à negatione inferioris ad negationem superioris.

Quarta regula,in bona cōsequētia quicquid sequitur ad cōsequens essentialiter sumptū,&absolutè supponēs,sequitur,& ad antecedēs illius,quod alijs verbis dici solet,quod valet cōsequētia à primo ad vltimū;quā arguēdi formā Græci vocāt aceruale,nā fit aceruatim tribuendo antecedēti prædicata,quæ cōpetūt consequenti,v.g.homo est animal, animal est corpus,corpus est substantia, &c. ergo homo est corpus,substantia,&c. & fundatur hæc regula in illa antepraedicamētali,quando alterum de altero prædicatur,&c.& intelligitur sicut illa.

Quinta tandē est, quicquid repugnat cōsequēti essentialiter sūpto,& absolutè supponēti in bona cōsequētia,repugnat & antecedenti;quod alijs verbis dici solet,si ex antecedente sequitur cōsequēs, ex opposito cōsequētis sequitur oppositū antecedētis.Ratio est,quia si ex opposito consequentis non sequitur oppositū antecedentis,ergo poterit stare oppositū consequentis illius,quod verū supponitur,cū isto antecedente; & sic dabitur antecedens verum, & consequēs falsum,& hac regula frequenter vtimur ad ostendendam bonitatem consequentiæ procedendo á contradictorio consequētis ad contradictorium antecedentis.

Petes,quādo liceat argumētari ex suppositione impossibili,Scot.in 1.d.11.q.2. sub A.docet modū,quo licet vti huiusmodi argumētādi forma,esse quod suppositio impossibilis ita fiat,vt nō sequātur ex ea cōtradictoria per locū intrinsecū(nā ex suppositione impossibili cōtradictoria aliquo modo sequi sēper necesse est) sed vna pars cōtradictionis per locū intrinsecū,altera verò per locū extrinsecū dūtaxat;ratio huius est,quia vt talis forma argumētādi sit bona,requiritur cōstatia suppositionis,seu cōsistētia,nō consisteret autē,si ex ipsa per locū intrinsecū statī sequatur vtraq;pars cōtradictionis, v.g.ex ista suppositione impossibili, *si Petrus nō esset animal,esset homo*,non possumus argumētari,quia *homo* formaliter,& intrinsecè includit animal,atq;ità ex illa suppositione per locum intrinsecū sequitur vtraq;pars cōtradictionis.s. *animal, & non animal*,vndè nō poneretur in eo casu cōstātia suppositionis,sed formaliter,& intrinsecè seipsā destrueret;inquit igitur Doctor,quod licèt positio, quæ statī ex intellectu suo includit contradictoria,nō possit admitti, qualis est allata tñ illa,quæ ex intellectu suo tm vnū contradictorū includit, & aliud nō nisi per cōsequentiā accidētalē, vel per locū extrinsecū,benè videtur posse admitti,quia tali positione posita possunt sustineri regulæ disputationis,pōt.n. cōcedi sequēs cōsequētia essentiali,& negari repugnās; si autē inferatur aliud repugnās sequens per locū extrinsecū,vel consequētia accidētali,negādū est illud sequi,quia propositio illa,per quā talis cōsequētia teneret,destrueretur ex positione:vnde ex ista suppositione impossibili *si Petrus nō esset risibilis,esset homo* possumus argumētari,quia circunscripta risibilitate ponēdo Petrū in esse hominis nō ponūtur cōtradictoria ex primo intellectu positionis,sed tantū alterū.s.quod Petrus sit homo,reliquū verò.s.quod nō sit homo, nō ponitur,nisi ax cōsequētia accidētali & per locū extrinsecum ex remotione passionis remouēdo subiectū,& ideò ista positio nō sic includit opposita,quin possit admitti,& hūc dicendi modū amplectitur Hurt.disp.15.Met.sect.9.§.114.

Rursus aduertit Doctor ibid.quod ēt ex remotione impossibili vnius prædicati essentialis,quod nō sit ratio inhęrētiæ alterius prædicati, possumus argumentari,

tari, quia adhuc cōtradictoria nō sequerētur per locū intrinsecū, v.g. illa suppositio est admittenda, si per impossibile homo nō esset animal, & esset rationalis, adhuc discurreret, & ab equo distingueretur, ratio est, quia esto animalitas sit prædicatum essentiale hominis, tñ quia non est principiū formale discurrēdi, nec distinctiuū à brutis, ideò ēt supposita animalitatis carentia benè adhuc infertur per locū intrinsecū, quod homo discurreret, & ab equo distingueretur altera aūt pars cōtradictionis. s. quod nō discurreret, nec ab equo distingueretur, nō infertur, nisi materialiter, & per locum extrinsecū ex identitate. s. animalitatis cū rationalitate, ex qua per côcōmitātiā sequitur qd si homo nō est animal, nec etiā est rationale, & percōsequēs qd nō discurreret, nec ab equo distingueretur; & sequitur hūc dicēdi modū Vas. p. p. dis. 147 c. 1. Vtrūq; verò approbat post longū examē Casi. li. 3. tr. 2. c. vl. quia re vera vterq; recidit in idē, & huc collimat, quod valeat argumētari ex suppositione impossibili, qñ ex ea nō sequitur cōtradictoria per locū intrinsecū: valdè aūt notanda est hæc arguendi forma, quia finis eius est, vt Vasq. aduertit, perscrutari rationē formalem rei, vndè apprimè inseruit ad distinguendā causā formalē, & prædicatum quodcumque intrinsecum à cō- ditionibus, & prædicatis extrinsecis.

De Inductione, vbi de ascensu, & descēsu. Cap. IV.

Via inter omnes argumentationis species Inductio, & Syllogysmus principē obtinent locum, intantū vt aliqui eas agnouerint pro veris argumētationis speciebus abinuicem essentialiter distinctis, idcircò de his specialiter agemus, de inductione quidem in hoc capite, de syllogismo autem in sequentibus.

Inductio itaq; vt dicebamus cap. 1. est illatio propositionis vniuersalis ex suis singularibus, vbi singulariū nomine, vt notat Tat. 2. Priorū q. vlt. §. *dubitatur primò* intelligūtur nō solū ea, quæ sunt verè singularia, sed ēt quæ sunt minus vniuersalia respectu magis vniuersaliū, & partes respectu totius; sicut. n. à singularibus progredimur ad vniuersalia hoc modo, hic ignis calefacit & ille ignis, & sic de cæteris, ergo omnis ignis calefacit, sic etiā progredi possumus à minus vniuersalibus ad magis vniuersalia, & à partibus ad totū hoc modo omnis homo sentit, & omnis bestia sētit, ergo omne animal sētit, & etiā, caput valet, stomacus valet, & sic de aliis mēbris, ergo totū animal valet.

Vt autē Inductio sit bona cōsequētia, & ritè īferatur vniuersalis ex suis singularibus duæ præserti requirūtur cōditiones. Prima est quā tradit Tat. cit. quod īferatur mediāte ista particula, *& sic de alijs*, vel aliqua sibi æquiualēte, & hoc quādo nō enumerātur oīa singularia, quādo autē enumarātur, ponitur hæc alia particula, *& nō sūt plura*, adhibitis. n. istis particulis redditur bona cōsequētia, quia tūc nulla reperitur instātia Et si quis petat, quid itelligātur per illā particulā, *& sic de alijs* R. Tat. quod intelligitur vna propositio vniuersalis significās esse, sicut significatur per alias singulares formaliter expressas, vt Sortes currit, Petrus currit & sic de alijs, &c. sēsus est, & quilibet homo alius à Sorte, & Platone currit ergo omnis homo currit, & siquis dicat, ergo in inductione proceditur ab vniuersali in vniuersalē R. Tat. quod illa vniuersalis in antecedente dicitur singularis respectiuè, quia est minus vniuersalis; quā illata in consequente.

Altera conditio, quām idem Tatar. assignat 4. Phys. q. 2. §. *Quartò sciendum* ex Scoto in 2. d. 2. quæst. 9. k est, qd vt vniuersalis ex suis singularibus rectè inferatur, non sufficit, quod omnes singulares sint veræ, sed vlteriùs requiritur, quod omnes sint compossibiles, cum vniuersalis æquiualeat singularibus copulatiuè vel copulatim sumptis v.g. omnis homo currit, æquiualet his singularibus, & Pe-

mus currit,& Petrus currit, & sic de alijs vel Petrus,& Paulus,& Fräciscus;& alij homines currũt. Ratio est,quia multoties cõtingit,qd singulares sint veræ, tã quia non omnes sũt cõpossibiles, ideò nõ rectè inferunt vniuersalẽ;rẽ hãc Doctor cit.euidenti manifestat exẽplo;ponamus,ait,qd hic sint decẽ lapides in põdere æquales & qd Petrus nõ possit portare hos decẽ lapides simul;sed nouẽ tñ, ista propositio vniuersalis;possibile est oẽs hos lapides portari à Petro falsa est nõ quia aliqua singularis in se sit falsa, quia verũ est Petrũ posse portare hũc lapidẽ,& illũ,& illũ,sed quia aliqubus determinatis,est aliqua indeterminata incõpossibilis,quęcũq; enim nouẽ singularia sunt cõpossibilia,& decimũ indeterminatè est incõpossibile illis; oportet igitur ad ritè inferendã,& colligendã vniuersalẽ,qd omnes singulares sint veræ,& simul cõpossibiles , tã singulares determinatæ quã indeterminatæ, quia si oẽs determinatæ essent cõpossibiles, sed aliqua indeterminata eis repugnaret, adhuc nõ rectè colligeretur vniuersalis,vt patet in allato exẽplo , sed cõmitteretur fallacia figuræ dictionis(ait Doctor)arguendó à pluribus determinatis ad vnã;qua doctrina vtimur disp.10.Phys.q 3.ad soluendã argumenta nominaliũ, quibus conantur ostendere continuũ posse à Deo simul diuidi in omnes suas partes,quia in hoc instãti põt hac illã,& illã diuidere,& sic de singulis;& pari ratione posse infinitã actu multitudinem producere,quia in hoc instanti põt à Deo produci huic homo,& ille,& ille,& sic de singulis.

His obseruatis condition bus modùs arguendi per inductionẽ est optimus,& vocatur Ascensus,quatenus per eã sensim à singularibus ascendimus ad probationẽ vniuersalis,vnde ascensus ordinatur ad inueniendas &probãdas veritates vniuersales,vt vniuersales sunt.i.inquãtũ constãt ex singularibus sub eis contentis,nõ.n.melius probari põt,quod aliquod vniuersale fit tale,nisi quia,eius singularia sunt alia. Descẽsus verò est modùs arguẽdi oppositus inductioni, est.n. progressio ab vniuersali ad singularia,v.g.ois ignis calefacit,ergo.& hic ignis,& ille ignis calefacit,& ideò solet ẽt dici reductio,seu deductio, & præcipuè ordinatur ad ostẽdendã falsitatẽ vniuersalis, vt vniuersale est,optimè.n ostẽditur falsitas vniuersalis descẽdẽdo sub illo,& ostẽdẽdo aliquod singulare nõ esse tale. Verũ tñ est qd supposita veritate vniuersalis inuẽta per ascẽsũ,& cõprobata,ẽt descẽsus deseruire põt ad ostẽdẽdã correspondentiã vniuersalis ad singularia sub eo cõtẽta;ex quo colligitur ascensũ, & descensũ deseruire ad ostendendã veritatẽ, vel falsitatẽ propositionis vniuersalis.

Ascensus,& descensus est quadruplex. copulatiuus,& copulatus,disiũctiuus,& disiũctus. Copulatiuus est,qui fit per cõiunctionẽ,& aut similẽ copulatiuẽ acceptã.i.copulantẽ;& coniungentẽ ipsas propositiones,non terminos propositionis. Copulatus verò est,qui fit per eãdẽ particulã,& copulatim sumptã,i.copulantẽ partes vnius extremi,non autẽ ipsas propositiones;Disiunctiuus fit per particulã,vel disiunctiuè sumptã,i. iungẽtẽ propositiones. Disiunctus est,qui fit per eãdẽ particulã disiunctim acceptã.i. iungẽtem partes vnius extremi; Ex quo patet descensum,& ascensum copulatiuũ: & disiunctiuum,in hoc differre à copulato,& disiuncto;quod in illis fit descensus,vel ascensus per hypotheticam propositionem ex multis cathegoricis constantem,in illis verò fit enumeratio singularium per vnicam propositionem cathegoricam,cuius alterum extremũ constat omnibus singularibus , in descensu quidem,aut ascensu copulato copulatim sumptis,in disiuncto disiunctum.

Hoc totũ manifestatur docẽdo modũ resoluendi terminos:si terminus distributiuè supponit,à propositione vniuersali descenditur ad plures singulares copula-

pulatiuè,vel ad vnã de copulato extremo,&verbo singulari;sic,omnis homo est animal,ergo hic homo est animal & ille homo est animal,vel sic,ergo hic homo,& ille homo,& ille est animal,nullus ãgelus est corpus,ergo nec Michael est corpus, nec Gabriel est corpus, vel sic ergo nec Michael nec Gabriel, nec Raphael est corpus;ascensus verò fieri debet è cõtra Si autẽ terminus supponat collectiuè tũc ascendendũ est,vel descendendũ copulatim sic,oĩa elementa sunt quatuor, ergo ignis,& aer,& aqua, & terra sunt quatuor,nõ autẽ ignis est quatuor;oẽs Apostoli sunt duodecim, ergo hic Apostolus, & hic,& hic,&c. sunt duodecĩ,aut è contra,si vis ascendere.Si verò terminus determinatè supponat,descẽditur à propositione particulari ad plures singulares disiunctiuè sic,aliquis homo currit,ergo hic homo currit,vel ille homo currit,&c aut ad vnã de disiũcto extremo,sic ergo hic homo,vel ille homo,&c. currit. & è cõtra ascenditur.Si tãdẽ terminus supponat cõfusè eodẽ modo descẽditur, & ascẽditur à termino cõfuso ad singulares, & è cõtra,quæ oĩa melius percipiẽtur recolẽdo dicta de suppositionibus tra.1.c.10.Et hic aduerte,qd veritas in descensu copulatiuo æstimatur ex singulis partibus,quæ copulatiuè enumerãtur, in copulato nõ ex singulis sed ex oĩbus simul collectiuè sũptis partibus,i.ex tota earũ collectione;in disiũctiuo attenditur ex vnica determinata parte,licet sub disiũctione significata, in disiuncto demũ ex omnibus confusè,aut ex vna parte sola prorsus tamen indeterminata, & vaga à parte rei,quæ oĩa constant ex dictis de supposit.loc cit.qd si plura desideras,vide tract.de Descensu apud Tat.

Quæres an Inductio sit bona,& formalis cõsequẽtia,seu argumẽtatio; Negant Conimb.1.Priorũ c.1.q.2.a.3. Amicus tr.23.disp.2.q.2.dub.5.Ioan.de S. Th.p.p.log.q.8.a.2.cõsentit ex parte Tat.2. Priorũ q vlt.§.*Dubitatur secũdò*, & quidã alij,qd eo magis asserũt de exẽplo,ac Enthimemate. Dicẽdũ tamẽ est esse bonã,& formalẽ cõsequẽtiã seruatis condi tionibus allatis,itã cõmunis,& probatur auctoritate Arist.1.Top.c.12. vb. habet, qd inductio est instrumẽtũ aptius syllogismo ad persuadẽdũ,& apertius,& secũdũ sensũ notius;Tũ.2 ratione quia efficacius probari nequit vniuersale esse tale, quã ostẽdẽdo singularia esse talia, sic verò procedit inductio. Tũ 3.quia cõsequẽtia ab æquiualẽti ad æquiualẽs formalis est,ac efficax,sed ità procedit inductio, ex singularibus.n.copulatiuè sũptis infert vniuersalẽ illis æquiualentẽ;Tũ demũ,quia vt diximus c.2.tã Inductio,quã enthymema,& exẽplũ habẽt suũ mediũ, rõne cuius concludũt,& sũt virtualiter syllogismi,ergo sũt argumẽtationes formales,& ex vi formæ cõcludẽtes,quia est virtualiter syllogistica,atq; ità defendũt Masius hic q.5.& Blanc.disp.2. Pla.disp. induct.q.4.licet neget de exemplo.

Sed cõtra obijcitur,qd nõ sit formalis cõsequẽtia,imò nec bona, quia vis probatiua inductionis tota cõsistit ĩ processu à distributiuo ad collectiuũ, sed hic processus in multis vitiosus deprehenditur, nõ.n.valet,põt homo viuere sine isto cibo,& sine il o,& illo,& sic de alijs singillatĩ sũptis,ergo viuere põt sine omni cibo;põt esse sine isto loco,& sine illo,&sic de alijs distributiuè sũptis,ergo sine omni;põt vitare hoc pecatũ veniale,&hoc, & hoc,ergo oĩa;põt Deus in hoc instanti facere hunc & hũc hominẽ,ergo,et omnes;põt diuidere cõtinuũ in hãc, et illã partẽ,et illã,ergo in omnes,et ita in alijs multis arguere possumus; imò secundũ logicos à distributiuo ad collectiuũ non tenet consequentia,nam prædicatum,qd tribuitur terminis in ascensu copulatiuo nequit tribui termino cõmuni,ad quem fit ascensus,supponenti copulatim,quod est supponere collectiuè,et ratio est,quia subiecta ascẽsus copulatiui sunt singularia seorsim sumpta,et singillatim, subiectum verò copulatum est collectio, seu

singulæ simul. Tũ quãdo etiã teneret talis cõsequẽtia, tñ est prorsus inutilis, eo qd non plus, immò minus, & peiori modo cognoscamus rẽ in cõclusione, ac in præmissis, eo quod in ijs distinctè, in illa confusè rẽ cognoscimus. Tũ 3. quia in inductione nihil cõcluditur vi formæ, quia nõ hẽt certũ numerũ præmissarũ, sed modò plures, modò pauciores. Imò etiã si omnia enumerẽtur singularia, adhuc nõ erit formalis argumẽtatio, quia nihil diuersũ erit in cõclusione ab eo, qd est in præmissis. Tũ 4. Arist. 2. Post ait inducẽtẽ nõ demõstrare, ergo non necessariò infert; & ideò nõ est formalis argumẽtatio. Tãdẽ, qd tãto minus exẽplũ, & Entymema sint argumẽtationes formales probatur, quia ad for malẽ argumentationẽ requiritur, qd nullus terminus sit incõsequenti, qui non sit in antecedenti, & in antecedenti sit aliquis, qui non sit incõsequẽti alioquin ex quolibet antecedẽte posset inferri quodlibet cõsequẽs, v.g. homo est animal, ergo est irrationalis, sed in Enthymemate aliquis terminus ponitur incõsequẽti, qui nõ erat in antecedenti, v.g. omnis homo est animal, ergo est sẽsitiuus *ly sensitiuus*, qd est in cõsequenti, nõ est in antecedenti; sic ẽt in exemplo v.g. Salomõ inuenire nõ potuit fœlicitatẽ in oĩ gloria sua, ergo neq; Alexander inueniet.

℞. Ad primũ, qd quãdo cõmuniter dicitur vi Inductionis cõsistere in processu à distributiuo ad collectiuũ; nõ accipitur distributiuũ, & collectiuũ in rigore, distributiuũ nẽpè pro solo ascensu copulatiuo, & collectiuũ pro termino supponẽte copulatĩ, quia fit inductio tã ascẽsu copulatiuo ad terminũ distributiuè supponentẽ, quã ascensu copulato ad terminũ supponẽtẽ collectiuè, sed per processũ à distributiuo ad collectiuum intelligũt progressũ à singularibus ad vniuersale, quocũq; ascẽsu fiat; vt verò talis progressus sit bonus, & efficax, obseruari dẽbẽt duæ cõditiones superius memoratæ, nã defectu secundæ sæpius nõ tenet, & ità cõtingit in cõsequentijs in argumento allatis, licet. n. in illis omnes singulates sint veræ, & ẽt omnes determinatæ sint cõpossibiles, semper tamẽ multæ indeterminatæ, vel salti vna illis repugnat, vt patet in exẽplo decẽ lapidũ supra ex Doctore allato, quæ repugnãtia attendẽda ex particularibus materijs in quibus arguitur, vndè si inductio quãdoq; nõ tenet defectus prouenit ex parte materiæ, nõ ex parte formæ: hãc difficultatẽ fusè pertractat Casil. lib. 1. tract. 2. c. 3. sect. 3. vbi varios refert dicẽdi modos pro hac re declaranda; sed responsio data sufficit.

Ad secundũ negatur assumptũ, quia inductio valdè vtilis est ad scientias, nam agunt de vniuersalibus, ad quæ per inductionẽ manuducimur, ad probationẽ dicimus, qd saltim scitur de nouo distinctè, quod multitudini cõueniat prædicatũ, quod singularibus tm cõuenire sciebatur, & si argumentũ concludit, probaret etiã à definitione ad definitũ nõ esse bonã cõsequẽtiã, quia melius cognoscitur res per definitionẽ, quã per definitũ. Ad tertiũ habet inductio antecedens, & cõsequens, & antecedens vnã totalẽ præmissam cõstituit ex multis singularibus integratã, & duas præmissas habet, dum efformatur in syllogysmũ, & in cõclũsione scitur idem, quod in præmissis, sed diuerso modo; imò dicere possumus sciri etiã aliquid diuersũ, quia in ea scimus conueni re toti collectioni, qd in præmissis sciebamus conuenire singularibus singillatim, collectio aũt est quodãmodo effectus particulariũ cõponentiũ ipsã collectionẽ, & ideò quidpiã ab eis aliquo modo diuersũ. Ad quartũ negatur cõsequentia, quia neq; omnis, qui syllogismo vtitur, demõstrat, & tamen nõ negatur syllogismũ esse argumentationem formalẽ: demõstratio igitur vltra argumentationẽ formalẽ habet, qd necessario probat, & infert nõ solũ ratione formæ, sed etiã ratione materiæ. Ad quintũ negatur minor, nã implicitè, & virtualiter se habent enthymema

ma,& exemplum sicut syllogismis,& habent medium, ratione cuius concludunt vnde in enthymemate allato in argumento medius terminus est *animal*, deest .n. vna propositio in voce, quæ tamen habetur in mente .s. *omne animal est sensitiuū*, sic et in exemplo allato in argumento subintelligitur mediū quod erit hoc, Salomon est eiusdem rationis, ac alius Rex; verum tamen est exemplum ab aliis speciebus argumentationis valdè deficere.

Dices, in forma enthymematis multoties dari antecedens verū,& consequens falsum, vt patet in hoc, *omnis homo est animal, ergo omnis homo est doctus*, ergo non est argumentatio formalis, ad quam exigitur, quod nunquam in simili forma arguendi reperiatur antecedens verū, & consequens falsum. ℞ Ob id Recentiores quā plures Blāc. disp. cit. sect. 6. Pla. disp. de enthym. q. 5. & alios velle enthymema tunc tm̄ esse formalē argumentationem, quando disponitur in terminis subalternatis, vt omnis homo est animal, ergo quidā homo est animal, tunc .n. est argumētatio formalis rōne subalternationis: aliàs non Sed præstat dicere argumentationē in obiectione adductā non esse enthymema, quia ad hoc conficiendū non sufficit assumere pro antecedente, & cōsequēte duas propositiones quomodocūq: sed tales, quod vna inferatur ex alia, & possit reduci ad formā syllogisticā addēdo aliā propositionem, quod non reperitur in argumentatione allata in obiectione.

De Syllogismo, & eius principijs constitutiuis; vbi de figuris eiusdem.

Cap. V.

DIximus tract. præced. enunciationē diuidi in simplicem, & compositā, seù cathegoricā, & hypotheticā, & rursus cathegoricā in absolutā, & modalem; eodē pacto syllogismus diuiditur in cathegoricum, & hypotheticum, & cathegoricus rursus in absolutū, & modalē, prout continet propositiones simplices, vel cōiunctas absolutas, vel modales; prius igitur de cathegorico erit sermo, & speciebus eius, de hypotetico postea, & mixto; Arist. itaq; 1. Priorū c. 1. propè fin. & 1. Top. c. 1. syllogysmū definit, quod *sit oratio, in qua quibusdā positis alterū quid à positis necesse est contingere, eo quod hæc sint*, dicitur *oratio* non autē argumentatio, quia argumētatio re vera nō est genus ad syllogismū, inductionē, &c. vt dictū est c. 2. & dicitur *oratio* in numero singulari, vel quia est vnica propositio hypothetica, vt ait Tat. trac. 4. vel potius, vt aiunt Auer. Philopon. & Eustatius ratione vnitatis medij, in quo vniūtur extrema in præmissis, & vnitatis formæ, seu dispositionis terminorū, & etiā ratione vnius finis, quia ambæ præmissæ ordinantur ad vnicā cōclusionē inferendā dicitur *quibusdā positis* in plurali, quia ex vna sola propositione, ex qua alia infertur syllogismus nō conficitur, sed alia argumentatio imperfecta .s. enthymema, aut inductio, &c. debēt igitur plures propositiones assumi, nō quomodocūq; sed positæ, i. dispositæ in modo, & figura; & vt notat Tat. nō debet addi particula *& cōcessis*, quia siuè præmissæ sint veræ, siue falsæ nihil refert ad syllogismū simpliciter seu secūdū formā cōsideratū, qui hic definitur, dicitur *alterū quid à positis, &c.* adde notādū, quod cōclusio, quæ sequitur ex præmissis, est alia propositio ab illis; & ab eis necessariò illata ob illarū dispositionē, vndè *ly necesse*, vt notat Tat. & Alex. nō significat necessitatē cōsequētis, quasi cōsequens in omni syllogismo debeat esse necessariū, cū esse possit contingens, vel falsū, sed tātū necessitatem cōsequentiæ, vt ex præmissis necessariò inferatur cōclusio, et si illa nō sit necessaria, quæ erit de essentia syllogismi, si capiatur pro aggregato ex præmissis, & cōclusione, nō autem si capiatur pro solis præmissis dispositis, vt capit Arist. 2. Priorū, ita docet Tat. p Priorum q. 1. in fin.

Sensus igitur præfatæ definitionis est, quod

quod syllogismus est oratio discursiua, in qua posita maiori,& minori propositione(sic.n.appellãtur præmissæ,vt mox dicemus)aliud.s.cõclusio, ab his.quæ posita sunt,sequitur.i.deducitur ex vi dispositionis terminorũ in præmissis,v.g omne animal est substãtia, omnis homo est animal,ergo omnis homo est substantia, hæc tertia propositio,quæ dicitur cõclusio, sequitur necessariò ex dispositione duarum priorũ; vndè breuius posset sic definiri syllogismus,est oratio discursiua constans medio cum extremis disposito; vt est videre in syllogismo allato.

Sed dices,hanc definitionẽ non conuenire omnibus syllogismis,quia non hypothetico,& expositorio,de quibus infra. R. Verũ esse Arist.mentẽ fuisse hìc definire syllogismũ cathegoricũ & hũc termino cõmuni cõstãtẽ,adhuc tñ põt etiam hypoteticus hãc definitionẽ participare quatenus,& ipse per principia cathegorici habet regulari,& põt in cathegoricum resolui,põt ẽt applicari syllogismo expositorio,& oĩbus alijs,quatenus oẽs, vt necessariã,& formalẽ inferant consequentiã, indigent dispositione termino rũ,& propositionum syllogistica iam declarata,& amplius declaranda & oẽs eisdem communibus principijs regulari debent,quę omnia ex dicendis patebunt.

Quia verò syllogismus est quoddã cõpositũ rõis,ideò habet sua principia constitutiua,quæ sunt duplicia, alia materialia,alia formalia:& materialia,alia proxima,vt propositiones,alia remota,vt termini propositionũ,qui in quolibet syllogismo sunt tres,ex quorũ combinatione tres quoq;formantur propositiones, & ideò necesse est vnũquẽq; bis repeti, ratio est,quia in syllogismo debet inferri duo extrema esse simul cõnexa ob cõnexionẽ,quã habent cũ aliquo tertio,prius ergo debet vnũ extremũ cõnecti cũ illo tertio, & erit prima propositio, deindè debet alterũ extremũ cũ eodẽ tertio copulari,& erit secũda propositio, deniq; ipsa extrema debent in cõclusione inuicẽ cõnecti,& erit tertia propositio,hinc constat illud tertiũ, quod semel in vna, & semel in alia præmissarũ ponitur, vnũ facere terminũ,duo autẽ extrema cõclusionis,quæ semel in præmissis cũ illo tertio,& semel in conclusione inuicẽ cõnectũtur,alios duos terminos efficere; hoc totũ manifestatur exẽplo,si velimus ostẽdere hominẽ esse substantiã, excogitãdũ est aliquod tertiũ,cũ quo tùm homo, tũ substantia coniungantur, quod erit v.g. animal,si igitur semel substantiam,& semel hominẽ cũ animali componas, duæ propositiones resultabunt,nimirũ omne animal est substantia,omnis homo est animal. postremò ex his inferendo hominẽ, & substantiã esse simul connexa, tertiã conficies propositionẽ, ergo omnis homo est substantia,prima propositio dicitur maior,cũ.n.denominatio maioris sit quædam dignitas,optimè illi tribuitur propositioni,quæ primũ obtinet locum in syllogismo;secunda minor,tertia conclusio,quæ ponitur post notã illationis, vnde consequens in plus se habet,quam conclusio,quia omnis propositio, quę ponitur post notã illationis,dicitur consequens,sed illa, quæ ponitur post notã illationis in syllogismo, dicitur propriè conclusio,ex terminis verò ille,qui bis sumitur ante conclusionem,dicitur medium, qui iũgitur cum medio in maiori, dicitur maior extremitas,qui vero in minori,dicitur minus extremum.

Formalia itẽ principia sunt duplicia, duobus nimirũ materialibus correspondentia, & quidem cum forma syllogismi sit ordinatio,seu dispositio materię eius,illa dispositio, qua ordinatur materia remota,seu termini dicitur *figura*, & illa,qua ordinatur materia proxima, .s.propositiones,dicitur *Modus*; figura igitur, quæ est forma materię remotæ, *est apta dispositio terminorum secundum subiectionem, & prædicationem*; Modus,qui est forma materiæ proximæ, *est apta*

apta dispositio propositionum in debita quantitate, & qualitate; debita qualitas est, vt non omnes præmissæ sint negatiuæ, sed aliqua sit affirmatiua, debita quantitas est, vt non omnes sint particulares, sed aliqua sit vniuersalis. Et quia recta combinatio medij cum extremitatibus, in qua consistit ratio figuræ, est triplex, triplex etiam datur figura, nam vel medium subjicitur in vna, & prædicatur in alia, & sic habetur prima figura, vel prædicatur in vtraque, & sic habetur secunda, vel in vtraque subjicitur, & sic habetur tertia; quod eo carmine ostendi solet.

Sub, præ, prima: secunda bis præ: tertia, bis sub.

Quæres, an admittenda sit quarta figura, quæ tribui solet Galeno, & Auicennæ? Medici eam admittunt, & quidam alij etiam ex nostratibus, vt Tatar. 1. *Priorũ* q. de figuris syllogismorum, §. *Dubitatur primò*, & Roccus lib. 2. cap. 10 vbi proinde recensent modos quartæ figuræ. Ratio fundamentalis huius opinionis, omissis alijs minoris momenti, est, q̃d tot sunt figuræ, quot sunt dispositiones medij termini cum extremis, sed datur quarta dispositio medij cum extremis, ergo &c. probatur minor, quia potest ità disponi, vt prædicetur in maiori, & subijciatur in minori, vt patet sic arguendo omnis homo est animal, omne animal est substantia, ergo omnis homo est substantia, quæ est forma arguendi valdè familiaris, qua ratione conuictus Blanc. lib. 7. sect. 7. quartam figuram cum Medicis libenter amplectitur.

Verùm peripathetica schola nunquam hanc quartam admisit figuram, vt à prima essentialiter condistinctam, & est manifesta Arist. sententia, qui 1. Priorum cap. 2. concludit necesse esse fieri omnem syllogismum per tres prædictas figuras, & sequuntur omnes Scotus 1. prior. q. 34 Auerr. 1. priorum c. 8. Zab. lib. de 4. figura, Conimb. & Complut. Fuentes, Casilius, Morisanus, Hurtad. Auersa, Amicus, & passim alij Recentiores; & quamuis varijs modis, & quidem vt plurimum inutilibus, vt ostendit Auersa q 25. sect. 7. reijci soleat ab Auctoribus citatis, nempè quia inferat conclusionem innaturalem, & indirectam: aut prædicationem eiusdem de seipso; ratio tamen à priori est illa, quam Scot. cit. assignat, & ex ipso Arist. deducitur; quia nimirum dispositio medij non potest essentialiter diuersificari, nisi illis tribus modis relatis, quod. s. vel in præmissarum vna subijciatur, & in altera prædicetur, vel in vtraque prædicetur, vel demum in vtraque subijciatur, ergo cum in quarta figura à Medicis assignata habeat medium primam dispositionem, planè non erit à prima figura condistincta, quæ in eo præcisè essentialiter consistit, vt habeat medium in vna propositione subiectum, in altera prædicatum. Resp. Tat. quod prima figura potest capi dupliciter, largè nimirum, vt est dispositio triũ terminorum sic se habentium, quod medium subijcitur in vna præmissarum, & prædicatur in alia, siuè hoc sit in maiore, seu in minore, & sic concedit quartam figuram non esse à prima condistinctam, aliò modo capitur specialiter, vt est dispositio trium terminorum sic se habentium, quod medium subijcitur in maiori, & prædicatur in minori, & sic esse condistinctam:

Hæc solutio nulla est, quamuis .n. verum sit medium in prima figura, ità communiter disponi, quod sit subiectum maioris, & prædicatum minoris, id tamen non efficitur, vt in prima figura syllogismus fiat, sed potius regulariter, vt directè concludat, quia non minus in prima figura foret, si ita disponeretur, vt mediũ esset prædicatum maioris, & subiectum minoris, hoc .n. præcisè primam constituit figuram, quod medium in vna sit subiectum, in altera prædicatum, qualiscunque hæc fuerit, hoc siquidem penitus accidentarium est ad primæ figuræ constitutionem: Et quod diuersitas dispositionis medij, quod in maiori subijciatur, & in minori prædicetur, aut è contra, nõ variet primam figurã essentialiter patet ex Arist. loc. cit. qui sæpè transponit præmissas, vt magis syllogismus cõformetur pri

mæ regulæ antepredicamentali, vbi tamẽ nulla ratione dicẽdus est voluisse ponere exẽpla quartæ figuræ, quã ipse nunquã agnouit, ergo signũ est talẽ variationẽ dispositionis medij esse prorsus accidentariã, nec sufficere ad cõstituẽdã figurã aliquã à prima essentialiter diuersam.

Ex hoc patet responsio ad fundamentũ oppositæ sententiæ, & quæcunq; in oppositum obijci solent, quãuis n. possint fieri quatuor cõbinationes medij cum extremis, illæ tñ duæ, qua medium subijcitur in maiori, & prædicatur in minori, aut è contra, non sunt essentialiter diuersæ, imnò quia hæc cõbinatio, qua mediũ prædicatur in maiori, & subijcitur in minori, facit syllogismum cõcludere indirectè, vt patet in exemplo ab Aduersarijs allato, vbi minor extremitas prædicatur de maiori in conclusione, quod est concludere indirectè, vt postea dicemus, deberet quarta figura (si daretur) ad primam reduci, sicut syllogismi concludentes indirectè reducuntur ad directos; maneat ergo quartam figuram non dari, aut non esse à prima essentialiter diuersam, & syllogismũ ab Aduersarijs allatũ re vera esse in prima figura, quia hẽt mediũ subiectũ in vna, & prædicatũ in alia, & si non ità dispositũ, vt possit cõcludere directè; põt tñ facili negotio, ita disponi traspnendo præmissas absq; vlla penitus alia mutatione dicẽdo, Omne animal est substãtia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia.

De principijs regulatiuis syllogismi. Cap. VI.

NOmine principij regulatiui syllogismi intelligimus regulã, à qua syllogismus hẽt suã certitudinẽ, & eui dẽtiã ad cõcludendũ; sunt aũt duo principia huiusmodi; Primum est generalissimum pro quocunq; syllogismo, ẽt expositorio, cuius mediũ est terminus singularis, est autem tale. Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se; & quorum vnum est idem cum tertio, cum quo alterum non est idem, non possunt esse eadem inter se; quoad primãm partem valet pro regulandis affirmatiuis, quoad secundã valet pro negatiuis, & hoc principium est tantæ efficacitatis, vt in ipso fundetur vniuersa structura syllogistica, vt testatur Doctor p.d.2.q.7 l. 1. in solut. ad 1. princ. pro 4 q. & declaratur sic; proposita quæstione v.g. an anima sit immortalis, ad cognoscendum num hi termini sint connexi, aduertendũ est, quas habeat anima proprietates, & prædicata intrinsẽca, & reperto animã esse incorporeã, rursus est inquirendum, an incorporeum connexionẽ habeat cum immortali, & reperto ita esse, tunc rectè possumus, inferre ex hoc, quod illi termini sunt cum hoc tertio. s. incorporeo coniuncti, esse ẽt inter se coniunctos; Quod si è cõtra reperiatur incorporeum cũ immortali non posse connecti, tunc negatiuè concludendum esset, nec animam cum immortali esse connexam, quia incorporeum, quod supponitur cũ anima esse cõiunctum, non coniungitur cum immortali; atque ità ex hoc patet, quomodo ex connexione extremitatum cum medio infertur propositio affirmatiua, in qua extremitates vniũtur inter se, & quomodo ex affirmatione vnius extremitatis cum medio, & negatione alterius infertur conclusio negatiua, in qua vna extremitas negatur de alia. Et quanuis hoc principium sit omnibus syllogismis commune, eius tñ vis in expositorio luculentius apparet, quia tertium illud. s. terminus, qui est medium, est magis vnum, cũ sit terminus singularis, in alijs verò communis, & ideò hoc genus syllogismorum est omniũ perspicuissimũ, vtpotè, quod est alienum à multiplicitate præceptorũ de distributione, & suppositione medij, cum sit singulare, vt patet in hoc; Filius Virginis est Deus, Christus est Filius Virginis, ergo è Deus, vt ifra magis cõstabit.

Alterum principium est. Dici de omni, & dici de nullo; quoad primã partẽ valet pro regulandis affirmatiuis, quoad secundã pro negatiuis: dici de omni est, quicquid vniuersaliter dicitur de subiecto absolutè supponẽte, dici etiã de quo cun-

cumq; contento sub illo, vt si omne animal est substantia, ergo & homo qui stat sub animali, est substantia. Sic dici de nullo est, quicquid vniuersaliter negatur de subiecto, negari etiam de quocunq; contento sub eo, vt si nullum animal est lapis, ergo nec homo, qui stat sub animali, erit lapis. Hoc autem principium non est ita vniuersale, sicut primum, quia nō deseruit ad syllogismum expositorium, vt notat Tat. 1. Priorū q. 1. dub. 1. & 3. sed tantū ad illum, cuius medium est terminus cōmunis, cui termino dumtaxat applicari possunt signa vniuersalia omnis, & nullus hoc principium constituentia, vt illum distribuant pro suis inferioribus; Et quamuis passim per hoc principium dicantur præcipuè regulari modi perfecti primæ figuræ, non propterea negari debet etiam cæteros regulari per illud, nam tantum insinuare volunt solos modos perfectos primæ figuræ immediatè regulari per ipsum, adhuc tamen, & alij possunt mediatè regulari, quatenus omnes ad perfectos possunt reduci, vt postea dicemus. Aduertendū autē hic est, hoc secūdū principiū regulatiuum a primo depēdere, quod vniuersalius est, & ab eo vim regulandi desumere, vt discurrenti patebit, immò notant Complut. lib. 3. c. 4. hoc secundum principium à primo non differre, nisi penes hoc, quod primum sumitur in ordine ad esse, illud verò in ordine ad prædicari, & quidē vnum affirmari de alio fundatur supra identitatē illorum, sicut vnum negatur de alio ob eorū diuersitatē, & ideo liquidò patet hoc secundum principium vim suā à primo accipere. Confir. ideò n. ex hoc, quod omnis homo currit, per dici de omni rite cōcluditur, quod Petrus currit, quia supponitur probatum Petrum esse hominē, & consequenter coniungitur cum homine Petrus & cursus; & idem cernitur etiam in altero principio dici de nullo.

Verum n. verò quamuis hæc doctrina sit communi Summulistarū calculo probata, nihilominus Mol. p. p. q. 28. art. 3. disp. 1. Vasquez p. p. disp. 123. principiū illud primum, Quæ sunt eadem vni tertio, &c. tanquā infirmum respuunt, & nō vniuersaliter verum, nisi reducatur ad dictum de omni, & de nullo, sequitur Casilius lib. 3. tract. 2. c. 2. Fundamentum eorum vnicum est, quod tale principium in diuinis claudicare videtur, quia ex idētitate reali diuinarum personarum cum diuina essentia non pōt inferri realis idētitas earum inter se, & ideò hic syllogismus nō valet; essētia diuina est Pater, filius est hæc essentia diuina, ergo filius est Pater; Vnde vt hic, & similes syllogismi expositorij in diuinis ritè formentur, vt notat Scotus 1. Priorum q. 7. conc. 4. per dictum de omni, & dictum de nullo regulari debent, ita quod medius terminus, & si singularis, distribuatur hoc modo, Quicquid est essentia diuina est Pater, filius est essentia diuina, ergo, &c. nam ita consequentia tenet, sed maior est falsa, Cum ergo primum illud principium, Quæ sunt eadem vni tertio, &c. non teneat in diuinis, nisi cum multis limitationibus, quę tandem faciunt illud recidere in aliud principium dictum de omni, & cūm è contra secundum principium aptum sit regulare etiam syllogismos expositorios in diuinis, vt patet in exemplo allato, concludunt Vasquez, & Molina, Dictū de omni, & dictū de nullo, esse vnicum principium regulatiuum omnium syllogismorū. Addit Casil. principium illud, Quæ sunt eadem vni, &c. poni ab Arist. 7. Top. c. 1. non autem 1. Priorum, vbi erat locus agendi de principijs regulatiuis syllogismorum, sed ibi tātū assignasse principium, dici de oī, &c. ergo hoc tantum erit absolutè principium regulatiuum syllogismorum.

Sed frustra laborant, nā veritas illius principij est vniuersalissima, & etiam valet in diuinis, & quāuis D. Th. p. p. q. 28. art 3. & Thomistæ cum ipso aliquas afferant limitationes vtcumq; in diuinis verum sit, Scotus tamen cit. p. d. 3. q. 7. profert illud, vt absolutè verū, ita quod semper verum est, quæ sunt eadem vni tertio, esse quoque inter se eadem illa tali identitate, non tamen maiori, quia non pōt concludi aliqua identitas extremorū

inter

inter se, nisi secundum illam identitatem, qua sunt eadem medio, & sic, inquit Doctor, ex identitate reali personarum in essentia inferri pōt identitas realis ipsarū inter se; non quidem realis personalis, sed realis essentialis, quia hac identitate cum essentia sunt idem; syllogismus autem allatus, & similes, in diuinis non tenent, quia afferuntur, vt expositorij, cum tamen re vera tales non sint, sed sophismata, vt Doctor notat ibidem, & sequitur Arubal. p. p. disp. 102. c. 2. ratio est, quia medium in syllogismo expositorio itā debet esse singulare, vt sit hoc aliquid, & incommunicabile vt quod, qualis non est essentia diuina, & ideò ipsa non est sufficiens medium pro syllogismo expositorio; & quando etiam illi syllogismi essent expositorij, prorsus falsum est posse regulari per dictum de omni; & dictū de nullo, quia hoc principio solum regulantur discursus, qui procedunt ex vi alicuius termini distributi; repugnat autem prorsus termino singulari, qui est mediū in expositorio, distribui, cū inferiora nō habeat, distribui namq; seu accipi distributiuè est idem, ac supponere pro singulis suis inferioribus; Nec Scotus cit. 1. Priorum, q. 7. facit auctoritatem, sed stādum est doctrinæ, quā habet in lib. sent. Arist. autē. 1. Priorum solum secūdi principii expressè meminit, quia ibi solum loquitur de syllogismo, in quo pro medio sumitur terminus communis, vt potè qui magis inseruit ad cognitionem scientificam comparandam.

Quamuis ergo magna sit necessitas secundi principij, nam illo deficiente destrueretur descensus ab vniuersali ad particularia, quia virtute huius principij tenet talis descensus, omnis homo est animal, ergo Petrus est animal, & Paulus est animal; immò negato hoc principio duæ contradictoriæ essent simul veræ, nam cū veritate istius vniuersalis, omnis homo est animal, staret veritas huius particularis, aliquis homo non est animal, quæ illi contradicit. Nihilominus fatendū est necessitas illius principij, *Quæ sunt eadem, &c.* & dependentia huius secundi ab illo; nam ex eo prædicatum de quibusuis sub eo contentis prædicatur, quia ipsis aliquo modo identificatur, vt disp. de vniuers. dicemus, ergo dici de omni necessariò supponit identitatem subiectorum in prædicato, & dici de nullo separationem, quod benè demonstrant Hurt. disp. 10. log. sect. 16. Arriaga disp. 3. summ. sect. 4. & alij Doctorem nostrum secuti.

Regulæ generales cuiuscunque figuræ assignantur. Cap. VII.

Ex principijs regulatiuis syllogismi c. præced. declaratis quinque deducuntur regulæ omnibus tribus figuris cōmunes. Prima est, quod *ex puris negatiuis nihil sequitur*, vndè hæc consequentia non valet, Nullus homo est irrationalis; nullus equus est homo, ergo nullus equus est irrationalis, ratio huius est quia non potest concludere affirmatiuè, eo quod medius terminus qui est tota ratio coniungendi, cum neutro extremo est coniunctus; nec etiam negatiuè, quia ad hoc, vt vnum extremum coniungatur cum alio per medium, debet idem mediū cum alterutro extremo esse coniunctum, nam si vnum extremum ab altero disiungitur propter medium, habet hoc oriri ex eo, quod disiungatur à medio, cū quo coniungitur aliud extremum, & itā ipsa extrema erunt inuicem disiuncta, si autem medium cum nullo extremo iungatur, non erit ratio neque coniungendi, neque separandi ipsa extrema, vndè patet hanc regulā fundari in primo principio regulatiuo. Aduertendū tamen est præmissas interdum videri affirmatiuas, cum tamen re vera occultam contineant negationem, & ideò non concludunt, vt in hoc syllogismo omnis homo differt ab angelo, omnis spiritualis substantia differt ab homine, ergo omnis spiritualis substantia differt ab Angelo; omnes hæ præmissæ sunt negatiuæ, quia differre est idem, ac vnum non esse aliud. & itā se habent omnes propositiones, in quibus est relatiuum diuersitatis.

Sed

Sed obijcies, hæc consequentia est bona, qd. nō mouetur, non currit, Sortes nō mouetur, ergo non currit, & tamen est ex puris negatiuis. Resp. nos hic tradere regulas de syllogismo cathegorico, allatus autem est hypotheticus, nam illa maior huic conditionali æquiualet, si nō mouetur, non currit, & præterea fundatur in hac affirmatiua, omne currens mouetur. Dices, hic est cathegoricus, Omne, quod non est animal, non est homo, lapis non est animal, ergo lapis non est homo, & tamen consequentia tenet ex puris negatiuis. Resp. maiorem esse vniuersalem affirmatiuam, nam æquiualet illi omne non animal est non homo, idque patet ex regulis conuersionis; nam vniuersalis affirmatiua conuertitur per contrapositionem infinitatis terminis, ac etiam, etsi raro, subiecto infinitato, & negata copula, vndè hæc propositio oīs homo est animal, sic conuertitur, oē non animal est non homo, vel sic, omne non animal non est homo, vide Cast. lib. 3. tract. 2. cap. 6.

Secunda Regula est, quod ex puris particularibus nihil sequitur ratione formæ, non enim valet, aliquod animal est homo, aliquis equus est animal, ergo aliquis equus est homo, & si interdum sequatur ratione materiæ; vt aliquod animal est substantia, aliquis homo est animal, ergo aliquis homo est substantia. Ratio huius regulæ est, quia in propositionibus particularibus medius terminus non cōplete distribuitur, i. non accipitur secūdum totam suam latitudinem, & vniuersalitatem, sed solum inadequatè, i. secūdum partem, hinc fit, vt ex vi connexionis cum medio non sequatur inter duo extrema connexio, quia vnum ex his extremis pōt in maiori cum hoc medio cōnecti secundum vnam partem, & alterū extremum in minori coniungi cū eodem medio secundum alteram partem, vt patet in allato exemplo, in quo licet homo, & equus connectantur cum animali, non tamen sequitur cōnecti inter se, quia animal non distribuitur complete, hinc exstat illud præceptum, quod mediū in aliqua saltim præmissarum debet distribui, vt sic perfectè possit coniungi, vel disiungi ab extremitatibus, alias non regularetur syllogismus per dici de omni, vel dici de nullo, in quo principio hæc regula fundatur; aduerte tamen, quod quando medium est singulare, vt in expositorio syllogismo, tunc rectè concluditur, quia sumitur in vtraque præmissa secundum se totum.

Sed obijcies, hæc est bona consequentia, si aliquis homo currit, aliquod animal mouetur, sed aliquis homo currit, ergo aliquod animal mouetur, & tamen est ex puris particularibus. Resp. hunc syllogismum esse hypotheticum, & præterea maiorem esse vniuersalem implicitè, & æquiualet huic, quotiescunque aliquis homo currit, aliquod animal mouetur, nam ly *aliquis homo* subiectum in maiori, ampliatur, & fit terminus vniuersalis per illam conditionalem *si* quæ æquiualet illi, quotiescunque aliquis homo currit, &c. Dices, hic est cathegoricus, qđ lucet video, *Sol lucet*, ergo Solē video, & tū ē cōsequētia bona ex puris particularibus. Resp. maiorem posse sumi vniuersaliter, vel particulariter primo modo æquiualet illi, omne, quod lucet, video, & consequentia est bona, secundo modo æquiualet illi, aliquod, quod lucet, video, & tunc consequentia nō est bona, quia pōt lucere candela, quā non vides.

Tertia regula est, quod conclusio sequitur semper debiliorem partem, quare si vna præmissa erit particularis, vel negatiua etiamsi altera sit affirmatiua, vel vniuersalis, conclusio erit particularis, vel negatiua, quia negatiua est ignobilior affirmatiua, & particularis vniuersali; Ratio huius regulæ est, quia si vna præmissarum est affirmatiua, altera negatiua, tunc vnum extremum coniungitur cum medio, & alterum ab eodem medio separatur in præmissis, quotiescunq; autem aliqua duo ità se habent, vt vnum cōnectatur cum aliquo tertio, & alterum ab eodem tertio separetur, non poterunt non esse inuicem separata, ex eo enim quod Petrus est homo, & equus, non est homo

nō pōt inferri, nisi Petrum nō esse equū: Idem dicendum, si vna præmissarum sit particularis, quia etiamsi in propositione vniuersali vnum extremum vniatur cum medio secundum se totum, in particulari tamen alterum extremum vnitur cum illo tertio solum secundum partem, & ideò non pōt inferri esse inuicem connexa extrema, nisi secundum partem, vt omnis iustus est amandus, sed aliquis homo est iustus, ergo aliquis homo est amādus, non pōt inferri, omnis homo est amandus ob rationem allatam; ex quo patet hanc regulam fundari in primo principio regulatiuo, quia extrema in conclusione nequeunt habere inter se maiorem connexionem, quam habuerint in præmissis cum medio.

Sed obijcies syllogismum Arist. 2. Cæli c. 4. Omnes stellæ, quæ non scintillant, sunt propè nos, Planetæ non scintillant, ergo planetæ sunt propè nos, minor est negatiua, & tamen conclusio est affirmatiua. Rursus ex regulis bonæ consequentiæ traditis c. 2. ex falso sequitur verum, vt patet sic arguendo, omnis equus est animal, omnis homo est equus, ergo omnis homo est animal, ergo nō semper sequitur conclusio debiliorem partem. Demum, cum plures causæ concurrunt ad eūdem effectum, & vna est perfectior altera, effectus assimilatur perfectiori, & superiori, vt patet de duobus idē pondus trahentibus, quorum vnus est potentior altero, nam tractio ponderis sequitur virtutē potētioris, ergò &c. ℞ Ad 1. minorem illius syllogismi esse affirmatiuam de prædicato infinito, ac si diceret, planetæ sunt stellæ nō scintillantes, vt patet ex dictis c. 2. huius tract. de infinitatione, verbi. Ad 2. cum summulistæ dicūt conclusionem sequi debiliorem partem, loquuntur quoad attributa propositionis ad puram formam syllogismi attinētia, qualia sunt affirmatio, & negatio, particularitas, & vniuersalitas, non autē curāt de attributis sequentibus materiam, qualia sunt veritas, & falsitas contingentia, & necessitas, nam forma bonæ consequentiæ optimè saluatur etiam in materia falsa; quid autem dicendum sit etiam de attributis se tenentibus ex parte materiæ, disputant Theologi in prologo de sacra doctrina, & in materia de fide: vide Casil cit. fusè de hac re differentem, & Amic. tract. 23. disp. 4. q. 11. Ad 3. negatur assumptum, potiùs enim res è contra se habet, quod cum duæ causæ subordinatæ ad eundem concurrunt effectum, effectus formaliter magis assimilatur inferiori, quā superiori, vt apud omnes est inconfesso, & notat Scot. p. d. 3 q. 7. sub A. 2. & patet de sole cum causis inferioribus cōcurrente; paritas de duobus pondus trahentibus assumpta nō valet, quia illæ sūt causæ per accidens subordinatæ, nam quilibet illorum pōt aliquid illius ponderis trahere, at præmissæ sunt causæ per se subordinatæ, quarum vna neque sine altera etiam minimam conclusionis particulam causare.

Quarta Regula est, quod medium nunquam conclusionem ingreditur. Ratio est manifesta, tū quia quilibet terminus bis tantum ponitur in syllogismo, ergo cum medium est bis positum in præmissis, iterum in conclusione poni non valebit; tum quia si in ea poneretur, non differret conclusio à præmissis, contra finem syllogismi, qui est, vt ex coniunctione, quam habent duo extrema cum medio in præmissis, inferatur connexio eorundem excluso medio.

Sed obijcies hi syllogismi tenent, cum tamen medium etiam in conclusione habeant; omnis homo est animal, sed homo est homo, ergo homo est animal. Itē omnis angelus est spiritus, Michael est Angelus, ergo aliquis spiritus est Angelus. ℞ in primo syllogismo medium ingredi conclusionem sub ratione extremitatis, non sub ratione medij; in secundo consequentia tenet ex regulis conuersionis per accidens, nam conclusio particularis est propositio conuertens maioris, quæ est vniuersalis affirmatiua, non autem tenet ex vi formæ syllogisticæ.

Quinta tandē est, quod tam in medio, quā in extremitatibus nō varientur proprietates terminorum excepta supposi-

tione,

tione, quæ prouenit à signis, vndè tàm medium, quam extremitates non debent esse termini æquiuoci, nec in vna propositione ampliari, & in alia restringi, quia tunc argueretur à termino magis amplo ad eund m minus amplum, aut è contra: nec in conclusione distribui debet aliquis terminus, qui non fuerit in præmissis distributus, quia tunc argueretur a nõ distributo ad distribu um: vt v. g. si diceremus, omnis homo est animal, nullus leo est homo, ergo nullus leo est animal, nam animal in maiori non est distributũ, .i. vniuersaliter sumptũ, sed accipitur solũ pro eo, quod est in homine, nã signum vniuersale affirmatiuum non habet vim distribuendi terminos remotos, sed tãtũ proximos, .i. subiectum, non prædicatũ, in conclusione verò distribuitur, & accipitur etiam pro eo, qd. est in leone, nam signum vniuersale negatiuum vim habet distribuendi terminos proximos, & remotos. Et ratio vniuersalis huius regulæ est, quia si oppositum illius, quod in hac regula præcipitur, fieret, tunc essent in syllogismo quatuor termini, & dari posset antecedens verum, & consequens falsum, quod est formalissimum indicium malæ consequentiæ.

Traduntur regulæ speciales cuiuscunque figuræ cum modis earum.

Cap. VIII.

EX regulis generalibus e præced. declaratis desumitur pro vnaquaq; figura specialis quædam regula. Peculiaris itaque regula pro prima figura est, quod in quocunq; syllogismo eius directè concludente, vt consequentia sit bona, nec maior debet esse particularis, nec minor negatiua. Ratio est, quia si maior esset particularis, medium in nulla præmissarum distribueretur contra præceptũ datum in secunda regula generali, nõ esset distributum in maiori, quia esset particularis, neque in minori, cum .n. in ea medium prædicetur, & sit vniuersalis affirmatiua (alioquin foret ex puris particularibus) consequenter neque in ea distribuitur, quia vniuersalis affirmatiua non distribuit, nisi subiectũ; & ideò hæc consequentia non tenet in prima figura, aliqua substantia est angelus, omnis homo est substantia, ergo aliquis homo est angelus. Item minor negatiua esse non debet, quia tunc in conclusione distribueretur aliquis terminus, qui non esset distributus in præmissis, & argueretur à nõ distributo ad distributum contra quintã regulam generalem; nam maius extremum non distribueretur in maiori, quia esset vniuersalis affirmatiua, in qua prædicatum non distribuitur, in conclusione autem distribueretur, quia esset vniuersalis negatiua, in qua per signum negatiuum distribuitur tam subiectum, quã prædicatum, quia negatio, vt aiunt, est malignãtis naturæ, & negat de subiecto, quæcunque inuenit post se; vt nullus homo est lignum, aut quidam homo non est lignum, .i. neque hoc lignum, neque illud lignum, neque istud, & propterea vniuersalis negatiua cõuertitur simpliciter, non autem vniuersalis affirmatiua: hac igitur de causa hæc consequentia non tenet in prima figura, omnis angelus est substantia, nullus homo est angelus, ergo nullus homo est substantia. Aduertẽdum tñ, quod si cõclusio esset indirecta, põt interdum maior esse particularis, & minor negatiua, quia tunc cessant defectus assignati, vt infra constabit de quibusdam modis primæ figuræ indirectè concludentibus.

Sed obijcies hunc syllogismum esse bonum, & directè concludere in prima figura maiori existente particulari, v. g. aliquod rationale discurrit, omnis homo est rationalis, ergo aliquis homo discurrit. R. concludere tantum ratione materiæ, nam si concluderet ratione formæ, hoc etiam aliud argumentum valeret sub eadem forma, aliquod animal est irrationale, omnis homo est animal, ergo aliquis homo est irrationalis.

Regula pro secũda figura est, quod e puris affirmatiuis nihil sequitur, vt patet in hoc syllogismo, omnis homo est animal, omnis equus est animal, ergo omnis

 homo

homo est equus; Neque ex maiori particulari, vt patet in hoc alio, aliquod viuens est animal, nullus angelus est animal, ergo nullus angelus est viuens. Ratio est, quia si ambæ præmissæ essent affirmatiuæ, cum in hac figura medium sit prædicatum, in neutra distribueretur contra preceptum datum, quia in propositione vniuersali affirmatiua, quales sunt illæ, prædicatum nunquam distribuitur, quia cum dicitur, omnis homo est animal, nõ est sensus, quod sit omne animal, sed tantum illud animal, quod est ad humanam speciem contractum, vel aliquod animal confusè. Si verò maior est particularis, tunc in conclusione distribueretur aliquis terminus, qui non est distributus in præmissis, nam vt patet in allato exemplo, maius extremum non distribuitur in maiori, & distribuitur in conclusione, & sic daretur antecedens verum, & consequens falsum.

Regula tandem pro tertia figura est, quod conclusio particularis esse debet, & minor affirmatiua; Nam si conclusio non esset particularis, iam aliquis terminus distribueretur in conclusione, qui in præmissis distributus non esset, vt patet in hoc syllogismo, omnis homo est risibilis, omnis homo est animal, ergo omne animal est risibile, vbi animal distribuitur in conclusione, & non in præmissis. Sic etiam idem sequitur inconueniens, si minor sit negatiua; vt patet hoc alio syllogismo, omnis homo est animal, nullus homo est equus, ergo aliquis equus non est animal, vbi animal distribuitur in cõclusione virtute negationis ante copulã positæ, cum tamen in maiori distributum non sit, quia est vniuersalis affirmatiua, in qua prædicatum nũquam distribuitur; & hæ regulæ sunt valdè notandæ, quia iuuant ad cognoscenda vitia syllogismorum inutilium, in quibus semper inuenitur aliquis defectus distributionis.

Quoad alteram quæsiti partẽ, sexdecim modis possunt in qualibet figura propositiones secundum quantitatem, & qualitatem variari, nam secundum quantitatem quatuor sunt combinationes, possunt .n. esse ambæ præmissæ vniuersales, vel ambæ particulares, vel maior vniuersalis, & minor particularis, vel maior particularis, & minor vniuersalis, & vnaquæque harum singulæ possunt secundum qualitatem quadrupliciter disponi in singulis figuris, aut .n. sunt ambæ præmissæ affirmatiuæ, aut ambæ negatiuæ, aut maior affirmatiua, & minor negatiua, aut demum maior negatiua, & minor affirmatiua. Cæterum ex hac tota multitudine solum novemdecim modi vtiles sunt ad rectè inferendum, sex ad 3. figuram spectantes, quatuor ad 2. & nouem ad 1. quorum primi quatuor directè cõcludunt, alij quinq; indirectè, ille autem modus dicitur directè concludere, in cuius conclusione maior extremitas de minori prædicatur, & è contra ille concludit indirectè, in cuius cõclusione minor extremitas prædicatur de maiori: porrò omnes, & singuli modi vtiles cuiuscunque figuræ his versibus cõprehẽduntur.

Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baralipton.
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum.
Cesare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti.
Felapton, Disamis, Datisi, Brocardo, Ferison.

Quorum sensus difficilis non erit si recolantur, quæ supra diximus tract. præced. c. 3. vocalem .s. A vniuersalem affirmatiuam denotare, E vniuersalem negatiuam, I particularem affirmatiuam, O particularem negatiuam, illæ igitur dictiones singulos indicant modos syllogismorum cuiuscunque figuræ, & vocales contentæ in tribus primis syllabis denotant tres propositiones syllogismi, quales, & quantæ esse debeant, si quæ verò aliæ vocales supersunt in quibusdam dictionibus ponuntur metri gratia. Primi duo versus explicant nouem modos vtiles primæ figuræ, quatuor primi sunt directi, quinque alij indirecti, quatuor primæ dictiones tertij versus indicant quatuor modos secundæ figuræ; denique à *Darapti* ad finem vsque denotantur sex modi.

Modi tertiæ figuræ. Erit igitur syllogismus in *Barbara*, si medium in maiori subijciatur, & in minori prædicetur, sintque tum præmissæ, tùm cóclusio vniuersales affirmatiuę, vt omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia. Erit syllogismus in *Cesare*, ac in secunda figura, si in vtraq; præmissa medium prædicetur, & maior sit vniuersalis negatiua, minor vniuersalis affirmatiua, & conclusio vniuersalis negatiua, vt nullum vitiũ est amandum, omnis virtus est amãda, ergo nulla virtus est vitium; Erit denique syllogismus in *Darapti*, ac in tertia figura, si medium in vtraq; præmissa subijciatur, & præmissæ ambæ sint vniuersales affirmatiuæ, conclusio vero particularis affirmatiua, vt omne animal est viuens, omne animal est substantia, ergo aliqua substantia est viuens; & in tribus figuris tria protulisse exempla in primis cuiusque modis sufficiat, Consulite Tatar. & alios, qui aliorum modorum exempla vbere suppeditabunt.

Sufficientia verò horum modorum in quacumque figura facilè deducitur ex regulis earum assignatis tùm generalibus, tùm specialibus, nam in prima figura ex sexdecim cõbinationibus reijci debent omnes quatuor puræ negatiuæ, & omnes quatuor puræ particulares ex duabus primis regulis generalibus, & ex peculiari regula primæ figuræ reijci debent omnes modi, qui habent maiorem particularem, & qui habent minorem negatiuã, vndè quatuor modi dũtaxat remanent legitimi in prima figura directè cõcludentes; quia vero diximus regulã specialem primę figuræ solũ requiri ad cõcludendum directè, idcirco adhuc in ea possunt admitti alij modi indirectè concludentes, in quibus etiã interdũ possit maior esse particularis, aut minor negatiua, vt patet in *Fapesmo*, & *Frisesomorũ*. Sic etiã in secunda figura ex duabus primis regulis generalibus excluduntur octo cõbinationes, sex puris negatiuis, & puris particularibus; & ex peculiari eiusdem regula excluditur cõbinatio ex vtraque prę missa affirmatiuã, vel ex maiore particulari, & vtraq; ista cõbinatio potest bis fieri, s. vtraque affirmatiua cũ maiore particulari, & minore vniuersali, vel è contra, & vtraq; maior particularis existente prima prę missa affirmatiua, & secunda negatiua, vel è contra: vndè remanent tantum quatuor modi vtiles secũdę figurę. Sic deniq; ĩ tertia figura ex duabus allatis regulis generalibus octo excluduntur cõbinationes ẽt ab alijs figuris exclusę, & ex speciali regula eiusdem, quod minori existente negatiua nihil concluditur siuè maior sit particularis, & minor vniuersalis, siuè è contra & sic excluduntur alię duę combinationes, vndè sex tantũ remanent modi in tertia figura, ex quo tãdem sequitur modos vtiles syllogizãdi esse nouemdecim, cęteros verò inutiles, & vitiosos, eo quia semper inueniatur in eis aliquis defectus distributionis; de hac sufficientia vide Scot. 1. Priorum q. 22. 23. & 24.

Contra sufficientiã modorum primę figuræ obijcies. Primò quod sint plures assignatis, tũ quia possunt in ea dari alij modi directè concludentes, v.g Barbari & Celabo, quorum primus ex prę missis vniuersalibus affirmatiuis cõcludit particularem affirmatiuam, alter verò ex maiori vniuersali negatiua, & minori, vniuersali affirmatiua, concludit particularem negatiuam: Tum quia cum quarta figura ex dictis non sit distincta a prima eius modi, qui sunt Bamana, Camene, Dimari, Fimeto, ad ipsam pertinebunt, cum benè concludant. Deinde vrgebis ex alia parte, quod sint pauciores, quia Arist. 1. Priorum c. 5. solum duos modos indirectos enumerat in prima figura, nempè Fapesmo, & Frisesom.

℞. ad primam duas illas combinationes contineri in Barbara, & Celarent, quia sub vniuersali particularis continetur: hinc notat Sot. lib. 5. c. 4. lec. vn. not. 3. nec Arist. nec Petr. Hisp. horum meminisse modorum, quia Arist. ait, quod omnis syllogismus, qui potest inferre cõclusionem vniuersalem, potest etiam inferre particularem per subalternationẽ

Mius ad illam; Accedit, quod monet Scot. 1. Priorum q. 22. diuersitatem modorum attendendam esse penes præmissas, non autem penes conclusionem, vt patet ex multitudine combinationum allata. Modi autem pro quarta figura inuenti non differunt à modis primæ, nisi ex sola transpositione præmissarum merè accidentali, quarè sicut talis transpositio non diuersificat essentialiter quartam figurã à prima ex dictis c. 5. ità neq; in eadem figura variabit essentialiter modos. Ad aliud pro altera parte Tatar. 1. Priorum q. de modis p. fig art. 1. §. *primò sciendum*, quem sequuntur Conimb. ibi c. 7. q 2. art. 1. inquit Arist. enumerasse tãtum modos, qui distinguuntur à directè concludentibus non solum in conclusione, sed etiam ex parte præmissarum, quales sunt tantum illi duo; alios tres non enumerat, quia non multum differunt à perfectis, cũ illis sint similes in præmissis

Deindè contra sufficientiam modorũ secundæ, & tertiæ figuræ obijcies, quod in ipsis possint assignari modi indirectè concludentes nõ minus, quã in prima, ergo sunt multò plures enumeratis, probatur assumptum, tum quia nedum Scotus cit & cæteri communiter ità docent, sed ẽt est expressa Arist. doctrina 1. *Priorum* c. 8. ibi.n loquens de duobus modis primæ figuræ indirectè concludentibus Fapesmo, & Frisesom, subiungit, fieri posse cõsimiliter & in alijs figuris, hoc est posse pariter in illis indirectè cõcludi, vt ibi Auerroes exponit; tum quia ipsa experientia vrget, vt Doctor ostendit loc. cit. nam in Cesare, & Camestres in secũda figura, Darapti, D. samis, & Datisi in tertia cum eadem dispositione, & ordine præmissarum potest conuerti conclusio, & à conuersa ad conuertentem est bona cõsequentia, in tali autem casu minus extremũ prædicatur de maiori, quod est concludere indirectè; Cæteri etiam modi earundem figurarum, .s. Festino, & Barocco in secunda, Felapton, Brocardo, Ferison in tertia possunt indirectè cõcludere per transpositionem præmissarũ; transpositis.n. præmissis cõclusio, quæ prius erat directa, fit indirecta, ergo &c.

Respondent aliqui, quibus consentire videntur Fonsec. lib. 6. Inst. cap. 13. & Conimb. 1. Priorum c. 7. q. 3. negando assumptum, quia tunc indirectè concluditur, cum prædicatur minus extremum de maiori, sed id incõtingere nequit in secũda, & tertia figura, in his .n. figuris designari nequit maius, & minus extremum ex cõiunctione cum medio in præmissis, sed tãtum in conclusione ex coniunctione ipsorum adinuicẽ, quia in illis vtrũq; subijcitur in secunda figura, vtrumq; prædicatur in tertia, illud ergo erit maius extremum in his figuris, quod in conclusione prædicatur, & minus, quod in eadem subijcitur, quarè implicabit in adiecto dicere, posse in his figuris minus extremum prædicari, & maius subijci. Confirmant id ex Arist. qui 1. Priorum c 6. hoc pacto videtur in his figuris maius, & minus extremum designasse, dum ait maius extremum in secũda figura esse, quod est magis propinquum medio, minus, qd est magis remotum, & è contra in tertia figura inquit c. 7. maius extremum esse, quod lõgius distat à medio, minus, quod est medio propinquius. Confirmant tandem, quia in secunda, & tertia figura nõ habemus dictiones indicãtes modos indirectos præter directos, sicut in prima, signum euidens non dari in eis modos indirectè concludentes, sicut in illa.

Oppositum tamen verius est, vt ostendit ratio allata in argumento; & fundamentum eorum falsum est, maius .n. & minus extremum generatim loquẽdo designantur in præmissis ex coniunctione cum medio, non in conclusione ex coniunctione eorum inter se, vndè illud dicitur maius extremum, quod digniorẽ obtinet locum in præmissis, .s. in maiori cum medio, & minus extremum, quod obtinet minus dignum. .s. in minori, ità docuimus ex communi superius c. 5. ergo etiã in secunda, & tertia figura distinctio maioris, & minoris extremi sumenda est ex ordine præmissarum, non verò ex subiectione, & prædicatione ipsorum in conclusione; Neq; oppositum docuit Arist.

cit. nam longè diuersus est sensus verborum eius ab eo, quem Aduersarij prætendunt, vt ibi exponit Suessan. com. 43. ab Auersa relatus q. 25. sect. 8. & textus, vt sonat, ità obscurus est, vt non magis pro eis quā pro nobis adduci queat. Nō fuit autem necesse distinctas dictiones assignare indicantes modos indirectos secūdæ, & tertiæ figuræ, vt factum est in prima, quia vt notat Auersa cit. longè maiorem habent differentiam modi indirecti primæ figuræ à directis, quam in cæteris; rationem assignat Scot. cit. quia si concludatur indirectè per conuersionem conclusionis, vt fit in Cesare, & camestres secundæ figuræ, Darapti, Disamis, & Datisi tertiæ, sufficiunt ijdē modi, nā si in secunda figura sic concludamus indirectè, Nullus lapis est animal, omnis homo est animal, ergo nullus lapis est homo, adhuc iste syllogismus est in Cesare, sic etiam si in tertia figura sic concludamus indirectè, omne animal est viuēs, omne animal est substātia, ergo aliquod viuens est substantia, adhuc iste syllogismus est in Darapti: & ratio est, quia vt docet Arist. 1. Priorum de syllogism potestatibus, sicut syllogismus inferens cōclusionem vniuersalem, potest etiam inferre particularem ex vi consequentiæ subalternationis, ità qui infert vnā conclusionem, inferre poterit suam conuertentem ex vi consequentiæ cōuersionis, quarè si Cesare infert directè illam vniuersalem negatiuā, poterit indirectè inferre suam conuertentem, & si Darapti infert directè illam particularem affirmatiuam, poterit etiam indirectè inferre suam conuertētem ex legibus conuersionis simplicis. Si vero concludatur indirectè per transpositionem præmissarū, vt in cæteris modis secūdæ, & tertiæ figuræ, adhuc modus indirectus non erit essentialiter diuersus à directo, quia ordo præmissarum nō sufficit distinguere modos syllogismorum; Itaq; ad argumentū principale concedendum est assumptum, neganda sequela ob rationem modo allatam.

De Reductione modorum imperfectorum ad perfectos. Cap. IX.

ARist. 1. Priorum c. 1. in fine distinguit penes formam duo syllogismorum genera, perfectos, .s. & imperfectos, illos appellat perfectos, qui nullo indigent, vt eorum vis, ac necessitas in concludendo appareat, & huius generis sunt tantū quatuor modi primæ figuræ, in quibus euidentissima est vis conclusionis; imperfectos è contra vocat eos, qui indigent aliqua probatione, vt eorum necessitas concludendi euidenter appareat, & huius generis sunt tam reliqui modi primæ figuræ indirectè concludentes, quam cæteri aliarum figurarum, esto directè concludant, nam eorum necessitas concludendi non est ità euidens, quin indigeat aliqua probatione; Ex quo patet, syllogismum imperfectum hic nō accipi eo modo, quo dicere solemus Enthymema esse syllogismum imperfectum, quia nimirum ei deest pars intrinseca, & essentialis ad syllogismum necessaria, nam in hoc sensu syllogismi cuiuscunque figuræ sunt perfecti, igitur in præsenti syllogismus imperfectus pro eo sumitur, cui aliquid euidentiæ deest, vt iudicetur euidenter concludere, hæc autem est imperfectio quædam accidentalis dumtaxat, ità notat Tatar. lib. 1. Priorū q p. §. *Quarto sciendum* in fine. Soli autem quatuor modi primæ figuræ dicuntur perfecti, & euidenter concludunt, vt ait Tatar. cit. §. *dubitatur secundo*, quia soli ipsi regulantur immediatè per principiū *dici de omni, & dici de nullo*, quatenus in eis fit euidenter applicatio eorum, quæ dicuntur, vel negātur vniuersaliter, ad ea, quæ sub ipsis vniuersalibus continentur, nam in eis perfectè distribuitur medium in maiori, in qua stat vniuersaliter ex parte subiecti, & cum postea in minori prædicetur, hoc ipso euidenter ostenditur illud, de quo prædicatur, cōtineri sub eius vniuersalitate, & consequenter conuenire illi id, quod de tali medio vniuersaliter posito prædicabatur in maiori, vel ne-

gabatur, quod est immediatè regulari per *dici de omni, & dici de nullo*; alij verò modi dicuntur imperfecti, & minus euidenter concludentes, quia nō immediatè regulantur per hoc principiū, nec in eis fit euidenter applicatio superioris ad ea, quæ sub ipso continentur, sed regulantur mediatè, & ideò reducūtur ad illos modos perfectos, & per eos probātur; vndè vt monet idem Tat. aliquem modū reduci ad alium non est de vno facere alium, sed est consequentiā, vel euidentiam vnius ostendere per cōsequentiam, vel euidentiam alterius.

Duobus autem modis imperfecti syllogismi ad perfectos reduci possunt, primò ostensiuè, secundò ad impossibile, prima reductio dicitur ostensiua, quia per eā euidenter ostendimus, & quasi digito demonstramus syllogismū aliquem regulari per dici de oi, & dici de nullo; altera dicitur ad impossibile, quia per eā deducimus negātem consequentiā syllogismi ad metā cōcedendi aliquod impossibile, & vterq; modus reducendi breuiter declaratur: reductio ostensiua fit per conuersionem alicuius propositionis, & interdum cùm interuētu etiam transpositionis præmissarum, vt. s. maior mutetur in minorem, vel è contra, quia hæc reductio eò collimat, vt ostendat clariori modo posse disponi præmissas, vt sic euidentius ibi innotescat regulatio per dici de omni, & de nullo.

Vt autem facilius, & sine errore possit talis reductio exerceri, notandæ sunt literæ initiales singulorū modorum, reducuntur. n. ostensiuè illi syllogismi ad modum primæ figuræ, qui ab eadem litera incipiunt, vt Baraliptō ad Barbara Cesare ad Celarent, Darapti ad Darij, Festino ad Ferio, & sic de alijs; aduertendæ sunt insuper quatuor aliæ consonantes, quæ in medio, vel fine nominis singulorum modorū imperfectorū reperiuntur, vt S. P. M. C. nā litera S. significat popositionem indicatā per vocalē sibi immediatè præcedentē cōuertendā esse simpliciter, P per accidens, M designat conuersionē non sufficere, sed præmissas trāsponi debere faciendo de maiore minorem, & è contra. C demum significat modos illos in quibus reperitur, nō posse reduci ostēsiuè, sed per impossibile tantum; & tales sunt Baroco, & Brocardo, id autem totum his duobus versibus exprimitur.

S vult simpliciter verti, P verò per acci.

M vult transponi, C per impossibile duci.

Quod adhuc vlterius exemplis declaratur, Cesare qui est primus modus imperfectus secundæ figuræ reducitur ad Celarent, vt indicat litera initialis C, cōuertendo simpliciter propositionem indicatā per E, quæ immediatè præcedit S, nimirū maiorem vniuersalem negatiuā, vt v. g. hic syllogismus factus in Cesare, nullum lignum est animal, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lignum, reducitur ad Celarent, si dicamus in maiori propositione, nullum animal est lignum. Darapti, qui est primus modus imperfectus tertiæ figuræ, reducitur ad Darij, vt indicat litera initialis D, facta conuersione minoris per accidens, vt denotat litera P, quæ immediatè sequitur minorem vniuersalem affirmatiuam, vt denotat litera A, vt v g. hic syllogismus factus in Darapti omne animal est substantia, omne animal est viuens ergo aliquod viuens est substantia, reducitur ad Darij; si in minori dicamus, aliquod viuens est animal. Baralipton, qui est modus indirectus primæ figuræ, reducitur ad Barbara, vt petit litera prima cōuertendo conclusionem per accidens, vt postulat litera P, quæ reperitur post vocalem I. positam in tertia syllaba, cui respondet conclusio, & ita hic syllogismus factus in Baralipton, omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo aliqua substantia est homo, reducitur ad Barbara, si in conclusione dicamus, omnis homo est substantia; vbi tamen notandum est cum Tatar. tract. 3. conclusionem de Baralipton non posse in hac reductione dici propriè conuersam per accidens, quia particularis affirma..s ex regulis conuersionis supra traditis non

con-

conuertitur in vniuersam affirmantem, sed in particularem, sed potius reductã ad suum statum naturalem, quem seruat conclusio de Barbara, quæ cum sit vniuersalis affirmatiua, optimè conuertitur per accidens in particularem affirmantem, conuertitur ergo vel potius reducitur conclusio de Baralipton in vniuersalem affirmantem ex vi præmissarum, nam cum sint eędem in Barbara, & Baralipton, & ad conclusionem de Barbara sequatur per conuersionem per accidẽs particularis affirmatiua, ergo ad præmissas de Baralipton sequitur particularis affirmatiua, quia quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ, sequitur etiã ad eius antecedens, ex his exẽplis facile est addiscere reductionem aliorũ modorũ nã Dabitis efficitur in Darij conuersa simpliciter conclusione, vt petit litera S, Fapesmo manet in Ferio maiori conuersa per accidens, vt petit P, & minori simpliciter, vt petit S, & facta præmissarum transpositione, vt petit M, & sic de singulis.

Bonitas verò reductionis ostensiuæ per cõuersionem propositionũ, vt notat idem Tat fundatur in illa regula generali superius tradita, quicquid sequitur ex cõsequenti bonæ cõsequentiæ, sequitur etiã ex antecedente, cũ ergo sit bona consequentia à conuersa ad conuertentem, quicquid sequitur ex cõuertente sequitur ex conuersa, talis autem cõclusio sequitur ex conuertente, vt patet in syllogismo perfecto, ergo eadem conclusio be nè inferebatur, ex cõuersa, quæ erat præmissa syllogismi imperfecti, & ob candem rationem in syllogismo perfecto non semper infertur eadem omninò conclusio, quæ fuerat in imperfecto, sed cõuersa illius, vt in Camestres, nã cũ cõuersa possit inferre cõuertentem, sufficiẽter hoc modo probatur cõclusio imperfecti syllogismi; Diximus autem omnes modos imperfectos posse reduci ostensiuè ad perfectos exceptis Baroco, & Brocardo, quia cum altera pręmissarum in eis sit particularis negatiua, quæ conuerti non potest, nisi in seipsam per contrapositionem, & altera vniuersalis affirmatiua, quæ tantum conuertitur per accidens planè si reduceretur ostensiuè, fieret syllogismus ex puris particularibus.

Reductio per impossibile fit cum negata consequentia, seu conclusione syllogismi ab Aduersario (sub prætextu, qd non sit in forma) fit propositio cõtradictoria conclusioni negatæ, ex qua cum altera ex propositionibus concessis fiunt tales præmissæ, ex quibus inferatur conclusio cõtradictoria alicui ex præmissis iam concessis, vndè cogitur Aduersarius vel negare, qd. iam concesserat, vel concedere duo contradictoria simul esse vera; & fundatur hic reducendi modus in illo principio, *In bona consequentia ex contradictorio consequentis sequitur contradictorium antecedentis*: & hoc genere reductionis possunt reduci omnes modi imperfecti cuiuscumque fuerint figuræ ad perfectos, vt docet Tat. tract. 4. in explicatione secundæ figuræ, & 1. Priorum q. de figuris, §. *Quartò sciendum* & ratio est; quia in omni modo vtili, in quo negatur consequentia; debet concedi contradictorium eius, quod negatur ex qua contradictoria concessa, & altera præmissa concessa sequitur contradictorium alterius: specialiter tamen Baroco, & Brocardo dicuntur per impossibile redu ci, quia alio modo reducibiles non sunt: Vt autem ritè talis reductio fiat, hoc datur generale præceptum, vt semper attendatur ad conclusionem illatam, & sumatur contradictorium eius, deindè ponatur illa pro vna ex præmissis cum altera, & inferatur contradictorium, vel contrarium alterius præmissæ concessæ, sic. n. deducetur aduersarius ad impossibile, quod est duas contradictorias, vel contrarias concedere.

Sed vltra hoc generale præceptũ tradit Tat. cit. etiã speciales regulas pro singulis figuris, vndè ait, qd modi secũdę figuræ reducuntur per impossibile sumendo contradictorium conclusionis pro minori, & retenta eadem maiori infertur contraria, vel contradictoria minoris cõcessæ, modi tertiæ figuræ reducuntur per impos-

Denique Arist. 1. Priorum c. 6. docet alium modum probandi syllogismos imperfectos .s. per expositionē, seù per reductionem ad syllogismum expositorium, qui solum inseruit pro modis tertiæ figuræ, & practicatur sic, vt docet Tatar. cit. sub medio communi sumitur terminus singularis (qui est medium in expositorio, vt postea dicemus) cui vtrumque extremum tribuitur, indeque elicitur eadē conclusio, quæ erat in syllogismo ex medio communi, vt v.g. sit talis syllogismus in Darapti, omnis homo est animal omnis homo est rationalis, ergo aliquod rationale est animal; si quis hanc consequentiam neget, probari potest sumendo aliquod singulare sub homine hoc modo, si omnis homo est animal, Petrus est animal, si omnis homo est rationalis, Petrus est rationalis, tunc sic arguitur Petrus est animal, Petrus est rationalis, ergo aliquod rationale est animal; & quia quicquid sequitur ex consequente, etiam sequitur ex antecedente, cum conclusio benè sequatur ex præmissis singularibus, quę inferebantur ex vniuersalibus, sequitur eandem conclusionem benè fuisse illatam ex præmissis vniuersalibus, & hac de causa hic modus probādi syllogismos vocatur per expositionem, quia ostenditur valere consequentia quodāmodo ad sensum, quia sub medio communi sumitur singulare sensibile; deseruit autē hic modus determinatè pro tertia figura, quia cum hæc habeat omnes conclusiones particulares, & propositio particularis benè inferatur à singulari, v.g. Petrus currit, ergo aliquis homo currit, satis congruenter per syllogismum expositorium probatur.

De varijs speciebus syllogismi cathegorici. Cap. X.

VAriæ solent enumerari species cathegorici syllogismi.

Prima species est eorum, qui constant ex medio, alijsque terminis communibus, de qua hucusque egimus, & superiores regulæ sūt traditæ, & ideò vnusquisque istorū dicitur syllogismus communis.

Secunda species est eorum, qui constant ex medio singulari, & alijs terminis siuè singularibus, siuè communibus, & dicuntur expositorij, est autem syllogismus expositorius, vt notat Tat. tract. 4. assignando modos tertiæ figuræ, & 1. Priorum q. 1. § *Dubitatur tertio* ex Doctore 1. d. 2. q. 7. l i. in sol. ad 1. prin. pro 4. q. *cuius medium est terminus singularis singulariter, & vniuoce tentus*, & ideò distribui nequit, nec vniuersalizari, sed potius perfectè debet singularizari; nam si perfectè, & completè non sit singularizatus, vitiosus erit syllogismus, qd. maximè obseruandum est, ne decipiamur syllogizando in terminis diuinis ad absoluta pertinētibus, vt v.g. sunt *Deus, & essentia diuina*, quia .n. non sunt completè singulares, sed æquiualent communibus, eo quod reipsa pluribus personis communicantur, ideò non sunt apti ad syllogismum expositorium, vt suprà c. 6. docuimus cum Doct. cit. & tenet Anersa tract. 4. cap. 15. & ideo non valet, hic Deus est Pater, hic Deus est filius, ergo filius est Pater, quia medium non perfectè singularizatur, vndè vtēdum est illo tanquam termino communi, & perfectè distribui, vt consequentia teneat, hoc modo, omne, quod est Deus, seù quicquid est hic Deus, est Pater, quicquid est hic Deus, est filius, ergo &c. sic .n. consequētia tenet, sed præmissæ sunt falsæ; quæ etiam est communis doctrina Thomistarum Sot. lib. 5. 3. p. c. 1. Bannes lib. 5 c. 9. Complut. sūm. li. 3. Ioan de S. Tho. lib. 3. cap. 8. & aliorum p. p. q. 24. art. 3. quare hæc erit regula, quod sicut in syllogismo communi, vt rectè concludat, debet medium perfectè distribui ex supradictis, ità ad bonitatem consequentię in syllogismo expositorio è contra requiritur mediū esse perfectè singulare, & incommunicabile, Dicitur autem hic syllogismus expositorius (vt etiam quid nominis explicemus) eo quod sit adeò perspicuus, ac euidens, quia est de singularibus nobis notis, vt rem veluti antè oculos exponere videatur,

Duplex

Duplex verò est expositorius syllogismus, affirmatiuus, cuius .s. ambæ præmissæ sunt affirmatiuæ, & negatiuus, cuius.s. altera præmissarum negatiua est, & consequenter conclusio; principium regulatiuum pro affirmatiuis, vt notat Tat. cit. est illud, *Quæcunque vni, & eidē sunt eadem, ipsa inter se sunt eadem*, pro negatiuis est aliud, *Quæcunque negantur de eodem tertio, illa negantur de se inuicem*, & id immeritò negant Commb. 1. Priorū c.6.q.vn.art.1. quos sequitur Casil. lib. 3. tract. 3.c.1. tū quia hæc est doctrina veterum Summulist. communissima, tum quia c.6. ostendimus vim illius geminati principij magis apparere in syllogismo expositorio, quàm in alijs, vbi etiam solutæ sunt difficultates in oppositū; Quãuis autem possit hic syllogismus fieri in quacunque figura seruata semper affirmatione, vel negatione, quam designant modi, nam in prima potest sic syllogizari, hic homo est Rex, Petrus est hic homo, ergo Petrus est Rex; in secunda sic, Petrus est hic homo, Paulus non est hic homo, ergo Paulus non est Petrus, frequentiùs tamē, & congruentiùs fit in tertia, in qua medium subijcitur, quia maximè conuenit terminis singularibus subijci in propositione, vt Petrus est albus, Petrus est homo, ergo hō est albus, ac ideò Aristo. de his in hac sola figura meminit 1. priorum c.7. Cauendum tamen est, cum fiunt in tertia, ne minor sit negatiua iuxta regulam tertiæ figuræ, vndè non valet, Petrus est homo, Petrus non est Paulus, ergo Paulus non est homo, varios autem modos construēdi hunc syllogismum in quacunque figura recenset Auersa tract. 4. inst. c.14. apud quem videri possunt.

Tertia species est eorum, qui constant medio termino communi, & extremis singularibus, & est quædam species diuersa à duobus allatis, quia talis syllogis. mus ex parte medij differt ab expositorio, & ex parte extremorum differt a syllogismo cōmuni, & pōt fieri, vt vel vtrūque extremum sit singulare, vel vnum sit commune, & aliud singulare, & quidem in omnibus figuris, ac iuxta diuersos earū modos possunt tales syllogismi efformari, in prima figura v. g. omnis homo est animal, Petrus est homo, ergo Petrus est animal, vel negatiuè nullus homo est lapis, Petrus est homo, ergo Petrus non est lapis; in secunda figura, Petrus est iustus, hic homo non est iustus ergo hic homo non est Petrus; in tertia figura omnis homo est animal, quidam homo est Petrus, ergo Petrus est animal: videatur Auersa cit. vbi c.16. etiam varios modos assignat conficiendi hunc syllogismum in singulis figuris.

Quarta species est eorum, quorum aliqua præmissa, vel ambæ constant ex termino, vel terminis obliquis, vt omnis potestas est à Deo, regnum est potestas, ergo regnum est à Deo: de hoc syllogismo ex obliquis plures solent assignari regulæ, sed breuiter dicendum est, quod cum in nulla propositione terminus sincathegorematicus, vt sunt obliqui, per se sumptus, possit subijci, vel prædicari, omnis propositio ex obliquis constans ad ipsãmet ex rectis constantem reduci debet, & tunc clarè patebit, an rectè syllogismus ex talibus propositionibus cōflatus concludat; id, quod Arist docuit 2. priorum c.37. v. g. hæc propositio, hic liber est Francisci ad hanc reducitur, hic liber est aliquid possessum à Francisco, & hic syllogismus, omni calori contrarium est frigus quædam qualitas est calor, ergo cuidam qualitati contrarium est frigus, ad hūc reducitur, Omnis calor habet cō. trarium frigus, quædam qualitas est calor, ergo quædam qualitas habet contrariū frigus, vel potius, calor, & frigus sunt contraria, quædam qualitas est calor, ergo quædam qualitas, & frigus sunt contraria; itaque huiusmodi syllogismi ex obliquis reducuntur ad rectos, & intantum benè concludunt, inquantum confici possunt in terminis rectis; aduerte tamen in his, & similibus syllogismus obliquis seruari debere regulas iam traditas, & formari posse in qualibet figura.

Quinta species dicitur syllogismus modalis, & est ille, qui constat vtraque præmissa modali, vel altera tantum, siuè sit mo-

modalis diuisa, siue composita, & confici potest secundum omnes quatuor modos, nempe de possibili, contingenti, impossibili, ac necesse, & in quacunque figura, vt v. g. in prima, necesse est omnem hominem esse animal, necesse est omne rationale esse hominem, vel omnis homo est rationalis, ergo necesse est omne rationale esse animal; in secunda figura necesse est nullum lapidem esse animal, necesse est omnem hominem esse animal, vel omnis homo est animal, ergo necesse est nullum hominem esse lapidem; in tertia necesse est omnem hominem esse animal, necesse est omnem hominem esse substantiam, vel omnis homo est substantia, ergo necesse est aliquam substantiam esse animal; frequens tamen vsus huius syllogismi est cum altera modali tantû, vt omnem hominem currere est possibile, aliquod animal est homo, ergo aliqđ animal currere est possibile, & est optima consequentia, ratio est; quia maior propositio æquiualet huic, omnis homo potest currere, cum qua, & minori, & cõsequentia conficitur syllogismus in Darij, vnde licet totum dictum dicatur à Dialecticis esse subiectum, solum tamen homo reipsa est subiectum, de quo prædicatur possibilis cursus.

Possunt autem propositiones modales cum alijs de inesse ad constituendum syllogismum modalem quintupliciter combinari, vt notat Tolet. lib. 4. c. 16. primò cum vtraque propositio est de modo necessario. Secundò cum vna est de necessariò, altera de inesse. Tertiò cum vtraque est de contingenti. Quarto cum vna est de contigenti, altera de inesse. Quinto demum cum vna est de contingenti, altera de necesse; & iuxta diuersitatem combinationum diuersas seruãt regulas, immò eadem combinatio interdû in diuersis figuris, & etiam in diuersis modis eiusdem figuræ peculiares habet regulas; ex quo factum est, vt ferè tot regulæ cõgerãtur pro syllogismis modalibus, quot sunt modi figurarum, quas proinde recésere nimia foret prolixitas, & ideò breuitatis gratia paucas quasdam generales, & aliquam specialem magis necessariam adducemus: Et prima est; quod si in syllogismo in quacunq; figura confecto ambæ propositiones sint modales, conclusio quoque modalis erit, vel saltim talis deduci poterit, nam similes propositiones consimilem inferunt conclusionem; si verò altera tantum sit modalis, non sequitur necessariò conclusio modalis, vt docet Doctor p. d. 39. ad 1. argum. 2. &. vbi notat ex vna de inesse, & altera de possibili, vel contingenti non necessariò inferri conclusionem de possibili, vel cõtingenti, & hoc præsertim verum est, qñ maior est de inesse, q manifestò ostenditur exemplò in prima figura, si maior sit de inesse, & minor de necesse sic arguẽdo omne animal currit, necesse est omnẽ hominem esse animal, ergo omnis homo currit, ac etiam in secunda arguendo in Cesare cum maiori negatiua de inesse, & minori affirmatiua de necesse tali pacto, Nullus angelus est corpus, necessẽ est omne coloratum esse corpus, ergo nullum coloratum est angelus: ex quo patet hallucinari, qui dicunt esse de essentia syllogismi modalis, quod inferat conclusionem modalem, & ad hanc necessariò inferendam sufficere, si altera præmissarum sit modalis. Secũda est, quod in quacunque figura; si vtraque præmissa fuerit de necesse, conclusio sequitur de necesse, regulatur. n. talis syllogismus per principia *de omni, & de nullo*, si. n. prædicatum necessariò inest omni medio, & medium necessariò inest omni subiecto, prædicatum quoq; necessariò inerit omni subiecto, & hoc patet in exemplis supra allatis de necesse in quacunq; figura. Tertia demum est, quod ex vtraque de contingenti in secunda figura non benè cõcluditur, vt patet sic arguendo, contingit nullum risibile ambulare, contingit omnem hominem ambulare, ergo cõtingit nullum hominem esse risibile: alias speciales regulas pro singulis figuris, & singulis earum modis vide apud Tatar. 1. Priorum tract. 3. q. de consequentia ex modalibus, Conimb. 1. Priorum c. 3. & deinceps, Tolet. cit. Casilium lib. 3. trac. 3. cap.

3.c.5. vbi breuius,& clarius,quã alij,eas recenset,& docet modũ reducendi imperfectos ad quatuor perfectos primę figurę.

Sexta demum species est syllogismus exponibilis, in quo .s. aliqua propositio exponibilis,vel plures reperiuntur, v. g. animal rationale tantum est risibile.homo tantum est animal rationale; ergo homo tãtum est risibilis,ad quorum syllogismorum bonitatem percipiendam conducit multum exponibiles præmissas ad exponentes reducere modo supra declarato cap.vlt. tract. præced. indè enim facilè patebit bonitas, vel prauitas syllogismi exponibilis.

Quæres,an detur syllogismus constans ex propositionibus non significantibus, et cuius partes sint termini non significantes,ac proindè nec sint veræ,nec falsæ? Qui existimant posse dari enunciationem constantem terminis non significantibus,consequenter affirmãt posse dari syllogismũ ex talibus propositionibus constantem, constituuntque hunc syllogismũ omnis syndapsus est miudria, sed Dac est syndapsus, ergo Dac est Mindria; quod etiam confirmant ex Arist. qui in lib. Priorum omnes ferè syllogismos efformat in elementis, & terminis non significantibus,igitur admitti debet hæc alia species syllogismi, & ità sentit Tat. 1. Priorum q. 1. § *Dubitatur primo*. Qui verò non admittunt enunciationem constantem terminis non significantibus, consequenter negant talem speciem syllogismi, & quia hanc opinionem magis probabilem iudicauimus tract. 1. c. 1. nã cum dicimus, *Dac est syllaba*, re vera subiectum huius enunciationis nõ est *Dac*, sed alius terminus significatiuus subintellectus .s. hæc vox,hæc dictio, *Dac* autem est res significata, vt ibi diximus, ideò consequenter ad hunc dicendi modum neganda erit hæc species syllogismi; Arist. autem vtitur literis, seu elementis in efformatione syllogismorum, nõ quod velit syllogismum ex elementis confectum esse verè syllogismum, sed vt ostendat se non agere de syllogismo certæ materiæ applicato.

De Syllogismo hypothetico Cap. XI.

Syllogismus hypotheticus dicitur,qui ex propositionibus hypotheticis,vel saltim aliqua hypothetica cõstat,& quia propositionis hypotheticæ tres sunt species principales, .s. conditionalis, disiunctiua,& copulatiua,vt patet ex c. 6. tract. præced. hinc triplex etiam erit syllogismus hypotheticus,vnus constans ex conditionalibus, alter ex disiunctiuis, & alter ex copulatiuis.

Syllogismus constãs ex conditionalibus est duplex, alter ex toto hypoteticus,quia nimirum propositiones omnes, ex quibus constat, sunt hypotheticæ,alter ex parte, quia non omnes sunt hypotheticæ, sed altera tantum; syllogismorũ ex toto hypotheticorum quatuor solent constitui modi à Summulistis. Primus, *quo existente quid est*, vt si es homo, es animal, si es logicus,es homo,ergo si es logicus, es animal, per quod explicatur ly *quo existente quid est*,nam aliquis existens homo est animal. Secundus *quo existente quid non est*, vt si es homo,non es brutum,si es logicus,es homo, ergo si es logicus, non es brutum. Tertius,*quo non existente quid est*, vt si Gabriel non est corpus, est spiritus, si Gabriel est Angelus, non est corpus, ergo si Gabriel est Angelus, est spiritus. Quartus, *quo non existente quid non est*, si non studes, non es sapiens, si vagaris,non studes,ergo si vagaris, non es sapiens; & huiusmodi syllogismi dici etiam solent argumentationes à primo ad vltimum, & facilè reducuntur ad cathegoricos perfectos primę figuræ, nam primus, & tertius affirmatiuè concludentes ad Barbara reducuntur conficiendo ex illis hypotheticis duas vniuersales cathegoricas, vndè primus hoc modo reducitur õnis homo est animal,õnis logicus est homo, ergo omnis logicus est animal, tertius hoc modo, omne incorporeum est spiritus,omnis angelus est incorporeus, ergo omnis angelus est spiritus. Secundus verò,&

tiò, & quartus, qui negatiuè concludunt, reducuntur ad Celarent, secundus hoc modo, Nullus homo est brutum, omnis logicus est homo, ergo nullus logicus est brutum, quartus hoc modo, Nullum nō studens est sapiens, omne vagans est non studens, ergo nullum vagans est sapiens. Syllogismi ex cōditionalibus hypothetici ex parte dicuntur, qui constant ex maiori hypothetica, & reliquis cathegoricis, & horum syllogismorum duo constituuntur modi, vnus a positione antecedentis ad positionem consequentis, alter à destructione consequentis ad destructionem antecedētis, antecedens in propositio est illa prior cathegorica, ex qua constat maior hypothetica, consequens est posterior cathegorica integrans cum priori hypotheticam, vt in hac propositione si est homo, est animal, *est homo* dicitur antecedens, *est animal* dicitur cōsequens; positio fit per concessionem antecedentis, siuè sit affirmatiuum, siuè negatiuum, destructio fit per negationem, si propositio est affirmatiua, & per affirmationem, si est negatiua; exemplum primi modi, si est homo, est animal, logicus est homo, ergo logicus est animal, exemplum secundi, si est homo, est animal, lapis non est animal, ergo non est homo; & facilè syllogismi vtriusq; modi ad cathegoricos reducuntur, nam primus reducitur faciendo maiorem cathegoricam illi hypotheticæ æquiualentem, omnis homo est animal, logicus est homo, ergo, &c. sic etiam proportionaliter secundus.

Secunda species hypothetici syllogismi est constans ex disiunctiuis, cuius præcipuè duo assignantur modi, vnus à sufficienti partium enumeratione cum destructione vnius, vel plurium partiū pro constitutione remanentis, vt vel es calidus, vel tepidus, vel frigidus, non es calidus, nec tepidus, ergo frigidus; vel es mortalis, vel æternus, non es æternus, ergo mortalis. Alter modus est, dum propositio disiunctiua est de oppositis non natis de eodem verificari, tunc. n. arguere possumus à positione vnius ad destructionem alterius, vt numerus, vel est par, vel impar, est par, ergo non est impar, & etiam hi duo modi facilè reducuntur ad cathegoricum, quem semper includunt implicitè, vt v.g. iste secundus sic debet reduci, opposita de eodem verificari non possunt, sed par, & impar sunt opposita circa numerum, ergo de eodem numero verificari non possunt, atque ita si quis numerus est par, nequit esse impar; Et ad hanc speciem syllogismi hypothetici pertinet illa frequens, & elegans argumentatio bicornis, quæ dicitur Dilemma, de qua mentionem fecimus supra c. 2. Notandum tamen, quod si particula, *vel* teneretur disiunctim, non disiunctiue, quod tunc contingit, quando non est nexus propositionum, sed partium vnius totalis extremi s. subiecti, vel prædicati ex dictis c. 4. syllogismus hypotheticus non tenet, nam sic arguere nō valet, vnus vel alter equus requiritur ad equitandū, bucephalus est equus, ergo requiritur ad equitandum, item hic, vel ille oculus est necessarius ad videndum, oculus dexter est hic, vel ille oculus, ergo oculus dexter est necessarius ad videndū, neuter syllogismus valet, nā ly. vnus, vel alter equus: hic, vel ille oculus, qui est medius terminus, æquiualet *aliquis*, & sic cum præmissæ sint particulares, nunquam est distributus, sicut nō valet hic, aliquod animal est equus, homo est aliquod animal, ergo homo est equus.

Tertia species hypothetici syllogismi est, qui constat ex propositionibus copulatiuis, cuius duo præcipui assignantur modi, vnus pro copulatiuis ex affirmata copula, vt v.g. omnis homo, & oīs equus currit, Sortes est homo, & bucephalus equus, ergo Sortes, & bucephalus currunt; qui syllogismus duos continet cathegoricos in Darij, & ad hunc modum spectant regulariter syllogismi ex propositionibus complexis, vt argumentationes à pari, Sicut se habent duo ad quatuor ita quinque ad decem, sed duo sunt pars dimidia quaternarij, ergo quinque sunt pars dimidia denarij, & aliæ consimiles, nam in huiusmodi argumentationibus

nibus semper implicantur plures syllogismi cathegorici; & hic etiam est aduertendum, quod si ly *&* accipitur copulatim, tunc non sumitur distributiuè, & consequenter debet repeti ly *&* in minori v.g. Petrus, & Paulus sunt duo: hic homo, & hic sunt *Petrus*, & Paulus, ergo hic, & hic sunt duo; si autem subsumeretur, hic homo est Petrus, ergo hic homo est duo, malè concluderet, quia medius terminus in maiore accipitur copulatim in minore acciperetur diuisim, & sic nō esset totale extremum. Alter modus assignatur pro copulatiuis negatiuis, in quo ponitur vna pars propositionis ad tollendam alteram, vndè conficitur ex negatione copulantis cū positione vnius partis in minori ad destructionem alterius, vt non homo currit simul, & sedet (accipiendo ly non in fronte, vt negat totam propositionem, non autem vt infinitat terminum *homo*, quia sic propositio affirmatiua foret de subiecto infinitato) sed currit, ergo non sedet, vnde illa maior æquiualet huic disiunctiuæ, vel homo non currit, vel si currit, non sedet; vel clarius, nullus est simul sapiens, & ignarus, Socrates est sapiens, ergo non est ignarus; & hic modus reducitur ad syllogismum cathegoricum, velut secundus modus supra assignatus syllogizandi ex disiunctiuis. Ex his apparet huiusmodi syllogismos hypotheticos, cuiuscumque sint speciei, siuè sint ex parte, siuè ex toto hypothetici, non concludere immediatè ratione debitæ dispositionis, & aliarum legum syllogismorum, sed solum mediatè, eo quod implicent vnum, vel plures syllogismos cathegoricos, & ad eos reducantur, cum non habeant ex se regulas logicales jam traditas.

Denique aliqui præter syllogismum cathegoricum, & hypotheticum addunt quoddam tertium genus syllogismi, quod appellant mixtum, eo quia sit argumentatio quædam ex syllogismis cathegoricis, & hypotheticis contexta, ab alijs verò dicitur syllogismus ducens ad impossibile; constat autem ex tribus discursibus, nam primò accipimus contradictorium illius, quod probandum est, & ex eo infertur aliquod apertè falsum; Secūdo ex conclusione apertè falsa infertur falsitas ejus principij. Tertio demum ex falsitate illius principij cōcluditur veritas illius, quod erat probandum, v.g. probare volumus, quod *nulla planta sentit* syllogismo mixto, seu ad impossibile ducente, accipiendum est contradictorium illius propositionis, quod erit hæc propositio, *aliqua planta sentit*, ex hoc inferendum est aliquod manifestè falsum, v. g. si aliqua planta sentit, ergo delectatur. Secundo ex falsitate istius consequentis concludenda est falsitas sui principij, seù antecedentis hoc modo, at falsum est plātam aliquam delectari, ergo falsum est plantam aliquam sentire. Tertio tandem ex falsitate huius contradictorij inferenda est veritas primæ propositionis, quæ huic contradictoriè opponebatur, hoc modo, falsum est aliquam plantam sentire, ergo verum est nullam plantam sentire, cum regula contradictoriarum ea sit, vt vna sit vera, altera falsa in quacunque materia; sed quia hic modus syllogizandi rarus est, & valdè perplexus, ipsum innuisse tantum sat erit.

Quæres, quænam sint allatæ diuisiones syllogismi in cathegoricum, & hypotheticum, & cathegorici in communem, expositorium, modalem &c. & vndè sint petendæ? Resp. cum syllogismus habeat suo modo materiam, & formam ex dictis c. 5. & materia sit duplex, vna ex qua, vt termini, & propositiones, altera circa quam, vt res, & obiecta per terminos, ac propositiones significata; ex vtroque capite possunt desumi diuisiones, & diuidi potest syllogismus per duplices differentias, vt notat Tat. 1. Priorum q. 1. §. *dubitatur primo*, s. per formales, seu formam syllogismi consequentes & per materiales, quæ nempè materiam consequuntur, vndè syllogismus ratione materiæ ex qua, i. enunciationum, ex quibus componitur, diuiditur in simplicem, seù cathegoricum, & in hypotheticum, seù coniunctum, & rursus cathegoricus in communem, expositorium, absolu-

solutum, modalem &c. ratione verò formæ diuiditur in syllogismum primæ, secundæ, & tertię figurę, idqs varijs modis, vt supra, Denique ratione materiæ circa quam diuiditur in syllogismum demonstratiuum, seu necessarium, topicum, seu probabilem, & sophisticum, seu apparentem, de qua diuisione agendum in posteriori parte Institutionū: ex quo patet diuisiones hucusq; allatas petitas esse ex parte formę syllog smi, aut materiæ ex qua; Quęres rursus, an diuisiones syllogismi, quę ex his tribus capitibus peti possunt, omnes sint essentiales. Resp. Tat. cit. videtur velle, quod diuisio sumpta ex parte formę in diuersas figuras, & modos sit essentialis, vndè non tantum syllogismum vnius figuræ specie distinguit a syllogismo alterius, sed etiam syllogismū vnius modi à syllog smo alterius modi in eadem figura. Sed quamuis primum dictum possit vniuersaliter admitti, nimirum quod syllogismi vnius figuræ specie distinguātur à syllogismis alterius in forma syllogistica, quia habitudo medij ad extrema in vnaquaque figura est essentialiter diuersa, & ideò vis inferendi, & iudicium illatiuum in diuersis figuris videtur esse diuersę speciei ex quo oritur alia accidentalis differentia pœnes maiorem, vel minorem euidentiam illationis, vt diximus cap. 9. alterum tamen dictum, quod nēpè syllogismi in diuersis modis eiusdem figurę essentialiter differant, nō est vniuersaliter admittendum, sed tantū si vnus fuerit affirmatiuus, & alter negatiuus, quia modus est debita dispositio propositionum in quantitate, & qualitate, at quantitas non distinguit essentialiter propositiones, sed sola qualitas intrinseca, vt est affirmatio, & negatio, ex dictis tract. 2. c. 3. ergo si duo modi eiusdē figuræ ità se habent, quod constent propositionibus in qualitate diuersis, erunt essentialiter diuersi in eadem figura, sicut propositiones ex quibus constant, at si constant propositionibus sola quantitate differentibus, non nisi accidentaliter erunt diuersi.

Diuisiones syllogismi ratione materię ex qua in affirmatiuum, & negatiuum, cathegoricum, & hypotheticum sunt essenciales; ratio est, quia ex dictis trac. 2. cap. 3. propositio affirmatiua specie essentiali differt à negatiua, & cathegorica ab hypothetica, ergo parites syllogismi affirmatiui, & negatiui, cathegorici, & hypothetici eodem modo differunt inter se quia constāt materia diuersæ speciei, atque ideò præfatæ diuisiones erunt essentiales, & generis in species. Diuisiones verò syllogismi in communem, & expositorium, in absolutum, & modalem, in obliquum, & rectum, sunt accidentales; ratio est, quia syllogismus communis, & expositorius non differunt, nisi ratione quantitatis propositionum, & communitatis, ac singularitatis medij ex supradictis, at propositiones pęnes quantitatem non differūt essentialiter, quia essentia propositionis consistit in copulatione extremorū affirmando, vel negando; quantitas vero dicit extensionem subiecti ad ea, quibus potest cōuenire, prædicatio, vndè supponit enunciationem cōstitutam, & essentiā propositionis significantem ipsam veri aterni complexam, quę per copulationem extremorum constituitur; Item propositio modalis, & absoluta, seu de inesse non differunt, nisi accidentaliter, quatenus in vna prædicatū absolute tribuitur subiecto, & in alia specificatur modus, quo ei conuenit ex dictis trac. 2. c. 4. sic etiam propositio constans ex terminis obliquis tantum accidentaliter differt ab ea, quæ constat ex rectis, quia idē essentialiter est sensus vtriusque, ergo syllogismi ex his propositionibus constituti nō nisi accidentaliter erunt inter se diuersi; syllogismus verò exponibilis à non exponibili potest interdum differre accidentaliter tantum, interdum etiam essentialiter iuxtà differentiā propositionum, ex quibus integratur, nā exponibilis propositio à non exponibili differt quandoque accidentaliter tantum, vt homo tantum est rationalis, ab ista homo est rationalis, quia idem essentialiter [illegible] sensus vtriusque, cum. n. rationalitas sit differentia hominis constitutiua,

ipsi soli conuenire potest; at si exponibilis sit de prædicato contingente, quod alijs conuenire potest, vt homo tantum currit, tunc potest essentialiter differre a nō-exponibili, vndè idem iudicium erit ferendum de syllogismis ex his propositionibus conflatis.

De vltima diuisione syllogismi sūpta ex parte materiæ circa quam in demonstratiuum, probabilem, & elenchum ait Tatar. cit. esse essentialem, & generis in species, si per sophisticum syllogismum intelligamus illum, qui tantum in materia peccat, quia sophisticus peccās in forma re vera non est syllogismus. Oppositum tenet Fuentes. 3. part. summul. q. 2 diff. 1. art. 2. Amic. tract. 23. d sp. 2. q. 3. dub. 3. Niph. 1. Priorum cap. 1. & alij, quorum ratio est, quia hæc diuisio datur per differentias penitus materiales, nam isti syllogismi eandem prorsus formam participant syllogisticam, nec differunt, nisi quia diuersas connotant materias, in quibus formantur, & videtur mens Scoti lib. 1. Priorum q 6 quia igitur hæc diuisio nō datur per differentias formales, ideò negat Fuentès esse essentialem cum Doctore ibidem. Resp. tamen facilè ex Tat. cit. quod syllogismus plures potest habere species, quasdam, quæ constituuntur per differentias formales, i. cōsequētes formam syllogismi, seu dispositionē propositionum, & quasdam, quæ constituuntur per differentias materiales, i. cō sequentes propositiones ipsas, quæ tamen adhuc dici debent, & possunt differentiæ essentiales, solet siquidem essentialis differentia actuum intellectus, qualis est discursus syllogisticus, præsertim peti ab obiectis ex 2. de anim. Aduerte tamen (inquit. Tat) qd. species, quę cōstituūtur per differentias materiales, includūt, seu præsupponunt alias species formales, nā non potest esse syllogismus demonstratiuus, aut dialecticus, quin sit in modo, & in figura; & id fortè vult intendere Doctor cit. in lib. Priorum qd. s. diuisio syllogismi per differētias materiales nō est oīno prima diuisio, nam præsupponit diuisionem priorem datam per differentias formales; sed quicquid sit de hoc, Scotus in illis libris (si sunt eius) tenuem facit auctoritatem, vt diximus in q. prohæm.

De Arte inueniendi Medium, ac bene disputandi. Cap. XII.

Quia disputatio inter duos versatur, quorum vnus arguens, alter defendens appellatur, munera vtriusque hoc vltimo capite sunt aperienda, vt disputatio benè procedat; proposita igitur à defendente conclusione disputanda debet arguens adinuenire mediū, quo eam impugnet, Artem adinueniendi mediū tradidit Arist. 1. Priorum c. 29. quæ a Summulistis Pons asinorum vocari consueuit, sumpsit appellationem à ponte, vt notat Casil. lib. 3. tract. 2 c 9. eo quod sicut pons est ratio connectens vtramq; partē ripæ, ita medium est ratio connectens vtrumque extremum; & dicitur asinorum, quia in inuentione medij discernūtur ingeniosi à rudibus, nā ingeniosi pollent solertia, quam dicit Arist. 1. Post. 27. esse subtilitatem inueniendi mediū in non perspecto tēpore, & qualibet propositione posita, & negata, extrema per illam negationē quasi interrupta ipsi illicò per medium quasi pontē connectūtur. Et quamuis antiquitus hæc ars inueniendi medium difficilis admodum iudicaretur, modò tamen ad facilem methodum redacta est.

Duplex itaque assignatur via indagandi medium ad aliquam propositionē probandam, & syllogisticè inferendam, vna est generalis non determinatis regulis innixa, sed solo lumini, & iudicio intellectus, ex cuius dictamine semper pro medio id assumendum est, qd. est causa, & ratio, cur prædicatum conueniat subiecto, vndè pro concludenda affirmatiua conclusione pro medio assumendum est id, cum quo extrema identificantur, & pro concludenda negatiua id, cum quo vnū extremum identificatur, & aliud secernitur. At Complut. lib. 3. c. vlt & Io. de S. Th. c. 9. hanc viam generalem reijciūt vt prorsus inutilem, & manifestè principium

[illegible] petentem, nam hoc est, quod inquirimus, quid sit illud, in quo extrema idẽtificantur, vel vnum eorum secernitur, & quid est illud, quod est ratio, & causa, vt prædicatum conueniat subiecto. Sed sanè hæc est regula generalis inueniendi medium, quam docuit Arist. cit. 1. Post. c. vlt. nam ibi hominem solertis ingenij, & subtilẽ in inueniendo medium appellat, qui statim dignoscit, & penetrat propterquid conclusionis, & causam, cur prędicatum conueniat subiecto, & quamuis hæc via in particulari non doceat per regulas speciales, quodnam medium sit assumendum pro hac, vel illa propositione probanda, non idcircò petit principium, sed tantum in generali docet, quodnam pro medio sit assumendum pro quacunque conclusione, relinquẽs deinceps explicandum per regulas speciales, quænã media specialia sumi debeant pro certis conclusionibus, & hæc docentur ab alia via speciali determinatis regulis innixa. Altera igitur via specialis docet inuẽtionem certi medij pro certis conclusionibus inferendis, quæ in vniuersum esse possunt, vel vniuersalis affirmatiua, vel vniuersalis negatiua, aut particularis affirmatiua, aut particularis negatiua, & quatuor præcipuis innititur regulis ex Arist. desumtis 1. Priorum c. 29. vt notat Delphinus c. de arte inuen. med.

Prima regula est: ad concludendam uniuersalem affirmatiuam, quod solũ fit in Barbara, pro medio sumendus est terminus consequens ad subiectum, & antecedens ad prædicatum illius propositionis concludendæ; terminus consequẽs ad alium ille dicitur, qui ex illo alio infertur, & sic superius dicitur consequens ad inferius, quia ex ipso infertur, & ecõtra ille terminus dicitur antecedẽs respectu alterius, qui illum infert, & sic inferius dicitur antecedens ad superius, quia illud infert, in terminis verò æqualibus, & conuertibilibus, quia se mutuò inferunt, potest quilibet respectu alterius dici antecedens, & consequens; igitur ad concludendam vniuersalem affirmatiuam debet sumi pro medio aliquis terminus consequens ab subiectum, & antecedens ad prædicatum, .i. qui inferatur à subiecto, & inferat prædicatum, ad concludendum v.g. omne animal est substantia sumi potest *corpus* pro medio, sic arguendo, omne corpus est substantia, omne animal est corpus, ergo omne animal est substantia, vel sumi potest aliqd. conuertibile cum subiecto, .f. sensibile, sic arguendo, omne sensibile est substãntia, omne animal est sensibile, ergo omne animal est substantia, in quibus exemplis constat medium esse consequens ad subiectum, & antecedens ad prædicatum.

Secunda regula, quia particularis affirmatiua cõcludi potest in prima, & tertia figura (in secunda nequaquam) ad eam concludendam in prima, .f. in Darij sufficit idem medium, quo vtimur ad cõcludendam vniuersalem, quia sub vniuersali continetur particularis, .f. terminus cõsequens subiectum, & antecedens prędicatum, vndè ad inferendum in Darij, quod *aliquod animal est substãtia* adhuc inseruire potest pro medio *sensibile*, qd. infertur ex animali, & infert substantia, & sic arguendum erit Omne sensibile est substantia, aliquod animal est sensibile, ergo aliquod animal est substantia. Sed ad eandem concludendam in tertia figura necessario sumẽdus est pro medio terminus antecedens tàm subiectum, quam prædicatum, vndè ad concludendam eandem, *quoddam animal est substantia* in Darapti, aut Disamis conueniens medium erit *homo*, quod infert vtrũque .f. animal, & substantiam, & sic arguetur in Darapti omnis homo est substantia, omnis homo est animal, ergo aliquod animal est substantia,

Tertia Regula est, ad concludendam vniuersalem negatiuam sumendus est pro medio terminus consequẽs ad subiectũ, & extraneus ad prædicatum aut è contra consequens ad prædicatum, & subiecto extraneus, ille autem terminus dicitur alicui extraneus, quod de illo affirmari non potest, vt homo respectu equi: v.g. ad concludendam in Celarent, & Cesare, quod nullus hõ est lapis, sumendum

est medium consequens ad subiectum & prædicato extraneum, vt animal, vel risibile, sic arguendo, Nullum animal est lapis, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis, vel nullus lapis est animal, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis; ad concludendum verò eandem in Camestrès, vel Celantes indi rectè sumendum est medium extraneum ad subiectum, & consequens ad prædicatum v. g. inanimatũ sic arguendo omnis lapis est inanimatus, nullus homo est inanimatus, ergo nullus homo est lapis, vel nullum inanimatum est homo, omnis lapis est inanimatus, ergo nullus homo est lapis.

Quarta Regula, ad inferendam particularem negatiuam sumendũ est mediũ antecedens ad subiectum, & extraneum prædicato, & hæc regula valet pro quacunque figura, vt notat Delphinus, vndè si in prima volumus inferre hanc particularem negatiuã *aliquod animal non est homo* conueniens medium erit *brutum*, qd. est antecedens ad animal, & homini repugnat, & in Ferio sic arguetur. Nullũ brutũ est homo, aliqd animal est brutum ergo aliquod animal non est homo; in secũda sic in Festino, Nullus homo est brutum, aliquod animal est brutum, ergo aliquod animal non est homo; in tertia sic in Felapton, Nullum brutum est homo, omne brutũ est animal, ergo aliquod animal non est homo; ad quas regulas memoriter tenendas inuenerunt Summulistæ quasdam dictiones vno, aut alio carmine comprehensas, quæ planè difficiliores sunt, vt memoriæ mandentur, quam ipsæ regulæ, videri possunt apud Tat. I. Priorum, & alios. His itaque vijs adiuuento medio.

Munus Arguentis est argumentũ suũ proponere in formam syllogismi, aut qd. magis sapit, in enthymemate, quod cum breuius, & concisius procedat, & minus manifestet vim latentis illationis, maiorẽ vtique respondenti incutit difficultatẽ, tum quia eum tenet ancipitem, tum quia parum temporis ei concedit ad cogitandum responsum; dum autem impugnat propositam conclusionem, v.g. *Logica est scientia* debet initio disputationis aliquã in antecedẽte assumere propositionem, vndè inferat oppositum cõclusionis, quã impugnare contendit, non.n. licet statim oppositum assumere in antecedenti dicẽdo, *Logica non est scientia, ergo falsa conclusio*, nam hæc esset manifesta petitio principij, quia assumeret pro vero, vel concesso, quod proponitur disputandum; Et quamuis Tyronibus concedatur non statim in disputationis initio cardinem difficultatis proponere, sed liceat per quandam veluti argumentorũ seriẽ, & catenam longius inchoare, vitandæ tamen sunt pueriles argumentationes, v.g. illud non est asserendum, ex quo sequitur incõueniens, sed ex proposita conclusione sequitur inconueniens, ergo &c. probatur minor, tunc sequitur inconueniens, qñ sequitur aliqd falsũ, sed &c. ergo &c. Viriliter ergo proponat argumẽtum, & quantum fieri põt in difficultate proposita persistat prosequendo semper idem medium per suas causas, & principia, vel adinconueniens deducendo, non verò diuertat ad aliud medium, nec repetat probationem semel propositam, aut eisdem, aut alijs verbis, hoc.n. indicat ingenij sterilitatem, & valdè tediosum est adiutoribus.

Cum verò fuerit illi negata aliqua propositio, statim eã probare tenetur, itaut negata propositio sit conclusio noui syllogismi, vel consequens noui enthymematis vt si propositio negata sit hæc *Petrus currit*, sic erit probanda omnis homo currit, ergo Petrus currit; & omninò insulsum est ad probandam propositionem negatã inferre *ergo falsa responsio*; vt verò quisque promptus sit ad negata probandum, valdè conducit, antequam in arenam descendat, priuato studio assuescere ad singulas propositiones probandas, nam imparatus accedens ad disputationem non semel hærere, atque perplexum esse cogetur, quod valdè indecorum est; Si vero defendens argumentum soluerit distinguendo propositiones debet statim arguens partem distinctionis

nis negatam, quæ saluat conclusionem, impugnare, vel probare distinctionem allatam non valere, sic.n. semper immediatè arguet contra responsionem, quam resumere non debet, antequam impugnetur, vt aliqui faciunt, nam ex ipsa impugnatione illicò constabit, num arguens responsionem datam perceperit, nec ne; Licet ēt arguenti interdū à respōdente petere rationem negationis alicuius propositionis, aut instantiam in aliquo singulari, si prætendat propositionem assumptam esse vniuersaliter verā, & aliquando etiam explicationem alicuius distinstionis, vel responsionis, ac demum quoquè intelligentiam ipsius conclusionis, vt eam impugnare possit in sensu defendentis, & in his casibus tenetur respondens arguenti in omnibus satisfacere qua maiori potuerit breuitate, & claritate.

Munus defendentis est audita argumēti propositione illud integrè, ac fideliter repetere, ad quod multū conducet (præsertim quando argumenta repetenda sunt plura contra plures conclusiones) obseruare medium, quo vtitur arguens contra hanc, vel illā conclusionē, quia ex memoria, & intelligentia medij, facilis est totius argumenti repetitio, interim verò dum argumentum ex integro prima vice resumit, perpendere debet, qualitatem præmissarum, aut antecedentis, si est enthymema, & illationem conclusionis, aut consequentis, si bona sit, vel mala; semel ex integro resumpto argumento præuia tali animaduersione, repetit iterum argumentum non ex integro, sed respondendo ad singulas eius partes, negando maiorem, vel minorem, aut antecedens, si sunt falsæ, concedēdo, si sunt veræ, distinguendo, si sunt dubiæ, vel æquiuocæ, permittendo per verbū, *transeat, vel quicquid sit de hoc*, si sint impertinentes ad inferendam consequentiam, deindè ad conclusionem deueniendo, si est concedenda, dicat, concedo consequentiam, si neganda dicat, nego consequentiam, non autem conclusionē, quia illa propositio dicitur conclusio, quæ necessariò infertur ex præmissis ratione formæ, & sic negari non potest sub nomine conclusionis, si autem est distinguenda, non dicat, distinguo consequentiam, sed consequens, (quod etiam in enthymemate obseruari debebit) consequentia.n, cum consistat in ipsa illatione, non verò in assertione veritatis, non potest distingui, quia distinctio cadit super æquiuocationem, aut ambiguitatem propositionis, quatenus habet diuersos sensus in significando, sed tantum negari, vt mala, & inconueniens, vel concedi, vt conueniens, & bona, aduertat tamen nunquam distinguere consequens, nisi prius distinxerit aliquam ex præmissis, vt faciunt quidam inexperti, qui concedunt maiorem, & minorem, & distinguunt consequens; quid autem intersit inter consequens, & consequentiam dictum, est c.1 huius tract. ex quo etiam magis patebit consequens benè posse distingui, non autem consequentiam, Si argumentum constet propositione aliqua hypothetica, vt v.g. si corpus naturale est obiectum totius Philosophiæ, etiam in lib. de anima obiectum esset corpus animatum, consequens est falsum, ergo, &c. si illa hypothetica non est vera, non debet absolutè negare maiorem, sed sequelam maioris, quod si post integrum argumentum subsumeret arguens aliam adhuc propositionem, vt indè inferret aliam consequentiam, tunc toto priori argumento concesso potest illam propositionem negare sub nomine subsumpti, vel minoris subillatæ, & talis nuncupatur, quia pro maiori inseruit illi totum præcedens argumentum.

Debet autem præ omnibus curare defendens, vt sit succinctus in responsionibus, & quantum fieri potest, formæ argumenti alligatus, quod facile erit, si duo obseruabit, primum est, vt non sit solli-

citus reddere rationem de omnibus, quæ dicit, nisi ab ipso arguente petatur, sed totum onus probandi relinquat arguenti; Alterum est, vt semper ante oculos habeat commune adagium inter disputãtes, *sæpè nega, rarò distingue, nunquã concede*, primum, & secundum documentum nos monent tutius esse negare propositionem, si in omni sensu vera nõ sit, quã illam distinguere, nec ad distinctionem esse recurrendum, nosi manifesta vrgeat necessitas, aut distinctio talis sit, quæ filum argumentationis omnino aduersario præcidat; per tertiũ verò documentum non prohibemur concedere propositiones veras & quæ nihil obsunt, sed tãtum prodigalitatem vetat in cõcedẽdo: interdum enim euenit, vt tantæ liberalitatis defendentem peniteat, dum videt se ex concessis ab aduersario conuinctum; Quod si obiecta fuerit aliqua auctoritas, quam negari non licet, eam breuibus explicare tenetur aperiendo mentem Auctoris in sensu, qui suæ conclusioni mini me contradicat.

Postremò munus Patroni, & Præsidẽtis disputationis est attentè totum progressum argumenti, & disputationis compræhendere, & prouidè respõdẽti suggerere, negationem cõcessionem, explicationem, aut distinctionem propositionis; ipse verò pauca, & cum grauitate loquatur, certus suum Defendẽtem plus honoris adepturum ex Assistentis silentio, quàm ex multiplici eius interpellatione, & colloquio cum arguẽte, nam ita indicabit illũ ita se gerere in conclusionum tutela, vt Assistente non egeat; At quia supponitur disputationis Patronum esse virum doctum, ac proinde de suis partibus omnino certum, alia de eius munere addenda non sunt.

DIALECTICARVM INSTITVTIONVM:

PARS POSTERIOR.

De attinentibus ad materiam syllogismi.

QVæ ad formam syllogisticam spectant, explicuimus; restat, vt materiam, in qua confici solet ipse syllogismus, qua ratione materia circa quam nuncupatur, declaremus, & quoniam triplex est, necessaria, contingens, & impossibilis, vt diximus in 1.p.tr.2.c.4. vnde tres dantur species syllogismi ratione materiæ, puta syllogismus demonstratiuus in materia necessaria, topicus in materia contingenti, & sophisticus, vel apparens in materia falsa, seù impossibili, vt innuimus 1.p.tract.3.c.11. idcircò pars ista in tres Tractatus pariformiter subdiuiditur.

TRACTA-

TRACTATVS PRIMVS.
De syllogismo demonstratiuo.

De præcognitionibus, & præcognitis. Cap. I.

INter omnes syllogismi species princi pem locum obtinet demonstratio, vt potè quæ in materia necessaria conficitur & quia ex terminis, & propositionibus cōstat, sicut cæteri syllogismi, nō tamē ex quibuscumq; agendum erit de cōditionibus terminorum, & propositionum demōstrationem integrātium, ac de ipsa demōstratione, eiusq; effectu, quæ est scientia, & iure merito, nam omnis doctrina, & omnis disciplina discursiua, inquit Arist. in princ. lib. Post. fit ex præexistenti cognitione, idest omnis cognitio illatæ propositionis, & cōclusionis præsupponit cognitionem alterius propositionis in ferētis, sicut sunt pręmissæ, in quibus virtualiter cōtinetur cōclusio, cum discursus sit illatio alicuius ignoti ex notiori; quapropter ad exactam cognitonem adipiscēdam cōclusionis demōstratiuæ aliqua præcognosci debent, vt sunt termini præmissæ ex illis formatæ; vidēdum est igitur primò, quæ debeāt esse præcognita, & quid de illis præcognosci.

Præcognitio sumi potest dupliciter, vel formaliter, & sic dicit cognitionem alicuius necessario prærequisitam ad cognitionem alterius, vel obiectiuè, & est obiectum terminās talem cognitionem, quomodo significat modum cognoscēdi rem aliquam ab intellectu, & sic sumitur in præsenti. Quinque autem sunt modi cognoscēdi, primus est *quid nominis*, secūdus, *an res sit*, tertius, *quid res sit*, quartus, *qualis res sit*, quintus, *propter quid res sit*, quorum posterior præsupponit priorem, vt. n. sciamus, quod homo sit, debemus præcognoscere, quid importetur per hoc nomen *homo*, vnde quia modus præcedens respectu sequentis est præcognitio, & sequens est quęstio, fit quod primus modus *quid nominis* dictus semper erit præcognitio, & vltimus modus erit quæstio, nunquam præcognitio; quatuor igitur in specie erunt præcognitiones, sed possunt ad duas in genere reduci, vt facit Arist. 1. post cap. 1. *Quid est*, & *Quod est*, primus modus subdiuiditur in *Quid est nominis*, & *quid est rei*, etenim de re aliqua duplicem possumus habere definitionem, & conceptum, confusum scilicet, & distinctum; primus dicitur *Quid nominis*, secundus, *Quid rei*: Secundus modus subdiuiditur, in *Quod est simplex*, & *incomplexum*, quod significat esse rei, vel essentiæ, vel existentiæ, siuæ aptitudinalis, siue actualis, & in *Quod est compositum*, & *complexum*. Significans veritatem propositionis, & præmissarum.

Dices quatuor sunt quæstiones ex 2. post c. 1. ergo quatuor suppositiones, seu præcognitiones, quia quęstio vnū quærit, & aliud præsupponit. Tum quia tria sunt præcognita ex 1. post c. 1. ergo tres pręcognitiones, quia præcognitio, & præcognitum sunt relatiua. R. esse quatuor in specie, & duas in genere. Ad 2. negatur cōsequētia, ad probat. dicimus præcognitum, vel dicit denominationem ex actu cognitionis prouenіētem, & sic cognitio, & obiectum cognitum possunt dici relatiua, & tot esse actus, quot obiecta cognita, vel dicit rem cognitam, & præcognitio modum cognoscēdi, & sic propriè nō sunt relatiua, nam idem modus potest pluribus rebus cōuenire, & eidem rei plures modi.

Præcognitum dupliciter sumi potest; Primo, vt dicit obiectū terminās actum præcognitionis, & hoc modo, *Quid est*, &, *Quod est*, præcognita dici possunt, secundo, vt dicit rem illam, quam intellectus concipit sub modis cognoscēdi assignatis, & de qua percipit, *Quid est*, & *quod est*, & in hoc sensu sumitur in pręsenti; & sunt tria subiectum passio, seu prædicatum, & dignitas, siue principiū, ratio huius est, quia conclusio demon-

strationis potissimæ (de qua loquitur Arist. d. l. præcognita enumerat) cõstat ex subiecto, & passione, ergo quia cognitio terminorũ præsuponitur cognitioni propositionum subiectum, & passio ante cõclusionem debent præcognosci: & quia conclusio ex principijs infertur, etiam præmissæ debent esse præcognitę, quę dignitates largo modo dicuntur dignitas .n. propriè de primis principijs dicitur.

Instabis ante conclus. debent præcognosci cõstructio demõstrationis in modo, & figura, vis illatiua, & medium ergo plura præcognita, quã tria. Tũ 2. qu a subiectu, & passio integrãt principia, ergo nõ sunt pręcognita ab illis distincta. Tũ 3 aliquãdo in demõstratione cõcluditur aliquod prædicatũ essentiale, vel accidẽtale per aliã causã tãquã per mediũ, vel per passionẽ ipsã, ergo passio nõ est sẽper pręcognitum. Resp. ad 1. hic loqui de præcognitis ad materiã demõstrationis pertinẽtibus, nõ ad formã, qualis est cõstructio in modo, & figura, & vis illatiua: Mediũ autẽ, cũ sit in demõstratione potissima definitio subiecti, potius erit præcognitio, quã per cognitũ, vt dicemus: Ad 2 quãuis integrẽt principia, nõ tñ eadem præcognitione præcognoscuntur vt in principijs vnita, & seorsim sumpta, vt statim declarabimus. Ad 3. assignata præcognita sunt demonstrationis potissimæ in qua passio semper per suã causã concluditur de subiecto. Vel dicimus idcircò assignasse nos secundũ pręcognitum esse passionẽ; aut prædicatum, nam per istud intelligitur omne id, qd de subiecto in conclusione demonstratur.

Applicãdo præcognitiones præcognitis; dicimus primò, de dignitate nõ debere præcognosci nisi *Quod sit complexum*, .s. qd sit vera; ratio est, quia & si dignitas, vt dicit vnã secundã intentionẽ propositionis, sit quid incomplexum, & habeat quid nominis, & quid rei, attamẽ si exercitè sumatur, vt dicit aggregationẽ illorũ terminorũ per copulã vnitorũ, non habet Quid est siuè nominis, siuè rei, neque Quod est simplex, hæc .n. omnia incõplexis cõueniunt, & in tali acceptione sumitur, cũ inter pręcognita numeratur, quia vt sic inseruit cõclusioni, nõ verò vt d. cit illã secundã intẽtionẽ ita Doctor. 1. Post. q. 5. necesse est igitur pręcognoscere, qd principia demonstrationis sint vera, & etiam principia illa cõmunissima ab omnibus concessa, qualia sunt *De quolibet verũ est affirmare, vel negare, necesse est quodlibet vel esse, vel nõ esse*, ad quæ principia omnia alia resoluuntur, vtraq; .n. intellexit Arist. nomine dignitatis.

De passione certũ est, nõ debere præcognosci *Quod sit cõplexu*, neq; *Quid rei*, quia in definitione passionis ingreditur subiectũ, & explicatur inhærentia passionis in subiecto, hoc autẽ cõcluditur per demonstrationẽ; deinde certũ est præcognosci de ipsa *Quid nominis*, hæc .n. est prima omniũ præsuppositio, neq; potest de aliquo vllã quęstio moueri, nisi saltim confusè cognoscatur, quid per tale nomẽ intelligitur. Dubium tamẽ est, an debeat præcognosci *Quod sit in cõplexum*, seu ipsi⁹ existẽtia: & quidẽ ĩ aliqua demõstratione est euidẽs pręcognosci, vt cũ à posteriori, & per sensũ cognoscimus effectũ v.g. eclypsim, & postea per causã à priori demõstramus, attamẽ nõ est hoc sẽper in omni demõstratione necessariũ, eo quia potest aliquid dubitari de passionis existẽtia, & tamẽ de subiecto demonstrari, vt est æternitas motus, diuisibilitas quãtitatis in infinitũ, &c. qua ratione Arist. asseruit de passione Quid nominis præcognosci, quia locus eius est de præcognitione, quæ in omnib⁹ interuenit demonstrationibus, nõ negauit tñ, quin aliquando etiã an sit de passione presupponatur.

Dices, de subiecto in tantũ præsupponitur an sit, quia nemo quærit, an ipsi talis passio cõueniat, nisi ipsũ supponeret possibilẽ, ergo nemo quęreret, an passio subiecto cõueniat, nisi vt possibilis præcognoscatur. Tũ quia quid est præsuppo

nit

ponit an sit,ergo si de passione præsuppo nitur Quid est,etiã an sit. Tũ 3. in maiori propositione passio vnitur cũ medio termino,ergo ante cõclusionẽ præsuppo nitur existere &. ad 1. negãdo paritatẽ, quia subiectũ est id de quo quæritur, & ideo præsupponi debet habere aliquod esse,at passio, seu prædicatũ est id, quod quæritur an cõueniat subiecto, ideoque põt dubitari an sit in rerũ natura,eo vel maxime qd existẽtia passionis sit inexistẽtia in subiecto, vndè non potest rectè præsupponi esse,nisi in subiecto. Ad 2.assũptũ est ve ũ de Quid est rei, non de Quid est nominis. Ad 3.talis cognitio nõ cõuenit passioni in se,& absolute, sed in ordine ad propositiones, & præmissas, ideoq; nõ debet assignari vt præcognitio propria passioni, vt distinctũ est præcognitũ à præmissis. Expeditius tamẽ erit asserere de passione debere etiã *an sit* pręcognoscere saltim confusè, & Arist. idcircò prætermisisse, quia in demonstratione distinctè ostenditur,& perfectè ipsius inexistentia in tali subiecto;quod etiam multi tenent,vt Moris.disp.ij.log.q.3.& insinuãt Complut.disp.17.q.2.

Tãdẽ de subiecto nõ præsupponitur, qd sit cõplexũ,sed quid nominis,deinde qd sit in cõplexũ,& ipsius existẽtia, nam an sit precedit quale sit,& propter quid sit;tũ quia subiectũ est basis,& fundamẽtũ totius demõstrationis,ergo præsupponi debet existere;Præsupponitur quoq; Quid rei in demõstratione potissima, nã in hac mediũ est quidditas, & definitio subiecti,vt dicemus;ergo debet ante præcognosci;nõ negamus tñ quin in demonstratione à posteriori,& quiddi as&existentia subiecti possint esse quæstiones, vt dicemus in disputationibus cũ de cõditionibus subiecti scientię loquemur.

Potest igitur hæc tota doctrina exemplo declarari.si quæreretur an homo sit risibilis,vt talis propositio probetur oportet pręcognoscere quid significetur per ista nomina homo,& risibilis, & qd homo sit ens aliqd possibile,deinde quia mediũ demõstrãdi risibilitatẽ de homine est definitio hominis,quæ est animal rationale,ideo deberet de homine præcognosci quid rei. His præacceptis intellectus procedit adformãdã demõstrationẽ demonstrãdo conclusionẽ per præmissas,de quibus debet esse certus, qd sint veræ,& non falsæ, nam ex falsis nequit ostendi verum,ex dictis p.p.tract.3.

De scientia demonstrationis effectu. Cap. II.

VT naturam & proprietates demonstrationis cognoscamus,effectum ipsius,qd est notitiã parere scientificã, inuestigare debemus. Et primò quod detur in nobis de nouo notitia certa,&sciẽtifica de aliqua re,probatur aduersus sophistas omnẽ scientiã negantes & contra Platonẽ admittentẽ quidẽ scientiã, sed nõ denouo;putabat .n. animã nostrã ab initio suæ creationis omnibus sciẽtijs fuisse decoratã,at in infusione corporis ex consortio sensuũ omniũ oblitam, sed paulatim indè succedentibus occasionibus ab externis excitari, & eorum,quæ sciebat,reminisci,vndè inferebat nostrũ scire esse quoddam reminisci. Quod detur,probatur experientia, aliqua.n.certò scimus etiam per causas,cognoscimus etiam certò aliqua principia ex quibus deindè alia euidenter deducere possumus. Tũ quia habemus naturalẽ appetitũ ad cognitionẽ rerũ per causas,ergo non debet esse totaliter frustra, vt nulla in nobis detur scientia. Tum quia, vel hoc, quod est nos nescire omnia,certò scitur, vel nõ;si secundũ,ergo non debet totaliter negari scientia,si primum, ergo iam in nobis datur certa, & euidens notitia nostræ ignorantiæ,& consequenter sciẽtia,quia esset notitia alicuius per causã. Deindè quod de nouo generetur, præter quam quod est de fide, quia anima nostra in eo instanti,in quo creatur,corpori vnitur,vt determinatum fuit in Conc. Later.

Later. sub Leone X. probatur adhuc, nam quorũ reminiscimus, non solũ recordamur de illis, verũ etiã sępè de ipso cognitionis actu, & nũquã in acquisitione primaria notitię rerũ recordamur habuisse de illis cognitionẽ aliquã. Tũ quia nullus posset esse error in intellectu, quia phantasma solũ excitaret species ab initio infusas, quę nõ nisi verã cognitionem parere possent. Quapropter intellectus noster à principio est tãquã tabula rasa, in qua nihil est depictũ, sed in potentia ad omne intelligibile, sicut tabula ad recipiẽdã quãlibet picturã; potest vel totaliter ab intrinseco, & proprijs viribus acquirere scientiam alicuius rei, vt cũ ipse solus per inuentionẽ aliqua cognoscit vel partim ab intrinseco, quando. s. non est benè dispositus, & indiget Doctore tanquam excitante, & applicante principia ad inferendam conclusionem.

Obijc. qd nõ detur rerũ sciẽtia, Tũ quia intellectus mouetur á sensu, sensus autẽ fallitur, vt patet. Tũ 2. quia sciẽtia est de ęternis, & certis, res verò sunt corruptibiles. Tũ 3. quia nõ attingimus naturas rerũ, sed potius per quasdã similitudines illas percipimus, ergo nõ habemus verã de ipsis notitiã. Tũ 4. quia de omnibus dubitari potest etiã de illo primo principio .s. Quodlibet necesse est esse, aut non esse, nã multi hoc negarũt, vt refert Arist. 4. met. 9. R. ad 1. nec sẽper sensũ falli circa propriũ obiectũ, quando est bene disposi tus; nec intellectũ necessario sequi apprehẽsionẽ sensus, sed proprio lumine, & aliorũ sensuũ ope posse errorem alicuius corrigere. Ad 2. nõ cócluditur vniuersali ter, nã dantur res æternę, & adhuc dicimus nõ requiri ad sciẽtiã ęternitatẽ rerũ in existẽdo, sed in essentia, puta, quòd propositiones sint sẽpiternę veritatis, vt infra. Ad 3. species intelligibiles sunt rerũ similitudines naturaliter repræsentãtes, ideoq; per ipsas verè naturas rerũ attingimus. Ad 4. nõ debemus ob aliquorũ imperitiã, imò petulantiã negare omnẽ notitiam certam, & euidenter.

Ob. 2. qd nõ detur sciẽtia de nouo; nã cũ aliquid quærimus, vel illud scimus, & sic nil de nouo cognoscimus, vel illud ignoramus, & sic nũquam poterimus cognoscere, sicut si seruus alicuius aufugerit, si quispiã antea illũ nouisset, inueniet si occurreret, at si nullã habuit notitiam, etiã occurrẽtẽ nõ cognosceret. Tũ quia si cõclusio scitur per præmissas, aut secũdũ se, aut applicatas in modo, & figura, nõ primũ, quia sic sciẽtia nõ haberetur per demõstrationẽ, nec secũdũ, quia talis applicatio, vel est nota ante demõstrationẽ addiscẽti, & sic ipsi nota quoq; erit cõclusio, vel ignota, ergo nõ posset ducere in cognitionẽ cõclusionis. R. ex Arist. 1. post. 1. qd cõclusionẽ ante demõstrationẽ noscimus cõfusè, & imperfectè in suis principijs, in quibus virtualiter cõtinetur, & virtute luminis intellectus fit nota perfectè, & distinctè, sicut res, quæ nõ est, virtute alicuius causæ producitur in esse. Ad 2. cõclusio scitur per præmissas applicatas, quæ applicatio fit nota intellectui prius natura, quã cõclusio statim. n. ac minor additur maiori intellectus deducit cõclusionem, & pręmissæ notæ fiunt ex terminorum cognitione; omnis in doctrina, & disciplina discursiua ex præexistenti fit cognitione.

Hæc igitur sciẽtia definitur ab Arist. 1. post. c. 2. in cõcreto, tali pacto *Scire est rem per causam cognoscere, propter quam res est, quod illius est causa, & non contingit aliter se habere*; hæc est definitio sciẽtiæ propriissimè dictæ, scire. n. tripliciter potest accipi, cõmuniter, & dicit euidentem cõprehẽsionẽ veritatis, quomodo ad cõtingẽtia se extẽdit, vt cum cognoscitur Petrũ currere, secundo propriè, & dicit euidẽtẽ cõprehensionem veræ propositionis, quæ nequit esse falsa, & sic solum necessaria sciuntur; tertio proprijssimè pro euidente cognitione alicuius veritatis necessariæ per causam, & sic sumitur in præsenti. ly *cognoscere* stat loco generis

tis,extenditur.n.ad quãcũq; cognitionẽ, etiã sensitiuã,additur *per causam* ad differentiã eorũ,quorũ cognitionẽ non habemus per causã,vt est cognitio principiorũ,& cognitio à posteriori,&per effectũ; additur *propter quã res est*, quia multæ sunt causæ,sed ad scientiam solũ cõcurrere debet illa causa,quæ est propria illius rei,& proxima, qua posita ponitur effectus,& qua remota remouetur, subditur *quod illius est causa*,quia nedũ opportet, qd illa causa sit causa proxima,sed requiritur,qd intellectus sciat effectũ à tali causa pendere tandem additur, *& non contingit aliter se habere*,quia requiritur,vt intellectus nullatenus dubitet de effectu,qd à tali causa proueniat,imò qd sit prorsus impossibile,vt aliter se habeat:hinc scientia nostra dicitur notitia certa, euidens, per causam proximam, & nata fieri per discursum syllogisticum.

Istam scientiam Arist.1.post.c. vlt. secernit ab alijs habitibus intellectus,& cognitionibus,& primo differt à cognitione sensitiua,quia sensus est singulariũ;sciẽtia verò vniuersaliũ,quæ sub sensu nõ cadunt.Secundò differt ab opinione, quia scientia est de necessario,qd nõ potest aliter se habere,estq; assensus conclusionis sine formidine de opposito, opinio verò est de contingenti,qd potest aliter se habere,& dicitur assensus conclusionis cum formidine de opposito. Verũ est tamen, qd licet idẽ intellectus nequeat simul habere scientiam,& opinionẽ de eadem re, respectu eiusdẽ,quia implicat simul existimere aliter,& non aliter se posse habere,potest tamen idẽ obiectũ esse scibile,& opinabile diuersa ratione,vt homo est scibilis secundũ risibilitatẽ,opinabilis secundum iustitiam.Differt etiam ab alijs habitibus intellectualibus, quinque.n. sunt habitus intellectus, .f.Intellectus,sapientia,scientia,prudentia,& ars, ars est circa factibilia,& externa opera,prudentia est circa agibilia in eodem principio recepta,vt velle,cogitare,&c. & isti habitus versantur circa contingentia, cæteri circa necessaria,quæ vel sunt deducta ex principijs,vt sunt cõclusiones,& est sciẽtia,vel sunt principia, & hoc dupliciter, vel sunt principia demonstrationis tantũ, & cognitio horũ vocatur intellectus, vel sunt principia etiam entiũ,& sic est sapiẽtia,quæ non solum principia complexa communissima contemplatur,sed etiam vltimas causas considerat.

Quia verò habitus specificãtur ab actibus,& actus ab obiectis,hinc sciẽtia suas conditiones,vt vnitatẽ,certitudinẽ,nobilitatẽ,&c.sumit à proprio obiecto,ita vt vnius obiecti,vna est scientia & quæ est de obiecto simpliciori,& magis à materia sensibili abstractio,nobilior,& certior est ea,quæ circa obiectũ magis cõpositũ, & minus à materia sensibili abstractũ versatur,sic disciplinæ mathematicæ certiores sunt naturali philosophia propter obiectũ magis abstractũ,qualis est quantitas, & aritmethica est certior musica,quia illa considerat numerũ simpliciter, hæc numernm sonorum.Et quia obiecta alia sunt disparata,alia verò subordinata ad inuicem,hinc etiam aliæ scientiæ sũt omnino disparatæ,vt aritmethica, & medicina,aliæ subordinatæ, & quæ est prior, dicitur subalternans,quæ posterior dicitur subalternata,illa probat principia scientiæ subalternatæ,hæc accipit sua principia ab illa,quibus procedit ad alias conclusiones demõstrandas:sed de his omnibus fusius in quæstionibus.

Verum quia oppositorum eadem est disciplina,& quod iuxta se posita magis elucent, cam ignorantia scientiæ opponatur,eius natura, & causæ erunt explicandæ,vt facit etiam Arist. in 1. post.c. 12.& 13.Duplex est ignorantia, alia puræ negationis,& est priuatio, & carentia scientificæ cognitionis,alia praue dispositionis,& est positiua, & praua mentis affectio, qua opinamur oppositum veritati,& vocatur error. Hæc causatur in nobis,vel per erroneam apprehensionem,

vt si

vt si quis apprehendat auricalcũ, vt aurũ vel per sophisticũ sillogismũ, vt cũ quis falsæ assentitur conclusioni; ignorantia puræ negationis interdum causatur ob defectũ alicuius sensus à natiuitate, nam cecus à natiuitate, licet possit habere notitiã aliquã imperfectã, & confusã colorũ, nunquã tamẽ perfectã, & distinctam; ratio est, quia sciẽtiã non habemus, nisi per inductionẽ, vel demonstrationem, & vtraq; à sensu dependet, nã inductio procedit ex singularibus, quæ sensu cognoscuntur, demonstratio ex vniuersalibus, quæ per suas singulares intelliguntur, ergo deficiente aliquo sensu, deficit sciẽtia perfecta obiecti illius sẽsus. Hinc deducitur illud axioma; *Nihil est in intellectu, qd prius nõ fuerit aliquo modo in sensu*; & dicitur *aliquo modo*, quia nõ requiritur vt res in seipsa sẽsu percipiatur, sed sufficit vel per suos effectus, quomodo cognoscitur Deus per creaturas, vel per similitudinem, vt Petrus absens per Paulum prẹsentem eius fratrem, vel per partes, quas intellectus potest coniungere, vt qui vidit montem, & aurum, potest effingere mõtem aureum, vel aliquo alio modo, de quo Doctor in p. d. 3. q. 1.

De necessitate principiorum, vbi de modis perseitatis. Cap. III.

PRinc piũ demonstrationis definitur ab Arist. 1. Post. c. 2. qd sit propositio immediata qua. s. nõ est altera prior, per quã demonstretur, vt est hæc omne animal rationale est risibile, qd principiũ est duplex, vnũ dicitur dignitas, alterũ dicitur positio, dignitas est propositio immediata, & indemonstrabilis, quã necesse est noscere, qui aliquã sciẽtiã vult discere, tales sunt propositiones per se notæ, dicuntur dignitates, quia propter maximã euidetiã, quã cõtinẽt, dignissimæ sunt, vt ab omnibus tanqua veræ cẽseantur vocantur etiã maximæ, quia ad probandas quã plures propositiones inseruiũt, huiusmodi sunt in Metaphysica *De quolibet verũ affirmare, vel negare, de nullo ambo*, similiter in mathematica *omne totũ est maius sua parte, si ab æqualibus, æqualia demas, quæ remanent, sunt æqualia.* Positio est propositio immediata, & indemonstrabilis, quã scire non est necesse, qui aliquã scientiã acquirere instituit, sed sufficit, vt à Magistro illã accipiat, vt addiscẽs philosophiã nõest opus vt sciat definitiones naturæ, motus, corporis naturalis, &c. Verũ est tñ. qd positio non solũ hanc propositionẽ indemõstrabilem, siuè affirmatiuã, siue negatiuã significat, sed etiam definitionẽ, quæ rei quidditatem explicat absq; affirmatione, & negatione, definitio. n. & si vt in propositione sumitur, affirmat, vel negat, attamen si in seipsa spectetur, nullã dicit affirmationẽ, vel negationẽ, sed tantum genus. & differentiã, vt definitio hominis dicit *animal rationale*, dicitur quoq; definitio positio quia in initio scientiarum ponitur ad instar suppositionis, qua postea vtendum est in progressu.

Prẹcipua proprietas principiorũ demonstrationis est, qd sint necessaria nam si conclusio, & sciẽtia est de necessarijs, etiã principia, quia licet ex præmissis falsis contingat colligi conclusionẽ verã, & ex non necessariis necessariã, attamen id fit non tanquam ex falsis, & nõ necessarijs, alioquin effectus nobilior esset sua causa, sed propter formam sillogisticam. Hanc necessitatẽ, & proprietatem declarat Arist. c. 4. ponens tres conditiones, vel potius tres gradus necessitatis concurrentes ad constituendam necessitatẽ principij demonstratiui.

Prima conditio, seu primus gradus necessitatis est, vt sit *de omni*, propositio de omni est, in qua prædicatum dicitur de quolibet contẽto sub subiecto, & pro quolibet tempore, vt omnis homo est coloratus, istæ verò omnis homo disputat, omnis homo comedit non sunt de omni, nã primæ deficit prima conditio, & secũdæ secunda, vndè licet ad propositionẽ

de

de omni prioristico sufficiat vniuersalitas subiectorum, tamen ad propositionē de omni posterioristico vltra illā requiritur vniuersalitas temporis.

Secūda conditio, seu secundus gradus necessitatis est, vt sit *per se* propositio per se est, in qua prædicatum per se conuenit subiecto, non per accidens, quæ cōdit o vt explicetur adnotari debent quatuor mod dicend i per se ab Arist. c. 4. assign atis Sed prius supponendum, qd prædicatio est duplex alia directa, & naturalis & est cum id, quod à parte rei subijcitur, est etiam in propositione subiectum, & quod à parte rei inest illi, est in propositione prædicatum, vt homo est animal; alia indirecta, & non naturalis, cum è conuerso, quod re vera subest, in propositione prædicatur, & quod inest, subijcitur; & ratio huius est, quia in propositione prædicatum tribuitur subiecto, illiq; conuenire enunciatur, ergo subiectum se tenet in propositione per modū habentis, & continentis, & prædicatum per modum habiti, & contenti, ergo illa propositio erit directa, & naturalis, quę conformis erit rebus, vt se habent à parte rei, & vt sunt ordinatæ. Rursus accipiendum ex Doct. 2. d. 3. q. 4. sup. Ff & 3. d. 7. q. 1. D. & d. 22. M. 4 d. 11. q. 3. F. & quol. 13. A a . quòd quando aliquid est in se repugnans, vel ens per accidens, nō potest de aliquo dici per se, nec de ipso aliquod prædicatū per se pōt enunciari, vnde istæ propositiones non erunt per se, homo irrationalis est animal; homo albus est rationalis, homo est animal coloratum, &c. & ratio est, quia qd. in se est repugnans, vel per accidens, semper erit talescuicunque comparetur; nam comparatio non tollit rei comparatæ, quod intrinsecè, & formaliter illi conuenit, ergo si est impossibile, & repugnans vel per accidens, nihil de ipso dicitur possibile, & per se. Verum est tamen, qd. illæ propositionēs, in quibus explicatur natura horum impossibilium, vel entium per accidēs, reduct uè possunt dici per se, vt chymera est impossibilis, vacuum est nihil, homo albus est ens per accidens; ratio est, quia sicut ista entia dicuntur habere propriam naturam, habita comparatione ad vera entia, & similitudinariè, ita etiam suo modo possunt in ipsis fieri prædicationes per se, His præacceptis.

Primus modus dicendi per se est, cum prædicatum est definitio, vèl ingrediens definitionem subiecti, ex quo aliqui deducunt omnia prædicata, quæ definitionem ingrediuntur tam in recto, quàm in obliquo, siue sint de essentia definiti, siue aliquod additum, per se prædicari in primo modo de definito, vnde concedūt has esse per se primi modi homo est animal, homo constat ex anima, & corpore, quæ sunt partes essentiales hominis in obliquo de ipso prædicantes, risibile est homo, pater est filij pater, & similes, nam homo ingreditur, vt subiectum definitionem risibilis, & filius vt correlatiuum in definitione patris, & probant ex ipso Arist. qui afferens exempla primi modi, ait, vt cum linea prædicatur de triangulo, & punctum de linea, ac quamuis linea sit pars essentialis trianguli, & in obliquo de ipso [illegible]dicatur, punctū tamen non est pars essentialis, nec de essentia lineæ, & solum definitionē lineæ ingreditur tanquam terminus, & quid extrinsecum, ad quod esśētialem dicit habitudinem, ergo quia quodlibet accidens essentialem dicit ordinem ad subiectum per quod definitur, & relatiuum ad correlatiuū, istæ propositiones erunt in primo mō. Insuper quia nō ē maior idētitas, quam eiusdem ad seipsum, hanc propositionem homo est homo in primo modo collocant ex Aristot. 5. Met. 13. & 2. Perier. c. 4. vbi bonum dicit esse per se bonum, & citatur Scotus. 1. Post q. 19 & Tromb. cū formalistis in trac. de form. art. 3. Tandem quia naturæ communes sunt de essentia singularium, de ipsis prædicantur etiam in primo modo.

Alij ex opposito non solū negant, quæ in obliquo definitionem ingrediūtur, ad hunc modum pertinere, siue sint de essentia, siue quid extrinsecum, verum etiam negant trāscendentia in primo modo

præ-

prædicari de inferioribus, quia non se habent admodum formæ inexistentis, propositiones quoq; identicas eadem ratione, & quia non sunt naturales, neque demonstrationi possunt inseruire, cum non explicent causam cur prædicatum subiecto conueniat; & demonstratio procedat ex causis: prædicationes item vniuersalium de singularibus remouent ab isto modo, quoniam non sunt de omni, cum sint particulares, omnis autem propositio per se debet esse de omni posterioristico sicut secundus gradus necessitatis præsupponit primum, solum ergo propositiones, in quib tota definitio, vel partes definitionis in recto prædicantur de proprio definito, vt sunt genus, & differentia respectu speciei, in hoc primo modo reponunt.

Dicimus tamen, quòd propriè loquendo illæ propositiones erunt per se primi modi, in quibus prædicata sunt de essentia subiecti vniuersalis, siue in recto, siue in obliquo, siue prædicamentalia sint, siue transcendentia, at quando non sunt de essentia, quamuis ingrediantur definitionem non conficiunt propositionem per se: reductiuè verò ad hunc modum spectant prædicationes vniuersalium de singularibus, eiusdem de se ipso, & propositiones negatiuæ in quibus remouentur à subiecto prædicata opposita prædicatis illi conuenientibus in primo modo explicantur, & probantur singula; & primò quòd prædicata essentialia in recto per se in primo modo prędicentur, patet ex communi cōsensu, & ex Arist. hic, & ex Doct. 3.d.7.q.1.D.& 1.Post.q.20. eo quia hæc est maior necessitas, quæ possit inter prædicatum, & subiectum reperiri, cū sint de quidditate subiecti: & idem de prædicatis essentialib. in obliquo dicendum, & de transcendentibus etiam, quale est ens, quod verè in quid de suis inferioribus prædicatur, vt docet Doctor 1.d.8.q.3.T.& verè ens concipitur admodum alicuius formæ Meta. hys cæ inclusæ in suis inferioribus quidditatiuè, sicut cætera prædicata quidditatiua.

Secundo quod quando non sunt de essentia, licet ingrediantur definitionem non faciant propositionem per se primi modi habetur expressè à Doctore 1 d.3 q.3.G. vbi negat ens in quid, & in primo modo de suis passionibus dici, quod probat, quia prædicatum in primo modo est de essentia subiecti, at subiectum non ponitur in definitione passionis, vel accidentis, nec correlatiuū in definitione relatiui tanquam quid essentiale, sed vt additum, & extrinsecum, eò vel maximè, quod sæpè sit alterius speciei, imò & prædicamenti. Tum quia 1. post.35: prædicatio per se non conuertitur in prędicationem per se, sed passio per se prædicatur de subiecto, ergo subiectum non prædicabitur per se de passione. Tū quia intantum prædicatum per se dicitur de subiecto, quia in subiectò est causa, & ratio formalis inhærentiæ prædicati cū subiecto, qua ratione tunc fit directa, & naturalis prædicatio, quādò id, qd. inest, prędicatur, & cui inest, subijcitur, sed in passione non est talis ratio, nec subiectum inest passioni, nec correlatiuum relatiuo, ergo non possunt conficere propositionem per se. Solum potest inferri, quod cū passio; vel accidens dicat essentialem ordinem ad subiectum; qui ordo circumscribit nobis essentialem differentiam: id circò non subiectum, sed talis ordo vt sic circumscribens dicetur in primo modo de accidenti; & in hoc sensu intelligendus est Arist. dum hic affert exemplū de linea ex pūctis constante, punctum.n. cum non sit pars essentialis lineæ, sed terminus necessariò requisitus, non dicetur de linea, neq; in obliquo in primo modo, sed habitudo lineæ ad punctum, vt explicans differentiam essentialem ipsius, erit prædicatum in primo modo. Hinc colligitur, quod non sufficit dicere, prædicatum primi modi est, quod ingreditur definitionē subiecti, sed requiritur adhuc, vt ingrediatur tāquam aliquod essentiale, non tanquam additum; insuper quod quando vna definitio essentialis prædicatur de altera eiusdem definiti, est vera prædicatio per se primi modi, vt animal rationale est ens substantiale corporeū,

constat

constat ex corpore, & anima, nam licet vna definitio non sit de cõceptu alterius, sufficit, vt sit de essentia definiti, pro quo supponit.

Tertiò, quod illæ propositiones enumeratæ in conclusione possint ad hunc modum spectare saltim reductiuè, probatur, nõ. n. propriè spectant, vt patet ex dictis referendo opinionem oppositam de prædicationibus eiusdem de seipso, & vniuersalis de singularibus: quod etiam dicendum est dè propositionibus negatiuis, quia in eis prædicatum remouetur, non tribuitur subiecto, ergo non possũt dici propriè in primo modo; tum etiam quia negationes nequeũt esse de essentia, & constituere ens positiuum. Restat igitur, vt solum reductiuè pertineant, quia vniuersalia sunt de essentia singularium, & si ista definirentur, non nisi per vniuersalia, ergo istæ prædicationes erunt in primo modo, & necessarię. Similiter si perseitas propositionis est, quia prædicatum est in subiecto non per aliud, itaut quantò subiectum est minus aliud à prædicato, tantò magis propositio est per se, vndè magis est per se propositio, in qua tota definitio prædicatur de definito, quam si pars prædicaretur, cum non sit maior Identitas, quã eiusdem ad se ipsum, identicę propositiones possunt dici per se, & non nisi in primò modo. Insuper, quod propositiones negatiuæ, &c. ad hunc modum reducantur, patet ex dictis in phys. disp. 4. q. 1. art. 1. vbi cum Doctore quol. 4. E. ostendimus negationes prædicatorũ simpliciter repugnantium alicui, quamuis constitutiuè nõn pertineant ad essentiam illius rei, consecutiuè tamen spectare, quatenus necessariò consequuntur ad prædicata propria essentialia, ergo quia negatio irrationalitatis v.g. consequitur in homine ad rationalitatem, quæ in primo modo dicitur de homine, et alias negatio ad talem modum reduci debet, vt hęc homo non est irrationalis suo modo sit per se primi modi, & hoc sibi vult Doctor, cum 1. post. q. 21. asserit, quod negatiua propositio est vera primò, & per se, sed dependenter ab affirmatiua.

Dubitari tamẽ potest de modis intrinsecis, an in primo modo prædicentur per se de re, cuius sunt modi, quales sunt infinitas, & necessitas respectu Dei, finitas, & contingentia respectu creaturæ, intensio, & remissio graduum in qualitate, non .n. videntur spectare ad 2. modũ, in quo passio dicitur de subiecto, vt infra, quia modus intrinsecus intimior est ipsa passione, nec facit vnum conceptum per accidens cum re, cuius est modus, vt facit passio cum subiecto, ex Doct. quol. 5. C. Resp. cum Smising. tract. 2. disp. 1. nu. 4. vbi citat Tat. & Posnan. ob rationem allatam modum propriè non pertinere ad 2. modum sed ad primum modum, quia aliquo pacto pertinet ad quidditatẽ rei, quatenus perfectè, & adæquatè quidditas nequit concipi non intellecto modo intrinseco, nõ tamen attinet ad primum gradum perseitatis primi modi, nam intimiora sunt rei prædicata quidditatiua, quam modi intrinseci. Vndè in hoc primo modo dantur gradus, primus est, qñ tota definitio prædicatur de definito, secundus quando pars definitionis prędicatur de definito, tertius quando modus prędicatur de re, cuius est modus; & ad quartũ gradum pertinẽt propositiones, quę reductiuè in hoc primo modo collocantur.

Dices, animal non est de ratione rationalis, sed hæc propositio est per se, rationale est animal, & non nisi ad primũ modũ reduci videtur, ergo falsũ est prędicata primi modi debere esse de essentia subiecti, mi prob. quia est necessaria, & non per accidens, ergo per se; tũ quia benè sequitur, omnis homo per se est animal, omnis homo per se est rationalis, ergo rationale per se est animal, quia ex propositionibus per se non sequitur nisi propositio per se, non per accidens. Resp. ex Sco. 4. d. ij. q. 3. Ff. quod nec genus de differentia, neq; differentia per se prædicatur de genere, quod et docuit 1. post. q. 23. quia neutrum per se includitur in altero aliter vnũ ipsorum esset tota definitio, & licet sit necessaria, non tamen per se propter carentiam inclusionis, sed solum est necessaria propter inclusionem

in

in tertio, si in specie. Dicitur quoque per accidens logicè, vt innuit Doctor in 3.d.7.q.1.D.quatenus prædicatum est extra conceptum subiecti, non metaphysicè, quasi quòd vnum accadit alteri, vel ambo tertio. Ad aliā probationem resp. Tat. hic negando conseq. quia non est necess. quod si extremitates vniuntur cum medio sub aliquo modo speciali predicādi, seu cum aliqua determinatione hoc denotante, quod etiam sic vniantur inter se; imò committitur fallacia accidentis, quatenus non quicquid conuenit prædicato dicitur etiam subiecto conuenire, eo quod prædicatum non est omnino idē cum subiecto, vide Doctorem p. post. cit. plura circa hoc docentem.

Secundus modus dicendi per se est, cū subiectum est de definitione prædicati; sed hoc non sufficit, aliter hec propositio animal est homo esset per se, cum animal sit de definitione hominis, quod tamen est falsum, vt habet Doctor 1. Post. q 18 & in 4. cit. eo quia est prædicatio innaturalis, non inseruiens demonstrationi, & faciunt ad hoc, quæ supra diximus ostendendo hanc propositionem, risibile est homo, non esse per se; Quare requiritur adhuc, quòd subiectū sit de definitione prædicati, non vt pars essentialis, sed vt additum. Sed neque hoc sufficit, aliter accidens commune in secundo modo de subiecto diceretur, & faceret propositionem per se, non per accidens, contra Arist. hic. Quapropter exigitur etiam, qd. inter illa sit necessaria habitudo causæ ad effectum, ita vt subiectū sit causa prædicati, quæ habitudo, vt sit necessaria, non d. b. e. esse in genere causæ materialis, nā hæc datur respectu accidentis cōmunis, & quia hæc indifferens est ad formam & priuationem recipiendam, quātum est de se, vt habet Doctor in 1. d. 3. q. 7. S. & 2 d. 25. C. sed in genere causæ efficientis, non cuiuscunque, sed illius, quæ per emanationem causat, & propriam resultantiam, vt explicauimus in Phys. disp. 7 q 2. qualé est subiectum respectu propriæ passionis; cæteri. n. effectus non habent necessariam connexionem; & habitudinem cum suis causis; quam doctrinam tradit Scotus 1. Post. q. 15. hinc alij breuius dicunt prædicationem secundi modi esse, cum passio de proprio subiecto prædicatur.

Ex quibus deducitur primò, quòd si passio prædicatur de definitione subiecti, vel de differentia constitutiua, talis prædicatio erit in secundo modo quia explicitè assignatur ipsius causa, ita Doctor in 3. d. 11. q 3 B. Secundo, qd. passio in secundo modo prædicatur de inferioribus proprij subiecti, vt cum passio generis dicitur de specie, & passio speciei de indiuiduis; licet nō immediatè & primario, sed mediatè, & secūdariò; & hoc sibi vult Arist cū 1. Post. 12. ait passionē generis per accidens conuenire speciei, .i. nō immediatè: ratio est, quia in inferioribus verè reperitur causa illius passionis. Tertiò; qd. passio inferioris nullo modo prædicatur per se de superiori, ita Doctor cit. vnde hæc non est per se, animal est risibile, quia non conuenit illi definitio huius secūdi modi; neque illa est per se, numerus est par, linea est recta ob eādem rationem. Quartò, qd. passiones inferiorum sub disiunctione per se in secundo modo prædicantur de superiori, vt numerus; vel est par, vel impar, linea, vel recta, vel curua, quoniā hæc duo sic accepta, cū sint immediata, necesse est alterum inesse, se habent enim, ac si contradictoriè opponerentur, & simul cum disiunctione sumpta constituunt vnum proprium de genere enunciabile; idē dici potest de ista propositione animal, aut est rationale, aut irrationale, quia diuidi in species per differentias est proprietas generis.

Dices accidens semper prædicatur accidentaliter; ergo per accidens, nō per se. Resp. si ly accidentaliter determinat inhærens, idest denotat prædicatum esse ens accidentale, est verum antecedens, sed neg. cōseq quia bene potest aliquod accidens necessariò conuenire subiecto; si determinat inhærentiam, & connexionem, neg. conseq.

Tertius modus communiter dicitur, quòd

qd.nõ sit modus prædicãdi, sed modus per se essẽdi,& variè explicatur à DD. quidã n. dicũt esse modũ per se essẽdi, hoc est solitariè existẽdi, quo sẽsu põt etiã cõuenire accidẽti,qdo.nõ est in subiecto,quã expositionẽ recipit Doct.qu. 9.A. Alij hũc modũ per se essendi magis coarctant,vt excludat modũ essendi in alio,vt in subiecto, siue actu,siue aptitudine,quo sensu cõpetit tm. substãtijs tã primis,quàm secũdis. Alii adhuc magis coarctãt,vt excludat modũ essẽdi ĩ alio, nõ solũ vt in subiecto, sed etiã vt in inferiori,quomodò tantũ primis substantijs cõpetet, nã secundę sunt in primis tanquã in inferioribus, vndè Arist. de istis tantũ exemplificauit. Zab. verò lib. 1. de propos. necess. contendit hunc esse quoq; modum, per se prædicandi, ita vt esse, seu existere per se dicatur de substantia in propositione de secũdo adiacente, eo quia logica nõ cõsiderat modos essendi, qui sunt reales, sed modos intentionales,& prædicandi, qui demõstrationi inseruiũt, quatenus per se esse enũciatur de substãtia in propositione; quæ õnia probabiliter sustineri possũt.

Quartus modus per se ab aliquib. appellatur modus non per se prædicandi, sed per se causandi: at Arist. in tex. & Doct. 1. post. q. 52. clarè illũ enumerant inter modos per se prædicãdi fundatũ tn. super modũ per se causãdi, & vt ait Doct. 3. d. 7. q. 1. §. 4. *videndũ* quãdo in subiecto includitur proxima ratio inhęrentiæ prædicati, licet inter ipsũ subiect. tũ,& prædicatum non sit necessaria habitudo, sed contingens, vt cũ dicitur, voluntas vult, iugulatus interijt: ex quo deducitur cõtra Caiet. hìc nõ sumi causã, & effectũ potentialiter, sed in actu, nã si potentialiter sumerẽtur, esset in illis necessaria habitudo, nec à secundo modo differret, vt si diceretur voluntas est volitiua, calor est calefactiuus; hæc enĩ prædicata sũt aptitudines, & passiones subiectorũ; & quamuis effectus in actu contingenter vniatur propriæ causæ in actu quoad esse, per se tamẽ vnitur quo ad causã, quia ab ipsa essentialiter depẽdet,& hoc sufficit ad cõstituẽdã propositionẽ non omninò per accidens, sed aliquo modo per se. Deducitur etiã per causã hìc intelligi nõ intrinsecã,& essẽtialẽ, quales sunt materia, & forma respectu cõpositi, quia istæ pertinẽt ad primũ modũ, sed extrinsecã, siue efficiens, siue formalis, finalis, aut materialis sit: etenim forma accidentalis, vt albedo dicitur causa formalis extrĩseca hõis albi.

Iste modus 2. Scotistas habet tres gradus; primus est, quãdo effectus formalis prædicatur de subiecto mediãte sua causa formali, vt hõ albedine est albus, albus n. est effectus formalis albedinis,& ipsa mediãte dicitur de hõie. Secũdus, quãdo actus egrediens à sua causa formali prædicatur de effectu formali illius causæ illa mediãte, vt albũ albedine disgregat, interfectũ interfectione interiit, interire n. est actus interfectionis, sicut disgregare est actus albedinis & effectus ĩterfectionis est ĩterfectũ esse vt albũ est effectus albedinis. Tertius, quãdo effectus prædicatur de suo immediato pricipio, vt intellectus intelligit, voluntas vult.

Ex opposito totidẽ modi per accidẽs prædicãdi assignari possunt; Primus est, quando prædicatum non est de essentia subiecti,& est oppositus primo, quo sẽsu hæc propositio homo est risibilis potest dici per accidens. Secundus oppositus secundo, quando prædicatum nedum nõ est de essentia subiecti, sed nec proprietas eius, vt sunt propositiones omnes in quarto modo. Tertius oppositus tertio (iuxta ponẽtes illum inter modos prędicandi, quamuis ab Arist. non numeretur) est, quãdo esse prædicatur de accidente, vt albedo est. Quartus oppositus quarto est, quando effectus non prædicatur de sua per se causa, sed de aliquo per accidens sibi coniuncto, vt musicus ædificat, accidit n. ædificatori, quòd sit

musicus, nec ædificat, vt musicus, sed vt ædificator.

Tertia cōditio, seu necessitatis gradus est, qd. nō solū sit de omni, & per se, sed id. vniuersaliter prædicetur; prædicatū vniuersale est, qd. dicitur de omni, & per se, & 2. quod ipsum. vbi not. quod vniuersale non sumitur hic pro termino multis cōmuni, vt in lib prædicab. sed posterioristicè, pro illo. s. prędicato, qd. primò conuenit subiecto, & 2. ipsū, idest adæquatè, & cōuertibiliter (in hoc. n. sēsu sumitur ly primò; non verò, vt sonat, ac immediatè) vt est risibile respectu hominis vel eius definitionis; at hęc hō est sēsibilis, nō est de prædicato vniuersali, quia sensibilitas non conuenit homini, quatenus hō est, sed quatenus animal, neq; ista homo est animal, quia non conuertibiliter, & adæquatè dicitur de hōe.

Vt autem clariùs percipiatur natura prædicati vniuersalis, debemus cū Arist. 1. post. c. 5. patefacere errores, quos possumus committere circa prædicatū vniuersale, vt illos euitemus, tribus. n. modis possumus errare, primo si existente vno tātū īdiuiduo vnius speciei putaret quis quod est prædicatū per se, & vniuersale speciei, cōuenire huic indiuiduo, quatenus est tale īdiuiduū, vt si quis existimaret huic Lunæ, quatenus hęc Luna est cōuenire eclypsari, erraret, quia etiā alteri cōueniret, si daretur, vndè hoc prædicatū nō conueniet Lunæ, quatenus hæc Luna, & in particulari, sed quatenus Luna, & in vniuersali. 2. quādo sūt plures species, quibus 2. rōē cōmunē cōuenit prædicatū, quæ cū sit icognita, putaret quis tale prędicatū illis cōuenire 2. proprias rationes peculiares, vt si quis existimaret localiter moueri cōuenire perfectis animalibus 2. rōes speciales, cū tamen conueniat secundū rōē cōmunē animalis perfecti, quę supponitur innominata. 3. si quod est speciei, putamus cōuenire generi, vt si esset tm. homo in rerum natura, & quis putaret homini conuenire esse rationale, qa. animal, erraret. Quos errores, vt euitemus, assignat Arist. cit. hanc regulā, vt verū vniuersale prædicatū cognoscamus; Si positis omnibus nō ponatur tale prædicatū, & ablatis nō auferatur, signū est prædicatū illud non cōuenire subiecto 2. illas rōes: Sed 2. eā rōē erit prædicatū vniuersale, 2. quam primò, & conuertibiliter ità cōuenit, vt illa ablata ab intrinseco, & per se aufertur tale prædicatū, & illa posita ponitur, vt posita rationalitate in hōe ponitur risibilitas, & illa ablata, hæc et aufertur.

Hi sūt necessitatis gradus, quos requirit Arist. ad principia demonstrationis[1] quorū vltimus præsupponit 2. & primū, propositio. n. de prædicato vniuersali ē per se, & de oī, 2. præsupponit primum, sed nō è cōtra, vt patet intuēti. Verū est tñ, quod nō omnes modi per se demonstrationi inseruiūt, sed solum primus, & secundus, in quibus prædicatū nūquam potest subiecto nō inesse, quāuis etiam quartus possit aliquādo inseruire; 3. verò modus, quando existentia demonstratur de subiecto, dumtaxat inseruit.

Dices, bonitas, sapientia, &c. demonstrātur de Deo, & tū istæ propositiones nō sunt de omni, propter singularitatem subiecti: itē eclypsis de Luna demōstratur, in qua cōclusione nō adest vniuersalitas tēporis; demonstratur etiā in hyeme esse niues, ī æstate grādinē fieri, &c. quæ nullā habent necessitatē, ergo falsū est, quod principia demonstrationis debent hos gradus necessitatis habere. Rn. quod vniuersalitas subiecti alia est positiua, vt quando subiectū est cōmune pluribus, quibus omnibus conuenit prædicatū, alia est negatiua, vt cū estò nihil sit sub subiecto, tamen nihil est sumere sub illo etiā per impossibile, cui tamē non conueniat prædicatū: itē plures dantur gradus necessitatis, quædā. n. propositiones dicūtur necessariæ, quia vt plurimū verificantur, sed fallibiliter, vt quòd dētur niues in hyeme, quædā aliquādo, sed infal-

infallibiliter, vt quòd tali tẽpore, & positis talibus causis eclypsis Lunæ cõtingat; quædam, vt sint semper, & infallibiliter naturali potentia, vt quod oriatur Sol quotidie, & occidat; quædam semper, & infallibiliter secundum omnẽ potentiam, vt quòd homo sit risibilis: ad arg. resp. quòd propositiones de Deo possunt dici de omni, quatenus subiectũ potest dici vniuersale vniuersalitate negatiua, quatenus nihil esset sub Deo, si esset possibile, cui non conueniret bonitas, & hoc sufficit: aliæ propositiones secundum quod sunt necessariç dicuntur demonstrari, & quo magis sunt necessariæ, eò perfectiori demonstratione demonstrantur, & quia demonstratio potissima est omnium perfectissima, & de ipsa prçcipuè loquitur Arist. qua propositiones maximè necessariæ demonstrãtur, idcircò dixit principia demonstrationis esse debere taliter necessaria, vt sint de omni, per se, & 2. quod ipsum.

De demõstratione Propter Quid. Cap. IV.

Demonstratio ab Arist. 1. post. c. 10. diuiditur in demonstrationem *propter quid*, seu potissimam, & in demonstrationem, *quia*, prima est, quæ per causam proximam, & adæquatam procedit tanquam per medium ad demonstrandã conclusionem, secunda, quæ à non tali causa procedit; prior dicitur potissima, & à priori propter perfectissimum modum procedendi, & perfectissimam sciẽtiam, quam parit: de qua Arist. c. 2. duplicem dat definitionem.

Prima definitio est ista, *Demonstratio est syllogismus faciens scire*, seu est *syllogismus scientialis*, quç definitio constat ex genere, quale est *syllogismus*, & ex differentia, quam circumscribit nobis ly, *faciens scire*, per quod à topico, & elencho distinguitur; & consequenter potest dici hæc definitio formalis, quatenus datur per causam formalem, qualis est differentia, potest quoq; dici finalis, quia datur per finem demõstrationis, qui est scientia, propter quam est instituta. Verùm est aduertendum, quod si *scire*, hic sumitur lato vocabulo, vt etiã ad scire à posteriori extenditur, sic talis definitio erit demonstrationis in communi, non demonstrationis propter quid; at Arist. per *scire*, intellexit scientiam proprijssimam, quam supra definierat, vndè in tex. 9 ait scientiam demonstratiuam esse ex prioribus, & causis conclusionis.

Secunda definitio, quæ materialis dici solet, quia datur per conditiones principiorum, et ex definitione scientiæ illam deduxit Arist. est ista, *Demonstratio est syllogismus constans ex veris, primis, immediatis, notioribus, prioribus, & causis conclusionis*. Ab ista definitione parum differt secũdum aliquos illa, quæ 1. top. c. 1. traditur, *est syllogismus constans ex principijs veris, aut primis, aut talibus, quæ ex primis suç cognitionis sumpsere principium*; sed meliùs dicetur hanc definitionem competere demonstrationi communi ad propter quid, et quia, vt omnis demonstratio à syllogismo topico secernatur, signum huius erit, quia datur per disiunctionem *veris, aut primis*: nã principia demonstrationis *Quia*, sũt vera, licet non prima, nec immediata, pro declaratione igitur huius definitionis singulç particulæ sunt expendendç.

Prima conditio est, vt sint prçmissæ *veræ*, quia conclusio est vera, ergo & præmissç, nam licet ex falso aliquando sequatur verum, hoc est per accidens, et ratione formç syllogisticæ, non per se, et ratione materiæ, imò quamuis conclusio illa secundum se spectata sit vera, attamẽ vt deducta ab illis præmissis est falsa, quia vt sic includit vim illatiuam, et causatiuam prçmissarum respectu conclusionis, quatenus conclusio est effectus, et prçmissç causç, at falsũ est conclusionem veram esse effectum falsç prçmissç, non ens. n. quale est falsum, nequit esse causa entis, quale est verũ, quapropter hoc totum s. conclusio in se vera,

cum relatione effectus ad præmissas falsas vt causas, est quid falsumitum quia nō ens non potest sciri, falsum est non ens, ergo nequit sciri, & illi assentiri intellectus; hæc conditio conuenit etiam sillogismo topico.

Dices, ex æternitate motus; quod est falsum, Arist. colligit 8. Phys. existentiam primi Motoris, quod est verum, & indemonstratione ducente ad impossibile vna propositio est falsa. Tum quia de infinito, vacuo, & ente rationis multa demonstrantur, quæ sunt non entia, & falsa. Resp. ad 1. patet ex dictis, conclusionem Arist. de existentia primi Motoris sequi per accidens ex motus æternitate, vel quod etiam conclusio sit falsa modo explicato: in demonstratione autem ducente ad impossibile concluditur negatiuè, & præmissa falsa assumitur sub conditione si esset vera, nunc autem non de ista demonstratione loquimur, sed de ostensiua, & propter quid. Ad 2. de non entibus, & falsis datur scientia negatiua, quatenus cognoscimus infinitum non dari, vacuum nō existere, ens rationis non esse verum ens, sed falsum, non verò scientia positiua affirmando de illis aliquid verum, & reale prædicatum.

Secunda conditio est, vt sint *prima & immediata*, istæ .n. particulæ, quamuis ab aliquibus distinguantur, communiter tamen pro eodem sumuntur, & in tantum Arist. apposuit ly *immediatis*, vt insinuaret, non sumi in eodem sensu ly *primis & prioribus*, vnde tex. 10. & 13. eandem significationem ambobus tribuit; hæc igitur conditio denotat, quod principia demonstrationis debent esse immediata, seu indemonstrabilia per aliud medium à priori, & in eodem genere; diximus *à priori*, quia non officit, quod à posteriori, & per effectum demonstrentur, diximus *in eodem genere*, nam potest vna causa demonstrari per aliam alterius generis, & tamen dicetur prima, & immediata in proprio genere, & ratio huius conditionis est, quia si principia essent demonstrabilia, & euidentia per alia, & illa per alia, procederetur in infinitum, quod est euitandum, ergo standum est ad aliqua principia immediata, indemonstrabilia per aliud medium prius, & intimius subiecto. Verum est tamen, quod aliqua dicuntur indemonstrabilia formaliter, quia se ipsis sunt talia, alia virtualiter, si .s. euidentiam habeant ab alijs principijs prioribus, per quæ possint demonstrari, conficiens tamen demonstrationem sciet illa resoluere in priora principia: quamuis autem ad perfectissimam demonstrationem requirantur principia formaliter immediata, tamen ad perfectam demonstrationem sufficiunt principia virtualiter immediata, aliter nulla daretur scientia subalternata, dummodò tamen priora principia sint nota scienti, aliter non esset demonstratio, sed conclusio topica in ipso; Huiusmodi propositiones possunt esse tám affirmatiuæ, quàm negatiuæ, affirmatiuæ præcipuè erunt quæ non habent causam, cur prædicatum insit subiecto, vt quando definitio essentialis, aut proprium genus, vel differentia prædicatur de definito, & cum prima passio de definitione dicitur, & vniuersaliter quādo effectus dicitur de sua proxima causa, vt homo est animal rationale, homo est animal; est rationalis, animal rationale est risibile, seu discursiuum, &c. at hæc *homo est sensibilis* non dicitur immediata, quia potest rectè per animal demonstrari. Negatiuæ erunt, in quibus extrema se ipsis distinguuntur, non per aliud medium, vt animal rationale non est innibile, hæc verò, homo non est planta, non dicitur immediata, quia potest ostendi per animal. Et istæ duæ conditiones conueniunt præmissis in se, absolutè, & vt propositiones sunt, sequentes verò in ordine ad conclusionem, vt principia illius.

Addit deinde Arist. tres alias conditiones conuenientes principijs comparatis ad conclusionem, quod sit *ex prioribus, notioribus, causisq. conclusionis*, & primò vltimam explicat, à qua cæteræ proueniunt, debent igitur esse causæ conclusionis, quia scire est rem per causam cognoscere, vnde medium debet esse causa in hac-

inhærentiæ prędicati cũ subiecto in conclusione, ergo præmissę talem causam debent continere. Pro cuius notitia communiter dicitur, quod causa alia est in cognoscendo, quæ s. est ratio, cur aliquid cognoscatur, quo sensu cum per effectum cognoscimus causam, effectus respectu causæ dicitur causa in cognoscendo, alia est causa in essendo, à qua aliquid in esse causatur, quę etiam causa in cognoscendo dicetur, si per ipsam cognoscimus effectum: & hæc est duplex formalis, seu propria, quæ s. verè est causa effectus, siuè physica, siuè metaphysica, alia virtualis, quæ propriè non est causa, sed taliter se habet in ordine ad aliud, quòd si illud causaretur, nō nisi ab illa causa prouenirer, quomodo incomprehensibilitas Dei ab infinitate ipsius prouenit, & quia hic definitur demonstratio propter quid per causam non intelligitur illa, quę solũ causa est in cognoscendo, sed etiam in essendo, & secundum rem, siuè formalis sit, siuè virtualis, vt demonstrationes, quę fiunt de Deo veræ possint demonstrationes dici.

Sed hoc dictum de causa virtuali non placet Amico tract. 26.q.6. dub. 1. vndè negat demonstrationes de Deo, & aliquas mathematicas sub demonstratione hic definita contineri, eo quia causę virtuales non sunt nisi secundum nos non à parte rei, ergo si intelligitur res ab illa causa causari, intelligitur falsum: Tum quia etiam causa tantum in cognoscēdo potest dici causa virtualis & sic demonstratio ab effectu esset demonstratio propter quid: Tum etiam quia de principijs daretur scientia, nam apprehensio terminorum potest dici causa virtualis cognitionis principiorum, quia si hæc posset causari, ab illa causaretur.

Verùm tantus rigor non placet; si enim per causam virtualem intelligitur id, à quo proprietas aliqua dimanat, & pullulat absque alia dependentia, & imperfectione, quo sensu Patres Gręci nomen causę admittunt in diuinis, & conuertitur cum principio, potest pro medio assumi in vera, & propria demonstratione propter quid, quia sufficit emanatio illa, & pullulatio, & parum refert, quòd sit cum vera dependentia, & imperfectione. Nec obiectiones aliquid valent: non prima quia causæ virtuales etiam à parte rei sunt tales, quatenus à parte rei vnũ pullulat ab alio, vndè nō intelligitur falsum, si à dependentia præscindatur. Non secunda, quia causa non prouenit ab effectu, ideoque effectus non erit causa virtualis. Non tertia, quia hic est sermo de causa inhærentiæ prædicati cum subiecto, quo sensu apprehensio terminorum nequit dici causa principiorum, neque termini principiorum habent aliam causã, cur adinuicem connectantur, cum sint prima, & immediata; quare de ipsis non erit scientia. Verùm est tamen, qd. Arist. præcipuè intellexit de causa propriè dicta, vndè est ferè quæstio de nomine.

Ex hoc probatur, quòd præmissę sint priores (quæ particula differt à 1. primis, dicuntur n. præmissæ primæ, quia non habent alias priores, dicuntur priores respectu conclusionis) eò quia causa est prior ordine, & natura ipsa conclusione, sicut quælibet causa prior dicitur suo effectu. Et quia sunt causæ in essendo, & cognoscendo ipsius conclusionis, euidentiam enim, & certitudinem conclusio habet ex præmissis, sequitur, quòd notiores sint ipsa conclusione, quod probat Arist. per illud axioma. *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis*, vt si volumus medicinam propter sanitatem, magis volumus sanitatem; sed assētimur conclusioni propter præmissas, ergo magis assentimur præmissis.

Pro exacta tamen cognitione huius axiomatis multa solent à Doctoribus afferri, vt ipsius veritatem saluent, quamplurésque conditiones, & limitationes adducũtur: breuiter tamen dicimus, quod illa propositio est causalis, vnde verificatur in his, quæ se habent, vt causa, & effectus; & fundamentũ sumitur ex hoc, quod nulla causa producit effectum seipsa nobiliorem; sed semper causa totalis, saltem vt causa, & independens est, dicit maiorem perfectionem, quàm effectus, nam inde

Independentia dicit perfectionem, dependentia imperfectionem; hinc conditiones requisitæ ad veritatem istius axiomatis præcipue sunt, quæ ad saluandam maiorem perfectionem causæ respectu effectus requiruntur. Prima igitur conditio est, vt causa sit totalis, & per se respectu illius effectus qua ratione non valet, compositum est ens in actu propter formam, ergo forma est magis in actu, nam compositum est ens in actu subsistens, forma est actus informans, nec forma est totalis causa actualitatis compositi, sed etiam propria entitas: similiter non valet cæli influunt propter motũ, ergo motus magis influit, eo quia motus non est per se causa influxus, sed per accidens, & instrumentalis. Secunda, vt prædicatum, in quo fit comparatio, conueniat formaliter tã causæ, quàm effectui, vnde non valet, aer est calidus propter Solẽ, ergo Sol est magis calidus, Petrus odio habet peccatum propter Deum, ergo magis Deum odio habet; homo deambulat propter sanitatẽ, ergo sanitas magis deãbulat. Tertia, quæ ex prima deducitur, vt id, quod effectum denominat talem, censeatur à causa quatenus tali, qua ratione non valet, domus est alba propter ædificatorẽ, ergo ædificator est magis albus, quamuis ipsi etiam albedo cõueniat, quia albedo ædificatoris non est causa albedinis domus. Quarta; quòd forma in qua comparantur, suscipiat magis, & minus, hinc nõ sequitur, Petrus est homo propter franciscũ, ergo Franciscus est magis homo, filius in diuinis spirat Spiritum Sanctũ propter Patrem, ergo pater magis spirat; Tandem quòd ly magis, & minus nõ necessariò dicit semper intensionem, & remissionem graduum, sed aliquando maiorem perfectionem quoad modum habendi talem formam, quia.f. magis independenter, & a fortiori, vt si aer vt quatuor calefaceret lignum vt quatuor, si inferretur ergo aer est magis calidus, ly magis non diceret maiorem intensionem caloris in aere, quam in ligno, quia ambo sunt vt quatuor, sed perfectiorẽ modum possidendi, quia magis independenter, & nobiliori titulo possidetur calor ab aere, quia est causa, quàm a ligno. Cũ his conditionibus intellectum illud axioma semper est verum in quocunque genere causæ. vt bene hic aduertunt Tatar. & Io. de Magistris.

Dices, tamen obiectum, quàm species ipsius sunt intelligibilia, & tamen non sequitur, obiectum intelligitur propter speciem, ergo species magis intelligitur in super. si pater, & filius essent parui nõ sequitur filius est paruus propter patrem, ergo pater est magis paruus: item cõclusio est finis præmissarum, ergo sunt propter conclusionem, ergo conclusio erit magis euidens, & nota. Resp. speciẽ nec esse causã totalem intellectionis obiecti, neq; concurrere, quatenus est intelligibilis, vt Quæ sed potius vt Qua, repræsẽtãdo f. obiectũ, vnde deficit prima, & tertia conditio. Similiter secundo exemplo deficit prima conditio, paruitas n. cũ sit defectio, & negatio, non est effectus per se, sed per accidens productus: Demũ tertio exemplo deficit tertia cõditio, nam conclusio vt finis non causat in præmissis noscibilitatem, & euidentiam, sed appetibilitatem, vndè si præmissæ solummodo propter conclusionem, & non ex alio capite amarentur, magis esset amata conclusio.

Sed circa noscibilitatem principiorum duo fuerunt errores antiquorum, quos refert, & reijcit Arist. c. 3. nam aliqui negarunt sciri posse, aliter scirentur per alia principia, & sic in infinitum; alij dixerunt sciri per demonstrationem circularem, vt.f. conclusio sciatur per principia, & hæc deinde per cõclusionem, hinc nõ est in infinitum procedendum. Primũ errorem, quia euidens est, non confutat Arist. sed solum soluit rationem ipsius, nempe quòd quamuis notitia principiorum non sit nobis indita à natura, & intellectui nostro congenita, eo quia intellectus noster est tãquam tabula rasa, in qua nihil est depictum dicuntur tamen lumine naturæ cognosci, & non per alia principia, quatenus percipimus sensibilia per sensum, ex sensu fiunt imaginationes, &

les, & phantasmata, ex quibus efficitur memoria, & ex multis memorijs experiẽtia, tandem ab experientia plurium singularium colligit intellectus propositionẽ vniuersalem, cum vi luminis naturalis, & inditæ inclinationis à natura clarum, & certum præbet assensum, & in hoc principio acquiescit intellectus non procedens vlterius, sed potius ex eo colligens conclusiones: vnde non est cognitio scientifica, & per causam, sed à simplici apprehensione terminorum originatur. Secundum errorem respuit, quia cum demonstratio circularis in hoc differat a regressu, vt illa semper eadem via procedat, s. propter quid, & à causa ad effectum, hic vero diuersa via, primò à posteriori, & ab effectu, secundò à priori & à causa: si omnia per demonstrationem propter quid scirentur, itaut daretur circulus in demonstrationibus, idem esset notius, & ignotius natura respectu eiusdē, quod contradicit, probatur sequela, nam demonstratio propter quid procedit à notioribus natura, & in se, quæ sunt principia, ad ignotiora natura quæ est conclusio, ergo si principia deinde per conclusionem demonstrarentur demonstratione propter quid, iam conclusio esset notior natura, & in se respectu principiorū: quapropter non est admittendus circulus, sed gressus, ita vt cum principia demonstramus per conclusionem, talis demonstratio non est propter quid, & à priori, sed quia, & a posteriori per effectum nobis notiorem, sed ignotiorem natura, ad causā notiorem natura, & nobis ignotiorem: Notiora nobis sunt sensibus propinquiora, ignotiora à sensibus remotiora, quoniam nostra cognitio ortum ducit à sensibus; & quia effectus vt plurimum sunt propinquiores sensibus, causæ verò remotiores (interdum enim res e contra se habeat, vt patet de Sole qui propinquior est sensibus quibusdam effectis ipsius in visceribus terræ) illi erunt nobis notiores, illæ ignotiores; notiora natura è cõuerso, quæ sunt minus sensibilia, vt vniuersalia, ignotiora natura, quæ sunt magis sensibilia, vt singularia.

Ex his patet definitio demonstrationis materialis, & conditiones præmissarum, ex quibus aliæ conditiones oriūtur, vt quæ sint necessariæ necessitate in præcedenti cap. declarata, quæ à doctoribus ponitur potius vt passio conueniens præmissis ratione terminorum, ex quibus cõstant, quàm conditio ipsarū, vt præmissæ sunt, item, quod sint ex per se inhærentibus, ex vniuersalibus, & æternæ, non quidem æternitate incomplexa, vt est Deus, sed complexa, vt nimirum sint propositiones æternæ veritatis; & tandem, quod sint propriæ, non communes, nam principia alia sunt propria, quæ ad propriā, & determinatam scientiam spectant, alia non propria, vel quia aliena omnino, & alterius scientiæ, vt principia geometriæ respectu medicinæ, vel quia communia omnibus, aut pluribus sciētijs: principia ergo debent esse propria, non aliena quia causæ sunt determinatæ ad certos effectus, ergo effectus per proprias causas, & non per quascunq; demonstrari debent non debent esse communia, quia ista non faciunt scire secundum quod ipsum, vt dictum est supra, nisi per terminos speciales, & proprios cuiuscunq; scientiæ contrahantur, vt hoc principium, si ab æqualibus æqualia demas quæ remanēt, sunt æqualia, est commune geometriæ lineam cõsideranti, & arithmeticæ, quæ est de numero, pôt fieri propriū arithmeticæ, si dicas, si ab æqualibus numeris, &c. proprium geometriæ, si ab æqualibus lineis, &c. Hinc si scientiæ sunt disparatæ, non licet descendere de genere in genus, hoc est, non licet per principia vnius scientiæ ostendere conclusionem alterius, quia scientiæ suam vnitatem sumunt ab obiectis, & obiecta harum scientiarum sunt omnino diuersa, & distinctæ: at si scientiæ sunt subalternæ, licet quodammodo trascendere de genere in genus, quia conclusiones subalternatis inseruiunt pro principijs in scientia subalternata propter subordinationem obiectorum. Hæc omnia tradit Arist. 1. post. vsq; ad 10. cap.

De Demonstratione Quia, Cap. V.

DEmonstratio Quia est illa, quæ à non causa propria,& adæquata procedit ad demonstrandam conclusionem, qua ratione dicitur, demonstrationem propter quid facere scire propter quid res sit, nã perfectè quietatur intellectus per ipsã demõstrationem verò Quia solum facere scire, quod res sit, nam lic. t euidenter demonstret prædicatum conuenire subiecto, nõ tamen perfecte quietatur intellectus, sed vlterius procedit ad inuestigandam propriam causam.

Multipliciter autem potest fieri hæc demonstratio, Primo quando per effectũ demonstratur causam esse; circa quod est not. quod effectus quandoq; est cum sua causa conuertibilis, & tunc ex negatione, vel affirmatione effectus potest concludi negatio, vel affirmatio causæ, & possumus deinde progredi per demonstrationem propter quid à causa ad effectum, ita se habent risibile, & rationale; quandoq; non est conuertibilis, sed inadæquatus, vel quia excedit causam, si potest ab alia produci, vt calor respectu ignis, qui potest à sole quoq; generari, vel quia exceditur à causa, vt si effectus quãdo est, semper à tali causa proueniat, non tamen semper ab illa causetur, ità se habet respiratio respectu animalis, nam pisces sunt animalia, non tamen respirãt, sic sensibilitas respectu viuentis, animal; n. est causa respirationis, & ratio viuentis est causa sensibilitatis, non tamen sunt causæ adæquatæ: ab effectu, qui exceditur à causa, potest fieri demonstratio affirmatiua, vt respirat, ergo est animal, nõ tamen negatiua, non respirat, ergo non est animal: ab effectu vero excedente causam potest effici demonstratio negatiua, vt non est calor, ergo non est ignis, non vero affirmatiua, est calor, ergo est ignis. Hæc demonstratio dicitur quoque demonstratio a posteriori, quia procedit per aliquid posterius in re, qualis est effectus in ordine ad causam,

Secũdo, quando per causam remotam & nõ propriam demonstratur effectus, per causam remotam intelligitur causa inadæquata, & tunc si excedit effectum, à negatione causæ concluditur negatio effectus, vt non est animal, ergo non respirat; si exceditur ab effectu, concluditur affirmatiuè à positione causæ ad positionẽ effectus est ignis, ergo est calor. Hæc demonstratio potest dici à priori, quia procedit ex prioribus, quales sunt causæ; hinc quando dicitur demonstrationem propter quid esse à priori, & demonstrationem Quia à posteriori antonomasticè hoc debet intelligi, quatenus omnis demonstratio propter quid est à priori, & omnis demonstratio à posteriori est demonstratio Quia, non tamen est vniuersaliter verum, quia datur demonstratio à priori, quæ non est propter quid, sed Quia, & demonstratio Quia, quæ non est à posteriori.

Dices datur causa remota, à qua per demonstrationem propter quid proceditur ad effectum, ergo falsum est demõstrationẽ Quia procedere à causa remota; antec. prob. hæc est demõstratio propter quid, omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est risibilis, & tamen inter animal rationale, & risibile mediat esse admiratiuum, quod est causa proxima risibilitatis; & vniuersaliter quando est ordo inter passiones, & effectus, ita vt posterior à priori proueniat. Resp. causam remotam posse sumi dupliciter, vel vt distinguitur ab immediata, & proxima, quo sensu animal rationale erit causa remota risibilitatis, sed adæquata, & conuertibilis, vel vt distinguitur ab inadæquata, & non conuertibili, quomodo animal rationale non erit remota causa risibilitatis, in hoc sensu sumitur in definitione demonstrationis Quia, vnde negatur antec. cum sua probatione. Verum est tamen, quòd aliqui per causam remotam vtramque intelligunt, vnde negant demonstrationem allatam esse propter quid, sed opposita sententia est communior, & est quæstio de nomine.

Tertio,

Tertio, potest fieri à signo aliquo naturali, quod necessariam habeat connexionem cum alio, quia inuicem se consequuntur, non tamen se habent vt causa, & effectus, vnde dici solet à concomitantibus, vt est risibile, ergo est risibile; & hic modus, quamuis expresse non assignetur ab Arist. tamen quia est certus, euidens, & necessarius, qua rat onè hæc propositio flebile est risibile, non est omnino accidentalis, sed reducibilis ad secundum modum perseitatis, quatenus risibile dicitur de homine, qui datur intelligi per ly flebile; hinc poterit dici modus demonstratiuus reducibilis ad modum arguendi à non causa.

Ad istum modum quoque reduci potest inductio, quæ est à particularib. sufficienter enumeratis, quæ sunt posteriora, ad vniuersale, quod est prius. Demonstratio verò ducēs ad impossibile est reducibilis tam ad demonstrationem propter quid, qua ad demonstrationē Quia, nam si procedit à causa proxima, est demonstratio propter quid, vt si equus est rationalis est risibilis, si verò à tali causa non procedit, erit demonstratio Quia, vt si equus est risibilis, est rationalis.

Ex his deducitur demonstrationem propter quid à demonstratione Quia differre, nam illa procedit semper à causa proxima, adæquata, & à priori, ista vel à causa remota, & inadæquata, vel à posteriori: illa pertinet ad scientiā subalternantem, quæ, cum sit superior, reddit causam principiorum scientiæ subalternatæ, & ea probat à priori; ista vero spectat ad scientiam subalternatam, quæ sæpius ab effectu procedit: illa nobilior est, quia simpliciter magis facit scire, & secundum quod ipsum. Insuper deducitur demonstrationum aliam esse affirmatiuam, aliam negatiuam, sed illam perfectiorem esse, quia demonstratio affirmatiua non indiget propositione negatiua, at demonstratio negat ua indiget affirmatiua propositione, quia ex puris negatiuis nihil sequitur, sic etiam demonstratio ostensiua dignior est demonstratione ducente ad impossibile, nam illa procedit ex propositionibus veris, ista saltē ex vna falsa. Tādē colligitur, quod inter figuras sillogismorum tertia non est apta demonstrationi, nam scientia est vniuersalium, tertia autem figura particulariter concludit; secunda quamuis possit instruire demonstrationi negatiuæ, aptior tamen est prima figura, & inter omnes modos primus est aptissimus, nam prima figura non indiget alijs, sed aliæ figuræ indigent prima, qua ratione nobilior est cæteris; & primus modus concludit vniuersaliter affirmatiuè, quomodo concludere debet demonstratio propter quid.

De medio demonstrationis.
Cap. VI.

Præcipua difficultas conficiendi demonstrationem consistit in inuentione medij termini, per quem conclusio demonstratur, hinc non immeritò Arist. totum ferè 2. lib. Post. consumpsit, vt explicaret methodum, & viam inueniendi mediū demonstrationis, quod innuit in fine primi libri, dum definitionem solertiæ assignauit, dicens, quòd solertia est *subtilitas inueniendi medium in non perspecto tempore*, idest est vis velociter penetrandi à causa ad effectum, vel ab effectu ad causam in paruo tempore, nam omnis demonstratio procedit vel à causa ad effectum, vel è contra. Vt igitur tractationem medij aggrediamur; cum ipso Arist. numerum quæstionum debemus præmittere.

Quatuor igitur sunt genera quæstionum, (quamuis in particulari infinitæ sint quæstiones, sicut scibilia sunt numero infinita) an sit res, quid sit res, quia sit res, idest qualis sit res, & propter quid sit res, vt de homine Primò quæritur an sit an s. habeat aliquod esse, Secundo quid sit in speciali illud esse, quod habet, Tertio quale sit, idest quā proprietatem habet in se, Quarto propter quam causam illi conuenit talis proprietas, primæ duę quæstiones dicuntur simplices, quia fiunt per propositiones de secundo adiacente, reliquæ dicuntur compositæ, quia fiunt

in pro-

in propositionibus de tertio adiacente, & verbum *est* determinatur ad peculiare prædicatum. Sufficientia verò huius quaternarij assignari poterit, quia de re aliqua, vel queritur entitas, vel proprietas, si primum, vel quæritur de entitate rei in generali, & in vniuersali, an res existat, & habetur prima quæstio; vel in speciali, quænā sit illa entitas, & habetur secunda; si quæritur proprietas, vel quæritur inhærentia ipsius in subiecto, & habetur tertia, vel causa talis inhęrētię, & habetur quarta quæstio.

Dices Arist. 1 top. alias assignauit quæstiones iuxta numerum prædicatorum, .s. generis, definitionis, proprij, & accidētis, ergo quęstiones plures, quàm quatuor. Tū quia in omni quæstione quæritur prædicatum, & supponitur subiectū, ergo si est subiect. semper est præcognitio, nunquam quæstio. Resp duas primas quæstiones ibi assignatas contineri in quęstione quid est, nam genus, & definitio pertinent ad quidditatem rei reliquas contineri in tertia quæstione. Ad 2. Assumptū esse verum de alijs quæstionibus non de prima, in qua quæritur ipsum esse de re, & isti præsupponitur solum quid nominis, vt diximus cap. 1 huius Tract.

Omnes istæ quæstiones, inquit Arist. reducuntur ad vnam, .s. ad quæstionem medij, eo quia omnis quæstio est quæstio medij, quod probatur, nā omnis quæstio est propositio dubitabilis, si .n. non dubitaremus de aliqua re, non esset inquisitio de illa re, sed euidentia, & certitudo, at omnis propositio dubitabilis per medium demonstratur, & qn medium scimus, quieta mur, & cessat omnis inquisitio, quod patet in sensibilibus, nam ideo de eclypsi Lunæ quærimus an sit, & propter quid sit, quia nescimus causam, at si essemus supra Lunam, & videremus ipsam intrando vmbram terrę deficere, nec quæreremus de eclypsi an sit, nec propter quid sit, quia per illud medium .s. per ingressū in vmbram terræ hæc omnia nobis innotescerent, quapropter omnis quæstio est de medio, per quod possit illa propositio dubitatā demonstrari, Verum est tamen, quod sola quarta quæstio explicitè, quærit mediū, at cœteræ qstiones saltim implicitè; & virtualiter querūt mediū, quatenus oēs causam querunt, per quā possint ostendi.

Cum igitur omnis quæstio quærat causam, per quam tanquam per medium demonstretur; scire .n. est rem per causā cognoscere, vt clarius pateat, quænā causa possit in demonstratione pro medio inseruire, aduertendum, quòd causa est, à qua res accipit esse, & quæ dat esse rei, est quatruplex, duæ intrinsecæ, duæ extrinsecæ, intrinseca causa est, quæ constituit causatum tanquam pars in causato inexistens, & vna est materialis, ex qua aliquid fit tanquam ex subiecto in se recipiente alteram partem, .s. formam, vt corpus est materia hominis, quia in ipso est, & animam recipit; altera causa intrīseca dicitur formalis, & definitur, qd. sit quod quid erat esse rei, idest quæ ita dat esse rei, vt cōstituat eam actu in certa, ac determinata rerū specie, ita se habet anima rationalis respectu hominis; causa extrinseca est, quæ causat effectum, s d in illo non manet, & vna dicitur efficiens, quæ .s. producit effectum, seu vt ait Arist. quæ aliquid primum mouet, vt Deus dicitur causa efficiens omnium; altera est finalis, in cuius gratia aliquid fit, sic sanitas dicitur causa finalis deambulationis.

Ex quolibet istorum generum potest sumi mediū pro demonstratione, & maximè ex genere causæ formalis, nam in demonstratione potissima medium est definitio subiecti, quod fusius declarabimus in disp solum hic aduertendū, quòd illa causa debet pro medio inseruire, quæ tempore non antecedit effectum, alit. r ex causa non inferretur necessariò effectus, cū possit esse sine illo, licet ab effectu possimus arguere causam, vt diximus c. præced. Insuper not. illam causā debere poni pro medio, quæ in quæsito quæritur, nō verò quæ est ex vi quæsiti nota, vt si quis quæreret, quare pulsantur campanæ, si responderemus, quia trahun-

trahuntur, vel mouentur, non satisfacimus quæsito, nam ille non quærit causam mouentem, & efficientem sed finalem; quia v. g. aliquis Sacerdos est celebraturus.

Deducitur tandem ex ista doctrina, quod cum idem effectus possit habere plures causas, poterit per plura media, & plures demonstrationes ostendi; & quia multæ res mutuò se generant, etsi non eadem numero, saltim specie, sequitur posse admitti demonstrationes aliquas circulares, in quibus semper à causa ad effectum proceditur, v. g. ex terra madefacta fit vapor, ex vapore nubes, ex nube pluuia, ex pluuia iterum terræ madefactio; vnde valet inferre est terræ madefactio, ergo est pluuia, à causa ad effectum, & deinde est pluuia, ergo terræ madefactio, etiam à causa ad effectum; quæ demonstrationes quamuis non sint potissimę propter nō necessariā cōnexionem causæ cum effectu, non sunt tamen vitiosæ; neque in illis committitur propriè circulus, quia non reditur ad idem numero; sed ad idem specie, vnde non sequitur idem omnino simul esse prius, & posterius respectu eiusdem.

Quoniam verò medium in demōstratione est definitio, tractat Arist. in 2. Post. de definitione, docetque modum eam venandi, & construendi; sed quia de hoc fusè agimus infra dis. 1. q. 4. hic alia non addimus ad secundum Poster. spectantia, hæc enim omnia ibi ex professo trademus.

TRACTATVS SECVNDVS De Sillogismo topico.

De materia tùm remota, tùm proxima sillogismi topici. *Cap. I.*

POst tractatum de sillogismo demonstratiuo, de sillogismo topico occurrit sermo, sicut. n. demonstratio est certè nobilior, quia scientiam generat, quæ opinione, & errore est prę stantior, ita sillogismus topicus debet elencho, & falsigrapho præferri, quia opinio, quæ effectus est topici, longè superat errorem, qui ab elencho generatur. Sillogismus topicus est, qui ex probabilibus colligitur, idest qui ex præmissis non necessarijs, sed probabilibus infert conclusionem etiā probabilem, vnde non scientiam, quæ est cognitio certa, & euidens, sed opinionem parit, quæ est adhæsio intellectus alicui propositioni cum formidine de opposito; non requiritur autē, quod vtraque præmissa sit probabilis, sed sufficit vna quia conclusio sequitur semper debiliorē partem, sicut ad inferendam conclusionem falsam, satis est vna præmissarum falsa. Probabilis propositio est, quæ videtur vera vel omnibus hominibus tām rudibus, quàm sapientibus; vel plurimis; vel sapiētibus solum, & his, vel omnibus, vel maiori parti, vel præstantioribus: hęc autem apparentia veritatis non se tenet ex parte rei, quasi quod detur aliqua propositio, quæ in se nec veritatem habeat; nec falsitatem, hoc .n. implicat, cum veritas, & falsitas contradictoriè opponātur, sed prouenit ex parte intellectus, eo quia veritas, vel falsitas illius propositionis non ita euidenter percipitur ab intellectu, qua propter vni intellectui propositio illa propter aliquas rationes apparet vera, alteri verò ex alijs capitibus apparet falsa; hinc potest esse, quod aliqua propositio sit in se necessaria, sed quia intellectus non euidenter percipit illam necessariā connexionem, ignorans causas illius necessitatis, sed tātum ex verisimili quadā; & apparenti ratione mouetur ad assentiendum illi, non habebit scientiam de illa propositione, sed opinionem, nec dicetur illa propositio necessaria, sed probabilis, Ex quibus patet, quomodo sillogismus topicus à demonstratiuo differat, & ab elencho, ille .n. ex propositionibus veris, certis, & euidentibus procedit, iste ex propositionibus in se falsis, quæ veræ apparent non sapientibus, neq; cum aliquo fundamento veritatis, at topicus proce-

procedit ex probabilibus apparentibus veris ipsis sapientibus propter fundamentum aliquod, & consimilem rationem veritatis dicitur iste sillogismus dialecticus, nam dialectica, quamuis totam logicam significet, peculialiter tamen huic parti ascribitur, eo quia hac parte instructi de rebus omnibus probabilibus, & incertis copiosam disputationem instituere possumus: dicitur etiam topicus, nam *topos* apud græcos significat idem, quod locus apud latinos, & hæc pars logicalis locos oēs tradit, à quibus media desumimus ad probandas probabiles propositiones.

Materia huius sillogismi, sicut & aliorum, duplex est, remota, & proxima; remota sunt termini, proxima propositiones, de vtraq; agit Arist. 1. top. hanc ait esse problema dialecticū, & propositionem dialecticam, illam ait esse prædicata topica, non quod propositiones dialecticæ ex solis prædicatis cōficiantur, constant .n. ex subiecto, copula, & prædicato, sed de prædicatis tm̄ mentionem fecit, quia ex diuersitate prædicatorum sumitur problematum diuersitas, vt infra; prius igitur de materia remota, & deinde de propinqua agemus.

Prædicata topica quatuor assignātur ab Arist. 1. top. c. 4. Definitio, seu terminus; genus, proprium, & accidens; definitio est oratio explicans essentiam rei, & dicitur terminus, nā sicut terminus agrorū, quicquid pertinet ad agros, in se claudit, ita definitio continet, quicquid est de quidditate definiti, de qua definitione ex professo agemus infra disp. 1. q. 4. Genus est, quod de pluribus differentibus specie in quid prædicatur, proprium est, quod non indicat rei essentiam, ipsi autem inest, & conuersim prædicatur; accidens est, quod nec est definitio, nec genus, nec proprium, sed potest inesse, & non inesse rei, ex quo loco sumpsit Porph. definitiones prædicabilium.

Ex quibus definitionibus colligitur, vt rectè notauit Au[illegible] rsa q. 39. sect. 5. malè [illegible] affirmasse hic n. 8. & 9 prædicatum ac[illegible] omnia alia sub se com[illegible] [illegible] quæruntur in problemate, absq; eo quod explicitè quæratur modus, s.l. conueniant subiecto tāquam genus, vel definitio, aut proprium, v. g. si quis quæreret, an animal conueniat homini tanquam genus, tunc animal continetur sub prædicato generis, sed si absolutè quæreret, an homo sit animal, ait Ruuius, animal tūc contineri sub prædicato accidentis. Hoc autem est falsum, quia prædicatum accidentis secundum Arist. pōt non inesse, animal autem, definitio, & proprium nequeunt non inesse; quapropter quamuis aliquando explicitè non quæratur modus prædicati, implicitè tamen quæritur, & sic animal semper sub prædicato generis continebitur.

Sufficientia horum prædicatorum tāgitur ab Arist. cit. nam omne prædicatū vel conuenit subiecto conuertibiliter, vel inconuertibiliter, si primum, aut essentialiter, & sic est definitio, aut accidentaliter, & sic est proprium, si secundum, aut essentialiter, & sic est genus, aut accidentaliter, & sic est accidens.

Dices, tot sunt prædicata, quot prædicabilia, se habent enim vt actus, & potentia, prædicabile est, quod potest prædicari, prædicatum, quod actu prædicatur, sed prædicabilia sunt quinque .s. genus, species, differentia, proprium, & accidens, ergo &c. Tum quia trāscendentia, & indiuiduum nō cōtinentur sub istis prædicatis, & tamen possunt de aliquo prædicari. Resp. Tat. hic, & cum eo ferè omnes recentiores, prædicatum in communi differre à prædicabili, vt actum & potentiam, at prædicatum topicum habere vltra hoc, quod de aliquo prædicetur modū per illum prædicādi conuersim, vel non conuersim, quapropter si differentia specifica consideratur in ordine ad speciem, & generica in ordine ad genus, non erit prædicatum distinctum à definitione, quia vtraq; prædicatur cōuertibiliter, & essentialiter, si verò comparantur ad inferiora reducuntur ad genus, ad quod reducitur etiam species, & trāscendentia, quia ista omnia prædicātur essentialiter non conuertibiliter: & quāuis definitio non assignetur à Porph.

Inter

inter prædicabil a, hoc est, quia solum de incomplexis omnino in ordine ad cathegoricas mentionem fecit, in quibus definitio non collocatur, Arist. verò locutus est de prædictis in ordine ad problemata topica; non inficiamur tamen, quin aliæ possint subdiuisiones fieri, & sic multiplicari prædicata, assignando differentiam, & species, vt prædicata distincta. Indiuiduum tandem potius natum est subiici, quã prędicari, de trãscẽdẽtibus nõ sũt specialia probl. ex Sco. p. d8. q. 3. S.

Problema dialecticum est quæstio de vtraque parte contradictionis, vel contrarietatis, vt an homo sit animal, an non an terra sit frigida, vel calida; propositio dialectica est interrogatio de vna tantum parte quæstionis, vt an terra sit frigida, vnde problema, & propositio dialectica differunt sicut pars, & totum, nam problema explicitè vtramque partem quærit, propositio alteram explicitè, alteram implicitè; & diuidi possunt primò iuxta diuisionem prædicatorum, vt aliud sit problema definitionis, in quo definitio quæratur de definito, aliud sit problema generis, &c. Secundo diuiduntur iuxta diuersitatem materiarum, quæ in scientijs pertractantur, vt aliud sit problema morale, aliud speculatiuum, aliud physicum, aliud metaphysicum, &c. Tertio diuidi possunt ex parte illorum, qui illis assentiuntur, nam aliud est, quòd est ęquè incertum tùm vulgaribus, tùm sapientibus quoad vtramque partem, quia nulla ratio vrget pro aliqua illarum, vt an numerus stellarum sit par, vel impar; aliud, in quo vulgares opinantur contra sapientes, vt sit ne Sol maior terra, an non; aliud, in quo etiam sapientes discrepant, vt an cœlum constet ex materia, & forma, vel non: vbi aduertendum, quod ad hoc, vt aliqua propositio dicatur dialectica, & problema dialecticum, requiritur; vt sit probabilis per rationes aliquas generales, non demonstratiuas. Dicuntur autem problema, & propositio dialectica materia proxima sillogismi topici, non quòd ipsum formaliter ingrediantur, non .n. sillogismus constat ex propositionibus interrogatiuis, sed vel affirmantibus, vel negantibus, sed materia dicuntur, quatenus continent duo extrema, ex quibus conficitur conclusio illius sillogismi, quæ erit altera pars, vel affirmatiua, vel negatiua problematis, vt si quæratur, an terra sit altior mari, sillogismus cõcludet, vel qd. sit altior, vel nõ sit altior.

De locis Topicis. Cap. II.

Diximus problema esse materiam sillogismi topici, eo quia in se conclusionem continet, & duos terminos, quapropter cum sillogismus ex tribus terminis constare debeat, medium terminum inuenire oportet ad probandam conclusionem; pro cuius inuentione quædam assignãtur à Doctoribus loca topica nuncupata, ex quibus, tanquam ex promptuarijs, media extrahimus ad ostendendam conclusionem. Definitur .n. locus topicus; *quod sit sedes argumenti*, vel *illud, à quo conueniens eligitur argumentum ad propositam quæstionem*, per argumentum hic intelligitur medium topicum; in his .n. locis reponuntur quædam maximæ, & vniuersales propositiones tantæ dignitatis vt ab omnibus cõcedantur, in quibus aliæ propositiones virtualiter continentur, & accipiunt vim inferendi conclusionem, sicut locus naturalis dicitur habere virtutem conseruatiuam locati.

Solet à Summulistis diuidi locus in locum maximam, & in locum differentiam maximæ, locus maximus est propositio illa vniuersalis, qua nulla est prior, & notior in illo genere, sed est ex terminis nota, ipsique multæ argumentationes innituntur, vt *De quocunque dicitur definitio, dicitur etiam definitum*, *De quocunque prædicatur species, prædicatur etiam genus*, quibus innituntur illæ argumentationes, animal rationale est risibile, ergo homo est risibilis, Petrus est homo, ergo est animal: locus differentia maximæ sunt termini illi, quibus maximæ differunt inter se, & ex quibus conficiuntur, sic definitio, & definitum.

tum,genus,& species dicuntur loci differētiæ maximæ,per quos terminos maximæ inter se distinguuntur, vndè prima dicitur esse in loco à definitione ad definitum, altera à specie ad genus.

In istis maximis duos terminos reperies, quorum vnus dicitur inferens, & est,qui solum in antecedenti ponitur,nō in consequente,alter dicitur illatus,qui consequens ingreditur, sic in exemplis adductis termini inferentes sunt definitio,& species,termini illati definitū, & genus,animal rōale erit inferens,hō erit illatus;terminus verò, qui tā in antecedēti,quàm in cōsequenti ponitur,dicitur terminus cōmunicans; locus differentia maximæ non sumit suā denominationem,nisi à terminis inferēte,& illato,ab inferente,vt à termino à quo,ab illato,vt à termino ad quē,vndè solet dici locus à definitione ad definitū, à specie ad genus,&c.& quādo isti termini diuersimodè denominātur,& diuersis nominib., terminus inferēs ponitur in ablatiuo,illatus in accusatiuo, vt patet in exēplis adductis, qdo verò ijsdē nominibus denominantur,ambo ponuntur in ablatiuo plurali,vndè non dicitur locus ab opposito,ad oppositū à repugnāte ad repugnās,sed ab oppositis,à repugnātib.

Locus differentia maximæ prima sui diuisione triplex est,intrinsecus,extrinsecus,& medius,quorū quilibet aliàs patitur subdiuisiones, de quibus omnibus breuiter agēdū:ex his diuisionib. habētur diuisiones loci maximæ,nā maximæ diuiduntur iuxta diuersas habitudines, quas habent inter se termini, vt alia est habitudo inter definitionem, & definitum,& alia inter speciē, & genus, & secundum varias istas habitudines variæ formantur maximæ illas explicantes.

De locis intrinsecis. Cap. III.

LOcus intrinsecus est, quando argumenta sumuntur ab his,quæ ad rei substantiā,seu essentiam pertinent(substantia.n. hic nō accipitur pro prædicamento,sed pro rei quidditate,quomodò accidentib.etiā conuenit) vel substātiā comitātur;qui locus ē duplex,vel à substātia,vel à comitātib.substantiā. Locus à substātia est, qdo argū.sumitur ab his, quæ ad essentiā attinēt,& cōuertibiliter se inferūt,talia sūt definitio,& definitū: Diximus,*conuertibiliter se inferūt*, quia si solūmodò locus à substantia explicetur,quòd sumatur ab his,quæ ad essētiā attinēt,vt facit Ruuius,sic sub isto loco nō tantū locus à definitione,sed à genere,à specie,à partibus,&c. comprehenderentur,cum tamen à Sūmul. ista loca sub loco à cōcomitantib. substātiā ponantur, eo quia nō explicant essentiam conuertibiliter;vt igitur à cōmuni sententia nō recedamus, locus à substantia propriè est locus à definitione ad definitum,per definitionem nō solum potest intelligi definitio propriè dicta,quæ per genus, & differentiam solum explicat essentiam rei, verum etiam descriptio & interpætatio nominis;descriptio est oratio explicans essentiam rei per genus,& accidens proprium,vel plura accidentia communia circumscribentia, propriam differentiam,vt homo est animal risibile, homo est animal bipes ad beatitudinem ordinatum;Interpætatio est explicatio nominis,& ē duplex,quędā,quę cū interpætato conuertitur,vt theologia est sermo de Deo,quædā,quæ nō cōuertitur,vt lapis.i.lædēs pedes, nā multa lędunt pedes, quæ non sunt lapides; in præsenti de prima est sermo.

Locus igitur à definitione ad definitum est habitudo identitatis,seu cōuertibilitatis ipsorū ad inuicem,vnde quatuor maximæ ab istis eruuntur, duæ affirmatiuæ,& duæ negatiuæ. Prima est, *De quocunque prædicatur definitio,prædicatur definitum*, vt Petrus est animal rationale,ergo est homo. Secunda affirmatiua est, *Quicquid prædicatur de definitione,prædicatur de definito*, vt animal rationale est mobile,ergo homo est mobilis.

bilis. Tertia negatiua, *A quocunque remouetur definitio, & definitum remouetur*, vt albedo non est animal rationale, ergo albedo non est homo. Quarta negatiua, *Quicquid remouetur à definitione, remouetur à definito*, vt animal rationale nō est lapis, ergo hō nō est lapis, in prima, & tertia definitio est prædicatū, in secunda, & quarta est subiectū. Idē dicendum de interpræratione, & interpræiato, de descriptione, & descripto.

Quoniam autem definitio, & definitū conuertibiliter dicuntur, possunt aliæ quatuor maximæ formari à definito ad definitionem, dicendo, *De quocunq; prædicatur definitum, prædicatur definitio*, &c. ita vt definitū sit inferens, & definitio illatū: propter quā cōuertentiā similes maximæ confici possūt à differentia specifica ad speciem, & à proprio ad subiectū, & è contra mutatis nominibus.

Not. est tamen, quod duo præcipuè requirūtur, vt istæ maximæ verificētur, primū, vt termini nō supponāt materialiter, aut sīpliciter, sed formaliter, & absolutè, vel personaliter, vndè non sequitur animal rōale est oratio, ergo hō est oratio, animal rōale est definitio, ergo hō est definitio: 2. quod non accipiantur in propositionib., in quibus inuoluitur actus interior intellectus; vndè nō sequitur, scio Petrū esse hōē: ergo scio Petrū esse animal rōale, hoc .n. pōt ignorari, ita Tat. in Sūm. tr. 4. itē quod accipiātur ī propositionib. de inesse, nō verò in illis propositionibus, quę 2. aliquos ęquiualent modalibus, vt demonstrabile est hominem esse risibilem, ergo demōstrabile est animal rationale esse risibile, hoc est falsum, quia est principium demonstrationis immediatum, & indemonstrabile; ita Nicol. de Orb. in tract. de locis.

Locus à comitantibus substantiā desumitur ab illis terminis, qui nō conuertibiliter idem important, sed vnus īcluditur in alio aliquo modo essendi in, & sūt octo, A toto, A parte, A causa, Ab effectu, A generatione, A corruptione, Ab vsibus, & A cōmuniter accidētibus; nā pars est in toto, & totum dicitur esse in parte, effectus etiā dicitur esse in causa, & ideò sumūtur duo loca à causa, & ab effectu: generatio dicitur esse in re genita, quia est via in formā, & corruptio vnius est generatio alterius, vsus etiā dicitur finis rei, & res est in suo fine, & tādē cōiter accidentia sunt ī suo subiecto.

Totū quia relatiuè refertur ad partem, quot modis dicitur totū, tot etiam dicitur pars, vndè locus à toto, & à parte diuiditur ad diuisionē totius, & partis Totū est multiplex, .s. vniuersale, integrale, quātitatiuū, in modo, seu modale, in loco, seu locale, et in tēpore, seu temporaneū, totidem etiā diuiditur pars.

Totum vniuersale est omne superius, et magis commune in linea prædicamētali, pars huius totius est inferius, et minus commune, et dicitur pars subiectiua, à toto vniuersali ad partem subiecti, uam valet arguere destructiuè, seu à negatione superioris ad negationem inferioris, et est maxima, *A quocunque remouetur totum vniuersale, quælibet eius pars remouetur*, vt non est animal, ergo nec homo, nec Leo, etc. ratio est, quia superius essentialiter icluditur in inferiori, vndè vbi non est superius, nec īferius potest esse; et hoc est verum, si totum se teneat ex parte prędicati; at si est subiectum, non quicquid remouetur à toto vniuersali remouetur ab omnibus eius partibus, nisi in propositionibus negatiuis in primo, et secundo modo perseitatis; vt animal non est lapis, ergo nec ho~~positionib., nec leo, etc. ī aliis vero pro~~ ~~mo est lapis~~ remouetur non ab omnibus partibus, sed ab illis sub disiūctione acceptis, vt animal non est rationale, ergo aliqua eius species non est rationalis, s. vel equus, vel leo, etc. A toto vniuersali ad partem subiectiuam affirmatiuè non valet, nisi in propositionibus per se, siue sit subiectum, siue prædicatum, in aliis

non

non nisi sub disiunctione, vt modò dicebamus, vt animal est sensibile, ergo hō est sensibilis, leo est sensibilis, &c. animal currit, ergo vel hō, vel leo currit: vndè dicebat Arist. 2. Top. c. 4. si genus prædicatur de aliquo, necesse ē aliquā eius speciē de eodē prædicari, vt hoc ē animal, ergo vel est hō, vel leo, vel equus, ex quibus patet, qd. à toto vniuersali ad partē subiectiuam non possumus habere regulā generalē nisi primam, toto se tenente ex parte prædicati, at alio modo sēper illæ regulæ limitantur, signū euidēs, qd. nō tenēt gratia formæ, sed grā materiæ.

A parte subiectiua ad totū vniuersale nō tenet destructiuè, sed cōstructiuè, seu affirmatiuè, siue īferius se teneat ex parte subiecti, siue ex parte prædicati, vndè sūt duæ maximæ, *Quicquid prædicatur de īferiori prædicatur de superiori*, vt hō currit, ergo animal currit: *de quo dicitur īferius, dicitur superius*, vt Petrus ē hō, ergo est animal: rō ē, quia īferius sēper cōtinet in se superius, nec sine illo reperiri pōt, at superius pōt esse sine aliquo īferiori, ūdè nō valet, nō ē hō, ergo nō ē anial, qa. anial pōt saluari ī alijs speciēb.

Dices, valet, est ens, ergo est Deus, est numerus, ergo est binarius, ergo à superiori ad inferius tenet consequētia affirmatiuè; Tū qa. nō valet, Socrates differt à Paulo, ergo differt ab hōe, Socrates īcipit esse albus, ergo īcipit esse coloratus, supposito, qd. prius fuerit niger, ergo ab inferiori ad superius nō tenet affirmatiuè. Tū 3. quia valet dicere hō nō currit, ergo animal nō currit, ergo ab inferiori ad superius non solū affirmatiuè tenet, sed etiā negatiuè. Rō. ad 1. illā cōsequētiā tenere per locū ab effectu ad causā, quia Deus est ōis entis creati causa: vel si ens supponat pro ente in vniuersali, tenet gratia materiæ propter sūmā Dei necessitatē in essēdo, nō gratia formæ, exēplū de numero valet per locū à toto integrali, vt infra. Ad 2. propositiones illæ sūt virtualiter negatiuæ, nā est sensus Socrates nō est Paulus, Socrates nūc est albus, antea non erat, ideò nō tenet cōsequētia. Ad 3. valet illa conseq. vt notat Tat. duobus seruatis, primū qd. pars cōsistat, idest quod verè à parte rei sit illud inferius absq; tali prædicato, vndè si diceretur Adā non ē albus, ergo hō nō ē albus, nō valet, qa. nō adest cōsistētia partis, nā Adā nō solū nō est albus, sed neq; existit: 2. qd. totū nō distribuatur pro omnibus, & singulis inferiorib., sed cōfusè supponat: his seruatis potest procedi à parte subiectiua ad totū neg.

Totū integrale est corpus cōstās ex partibus quātitatē habētibus, vt domus aut huic corpori simile, vt est totū physicū respectu partiū essentialiū; partes integrantes sunt partes componentes hoc totum, quæ sunt duplicis generis, aliæ principales, sine quibus totū nequit cōsistere, vt caput, cor, respectu hominis, paries, tectū respectu domus, aliæ minus principales, sine quibus totū potest esse, vt fenestra in domo, digitus in homine. Locus à toto integrali ad partem, & à parte ad hoc totum est habitudo ipsorū: & à toto ad partes principales tenet affirmatiuè, arguendo de est 2. adiacente, ad est 2. adiacēs, vel arguēdo de prædicatis necessariò cōsequētib. est 2. adiacēs nō in alijs prædicatis, vt benè notat Tat. cit. vt est domus, ergo est paries, domus est aliquid, ergo paries est aliquid, quia ly, *aliquid*, cum sit trascendēs, cōsequitur ad est 2. adiacens, non tamē sequitur, domus valet cētū, ergo paries valet cētū. Maxima est ista, *Posito toto integrali, ponitur quælibet eius pars principalis*, nā minus principalis nō necessariò ponitur. Nō tamē tenet negatiuè, nō est domus, ergo nō est paries, qa. licet ad positionē posterioris requiratur positio prioris, nō tū ad destructionē posterioris necess. sequitur destructio prioris.

A parte integrali ad totum tenet negatiuè in eisdem terminis, quos retulimus de toto integrali, vt non est paries, ergo non

nō est domus,nō tñ sequitur paries,non valet cōsequētia, ergo neq; domus. Maxima ē, *Destructa parte integrali principali, destruitur totum*, quia ad destructionē prioris sequitur destructio posterioris, affirmatiuè verò nō tenet, nisi ponātur partes omnes,& vnitæ, vt sūt paries, tectū, & fūdamētū īter se vnita, ergo ē domus.

Totū in quātitate est terminus cōis cū signo vniuersali, vt omnis hō, nullus lapis, pars in quātitate est ille terminus cū signo particulari, vt aliquis hō, vel inferiora cōtēta sub illo communi termino, ex quo sequitur, quòd totū,& partes huiusmodi debēt supponere nō materialiter, sed personaliter, vt optimè notat Orbellus; à toto in quantitate ad partes tenet cōsequētia tàm affirmatiuè, quā negatiuè, siue sit subiectum, siue prædicatū, eo quia totū hoc distribuit pro omnib.& singulis inferiorib.& formātur duæ maximæ in genere, vel quatuor in specie. *Quicquid affirmatur vel negatur de toto in quātitate, affirmatur, vel negatur de omnib.& singulis partib.* vt omnis homo currit, ergo Socrates currit, Petrus currit,&c. Secūda, *De quo affirmatur, vel negatur totum in quantitate, affirmantur, vel negantur eius partes*, vt lapis nullum habet sensum, ergo nec habet visū, nec auditum, &c.

Dices, non sequitur, omnes Apostoli sūt duodecim, ergo Paulus ē duodecim; itē ōe animal fuit in arca Noe, ergo Bucefalus fuit in arca Noe. Resp. ex dictis 1.p tract.1.c.10.tract.3. c. 4. quòd descensus sub termino communi, seu illatio cōsequentiæ à toto in quantitate ad partes, debet fieri iuxta suppositionē illius termini in tali propositione, hinc quia in prima supponit collectiuè, debet illatio fieri ad partes simul sūptas,& quia in secunda supponit distributiuè pro generibus singulorū, debet inferri descēsus tali suppositioni accōmodatus.

A partibus in quantitate, si omnes simul sumantur, tenet ad totum tàm affirmatiuè, quàm negatiuè, tàm à parte subiecti, quàm à parte prædicati, & sunt duæ maximæ, vt de toto diximus, *Quicquid affirmatur, vel negatur de omnibus partibus simul sūptis, affirmatur uel negatur de toto in quantitate*, vt Socrates currit, Petrus currit, & sic de aliis, ergo omnis homo currit. Secunda, *De quo affirmantur, vel negantur omnes partes simul sumptæ, affirmatur, uel negatur totum in quantitate*, vt Petrus habet visū, gustū,&c. ergo habet omnem sēsum.

Totū in modo est terminus cōmunis sine aliqua determinatione sumptus, vt homo, Philosophus, pars in modo est terminus cōmunis cū aliqua determinatione acceptus, vt homo albus; homo dicitur totū, quia ad plura se extendit, quàm modificatus per albū, vnde totum vniuersale distinguitur à toto in modo, quia illud respicit inferiora essentialia, istud inferiora accidentalia, vt homo, vt totū vniuersale respicit Petrū, Frāciscum,&c. præscindēdo ab accidentibus, sed solū vt homines sunt, homo verò vt totum in modo respicit inferiora quatenus determinata, & distincta per aliquas accidētarias determinationes, vt hominem album, hominē nigrū, &c.

Est etiā notād. quòd determinatio modificās terminū cōmunē est triplex, alia est distrahēs, seu alienās, quæ repugnat suo determinabili, & tollit rationē sui determinabilis, vt hō mortuus, pictus, irrationalis,&c. alia est diminuēs, quæ nō tollit omnino rationē illius, cui adiūgitur, sed partim diminuit, vt hō cognitus, albū secūdū dētes: alia est cōtrahēs, seu restringēs,& est, quæ nō tollit, aut diminuit significatū termini cōmunis, imò ipsum supponit, facit tamen stare pro paucioribus suppositis, vt homo albus; vt rectè arguatur à toto in modo ad partem,& è contra, modus debet sumi in tertio sensu, nam nō sequitur, cadauer non est homo, ergo nō est homo mortuus, Petrus non est hō mortuus,

ergo non est hõ; neq; sequitur, rosa est cognita; ergo rosa est; æthyops est albus secundũ dentes ergo est albus. Attamẽ vt rectè arguatur à toto in modo ad partẽ 2. determinationẽ contrahentẽ, requiritur adhuc, quod copula æquè primariò afficiat tã terminũ, quã modũ à parte prædicati, & rõe. vtriusq; per copulam tribuatur subiecto, vt Petrus fit hõ doctus ergo fit hõ, nõ valet, quia ly fit nõ afficit hominẽ, sed ly doctũ; his obseruatis à toto in modo ad partẽ, tenet negatiuè tã in subijci quàm in prædicari, vt Petrus nõ est lignũ, ergo nõ est lignum album, hõ nõ est lapis, ergo hõ albus non est lapis nõ tamẽ affirmatiuè, vt Petrus est hõ, ergo est hõ albus, hõ currit, ergo hõ albus currit, nisi in ordine ad prædicata primi, & secundi modi, vt hõ est risibilis, ergo hõ albus est risibilis, quæ cõseq; tenet grã materiæ, quãuis propositio nõ sit per se, ũdè maxima *destructo toto in mõ, destruitur quælibet eius pars.*

A parte in modo ad totum tàm subijciendo, quàm prædicando tenet cõstructiuè, dummodò termini non supponãt simpliciter, sed personaliter, vt homo albus currit, ergo homo currit, Socrates est homo albus, ergo ẽ homo; Maximæ sunt istæ, *Quicquid prædicatur de parte in modo, prædicatur de suo toto: & de quocunq; prædicatur pars in modo, prædicatur, & suũ totũ.* Diximus, si suppositio nõ sit simplex, nã nõ sequitur, hõ albus est ens per accidens, ergo homo est ens per accidẽs, ly homo albus supponit simpliciter pro illo aggregato; & idẽ omninò dicendũ hic, quod supra diximus de loco à parte subiectiua ad totũ vniuersale, qñò. s possit etiam negatiuè procedi.

Totum in loco est dictio comprehendens aduerbialiter omnẽ locum, vt vbiq; nullibi, pars totius in loco est dictio cõprehendens aliquem locum aduerbialiter, vt hic, illic Similiter totũm in tempore est dictio aduerbialis comprehendens omne tempus, vt semper, nunquã, pars totius in tẽpore ẽ dictio aduerbialis significãs aliquã partẽ tẽporis, vt hodie, heri, &c. ab istis totis ad partes tenet. consequẽtia tã affirmatiuè, quã negatiuè. vt. Deus est vbique ergo est hic, Antichristus nullibi ẽ, ergo nõ est hic, Deus est sẽper, ergo est hodie, Deus nũquã fuit malus, ergo neq; hodie est malus, & sũt duæ maximæ, *Cuicũq; cõuenit totũ in loco, vel in tẽpore, conuenit etiam pars: A quocunque remouetur totum in loco, vel in tẽpore, remouetur etiam pars.*

A partibus verò in loco, & in tẽpore ad totũ sẽper tenet negatiuè, vt Cęsar nõ est hic, ergo nõ ẽ vbiq; nõ ẽ hodie, ergo nõ fuit sẽper: & fit hæc maxima, *A quo remouetur pars in loco, vel in tẽpore, remouetur totũ ĩ loco, vel ĩ tẽpore;* hęc tota possũt reduci ad totũ in quãtitate, & eisdẽ regulis omninò possumus vti.

Locus à causa ad effectum & ab effectu ad causã est habitudo quã habẽt ad inuicẽ hi termini & sicut causa ẽ quadruplex efficiẽs, materialis, formalis, & finalis, vt diximus tr. præc. c. 6. sic quatuor loca possunt à causa, & ab effectu desumi, & primo à causa efficiẽte ad effectũ fit argumẽtatio respectu horũ prędicatorũ *est, fit, bonum, & malũ*, proportionaliter accomodãdo iuxtã exigẽtiã habitudinis causę ad effectũ. & ẽ contra .i. si est sermo de causa in potẽtia, arguatur ad effectũ, vt potest esse, si de causa in actu, ad effectũ, vt est in actu & fit, vt Philosophus est, ergo potest docere, docẽs actu est ergo discens actu est, domificãs est bonus, ergo domus fit, vel erit bona, est malus, ergo erit mala; qd. non est intelligẽdũ de bonitate, aut malitia morali, vel ẽtitatiua, nã peccator potest esse optimus artifex, sed de bonitate, & malitia causę, & effectus. i. in quã sũ causa efficiens est, & non adsit impedimẽtũ ex alio capite, & dantur duę maximæ à causa efficiente ad effectum, & ẽ contra aliæ duæ ab effectu ad causam efficientem, *Posita, vel remota causa efficiente*

te,

se in potentia, vel in actu, ponitur, vel remouetur effectus in potentia, vel in actu; Secunda, *Posita causa efficiente bona, vel mala, ponitur effectus bonus, vel malus;* ex parte effectus, *Posito, vel remoto effectu in potentia, vel in actu, ponitur, vel remouetur causa efficiens in potentia, vel in actu;* Sec *Posito bono effectu, vel malo, ponitur causa efficiens bona, vel mala.*

Causa materialis est duplex, vna permanens, vt æs in statua Aenea, alia transiēs, vt vt semē in arbore, farina ī pane; ab ista causa sumūtur duæ maximæ, 1. *posita causa materiali possibilis est suus effectus,* vt posito ferro possibilis ē gladius, 2. *Remota causa materiali, remouetur effectus,* vt remotis lapidibus, lignis, &c. remouetur domus, Ab effectu quoq; ad istā causā duæ maximæ sumuntur, 1. affirmatiua, *Posito effectu ponitur materiā permanētē esse, & transeūtē fuisse.* 2. negatiua, *Remoto effectu, remouetur causa materialis in actu, non tamē in potentia.*

A causa formali in actu sunt duę maximæ ad effectū, & ē contra, inferuntur .n. ad inuicē, *Posita, vel remota causa formali, ponitur, vel remouetur effectus formalis,* vt albedo est, ergo albū est, albedo non est, ergo albū nō est, ab effectu quoque similis maxima desumitur, *Posito, vel remoto effectu, ponitur, vel remouetur causa formalis,* vt album est, ergo albedo est, diximus à causā formali ī actu, quia potest esse aliqua forma separata, quę nullū actu effectum causet, vt anima separata, & accidentia in Sacramento Altaris, à qua causa nō valet īferre effectū

A fine ad effectum sumitur locus in ordine ad ista prædicata bonum, & malum, & tenet affirmatiuè, & negatiuè; idem dicendū de loco ab effectu ad hīc causam, vndè sunt istæ maximæ, *Cuius finis est bonus, vel malus effectus est bonus, uel malus, & si effectus est bonus, uel malus, finis eius erit bonus, uel malus;* vbi not. quod effectus finis præcipuè sunt media ad consequendum ipsum, quæ sūt duplicia, alia, quæ ex sua natura habēt proportionē, & ordinationē ad finē, & assumūtur secūdū rectū dictamē rōis, vt operationes meritoriæ ad cōsequēdā beatitudinē, medicina ad acquirēdā sanitatem, alia, quæ per accidens, & nō secūdū prudens dictamen rōis ordinātur ad finem, vt si quis æger potum aquę assumeret ad sanitatem acquirendā, aut furtū propter eleemosynā, regulæ datæ intelligūtur de 1. nō de secūdis.

Locus à generatione est habitudo generationis ad genitum, generatio hic capitur pro acceptione cuiuscūq; esse, siuè substātialis, siuè accidētalis, & fit argumētatio respectu prædicatorū boni, & mali, & est talis maxima, *Cuius generatio bona est, genitū bonū est, cuius generatio mala est, genitū malū est,* & ē cōuerso pōt argui à genito ad generationē vt aurū est bonū, ergo generatio auri ē bona, generatio furis est mala, ergo fur est malus; & hoc sequitur, quia generatio terminatur ad esse rei, quare si illud esse erit bonū, bona erit geñio, nō mala.

Corruptio est deperditio alicuius esse, & quia nō terminatur ad esse rei, sed ad nō esse, hinc desumitur talis maxima *Cuius corruptio est bona, corruptū est malū, & cuius corruptio est mala, corruptum est bonum,* nam si esse rei est bonum, carentia ipsius est mala, si malum, erit bona, & eodē modo arguitur à corrupto ad corruptionem, vt hæretici sunt mali, ergo illorum corruptio est bona, Doctores Ecclesiæ sunt boni, ergo eorum corruptio est Ecclesiæ mala.

Dices mors Christi fuit bona Ecclesiæ, ergo Christus fuit malus Ecclesiæ, quod est falsum, ergo falsa illa regula. R. hanc regulā vniuersaliter valere, quādo ex opposito ab esse geniti arguitur generatio mala, nā tunc rectè infertur, quod si generatio est mala corruptio illius est bona qdō verò ex bonitate corruptionis nequit argui malitia generationis, signū erit, quod talis bonitas cor-

ruptioni nō ex se, sed ab extrinseco prouenit, vt est in casu in tantum .n. mors Christi fuit bona, quia fuit à Deo ad nostram salutem ordinata; sic Sancti sūt boni, & tamen ipsorum mors dicitur in psal. pretiosa quatenus à Deo ordinatur vt meritoria vitæ æternæ.

Vsus est exercitium alicuius rei, quæ res dicitur vsitata, & ab vsu desumitur locus, vt à causa finali respectu mediorū in ratione boni, & mali, *Cuius.n. vsus bonus est ipsum bonum est*; quare nihil de nouo occurrit dicendum.

Tādē communiter accidētia sūt duplicia, alia, q̄ nō sēper se cōsequūtur, vt esse albū, & doctū, alia, quæ se inferūt, saltim ut plurimum, & hoc dupliciter, vel pro eodē tēpore, vt ē interpositio terræ; & eclypsis Lunæ vel pro alio tēpore, vt sūt mors, & vita, partus, & conceptio; à primis nō pōt desumi locus, sed à secūdis, & si adinuicē inferūtur pro eodem tēpore, tūnc ab vno ad aliud tenet cōseq. tā affirmatiuē, quàm negatiuē, & ē contra, vt in exēplo adducto de eclypsi; at si pro diuersis tēporibus se inferūt, tūc affirmatiuē *A positione posterioris sequitur positio prioris*, non ē contra, vt peperit mulier, ergo cōcepit, mortuus est, ergo vixit, torquetur, ergo cōmisit errorem; Negatiuē verò arguitur *A destructione prioris ad destructionem posterioris*, non vixit, ergo neque mortuus est.

Dices, pœnitere supponit delictum, & tamen non valet, Christus egit pœnitentiam, ergo deliquit. Resp. pænitentia propriè est dolor de peccatis à se commissis, & hic dolor supponit delictum, quā pœnitentiam non habuit Christus.

De locis extrinsecis. Cap. IV.

Locus extrinsecus est, quando terminus inferens non est in illato secūdum aliquem modum essendi in, sed omnino est extra illum, & sunt isti, Ab oppositis, A maiori, A minori, A simili, A proportione, A transumptione, & Ab authoritate.

Locus Ab oppositis est habitudo vnius oppositi ad aliud; & quia oppositio est quadruplex ex dictis 1. p. tract. 1. c. 9. scilicet relatiua, contraria, priuatiua, & contradictoria, ab his omnibus sumuntur loci, & maximæ. Attamen de oppositis in communi sunt duæ maximæ omnibus cōuenientes; prima, *De quocunque affirmatur vnum oppositorum, negatur alterum respectu eiusdem, & secundum idem* quod ponitur, quia idē potest esse filius, & pater respectu diuersorum, idem potest esse mobile, & mouens respectu eiusdem formæ, vt cum aqua se reducit ad pristinam frigiditatē sed non secundum idem, nam aqua est mouens, vt est in actu virtuali, & potentiam habet actiuam, est mobilis, vt est in potentia formali, & passiua. Secunda, *Opposita oppositis conueniunt* vt si pater est superior, filius est inferior, si virtus est bona, vitium est malum. Triā verò ex Morisi. hic requiruntur ad veritatē huius regulæ primū, quòd propositio antecedens sit per se, vnde non valet, album est dulce, ergo nigrum est amarū; secundum, quòd quādo termini antecedentis se habent inferius, & superius, in consequenti oppositum superioris cōtradictoriū ponatur à parte subiecti, vt homo est animal, non sequitur, ergo non homo est non animal, sed non animal est non homo; Tertium, quod illa contraria non opponantur sub eodē genere per excessum, & defectum, vt non ualet, auaritia est mala, ergo prodigalitas est bona.

A relatiuē oppositis arguitur tā affirmatiuē, quàm negatiuē quoad uerbū est de secūdo adiacente, unde est maxima, *Posito, vel remoto vno relatiuo, ponitur, vel remouetur alterum*, ut si pater est, filius est, si pater non est, filius non est.

Cōtrariorū alia sūt mediata, quę medium habent secundum formam, ut album, & nigrū inter quæ sunt medij colores, alia immediata, inter quæ nulla forma

forma mediat per participationem extremorum, sed solum subiectum vtriusque capax. A mediatis tenet affirmatiuè *Posito vno contrariorum in subiecto, remouetur alterum*, vt est album, ergo non est nigrum; non tamen è contra, non est nigrum, ergo est album, quia potest esse viride. Ab immediatis tenet etiam negatiuè, vt *Remoto vno in subiecto existente, & capaci ponitur alterum*, vt non est sanus, ergo est æger; diximus in subiecto existente, quia requiritur constantia subiecti; vnde non sequitur Antichristus non est sanus; ergo est æger, diximus in subiecto capaci, quia si non est capax, nec etiam valet, vt lapis non est sanus, ergo est æger, & hoc quia ista cōtrariam annexam habent oppositionem aliquam priuatiuam.

A priuatiuè oppositis tenet conseq. affirmatiuè, vn. *Posito vno in subiecto, remouetur alterum*, negatiuè tamen non tenet, nisi sit constantia subiecti, eius capacitas, vt de immediatè contrarijs diximus, & tempus determinatum, quia catulus ante nonum diem nōn est videns, non tamen est cæcus, quia non habet determinatum tempus a natura ad videndum. Sed est hic not. quòd aliquando priuatio negat actum, vt tenebra, aliquando negat etiam principium illius actus, vt cæcitas, à prima valet semper arguere negatiuè *Remoto vno priuatiuè opposito ponitur alterum*, vt aer non est lucidus, ergo est tenebrosus; à secunda verò non valet arguere à simplici negatione actus ad priuationem, vt Petrus non videt, quia dormit, ergo est cæcus.

Contradictoriè opposita alia sunt incomplexa, & sunt termini, quorum vnus est finitus, alter infinitus, vt homo, & non homo, alia complexa, vt sunt propositiones affirmatiua, & negatiua de eisdem terminis: in primis potest dari medium in propositionibus sumptis cum aliquo syncathegoremate, vt cum Doct. diximus p.p. tract. 2. c. 7. & 10. & ideo nō valet semper arguere à positione, vel negatione vnius ad positionem, vel negationem alterius: in secundis nullum potest dari medium, & ideò potest in ipsis argui tam constructiuè, quàm destructiuè respectu horum prædicatorum veri, & falsi; vndè est maxima, *si vnum contradictorium est verum, alterum est falsum*; vt falsum est me legere, ergo verum est me non legere.

Præter ista oppositorum genera dantur etiam disparata, quæ ad inuicem non possunt verificari, vt homo, & asinus, ab istis arguitur affirmatiuè; vt est homo, ergo non est asinus; non tn. negatiuè, vt nō est homo, ergo est asinus. Sed debent adesse duæ conditiones, vt notat Tat. hic, prima, quod ista disparata non subijciantur in propositione, aliter non semper rectè argueretur, vt homo est animal, ergo asinus non est animal; secunda, quod in accidentibus arguatur in terminis abstractis, quamuis in substantijs possit argui etiam in terminis concretis, vnde non valet, lac est album; ergo non est dulce.

Locus à maiori ad minus, & à minori ad maius est habitudo istorum terminorum, vbi not. cum Tat. hic per maius intelligitur illud, quod habet maiorē apparentiam, & probabilitatem essendi, & cōueniendi alicui subiecto, per minus intelligitur id, quod habet minorem apparentiam conueniendi, v.g. facilius est superare decem, quàm mille, facilius est expugnare vnam ciuitatem, quàm regnum, ideo illud dicitur maius, hoc minus; & potest tripliciter fieri comparatio, vel vnū prædicatum ad duo subiecta comparatur, vt debellare prouinciam respectu regis, & militis, vel duo prædicata ad idem subiectum, vt ferre centum, & ferre decē in ordine ad eundem hominem, vel tertio duo prædicata ad duo subiecta vt ferre centum, & ferre decem respectu hominis adulti, & paruuli: A maiori ad minus tenet negatiuè, & fit maxima, *Si id, quod magis videtur inesse, non inest, neque quod minus videtur inesse, inerit*, vt si homo adultus nequit ferre decem, neq; paruulus poterit ferre centum; A minori ad maius tenet affirmatiuè, & est ista maxima. *Si qd. minus videtur inesse, & inest, ergo quod magis videtur inesse, inerit,*

vt si miles potest ciuitatē debellare, ergo & Rex; in hoc tamen non sequitur; miles potest ferre decem, ergo & rex, nā quamuis videatur argui à minori ad maius propter maiorem regis potentiam; ro vera tamen arguitur à maiori ad minus, nam probabilius est militem posse maiorem laborem sustinere, quam possit Rex; quia vt diximus per maius, & minus intelligitur maior, vel minor probabilitas, & facilitas rei.

Locus à simili parum differt à loco à proportione, si accipiatur simile non pro conuenientia solum in qualitate, sed pro quacūque, & tenet tam affirmatiuè, quam negatiuè, si arguatur quoad illa, in quibus est proportio, & similitudo, & est maxima *De similibus, & proportionalibus est idem iudicium*, vt sicut se habet Rex in regno, ita Generalis in religione, sed Rex debet esse prudens, & sapiens, ergo & Generalis, diximus, *si arguatur quoad illa*, &c. nam non valet, Rex debet habere milites, ergo, & Generalis.

Ab isto loco sumitur modus arguendi à commutata proportione, in quo sunt istæ regulæ, vt notat Doctor in 1.d.36. K, in 4. d.43.q. 3. G. prima, quòd accipiantur quatuor termini, & primus comparetur cum secundo, tertius cum quarto. Deinde commutando, vt primus cōparetur cum tertio, & secundus cum quarto, vt sicut se habet duo ad quatuor, ita tria ad sex, ergo commutando sicut se habet duo ad tria, ita quatuor ad sex, sed duo ad tria est proportio sexquialtera, quia includit duo, & medietatem ipsius, ergo quatuor ad sex erit proportio sexquialtera. Secūda regula est, quòd quādo fit in alijs rebus à quantitate, fiat in terminis conuertibilibus, & contradictorijs, nec vnum sit superius alterum inferius, & hoc vult dicere Doctor ibi, cum ait argumentum à commutata proportione tenere in omnibus quantum ad contradicere, & conuerti, in alijs non necessariò. tenet vnde non valet, sicut se habet superficies ad hanc superficiem, ita color ad hunc colorem, ergo commutando sicut se habet superficies ad colorem, ita hæc superficies ad hunc colorem, sed superficies nequit esse sine colore, ergo neque hæc superficies sine hoc colore non valet, quia termini non contradicunt sed sunt positiui: similiter non valet, sicut se habet homo ad non hominem, ita animal ad non animal, ergo commutando sicut se habet homo ad animal, ita non homo ad non animal, sed quod est homo, est necessariò animal, ergo quod est non homo, est necessariò non animal, non valet, quia licet termini contradicant, se habent tamen vt superius, & inferius, vnde in hoc casu, inquit Doctor, non debet cōparari secundus cum 4, sed quartus cū 2. quia ab inferiori ad superius non tenet negatiuè, sed benè à superiori ad inferius, hinc extrema contradictoria non habent eādem vim se inferendi ad inuicē, sicut sua opposita, vt patet ex dictis; quādo ergo seruantur istæ duæ regulæ, valet commutata proportio non solum in quātitatibus, verum etiam in alijs rebus, vt sicut se habet homo ad non hominem, ita rationale ad non rationale; ergo sicut se habet homo ad rationale, ita non homo ad non rationale, sed brunellus est non homo, ergo est non rationalis.

Transumptio est duplex, vna, quando aliqua vox sumitur ad significandū significatum alterius vocis propter quandam similitudinem, & analogiā in illis repertam, & dicitur methaphora, vt cum risus tribuitur florere pratorum; altera, quando vnum nomen minus notum declaratur per aliud magis notum, & hoc modo sumitur hic, & differt à nominis definitione, quia definitio nominis conuertitur cum definito, & in ipsa accipitur expositio nominis, vt philosophus, .i. amator sapientiæ, at in transumptione solum accipitur nomen notius, vt si quis pro Philosopho vteretur sapientis nomine, & tenet affirmatiuè, & negatiuè, estq; maxima. *Quicquid alicui conuenit, vel disconuenit sub nomine magis noto, conuenit, vel disconuenit illi sub nomine minus noto*, vt sapiens studet, ergo philosophus studet: ex quo deducitur, propriè hunc locum

tum non esse extrinsecum, quia hæc nomina eandem rem significant.

Tandem authoritas est iudicium sapientum in propria scientia, & locus ab authoritate habet hanc maximam. *Cuicunq; experto in sua scientia est credendum*; & quò magis est expertus, eò minus falli potest, & consequenter maiorem inducet probabilitatem, & quia Deus non potest falli, aut mentiri, idcirco authoritas diuina maximam inducit certitudinem, at homines, quia sunt fallibiles, quamuis sapientissimi, non inducũt firmum testimonium, nisi aliqua sit ratio illud comprobans: locus iste tenet affirmatiuè, vt Astrologus ait cælos mobiles esse, ergo sunt mobiles, negatiuè tamen non tenet ab authoritate negata, vt Arist. non dixit expressè animam rationalem esse immortalem, ergo non est immortalis, non tenet, valet autem ab authoritate negatiua, quando expressè ab aliquo sapiente negatur aliquid, vt Arist. negauit infinitum, ergo non datur.

De locis medijs Cap. V.

Locus medius est, quando termini inferens, & illatus partim conueniunt, & partim differunt, vel se habent vt mẽbra diuidentia, & sunt tres. f. A coniugatis, A casibus, & A diuisione.

Coniugata quasi idem iugum ducentia sunt denominantia, & denominatiua, quæ idem habent significatum principale, licet in modo significandi differant. Ab his parum differunt casus, nam coniugata sunt nomina ab vno prouenientia, vt sapiens à sapientia, casus verò sunt siue nomina, siue verba, siue aduerbia ab vno deriuantia, vt bonum, benè à bonitate, sapiens sapienter a sapientia; Ab istis ergo coniugatis, & casibus arguitur tàm affirmatiuè, quàm negatiuè per illã maximam *Quicquid conuenit, vel repugnat vni coniugatorum, vel casuum conuenit, vel repugnat reliquo, & cui inest, vel non inest vnum coniugatorum, & casuum, inest, vel non inest reliquum*, vt album est coloratum, ergo albedo est coloratum; iustum est bonum, ergo quod iustè fit, benè fit.

Pro veritate tñ huius argumentationis assignantur plures regulæ, Prima, quod nõ fiat in terminis, vltima abstractione abstractis, vt notat Doctor 4.d. 5.q.1. vnde non valet albedo est color, ergo albedinitas est coloreitas: homo est animal, ergo humanitas est animalitas; Secunda, quod fiat in prædicatis per se, maximè si affirmatiuè arguatur, vel si negatiuè ab abstractis ad concreta, vt non valet, albũ est dulce; ergo albedo est dulcedo, vel albedo non est dulcedo, ergo album non est dulce; quamuis à concretis ad abstracta negatiuè semper valeat; Tertia, vt nõ fit factum aliquod miraculum circa formam, idest si albedo esset à subiecto separata, non valet, albedo est color, ergo album est coloratum, tunc.n. non datur concretum ad subiectum. Quarta quod fiat in diuersis prædicatis, & nomina cum nominibus, aduerbia cum aduerbijs copulentur, vnde non valet, album est coloratum ergo albedo est colorata, sed albedo est color, & iustum est bonum, ergo iustè agere benè est.

Diuisio est duplex pro nunc, vna, quæ datur per negationem, vt hoc vel est ens, vel non ens, sed non est ens, ergo est non ens, & datur maxima, *Si aliqua duo diuidunt aliquod tertium, si illi tertio inest vnum eorum, non inest alterum*, vt patet in exemplo adducto.

Altera diuisio est, quæ datur per affirmationem, & est duplex, alia per se, alia per accidens, prima est triplex, vel generis in species per differentias, vt animalium aliud rationale, aliud irrationale, vel totius integralis in partes, vt domus in tectum, parietem, &c. vel vocis in sua significata, vt canis alter cælestis, alter terrestris, alter marinus. Secunda diuisio est ẽt triplex alia subiecti in accidentia, vt animalium aliud album, aliud nigrum, alia accidentis in subiecta, vt album aliud nix, aliud papirus, Tertia accidentis in accidentia, vt dulcium aliud album, aliud nigrum.

Locus a diuisione tenet tàm constru-

ctiuè, quàm destructiuè, & dantur istæ maximæ *Ab affirmatione diuisi de aliquo cum negatione alterius membri de eodem, vel omnium dempto vno ad affirmationem alterius tenet conseq;* dicitur *ab affirmatione diuisi de aliquo*, quia subiectum debet contineri sub diuiso, & subalto genere, vnde non valet, lapis non est animal rationale, ergo est animal irrationale, dicitur, *vel omnium dempto vno*, quia si diuisum habet plura membra, à negatione vnius non sequitur affirmatio alterius, vt est canis, & non est cœlestis, ergo marinus. Secunda *Posito vno membrorum diuidentium in aliquo subiecto, remouetur alterum*, vt homo est rationalis, ergo non est irrationalis; dummodò tamen membra non coincidant, sed omnino sint diuersa.

TRACTATVS TERTIVS.

De syllogismo Sophistico.

De fallacijs in genere. *Cap. I.*

REmanet pro complemēto harum Institutionū Logicaliū, vt de sillogismo litigiose, seu sophistico agamus, nō quidem vt possimus deinde disputando aliquem fallere, indignum est. n. scientifico viro, sed vt sciamus insidias, & sophistarum captiones euitare; cuius notitiæ tanta est vtilitas, vt noster Ocham in 4. p. partis tertiæ Logicalis c. 1. asseruerit, neminem siue naturalem philosophiam, siue moralem, ius ciuile, aut canonicum, Metaphysicam, & Theologiam perfectè acquirere posse sine notitia fallaciarum, imò necessariò istas ignorans in multos prolabitur errores; nequit. n. euitari malum, si non cognoscatur.

Sillogismus itaq; sophisticus est sillogismus deceptorius ex apparentibus concludens errorem, quæ tamen vera nō sūt; vnde sicut in rebus dantur colores apparentes, vt in collo columbæ radijs solis expositæ similes veris coloribus, ita sillogismus apparens non est verus sillogismus, sed similis illi; quapropter sillogismus ille, qui ex euidenter falsis constat, non dicetur sophisticus propter non apparentiam. Tripliciter autem hic sillogismus potest dici à vero declinare, vel quia peccat in forma, quia s. non sit in modo, & figura; vel quia peccat in materia, si terminos æquiuocos contineat, quę deriuatio implicitè arguit primam; nā cū terminus æquiuocus sit multiplex, non vnus, consequenter nullus sillogismus talis erit ex tribus terminis, sed ex quatuor; vel tandem, quia peccat in vtroq; de defectibus circa formam satis diximus in p. p. tract. 3. dum regulas veri sillogismi assignauimus, restat, vt defectus circa materiam aperiamus, fallacias communiter nuncupatas.

Fallacia igitur, quāuis multas habeat acceptiones, in præsenti sumitur pro loco sophistico, s. pro illa propositione, in qua fundantur sillogismi deceptorij, & qua consequentiæ falsæ ostenduntur vt veræ, sicut. n. dantur loca topica, quæ maximæ, & differentia maximæ dicuntur, è quibus probationes eruuntur ad inferendam conclusionem probabilem, & dicuntur locus à substantia, locus à definitione, &c. sic dantur loca sophistica, & ab illis maximis denominantur, vnde dicitur fallacia æquiuocationis, fallacia amphibologiæ &c. & in qualibet istarum datur causa apparentiæ, quæ mouet ad credendum illud, quod non est, & causa deceptionis, quæ facit credituru esse falsum, & latet in causa apparentiæ.

Fallacia in communi diuiditur in fallaciam in dictione, & in fallaciam extra dictionem, fallacia in dictione est, cuius causa apparentię sumitur ex parte dictionis, quatenus. s. ijsdem signis non significatur vnum, sed plura, & dictio hic accipitur tàm pro termino incomplexo, quā pro complexo, & oratione: huius species sunt sex, s. fallacia æquiuocationis, amphibologiæ, compositionis, diuisionis, accentus, & figuræ dictionis, Fallacia ex-

tra dic-

tia dictionem est, quæ causam apparentiæ sumit ex parte rerum propter ignorantiam plurium habitudinum, quas habent ad inuicem, non quidem vt sic, sed vt tales res per voces significantur, & explicantur, vnde prima sumit causam apparentiæ ex parte multiplicis significationis dictionis, secunda ex parte multiplicis habitudinis rerum significatarum; & huius sunt septem species, s. Accidẽs, Secundum quid ad simpliciter, Ignorantia Elenchi, Petitio principij, Consequẽs, Non causa vt causa, & Secundum plures interrogationes vt vnam.

De fallacijs in dictione. Cap. II.

PRima fallacia in dictione est fallacia æquiuocationis, quæ est idoneitas decipiendi ex vnitate vocis diuersa omninò significantis, vnde causa apparentiæ est vnitas vocis, causa deceptionis est pluralitas significatorum; & tripliciter potest contingere, primò quando aliquis terminus est æquiuocus à casu, vt cum plura immediate significat absq; analogia, & in vna præmissarum pro vno supponit, in altera pro alt ro, vt in cõmuni exemplo de cane cælesti, & terrestri, omnis canis currit, sydus cæleste est canis, ergo currit, vt præmissæ sint veræ, in maiori ly canis supponi debet pro terrestri, in minori prò cælesti, & sic argumentum est in quatuor terminis, vel si pro altero tantum supponit, vna illarum est falsa Secũdò potest contingere, qn aliquis terminus est æquiuocus a consilio, & cum analogia admixtus plura significãs ordine quodam quatenus vnum propriè significat, alterum verò per transumptionẽ, & metaphoram, vt quicquid currit habet pedes, aqua currit, ergo habet pedes. Tertiò quando vna dictio per se accepta vnũ significat, sed sumpta cũ alia plura significat, vt mortale significat quod põt mori, at sumptum cum præpositione in potest significare, vel qd. põt nõ mori, quomodo negat actum mor ẽdi, vel quod nõ põt mori, quomodo negat actum, & potentiam ad moriendum, si arguatur oẽ immortale est æternũ quod põt nõ mori, est immortale, ergo quod potest nõ mori, est æternum, in ma. immortale negat actum, & potentiam, in min. negat actum; item omnis iniustus est puniendus, lapis est iniustus, ergo puniendus, in ma. ly iniustus dicit non tm negationem iustitiæ, sed et priuationem iustitiæ, imò habitum positiuum iniustitiæ, in mi. dicit simplicem negationem; huc spectat æquiuocatio prouueniens ex ampliatione nominis, sicum in vna terminus propter copulã de præterito supponat pro his, qui fuerunt, in alia vero propter copulam de præsenti supponat pro his, qui nũc sunt, vt quicquid currebat, sed t, ambulans currebat, ergo ambulans sedet, nam ly ambulãs in min. supponit pro his, qui nunc ambulant, & qui prius ambulabant, at in conclus supponit pro his, qui nunc sunt ambulantes ratione præsentis temporis.

Amphybologia differt ab æquiuocatione, quod æquiuocatio dicit multiplicitatem significati cum vnitate vocis, amphybologia verò pertinet ad totã orationem, vt cum vnica est oratio secundum materiam, & formam, sed multiplicẽ habet sensum, propter vnitatem orationis est apparẽtia huius fallaciæ, propter multiplicitatem sensuum est deceptionis causa, & potest etiam tripliciter euenire, vt in æquiuocatione, nam potest esse, quod oratio aliqua ex se plures habeat sensus, vt hic liber est Arist. potest n. dicere ly est, vel habitudinem possessionis, vel habitudinem causæ efficientis, & effectus, vnde non valet, quicquid est Arist. possidetur ab Arist. hic liber est Arist. ergo possidetur ab Arist. 2. potest contingere per transumptionem, & prouerbialiter, vt laterẽ lauare secundum proprium sẽsum est aquam in laterem immittere, sed impropriè, & prouerbialiter significat et in aliquare operã inutiliter perdere, hinc non sequitur, quicunq; laterem lauat, infundit aquam in laterem, quicunque insanum docet, laterẽ lauat, ergo &c. Tertiò tandẽ si vna oratio ex se se habeat vnũ sensum, sed cum alia aliud significet, vt hæc propositio *id cognoscis*, si ly id sumatur

natur in nominatiuo, facit hunc sensum, quod sit aliquod cognoscens, si in accusatiuo, facit aliū, nempè quod sit aliquod obiectum cognitum, vnde nō valet, quod quis cognoscit, id cognoscit, lapidem Petrus cognoscit, ergo lapis cognoscit, nam vt maior sit vera, ly *id* sumi debet in accusatiuo, sed in conclusione insinuatur, quod sumeretur in nominatiuo.

Fallacia compositionis, & diuisionis cadit in illis propositionibus quæ possunt admittere sensum compositum, & diuisum, itaut secundum vnum sensum sint veræ secundum alium sensum sint falsæ, nam si secundum vtrumq; sensum essent veræ, vel falsæ, non possent decipere, quia vel non haberent falsitatem, vel non haberent apparentiam, compositio ergo ad fallaciam requisita est eorum, quæ debe sent separari, falsa vnio, & diuisio est eorum, quæ deberent vniri, falsa separatio; fallacia compositionis est cum ex oratione vera in sensu diuiso infertur cōclusio falsa in sensu composito, fallacia diuisionis est cum ex oratione vera in sensu composito infertur falsa in sensu diuiso, causa apparentiæ est materialis identitas propositionis, propter quam videtur vera in quolibet sensu; causa deceptionis est multiplicitas sensuum, quorum vnus est verus, alter falsus.

Tripliciter autem contingere potest propositionem aliquam hos sensus admittere, vel quia est modalis, & de ista iam diximus in p. p. tract. 2. c. 5. quomodo s. explicetur modales in sensu composito, vel diuiso, & in istis potest committi fallacia compositionis, vt quemcunq; possibile est esse album, possibile est, quod sit albus, possibile est nigrum esse album, ergo possibile est quod niger sit albus; procedit à maiori vera in sensu diuiso ad cōclusionem falsam in sensu composito: cōmittitur etiam fallacia diuisionis, vt impossibile est sedentem ambulare, Petrus sedet, ergo impossibile est Petrum ambulare, procedit à maiori vera in sensu composito ad conclusionem falsam in sensu diuiso.

Potest etiam Secundò esse, quod aliqua propositio admittat hos sensus, quando eius partes copulantur similibus coniunctionibus, & particulis, &, vel, nec, aut &c. quæ particulæ si determinant vnum extremum propositionis, sumuntur coniunctim, vel disiunctim, & faciunt vnam propositionem cathegoricam de subiecto, vel prædicato composito, vnde faciunt compositum sensum, si verò determinant totam propositionem, sic sumuntur copulatiuè, vel disiunctiuè, & faciunt plures propositiones hypotheticas, & sensum diuisum, v. g. omne animal rationale, vel irrationale est homo, si ly vel cadit supra subiectum, sumitur disiunctim, & facit hūc sensum compositum omne animal, siue sit rationale, siue irrationale, est homo, & est falsa propositio, si cadit supra totam propositionem sumitur disiūctiuè, & generat sensum diuisum, s. vel omne animal rationale est homo, vel oē animal irrationale est homo; similiter, duo, & tria sunt quinque, ly & si sumitur copulatim, facit sensum compositum verum, nā est sensus, quod duo, & tria simul sumpta faciunt quinq; si sumitur copulatiuè, facit sensum diuisum falsum. est .n. sensus, quod tām duo est quinq; quā tria est quinque, vnde non valet omne animal rationale, vel irrationale est homo, asinus est animal irrationale, ergo est homo; duo, & tria sunt quinq; duo & tria sunt par, & impar, ergo quinq; est par, & impar.

Tertiò potest aliqua propositio vtrūque sensum admittere, quando aliqua dictio, seu aduerbium potest cum diuersis coniungi, & si coniungitur cum illo, cum quo aptius videtur construi, facit sensum compositum, si cum illo, cum quo minus aptè, & conuenienter construitur, facit sensum diuisum, aptius tamen, & conuenientius est præcedens, quam sequens, & proximum, quam remotum, vt quicquid viuit semper est, si ly semper coniungatur cum ly viuit facit sensum compositum, & est vera propositio, si cum ly est, facit sensum diuisum, & est falsa: quicunque literas scit, nūc didicit eas, si ly nunc construatur cum ly scit, est compositio vera,

vera, si cum ly didici, est cōpositio falsa, vnde non sequitur, grammaticus scit literas, ergo nunc didicit eas.

Accentus hic capitur pro modo proferendi, vel scribendi dictionem aliquā, & quia ex diuersitate huius modi aliquādo prouenit diuersitas significati illius dictionis, hinc cōmittitur fallacia accentus, quæ est deceptio prouenïens ex identitate materiali dictionis, quæ est causa apparentiæ, & diuersitate significati illius dictionis ex modo diuerso proferendi, vel scribendi, quæ est causa erroris; variatur autem dictio, vel ex variatione aspirationis, vt ara significat altare, hara verò cum aspiratione significat porcorū stabulum, vnde non valet, ara est in templo, stabulum porcorum est hara, ergo est in templo: vel ex variatione diphtongi, vt æquus significat iustum, equus verò significat animal innibile, & non valet, equi sunt innibiles, sancti sunt æqui, ergo sunt innibiles, vel ex variatione accētus, & quātitatis syllabarum, vt populus si habet primam longam significat arborem, si breuem significat gentem, hinc non sequitur, omnis populus est arbor, gens Itala est populus, ergo gens Itala est arbor: vel tandem, quando eadem dictio modò profertur vt vna, modò vt plures, vt inuitè significat coactè vt vna dictio, vt duæ dictiones, significat arborem vitis, hinc non rectè infertur, nihil fit à Deo inuitè, racemi fiunt in vite, ergo racemi non fiunt à Deo.

Fallacia figuræ dictionis est deceptio proueniens à similitudine apparenti dictionum, vel in voce, & desinentia, vel in significato, vel in modo significandi, aut in aliquo alio cum tamen re vera differant; quod tripliciter esse potest; Primò si quis crederet dictiones omnes similes in voce, vel desinentia esse eiusdem generis, vel masculini, uel fœminini, uel neutri, ut omnis substantia est bona, poeta est substantia, ergo poeta est bona, ubi quia tam substantia, quàm poeta desinunt in a, posset quis credere eiusdem generis fœminini esse; idem potest in uerbis contingere, ut calefacere est agere, calefieri est pati, ergo intelligere, & videre est agere; intelligi, & videri est pati.

Secundò contingit, quando sub termino distributiuo vnius prędicamenti subsumitur terminus alterius prædicamenti, vel sub termino distributiuo speciei vnius prædicamenti subsumitur terminus alterius speciei eiusdem prędicamenti; pro quo not. ex Och. & Orbel. hic, qd. sicut diuersæ interrogationes conueniunt diuersis prædicamentis, sic etiam diuersa distributiua illis competunt, v.g. si de Petro interrogetur substantia, & quidditas, interrogatio fit per quid, dicēdo qd est Petrus; & resp. per terminos explicātes proprium genus, & propriam differentiam, si quæratur magnitudo, interrogatio non fiet per quid, hæc .n. propria est prædicamenti substantiæ, sed per quantum, si quantus est Petrus? & respondetur per terminum exprimentem quantitatem cōtinuam, non discretam, quot .n. est interrogatio ad quantitatem discretam attinens, qualè ad qualitatem quando ad prædicamentum quando, vbi ad prædicamentum vbi &c. vnde secundum quod fiunt interrogationes, debet responderi per terminos proportionatos, & conuenientes: pariformiter diuersa sunt distributiua, nam distributiuum substantię est *quicquid, quilibet*, distributiuum quantitatis continuæ est *quantumcunq;* quantitatis discretæ, *quotcunq;* qualitatis, *qualecunq;* prædicamenti vbi hoc signum *vbicunq;* prædicamenti Quando, *quandocunq;* &c. Verum est; quod ly *quicquid* non solum est distributiuum substantiæ, sed cuiuscūque termini absoluti, etiam si accidens sit, eo quia correspondet interrogationi factæ per quid, quæ etiam fit de accidentibus in terminis absolutis, & sine ordine ad subiecta, quomodò explicantur quidditates ipsorum, non in terminis connotatiuis, & in concreto.

Quādo ergo sub distributiuo alicuius prædicamenti subsumitur terminus alterius prædicamenti, vel sub distributiuo vnius speciei subsumitur terminus alterius speciei eiusdem prædicamenti, committitur fallacia figurę dictionis, eo quia propter

propter similitudinem illarum dictionũ credit quis licite argumentari posse in illis terminis. vt Quicquid emisti comedisti, carnem crudam emisti, ergo carnem crudam comedisti, ly quicquid est distributiuum substantię, quod subsumitur, est terminus complectens vnum terminum significantem rem suam per modum substantiæ, & alterum per modum qualitatis. s. ly crudam. Item Quicquid Deus facit medijs causis secundis potest se solo facere, Deus cum causis secundis facit actum meritorium, ergo se solo potest facere actum meritorium quod est falsum, quia Deus non meretur, cum non habeat legem aliquam superioris, cui conformetur, vndè committitur hæc fallacia, nam fit transitus à distributiuo prædicamenti substantiæ ad terminum de prædicamento relationis, qualis est ly meritorius: similiter quandocunque fuisti Romæ, fuisti homo, bis fuisti Romę, ergo bis fuisti homo, fit transitus à prædicamento Quando, ad quantitatem discretam: Vbi adverte ex Tat. hic, quod hoc distributiuo *quandocunque* ęquiualet interdum *quotiescunque*, si sumatur pro qualibet temporis differentia, sed interdum significat partes temporis discretas, & interruptas, quomodo est distributiuum quantitatis discretæ: item quantoscunq; digitos heri habuisti, hodiè habes, decem digitos heri habuisti. ergo decem hodie habes, quod esset falsũ, supposito quod vnũ amiserit, eo quia in maiori est sermo de mole, & continua quantitate digitorum, in minori de numero ipsorum debet ergo subsumi terminus aptus ad satisfaciendum interrogationi illius prædicamenti, vt qualecunq; currit, disputat, si subsumatur fortes currit, ergo disputat, nõ ualet, sed subsumi debet, album currit, ergo disputat; rursus quandocunq: est pater, est filius; Petrus est pater, ergo est filius, non ualet, sed debet subsumi, in hoc tempore est pater, ergo in hoc tempore est filius.

Tertiò cõmittitur hæc fallacia, ut habet Sco. p d. 2. q. 7. li. & quol. 5. D. quãdo qualequid mutatur in hoc aliquid, uel è contra, ut quando commune, quod dicitur qualequid, mutatur in singulare quod est hoc aliquid, uel è cõtra, quo casu uariatur suppositio illius termini; non tamẽ ad uariationem cuiuslibet suppositionis committitur hæc fallacia, alter hic sillogismus non esset rectus, omnis homo est animal, Petrus est homo, ergo est animal, ubi ly homo in ma suppponit distributiuè, in min. determinatè, sed solũ quando uariatur suppositio materialis in formalem, uel simplex in personalem, uel confusa in determinatam, unde non ualẽt isti sillogismi, homo est dictio bisyllaba, animal rationale est homo, ergo &c. hic homo in ma. supponit materialiter in mi. formaliter; homo est species, Petrus est homo, ergo &c. hic homo supponit in ma. simpliciter, in mi. personaliter; in isto alio est eadem uariatio, Socrates est alius ab homine, Socrates est homo, ergo homo est alius ab homine: omnis homo est animal: ergo omnis homo est hoc animal ly animal in antec. supponit confusè, in conseq; determinatè. Committitur etiam hæc fallacia quando arguitur à pluribus determinatis ad unã determinatam, idest quando in antec. terminus cõmunis supponit determinatè respectu partium totius in quantitate, qualia sunt inferiora termini communis, in conf. q; verò supponit determinatè respectu totius in quãtitate, quod est terminus communis cum signo vniuersali, vt animal est Petrus, animal est Paulus, & sic de alijs, ergo animal est omnis homo, ly animal supponit pro vno determinato in antec. in conseq; pro pluribus determinatis.

De fallacijs extra dictionem.
Cap. III.

Inter fallacias extra dictionem prima est fallacia accidentis. vt pote cœteris efficacior ad decipiendum, pro cuius notitia not. quod trium terminorum sillogismum ingredientium, medius dicitur accidens, non quia sit semper quintũ prædicabile, non .n. taliter hic sumitur accidens, sed sumitur pro extraneo quatenus a.l ex parte idem, & ex parte diuersum cum

cũ alio termino, cui coniungitur, & de quo prædicatur, & sic tàm superiora dicũtur accidẽtia respectu inferiorũ, quã iferiora respectu superiorũ, propter inadæquatã idẽtitatẽ inter ilia; minor extremitas dicitur res subiecta, & maior dicitur attributũ; eo quia minori extremitati attribuitur in cõclusione. Fallaciã igitur accidẽtis ẽ deceptio proueniẽs ex inadæquata, & partiali idẽtitate accidẽtis cũ re subiecta, quæ identitas est causa apparẽtiæ in sillogismis affirmatiuis, & diuersitas est causa erroris; in negatiuis ẽ cõtra ita Doctor in p.d.2.q.7.II.

Tribus modis põt. hæc fallacia cõmitti; primus ẽ quãdo ex coniũctione extremitatũ cũ medio in pręmissis, infertur coniũctio ipsorũ in cõclusione affir. mãdo vnũ de altero, vt essẽtia diuina est pater, filius est essentia diuina, ergo filius ẽ pater, committitur fallacia accidẽti, quia inquit Doctor, maior idẽtitas cõcluditur in cõclusione, quã fuerit in præmissis ass ipta, in præmissis. n. erat sermo de idẽtitate in essẽtia, quæ si cõcluderetur in cõclusione, esset vera, filius. n. est idẽ cũ Patre essẽtialiter, at cõcluditur identitas personalis; quapropter explicãda est illa propositio *Quæ sũt eadẽ vni tertio sunt eadem inter se* s. eadẽ identitate, qua in tertio cõueniũt; huc spectant sillogismi in secunda figura ex puris affirmatiuis, vt homo est animal, leo est animal, ergo leo est homo.

Secũdus modus, qñ ex nõ idẽtitate extremitatũ cũ medio ĩ pręmissis arguitur nõ idẽtitas ipsorũ in cõclusione, vt quãdo arguitur ex puris negatiuis, nullus homo est asinus, nullũ rudibile est homo, ergo nullũ rudibile est asinus, nullũ animal est lapis, nullus homo est lapis, ergo nullus homo est animal, arguitur maior distinctio in cõclusione inter extremitates, quã sit i præmissis cũ medio.

Tertius modus est quando ex aliquibus diuisim acceptis in præmissis infertur indebita coniunctio ipsorum in cõclus. vel quãdo ab aliquib. coniũctim sũptis in pręmissis infertur indebita diuisio in cõclusione, vt iste ẽ albus, & ẽ monacus, ergo ẽ monacus albus, iste canis ẽ pater, & ẽ tuus, ergo ẽ pater tuus, iste ẽ hõ mortuus, ergo est hõ, & ẽ mortuus, diximus *indebita coniunctio, vel diuisio*, quia à diuisis ad coniũcta valet inferre & ẽ cõtra, vt iste est animal, & est rationale, ergo est animal rationale, iste est animal album; ergo est animal, & est album; quapropter est videndum quando fit indebita coniunctio, & diuisio.

Not. igitur ex Tat. 2. perierm. c. 2. q. 1. §. 3. *sciẽdũ*, & §. 4. *sciẽdũ* qd. arguere à diuisis ad coniũcta ẽ arguere ab ãtec. in quo ponũtur duo prędicata mediãte particula coniũctiua, & ad cõsequẽs, in quo prędicata repõnũtur sine aliqua coniũctione, & ad hoc tria requirũtur, primũ, qd. illa prædic. diuisa se habeãt, vt determinabile, & determinatio, seu vt substãtiuũ, & adiectiuũ, sic se habet animal respectu rõalis, albi, musici, &c. defectu cuius nõ sequitur, iste ẽ monacus, & albus, ergo ẽ monacus albus, quia albedo nõ ẽ determinatio illius prædicati monaci; secũdũ, qd. determinatio nõ sumatur ęquiuocè, & significatũ varietur, qua ratione non valet, iste canis est genitor, & est tuus, ergo est genitor tuus, nam ly tuus in antec. denotat habitudinem possessionis, in cons. habitudinẽ effectus ad suã causã efficiẽtẽ; tertiũ, qd. nõ sequatur negatio, neq; fiat oratio impropria, vt Petrus est homo, & animal, ergo est homo animal, vel ẽ homo, & rationalis, ergo est homo rationalis.

Arguere vero à coniunctis ad diuisa ẽ arguere ab antec. in quo ponitur prædicata sine coniunctione ad cons. in quo sint prædicata cum copula coniunctiua; ad quod etiam duæ cõditiones requirũtur ex Orbello hic, prima, qd. determinatio non sit distrahens, vnde nõ valet, Sortes est homo mortuus, ergo est homo, & est mortuus, chymera est ens impossi-

possibile ergo est ens,& ĩpossibilis,2.qd vnũ prædicatũ ex se,& sĩpliciter cõueniat subiecto,nõ rõe alterius prędicati, vt hæ cõseq.nõ valẽt,Camaldolensis est monacus albus,ergo est monacus,& albus,quia albedo conuenit illi rõe habitus:Frãciscus est bonus artifex,ergo ẽ bonus,& artifex,nã bonitas illi cõpetit rõe artis:essentia diuina est pater generans,ergo est pater,& est generans,generare.n.dicitur de illa ratione paternitatis. Quandocunq;igitur deficiunt istæ conditiones,fit indebita coniunctio,vel diuisio,& cõmittitur fallacia accidẽtis.

Fallacia de secũdũ quid ad sĩpliciter est affinis cũ præcedẽti,pro cuius notitia recolẽda sũt,quæ diximus tr.pr.c.3. de toto,& parte in modo,dictũ.n.sĩpliciter ẽ terminus cõis solitariẽ sũptus, & dicitur totũ in modo, dictũ secũdum quid est terminus ille cũ determinatione,quæ dicitur pars in modo;sed ĩ proposito,vt committatur hęc fallacia requiritur,vt totũ sit determinatũ ab aliqua determinatione,vel distrahẽte, vel diminuẽte,nõ verò restringente, vnde non valet,cadauer est hõ mortuus,ergo est hõ,Aethyops est albus secundũ dẽtes,ergo est albus,valet autẽ, Sortes est homo albus,ergo est hõ,eo quia ly mortuus est determinatio distrahens, ly albũ secundũ dẽtes est diminuens, & ly albus est restrĩgẽs: quapropter fallacia ista est deceptio prouenens à cõueniẽtia apparenti dicti secũdũ quid ad dictũ simpliciter;& potest etiã ẽ cõuerso fieri fallacia à sĩpliciter ad secũdũ quid, vt Sortes est hõ,ergo est hõ mortuus.

Hæc fallacia multiplex est iuxtà multiplicitatem additi diminuentis, nã vel est diminuens secundum totum, qualis est conditio distrahens,vt exemplificauimus de mortuo homine, vel est diminuens secundùm partem, & hoc tripliciter,nã vel hæc determinatio est secũdum maiorem partem,vt cum paries secũdùm maiores partes est albus,vel secũdũ certã,& determinatã partẽ,quę sit propriũ subiectũ illius cõditionis,vt simitas respectu nasi, & ex istis valet arguere à parte ad totũ,sequitur.n.paries sm.plures partes est albus, ergo est albus,Sortes est simus sm.nasũ,ergo est simus,neq;propriè dicitur cõditio diminuẽs;vel est sm.partẽ minorẽ,nec determinatã,vt Aethiops est albus sm.dentes,non sequitur,ergo est albus:vel tertio est diminuẽs sm.locũ,vt nõ licet in mari audire sacrũ,nõ sequitur,ergo nõ licet audire sacrũ;quarto,vel est diminuẽs sm.tẽpus,vt nõ licet vesci carnib. in Quadragesima,nõ valet, ergo nõ licet vesci carnibus:tãdẽ vel ẽ diminuẽs sm.vsũ,vt malè vtẽti nõ expediũt sciẽtiæ,nõ valet,ergo non expediũt sciẽtiæ.

Dices,in ista propositione Petrus est perfectus latro,ẽ monachus albus, &c. ly perfectus,& ly albus sunt cõditiones restringentes,& tn.nõ sequitur;ergo ẽ perfectus est albus, ergo malè dicitur, quod à cõditione restringẽte nõ cõmittitur hæc fallacia. Tũ quia cadauer est homo mortuus,licet non possit inferri, ergo est homo,potest tamẽ inferri,ergo est mortuũ, ergo arguendo à cõditione distrahẽte non cõmittitur hæc fallacia. Resp.ad 1.non sequi cõsequẽtias illas, non quia cõmittatur hæc fallacia,aliter nunquam valeret arguere à termino determinato per cõditionẽ restringentem ad ipsum simpliciter, sed quia cõmittitur fallacia accidentis; quatenus nõ adsunt omnes conditiones requisitæ, ad hoc,vt possit fieri bonus processus à cõiũctis ad diuisa vt nuper dicebamus,vel dicendũ, quod licèt in istis casibus non sequatur,eo quia vnum prædicatũ conuenit propter aliud,in alijs tamẽ sequitur Ad 2.concedimus,quando est determinatio distrahens,posse fieri progressũ ad determinationẽ,nõ tn.ad ipsum determinatũ, quod se habet vt simpliciter dictũ;quando verò est conditio restringens,potest fieri progressus ad utrũque

dummodò adsint conditiones assignatæ in tertio modo præcedentis fallaciæ.

Quod dictū est de 2. quid, & simpliciter, vt se tenēt ex parte prædicati, proportionaliter est dicēdū de ipsis, ut se tenent ex parte subiecti, ut hō mortuus est cadauer, nō sequitur, ergo hō est cadauer, rosa cognita ē in intellectu, ergo rosa est in intellectu; at si est cōditio restringēs tenet cōseq. vt hō albus currit, ergo hō currit, dūmodò nō cōparetur ad aliquod prædicatū conueniens illi toti, vt totū est, & consequenter faciēs illud totū supponere simpliciter, vt hō albus est aggregatum per accidēs, ergo homo est aggregatum per accidens, non valet.

Specialiter autē potest hæc fallacia cōmitti, vt aduertit Ochā in p. 4. partis tertiæ suæ logicæ c. 3. quādo arguitur ab esse de 2. adiacēte, ad ipsū de 3. adiacente, vel ē cōtrà: tā affirmatiuè, quā negatiuè, tūc ab esse de 2. adiacēte ad esse 3. adiacēs affirmatiuè fit hæc fallacia quādo additū non necessariò cōpetit subiecto, vt homo est, ergo est albus, at si necessariò conuenit, est recta illatio; vt rosa est, ergo est ens, est possibilis, &c. tūc negatiuè fit hæc fallacia, quādo additū est prædicatū necessariò conueniens subiecto, siuè existat, siuè non, .i. rosa non est, ergo non est possibilis; si uerò additum fit prædicatū supponens necessariò existētiā subiecti, rectè arguitur, vt rosa nō ē, ergo non videtur. E contrà ab esse de tertio adiacēte ad ipsū de 2. affirmatiuè committitur hæc fallacia, si additum fit prædicatū necessariū; non committitur; si sit prædicatum contingens præsupponens constantiā, seu existentiam subiecti; vt sequitur, Sortes est albus, ergo ē, non sequitur Sortes est possibilis, ergo est. Negatiuè verò semper committitur hæc fallacia, præterquā in prædicatis, quæ existentiæ opponuntur, nā sequitur chymera non est possibilis, ergo non est, non tamē sequitur homo non est lapis, non est albus, &c. ergo homo non est.

Fallacia ignorātiæ elēci prouenit ex deceptione, qua putat quis elencū syllogismū habere omnes conditiones, syllogismus elēcus est syllogismus contradictorius, .i. ostendens cōtradictoriū eius, qd. est à respōdēte concessū, vnde requirit primò omnes cōdnes optimi syllogismi in modo, & in figura, 2. qd. cōstet ex propositionib. vere contradictoriis, ad quas requirūtur 4. cōditiones, qd. sint ad idē, 2. idē, similiter, & eodē tēpore, quib. addi pōt identitas loci, nisi velimus hāc reducere ad 2. Potest igitur ignorari elēcus syllogismus, vel quo ad primarias cōditiones, si s. quis putaret illū syllogismū esse in modo, & in figura, cū tn. non sit, & fallacia huius ignorantiæ est nimis ampla omnibus fallaciis conueniēs: vel potest ignorari quo ad secundarias conditiones, si existimaret aliquis propositiones illas esse verè contradictorias, cū non sint, & de ista est sermo, quę tot modis potest euenire, quot sūt conditiones contradictoriarum; vt quinq; est medietas denarij, non est medietas binarij, ergo est medietas, & non medietas, nō valet, quia non sunt ad idem, lignum ē alteri æquale secundum longitudinem, inæquale s. latitudinem, ergo est, & non est æquale, non valet, quia non sunt 2. idem: homo est species, nullus homo est species, ergo est, & non est species, non sequitur quia non est similis, & eadē suppositio; Petrus hodie nō currit, cras currit ergo currit, & nō currit, non valet, qa. deest idētitas tēporis, Petrus audit sacrū in tēplo, nō audit ī cubiculo, ergo audit, & nō audit, ē defectus idētitatis loci

Fallacia petitionis principii est, quādo idē per seipsum probatur, & hoc, uel iisdem omninò verbis, & dicitur petitio principii statim, vt homo currit, ergo homo currit, & hæc non est in vsu, vel sub aliis verbis, & hoc multipliciter, vt quādo quis vteretur synonimis verbis, ut gladius cædit, ergo ensis cædit, uel cum particularis probatur per uniuersalē, & ē con;

è cõtra, vel cũ definitũ ostẽditur per definitionẽ, & vniuersaliter quãdo id, qd. debet probari, ostẽditur per ignotius, vel æque notũ; Verũ ẽ tñ. qd. propriè loquẽdo, & ex natura rei in his casibus nõ sẽper cõmittitur petitio principij, nã & definitio notior ẽ in se definito, & totũ partib., aut è cõtra; pôt tñ cõmitti ad hominẽ, si. s. respondẽti æque ignota sint definitio, & definitũ, totũ, & partes, & tũc respectu ipsius respõdentis cõmittitur petitio principij, quia æqualiter negabit propositionẽ assũptã ad probationẽ, in qua v.g ponitur definitio, sicut antea negauerat antecedens, in quo erat definitum, quia æquè ignorat verumque.

Fallacia cõsequẽtis est deceptio proueniens ex apparenti cõuertibilitate 2. cõsequentiæ cũ prima, itaut sicut prima est bona, ita putetur esse secũda; ex quo infertur, qd. ad hãc fallaciã semper sũt duæ cõsequentiæ, vel explicitè, si arguatur enthymematibus, vel implicitè, si arguatur ex maiori hypothetica cõditionali, & per ãtecedẽs, & cõsequens hìc intelligitur propositio, in qua assumitur inferius in ordine ad superius, vel è cõtra, hæc enim fallacia fit in terminis nõ conuertibilibus, vt sũt superius, & inferius; idcirco tunc committitur huiusmodi fallacia, quando non rectè à superiori ad inferius, vel è contra argumẽtamur; duobus autẽ modis nõ rectè arguitur, sicut duobus etiã modis optime infertur, nã à superiori ad inferius affirmatiuè non valet, sed è cõtra, ergo à positione consequentis ad positionem antecedentis cõmittitur hæc fallacia, quãuis arguẽdo à positione antecedẽtis rectè positio cõsequentis inferatur positio est assũptio eiusdem propositionis, destructio est assũptio contradictoriæ positionis, vndè in hoc discursu est hõ ergo est animal, est animal. ergo est homo committitur fallacia conseq. quentis, quatenus secunda cõsequentia putatur recta, sicut prima, & ẽ à positione cõsequẽtis, .s. ab assũptione illius cõsequentis *est animal* ad assũptionẽ ãtecedẽtis; Deinde à superiori ad inferius negatiuè tenet, non ẽ cõtra, ideo à destructione antecedentis ad destructionem cõsequẽtis nõ valet, vt si est hõ, est animal. non est homo, ergo nõ est animal; hũc etiam spectãt similes sillogismi, Qui dicit te esse animal, dicit verũ, qui dicit te esse asinũ, dicit te esse animal, ergo qui dicit te esse asinũ, dicit verum, in hoc arguitur à positione consequentis ad positionem ãtecedentis, seu à superiori ad inferius affirmatiuè, ab esse animal, ad esse asinũ.

Fallacia secũdũ nõ causã, vt causã est deceptio proueniens ex apparentia, quã habet vna propositio ad inferendũ aliã, ac si esset verè illius causa qd. pôt dupliciter euenire, primo qn. fit duplex progressus, vnus in quo cõcluditur cõclusio falsa, alter, in quo assignatur pro causa falsitatis cõclusionis aliqua præmissarũ, quæ verè non est causa. 2. vt colligitur ex Sco. p.d. 3. q. 7. R. qn. infertur falsa cõclusio ex vna propositione, quæ tãquã causa assumitur illius falsitatis, cum tamen reuera nõ sit, vt vinũ inebriat, ergo est ebrius, inebriare. n. nõ est causa ebrietatis in vino, sed in alieno supposito.

Vltima fallacia est secũdũ plures interrogationes vt vnã; quadrupliciter. n. pôt fieri interrogatio, Primò quãdo vnũ de vno quæritur, vt est ne Sortes hõ? 2. quãdo vnũ quæritur de pluribus, vt est ne Sortes & bucefalus rationalis? 3. qn. plura quærũtur de vno, vt est ne hõ animal, & albus? 4. quãdo plura de plurib. quærũtur cõiũctim, vt an hõ, & talpa sũt videntes, vel cæci in his omnib. modis cõmittitur hæc fallacia, præter quã in primo, & fit cũm vnica responsione satisfit plurib. interrogationib. apparentib., ac si esset vna interrogatio cum tamen pluribus egeat quæsitum illud respõsionib. vt si essent duo homines, vnus cæcus al-

cus, alter surdus, & quæreretur an essent cæci vel surdi, si responderetur, qd. sunt cæci, ergo surdus erit cæcus, si sur di, ergo cæcus erit surdus, quare duplici respõsione debet huic quæsito satisfieri, s. iste est cæcus, & iste est surdus, & distinctione vtendũ, Hic notat Orbel. quòd licet respõdes affirmatiuè respondendo ducatur ad inconueniens, vt patet in exemplo adducto, si tamen negatiuè respondeat, dicendo non sunt cæci neq; surdi, solum apparenter ducitur ad incõueniens, non n. sequitur, ergo nullus est cæcus, & nullus surdus, nã sensus illius responsionis est, quod nec ambo sunt ceci, nec ambo surdi.

FINIS INSTITVTIONVM LOGICALIVM.

QVESTIO PROOEMIALIS. Ad vniuersam Aristot. Logicam.

De Natura Logica.

PHilosophia olim sapientia vocabatur, & qui rebus cognoscendis incumbebant, sapientes: at quia nomen hoc tumorem, & iactantiã præseferre videbatur vt Scotus refert 1. Met. sum. p. cap. 2. Pytagoras noluit se sapientem appellari, sed Philosophum, hoc est, sapientiæ amatorem, hinc nomen sapientis in nomen Philosophi est mutatum, & doctrina, quæ sapientia dicebatur, Philosophia cœpit nuncupari; Definitur ab Arist. 1. Met. cap. 3. *Cognitio rerum, vt sunt*, siuè *per suas causas*; cum enim omnia creata habeant suum esse per causas, tunc vti sũt, intelliguntur, cum per suas causas cognoscuntur, & hac ratione aiebat Plato in Theæt. & Arist. 1. Met. c. 2. homines ex admiratione phylosophari cœpisse. hoc est, ex notitia effectuum, & ignorantia causarum inuestigare cæpisse rerum causas, ex quo deducitur Philosophiam esse rerum cognitionem per suas causas, & Philosophum esse, qui rerum cognitionem hoc modo est assecutus.

Diuidi solet in hac amplitudine sumpta in Naturalem, Moralem, & Rationalem, Naturalis Physicam comprehendit, & Metaphycam, Moralis Ethicam, Rationalis Logicam, seu *Dialecticam*; hæcq; trimembris diuisio Philosophiæ non solum communi calculo Stoicorum, & Platonicorũ recepta fuit, vt videre est apud Euseb lib. 11. de prępar. Euang. Alcin. de doctrina *Plat.* c. 3. Cic. lib. 1. de Orat. ad Quintum fratrem, sed Arist. ipse eam amplexus est 1. Topic. c. 12. vbi facta diuisione problematum in Naturale Morale, & Logicum, subdit *ad philosophiam igitur secundum veritatem de his negotiandum est, dialecticè autem modo ad opinionem* Eam quoque amplectitur D. Augustinus lib. 8 de Ciuit. Dei c 4. & eius Sufficiẽtiã ex professo probat, Philosophia namq; ad hominis fælicitatem ordinatur, quã in hac vita consequi potest, hæc autem tum in contemplatione veritatis consistit, tum actione virtuti consentanea, vt docet Arist. lib. 1. Nichomac. c. 7. & 8. statuenda igitur est scientia quæ rerum causas, & arcana naturæ scrutetur, & contemplationi solius ueritatis incũbat, & hæc erit Naturalis philosophia Physicam, & Metaphysicã complectens: Altera deinde pars Philosophiæ est assignanda, quæ incumbat moribus instruendis, & ad ciuilem uitam instituendam, & hæc est Moralis, Quia uerò hæc omnia non nisi discurrendo, & differendo comparatur,

& intellectus noster sæpè decipitur, & errat in discursu, constituenda deniq; est altera Philosophiæ pars, quæ mentem dirigat in suis operationibus, & hæc est Rationalis Hanc denique trimembrem diuisionem recipit. S. T. initio Ethic. ad Nicom. & quicunque tenet logicam esse scientiam, & partem Philosophiæ, Conimb. in proœmio ad lib. Phys. Arist. initio Logicæ, Complut. disp. 1. q. 6. Amic. tractat. 1. q. 4. dub. 1. & alij quamplures; Verum tamen est, quod notat Pasqualig. in Metaph. p. p. disp. 4. sect. 3. posse hanc trimembrem diuisionem reduci ad bimembrem, s. ad Naturalem, & Moralem accipiendo naturalem non presse, vt dicit solam contemplationem de natura, sed large prout complectitur res omnes intra ordinem naturæ speculabiles, sub qua cunq; abstractione illæ sint, sic. n. accipiẽdo naturam, res à logica consideratæ non erunt extra ordinẽ naturæ, atque ità spectabit ad philosophiam ipsam naturalem.

Vniuersam itaq; Philosophiam iuxtà Scoti principia, & Arist. dogmata, vbi nostræ non obuiant fidei, contexere intendentes ab ea parte, quæ Rationalis dicitur, exordium sumimus, quia hæc ipsa pars philosophię est instrumentum respectu cœterarum partium Naturalis nimirum, & Moralis, quę non nisi differendo, & discurrendo acquiruntur; modus autẽ differendi, & discurrendi à logica docetur. Hanc igitur proœmialem quæstionẽ de natura logicæ differentem in plures distribuemus articulos, vbi de varijs logicæ nominibus, & acceptionibus differemus, de eius fine, obiecto, essentia, qualitate, necessitate, partitione, ac deniq; de eius vnitate, & à cæteris facultatibus distinctione.

ARTICVLVS PRIMVS.

De varijs logica nominibus, & acceptionibus.

QVoad primum, facultas, quam aggredimur explicandam, logica passim appellari solet, & quidem logica dicitur quasi sermocinalis, vel rationalis facultas ex eo, quod sermonem verum vel falsum considerat, vel quia ratiocinari docet, logos n. vox græca vtrumque significare potest, sermonem, s. & rationem, melius tamen, inquit Scotus q. 1. Prædicam. dicetur logica scientia rationalis à ratione, quàm sermocinalis à sermone, qui a per hunc loquendi modum significari videretur logicam versari circa sermonem, & voces, tanquam eius obiectũ, quod falsum esse monstrabitur infrà. Dialectica etiam consueuit appellari, hoc est, facultas disceptatrix, vel disputatrix, quatenus differere, ac disputare docet est. n. nomen gręcũ deriuatũ à verbo, dialegomæ, qd. significat differere, ac disputare: quamuis autem apud antiquiores Philosophos Dialecticæ nomen vsurpatum fuerit pro ea tantum logicæ parte, quæ dicitur Topica, & agit de syllogismo probabili, vt fusè Zabarel. tradit lib. 1. de natura logicæ c. 9. & Arist. ipse non semel insinuauit, qui 1. Topic. 1. Elench. 3. Met. & alibi sæpè per Dialecticam intelligit solam partem topicam: modo tamen cõmuniter toti logicę tribuitur, quamuis. n. differere, & disputare propriè significet ex probabilibus discurrere, cum nimirum pro vtraque quæstionis parte probabilia afferuntur argumenta, absolutè tamen significat quocunque modo discurrere, & ex notis ignota manifestare, & quidem apud etiam Arist. reperitur hoc nomen Dialecticæ vniuersaliter vsurpatum pro tota logica, vt videre est 1. Rethor. c. 1. 1. Met. tex. 8. & alibi sæpè, vt Fonsec. notat 2. Met. c. 3. q. 1. sect. 3. Demum Arist. opus suum logicum, vt constat ex vulgari inscriptione, Organũ nũcupauit, ad significandum logicam veluti instrumentum inseruire ad aliarũ scientiarum acquisitionem.

Quoad secundum, logica in primis diuidi solet in naturalem, & artificialem, Naturalis est ipsum naturale lumen nobis congenitum dictans modum rectè apprehendendi, iudicandi, & discurrendi, siuè illud naturale lumen sit nuda potentia intellectiua, siuè intellectus cum habitu

bitu principiorum, quæ sunt naturaliter nota, vt Complut. contendunt disp. 1. log. q. 1. Artificialis autem est habitus studio comparatus quo intellectus instruitur, & dirigitur, ne erret in suis operationibus exercendis; traditur autem hæc diuisio ab Arist. 1. Reth. c. 1. & 1. Elench. c. 8. & ij. & ab omnibus est recepta. Rursus artificialis diuidi solet in vniuersalē, & particularem, quam diuisionem tradidit Auerr. 2. Met. com. 15 & 1. Elench. q. 1. & 2. vt notat Mauritius noster q. 1. prædicab. Vniuersalis dicitur, quæ docet præcepta communia omnibus scientijs, vt quod demonstratio constare debeat ex necessarijs, definitio tradenda sit per essentialia; *Particularis* dicitur, quæ tradit præcepta applicata materiæ huius, vel illius scientię, vt quod in Met. definiendum sit per genus, & differentiam, in Phys. per materiam. & formam. alio modo explicatur hæc diuisio à Zab. lib. 2. de nat. log. cap. 1. sed allata explicatio communior est, & magis congrua.

Frequentior tamen adhuc, & magis famosa est illa diuisio logicæ artificialis in docentem, & vtentē, tàm apud Latinos, quam apud græcos, licet sub alijs terminis, docentem n. vocant logicam à rebus auulsam, vtentem verò rebus coniunctā, vt Philop. refert in præfat. ad lib. Prior. Logicam docentem vocant ipsaminet doctrinam logicam, quæ docet modū sciendi, & certas regulas in quacunque scientia obseruādas in definiendo, & diuidendo, & discurrendo, vtentem vocāt earūdē regularum vsum, & exercitium, seu potius eandem docentem, quatenus in vsu positam, & huic, vel illi scientiæ applicatam per actuale exercitium definitionis, diuisionis, & argumentationis; Hinc aliqui deducunt logicam vtentem non esse propriè logicam, sed scientiam ipsam determinatam, *Physicam* nimirū. Metaph. Moralem, vel aliam, cuius est materia discursus, & sic definitio, diuisio, vel sillogismus in materia physica dicitur logica vtens, eo quod tunc vtamur regulis, & præceptis logicæ docentis; ex quo tādem inferunt non esse propriè aliam logicā, quàm docentem. At isti manifestè fallūtur, tum quia sicut in materijs aliarū scientiarum datur vsus logicæ, ità etiam in ipsa materia logica, definiendo, diuidendo, & arguendo, ergo saltim in hoc sensu, cū nimirum seipsa vtitur, dari debet propriè logica vtens, tum quia etiā quando exercetur in alijs scientijs, quamuis actualis vsus sillogismi v. g. quoad materiam spectet ad illas scientias, adhuc tamen quoad formam, & modum ad logicam attinet; tum denique quia adhuc in alio sensu magis proprio præfatam diuisionem explicabimus, secundum quem necessariò cōcedendus est habitus, qui propriè dicatur logica vtens.

Sed circa allatam diuisionem duplex oritur dubitatio; prima est, quomodo distinguantur logica docens, & vtens, an si importent vnum, & eundem habitum, an potius plures specie, & numero diuersos: communis sententia Thomistarum affirmat esse vnum, & eundem realiter habitum ex diuersis muneribus tantum, & diuersis considerationibus hæc nomina sobeuntem, vnde dicunt, quod idem logicæ habitus, quatenus tradit præcepta definiendi, diuidendi, & discurrendi, dicitur logica docens, quatenus verò alijs scientijs applicatur per vsum suorum præceptorum, & regularum ad illas acquirendas, dicitur vtens, ita Complut. disp. 1. log. q. 4. § ij. Soto q. 1. proœmial. Sanchez lib 1. log q. 6. Masius sect. 1. q. 4. Didacus à Iesu q. 5. Ioan. de S. Thoma p. 2. log q. 1. art. 6. Auersa q. 1. log. sect. 2. licet concedat actus logicæ docentis, & vtentis esse realiter, & essentialiter distinctos. Ruuius q. 3. proœm. & alij passim; Sed præter Thomistas videtur etiam cōmunis opinio Scotistarum, nā satis apertè eā insinuat Doctor q. 1. prædicab. vbi non nisi ex diuersa consideratione videtur secernere logicam docentem, & vtentem, & sequitur Faber Theor. 1. c. 1. Fuentes q. 4. diff. 2. art. 1. & alij passim.

Dicendum tamen est, quod si de logica vtente propriè sit sermo, importat habitum realiter distinctum, & specie diuersum ab habitu logicæ docentis. Con-

clusio hæc prius explicatur, deinde probatur, logica nãq; vtẽs, vt notãt Maurit. q. 1. vn. §. 6 *difficultas*, & Tataret. q. 1. prohæm. log. §. 1. *sciẽdũ*, põt accipi dupliciter, vno modo pro habitu sciẽtifico logico per demõstrationẽ acquisito, quo vtimur ĩ singulis sciẽtijs definiẽdo, diuidẽdo, arguẽdo; alio modo pro habitu acquisito ex frequẽti exercitio definiẽdi, diuidẽdi, arguẽdi, ex istis. n. actib. frequẽtatis generatur in ĩtellectu prõptitudo quędã ad similes actus eliciẽdos, quia secũdũ Doctorẽ 3. d. 33. ex oĩ actu voluntatis, vel intellectus põt generari habitus, vel prõptitudo; si logica vtens 1. mõ sumatur, nõ ẽ distinctus habitus à logica docẽte, sed ẽ ipsamet logica docẽs, in vsu posita, & alijs sciẽtijs applicata, vnde in hoc sẽsu impropriè dicitur vtẽs, cũ potius dici deberet vsa, seu vsitata, vt notat Maurit, cit. & Anglicus q. 1. vn. & ita loquitur Auerr. 1. Phys. cõ. 35. At in 2. sẽsu ẽ habitus prorsus distinctus à logica docẽte, nã docẽs ẽ habitus speculatiuus, & cõtẽplatiuus, vtens verò practicus, & operatiuus, ac proindè propriè dicitur vtẽs actiuè, nã ẽ talis habitus quo quis instructus prõptè, & faciliter vtitur logica docẽte, eiusq; regulis, & præceptis, & distictio logicę docẽtis, & vtẽtis ĩ hoc sẽsu coĩcidit cũ ea, quã alij tradũt in logicã cõtẽplatiuã, & factiuã, contemplatiua. n. est docens, factiua verò vtens.

Hoc autẽ modo explicata cõclusio facilè suadetur ex eo, qd. ait Scot. q. 4. Prolog. in solut. ad 2. & 3. Bb. docet. n. ibi, qd. vbi cognitio aliquorũ nõ ẽ propter speculari simpliciter, sed etiã aliquo modo propter operari, tunc respectu eorũ duplex ẽ necessarius habitus in intellectu nostro, vnus erit vniuersaliũ, alter verò particulariũ ex particularib. actib. genitus, sic rerũ operabiliũ sciẽtiã moralẽ habemus, quę ẽ cognitio quędã vniuersaliũ, & prudẽtiã, quę ẽ particularis quidã habitus genitus ex plurib. egisse, & quo in particulari cognoscimus, quomodo talis actio fieri debeat; cũ igitur cognitio instrumẽtorũ logicalium nõ sit propter seipsa simpliciter, sed ad dirigẽdas operationes intellectus, sic duplex respectu eius ponẽdus ẽ habitus in mẽte nostra, vnus erit vniuersaliũ, quo generales regulæ definiẽdi, diuidẽdi, & arguẽdi agnoscimus alter verò particularis habitus quidã genitus ex frequẽti applicatione õniũ illarũ regularũ ad certas, & determinatas materias in particulari, vndè intellectus habilis, & prõptus redditur ad definiẽdũ, arguẽdũ &c. Confirmatur ratio ex cõmuni natura õniũ facultatũ organicarũ, eius. n. naturę sunt omnes illę, vt quęlibet diuidatur in docẽtẽ, & vtẽtẽ, sic. n. diuiditur frænefactatiua in frænefactiuã docẽtẽ, & vtẽtẽ, scriptoria in docẽtẽ, & vtẽtẽ, medicina similiter, & aliæ consimiles facultates, sed in his omnibus facultas docẽs realiter ab vtẽte distinguitur, & diuersos importãt habitus, ergo similiter in logica, quæ disciplina organica est, dicẽdũ erit, probatur minor, quia v. g. scriptoria docẽs est habitus ille, qui tradit regulas benè scribẽdi, vtẽs est, qui acquiritur ex frequenti scriptione, sicut ẽt medicina docens est habitus tradens regulas, & præcepta medendi, & solet dici Theorica, vtẽs est alter habitus, qui acquiritur ex actuali vsu medicinæ docẽtis, & dici solet Practica, vndè sẽper prius acquiritur habitus facultatis docentis, quã vtẽtis, ille acquiritur ex auditu Magistri, & studio regularum, & præceptorũ, iste verò ex actuali vsu, & exercitio illorũ; sic igitur etiã de logica dicendũ erit, qd. docens est habitus ille, qui acquiritur ex auditu magistri, lectione librorũ, &c. vtens verò est, quem deinceps acquirimus ex frequẽtatis actibus definiẽdi, arguendi, &c. & multoties euenit, qd. aliquis habet logicã docẽtẽ, & nõ vtentẽ vt patet in tyronibus, qui regulas logicales maximè calẽt, sed in cõficiendis sillogismis sunt adhuc inexperti, & inexercitati.

Et hinc

Et hinc rursus alia deducitur confirmatio, quia postquam de recenti intellectus instructus est habitu docentis logicæ, definit, diuidit, arguit conformiter ad illas regulas, & præcepta, sed cum aliqua difficultatè, non expeditè, & promptè: verum frequentando hos actus acquirit facilitatem quandam, & promptitudinem ad illos promptius, facilius, & expeditius efficiendos, ergo acquirit nouum habitum ab illo realiter distinctum, hoc .n. est manifestum inditium habitus acquisiti, cum aliquid operamur prompte, & expeditè, quod prius difficulter efficiebamus, probatur assumptum, quia & si Tyrones optimè sciant definitionem constare debere ex genere, & differentia, quod in conficiendis sillogismis medius terminus in prima figura debet habere locum subiecti in maiori antequam sępius se exercuerint, difficultatem sentiunt in conficiendis sillogismis in hac, vel illa figura; quare cum applicatio præceptorum logicæ etiam post exactam eorū cognitionem bene, vel malè fieri possit sanè requiritur specialis habitus inclinans ad eam ritè faciendam, & hic erit logica vtens; Hinc aiebat Arist. 1. Priorum c. 28. non solum oportere logicam *generationem sillogismorum considerare*, quod fit per logicam docentem, *sed etiam potestatem habere faciendi*, & hic est habitus logicæ vtentis.

Respondent negando intellectum logica docente imbutum indigere distincta facilitate, & habitu propter applicationē cognitis .n. regulis, & præceptis logicæ, non est vlla difficultas in applicatione, & vsu earum ad talem, & talem materiam, sed solum indiget appositione materiæ, ad quam ipsæ regulæ sine noua difficultate vincenda ex parte sui applicantur, & extenduntur, vnde tota difficultas consistit in cognitione, & ordinatione regularum, qua adepta applicatio ipsa non habet specialem difficultatem, quia intellectus naturaliter tendit ad obiecta semel proposita, & applicatio ipsa fit ad res cognitas per actus naturali repræsentatione, & tendentia respicientes obiecta, non morali, seu voluntaria motione, vnde cognito præcepto logico, v. g passionē prędicari debere de subiecto, statim ac Physicus dicit, quæ sit passio, & quod subiectum, nulla difficultas remanet, cur fieri nequeat propositio; Hinc Ioan. de. S. Th. negat paritatem assumptam in argumento principali de logica, & Moralis quia in morali post iudicatum, & cognitū bonum, restat præcipua difficultas in applicanda voluntate propter eius libertatē, seu indifferentiam, vel resistentiam ad bonum regulatum, vnde præter Synesim, & Eubuliam, quæ benè indicant, & consiljantur, requiritur distinctus habitus, qui imperet, & exequatur, & hic est Prudentia. Ad Confirm. demum eiusdem argumenti deductam ex natura facultatum organicarum concessa paritate negat minorem, cytaredus .n. vel musicus. si post artis perfectam cognitionem digitos mouere non potest, vel linguam, & palatum, aut non ita expeditè, ad hanc difficultatē vincendam noua arte non indiget, sed exercitatione corporali, aut aliquo, quo tollatur prædictum impedimentum, & ita qui expeditius mouet digitos, non generat nouam artem, sed impedimentum exercitij eius tollit; sic intellectus quando exercetur in syllogizando circa diuersas materias, vel scientias, non acquirit nouam artem, seu habitum diuersum ab ipsa doctrina logicę, sed expeditiorē vsū. Ruuius verò negat paritatem, nā artes, quę per externa membra exercentur, duplicem vtique facilitatem petunt, vnā in intellectu, in quo sunt tanquam in subiecto, alterā in membro externo, per quod exercētur, ars verò logicæ, sicut nō exercetur per membra externa, sed per solum intellectum, ita non petit, nisi facilitatem intellectus, quæ est vnus, & idem habitus quo cognoscuntur regulæ logicæ, & applicantur.

Sed solutiones istæ ex dictis corruunt, nam post exactissimam logicorum præceptorū cognitionem adhuc manere difficultatem ad illis vtendum ipsa experiētia docet in Tyronibus, sicut & facilitatē generari in eisdem ex frequēti vsu syllo-

uide pagina 160 ubi inuenies reliquam istius articuli



ca etiamsi in docendo vtatur suis regulis, & præceptis quia tamen hoc est merè per accidens, & sibi ipsi inseruit, ac si penitus esset distincta scientia, hinc est, qd. quamdiu ad extraneas materias aliarum scientiarum non descendit, semper censetur à rebus aulsa.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De fine Logicæ.

VT obiectum logicæ docentis eiusq; naturam inuestigemus, cōsulto exordimur a fine illius, si.n. verum est finem intrinsecum scientiæ coincidere cū obiecto, vt notat Faber Theor. 1. in fine, & obiecti cognitionem in practicis maximè ex fine pendere, cum logica, etsi practica non sit, se tamen habeat ad modum practicæ facultatis, vt potè quæ disciplina organica est, maximè iuuabit quæstionem de eius fine præmittere tàm secundum se, & totam amplitudinem suā consideratæ, quam vt ab Arist. traditæ; Fatentur omnes finem, & scopū logicæ, in quē tota collimat, esse dirigere intellectum in suis operationibus, consentaneum .n. erat vt quemadmodum instituta erat scientia ad directionem actionum voluntatis, quę est Ethica, ita alia institueretur pro directione operationum intellectus, cum non minus sit errori expositus, quā voluntas, præsertim pro statu isto, in quo in rerum cognitione dependet à sensu, qui sæpè sępius decipitur, ita notauit Antonius de Fan spec. ration. art. 2. d ff. 1 & hæc antē est logica, vt notat Scot. q. 4. Prolog art. 1. & Ant. And 6. Met, q. 3. quæ hac ratione ab Arist. dicitur *modus sciendi*. Met. 15. & definitur quod *sit scientia rationalis discretiua veri à falso.* Verum cum tres sint intellectus operationes, simplicium apprehensio, iudicium, & discursus difficultas est, an hæc directio per se intenta a logica sit omnium, & singularum operationum, an solius tertiæ, ad quā prima, & secunda ordinantur, & rursus an hæc directio sit per se intenta in quacunque materia, tam s. probabili, quam demonstratiua, an potius in demonstratiua tantùm. Quantum attinet ad primam difficultatem, multi tenent adæquatum logicæ finem esse dirigere tantum tertiam operationem, qua ex notis inuestigatur ignotum, ità opinatus videtur Zab. lib. 1. de natura log. cap. 18. & quicunq; tenent sillogismum esse adæquatum obiectū in logica in tota sua amplitudine. Quantum attinet ad secundam, tenent quamplures finem logicæ esse dirigere cognitionem nostram in materia tantum demonstratiua, ita sensisse videtur Auic. p. p. log. c. 2. Amon. prefat. in prędic. Philop. & Alex. prefat. in Prior.

Dicendum tamen est, quod si loquamur de logica in tota amplitudine sua, finis adæquatus eius est dirigere omnes, & singulas tres intellectus operationes in quacūque materia, siuè probabili, siuè necessaria; si verò sermo sit de logica ab Arist. tradita, vtique finis eius adæquatus est tantum tertiæ operationis directio Conclusio est Scoti 1. Priorum. q. 2. §. *Quantum ad tertium*: & probatur primò quoad primam partem, quia oēs tres operationes sūnt per se dirigibiles in quacunq; materia, ergo logica secundum se ordinatur ad omnes, & singulas dirigendas in quacunque materia; probatur assumptum, quia quælibet independenter ab alia proprium potest participare errorem, quia si implicaret dari tertiā operationem, adhuc darentur præcepta de secunda, vniuersalem v.g. negatiuam simpliciter conuerti affirmatiuam in partem, &c. & si implicaret dari secundam, adhuc darentur præcepta de prima, v.g. quod ad distinctè quidditatem apprehendendam oportet concipere genus, & differentiam obiecti. Et quamuis vna operatio indigeat maiori directione, quam alia, vt tertia, quàm secunda, secūda quam prima, non tamen hinc fit, eam, quæ indiget minori directione, per se ad logicam nō pertinere, quia hæc directio, qualiscunque sit, non nisi ad logicam pertinere potest.

Nec satisfacit dicere cum Aduersarijs pertinere vtique, sed indirectè, ac reductiuè,

fine; quatenus prima, & secunda reducuntur ad tertiam. Nam licet prima conferat ad secundam, & secunda ad tertiã, tamen singulæ per se habent suam rectitudinem, & sunt capaces directionis; habentque suas regulas, & præcepta distincta. Quòd verò vna magis capax sit, ac indigens directionis, non efficit, quin omnes per se, & directè sint a logica dirigẽdæ per instrumenta propria, sed solũ qd. directio vnius magis principaliter intendatur, quàm alterius, vnde concedẽdum vltrò est, quòd logica & si adæquatè sit inuenta ob directionem trium simul operationum intellectus in quacunque materia, principaliter tamen inuenta est propter directionem tertiæ operationis, & in materia necessaria, quia inter operationes intellectus ea est difficilior, & ideo præcipuus finis logicæ etiam in tota sua latitudine erit dirigere demonstrationẽ, .i. syllogismum in materia necessaria, non tamen adæquatus.

Quoad alteram partem etiam probatur quia vt ait Scot. cit. Arist. parum curauit de diuisione; nec egit de definitione, nisi quatenus inseruit argumentationi, & demum totam suam logicam in gratiam argumentationis composuit, vt pote instrumenti cæteris omnib. perfectissimi, quod etiam probat Doctor ibidem tali discursu, quicquid tractat Aristot. in sua logica, in gratiã argumentationis, seu syllogismi tractat, ergo adæquatus finis eius est directio solius tertiæ operationis, probatur assumptum, principia enim eius tam proxima, quàm remota in lib. Prædic. & Periher. declarauit rationem eius in communi, & quidditatem, quæuè ipsi in communi accidunt, in lib. Priorũ manifestauit, & tandem partes subiectiuas in lib. *Post.* Topic. & Elench. quibus tractatibus tota absoluitur Arist. logica. Immò Arist. ipse in fine Elench. volens se ostendere inuentorem Dialecticæ, dixit se de syllogismo tractasse, quasi tractatio de syllogismo sit tota logica ab Arist. contexta; hinc Doctor etiam q. 4. Prolog. ar. 1. inquit finem logicæ esse dirigere intellectũ in actibus discurrendi, licet enim dici posset ipsum de fine præcipuo logicæ in se fuisse locutum, verisimile tamen est de logica ab Arist. tradita verba fecisse. Hic tamen addendum est, quod etsi logica Arist. sit adæquatè instituta pro directione discursus in quacunque materia vt patet ex eius dicto in fine Elench nunc relato, principaliter tamen est instituta ob directionem eius in materia necessaria, vt clarè colligitur ex 1. Prior. c. 5. vbi proponit se primum .i. præcipuè tractaturum de demonstratione, quod dicit se præstitisse in 1. Post.

Sed quia in disciplinis organicis, de quarum numero est logica, alijsque facultatibus adminiculatiuis duplex solet finis distingui, internus nempè, qui attingitur ab ipsis, & externus, qui non attingitur ab ipsis, sed ab alijs facultatibus, quibus inseruiunt, vt patet in frænefactiua, quæ famulatur equestri, nam eius finis internus est frænum, externus verò est directio equi, ad quam frænum ordinatur, quæ directio solum attingitur ab equestri. In proposito directio operationum intellectus in esse exercito non est finis intrinsecus logicæ, sed extrinsecus tantum, quia etsi logica sit directiua, hoc non facit eliciendo operationes ipsas directas, quia hoc pertinet ad particulares scientias simul cum logica vtente, sed tantum est directiua exemplariter, & idealiter, quatenus contemplatur instrumenta, ac ideas, ad quarum imitationem fieri debent operationes ipsæ, vt sint rectæ, & quia finis internus adhuc duplex est, vt notat Scot q. 3 Prolog. supra T. formalis, s. & obiectiuus, vel vt alij loquuntur, *Quo*, & *Qui*, vt patet in ipsa frænefactiua, in ipsa finis internus obiectiuus, & Qui est ipsum frænum, internus formalis, & Quo est perfecta cognitio ipsius fræni, & vniuersaliter cognitio perfecta sui obiecti in vnaquaque facultate, vt docet Doct. Cit. In proposito finis Quo, seu formalis intrinsecus logicæ in tota sua latitudine est cognitio modi, quo dirigantur omnes, & singulæ operationes intellectus, finis vero Qui, & obiectiuus est modus ille cognitus, nam

vniuer-

ad ... vide paginã 186. ubi reperies aliam partem istius articuli

Physica, vt eliciente actum, ergo superfluit alter habitus, quia ad dirigendũ sufficit logica docens, ad eliciendum Physica. Resp. sufficere vtique illos duos habitus, vt bene arguatur in Physica, at vt faciliter, & promptè arguatur exigi aliũ habitum, & erit logica vtens, concurrẽs ad illum actum, non quidem directiuè, & id aliter, quia hoc gerit logica docens, sed elicitiue non quidem quantum ad materiam syllogismi, quia hoc præstatur à Physica, sed quantum ad formã syllogisticam, & sic in tali casu tres habitus eidem actui correspondetent, habitus logicę docentis concurreret regulatiuè, & directiuè, habitus logicæ vtentis elicitiuè quantum ad formam, & habitus Physicæ elicitiuè quantum ad materiã, quod quamuis absurdum esse dicat P. Didac. q. 1. Proœm. concl. 3. id tamen nõ probat.

Exponitur alia difficultas

Altera difficultas, quæ contingit circa allatam diuisionem, est, an hæc distinctio cadat in omnes, & singulas logicæ partes, an in quibusdam tantũ; cui difficultati ansam præbuerũt Angelicus, & subtilis Doctor, ille siquidem 4. Met. lect. 4. apertis verbis negauit in parte demonstratiua logicam vtentem, iste verò q. 1. vniuers. in corpore quæstionis solã partem Topicam affirmat esse vtentem, vt notant Maurit. & Faber, quare Auctores quam plures tanta auctoritate suffulti negant hanc diuisionem toti logicæ conuenire, & singulis eius partibus, ità Complut. q. 4. proœm. Conimb. q. 4. art. 2. Fõseca .2. Met. c. 3 q. 1 sect. 6 & Mauritius q. 1 vniuers. qui in hoc maximè laudat dictum D. Th. sed his non obstantibus.

Dicendum est cum communiori, hanc diuisionem toti logicæ conuenire, & singulis eius partibus, licet peculiari quodã modo conueniat Topicæ quod dicatur vtens; conclusionem hanc docuit Scotus ex professo q. 1. & 2. Elench. & sequitur Anglicus q. 1. vniuers. & probabilem putat Maurit. cit. & est passim recepta à Recentioribus Rubio, Auersa Didaco, à Iesu, Ioan. de S. Thoma. & quidem logicam docentem reperiri in omni parte logicæ omnes ferè concedunt, quia non solum docet scientifico modo conficere demonstrationem, sed etiam syllogismum probabilem, & apparentem, Quod etiã in omni parte possit dici vtens probatur, quia cęteræ scientiæ vtuntur modũ modo probabili arguendi à logica tradito in lib. Top. sed etiam demonstratiuo, quem docet in lib. Post. ergo etiam in parte demonstratiua dabitur logica vtẽs, & in primo, & in secundo sensu huius distinctionis iam explicato; Accedit, quod in ipsamet parte demonstratiua non solũ datur doctrina de demonstratione, verũ etiam datur vsus ipsius, quia in explicanda eius natura multas conficit demonstrationes. Denique logica secundum se totam dicitur scientia communis, vt docet Scot. q. 2. vniu. 1. & 2. Met. tex. 15. quia in omnibus scientijs exercemus partem demonstratiuam, definitiuam, disputatiuam, &c. ergo logica vtẽs per omnes partes diuagatur in vtroque sensu distinctionis, in primo quidem, quia omnibus partibus logicæ vtimur in alijs scientijs, in secundo verò, quia sæpius definiendo acquirimus habitum operatiuũ nos prõptos reddentem ad consimiles actus, sic demõstrãdo, aut probabiliter disputãdo.

Addit tamen Scot. q. 1. Elench. quod licèt tota logica sit communis quoad doctrinam, diuersus tamen est vsus doctrinæ, qui traditur in dialectica. i. Topica, & in demonstratiua, nam Dialectica est ex communibus, & in singulis scientijs ad proprias conclusiones ex communibus arguit, nam ostendit, quod amor, & odium sunt in eodem susceptibili, non per proprietatem amoris, vel odij, sed per hoc medium, quod contraria nata sunt fieri circa idem, vndè ex communibus arguit ad proprias conclusiones, Illa autem pars logicæ, quæ est demonstratiua, etsi in doctrina tradatur de communibus, puta de syllogismo demonstratiuo, & de attributis ad ipsum, quæ sunt communia cuilibet scientiæ, tamen in singulis scientijs arguit per proprium medium, nam Geometra vtitur ratione demonstratiua vndè accipit primas, & veras causas cõ-

clusionis

clusionis, & per proprium medium arguit ad propriam conclusionem, sed arguens dialecticè aliam, & aliam conclusionem in alia, & alia scientia per idem medium potest ostendere, hæc Doctor. hac igitur de causa, inquit ipse, peculiari quodam modo Topica dicitur vtẽs, qua si communem attendimus loquendi modum, tunc aliqua re vti posse propriè dicimus, quando eam in hác rem, vel illã possumus consumere, vt benè notauit P. Didacus, quia ergo hæc indeterminatio, & hic indifferens in hanc, & illam scientiam vsus solum in rebus Topicis,& probabilibus inuenitur, ex locis .n. Topicis à definitione, à diuisione, a coniugatis, à toto, a similibus, à partibus, à dissentaneis, ab oppositis &c. possumus argumẽta desumere probabilia ad quã libet conclusionem inferendam in singulis scientijs, quod non inuenitur in rebus necessarijs, & demonstratiuis, quæ ad vnã tãtum partem determinata sunt, hac ratione nomen vsus, su logicæ vtentis peculiariter parti Topicæ tribuitur.

Contra hanc conclusionem obijciunt Complut.probando,quod in parte demõstratiua non detur logica vtens; quia si logica haberet vsum respectu partis demonstratiuæ, vel esset in materia necessaria aliarum scientiarum, vel in materia propria;non primum,quia quælibet sciẽtia conficit suas demonstrationes per directionem logicam, vnde tales demonstrationes non procedunt à logica,sed ab ipsis scientijs.alias si sola logica omnes efficeret demonstrationes, ipsa sola esset scientia,quod est absurdũ. Neque secundum,quia vsus,de quo hic loquimur, & à quo logica denominatur vtens, debet esse distinctus à doctrina, vt logica per ipsum vsum formaliter nõ doceat,sed potius recipiat doctrinam, & operetur iuxta illam,alias considerationes logicæ docentis, & vtentis non essent diuersæ, sed vsus in materia demonstratiua logicæ nõ distinguitur à doctrina, sed potius per talem vsum formaliter docemur, vt patet ergo ab eo logica nequit dici vtens. Tum quia si logica respectu suæ materiæ necessariæ diceretur vtẽs, iam non essent idẽ logica vtens, & logica rebus concreta, neque similiter logica docens, & logica à rebus auulsa, logica enim dẽs est in materia propria, & non descendit ad extraneas materias, semper est à rebus auulsa, ergo respectu propriæ materiæ semper est docens, & non vtens.

Resp. logicam habere vsum vtroque modo respectu partis demonstratiuæ, est vtens passiuè in materia aliarum scientiarum, dum illæ in suis demonstrationibus conficiendis vtuntur præceptis à logica traditis in lib. Post.est etiam vtẽs actiuè dum habitu operatiuo logico per exercitium sępius demõstrãdi acquisito cõcurrit etiam physicè, & elicitiuè ad demonstrationes aliarum scientiarũ quantum ad partem demonstratiuam, vnde falsum est, quod demonstrationes aliarũ scientiarum non procedant à logica vtẽte elicitiuè, neque ex hoc sequitur solam logicam esse scientiam, quia etiam aliæ scientiæ concurrunt physicè, & elicitiuè ad proprias demonstrationes quantũ ad materiam,vt supradiximus,vnde demonstrationes illæ ex parte materiæ ad illam particularem scientiam spectant, sed ex parte formæ spectant ad logicam, directiuè ad docentem,elicitiuè ad vtentem. Datur etiam vsus partis demonstratiuæ in materia propria, dum scientifico modo ostendit logica modum struendi demonstrationem, vnde negatur assumptũ etiam quoad alteram partem;ad primam probationem,vel ibi sermo est de vsu, à quo logica dicitur vtens passiuè, & sic vera est minor, quia sicut logica vtens in hoc sensu non est habitus à docẽte distinctus, ita hic vsus non distinguitur a doctrina,& per ipsum formaliter docemur; vel sermo est de vsu,à quo logica dicitur vtẽs actiuè,& sic falsa est minor, quia sicut logica vtẽs in hoc sẽsu est habitus operatiuus realiter à docente distinctus ita hic vsus realiter distinguitur à doctrina, nec per ipsũ formaliter docemur, sed per ipsum operamur, & ab hoc vsu propriè denominatur logica vtens Ad alteram probationem negatur conseq. nam logica

verte
vide pagina ista ch in marg. reliquum.

gizandi; Et parũ refert, quòd intellectus sit potentia naturalis, & naturaliter tendat in obiecta proposita; quia habitus admittuntur non solum propter indeterminationem potentiæ (alioqui solum darentur in potentijs liberis) sed etiam ob difficultatem, quam interdum habent ad aliquas operationes, vt dicemus in lib. de Anim. Cum igitur hanc retineat intellectus ad applicationem præceptorum logicalium etiam post exactam eorum cognitionem, consequenter nouo indigebit habitu ad eam tollendam. Nec valet, quod ait Ioan. à S. Th. hanc difficultatem tolli exercitio syllogizandi, non per generationem noui habitus, sed per solam impedimẽti remotionem; sicut in Cithatredo post apprehensionem artis difficultas applicandi digitos instrumento paulatim tollitur exercitio, non per generationem noui habitus in digitis, sed per impedimenti ablationem; quod erat in digitorum neruis. Non valet, tum quia in primis sic respondendo iam fatetur, post apprehensionem præceptorum logicæ, & appositionem materiæ adhuc manere difficultatem, quæ tollitur paulatim exercitio, quod prius negabat; tum quia qu. etiam facilitas ad operandum in membris externis non esset propriè habitus, vt multi sustinent, facilitas tamen ad operãdum in intellectu, & voluntate importat habitum secundum communem, ac magis receptam sententiam, tum quia si ad difficultatem tollendam, & expeditio rẽ vsum introducendum sola sufficit impedimenti remotio, in nulla potentia constituendus erit habitus ad faciliter operandum, sed sola impedimenti ablatio; Et per hoc etiã reijcitur Ruuij solutio, quã uis. n. ars logica per solũ intellectũ exerceatur, & non per aliam potentiam quæ disponi debeat, tamen quia intellectus duplicem sentit difficultatem, vnam in cognoscendo præcepta logicana, alteram in applicando, ita duplex facilitas, vel habitus in eodem debebit admitti, vnus quo prior tollatur difficultas, & erit logica docens, alter, quo posterior, & erit vtens.

Denique actus vtentis logicæ multiplicati generant aliquem habitum, non logicæ docentis, quia non sunt actus sciẽtifici, & sic non generant, neq; augent sciẽtiam, qualis est logica docens. ergo alium à docente distinctum. Respondet Ruuius ipsammet logicam docentem perfici per exercitiũ efficiẽdi syllogismos, non vt scientiam, sed vt artem, vult. n. quod idemmet habitus logicæ, prout dat regulas, & præcepta logica, est scientia, & dicitur logica docens, sed inquantum efficit sillogismos singulares, est ars, & logica vtens vocatur. At statim reijcitur hæc solutio; tum quia implicat vnum, & eundẽ habitum esse simul, & semel practicum, & speculatiuum, cum hæ sint differentiæ essentialiter habitum diuidentes, vt dicetur in lib. Post. at logica docens habitus est speculatiuus; vtens practicum redolet tum quia per se vndam regulã ante prædicamenta diuersorum generum, & non subalternatim positorũ diuersæ sunt species, & differentiæ, scientia verò, & ars diuersa constituunt genera. Nec dicere iuuat, quod licet logica docens, ac vtens sint idem habitus, tamen secũdum diuersas rõnes esse potest ars, & scientia nimirum quatenus docens est scientia, ars verò, quatenus vtens. Quia cum logica inferior sit ad scientiam, vel artem, qui sunt habitus superiores, planè per rationes docentis, & vtentis non poterit contrahi ad esse generis superioris, sicut per rationale, & irrationale non potest animal contrahi ad esse corporis, vel viuentis, ergo debemus dicere logicam docentem, & vtentem importare diuersos essentialiter habitus sub diuersis generibus collocatos, nimirum scientiæ, & artis.

Respondet Ioan. de S Thom. quod actus logicæ vtentis generant quandã facilitatem per modum dispositionis, & expeditionis in applicatione materiæ, quæ non est nouus habitus, sed aliquid imperfectum in tali genere inseruiens veluti dispositio, seu expeditio quædam, in ipso exercitio artis; quam responsionem pluribus declarare conatur. Sed frustrà prorsus, & quæstio euadit nominalis, an facilitas de nouo genita ex actibus logicæ vten-

vtetis habitus, vel dispositio dici debeat, sufficit nobis, vt noua qualitas generetur intellectum reddens promptum, & expeditum ad definiendum, arguẽdum, &c.

Contra hanc conclusionem obijcies Primo authoritatem Scoti q. 1. vniuers. vbi insinuat logicam docentem, & vtentem non nisi ex diuersis muneribus, & considerationibus distingui. Tum secundo ratione, quia posito habitu logicæ docentis, & cognitione materiæ in qua exerceri debet, nulla videtur remanere difficultas, qua non possimus facile definire, diuidere, & arguere, ergo non est ponendus nouus habitus ad eliciendos actus logicæ vtentis. Tum tertio ad logicam docentem pertinet non solum considerare regulas rectæ operationis secundum se, sed etiam iudicare, an bene sint applicatæ hic, & nunc in hac, & illa materia, ergo superfluit alius habitus ab ea. Tum quarto habitus vtens idem sonat, quòd habitus regulans, & dirigens, siue quo intellectus per modũ regulæ vtitur, ergo logica vtens non est habitus secundum rem diuersus à docẽte. Tũ quinto, dum Tyrones incipiunt arguere, definire, & applicare regulas logicæ docentis, illi primi actus sunt logicæ vtentis, & tamen adhuc genitus non est in illis nouus habitus, ergo non est à docente distinctus. Tum tandem habitus logicæ docentis inclinat ad definiendum, & syllogizãdũ, & facilitat intellectum ad vsum instrumentorum logicalium, facilior est enim intellectus ad conficiendum syllogismũ, postquam cognouit, quid sit, quove modo confici debeat, quam antea, ergo est vnus, & idem habitus, qui quatenus tradit regulas, dicitur docens, quatenus docendo ad vsum facilitat, dicitur vtens, ita Didacus à Iesu.

Respondetur, Doctorem ibi loqui de logica vtente in primo sensu, quo modo non distinguitur à docente, sed est ipsa in vsu posita, qd. si Doctor ibi (vt verius est) per logicam docentem sumit habitũ procedentem ex necessarijs, per vtentem sumit habitum procedentem ex probabilibus, qualis est Topica, auctoritas est ad oppositum, nam concludit distinctionem, non identitatem. Ad 2. negatur assumptum, nam supposita logica docente, & cognitione materiæ, v. g. physicæ, remanet adhuc difficultas applicationis logicorum præceptorum ad materiam physicam, quæ per habitum logicæ vtentis tolli debet. Ad 3. negatur seq. quia præter habitum facientem dignoscere errores, qui contingere possunt in operationibus intellectus, debet alter admitti reddẽs intellectum promptum, & expeditum ad rectè hic, & nunc operandum. Ad 4. quod est Auersæ, negatur assumptum, nã nisi velimus vocabulis abuti, habitus vtẽs nõ est, quo vtimur, sed qui nos facilitat, & promptos reddit ad vsum logicæ docentis. Ad 5. illi primi actus sunt logicæ vtẽtis, non quia procedant ab habitu logicæ vtentis, sed quia sunt generatiui illius, sicut vniuersaliter in moralibus actus dicitur ad aliquam spectare virtutẽ, quia vel generat illam, vel generatur ab illa, illi ergo priores actus producuntur ab intellectu nudo cum solo auxilio regularum logicæ docentis, quæ solum regulatiuè cõcurrit ad eos, & ideo cũ difficultate producuntur, quæ deinde tollitur ab habitu logicæ vtentis, quæ paulatim illis actib. acquiritur. Ad 6. quod magis vrget, dicimus omnino distinguendos esse actus, quibus addiscimus regulas, & præcepta logicæ, & quibus illis vtimur definiẽdo, arguendo, &c. actus primi generis sunt speculatiui, secundi sunt operatiui, primi sunt generatiui scientiæ, secundi artis, logica itaque docens inclinat, & facilitat physicè ad actus primi generis, s. ad tradenda præcepta, ad actus verò secũdi generis facilitat solũ idealiter, & directiuè, quatenus intellectus, quo magis logica docente instructus est, minus exponitur erroribus in arguendo, atq. quantumuis regulas calleat logicales, semper aliquam patietur difficultatem, quousque per exercitium auferatur.

Sed dices, vt quis bene arguat in aliqua scientia particulari, v. g. physica, non alio habitu indigere videtur, quam logica, vt dirigente actum syllogizandi, &

& intellectus noster sæpè decipitur, & errat in discursu, constituenda deniq; est altera Philosophiæ pars, quæ mentem dirigat in suis operationibus, & hæc est Rationalis. Hanc denique trimembrem divisionem recipit. S. T. initio Ethic. ad Nicom. & quicunque tenēt logicam esse scientiam, & partem Philosophiæ, Conimb. in proœmio ad lib. Phys. Morif. initio Logicæ, Complut. disp. 1. q. 6. Amic. tractat. 1. q. 4. dub. 1. & alij quamplures; Verum tamen est, quod notat Pasqualig. in Metaph. p. p. disp. 4. sect. 3. posse hanc trimembrem divisionem reduci ad bimēbrem, s. ad Naturalem, & Moralem, accipiendo naturalem non præsè, vt dicit solam contemplationem de natura, sed largè prout complectitur res omnes intra ordinem naturæ speculabiles, sub qua cunq; abstractione illæ sint, sic n. accipiēdo naturam, res à logica consideratæ non erunt extra ordinē naturæ, atque ità spectabit ad philosophiam ipsam naturalem.

Vniuersam itaq; Philosophiam iuxtà Scoti principia, & Arist. dogmata, vbi nostræ non obuiant fidei, contexere intendentes ab ea parte, quæ Rationalis dicitur, exordium sumimus, quia hæc ipsa pars philosophiç est instrumentum respectu cœterarum partium Naturalis nimirum, & Moralis, quç non nisi differendo, & discurrendo acquiruntur; modus autē differendi, & discurrendi à logica docetur. Hanc igitur proœmialem quæstionē de natura logicæ differentem in plures distribuemus articulos, vbi de varijs logicæ nominibus, & acceptionibus differemus, de eius fine, obiecto, essentia, qualitate, necessitate, partitione, ac deniq; de eius vnitate, & à cæteris facultatibus distinctione.

ARTICVLVS PRIMVS.

De varijs logicæ nominibus, & acceptionibus.

QVoad primum, facultas, quam aggredimur explicandam, logica passim appellari solet, & quidem logica dicitur quasi sermocinalis, vel rationalis facultas ex eo, quod sermonem verum vel falsum consideràt, vel quia ratiocinari docet, logos n. vox græca vtrumque significare potest, sermonem, s. & rationem, melius tamen, inquit Scotus q. 1. Prædicam. dicetur logica scientia rationalis à ratione, quàm sermocinalis à sermone, quia per hunc loquendi modum significari videretur logicam versari circa sermonem, & voces, tanquam eius obiectū, quod falsum esse monstrabitur infrà. Dialectica etiam consueuit appellari, hoc est, facultas disceptatrix, vel disputatrix, quatenus differere, ac disputare docet est. n. nomen grçcū deriuatū à verbo, dialegome, q. d. significat differere, ac disputare: quamuis autem apud antiquiores Philosophos Dialecticæ nomen vsurpatum fuerit pro ea tantum logicæ parte, quæ dicitur Topica, & agit de syllogismo probabili, vt fusè Zabarel. tradit lib. 1. de natura logicæ c. 9. & Arist. ipse non semel insinuauit, qui 1. Topic. 1. Elench. 3. Met. & alibi sæpè per Dialecticam intelligit solam partem topicam: modo tamen cōmuniter toti logicç tribuitur, quamuis n. differere, & disputare propriè significet ex probabilibus discurrere, cum nimirum pro vtraque quæstionis parte pro babilia afferuntur argumenta, absolutè tamen significat quocunque modo discurrere, & ex notis ignota manifestare, & quidem apud etiam Arist. reperitur hoc nomen Dialecticæ vniuersaliter vsurpatum pro tota logica, vt videre est 1. Rethor. c. 1. 1. Met. tex. 8. & alibi sæpè, vt Fonsec. notat 2. Met. c. 3. q. 1. sect. 3. Demum Arist. opus suum logicum, vt constat ex vulgari inscriptione, Organū nūcupauit, ad significandum logicam veluti instrumentum inseruire ad aliarū scientiarum acquisitionem.

Quoad secundum, logica in primis diuidi solet in naturalem, & artificialem. Naturalis est ipsum naturale lumen nobis congenitum dictans modum rectè apprehendendi, iudicandi, & discurrendi, siuè illud naturale lumen sit nuda potentia intellectiua, siuè intellectus cum habitu.

bitu principiorum, quæ sunt naturaliter nota, vt Complut. contendunt disp. 1. log. q. 1. Artificialis autem est habitus studio comparatus quo intellectus instruitur, & dirigitur, ne erret in suis operationibus exercendis; traditur autem hæc diuisio ab Arist. 1. Reth. c. 1. & 1. Elench. c. 8. & ij. & ab omnibus est recepta. Rursus artificialis diuidi solet in vniuersalē, & particularem, quam diuisionem tradidit Auerr. 2. Met. com. 15 & 1. Elench. q. 1. & 2. vt notat Mauritius noster q. 1. prædicab. Vniuersalis dicitur, quæ docet præcepta communia omnibus scientijs, vt quod demonstratio constare debeat ex necessarijs, definitio tradenda sit per essentialia; Particularis dicitur, quæ tradit præcepta applicata materiæ huius, vel illius scientiç, vt quod in Met. definiendum sit per genus, & differentiam, in Phys. per materiam. & formam. alio modo explicatur hæc diuisio à Zab. lib. 2. de nat. log. cap. 1. sed allata explicatio communior est, & magis congrua.

Frequentior tamen adhuc, & magis famosa est illa diuisio logicæ artificialis in docentem, & vtentē, tàm apud Latinos, quam apud græcos, licet sub alijs terminis, docentem. n. vocant logicam à rebus auulsam, vtentem verò rebus coniunctā, vt Philop. refert in præfat. ad lib. Prior. Logicam docentem vocant ipsammet doctrinam logicam, quæ docet modū sciendi, & certas regulas in quacunque scientia obseruādas in definiendo, & diuidendo, & discurrendo, vtentem vocāt earūdē regularum vsum, & exercitium, seù potius eandem docentem, quatenus in vsu positam, & huic, vel illi scientiæ applicatam per actuale exercitium definitionis, diuisionis, & argumentationis; Hinc aliqui deducunt logicam vtentem non esse propriè logicam, sed scientiam ipsam determinatam, Physicam nimirū. Metaph. Moralem, vel aliam, cuius est materia discursus, & sic definitio, diuisio, vel sillogismus in materia physica dicitur logica vtens, eo quod tunc vtamur regulis, & præceptis logicæ docentis; ex quo tādem inferunt non esse propriè aliam logicā, quàm docentem. At isti manifestè fallūtur, tum quia sicut in materijs aliarū scientiarum datur vsus logicæ, ità etiam in ipsa materia logica, definiendo, diuidendo, & arguendo, ergo saltim in hoc sensu, cū nimirum seipsa vtitur, dari debet propriè logica vtens, tum quia etiā quando exercetur in alijs scientijs, quamuis actualis vsus sillogismi v. g. quoad materiam spectet ad illas scientias, adhuc tamen quoad formam, & modum ad logicam attinet; tum denique quia adhuc in alio sensu magis proprio præfatam diuisionem explicabimus, secundum quem necessariò cōcedendus est habitus, qui propriè dicatur logica vtens.

Sed circa allatam diuisionem duplex oritur dubitatio; prima est, quomodo distinguantur logica docens, & vtens, an s. importent vnum, & eundem habitum, an potius plures specie, & numero diuersos: communis sententia Thomistarum affirmat esse vnum, & eundem realiter habitum ex diuersis muneribus tantum, & diuersis considerationibus hæc nomina subeuntem, vndè dicunt, quod idem logicæ habitus, quatenus tradit præcepta definiendi, diuidendi, & discurrendi, dicitur logica docens, quatenus verò alijs scientijs applicatur per vsum suorum præceptorum, & regularum ad illas acquirendas, dicitur vtens, ita Complut. disp. 1. log. q. 4. § ij. Soto q. 1. prœmial. Sanchez lib. 1. log. q. 6. Masius sect. 1. q. 4. Didacus à Iesu q. 5. Ioan. de S. Thoma p. 2. log. q. 1. art. 1. Auersa q. 1. log. sect. 2. licet concedat actus logicæ docentis, & vtentis esse realiter, & essentialiter distinctos. Ruuius q. 3. prœm. & alij passim; Sed præter Thomistas videtur etiam cōmunis opinio Scotistarum, nā satis apertè eā insinuat Doctor q. 1. prædicab. vbi non nisi ex diuersa consideratione videtur secernere logicam docentem, & vtentem, & sequitur Faber Theor. 1. c. 1. Fuētes q. 4. diff. 2. art. 1. & alij passim.

Dicendum tamen est, quod si de logica vtente propriè sit sermo, importat habitum realiter distinctum, & specie diuersum ab habitu logicæ docentis. Con-

clusio hæc prius explicatur, deinde probatur, logica nãq; vtẽs, vt notãt Maurit. q. 1. vn. §. 6 *difficultas*, & Tataret. q. 1. prohæm. log. §. 1. *sciẽdũ*, pôt accipi dupliciter, vno modo pro habitu sciẽtifico logico per demõstratione acquisito, quo vtimur i singulis sciẽtijs definiẽdo, diuidẽdo, arguẽdo; alio modo pro habitu acquisito ex frequẽti exercitio definiẽdi, diuidẽdi, arguẽdi, ex istis. n. actib. frequẽtatis generatur in itellectu prõptitudo quędã ad similes actus eliciẽdos, qua ſe cũdũ Doctorẽ 3. d. 33. ex oĩ actu voluntatis, vel intellectus põt generari habitus, vel prõptitudo; si logica vtens 1. mõ sumatur, nõ ẽ distinctus habitus à logica docẽte, sed ẽ ipsamet logica docẽs, in vsu posita, & al js sciẽtijs applicata, vnde in hoc sẽsu impropriè dicitur vtẽs, cũ potius dici deberet vsa, seu vsitata, vt notat Maurit, cit. & Anglicus q. 1. vn. & ita loquitur Auerr. 1. Phys. cõ. 35. At in 2. sẽsu ẽ habitus prorsus distinctus à logica docẽte, nã docẽs ẽ habitus speculatiuus, & cõtẽplatiuus, vtens verò practicus, & operatiuus, ac proindè propriè dicitur vtẽs actiuè, nã ẽ talis habitus quo quis instructus prõptẽ, & faciliter vtitur logica docẽte, eiusq; regulis, & pręceptis, & distĩctio logicę docẽtis, & vtẽtis ĩ hoc sẽsu coĩcidit cũ ea, quã alijtradũt in logicã cõtẽplatiuã, & factiuã, contemplatiua. n. est docens, factiua verò vtens.

Hoc autẽ modo explicata cõclusio facilè suadetur ex eo, qd. ait Scot. q. 4. Pro log. in solut. ad 2. & 3. Bb. docet. n. ibi, qd. vbi cognitio aliquorũ nõ ẽ propter speculari simpliciter, sed etiã aliquo modo propter operari, tunc respectu eorũ duplex ẽ necessarius habitus in intellectu nostro, vnus erit vniuersaliũ, alter verò particulariũ ex particularib. actib generatus, sic rerũ operabiliũ sciẽtiã moralẽ habemus, quę ẽ cognitio quędã vniuersaliũ, & prudẽtiã, quę ẽ particularis quidã habitus genitus ex plurib. egisse, & quo in particulari cognoscimus, quomodo talis actio fieri debeat; cũ igitur cognitio instrumẽtorũ logicalium nõ sit propter seipsã simpliciter, sed ad dirigẽdas operationes intellectus, sic duplex respectu eius ponẽdus ẽ habitus in mẽte nostra, vnus erit vniuersaliũ, quo generales regulæ definiẽdi, diuidẽdi, & arguẽdi agnoscimus alter verò particularis habitus quidã genitus ex frequẽti applicatione õniũ illarũ regularũ ad certas, & determinatas materias in particulari, vndè intellectus habilis, & prõptus redditur ad definiẽdũ, arguẽdũ &c. Confirmatur ratio ex cõmuni natura õniũ facultatũ organicarũ, eius. n. naturę sunt omnes illę, vt quęlibet diuidatur in docẽtẽ, & vtẽtẽ, sic. n. diuiditur fręnefactatiua in frænefactiuã docẽtẽ. & vtẽtẽ, scriptoria in docẽtẽ, & vtẽtẽ, medicina similiter, & aliæ consimiles facultates, sed in his omnibus facultas docẽs realiter ab vtẽte distinguitur, & diuersos importãt habitus, ergo similiter in logica, quæ disciplina organica est, dicẽdũ erit, probatur minor, quia v. g. scriptoria docẽs est habitus ille, qui tradit regulas benè scribẽdi, vtẽs est, qui acquiritur ex frequenti scriptione, sicut ẽt medicina docens est habitus tradens regulas, & præcepta medendi, & solet dici Theorica, vtẽs est alter habitus, qui acquiritur ex actuali vsu medicinæ docẽtis, & dici solet Practica, vndè sẽper prius acquiritur habitus facultatis docentis, quã vtẽtis, ille acquiritur ex auditu Magistri, & studio regularum, & præceptorũ, ille verò ex actuali vsu, & exercitio illorũ; sic igitur etiã de logica dicendũ erit, qd. docens est habitus ille, qui acquiritur ex auditu magistri, lectione librorũ, &c. vtens verò est, quem deinceps acquirimus ex frequẽtatis actibus definiẽdi, arguendi, &c. & multoties euenit, qd. aliquis habet logicã docẽtẽ, & nõ vtentẽ vt patet in tyronibus, qui regulas logicales maximè calẽt, sed in cõficiendis sillogismis sunt adhuc inexperti, & inexercitati.

Et hinc

Et hinc rursus alia deducitur confirmatio, quia postquam de recenti intellectus instructus est habitu docentis logicæ, definit, diuidit, arguit conformiter ad illas regulas, & præcepta, sed cum aliqua difficultate, non expeditè, & promptè: verum frequentando hos actus acquirit facilitatem quandam, & promptitudinem ad illos promptius, facilius, & expeditius efficiendos, ergo acquirit nouum habitum ab illo realiter distinctum, hoc .n. est manifestum inditium habitus acquisiti, cum aliquid operamur promptè, & expeditè, quod prius difficulter efficiebamus, probatur assumptum, quia & si Tyrones optimè sciant definitionem constare debere ex genere, & differentia, quod in conficiendis sillogismis medius terminus in prima figura debet habere locum subiecti in maiori antequam sępius se exercuerint, difficultatem sentiunt in conficiendis sillogismis in hac, vel illa figura; quare cum applicatio præceptorum logicæ etiam post exactam eorũ cognitionem bene, vel malè fieri possit sanè requiritur specialis habitus inclinans ad eam ritè faciendam, & hic erit logica vtens; Hinc aiebat Arist. 1. Priorum c. 28. non solum oportere logicam *generationem sillogismorum considerare*, quod fit per logicam docentem, *sed etiam potestatem habere faciendi*, & hic est habitus logicæ vtentis.

Respondent negando intellectum logica docente imbutum indigere distincta facilitate, & habitu propter applicationẽ cognitis .n. regulis, & præceptis logicæ, non est vlla difficultas in applicatione, & vsu earum ad talem, & talem materiam, sed solum indiget appositione materiæ, ad quam ipsæ regulæ sine noua difficultate vincenda ex parte sui applicantur, & extenduntur, vnde tota difficultas consistit in cognitione, & ordinatione regularum, qua adepta applicatio ipsa non habet specialem difficultatem, quia intellectus naturaliter tendit ad obiecta semel proposita, & applicatio ipsa fit ad res cognitas per actus naturali repræsentat obiecta, & tendentia respicientes obiecta, non morali, seu voluntaria motione, vnde cognito præcepto logico, v. g. passionẽ prędicari debere de subiecto, statim ac Physicus dicit, quæ sit passio, & quod subiectum, nulla difficultas remanet, cur fieri nequeat propositio; Hinc Ioan. de S. Th. negat paritatem assumptam in argumento principali de logica, & Morali; quia in morali post iudicatum, & cognitũ bonum, restat præcipua difficultas in applicanda voluntate propter eius libertatẽ, seu indifferentiam, vel resistentiam ad bonum regulatum, vnde præter Synesim, & Eubuliam, quæ benè iudicant, & consiliantur, requiritur distinctus habitus, qui imperet, & exequatur, & hic est Prudentia. Ad Confirm. demum eiusdem argumenti deductam ex natura facultatum organicarum concessa paritate negat minorem, cytaredus .n. vel musicus. si post artis perfectam cognitionem digitos mouere non potest, vel linguam, & palatum, aut non ita expeditè, ad hanc difficultatẽ vincendam noua arte non indiget, sed exercitatione corporali, aut aliquo, quo tollatur prædictum impedimentum, & ita qui expeditius mouet digitos, non generat nouam artem, sed impedimentum exercitij eius tollit; sic intellectus quando exercetur in syllogizando circa diuersas materias, vel scientias, non acquirit nouam artem, seu habitum diuersum ab ipsa doctrina logicę, sed expeditiorẽ vsũ. Riuius verò negat paritatem, nã artes, quę per externa membra exercentur, duplicem vtique facilitatem petunt, vnã in intellectu, in quo sunt tanquam in subiecto, alterã in membro externo, per quod exercẽtur, ars verò logicæ, sicut nõ exercetur per membra externa, sed per solum intellectum, ita non petit, nisi facilitatem intellectus, quæ est vnus, & idem habitus quo cognoscuntur regulæ logicæ, & applicantur.

Sed solutiones istæ ex dictis corruunt, nam post exactissimam logicorum præceptorũ cognitionem adhuc manere difficultatem ad illis vtendum ipsa experiẽtia docet in Tyronibus, sicut & facilitatẽ generari in eisdem ex frequẽti vsu syllogizandi;

finè; quatenus prima, & secunda reducuntur ad tertiam. Nam licet prima conferat ad secundam, & secunda ad tertiã, tamen singulæ per se habent suam rectitudinem, & sunt capaces directionis habentque suas regulas, & præcepta distincta. Quòd verò vna magis capax sit, ac indigens directionis, non efficit, quin omnes per se, & directè sint a logica dirigendæ per instrumenta propria, sed solũ qd. directio vnius magis principaliter intendatur, quàm alterius, vnde concedẽdum vltrò est, quòd logica & si adæquatè sit inuenta ob directionem trium simul operationum intellectus in quacunque materia, principaliter tamen inuenta est propter directionem tertiæ operationis, & in materia necessaria, quia inter operationes intellectus ea est difficilior, & ideo præcipuus finis logicæ etiam in tota sua latitudine est dirigere demonstrationẽ, .i. syllogismum in materia necessaria; non tamen adæquatus.

Quoad alteram partem etiam probatur quia vt ait Scot. cit. Arist. parum curauit de diuisione, nec egit de definitione, nisi quatenus inseruit argumentationi, & demum totam suam logicam in gratiam argumentationis composuit, vt potè instrumenti cæteris omnib. perfectissimi, quod etiam probat Doctor ibidem tali discursu, quicquid tractat Aristot in sua logica, in gratiã argumentationis, seu syllogismi tractat, ergo adæquatus finis eius est directio solius tertiæ operationis, probatur assumptum, principia enim eius tam proxima, quàm remota in lib. Prædic. & Periher. declarauit rationem eius in communi, & quidditatem, quæuè ipsi in communi accidunt, in lib. Priorũ manifestauit, & tandem partes subiectiuas in lib. Post. Topic. & Elench. quibus tractatibus tota absoluitur Arist. logica. Immo Arist. ipse in fine Elench. volens se ostendere inuentorem Dialecticæ, dixit se de syllogismo tractasse, quasi tractatio de syllogismo sit tota logica ab Arist. contexta; hinc Doctor etiam q. 4. Prolog. ar. 1. inquit finem logicæ esse dirigere intellectum in actibus discurrendi, licet enim dici posset ipsum de fine præcipuo logicæ in se fuisse locutum, verisimile tamen est de logica ab Arist. tradita verba fecisse. Hic tamen addendum est, quod etsi logica Arist. sit adæquatè instituta pro directione discursus in quacunque materia vt patet ex eius dicto in fine Elench nunc relato, principaliter tamen est instituta ob directionem eius in materia necessaria, vt clarè colligitur ex 1. Prior. c. 5. vbi proponit se primum, & præcipue tractaturum de demonstratione, quod dicit se præstitisse in 1. Post.

Sed quia in disciplinis organicis, de quarum numero est logica, alijsque facultatibus adminiculatiuis duplex solet finis distingui, internus nempe, qui attingitur ab ipsis, & externus, qui non attingitur ab ipsis, sed ab alijs facultatibus, quibus inseruiunt, vt patet in frænefactiua, quæ famulatur equestri, nam eius finis internus est frænum, externus verò est directio equi, ad quam frænum ordinatur, quæ directio solum attingitur ab equestri. In proposito directio operationum intellectus in esse exercito non est finis intrinsecus logicæ, sed extrinsecus tantum, quia etsi logica sit directiua, hoc non facit eliciendo operationes ipsas directas, quia hoc pertinet ad particulares scientias simul cum logica vtente, sed tantum est directiua exemplariter, & idealiter, quatenus contemplatur instrumenta, ac ideas, ad quarum imitationem fieri debent operationes ipsæ, vt sint rectæ, & quia finis internus adhuc duplex est, vt notat Scot. q. 3 Prolog. in prin. T. formalis, s. & obiectiuus, vel vt alij loquuntur, *Quo, & Qui*, vt patet in ipsa frænefactiua, in ipsa finis internus obiectiuus, & Qui est ipsum frænum, internus formalis, & Quo est perfecta cognitio ipsius fræni, & vniuersaliter cognitio perfecta sui obiecti in vnaquaque facultate, vt docet Doct. cit. In proposito finis Quo, seu formalis intrinsecus logicæ in tota sua latitudine est cognitio modi, quo dirigantur omnes, & singulæ operationes intellectus finis verò Qui, & obiectiuus est modus ille cognitus, nam

vniuer-

Physica, vt eliciente actum, ergo superfluit alter habitus, quia ad dirigendũ sufficit logica docens, ad eliciendum Physica. Resp. sufficere vtique illos duos habitus, vt bene arguatur in Physica, at vt faciliter, & promptè arguatur exigi aliũ habitum, & erit logica vtens, concurrẽs ad illum actum, non quidem directiuè, & idealiter, quia hoc gerit logica docens, sed elicitiuè non quidem quantum ad materiam syllogismi, quia hoc præstatur à Physica, sed quantum ad formã syllogisticam, & sic in tali casu tres habitus eidem actui correspondere ent, habitus logicę docentis concurreret regulariuè, & directiuè, habitus logicæ vtentis eliciti uè quantum ad formam, & habitus Physicæ elicitiuè quantum ad materiã, quod quamuis absurdum esse dicat P. Didac. q. 1. Proœm. concl. 3. id tamen nõ probat.

Expenditur alia difficultas

Altera difficultas, quæ contingit circa allatam diuisionem, est, an hæc distinctio cadat in omnes, & singulas logicæ partes, an in quibusdam tantũ; cui difficultati ansam præbuerũt Angelicus, & subtilis Doctor, ille siquidem 4. Met. lect. 4. apertis verbis negauit in parte demonstratiua logicam vtentem, iste verò q. 1. vniuers. in corpore quæsiti solã partem Topicam affirmat esse vtentem, vt notant Maurit. & Faber, quare Auctores quam plures tanta auctoritate suffulti negant hanc diuisionem toti logicæ conuenire, & singulis eius partibus, ità Cõplut. q. 4. proœm. Conimb. q. 4. art. 2. Fõseca .2. Met. c. 3 q. 1 sect. 6 & Mauritius q. 1 vniuers. qui in hoc maximè laudat dictum D. Th. sed his non obstantibus.

Dicendum est cum communiori, hanc diuisionem toti logicæ conuenire, & singulis eius partibus, licet peculiari quodã modo conueniat Topicæ quod dicatur vtens; conclusionem hanc docuit Scotus ex professo q. 1. & 2. Elench. & sequitur Anglicus q. 1. vniuers. & probabilem putat Maurit. cit. & est passim recepta à Recentioribus Rubio, Auersa Didaco, à Iesu, Ioan. de S. Thoma. & quidem logicam docentem reperiri in omni parte logicæ omnes ferè concedunt, quia non solum docet scientifico modo conficere demonstrationem, sed etiam syllogismum probabilem, & apparentem. Quod etiã in omni parte possit dici vtens probatur, quia cęteræ scientiæ vtuntur nedũ modo probabili arguendi à logica tradito in lib. Top. sed etiam demonstratiuo, quem docet in lib. Post. ergo etiam in parte demonstratiua dabitur logica vtẽs, & in primo, & in secundo sensu huius distinctionis iam explicato; Accedit, quod in ipsamet parte demonstratiua non solũ datur doctrina de demonstratione, verũ etiam datur vsus ipsius, quia in explicanda eius natura multas conficit demonstrationes Denique logica secundum se totam dicitur scientia communis, vt docet Scot. q. 2. vniuers. & 2. Met. tex. 15. quia in omnibus scientijs exercemus partem demonstratiuam, definitiuam, disputatiuam, &c. ergo logica vtẽs per omnes partes diuagatur in vtroque sensu distinctionis, in primo quidem, quia omnibus partibus logicæ vtimur in alijs scientijs, in secundo verò, quia sæpius definiendo acquirimus habitum operatiuũ nos prõptos reddentem ad consimiles actus, sic demõstrãdo, aut probabiliter disputãdo.

Addit tamen Scot. q. 1. Elench. quod licèt tota logica sit communis quoad doctrinam, diuersus tamen est vsus doctrinæ, qui traditur in dialectica. i. Topica, & in demonstratiua, nam Dialectica est ex communibus, & in singulis scientijs ad proprias conclusiones ex communibus arguit, nam ostendit, quod amor, & odium sunt in eodem susceptibili, non per proprietatem amoris, vel odij, sed per hoc medium, quod contraria nata sunt fieri circa idem, vndè ex communibus arguit ad proprias conclusiones; Illa autem pars logicæ, quæ est demonstratiua, etsi in doctrina tradatur de communibus, puta de syllogismo demonstratiuo, & de attributis ad ipsum, quæ sunt communia cuilibet scientiæ, tamen in singulis scientijs arguit per proprium medium, nam Geometria vtitur ratione demonstratiua vndè accipit primas, & veras causas cõclusionis

clusionis, & per proprium medium arguit ad propriam conclusionem, sed arguens dialecticè aliam, & aliam conclusionem in alia, & alia scientia per idem medium potest ostendere, hæc Doctor. hac igitur de causa, inquit ipse, peculiari quodam modo Topica dicitur vtēs, qu a si communem attendimus loquendi modum, tunc aliqua re vti posse propriè dicimus, quando eam in hanc rem. vel illā possumus consumere, vt benè notauit P. Didacus, quia ergo hæc indeterminatio, & hic indifferens in hanc, & illam scientiam vsus solum in rebus Topicis, & probabilibus inuenitur, ex locis .n. Topicis à definitione, à diuisione, a coniugatis, à toto, a similibus, à paribus, à dissentaneis, ab oppositis &c. possumus argumēta desumere probabilia ad quā libet conclusionem inferendam in singulis scientijs, quod non inuenitur in rebus necessarijs, & demonstrationibus, quæ ad vnā tātum partem determinata sunt, hac ratione nomen vtens sui logicæ vtent s peculiariter parti Topicæ tribuitur.

Contra hanc conclusionem obijciunt Complut. probando, quod in parte demōstratiua non detur logica vtens; quia si logica haberet vsum respectu partis demonstratiuæ, vel esset in materia necessaria aliarum scientiarum, vel in materia propria; non primum, quia quælibet sciētia conficit suas demonstrationes per directionem logicam, vnde tales demonstrationes non procedunt à logica, sed ab ipsis scientijs. alias si sola logica omnes efficeret demonstrationes, ipsa sola esset scientia, quod est absurdū. Neque secundum, quia vsus, de quo hic loquimur, & à quo logica denominatur vtens, debet esse distinctus à doctrina, vt logica per ipsum vsum formaliter nō doceat, sed potius recipiat doctrinam, & operetur iuxta illam, alias considerationes logicæ docentis, & vtentis non essent diuersæ, sed vsus in materia demonstratiua logicæ nō distinguitur à doctrina, sed potius per talem vsum formaliter docemur, vt patet ergo ab eo logica nequit dici vtens. Tum quia si logica respectu suæ materiæ necessariæ diceretur vtēs, iam non essent idē logica vtens, & logica rebus concreta, neque similiter logica docens, & logica à rebus auulsa, logica enim dū est in materia propria, & non descendit ad extraneas materias, semper est à rebus auulsa, ergo respectu propriæ materiæ semper est docens, & non vtens.

Resp. logicam habere vsum vtroque modo respectu partis demonstratiuæ, est vtens passiuè in materia aliarum scientiarum, dum illæ in suis demonstrationibus conficiendis vtuntur præceptis à logica traditis in lib. Post. est etiam vtēs actiuè dum habitu operatiuo logico per exercitium sæpius demōstrādi acquisito cōcurrit etiam physicè, & elicitiuè ad demonstrationes aliarum scientiarū quantum ad partem demonstratiuam, vnde falsum est, quod demonstrationes aliarū scientiarum non procedant à logica vtēte elicitiuè; neque ex hoc sequitur solam logicam esse scientiam, quia etiam aliæ scientiæ concurrunt physicè, & elicitiuè ad proprias demonstrationes quantū ad materiam, vt supradiximus, vnde demonstrationes illæ ex parte materiæ ad illam particularem scientiam spectant, sed ex parte formæ spectant ad logicam, directiuè ad docentem, elicitiuè ad vtentem. Datur etiam vsus partis demonstratiuæ in materia propria, dum scientifico modo ostendit logica modum struendi demonstrationem, vnde negatur assumptū etiam quoad alteram partem; ad primam probationem, vel ibi sermo est de vsu, à quo logica dicitur vtens passiuè, & sic vera est minor, quia sicut logica vtens in hoc sensu non est habitus à docēte distinctus, ita hic vsus non distinguitur a doctrina, & per ipsum formaliter docemur; vel sermo est de vsu, à quo logica dicitur vtēs actiuè, & sic falsa est minor, quia sicut logica vtēs in hoc sēsu est habitus operatiuus realiter à docente distinctus ita hic vsus realiter distinguitur à doctrina, nec per ipsū formaliter docemur, sed per ipsum operamur, & ab hoc vsu propriè denominatur logica vtens Ad alteram probationem negatur conseq. nam logi-

ca

vtetis habitus, vel dispositio dici debeat, sufficit nobis, vt noua qualitas generetur intellectum reddens promptum, & expeditum ad definiendum, arguẽdum, &c.

Contra hanc conclusionem obijcies Primo authoritatem Scoti q. 1. vniuers. vbi insinuat logicam docentem, & vtentem non nisi ex diuersis muneribus, & considerationibus distingui. Tum secundo ratione, quia posito habitu logicæ docentis, & cognitione materiæ in qua exerceri debet, nulla videtur remanere difficultas, qua non possimus facile definire, diuidere, & arguere, ergo non est ponendus nouus habitus ad eliciendos actus logicæ vtentis. Tum tertio ad logicam docentem pertinet non solum considerare regulas rectæ operationis secundum se, sed etiam indicare, an bene sint applicatæ hic, & nunc in hac, & illa materia, ergo superfluit alius habitus ab ea. Tum quarto habitus vtens idem sonat, quòd habitus regulans, & dirigens, siue quo intellectus per modũ regulæ vtitur, ergo logica vtens non est habitus secundum rem diuersus à docẽte. Tũ quinto, dum Tyrones incipiunt arguere, definire, & applicare regulas logicæ docentis, illi primi actus sunt logicæ vtentis, & tamen adhuc genitus non est in illis nouus habitus, ergo non est à docente distinctus. Tum tandem habitus logicæ docentis inclinat ad definiendum, & syllogizãdũ, & facilitat intellectum ad vsum instrumentorum logicalium, facilior est enim intellectus ad conficiendum syllogismũ, postquam cognouit, quid sit, quo vero modo confici debeat, quam antea, ergo est vnus, & idem habitus, qui quatenus tradit regulas, dicitur docens, quatenus docendo ad vsum facilitat, dicitur vtens, ita Didacus à Iesu.

Respondetur, Doctorem ibi loqui de logica vtente in primo sensu, quo modo non distinguitur à docente, sed est ipsa in [illegible] posita, qd. si Doctor ibi (vt verius est) per logicam docentem sumit habitũ procedentem ex necessarijs, per vtentem sumit habitum procedentem ex probabilibus, qualis est Topica, auctoritas est ad oppositum, nam concludit distinctionem, non identitatem. Ad 2. negatur assumptum, nam supposita logica docente, & cognitione materiæ, v. g. physicæ, remanet adhuc difficultas applicationis logicorum præceptorum ad materiam physicam, quæ per habitum logicæ vtentis tolli debet. Ad 3. negatur seq. quia præter habitum facientem dignoscere errores, qui contingere possunt in operationibus intellectus, debet alter admitti reddẽs intellectum promptum, & expeditum ad rectè hic, & nunc operandum. Ad 4. quod est Auersæ, negatur assumptum, nã nisi velimus vocabulis abuti, habitus vtẽs nõ est, quo vtimur, sed qui nos facilitat, & promptos reddit ad vsum logicæ docentis. Ad 5. illi primi actus sunt logicæ vtẽtis, non quia procedant ab habitu logicæ vtentis, sed quia sunt generatiui illius, sicut vniuersaliter in moralibus actus dicitur ad aliquam spectare virtutẽ, quia vel generat illam, vel generatur ab illa, illi ergo priores actus producuntur ab intellectu nudo cum solo auxilio regularum logicæ docentis, quæ solum regulatiuè cõcurrit ad eos, & ideo cũ difficultate producuntur, quæ d inde tollitur ab habitu logicæ vtentis, quæ paulatim illis act. b. acquiritur. Ad 6. quod magis vrget, dicimus omnino distinguendos esse actus, quibus addiscimus regulas, & præcepta logicæ, & quibus illis vtimur definiẽdo, arguendo, &c. actus primi generis sunt speculatiui, secundi sunt operatiui, primi sunt generatiui scientiæ, secundi artis, logica itaque docens inclinat, & facilitat physicè ad actus primi generis, s. ad tradenda præcepta, ad actus verò secũdi generis facilitat solũ idealiter, & directiuè, quatenus intellectus, quo magis logica docente instructus est, minus exponitur erroribus in arguendo, at quantumuis regulas calleat logicales, semper aliquam patietur difficultatem, quousque per exercitium auferatur.

Sed dices, vt quis bene arguat in aliqua scientia particulari, v. g. physica, non alio habitu indigere videtur, quam logica, vt dirigente actum syllogizandi, &

ne log'ca,quæ dat regulā ordinate connect.di prædicatū cu subiecto,siuè connexio sit no:a,siuè ignota,talis.n.cōnexio fit nō intuendo obiectū,sed regulas logicales,qd.si obiectum notificetur per tertiā,adhùc tn.directio secundæ est distincta à directione tertiæ.& potest in se rectificari abstrahēdo ab ōni tert a.Tertia deniq;operatio, vt est erroris capax in quacūq;materia,itā dirigi habet à logica in ōni materia, & nō in necessaria tantū,& quādo logica dicitur instrumētum sciendi,non sumitur verbū sciendi in rigore pro cognitione per demōstrationē acquisita sed pro quacunq;cognitione,quocunq;modo sit acquisita.

Tertiò arguitur ad probādū finē etiā logicæ Arist.esse directionē cuiuscunq; operationis, & nō solius tertiæ, quia si tota ; curratur Arist.logica videbimus distinctos cōposuisse libros pro directione cuiuscūq;operationis sigillatim;edidit.n. ibi ū prædicam t.ne intel ectus in apprehēsione rerū cōfūderetur,sed habēdo ante oculos seriē ōniū rerū distinctā distinctè,ac sine cōfusione rē vnāquāq; cōciperet, ad euitandos autem errores quos p test cōmittere in cōiungendo terminos apprehēsos datæ sunt regulæ in lib.Perih ad euitādos tādē errores in discursu cōtingere natos tā quoad formā,quam quoad materiā cęteros cōposuit ib.Prior.Post.Top.& Elēch. ergo finis logicæ Arist.non est tantū directio tertiæ operationis,sed cuiuscunque.

Respondetur concedendo logicam Arist etiā partiri posse iuxta tres intellectus nostri operationes,vt docet Ant. And.initio Perher. & in lib.Prædicam. & Perhier.dedisse regulas pro directione primæ, & secundæ operat onis , sed quia terminos,& propositiones ibi non cōsiderauit propter se,sed tantū,vt sunt partes ha proximæ,illæ remotæ syllogismi,vt ibidē docet Ant.And.& Scot cit. 1.Prior. q 2. hinc fit, quod simpliciter, &absolutè finis adęquatus logicę Arist. sit directio tantum tertię operacionis.

Quarto obijcitur ad probandum directionem operationum intellectus esse finem logicæ nedum extrinsecum,sed et intrinsecum,Tum quia finis intrinsecus habitus directiui est directio, sed logica est essentialiter habitus directiuus,ergo &c. Nec dicere sufficit logicam esse habitum directiuum idealiter tantum,& in esse signato,non elicitè,& in esse exercito, ac proindè qd. finis intrinsecus eius est directio tantum idealis,quæ non est, nisi cognitio ideæ,ad cuius exēplar fieri debet operatio,vt recta sit.Non sufficit,nam contra hoc est,quod logica efficit, & elicit operationes rectas in propria materia,ergo attingit di ectionem et in esse exercito. Tū deinde probatur exemplo sæpius adducto frænefactoriæ, quæ nō solum respicit intrinsecè cognitionem frenifaciendi, sed ipsam quoque directionem,qua fit frænū rectum.Nec dicere suffragatur, quod di ectio equi nō respiciatur à frænefactoria intrinsecè,sed extrinsecè,quia frænefactoria nō est directiua equi,cū hoc sit munus equestris,at logica est directiua operationū.

Respōdetur ad primum solutione data inter arguendū,ad replicam dicimus logicam per accidens solū attinge e directionem in esse exerci o,non per se,& quatenus logica est accidit.n.sibi. quod sit logica in tali casu,& hoc exercet munus,veluti esset scientia distincta.Cui accedit, quod etiā in propria materia directio in esse exercito attingitur à logica vtente,non docente Ad alterum respondetur,quod si frænefactoria cōsideretur,vt est habitus in intellectu docens modum rectè faciendi frænum,quo sensu spectari debet,vt valeat paritas. falsū est directionem in esse exercito esse eius finem intrinsecū;nō.n.at ingitur ab ipsa,sed ab alio habitu in poten ijs externis residente , qui dicitur frænefactiua vtens, hæc.n. est, quæ conficit frænum iuxta regulas à docente præscriptas.

A R-

ARTICVLVS TERTIVS,

De adaquato Logicæ obiecto.

CONstituto fine huius facultatis tàm intrinseco, quàm extrinseco, tàm secundum se consideratæ, quàm vt ab Arist. conscriptæ, eiusdem proprium, & adæquatum subiectum, in vtraque consideratione, venari, difficile non erit; At quia nomen subiecti multas habet acceptiones, vt docet Scot. t. Prior. q. 2 quãdoque pro subiecto inhæsionis, quandoque pro subiecto propositionis, & alijs modis, sumitur in præsenti pro eo, circa quod vnaquæque scientia versatur, quo sensu, 1. Post. 25. vna scientia dicitur esse vnius generis subiecti, & appellatur subiectum considerationis, & etiam obiectum, quod potentiæ, vel habitui obijcitur cognoscendum; quod cum iterum sumi possit, vel fusè pro omni re considerata in sciẽtia, aut arte, quo sensu in medicina, v.g. non solum corpus humanum, vt sanabile, sed etiam omnia medicamẽta, & instrumenta dicuntur subiectũ circa quod artis medicæ, & quicquid demũ in scientia tractatur, eius subiectum võcatur; vel propriè, pro re non quocũque modo, sed per se, & primo considerata in scientia, hic loquimur de subiecto cõsiderationis in secundo sensu, quod cum iterum diuidatur in subiectum adæquatum seu totale, & in subiectum inadæquatum seu partiale, quòd deinde diuiditur in principale, & est principalior pars subiecta earum, quas sub se totale subiectum comprehendit, & minus principale, & est pars subiectiua inferioris cõditionis eiusdem subiecti totalis hìc loquimur de subiecto totali, & adæquato, qd. est ita primo per se consideratum in scientia, vt tota artificis cura in eius contemplatione sita sit, ac proinde cætera omnia in scientia considerata reuocentur ad ipsum, & habeant attributionem, qd. proinde subiectum attributionis appellari cõsueuit, licet id à Modernis quibusdam sumatur pro subiecto principalitatis.

Quamuis autem subiecti hoc modo sumpti variæ, ac multiplices enumerari soleant conditiones, præcipuè tamen, ad quas cæteræ oẽs reducuntur, sunt, quas enumerat Doctor q. 3. vniuersal. quod de eo in scientia præsupponatur quid est, & quod est; quod per eius quod quid est demonstrentur affectiones de eo in illa scientia, & tandem quod omnia determinata in scientia reducantur ad ipsum, & propter ipsum considerentur, vel tanquã eius principia, vel tanquam partes, aut species, vel proprietates eius, vel alia consimili ratione, quæ subiecti conditiones, veluti necessariæ, & sufficientes recipiũtur passim ab Auctorib. Complut. disp. 1. Proœm q. 2. Didac. à Iesu q. 3. Proœm. & alijs, & expresè deducuntur ab Arist. 1. Post. tex. 2. & 25. vbi docet subiectum esse illud, cuius principia, partes, & passiones in scientia inquiruntur; necessitatem verò harum conditionum, earumque sufficientiam ostendere non est huius loci, nam ex professo tractabitur infra disp. de scientia. Et quia etiam vt ibidem tradémus subiectum adæquatum scientiæ parte materiali constat, & formali, re. s. considerata, & modo considerandi, ex quibus in esse scibili componitur vnum subiectum Quod totius scientiæ, de vtraque parte subiecti logicæ erit hic etiam differendum.

Hac præmissa doctrina (quantum ad præsens sufficit, nã de hoc fusè infra loc. cit.) de natura subiecti adæquati sciẽtiæ, modò descendimus ad quæstionem propositam de subiecto adæquato logicæ, Et quidem mirum est, quanta sit Auctorum varietas in huius facultatis obiecto assignando, nam viginti, & amplius sentẽtiæ recitantur de hac re, nos celebriores referemus, quæ ad duas classes reuocari possunt; Vna erit eorum, qui ponunt logicam esse scientiam realem, ac proinde obiectum reale ei assignant; Altera est eorum, qui eam faciunt scientiam rationalem, ac proinde aliquod ens rationis obiectum eius statuunt.

Auctorum primæ classis prima opinio est eorum, qui statuunt obiectum logicæ res omnes, siue omnia entia, non

non tamen quatenus entia sunt in se ipsis, & à parte rei, sic enim de eis agit Metaph. sed quatenus sunt ab intellectu cognoscibilia. Secunda asserit non res, sed voces, vt rerum significatiuas esse logicę obiectum, quæ opinio communiter tribui solet Nominalibus. Tertia asserit modum, seu instrumentum sciendi reale esse subiectum in logica, variè tamen Auctores instrumentum sciendi acceperunt; quidam enim sumpserunt illud in toto rigore pro sola demonstratione, quæ est instrumentum scientiæ productiuum propriissimè dictæ; ita multi veteres, Alij sumpserunt latius pro syllogismo, vel argumentatione, & quidem pro prima intentione, quo sensu tantum sunt instrumenta realia. Alij demum latissimè acceperunt instrumentum sciendi reale, prout .s. complectitur definitionem, diuisionē, & argumentationē pro cōceptibus obiectiuis, seu pro prima intentione, ità Conimb. q. 2. Proœm. qui tamen protestantur se loqui de logica secundum se considerata, non prout ab Arist. tradita, ità.n. solā argumentationem assignant pro subiecto adæquato; Quarta sententia, quæ communis est inter Nothericos, non instrumenta directiua, sed potius operationes intellectus, ad quas hæc ordinantur, asserit esse subiectum, vndè statuunt pro subiecto, vel tres operationes intellectus, quatenus dirigibiles, vel vt specialiter loquitur Auersa q. 2. sect. 5 cognitionem intellectiuā cōprehendentem tres actus nostri intellectus, quatenus dirigibilem, itaut illud sit materiale hoc verò formale, ità Auers. cit. Amicus in log. tract. 1. q. 5. dub. 4 Moris. prolog. 4. Blanch. disp. 1. q. 5 Didacus à Iesu q. 3. proœm. Arriaga disp. 2. log. n. 4. Rubius q. 6. secum Suarez p. tom Met. disp. 1. sect. 4.

Non sunt pauciores opiniones inter Auctores secundæ classis, eorum n. qui entia rationis pro obiecto assignarunt, quidam putarunt ens rationis in sua communitate sumptum debere statui obiectum. Alij hanc opinionem coarctantes non omne ens rationis ponunt obiectum logicæ, sed tantum genus quoddam entis rationis, quod appellant ens rationis logicum, & secundam intentionem. & est illud ens rationis, quod significari solet passim in logica per terminos logicales genus, species, subiectum, prædicatum, definitio, enunciatio, & alios similes, ità Thomistæ omnes Caiet. c. de genere p. 2. Sotus q. 5. Proœm. Masius hic sect. 1. q. 13. Sanchez lib. 1. q. 17. Iauel. tract. 1. log. c. 3. Niger q. 12. Clipei. Complut. disp. 1. q. 3. Ioan. de S. Th. p. 2. log q. 1. ar. 3. Gal. leg. Petronius, & alij, qui pro hac sententia citant veteres omnes Thomistas. Alij tandem adhuc magis se restringentes nec inter logicam secundum se, & vt ab Arist. traditam distinguentes, subiectum logicæ statuerūt illud ens rationis, quod per argumentationem importatur, vel certè syllogismum, quam sententiam de syllogismo docuit Scotus ex professo q. 3. vniuers. & sequuntur Scotistæ passim in eum locum Mauric. Anglic. Brasaul. Sarnan. Faber Theor. 6. Roccus q proœm. 5. Fuentes q 3. diff 3. art. 6. tanquam Doctor ibi locutus fuerit de subiecto logicæ quocunq; modo sumptæ; Faber tamen c. 3. inquit ibi Doctorem assignare subiectum logicæ Aristotelicæ.

Resolutio de obiecto logicæ Aristotelicæ.

Dicendum est, in logica, prout est ab Arist. tradita, non aliquid reale esse obiectū, sed ens rationis, non quidem in tota sua communitate, neque vt limitatum ad ens rationis logicum, siue, secundam intentionem, sed quatenus ad argumentationem, seu sillogismum coarctatur. Conclusio est Scoti q. 3. vniuers. & etiam 1. Prior. q. 1. vbi aliud statuit subiectum in logica, vt ab Arist. tradita, & aliud vt in tota amplitudine sua consideratur, & probatur quoadomnes partes.

Primò quod in logica Arist. non sit aliquod reale subiectum suadetur; tum quia quæcunque traduntur in logica Arist. sūt entia rationis, & secundæ intentiones logicales, vt genus species, vniuocum, analogum, prædicamentum, propositio, æqui-

P iii ca

pollētia ātecedēs,inductio,syllogismus, figura;subiectū,prædicatū,&c.rum quia hac ratione dixit Boetius logicā esse de secūdis intētionibus applicatis primis, quia Arist. totam logicā suam tradidit sub terminis secūdarū intentionum;tum deniq;quia hac ratione dicta fuit scientia rationalis,& seclusa à numero sciētiarū realiū,vt notat Scot. q.3 Prolog. lit.I.& fuit perpetua,& cōstans sententia omniū Peripatheticorū,qua etiā ratione Grāmatica, & Rethorica distinguuntur cōtra scientias reales,quia traduntur sub terminis secundarū intētionum,vt sunt nomen,verbū,participiū, &c ergo ens rationis,nō autē ens reale subiectū erit logicæ Arist. quia per ens rationis distinguitur à cæteris sciētijs.

Respōdet Auersa q.2.sect 3.negādo assūptū,quia potius logica Arist.in ōnib. suis libris, & tractatib. agit de entibus realibus,in lib.Perh.Prio.& sequēt. per se agitur de actibus nostri intellectus,de enūciatione,discursu,&c. nec p se quęrūtur secūdæ intētiones,quę ex illis actibus resultāt;in lib prędic. per se cōsiderātur,& certis locis disponūtur naturę reales exclusis ētib.rationis.in lib.ēt prędicab.quāuis tractetur de genere,differētia, & reliquis,quę vidētur ētia rationis,tn.tractatur de illis,quatenus importāt ētia realia,&vniuersaliter ità procedit tota Arist logica,ea.n.quę docet, verificātur de ētib.realibus.nō rationis, docet.n.genus prędicari de speciebus, speciem de indiuiduis,at nō valet vtiq; prędicare dicēdo species est genus indiuiduū est species sed hō est animal. Pete hō docet prędicatū affirmari de subiecto,at nō valet dicere subiectū ē prędicatum.sed benè Petrus est albus, est hō.

Sed hæc solutio facilè refellitur, falsū .n.est,quod in lib.Perhier.& Prior.agatur per se de actibus nostri intellectus, enunciatione, & discursu, sed agitur de regulis & præceptis,quib. operationes illę dirigi debent,& istę regulæ traduntur per terminos secūdarū itētionū,qd. prædicatū affi.matur de subiecto,qd in p figura maius extremū prædicatur de medio termino,medius termius de minori extremo,& in conclusione maius extremū de minori;falsū est in prędicamētis naturas reales per se cōsiderari, nā de substātia,quantitate,qualitate,a-lijsq;prædicamētis agit logicus secundū qd.in eis attēditur subijcibilitas,& prędicabilitas,vt verò sūt partes ētis realis pertinēt ad Metaphysicū,& sic etiā dicēdū de naturis cōmunib.,quas importāt genus,& species,cęteraq; prędicabilia, qd.per se ad logicū nō spectāt,sed secūdę intētiones vniuersalitatis, quas fundāt;Nec est necesse,ea quę docet in secūdis intētionib.verificari de eisdē prædicatione exercita,trita ē.n.logicalis regula,qd. quæ signantur in secūdis exercentur in primis.nō verò in eisdē secūdis, & ideo tota hęc responsio falsa est.

Secūdo qd. ens rationis in tota sua cōmunitate nō sit subiectū logicę Aristotelicę,nulla indiget probatione,tū quia, & Grāmatica Poetica,& Rhetorica sua habēt entia rationis,tū quia Cōplutēses ipsi testātur certissimū esse ens rationis vniuersaliter sūptū nō esse obiectū logicæ, nec aliquē Thomistarū oppositū afferere, nā logica nō cōsiderat relationē rationis dextri,& sinistri i columna, nec relationes rationis quibus Deus ad creaturas refertur Sed qd neque subiectum sit ens rationis logicum, seu secūda intentio,quæ est veritatis,manifestatiua,qualis est sola secunda intentio logica, probatur,Tum quia in qualibet sciētia distinguendum est subiectum communitatis à subiecto attributionis, neq; hoc coincidit cum illo,secunda autē intentio in logica est subiectum cōmunitatis,quia prædicatur essentialiter de subiecto prædicato,copula, genere,propositione,&c.ergo non est subiectum attributionis, Tum quia iuxtà hanc sētētiam non contradistinguerentur in logica pri-

ea principia, passiones, & subiectũ, vt do cuit Arist. 1. Post. 25. quia hæc õnia con. siderarentur, vt species, cũ intrinsecè im bibant conceptum entis rationis logici, & secũdæ intentionis. Tũ quia etiã si Arist. in sua logica cõsideraret oẽs secũdas intentiones veritatis ostensiuas (qd tamẽ non fecit) non proinde dicendum foret considerari omnes per se, & directè, veluti species obiecti totalis, sed indirectè, & reductiuè, & sic de facto considerauit terminos, & propositiones, vt principia sui obiecti, aliquas verò secundas intentiones veluti affectiones eius.

Hinc deducitur nõ cõuenire secũdæ intentioni conditiones obiecti scientiæ supra recẽsitas, & à Cõplut. cæterisque Thomistis receptas, nã vna illarũ ẽ etiã iuxta eorũ doctrinã, qd. contineat õnia, quæ tractãtur in sciẽtia, ita vt ad ipsum õnia reuocẽtur, vel tãquã principia, vel partes, vel species, vel proprietates eius; altera ẽ qd. sit, de quo potissima cura est in tali sciẽtia, & de quo (si aliqua fuerit) tradãtur præcepta; at prima cõditio secundæ intẽtioni nõ cõuenit, quia õnia cõ siderata in logica reducũtur ad ipsã, vt species, non vt principia subiecti, neque vt proprietates, neque secũda, quia tota Arist. cura fuit agere de syllogismo, vt ipse testatur c. vl. 2. Elech. eiusque regulas, & præcepta diffusè tradidit, de secũdis autẽ intẽtionibus nec peculiarẽ tractatũ cõfecit, nec passiones aliquas de ipsis demõstrauit qd. tñ necessariũ erat, si secunda intentio sumenda erat pro subiecto. Accedit, quod de definitione, & diuisione ex professo non egit, ergo secũda intentio veritatis ostensiua non est in Arist. logica adæquatũ subiectũ, cũ non oẽs tales intentiones in ea considerẽtur.

Respõdẽt Cõp ut. qd. quãuis Arist. ex professo nõ egerit de definitione, aut diuisione hoc tamen nõ est, quia cõ cõtineã tur sub obiecto logicæ, sed vel quia de definitione iã egerat Socrates, de diuisione Plato, ac nullus, vel perfunctoriè de arte syllogistica, & sic eam suscipit Arist. ex professo explicãdã. Vel fortè quia, vt inquit Laertius lib. 5. in vita Arist. de definitione, & diuisione nõnulla ediderat volumina, quæ tñ iniuria tẽporis perierunt imò cũ Arist. referẽte Laertio de logica scripserit 150. libros, fortè de alijs intẽtionibus logicalib. ex professo disputauit. Sed hac solutione ostenditur solum tractatus de definitione, & diuisione ex natura rei ad logicæ obiectum spectare in tota sua amplitudine, quod gratis cõcedimus, at hic de logica ab Arist. tradita est sermo; & parum refert, quòd volumina alia ediderit de definitione, & diuisione, quę perierunt, quia quæstio est de logica Arist. quæ nunc extat, eiusque in præsenti quærimus obiectum.

Tertio tãdẽ, qd. in logica Arist. subiectũ adæquatũ sit syllogismus, seu argumẽtatio, probatũ manet tũ ex refutatione aliarũ opinionũ; tũ ex dictis articulo præcedenti, vbi demõstratũ ẽ finẽ logicę Arist. esse tradere instrumẽtũ directiuũ tertiæ operationis, qd. est argumẽtatio, vel syllogismus, finis autẽ internus coincidit cũ obiecto, tũ tandẽ patet ex progressu ipsius Arist. cõstat. n. syllogismũ in eius logica õnibus potiri cõditionibus ad obiectũ scientiæ desideratis, gaudet prima; nã in ea supponitur esse, & post tractationem de principijs remotis, & propinquis in lib. predic. & Perhierm. statim in lib. Prior præmittit definitionẽ eius; gaudet secũda, quoniã in eisdem lib. Prior. multæ passiones de illo demõstrãtur per prædictã definitionẽ, vt esse in modo; & in figura, cõstare ex tribus terminis, cõcludere vniuersaliter, particulariter, affirmatiuè, & negatiuè; gaudet denique tertia, quandoquidem õnia, quæ in sciẽtia tractantur, vel sunt principia syllogismi, & sic habentur lib. prædic. & Perhier. vel sunt proprietates eius, & sic habentur libri Priorum, vel species, & sic habentur lib. Post. Top. & Elench. ita discurrit Doctor. 1. Priorum q. 2.

In oppositū objicitur. Primo cū Neotericis, qd. aliquid reale, & nō rationis, poni debeat obiectū i logica. Tū quia quilibet sciētia realiter causatur ab obiecto suo partialiter, & ab eodē in pfectione mensuratur dicit. n. relationē ad illud, vt ad mensurā ex Aris. c. de rel. sed nullū ens rationis pōt causare scientiā, quę ē realis qualitas, nec eius pfectionē mensurare, cū sit impfectius illa ergo &c. Tū 2. quia obiectū scientiæ debet esse scibile, & per se intelligibile, id autē enti rationis cōuenire nō pōt, cū intelligibilitas sit prima passio entis realis. Tū 3. quia subiectū debet cōtinere virtualiter notitiam suarū passionū, quæ s. ipsū formaliter cōsequūtur ex Scoto q. 3. Prolog at ens rationis nō pōt causare notitiā suarū passionū, cū talis notitia sit qualitas realis. Tū 4. quia si logica ageret de ente rationis, ideò esset, quia tractat de genere, specie, subiecto, prædicato, & alijs similibus intentionibus, sed hę etiā dicunt entia realia, quia in hac propositione *homo est animal* actus intellectus correspondens illi termino *homo* nō repræsentat naturā humanā præcisè, sed vt subijcitur anima li, ergo nō solū repræsentatio hominis, sed modus etiā repræsentādi illū, vt Id, de quo dicitur animal, est quid reale. Tū 5. si logica ē de secūdis intētionibus, vtique nō erit de ipsis i abstracto, sed i cōcreto, vt applicatæ sūt primis, atq; ità logica hęret pro obiecto aggregatū per accidēs. Tū demū, demōstratio, quæ est subiectū pricipale in logica, cōsideratur in ea, vt quid reale, ergo etiā subiectū adæquatum, sub quo continetur, reale erit, probatur assumptum quia consideratur à logica, vt est effectrix scientiæ, sed vt talis non pōt esse ens rationis, ergo &c.

Resp. ad 1. qd. sicut nō est de essentia obiecti esse motiuum, & mensuratiuū sui actus in perfectione, ita nō est de ratione scientiæ, vt sic, qd. causetur á proprio obiecto, & ab eo in perfectione mēsuretur, vt ex Doct. colligitur 4. d. 1. q. 1. sub S, sed tātū de ratione scientiæ realis, qualis nō est logica, vt est ab Arist. tradita, & cōtexta, quæ causatur nō ab ente rationis, sed à fundamento, qd. habet à parte rei, ita Maurit. q. 3. vniuersal. § 6. *dubitatur* in sol. ad 1. vbi addit etiā poni posse totalē causalitatē habitus logicalis ex parte intellectus, nā licet in actu recto obiectum sit causa partialis, & hoc primariū, in actu tñ reflexo potest totalis actiuitas tribui potentiæ; & quāuis ens rationis nequeat esse mēsura scientię quātum ad perfectionem, potest tamen esse mensura sui actus quoad veritatem, quatenus notitia intantum vera est, inquantum exprimit obiectum, sicut est, quo sēsu de relatione mensurabilis ad mēsurā videtur Scotus loqui quol. 13. M. & O. & propriè dici solet relatio cōformitatis actus ad obiectum. Ad 2. negatur minor, quāuis. n. nō habeat intelligibilitatē obiecti primarij, hęc. n. est passio entis realis, habet tamen intelligibilitatē obiecti secundarii, quatenus sicut entitatem habet ad modū entis realis, ita scibile ē ad modū illius. Neq; dicas ex hoc sequi, qd. tantùm sit scibile per accidens. Quia sicut eius essentia in hoc sita est, qd. cognoscatur ad modum ētis realis, sic per se conuenit illi, quod sciatur ad modum alterius, de quo fusiùs infra. disput. 3.

Ad 3. ait Maur. cit. qd. cōtinentia virtualis, cujus meminit Doct. cōuenit tantū subiecto sciētiæ realis, de quo ibi loquitur; vel qd. cōuenire pōt etiā enti rationis fūdamētaliter; Sed expeditius dici posset, qd. ideò subiectū dicitur cōtinere virtualiter passiones suas quoad esse cognitū, nō quia subiectū ipsum, vt sic, causet notitiā passionis, sed quia subiectū, vt cognitū, siuè notitia subiecti causat notitiā passionis, quo sensu hoc munus pōt etiā cōpetere enti rationis quia eius cognitio est ens reale. Ad 4. negatur minor nā licet repræsentatio hominis in ea propositione sit realis, ea tñ subiecto in propositione non est quid reale, sed denomi-

nominatio extrinseca derelicta ab actu recto intellectus, quę fit ës rationis & se cūda intētio formaliter per actū reflexū Ad 5. vtiq; logica ē de secūdis intētionibus in cōcreto, nimirū vt applicatis primis, sed nō idcircò est de aggregato per accidens, quia res primę intētionis non cadit in itellectu secūdæ, veluti pars, sed vt terminās respectū eo modo, quo accidēs, quādo itelligitur depēdere à subiecto, nō intelligitur vti vnū per accidēs. Ad 6. demōstratio pōt sumi, vel materialiter, & pro prima itētione, & sic est illa materialis collocatio propositionū, qua medius terminus ità ordinatur, vt in vna subijciatur, & in altera prædicetur; vel formaliter, & pro secūda intentione, & est relatio, vel relationes ab intellectu fictę ãtecedētis, & cōsequentis, maioris, minoris, & c. occasione desūpta ex illa reali ordinatione, primo modo causat scientiā realiter, & exercitè, secūdo modo signatè, & sic cōsideratur in logica Aris. & ab eo definitur, quod faciat scire.

Secundò obijcitur cum Thomistis ad probādū qd. ës rationis, seu secūda intētio sit subiectū, Tum quia logica dicitur sciētia rationalis hac de causa, quia ē de ente rationis, vt de obiecto, alioqui intrinsecè est qualitas realis. Tū 2. quia sicut datur vna scientia, q̃ tractat de ente reali in vniuersū, & est Met. ita dabitur alia, quæ tractet de ente rationis in vniuersū, & erit logica. Tū 3. quia quæcūq; tractat logica sunt entia rationis, ac intētiones secūdę, vt termini, enunciationes, sillogismi, figuræ, & c. & hac ratione aiebat Boetius, qd. logica est de secūdis intentionibus applicatis primis. Tū 4. quia enti rationis, & secūdæ intētioni cōueniūt cōditiones subiecti, quia prædicātur de ōnib. quæ in logica tractātur, aliaque ad ipsū reducūtur, vel tāquā partes vel principia, vel passiones. Tū demum, quia oēs secūdæ intētiones, de quib. logica tractat, sunt veritatis ostēsiuæ & per se cōducūt ad dirigendas operationes intellectus, ergo omnes indifferenter continentur sub obiecto adęquato eius, qd. erit ens rationis logicum siuè secunda intentio veritatis ostensiua, consequētia patet, nam oēs participāt rationem obiectiuā, per quā logica secernitur nō solum ab alijs scientijs realibus, sed etiā rationalibus, quales sunt Grammatica, & Rhetorica, quæ considerant secundas intentiones ostensiuas congruitatis, vel incongruitatis sermonis, non autem veritatis, & falsitatis, ità Complut. cit.

Resp. ad 1. logicā absolutè dici sciētiā rationalē, quia est directiua rationis in suis actibus, logica verò Aris. adhuc speciali ratione dicitur rationalis, quia nimirū ē de ēte rationis, vt de obiecto, hoc autē nō ē subiectū eius in quacūq; communitate inspectū, sed vt supponit pro argumētatione; vel syllogismo. Ad. 2. ës rationis in cōmuni per se primò, & directè ad nullā sciētiā pertinet, sed solū indirectè, & reductiuè pertinet ad Met. quatenus secūdū essentiā suā ē ës apparēs quia eiusdē sciētiæ est cōsiderare id, qd. ē tale, & qd. videtur tale 4. Met. tex. 4. Ad 3. cōcēdimus totū, quia logica Aris. tradita ē sub terminis secūdarū intētionū & dicitur esse de secūdis intētionib. eo modo, quo Philosophia dicitur esse de rebus naturalib. nō verò qd. oēs propriè sint subiectū attributionis. Ad 4. negatur assūptū, quia nō ē de ratione subiecti, qd. sit cōmune ōnib. ī sciētia cōsideratis per prędicationē, sed per attributionē, itaut ōnia reducantur ad illud vel tāquā partes, vel prīcipia, vel passiones, at ōnia cōsiderata in logica reducūtur ad secūdā intētionē, vt species ad suū genus. Ad 5. cōcesso assūpto adhuc negatur cōsequētia, nā si præcipua cōditio obiecti sciētiæ est, vt sit id, de quo potissima cura est in tali sciētia, & de quo tradūtur præcepta, vt Cōplut fatētur, planè potissima cura Aris. fuit in sua logica elucidare secundam intentionem, quæ est veritatis manifestatiua per virtutē

L 2 illati-

illatiuam, vt constat ex verbis ipsius Phi losophi 2. Elench. c. vlt. hæc autem est argumentatio, seu syllogismus, de quo etiam plura reliquit præcepta.

Tertio obijcitur, qd obiectũ adæquatũ logicæ Arist. nõ sit sillogismus; Tũ quia nõ solũ egit Arist. de syllogismo, sed de cętis etiã speciebus argumẽtationis, inductione, Enthimemate, & exẽplo, ergo potius argumentatio in cõi erit obiectũ. Tũ secũdo, quia nõ solũ egit de argumẽtatione, sed distinctos libros etiã cõposuit pro directione primę, & secundę operationis, vt lib. prędic. & Perhier & de definitione latè tractat 2. Post. ergo potius modus sciẽdi in cõmuni, seu instrumẽtũ directiuũ ĩ sua ãplitudine erit obiectũ. Tũ tertio, quia dicere nõ valet terminos, & propositiones Arist. ibi non cõsideralle propter se, sed tãtũ, vt sunt partes syllogismi; quia etsi hoc modo sit cõsiderabiles, tamen nõ obstat, quin etiã per se, & directè cõsiderentur (ait Auersa sect. 4.) sicut in Physica, licet elementa cõcurrãt ad cõstituendũ mixtũ, tñ Physica nõ agit per se solũ de mixtis, neque corpus mixtũ est adæquatũ obiectũ eius, sed per se etiam agit de elemẽtis, & corpus cõmune mixtis, & elementis ẽ obiectũ Philosophiæ. Tũ denique quia, vt vrgent Cõplut. si semel admittimus ĩ obiectis particularibus alicuius sciẽtię quẽlibet ordinẽ vnius ad aliud excludere illud, qd. sic ordinatur à ratione propria, & immediata obiecti, iã in qualibet sciẽtia obiectũ principale esset adæquatum, possemusque dicere Deũ, aut intelligentias esse obiectũ adęquatũ Metaphysicè, & hominẽ Philosophię naturalis, & in proposito logicę Demõstrationẽ, siquidẽ quæ tractatur in Met. dicũt ordinem ad Deũ, qui est primũ ẽs, & quę in Philosophia ad hominẽ, qui ẽ præcipua substantia materialis, & quæ in logica ad Demõstrationẽ, quæ est genuinũ instrumentum sciendi, ergo licèt intentio generis deseruiat definitioni, & intentio prædicati propositioni, & hæc argumentationi, nõ ideo intẽtiones illæ debent excludi ab obiecto per se, & immediato logicæ.

Respondetur ad primum argumentationem, & syllogismum non differre, & inductionem, exemplum ac Enthimema non constituere species à syllogismo essentialiter distinctas, sed ad ipsum veluti imperfectum ad perfectum reduci, quia sunt syllogismi imperfecti habentes totã vim inferendi à syllogismo, vnde & in syllogismum transferri facile possunt, & ad aliquam trium figurarum reduci, vt Arist. docet in postrema parte, 2. lib. Prior. ita eruditè demonstrat P. Faber Theor. 6. c. 3. & nos ostendimus 1. p. institu. tra. 1. 3. c. 2. Ad 2. ait Doct. 1. Prior. q. 2. terminos, & propositiones in illis libris cõsiderari in ordine ad syllogismũ, cuius sunt partes proximæ, vel remotæ; de definitione vero 2. Post. loquitur in ordine ad demonstrationem, quam ingreditur, vt medium, vt omnes fatentur. Ad 3. potuit vtique Arist. logicã suã ita instituere, vt termini, & propositiones p se cõsiderarentur, ita qd. directè includerentur in obiecto logicę, veluti species eius, sicut elementa cõsideravit in naturali philosophia: sed nõ ita fecit; quin potius vt patet ex progressu operis, cõsiderauit ea indirectè, & reductiuè per ordinẽ ad syllogismũ, quẽ cõstituũt, quia solũ de directione discursus fuit sollicitus Ad 4. cõcedimus nõ quẽlibet ordinẽ vnius obiecti partialis ad aliud excludere illud, quod sic ordinatur, à ratione propria, & immediata obiecti, sed solũ qñ ita consideratur in ordine ad illud, vt nullo modo propter se, & directè consideretur, sed indirectè penitus, & in gratiam alterius, quod non ex natura rei pẽsandum est, sed ex progressu scientiæ, & Auctoris eius sic autem considerari terminos, & propositiones, nimirum in gratiam penitus syllogismi, vt partes eius, ĩ logica Arist. fatentur omnes eius expositores, & ipse in fine 2. Elench. Neq; hinc confun-

cōfūditur subiectū adęquationis cum subiecto principalitatis, vel via discernēdi vnū ab alio præcluditur, quia subiectū adęquationis semper illud erit, ad qd. reducūtur omnia cōsiderata in scientia, vel vt partes vel species, vel principia, aut alia cōsimili ratione; subiectū verò principalitatis erit qd. est nobilius, & præstātius cōtentū sub obiecto adæquationis, qd. vtique in logica est demōstratio, quia est syllogismus in materia necessaria confectus, ac proinde scientiæ generatiuus, & inter omnes pręstantissimus.

Quarto tādē arguitur ad idē, Tū quia nihil est subiectū totius, & partis, sed syllogismus est subiectū in lib. Prior. ergo. Tū 2. quia nulla scientia suū cōficit subiectū, sed logica cōficit syllogismū. Tū 3 nullū cōplexū pōt esse subiectum, quia de subiecto præsupponitur qd. est incōplexū, at syllogismus est quid complexū. Tū 4. quia assignando simpliciter, & absolutè syllogismum pro subiecto, assignatur tantum pars materialis, ergò diminutus est Doctor nō assignādo etiā formalem, nam ex vtrisque coalescere debet subiectum adęquatum scientiæ.

Respōdetur ad primum ex Doc. q. 3. vniu. maiorem esse verā eodem modo, at diuerso idem esse pōt subiectū totius, & partis, sic in proposito syllogismus est subiectū in lib. Priorū. quoad cōtinētiā tātū virtualem .i. quātū ad proprietates ipsū formaliter cōsequentes; est verò subiectū totius quoad cōtinentiā virtualem, & potentialē simul, .i. prout supponit ēt pro suis speciebus, & non pro se ipso tātū in cōmuni. Ad 2. nō est logica docens, quæ cōficit syllogismum, sed vtens, illa tantum regulas tradit, & præcepta rectè conficiendi; Accedit nō semper opus esse, quod subiectum sit prius scientia quantū ad esse actuale, sed possibile. Ad 3. si syllogismus exercitè sumatur pro aggregato .s. pluriū propositionū, vtique de ipso præsupponi nequit, quod est simplex, nec statui subiectum logicæ, tamen si sumatur pro secundā intentione in illo aggregato fundata potest poni subiectum, & de ipso supponi qd. simplex, in hoc enim sensu est quid incōplexum. Ad 4. ait P. Faber Theor. 6. c. 3. quòd quando subiectū materiale in scientia consideratur omnibus modis, quibus est cōsiderabile, tunc necessariā nō esse additionem partis formalis, quæ solū additur ad restringendam considerationē obiecti materialis, & ita inquit cōtingere de syllogismo in logica, quia cōsideratur ab ea omnibus modis, quibus est considerabilis. Sed fortè in syllogismo aliqua ratio considerari potest, quæ non attingitur à logico, quia ratio generalissima entis rationis in ipso inbibita spectat ad Metaph. & limites logicæ excedit, sicut & cōmunis ratio secūdę intentionis, quæ etiā vagatur per Grāmaticā, & Poeticā; certū est logicū præsertim considerare syllogismū, quatenus habet vim manifestandi ignota ex notis per vim illatiuam, & hanc esse rationem formalem obiectiuam eius, Itaque ratio formalis obiectiua in logica Arist. assignanda erit, vt in alijs scientijs, vndè sicut in Philosophia naturali ponitur subiectum corpus naturale, quatenus naturale, in Metaph. ens, vt ens, in Theologia Deus, vt Deus, ita in Arist. logica erit syllogismus, quatenus talis, .i. quatenus habet vim dirigendi intellectū in inuestigatione ignotorum ex notis. ita .n. specificatur ratio formalis, secūdū quam consideratur, atque ita non est diminutus Doctor, quia intellexit syllogismum, quatenus syllogismum esse subiectum. Vide alia argumenta apud Doct.

Resolutio de obiecto logicæ in se.

SI de logica secundum se loquamur, .i. prout adæquatè institui potest secundum totam suam latitudinem, & omnes eius partes ad quas se extendere potest, obiectū adæquatū eius est modus sciendi, seu instrumentum sciendi in cōmuni, & in tota amplitudine suā, vt nimirū

cōprehēdit definitionē, diuisionē, argumētationē, & si quæ alia sūt instrumēta ad hoc munus idonea (de quo disp. seq.) Ita Scot 1. Priorum q. 2. tenent Fōsec. 2. Met c 3 q. 1. sect. 4. Conimb. q. 2. proœm. log. Tolet. q. 5. Tat. q. 3. proœm consentit Faber c 5. & alij Scotistę, & probabilē putat P. Fuētes q 3 diff. 3 art. 5. n. 20 & si ratio, quā ibi ad hāc cōclusionē probādam adducit nihil cōcludat quia solū probat instrumētū sciēn. ti esse subiectū prædicationis. Quāuis autē P. Faber. Theor. 6. cap. 3. & alij Scotistę negent illos libros Priorum esse Doctoris, quia nimirum plura cōtinēt, quę nō sūt cōsona dictis eius in li. Vniuersl in Metaph. & lib. Sēt. vbi maiorē habet auctoritatē; Tamen vt benē notat Fuētes cit. id nō est sufficiēs argumentū, vt negemus eos libros esse Doctoris, quia eadē ratione possemus dicere tractatū Vniuersl. esse alterius Doctoris, quia q. 12. negat ēs esse vniuocū, q. 3. ad 2. principale ponit corpus mobile subiectū naturalis Philosophiæ, imō ī li. de Anim. & Metaph. habet quāplurima passim dissona ab his, quæ docet ī lib. Sēt. vt verſātisi eius li. facilè patebit; Nō ergo quia multa retractat Doct. ī li. Sēt. & quol. quæ dixerat in logica, & Met. negare debemus eos libros fuisse ab eo cōscriptos, quia nō ē nouū Authores classicos in vltimis, & maturius cōsideratis lucubrationib. interdū, quæ antea dixerāt, reuocare, sed potius regulā hinc vniuersalē deducere debemus, qd. in schola Subtiliū libri dūntaxat sent. & quol auctoritatē facere debent irrefragabilē, cęteri verò log. Anim. Met. nō absolutā facere debēt auctoritatē, sed in his tātū, quę cōsona sūt scriptis sent. & hūcī modū in hoc opere vtemur auctoritate Doctoris.

Primò itaque probatur nostra cōclusio ratione deducta ex ipsa natura logicę, nā obiectū artis instrumētarię simpliciter, loquēdo vniuersaliter, ē instrumētū, circa qd. versatur, & cuius cōstructionē docet, sed logica ē facultas instrumētaria simpliciter, instrumentaria quidē, quia est de modo, seu instrumentis sciēdi. Met. tex. 15. instrumētaria verò simpliciter, quia deseruit, & adminiculatur alijs scientijs 1. Top c. 9. ad hoc. n. inuenta est, ergo habebit pro obiecto adæquato modū, seu instrumentū sciēdi, nō pōt autē habere pro obiecto adęquato hoc tātū, vel illud instrumētū sciēdi, quia p se, & directè tenetur dirigere oēs operationes intellectus, cū in omnib. possit error cōtingere, ergo nō solū demonstratio, sed ōnis syllogismus, & argumētatio, nō solū argumētatio, sed etiā definitio, & diuisio, & si qd. aliud extet instrumētū, debet per logicā cōsiderari, & pertractari, quare cū logica secūdū se āplioris sit ambitus, quā prout fuit ab Arist. tradita, instrumentū sciendi in communi, prout ab hoc, & illo abstrahit, aāsignādū erit illi pro obiecto totale, & adęquato; Maior probatur à simili in ōnib. facultatibus instrumentarijs simpliciter, oēs. n. ità versātur circa instrumenta, vt nō attingant opus, ad q l. suaptè natura ordinātur, sed hoc ab alia perficitur, cui istæ famulantur, quas proindè ministras meritò nuncupauit Arist. 1. Ethic. 1. & 1. Polit. c. 5. sic se habet frænefactiua respectu equestris, quia versatur circa fręnū, qd. ē instrumētū ordinatū ad equi directionem, & ita circa illud versatur, vt non attingat opus. ad qd. suaptè natura ordinatur, sed hoc attingitur ab equestri, cui ipsa subseruit; sic se habet ferraria respectu lignariæ, quia versatur circa serrā, & dolabrā, quæ sūt instrumēta ordinata ad cōficiēdū scamnum, vel statuā, & ita circa illa versatur, vt nō attingat scamnū, vel statuam, sed perficiātur ista à lignaria, cui ipsa subseruit, oēs igitur eiusmodi instrumentariæ facultates sistūt in cōsideratione, & cōstructione instrumentorum, nec transeunt ad opus; vnde ipsum instrumentum est, ad quod reducuntur omnia, quę in tali facultate continentur, & ipsum non reducitur ad ali-

aliquod aliud intra eandem cōtentū;im. mò si opus aliquo modo considerat, ad qd.instrumentū,de quo agit, ordinatur, illud idē cōsiderat in gratiā talis instrumenti,vt s.illud benè cōficiat,vel regulas rectè cōficiendi edoceat,vt sit idoneum ad tale opus obeundum:sic frænefactiua equi directionem cōsiderat in gratiam fræni,vt s.regulas edoceat illud itā cōficiēdi,vt sit aptū ad tale munus diuersa.n.istrumēta exigūtur pro operū diuersitate.& natura operis benè cognita valdè cōducit ad regulas tradēdas de istrumēto cōstruendo ad tale opus ordinato.

Resp Auersa sect.4.in fine falsum esse logicā ità esse facultatē instrumentariā, vt non attingat opus,ad qd. ordinantur instrumēta ab ipsa cōsiderata,sed in simplici instrumēto-ū cōtēplatione cōsistat; nā nō solū cōficit. & rimatur instrumēta sciēdi, vt alijs sciētijs tradat,sed ipsa logica [illegible] instrumēta perficit,ac dirigit ipsas operationes, sed falsitas istius responsionis ex prçcedenti articulo liquet,vbi ostēsū ē ex professo logicā nō perficere operationes intellectus physicè,& elicitiuè,seu in esse exercito,sed idealiter tatū,& veluti i esse signato,quatenus tradit regulas,& precepta cœteris sciētijs benè definiēdi,diuidēdi & discurrēdi.

Secūdò Modus sciēdi,seu instrumētū rectè cognoscēdi(vocabulū nāq;sciendi fusè sumitur) in logica secūdū se cōsiderata oēs habet cōditiones ad obiectum sciētię requisitas,ē.n.id,qd.per se intēditur,& cōsideratur in logica,cū finis intrinsecus; eius sit docere instrumēta ōnia, quę nostrā cognitionē coadiuuare posśūt ex art.pręced.vndè si tota traderetur,de ipso prę acciperet quid est, & qd est;est id,ad qd.reducūtur ōnia, quæ consideranda forent in logica secūdum se sumpta,omnia namque ad hoc tenderēt,vt rectas facere operationes intellectus docerent,essent.n.regulæ,& præcepta inseruiētia pro directione primę, vel secūdę,vel tertię operationis proximè,vel remotè; Neque ordinaretur ad aliquid vlterius in ipsa logica cōsiderandū,etsi.n.aliquo modo transiret ad cōsiderādas operationes intellectus,sanè illas nō cōsideraret,nisi vt dirigibiles per eiusmodi instrumēta,hoc autē nō ē cōtēplari instrumēta in ordine ad operationes vt ostēdere conatur Auersa, sed operationes in ordine ad instrumenta, vt cognita earū natura,ac dirigibilitate, idonea cōficiātur instrumenta pro earū directione. Rursus habet partes,principia,& passiones, nā instrumentū sciēdi in cōmuni diuiditur in definitionē,diuisionem,& argumentationem,& si quę alia sūt sciendi instrumenta tanquam in partes subiectiuas; habet suā primariā, & adæquatam passionem, quę est esse directiuū operationū intellectus,habet et principia, ex quibus posset logica demōstrare talem proprietatē nimirū definitionē,ac alia; positiones vel suppositiones ad talē sciētiā attinētes,ergo nihil desideratur,vt sit obiectū logicę [illegible]

Denique probatur cęteras opiniones excludendo.i primis.n.nequeūt res oēs quatenus intelligibiles poni subiectū:tū quia iā oēs aliæ scientiæ superfluerent, vt.n.ait Scot.q.3 prędic.nihil est subiectū scientiæ alicuius,nisi sub ratione scibilis,vndè res quatenus scibiles neque ūt spectare ad logicā adęquatè;Tū quia met. prçsertim spectat cōsiderare res, quatenus intelligibiles,cū hęc sit pręcipua passio entis,qd. ponitur obiectū in Met. Neque obiectū logicæ posśūt esse voces,tū quia si nulla esset,vel esse posset vox,adhuc esset operatio intellectus nostri,quę posset dirigi, & regulari ab aliqua scientia,quę nō esset,nisi logica, & Angeli de facto perfectā possident logicā sine vocibus,Tū quia vt notat Maurit.q.1.vniuers. voces nō pertinent ad logicū,nisi per accidens, quatenus per illas cōceptus manifestat,nō autem per se, quia sine externa voce potest logica consistere. Neque eadem ratione potest

L 4 ens ra-

ens rationis, quomodocunq; sumatur. ita cui obiectū logicæ in se; tū quia si nullū esset, vel esse posset ēs rationis, adhuc esset operatio nostri intellectus quę posset, & deberet dirigi ab aliqua sciētia, quæ vtique foret logica, cum sit ad hoc munus adinuenta. Tum quia per accidēs est, qd. logica tradat regulas, & pręcepta per terminos secūdarū intētionū, cum etiā id fieri potuerit per terminos primarum, ergo ex natura rei petit instrumentum sciendi reale, & pro prima intentione pro adæquato subiecto, sed de hoc agemus infra art. 5. vbi ostendemus logicam secundum se esse scientiā reale, ac proinde petere obiectū reale.

Nec demū subiectū logicæ in se esse possūt operationes mētis nostræ; quatenus dirigibiles, vt autumāt Neoterici, aut cognitio itellectiua, quatenus dirigibilis, vt loquitur Auersa, quia cum subiectū præsupponatur notum in sciētia quoad quid ē, & qd. ē, debet Artifex in sua facultate exploratā habere ūdequaque naturā sui obiecti adę quati, & explicatā tā quoad rē cōsideratā, quā quoad modū cōsiderādi, sed res cōsiderata secūdū hāc opinionē ē cognitio intellectiua, cuius essētia, & quidditas nō explicatur in logica, neque à logica supponitur explicata in priori sciētia, quæ ipsā āteccedat, huiusmodi enim explicatio ad scientiam de anima spectat, vt docet Ant. And. initio Perhier. ergo quoad rē cōsideratā errat hęc opinio. Sed errat etiā quoad modū cōsiderādi, quia sequeretur logicā aliquo modo subalternari sciētię de anima, quia addit supra operationes, quas cōsiderat anima, cōditionē, seu differētia accidētalē; s. dirigibilitatē; Accedit, qd ratio formalis obiecti debet esse indemōstrabilis de subiecto, quia ē mediū in demōstratione, qua de ipso demōstratur propria passio, sed dirigibilitas nō pōt esse mediū, cum potius sit passio de subiecto ipso demōstrabilis; Tandem obiectum instrumentariæ facultatis, qualis ē logica, nō ē opus, ad qd instrumētū ordinatur, sed instrumentū ipsū, & in ipsa logica, aut nō agitur de dirigibilitate cognitionis, aut certè si operationes intellectus cōsiderātur, quatenus dirigibiles, hoc fit in gratiā instrumētorū sciēdi, vt nimirū cognita earū dirigibilitate, & indigētia apta cōficiātur Instrumēta pro directione, vt supradictū ē. Remanet igitur, obiectū logicæ in se esse instrumētū sciēdi, vt cōprehendit definitionē, diuisionē, argumētationē, & si quę alia sūt instrumēta rectè cognoscendi; quāuis enim Doctor. cit enumerādo species instrumēti sciēdi, illa tātū tria recēseat, nō ideo excludere intellexit alia minoris momēti instrumēta, sed ita locutus ē, quia illa tria sunt generalia, & principalia quędā instrumēta, ad quę cætera minoris momēti reduci possūt, vt dicemus disp. seq.

Verùm adhuc dubium remanet de ratione formali, secundū quā logica in se cōsiderat instrumentū sciend; quicūque nostrā amplexati sunt sententiā, dicunt logicā illud considerare, quatenus directiuū, ita vt directiuitas sit obiectū formale, instrumētū sciēdi materiale; & ita coniungendo partē materialē cū formali, subiectū adæquatū sit instrumentum sciendi, quatenus directiuū; qui dicendi modus eandē censurā patitur, quā ille, qui in Philosophia naturali statuit pro obiecto corpus mobile, quatenus mobile, quia non est confundenda ratio formalis subiecti cum passione eiusdem, cū hæc debeat per illam de subiecto demōstrari; directiuitas verò, vt diximus, est propria passio instrumenti sciendi, ideo non bene coniungitur cum eo, velut ratio formalis, assignāda est ergo ratio formalis obiectiua logicæ in se, sicut ī alijs sciētiis, vt supra diximus, vnde sicut in Philosophia naturali ponitur subiectū corpus materiale, quatenus naturale, in Met. ens vt ens, in logica quoque erit instrumentum sciendi, quatenus tale, hoc est.

ē quatenus habet virtutē faciēdi scire, vimque dirigēdi, ità.n. specificatur ratio formalis, secūdū quā cōsideratur, & per quā de ipso directiuitas, velut propria, & adæquata passio pōt demōstrari.

Sed aduersus positā cōclusiō ē obij. citur Primo probādō res oēs, vel voces, aut ētia rationis esse subiectū in logica; Tum quia 1. Elēch. c. ij. & 1. Rhet. c. 1. & 2. docet logicā non versari circa rē aliquā determinatā, sed circa oēs res, & 4. Met. tex. 5. ait Dialecticā laborare circa omne ens, sicut Met. ergo res ipsę sūt subiectū. Tum deindè oēs libri logicę inchoātur à vocib., liber prædic ab æquiuocis, & vniuocis libri de Interp. à nomine, verbo, & oratione, libri resolutorij à definitione syllogismi per orationē, ergo logica ē de vocib., quatenus expressiuis cōceptuū. Tū demū ad probādū ens rationis al qd. esse subiectū probari pōt rationibus allatis præcedenti artic. quibus ostensū est logicam nō pati obiectū reale, sed obiectum rationis exposcere.

Resp. Arist. 1. Elench. & Rhet. voluisse solum Dialecticam quantum ad vsū versari circa omnes res, & ad nullū certum genus constringi, quia in omnibus scientijs syllogismi exercentur; & in hūc sensū etiā explicari potest 4. Met. 5. laborare ū Dialecticus circa omne ens, quia omnibus rebus applicantur instrumenta logica, ideoq; dicitur scientia cōmunis, ita innuit Scot q. 3. vniuers. Ad 2. Arist. cōsultò inchoauit à vocibus, quia voces sunt instrumēta manifestatiua cōceptuum, hoc autem nō est agere per se de vocibus, sed per accidens, & in ordine ad aliud; Accedit, quod hic est sermo de logica secundum se considerata, non autē vt ab Arist. tradita. Ad 3. resp. per idem, quod rationes allatæ art. præced. procedunt de logica Arist. quæ cum tradita sit per terminos secundarum intentionū, vtique ex modo procedendi Artificis sibi vendicat aliquod ens rationis pro obiecto, non tamen ex natura rei, quia sine secundis intentionibus adhuc posset logica institui.

Secūdò obijcit præsertim Auersa probās operationes intellectus quatenus dirigibiles, esse obiectū; Tū quia sicut operationes intellectus, quatenus tales spectāt ad physicā, sic quatenus dirigibiles spectāt ad logicā, sed si in logica cōsideratur, nō videtur quomodo reduci possint ad instrumenta directiua, nō.n. operationes sūt propter instrumēta, sed instrumēta propter operationes, media verò reducūtur ad finē, & nō finis ad media, ergo operationes, quatenus dirigibiles erūt obiectū. Tū 2. quia in alijs facultatibus organicis experimur nō instrumenta esse obiectū, sed operationes, ad quas instrumenta ordināntur, sic in arte scribendi nō calamus, sed scriptura, ad quā ordinatur, ē obiectū, in arte pingēdi nō penicillus, sed pictura, ad quā ordinatur, in medicina non pharmaca; sed sanitas, vel hō sanabilis, ergo pariter in logica. Tū 3. Ethica, quæ tradit regulas, & præcepta directiua operationū volūtatis, nō habet pro obiecto tales regulas, & pręcepta, sed operationes volūtatis, ad quas illa ordināntur, ergo pariter ī logica. Tū tādē, quia logica docet definire diuidere, & ratiocinari, sed hęc sūt operationes itellectus; imo asserere definitionē, diuisionē, & argumentātionē esse subiectū, ē ponere ipsasmet operationes intellectus, nā definitio, diuisio, & argumētatio nō sūt, nisi ipsimet actus intellectus apprehendendi, iudicādi, & discurrendi.

Respōdetur cōcesso etiā operationes intellectus, quatenus dirigibiles, à logica cōsiderari negādo, eas, vt sic ad instrumēta, per quę dirigūtur, reduci nō posse, tā quā ad obiectū in logica primò cōsideratū, quāuis n. instrumēta sint propter operationes in esse physico, tñ in esse scibili res ē cōtra se habet; qd. operationes cōsiderātur propter instrumenta modo iā explicato, sic in lib. post. demōstratio est propter scientiā in esse physico, & scientia est

tia ẽ finis demõstrationis nec propterea sciẽtia ibi ponitur obiectũ, nec demõstratio ad eã reducitur, velut ad primò cõsideratum in eis libris sed potius è contra res se habet, qd. sciẽtia reducitur ad demõstrationẽ, quia ibi cõsideratur natura scientiæ, vt rectè cõficiatur instrumẽtũ generatiuũ eius, qd. est demonstratio, vnde Arist. c. 2. ex hoc, quòd scire est rẽ per causã cognoscere &c. cõcludit, qd. demõstratio dẽt esse ex primis, veris &c. signũ euidens, qd. scientiam cõsiderat in gratiam demõstrationis; sic in 1l. Physic. corpus naturale ẽ propter moueri, quia habet prĩcipiũ motus, & quietis, nec tamen corpus naturale ponitur ad motũ reduci, tanquam ad obiectum ibi primò consideratum, & sic in multis alijs.

Ad 2. facultates organicæ, aliæ sũt simpliciter organicæ, quæ nimirũ ita circa instrumẽta versãtur, vt nõ attingant opus, ad qd. illa ordinãtur, sed facultates illas, quib. famulantur, vti se habet frænefactiua respectu equestris, ferraria respectu lignariæ, lignaria respectu nauticę, & sic de multis alijs; aliæ sũt, quæ ita de instrumẽtis agũt, vt etiã attingãt opus, ad qd. ordinãtur, quæ proinde ministræ simpliciter appellari non possunt, quia alijs non famulantur, nec simpliciter instrumentariæ, quia etsi de instrumentis agãt, non tn. vt alijs ea subministrent, sed vt eisdem ipsemet vtantur ad illud idem opus perficiendũ, ita se habent scriptoria, pictoria, medicina, &c quãuis igitur in facultatibus organicis secũdi generis nõ instrumenta, sed actiones, ad quas ordinãtur, sint obiectũ tamen in facultatibus primi generis instrumenta solũ sũt obiectũ, nõ actiones, quæ à tali facultate nõ attinguntur, vndè negatur paritas in argumento assumpta, scriptoria .n. pictoria, medicina, &c. sunt artes secundi generis, logica verò primi, vt ostẽsum est.

Ad 3 negari posset operationes volũtatis, quatenus dirigibiles esse obiectũ in Ethica, cũ potius sit hõ, quatenus beabilis, vt innuit Scot. q. 3. Prolog. ad 3. 1. q. Concesso tamen hoc, negari debet paritas assumpta de Ethica, & logica quia Ethica non solum tradit regulas, & præcepta operationum voluntatis, verum etiã elicitiuè attingit operationes ipsas directas, logica verò non ita se gerit circa operationes intellectus. vt dictũ est;

Ad 4. logica docet definire, diuidere, & ratiocinari idealiter tãtũ, quatenus tradit instrumenta directiua apprehẽsionis iudicii, & discursus, quæ sunt definitio, diuisio, & argumentatiõ, ex quo sequitur potius logicã versari circa instrumẽta, velut obiectũ, quã circa operationes; Cum verò dicitur, isthęc nõ esse, nisi ipsos actus intellectus apprehẽdẽdi. iudicãdi, &c. respondemus definitionẽ, diuisionẽ, & argumentationẽ dupliciter sumi posse, vel formaliter quatenus sunt actus. quibus apprehendimus, iudicamus, & discurrimus, vel obiectiuè, quatenus sũt instrumẽta quędã directiua actuũ itellectus, secũdũ qd. munus terminare possũt actũ intellectus, & tanquam obiecta sciẽtiã cõstituere, si primo modo cõsiderẽtur, vtique coincidũt cũ operationibus intellectus, sed nõ secũdo modo, in quo tantùm hic de illis loquimur.

Tertio obijcit P. Fuentes cit. ar. 6. argumẽtatio sola, seu, syllogismus est verè modus, & instrumẽtũ sciẽdi quia habet vim illatiuam, non autem definitio, & diuisio, ergo solus syllogismus est subiectum in logica secundum se: Probatur assumptum, nam definitio, & diuisio, etiamsi supponantur ad scientiã, non tamen modum sciendi tribuũt, nisi quatenus vi syllogistica diriguntur, patet in hac definitione, *Homo est animal rationale*. quæ nec scientia est, nec potest modum sciendi tribuere, nisi in syllogismo constituatur hoc modo, *Omnis homo est animal rationale, Petrus est homo, ergo est animal rationale*, ergo definitio non est propriè instrumentum sciendi. Respõdetur nos hic nõ accipere instrumentum

mentum

mentum sciendi in tanto rigore, sed iux ta communem loquendi modum Summulistarum, qui illud definiunt, quod sit oratio manifestatiua alicuius ignoti quomodocunque id fiat, siuè per vim illatiuam, si e alio modo, & nomine modi sciendi intelligimus viam quandam distinctè cognoscendi, id quod antea cognoscebamus confusè, quo sensu definitio, & diuisio sunt instrumenta sciendi, vt magis patebit disp. seq.

De essentia logicæ.

ARTICVLVS QVARTVS.

SEx genera notitiæ intellectualis, loquẽs præcipuè de habituali, tradidit Arist. 6 Ethic. c. 3. Intellectũ, quę ẽ notitia primorũ principiorũ quibus intellectus assentitur ex sola terminorũ apprehensione absque discursu; scientiã, quæ est notitia certa, & euidens de obiecto necessario habita per discursũ syllogisticũ, si propriè sumatur, vt de ea loquitur Arist. 1. Post. c. 2. Sapientiã, quæ est notitia rerũ pręstãtissimarũ, & maximè vniuersaliũ, vnde Metaphysica dicitur propriè sapientia 1. Met. c. 1. Prudentiã, quę est notitia directiua actionũ humanarũ, vt benè fiãt in genere moris, & laudabiliter, Artem, quæ est habitus cũ ratione actiuus, vel factiuus, & opinionẽ, quæ nõ est notitia certa, & euidens, ac de obiecto necessario, sed probabilis, & obscura, ac de re cõtingenti. Vt ergo quidditatẽ, & naturã logicæ attingamus, videndũ ẽ, sub quo horũ habituũ itellectualiũ cõtineatur; Quod n. quamplures asserunt, vt Zab. lib. 1. de nat. log. Balduinus q. 7. Niger q. ij Clyp Zimar. in Tab verb. *Abjurdum est* logicã ad nullũ ex his generibus pertinere, sed esse peculiare quoddã genus notitiæ, quã vocãt habitũ, seu facultatẽ instrumentalẽ, & modũ sciendi; ex hoc ipso refellitur, qd. mãcã faciũt, & insufficientẽ diuisionẽ ab Aris. cit. datã de habitibus intellectualibus vt fusè prosequitur. Faber theor. 1. ca. 3.

Neque ad rẽ est, qd. nuper excogitauit Auersa q 1. log. sect. 5. vt aliquid noui videretur afferre, qd nimirũ logica in aliqua sui parte est essentialiter intellectus, quia cõtinet quædam principia ex terminis nota, & per se statim euidẽtia, eaq; tradit in ordine ad directionẽ nostræ cognitionis; & in magna parte ẽ essentialiter opinio: nam ea, quæ fusius, & acrius pertractãtur in logica, sũt illa, quę in disputationẽ veniũt, quæ auctoritatibus, ac rationibus probabilibus trãsiguntur, & varijs opinionibus in partes cõtrarias resoluũtur, nec habetur certitudo, & euidentia veritatis, sicut ad scientiã requiritur, vndè in his õnibus logica est opinio, nõ sciẽtia; cõcludit tãdem esse verè, & propriè scientiã quantũ ad illas veritates, & cõclusiones vniuersales, quas certò, & euidenter probat. Sanè inutilis prorsus est hìc labor Auersę, & minimè necessarius; tũ quia ita quoq; res se habet cæteris scientijs, qlibet n. sua pricipia habet per se nota; & in quacunque plura probabiliter disputãtur ab Auctoribus pro vtraque parte, tũ quia quando proponitur quęsti o de aliqua facultate, an sit scientia, sermo instituitur non de notitia principiorũ primorũ in ea facultate, sed de notitia cõclusionũ, & quærimus, quomodo procedat ad probãdas illas, & ex tali processu arguimus, an sit scientia vel opinio; tũ tãdẽ quia cõditiones scientiæ, quæ ab Arist. insinnãtur 1. Post. tex. 5. & 6 Ethic. c. 3. ad tres reducũtur, qd. habeat subiectũ, qd illud subiectũ habeat passiones, & quod hæ demõstrẽtur de illo per causam, ergo eo ipso qd. aliqua facultas habet hæc õnia, licet etiã quædam quæsita minoris momenti in ea facultate cadant sub disputantium opinione, absolutè tũ facultas illa dici debet scientia, qua ratione etiam Auersa loc. cit. concludit logicam absolutè dici debere sciẽtiam, & itã est loquendũ in cœteris scientijs, etiamsi multas contineant conclusiones probabiles, vt benè notat Arriaga disp. 3. log. sect. 2.

Extant

Extant itaque in hac re quatuor placita, duo extrema, & duo media; Prima sententia extrema est eorũ, qui absolutè negant logicã tam docentẽ, quàm vtentẽ esse scientiã pro qua referũtur Simplicius, Amonius, Philopponus, & alij veteres; quos sequitur Villalp. q. 5. procem. Secũda extrema asserit vtrãque esse sciẽtiã; ita Murcia q. 3. proem. Didacus à Iesu q. 5. Cauero disp. 2. dub. 4. & alij moderni. Tertia media vtentẽ logicã ait esse scientiã, nõ quidẽ distinctam ab alijs sciẽtijs, sed esse varias ipsas sciẽtias, docẽtẽ verò, quæ propriè est logica ab alijs sciẽtijs distincta, nõ esse sciẽtiã, ita Zab. loc. cit. vbi testatur hãc esse cõmunem Grecorũ sẽtentiã. Quarta tãdẽ media, quæ est Latinorũ cõmunis, è cõtra asserit vtẽtẽ logicã nõ esse scientiã, sed potius artẽ, bene tñ docẽtẽ, ita Scot. q. 1. Vniuers. quẽ sequũtur Scotistę omnes Maur. Anglic. Sarnan. Brasauol. ibi, Faber theor. 1. Fuẽtes q. 5. diff. vn ar 3 Roccus q. 1. proem. & Tatar. tenet etiam D. Tho. 4. Met. lec. 4. cũ suis Sot. Sãc Mas. Cõplut Sed inter istos adhuc quæstio ẽ, à logica docẽs quoad oẽs partes sit sciẽtia, multi n. q. Topicã excludũt, eo quia procedit ex cõmunibus ũde hac ratione nolũt eã appellare docẽtẽ, sed vtentẽ, & ĩ hũc sẽsũ Scotistæ quãplures Scotũ interpretãtur q. 1. vn uers. quãdo ait logicã vtẽtẽ nõ esse sciẽtiã, quia procedit ex communibus, ita Sarnan. & Fab cit.

Dicendũ est logicã docẽtẽ quo ad oẽs suas partes esse scientiã, nõ artẽ, vtentẽ vero artẽ, nõ sciẽtiã: Ita Scot. q. 1. vn. & q. 3. Elench. vbi Maurit. & Anglic. Probatur autẽ primo, qd. sit scientia quoad oẽs partes, quia logica demõstratiuè procedit ad suas cõclusiones probãdas, nõ solũ in parte analytica, sed etiam in topica. & sophistica, nam vt Maur. ait, ita probabilitas de syllogismo dialectico, & apparentia de sophistico. & necessitas illationis de syllogismo simpliciter sumpto demõstrãtur per propria principia sicut procedere ex necessarijs de syllogismo demonstratiuo, ergo quoad omnes partes est verè scientia. Probatur assumptum ex Scot. q. 3. Elench. ita enim bene ostenditur apparentia de syllogismo sophistico, tanquam eius passio, per vnitatem vocis in fallacia æquiuocationis, tanquam per proprium medium, sicut risibile de homine per animal rationale, ita etiam per propriũ mediũ probabilitatem demonstrat de syllogismo Topico, quia omnis syllogismus cõstãs ex probabilibus præmissis natus est inferre conclusionem probabilem, sicut constans ex necessarijs natus est inferre necessariam, cum ergo doctrina, quã logica tradit de syllogismo probabili, & apparenti in Topica, & Elench. nõ sit probabilis, & vitiosa, sed certa, & euidẽs, ac illa quã tradit in parte analytica de demõstratiuo, cõsequẽs ẽ, vt logica docens quoad oẽs partes sit scientia propriè dicta, quia simili etiã modo probat, qd. vniuersale prædicatur de pluribus, quia est in multis quod definitio est manifestatiua quidditatis rei, quia constat ex genere, & differentia, & sic de alijs.

Respõdet Zab cit. c. 3. quòd licèt doctrina logica dici possit sciẽtia capiẽdo sciẽtiã pro cognitione certa, & euidenti acquisita ex vi syllogismi necessarij, & euidentis, tñ nequit propriè dici scientia, quia nõ est de obiecto necessario, & æterno, vt ad sciẽtiã exigitur 1. Post c. 2. quia versatur circa secundas intentiones, quæ sunt merè contingentes, & tãdiu sunt, quamdiu ab intellectu fiunt.

Faber cit. c. 3 vt ostendat, quomodo etiam entia rationis sint suo modo necessaria, distinguit tres gradus necessitatis. in primo ponit substantiam, in 2. accidentia, in 3. secundas intentiones logicales, quas intantum vult esse necessarias, inquantum fundamentum habent in rebus, & non perperam finguntur ab intellectu nostro, in quo distinguuntur à figmentis, quod ibi longo sermone declarat.

clara. Sed euasio Zab. parũ valet, & Faber lauorẽ assumit voluntariũ, quia vt docet Doct. 1. d. 3. q. 4. nõ exigitur in obiecto scientiæ necessitas incõplexa, nec de tali loquitur Aris. alioqui nec Philosophia, immo nec vlla cognitio de rebus creatis posset habere rationẽ scientiæ cũ oẽs sint corruptibiles, & solum de Deo sciẽtia foret; sed sufficit necessitas cõplexa, i. necessitas cõnexionis alicuius prædicati cũ eo, & talis necessitas locũ quoque habet in entibus rationis, & secũdis intentionib., nã de ipsis etiã formari possũt propositiones æternæ veritatis cõiũgẽdo cu eis prædicata, quę ipsis necessariò cõpetũt, & talib. propositionib. tota logica ẽ plena, vt qd Genus prædicatur de plurib. specie differẽtib., de quocunq. dicitur subiectũ, dicitur quoque prædicatũ. Cui accedit, qd. instãtia Zab. procedit etiã solũ in logica Aris. quę est de secũdis intẽtionib., nõ autẽ in logica absolutè sumpta, & ex natura rei quo sensu agit de instrumentis sciendi realibus.

Respõdẽt alij nõ sufficere ad scientiã, qd. sit cognitio certa, & euidẽs, & de obiecto necessario habita per demõstratioñẽ, sed adhuc esse debet ob solã veritatẽ, in qua sistatur, at logica ordinatur ad opus nimirũ ad efficiẽdas rectas operationes intellectus. Sed hæc ẽt euasio nulla ẽ, quia hæc nõ ẽ cõditio scientiæ absolutè sũptæ, vt patet ex 1. Post c 2. sed tñ sciẽtiæ speculatiuæ, & hæc ipsa ordinatio ad aliud nõ ĩpedit, qui aliqua cognitio sit sciẽtia, alioqui nulla practica foret scientia.

Secũdo probatur logicã docẽtẽ non posse dici artẽ; quia vt colligitur ex Aris. 6. Ethic. c. 4. ratio artis repugnat sciẽtiæ, nã ars circa singularia versatur, versatur n circa generationẽ rerũ, & generatio ẽ singulariũ: sciẽtia verò ẽ vniuersaliũ, ars agit de cõtingẽtibus, sciẽtia de rebus necessarijs, ergo cũ logica docens sit scientia, nõ põt dici ars; Tũ quia logica docens est habitus speculatiuus, ars õnis autẽ ẽ habitus practicus, & operatiuus saltim prout practica distinguitur à theorica, vnde D. Th. . Met. lec. 1. diuidit artẽ cõtra rationẽ speculatiuã, illãq; ponit in parte practica intellectus. Tũ tandem quia finis intrinsecus artis est opus, vndè definitur, q. d. sit habitus cum recta ratione factiuus, operatio verò directa nõ est finis intrinsecus logicę docentis, sed tñtũ extrinsecus, vt patet ex 2. art. nõ. n ipsa efficit syllogismos, sed efficere docet, & in tali cõtẽplatione sistit.

Tertio qd. ex opposito logica vtẽs nõ sit sciẽtia, sed ars; probatur, quia logica vtens proprè loquendo est habitus, quo instructi facile conficimus definitiones, diuisiones, & syllogismos iuxtà præcepta docentis logicæ, cum ergo circa singularia versetur, & res à nobis operabiles, non erit scientia, sed ars, quia ars est habitus cum recta ratione factiuus, cum verò non efficiat opera externa, sed interna, non erit ars mecanica, quæ in operibus externis consumatur, sed liberalis in bonum animi ordinata, & ità eam appellauit Suarez in Met. disp. 44. in fine.

Respõdẽt aliqui ad rõẽ artis requiri, qd. producat opus externũ, ità. n. docuisse videtur Aris. 6. Ethic. c. 4. atque ideò logicã vtẽtẽ nõ posse dici artẽ: Sed Cõtra, qa. vt benè notat Blãch. dis. 2. proœm. sec. 5. ex eo, qd. opus sit externũ, vel ĩternũ, nõ tollitur ab eo ratio operis artificiosi, ergo neq; ab habitu tolletur ratio artis ex hoc qd. illud, vel illud efficiat, probatur assũptũ, quia propria ratio operis artificiosi ĩ eo sita ẽ, vt sit cõformis regulis artis, põt aũt talis cõformitas ĩ opere reperiri, siuẽ sit externũ, siuẽ ĩternũ. Accedit qd. si ad rõẽ artis necessaria foret effectio externi operis, artes liberales amittent rationẽ artis, cũ ĩterius pręferĩ cõsumẽtur, vt pote quæ ordinatæ sũt ĩ bonũ animi, nõ corporis. Aris. aũt. cit. ideò præfer ĩ habitui factiuo, i. cui opus externũ correspõdet, tribuit ratiõnẽ artis quia sicut ĩ opere externo, vt pote sẽsibiliori magis apparet receptio directionis fa-

nis factæ per regulas artis quàm in interno, ita in habitu factiuo etiam magis apparet ratio artis; non ob id tamen absolutè neganda est ratio artis habitui actiuo, & immanenti, qualis est logica vtés, nam Arist. 6. Met. c. 1. diuidit artem in ártem actionis, & effectionis, vt notat idem Blanc. lib. 1. instit. Dialect. sect. 4.

Quçres, à logica saltim vtês passiuè sũpta nimirũ pro logica ipsa docête cæteris scientijs applicata, vt sic, possit dici sciẽtia? Negat P. Faber c. 1. cõcl. 2. quia talis vsus, & applicatio nõ habet vĩ tribuẽdi logicæ rationẽ sciẽtię, sed potius supponit habitũ logicę in tali genere cõstitutũ, ergo sub tali specificatione recipere nequit denominationẽ sciẽtiæ. Sed potius cũ Tat. q. 1. proœm. §. *primo sciẽdũ*. dicẽdũ est esse sciẽtiã, quia in hoc sensu nõ est habitus distinctus à logica docente, & sub hac specificatione adhuc dici potest scientia; imò hac ratione passim logica dicitur scientia cõmunis, vt docet Scot. q. 2. vniuers. non ergo hæc cõitas vsus, & applicationis eius quibuscũque scientijs tollit, quin adhuc sub tali communitate dicatur scientia, & vt sub tali vsu possit dici scientia, non est necesse, quòd ab eodem vsu rationem scientiæ accipiat, vt Faber velle videtur, sed sufficit vt ratio scientiæ, & vsus non pugnẽt in eodem habitu, & ita est in proposito.

Soluuntur obiectiones.

IN oppositũ obijcies 1. auct. Arist. qd. logica docẽs nõ sit sciẽtia, nã 1. Ethic. c. 4. ait tollere naturã logicæ, qui eã nõ vt facultatẽ, sed vt sciẽtiã tradũt, & 1. Top. c. 9. enumerãs tria problematũ genera, docet, qd. alia per se respiciũt electionẽ, & fugã, vt sũt problemata actiua alia per se tẽdũt ad veritatẽ, & sciẽtiã, & sũt speculatiua, alia demũ ait vtrique parti auxiliari, & sunt problemata logica. Et 2. met. 15. ait absurdum esse quærere simul sciẽtiã, & modũ sciendi, vbi per modum sciẽdi intelligit logicã secũdũ oẽs expositiones, ergo cũ distinguat Arist. scientiã à modo sciẽdi logica nõ erit sciẽtia. Et 4. Met. 5. & in principio Rhet. ait logicã nõ tractare de aliqua re determinata, cũ tamen scientia versari debeat circa obiectũ certũ, & ei propriũ. Et demũ 6. met. c. 1. enumerans scientias speculatiuas logicæ non meminit, sed tantum recenset Matematicam, naturalem, & diuinam.

Respõdetur ad primã, nõ negare ibi esse sciẽtiã absolutè, sed qualẽ eã aliqui ponebãt, vt. s. nõ esset disciplina organica, & alijs sciẽtijs præmittẽda, reprehendit enim eos, qui in Dialectica de materia õniũ scientiarũ promiscuè disputabãt, & monet eam debere prçmitti alijs scientijs. Ad 2. inde nõ colligitur nõ esse scientiã, sed esse scientiã organicã, non autẽ prorsus gratia sui, vt sũt aliæ scientię merè speculatiuæ. Ad 3. ait Doc. q. 1. vniuer. logicã dici modũ sciẽdi, nõ formaliter, & ĩ recto, sed materialiter tãtũ, & ĩ obliquo, quatenus ẽ de modo sciẽdi, tãqua de proprio obiecto; per sciẽtiã verò alias intelligit scientias, quæ sunt de rebus, & non de modis sciendi, & quia prius debet cognosci modus sciẽdi, quã res ideo ait Arist. absurdũ esse vtrũque simul quærere. Ad 4. logica quãtũ ad doctrinam est de certa re, & determinato obiecto, quod est instrumentũ sciendi in tota logica absolutè sumpta, vel syllogismus in logica Arist. sed quantum ad vsũ versatur circa õnia indeterminatè, quia omnibus scientijs applicatur, vnde dicitur scientia communis Ad 5. iam supra statuimus logicam esse partem Philosophię, atque ideo reducitur ad secundum membrum, prætereaquam quod locus ab auctoritate negatiua nihil probat.

Secũdo arguitur ad idem rõnib sciẽtia est de necessariis, & perpetuis. vt docet 1. Po. h. Arist. c. 2. & 7. sed logica docens est de cõtingentibus, nam est de secundis intentionibus, quę fiunt ad libitũ nostrum. Nec valet solutio superius allata in conclusione probanda, s. in secũdis intentionibus inueniri etiam suo mo

do

do necessitatē cōplexā.i.necessariā cōnexionē quorūdā prędicatorū cū ipsis, & hāc ad scientiā sufficere;& argumentum ad sumū cōcludere de logica Arist. quæ vtique est de secundis intentionibus, nō de logica in se, quæ est scientia realis. Neutra solutio valet non prima, qui extrema propositionū logicaliū sūt corruptibilia, ergo etiā cōnexio quę super illa fundatur, quandoquidē destructo fundamento labitur quoque fundatum, neque secunda, quia etiam logica in se tractat de instrumentis sciendi, quæ sunt res à nobis operabiles, ac proinde cōtīgētes.

Respōdetur optimā esse solutionē allatā ad impugnationē dicimus ex Scot. 1.d.3 q.4.duplicē esse necessitatē,& immutabilitatē cōnexionis, vnā simpliciter quæ cōpetit extremis desitioni nō obnoxijs, alterā secūdū quid, quæ cadit inter extrema, quæ licet in se sint corruptibilia, habitudo tñ inter eā nūquam mutari pōt in falsā, & hæc necessitas reperitur in propositionibus Logicalibus, & sufficit ad scientiā, alioqui argumentū vrgeret etiā ī propositionibus Physicalibus, & Mathematicis, quarum extrema sunt corruptibilia Nec etiam argumentū cōcludit de logica in se, quia licet instrumēta illa quoad existentiā sint res contingentes,& à nobis operabiles, necessaria tamen sūnt quoad possibilitatē, & in hoc sēsu cōstituūtur obiectū. logicæ ī se.

Tertio probatur, qd. saltim in ōni sua parte nō sit scientia, vt docēs, nā in lib. Top. instituit modū, quo procedi possit ad cōclusiones in singulis scientijs probabiliter ostendendas, vnde Topica dicitur procedere ex cōmunibus, ideo Doct. q.1. vniuersf. negat esse sciētiā. In lib. Elench. instituit modū, quo possimus decipere, & sophismata efformare, vnde vocatur ars deceptoria. Rursus nō omnes actus procedentes ab habitu logicæ docentis sūnt scientifici, imò potius generant falsitatem, nā si hic cōficiatur syllogismus in Barbara. Omnis canis ē Asinus, omnis homo est canis, ergo omnis homo est Asinus, fatetur logicus esse discursum bene confectum in Barbara, & tamen generat falsitatē. Demùm logica nō acquiritur per demōstrationē, quia tunc ante logicā dāda esset alia logica, per quā illa demonstratio esset nota, & sic daretur processus infinitum, ergo &c.

Respōdetur ex Scot.q. 3.Elench. qd. licet logica instituat modū, quo procedi possit ad cōclusiones probabiliter,& etiā sophisticè ostendendas, hoc totū tñ demōstratiuè facit ex proprijs principijs ostendendo probabilitatē de syllogismo Topico, apparentiā de Elencho, Topica verò dicitur procedere ex cōmunibus, quia quādo applicatur ad alias sciētias, vtimur suis locis cōmunibus à definitione, à coniugatis, à cōtrarijs,&c. quo sensu vtique non est scientia. Ad 2. potest in eo, & similib. syllogismis considerari cōsequens,& cōsequentia,& licet nō detur in eis actus scientiæ cōsequentis, qd. materiā cōcernit; datur tamen vera sciētia consequentiæ, quæ respicit formam, & cum ab habitu logicæ depēdeant quo ad formam,& secūdū formā sint optimè dispositi in modo, & figura, sequitur scientificum esse habitum logicæ, & ad actus scientificos inclinare. Ad 3. logica acquiritur per aliquā vnam demonstrationem directam, & regulatam à logica naturali, vel artificiali imperfecta.

Quarto arguitur, quòd logica docēs sit etiam ars cum Ioan. de S. Thom. p.2. log. q.1. ar.2.& Auers cit. quia ars ē recta ratio operum faciendorum, talis autem est logica docens in ordine ad operationes intellectus. Tum 2. quia duo requiruntur ad artē, ex parte materię qd. sit capax regulationis, ex parte formæ, quæ se habet vt regula dirigens, qd. fiat directio per certas,& determinatas regulas; vtrumque adest in proposito, nā operationes intellectus, sicut sūt capaces erroris, ita, & directionis, & logica habet certas,& determinatas regulas, ergo nil deficit.

deficit vt ars liberalis dicatur. Tū 3. quia ratio artis nō repugnat cū scientia, nā li. cet ex parte applicationis hic, & nūc faciēdæ ars sit de singularibus, & cōtingētibus, tñ ex parte regularū est de n. cessarijs, & vninei saltibus, illæ. n. sūt certæ, & determinatæ in vniuersali. Tū 4. quia, vt ait Auersa, præter notitiā vniuersalē logicā datur particularis, & determinata ad hoc opus efficiēdū hic, & nūc, ergo saltim talis notitia directiua, quæ spectat ad logicā docentē, erit propriè ars. Tū denique quia falsū est ōnem artē esse habitū practicū, id .n. verum est, quando eius opus est praxis, non autem quando. est pura speculatio, vt est in proposito

Respondetur negādo assūptū, qd. illa sit cōpleta ratio artis nā 6. Ethic c 4. definitur, qd. sit habitus cū recta ratione cōiūctus ad efficiēdū idoneè, ex quo colligitur artē integrari ex habitu cognitiuo in intellectu, & operatiuo in potētia exequente; siuè sit ab itellectu distincta, siuè nō, & ratio ē, quia finis itrinsecus artis nō ē sola cognitio modi, quo operari debemus, sed etiā ipsū opus, modo logica docēs sistit i sola cōtēplatione regularū, nō, autē efficit rectas operationes itellectus, sed hæc ē logica vtēs, quæ ideo dici pōt ars. Ad 2 præter illa duo requiritur adhuc, vt habitus, qui dicitur ars, physicè. & exercitè introducat formā in materiā capacē directionis, qd. nō facit logica docēs, quæ tātū docet, nō aūt efficit. Ad 3. negatur assūptū, ad probationē dicēdum artē præscindi nō posse ab applicatione ad opus hic, & nunc exercēdū, cū sit habitus suaptenatura effectiuus, cuius proinde finis intrinsecus est opus, & ideo 6. Ethic. c. 3. ait Arist. *artem versari circa generationem rerum*. Ad 4. nec etiam illa notitia particularis dici pōt propriè ars eadem ratione. quia. s. physicè nō attingit op. s. quod est de ratione artis sed tantum idealiter, & directiuè. Ad 5. ars omnis dicitur habitus practicus, quatenus est operatiuus, & effectiuus, non autem in simplici contemplatione consistens etiam si operatio, quam attingit, non sit praxis. Hac tamen ratione negant Complut. q. 6. esse propriè artem, quia non operatur ea intentione, vt operetur, sed vt cognoscat, & D. Thom. vocat artem speculatiuam 2. 2. q. 47. art. 2.

Quomodo tandem obijcitur ad probādum, quod logica vtens sit scientia; quia secundum communiorem est idem habitus cum docente, cū autem ex natura rei, & non ex consideratione nostra habitui conueniat esse scientificum, vel nō esse, planè si docēs est sciētia, erit etiam vtens, alioquin de eodem contradictoria ex natura rei verificarētur. Res. hoc argumentum satis molestum esse ponentibus logicam docentem, & vtentem eundem habitū realiter importare, vndè valdè laborant. Cōplut. .pro eius solutione disp. 1. proœm. q. 5. Fuentes verò mirabilia effutit indigna planè, quę referūtur; Didacus q. 5. prohœm. vt consequēter loquatur, concedit logicā vtētem esse sciētiam; nobis tamen argumentum nihil facessit negotij, quia concedimus importare diuersos realiter habitus, immo hæc erat vna ratio, qua id probauimus ar. 1.

ARTICVLVS QVINTVS.

De qualitate logicæ.

CIrca qualitatē istius sciētię duplex occurrit difficultas, Prima est, an sit scientia rèalis, vel rationalis; nec est difficultas de logica intrinsecè considerata; & formaliter, in hoc. n. sensu, cum sit vera qualitas de prima specie, nulli dubiū est esse scientiam realem, sed difficultas est de logica extrinsecè, & obiectiuè cōsiderata. Recentiores quamplures, & præsertim qui art. 3. assignabant logicæ obiectum operationes intellectus, defendunt logicam esse scientiam realē. Qui verò statuebant obiectum ens rationis, aut secundam intentionem, vel aliquid consimile asserunt cōsequenter esse sciētiam rationalem, & ità supponere videntur Thomistæ, & Scotistę omnes.

Dicen-

Dicēdū nobis ē cōsequēter ad ibi dicta: qd.logica ex natura rei ē sciētia realis,sed prout ē ab Arist.cōtexta ē sciētia rationalis. Probatur autē cōclusio euidētissimis rationibus. Certū ē sciētiā pēdere in suo esse, & cōseruari ab obiecto, nā scientia est alicuius scibilis scientia, vnde impossibili existente aliquo obiecto,impossibilis quoque est sciētia illius obiecti,sed si ipossibile foret ēs rationis, & quælibet secūda intētio, adhuc extaret,vel possibilis foret illa sciētia quæ logica nuncupatur, ergo ex natura rei est sciētia realis,probatur minor, si nullū daretur ens rationis,adhuc intellectus nostèr posset operari,quià neque itellectus nèc eius operatio pēdet ab ēte rationis, sed è contra,& eius operatio posset adhuc dirigi,& regulari per aliqua præcepta,sciētia verò tradēs huiusmodi præcepta esset logica,quę ī hūc finē ē ad iuēta vt dirigat itellectū, ne erret ī operādo.

Respōdēt cōtrarij,qd.cū regulę dirigētes actus intellectus tradātur in actu signato,vt patet cū dicitur genus prædicari de specie,speciē de īdiuiduo,& hoc modo assignari requeāt nisi p terminos secūdarū intētionū,idcircò nisi istę possibiles forēt,nec illę regulæ posset ab aliqua sciētia tradi, & sic amotis secundis intētionib.remoueretur logica ī qua tradūtur huiusmodi regulæ.Sed cōtra,quia huiusmodi regulæ possent tradi etiam in actu signato per terminos primæ intētionis,ergo &c.probatur assumptū, vbi.n. nūc dicitur genus prædicari de specie, & per hāc regulā dirigitur intellectus ad benè apprehēdēdā speciei quidditatē,& de illa rectè iudicādū,& enūciādū, possemus per terminos primæ intentionis eandē assignare regulā dicēdo,qd.natura cōmunis sēper includitur ī inferioribus, quæ regula non minus inseruiet ad benè apprehendēdā inferioris naturā; & de illo rectè iudicandum, quàm illa per terminos secundæ intentionis tradita,vt patet cōsiderāti,& idē iudiciū de alijs regulis,quas nūc ī terminis secūdæ itētionis habemus in logica,ē faciēdū. Accedit,qd.sicut Ethica instituta ad dirigēdas operationes volūtatis tradit suas regulas per terminos primæ itētionis,posset similiter logica alias regulas,vel easdē tradere p terminos eosdē dirigētes operationes ītellectus; Nec ūquā cōtrarij sufficiēter ostēdēt,ūdè tātā habeat logica necessitatē secūdarū intētionū ad dirigēdas operationes intellectus,sola vtilitas ostendi potest, vt postea dicemus.

Deindè adhuc efficacius arguitur;instrumēta sciendi,de quibus agit logica, & præsertim demōstratio,quę est oīum prǽstātissimū, sūpta pro prima intētione,vel habent vim faciendi scire,ac dirigendi,vel eā nō habent,sed accipiūt à secūda intentione superueniente;nō secūdū,quia ens rationis talē vim enti reali cōferre nō pōt,& cū demōstratio sit vera,&.realis causa scientiæ, dici nequit, qd.producat effectū realē per ens rationis,tāquā per rationē causādi;tū etiam quia secūdæ intentiones logicales habēt fūdamētū in primis,atq;ita vim faciēdi scire præsupponūt in primis, ergo primū cōcedēdū ē.sed si instrumēta logicalia vim habent dirigendi,& faciendi scire antecedenter ad secūdas intentiones, consequens est, vt etiam ātecedēter ad eas possint cōstituere scientiā logicalem.

Respōdet P.Ioan.de.S.Th.p.2.log q. 1 art.3.qd.effectiua, & physica causalitas, qua actus demonstrationis generat scientiā, nō pertinet per se ad logicā dirigentem, sed ad scientiā directā,& hæc effectiua generatio cōuenit illi ratione actuū realiū, quibus demonstratio constat. Per se autem pertinet ad logicam considerare in demonstratione rectam dispositionem syllogisticam veritatū, & conuenientiam materiæ, .s. quod propositiones sint necessariæ,per se, & rectè dispositæ, quæ sunt conditiones ex parte obiecti requisitæ,vt processus scientificus ordinetur,non autem tales cōditio-

nes sunt virtus ipsa effectiua scientiæ.

Sed contra est, qd. in primis cõuenientia materiæ, .i. propositionũ necessitas, nõ est aliquid rationis, ergo cum hæc per se spectet ad logicã, vt etiã fatetur hic Auctor, aliquid reale per se considerabit, sed probatur etiam, quòd cõuenietia formæ, .i. recta dispositio propositionũ sit aliquid reale, nã certũ est demonstrationem generare scientiã, nõ quomodocunque, sed inquantũ est rectè dispòsita, quia ex eisdẽ propositionibus nõ ordinatis, vel generatur error, vel saltim disparata cognitio, ergo cũ etiam hæc ordinatio concurrat ad generationem scientiæ, erit quid reale, nõ autem pura relatio rationis, cum effectus realis dependere nequeat essentialiter ab ente rationis, & cum hæc ad logicam per se spectet, planè logica ex natura rei scientia realis erit. Confirmatur hæc ratio, ideo enim dicimus Musicæ proportiones, & coordinationes esse aliquid reale, quia aurium oblectamentum causant, qui est effectus realis, quod vtique sine ordine non causarent, ergo sic in proposito.

Respõdẽt Cõplut. disp. 1. q. 2. num. 25. non ex eo, qd. inter ipsos actus requiratur talis ordo, aut dispositio, vt generẽt scientiã, ideo ordo ille debet dici realis, quia iste nõ est forma cõstitutiua actuũ in esse causæ scientiæ, sed tantũ cõditio sine qua nõ, nõ repugnat autẽ aliquod ens rationis interdũ esse conditionem alicuius causæ realis, nã in Sacramentis nouæ legis significatio est quid rationis, & tamẽ est cõditio sine qua non causarent realiter gratiã, & qd. certius est, voces significatiuæ verè, & realiter causant in auditu species intentionales rerum, quas significant, cum tamen significatio, sine qua tales species non causarent, sit quid rationis resultans in illis ex impositione humana.

Sed quãuis verum sit prædictã actuum ordinationẽ concurrere ad generandam scientiam non velut rõnem causand, sed vt conditionẽ causantis & relationẽ realem posse per modum conditionis sine qua non concurrere ad effectum realem absolutum, vt Scot. docet 3. d. 2. q. 2. sub F. de approximatione causarum extrinsecarum, & vnione intrinsecarum ad communem effectum producendum, nã causæ nequeunt effectum producere, nisi approximatæ, & vnitæ; Et hoc tamen non sequitur prædictam actuum dispositionẽ in demonstratione esse respectum rationis, imò cum ille ordo inter præmissas ad inferendam conclusionem se habeat, veluti approximatio causarum, vt effectum producant, sicut hæc in causis est relatio realis, ita & ordo ille inter præmissas, quo vna collocatur sub alia, erit respectus realis. Nec sequitur, si relatio realis potest esse conditio causæ realis, ita esse posse relationem rationis, nam non videtur vndè assignari possit in effectu reali talis, ac tam necessaria dependentia ab ente rationis; & si assignabitur, tandem reduci debebit in aliquã causam, seu conditionem realem, ex qua resultat illud esse rationis, vt ipsimet Complut. ibi fatentur; ex quo patet illud esse rationis merè concomitanter, & per accidens se habere ad productionem realis effectus, & ita euenit in proposito in illatione conclusionis ex præmissis, vt infra declarabitur ex professo d. 3. Exẽpla verò adducta à Complut. non sunt ad rem; nam falsum est sacramenta nouæ legis physicè causare gratiam, cum tãtũ causent moraliter, vt apud nostros in materia de sacramentis habetur; & voces causare physicè species intentionales in auditu, exercitium siquidem significationis vocis, cum se ingerit audienti notitiã rei significatæ, nõ fit per causalitatem physicam, sed per quandam excitationem, veluti moralem, qua vox moraliter excitat mentem auditoris, vt ad prolationem vocis, cuius significatum scit, statim eliciat rei significatæ conceptum, vt fusè dicimus disp. de vocibus ex Doctor. in 2. d. 42. ad 2. q. 2. & 4. d. 1. q. 5. B.

Hæ rationes adeò sunt euidentes, vt P. Ioan.

Ioan.de.S.Th.loc.cit. in fine tandem fateatur *qd.etiā si nō resultarent entia ratio nis formaliter,& secūdū existentiā obiecti uā,adhuc daretur logica,quæ illarū ratio. nes cōsideraret saltim ex parte sui fūdamē ti*, planè hoc est, quod ab Aduersarijs cōcedimus, non esse nimirum logicam ex natura rei ità connexam, & dependentem à secundis intentionibus, vt ipsis amotis logica tota funditus ruat, cum benè seruari possit contemplando instrumenta sciendi pro prima intentione, & regulas t adendo in terminis eiusdem.

Quod autem logica Arist. (quod attinet ad secundā cōclusionis partē) sit sciētia rationalis, patet ex dictis art.3.cum n. Arist. data opera logicā suam tradiderit sub terminis secundarū intētionū, vt sunt genus, species, subiectū, prędicatū, antecedens, cōsequēs, &c. hinc factum est vt logica quæ suaptènatura sciētia realis ē, ex intētione Artificis euaserit rationalis. Si autē quæratur, cur Arist. logicā suam instituerit sub terminis secūdarū intētionū potius, quam primarum dicēdum hoc fecisse ob faciliorem methodū, facilius n. quidē, & commodius dantur intelligi res logicales sub terminis secūdarum intētionum quam primarum, vbi .n. multa dicēda forent de re, quæ in propositione affirmatur, vel negatur de alia, simul ter de re, de qua alia affirmatur sub istis lignis intētionalibus subiecti, & prædicati breuiter ōnis res cōprehenditur quæ de alia dicitur, & de qua alia dicitur; sub nomine g. nei s cōprehēditur animal, plāta, color, &c. sub nomine speciei leo, homo, asinus, & sic de alijs; per hāc regu à, quod genus prædica ur de specie, datur vniuersum intelligi, quod homo est animal, leo est animal, asinus est animal, &c.& ità vbi multa necessaria forēt ad docenda logicalia sub terminis primarū intētionum, paucissimis id fit vtendo terminis secundarum; & hoc fuit in causa, cur Arist. qui maximè cupiebat logicam reducere ad faciliorem methodum possibilem, eam instituer t sub terminis secundarum intentionum, & ità vbi suaptenatura realis erat, rationalē fecerit ex modo eā contexēdi.

In oppositum obijcit P. Fuentes q. 5. diff. vn. ar. 4. Doct. q. 1. vniu. in fine vbi logicā vocat rationalē, vt cōtradistingui tur à scientia reali, & in 6. Met. q. 1 scientiā speculatiuā diuidit in realē, & rationalē, & sub hac logicam cōstituit, & in prolog. sent. q. 3. & 2 Later § *ex his d. stir.* idē habet Res. breuiter Scotū, & alios Auctores, cū logicā appellāt sciētiā rationalē, & nō realē, ipsos loqui de logica ab Arist. cōtexta, qua ōnes vtimur, nō autem de logica in se, & vt ex natura rei posset institui, vndè Doct. 1. Prior. quęst. 2. assignans subiectū logicæ in se nequaquam eā ibi d cit scientiā rationalē, & sic etiā intelligendus est Boëtius, cū ait logicā esse de secundis intentionib. Sed instabis etiā logicā in se d ci scientiā rationalem, ergo &c. Resp. logicā in se dici rationalem, nō vt cōtradistinguitur à reali, sed qu a ē directiua rationis, hoc est, intellectus in actibus suis. Sed rursus instabis, logica Arist. est pars logicæ in se, & obiectū illius continetur sub obiecto istius ergo si logica Arist. est rationalis, vt distinguitur à reali, & obiectū eius aliquid rationis, talis erit etiā logica in se, & secūdū totū ābitū. Resp qd. sicut tota logica ex natura rei realis est, & petit subiectū reale, ita etiā illa pars de argumētatione, quæ tradita est ab Arist. in se, & ex natura rei realis est, & petit subiectū reale, & sicut hæc pars tradita est ab Arist. sub terminis secūdarū intētionū, ita poterat institui tota, & subiectū vnius sēper est sub subiecto alterius, si vtraque specte ur vniformiter; at d fformiter, minimè, ūdè nūc syllogismus qua e sub ectū logicè Arist. secūdò intētionaliter captus, vtique nō cōtinetur formaliter sub instrumēto sciendi reali, sed fundamentaliter tantum. Sed iterum vrges, nō est in Auctoris arbitrio scientias immutare, ergo si logica ab Arist. tradita est rationalis, talis erit ex se,

non verò quia Arist. ei assignauit pro obiecto aliquod ens rationis, quia non stat in auctoris arbitrio assignare obiectũ sciẽtię, cũ qualibet determinatum obiectum sibi vendicet ex natura rei. Resp. qd. quamuis secundũ rem non possit Auctor scientias immutare & diuersa obiecta tribuere ad libitũ suũ, põt tamẽ immutare secundum modũ, & ità contingit in propòsito quia cum instrumenta sciendi, & regulæ bene cognoscendi sint obiecta logicæ ex natura rei, & cum hæc tradi possint per terminos primæ, & secũdæ intentionis, placuit Aristot. eas tradere hoc secundo modo, & ideò logica eius est rationalis, & quamuis vtatur terminis secũdarũ intentionũ ad significandas res, & regulas tradat in actu signato per terminos secundarũ, vt exerceantur in primis, hinc tamen deducere nõ debemus cũ Neotericis ẽt Arist. logicam agere de secundis intentionibus tãtum per accidens, sed potius materiam proximam, circa quam per se versatur, esse secũdas intentiones primas verò quibus eas applicat, esse materiam remotam.

Secundo obijc. tunc actus enunciationis est ordinatus, quando vnum extremũ concipitur, vt subiectum, & aliud vt prędicatum, tunc actus discursus est ordinatus, & rectè dispositus, cum vna propositio est antecedens, & alia consequens, sed esse subiectum, & predicatum, antecedens, & cõsequens sunt entia rationis, ergo ordo actualis in enunciatione, & discursu necessariò est ens rationis. Confirmatur, quia propositionem esse maiorem, vel minorem, primo, vel secundo loco poni, vnũ alteri subijci nihil ponit in rebus reale, & totum hoc res haben. ab intellectu, ergo totum hoc est ens rationis. atque ita logica scientia merè rationalis.

Resp. negando maiorem, tunc enim actus enunciationis est ordinatus, quando vnũ de alio affirmatur, vel negatur, licet adhuc termini non denominentur à notionibus subiecti, & prædicati, & sic etiam dicendum de actu discursus, quod eo ipso ẽ ordinatus, cum vna proposi io infertur ex alia, licet nõ denominentur adhuc propositiones à notionibus antecedentis, & cõsequentis, quæ postea illi ... per actu reflexũ quare cu ãtequã terminus, vel propositiones denominentur à secudis intentionibus, vnus terminus de alio affirmetur, vna propositio inferatur ex alia, ordo, qui reperitur inter subiectũ & prędicatum, inter ãtecedens, & cõsequens, planè realis est. Ex hoc patet ad cõfirm. qd. quãuis esse subiectũ, prædicatũ, maiorem, minorem, & c. sint relationes rationis, tamen intellectus a parte rei sine vlla fict one vnũ affirmat de alio, vel negat, & collocatio minoris sub maiori vera est, ac realis, & nõ ficta, & sic habet in pręmissis, velut approximatio in causis, cum coeunt ad causandum communem effectum.

Tertio arguũt Cõplut. d. 1. q. 2. n. 20. In qualibet scientia datur aliqua prima principia obiecti illius scientiæ, à quibus procedit ad cõclusiones demõstrãdas de obiecto, vndè si obiectũ ẽ ens reale, necessariò principia debent esse realia, sed logica nõ habet aliqua prima principia realia, ex quibus procedat ad cõclusiones de suo subiecto demõstrãdas, ergo eius obiectũ nõ potest esse ens reale, & consequenter nec ista scientia realis, maior patet, probatur minor, quia in õni opinione tota ars syllogistica innititur duobus illis principijs *dici de omni, & dici de nullo* vel illis: *quęcunque sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se, & quæcunq; sunt eadem inter se distinguuntur ab vno tertio* similiter ars definiendi, & diuidendi innititur intentionibus generis, differentiæ, & similibus, quæ omnia constat esse entia rõnis.

Resp. negãdo minore de logica i se, cõcedẽdo de logica Arist. qd. vtique logica Arist. innititur illis principijs explicatis per terminos secũdarũ intentionũ, at logica in se põt alijs inniti, & etiã eisdẽ traditis tamen in terminis primarũ intẽtionũ, vt supra declaratum est, immo principium illud quæ-

cunque

vtrique sunt eadē, &c. & principiū reale assignatum per terminos primæ intentionis.

Altera difficultas de qualitate logicę ē, ā sit scientia practica, vel speculatiua, cuius exacta cognitio quāuis pēdeat ex dicēdis infra disp. de scientia, vbi expēdemus quomodo habitus diuidatur per practicū, & speculatiuū, & de natura vtriusque disseremus, hic tamē sub silētio penitus prætereunda nō est: de qua quatuor sūt sētētiæ. Prima fuit nostri Gerardi de Odonis in Prol. Ethic. q. 3. apud Maur. q. 1. vniu. qui asseruit non esse practicā, neque speculatiuam, sed esse instrumentum ad asse. quendas vtrasque, sequitur Zab. lib. 1. de nat. log. c. 11. & 12. Petrus Niger q. 14. ar. 6. quæ opinio modo communiter reijcitur, tum quia *Arist.* 3. de anima c. 10. adæquatè diuisit intellectum in practicum, & speculatiuum, & 6. Met. c. 1. scientiam in practicam, & speculatiuam; tum quia cognitio practica, & speculatiua rationes contradictorias præseferunt, vel enim sistit in sola contemplatione veritatis, & sic est speculatiua, vel non sistit, sed ordinatur ad opus, & sic est practica, vt *Arist.* docuit 2. Met. c. 2. dicens *speculatiuæ finis est veritas, practicæ verò opus*, ergo nō datur medium neque per participationem extremorum, neque per abnegationem, ita notauit Doctor. q. 4. Prolog. ar. 1. & *Anton. And.* 6. Met. q. 2. Altera sētētia è cōtra docet logicā esse simul practicā, & speculatiuā, ita Vasq. p. 1. disp. 8. c. 5. & disp. 9. c. 3. Suarez disp. 44. Met. in fine Ruuius hic. q. 5. Hurtad. disp. 2. sec. 2. Cauer. disp. 3. dub. 3. Louanienf. q. 15. in Porphir. Tolet. hic, & alij, quæ opinio eisdem rationibus refellitur, qua præcedēs, nam practicum, & speculatiuum vel sunt differētiæ essētiales sciētiæ, vel certè eas nobis circumscribūt, vt monet Doct. cit. vnde implicat eandem cognitionem esse simul practicam, & speculatiuam, sicut implicat eundem numerum esse simul parem, & imparem, & quia præseferunt rationes penitus contradictorias, sicut nō patiūtur medium per abnegationem extremorum, ita nec admittunt medium per participationē, quę ōnia ex professo disp. de sci. nt. probātur. Hinc est, qd. cæteri *Auctores* communiter logicā ponūt, aut absolutè practicā, vt Nominales passim Ocham in prolog. sē. vbi Gabriel q. 11. Greg. q. 5. ar. 2. *Aureol.* & alij āntiqui, quos ex modernis sequūtur Fonf. 2. tract. c. 3. q. 2. sec. 4. Conimb. q. 4. procem. ar. 5. Auersa q. 1. sec. 6. Murc. disp. 1. q. 4. Arriaga disp. 3 sec. 3. aut absolutè speculatiuā, vt D. Tho. cū suis apud Complut. disp. 1. q. 6. Et Scotus q. 4. Prolog. vbi Bargius, Lichet. Viger. & alij Expositores, & 6. Met. q. 1. in sol. ad 1. *Ant.* And. p. Met. q. 2. Maurit. q. 1. vniuers. vbi Sarnan. Brasauol. & alij circa eum locū; Ratio discriminis inter hos Auctores ex nomine praxis, & notitiæ practicæ ortum duxit, nam aliqui ōnē operationē dirigibilē, vt sic contendunt esse praxim. & notitiam directiuam eius appellāt practicā, eo quia nō sistit in simplici cōtemplatione obiecti, sed versatur circa illud modo operabili, & tēdit ad illud efficiēdum, vnde cum ita versetur logica circa operationes intellectus, & instrumēta sciendi, planè practica scientia erit. *A*lij verò nō ōnē operationē dirigibilē volūt esse praxim, nec omnem directiuā practicā, sed operationē dirigibilem tātum per dictamē prudētiæ, vel artis in genere moris vocāt praxim, vnde consequēter volūt esse operationē ab electione volūtatis pēdētem, alioquin non foret laude, aut vituperio digna, & ōnē cognitionē huiusmodi operationū directiuam cēsent esse practicam, quia per ipsam remouetur error practicus, & quia logica ita dirigit operationes intellectus, vt tātum intendat ab eis remouere errorem speculatiuum, qui est falsitas, vnde tota ista directio est propter scire, & circa verum versatur, quod est obiectum intellectus, ideò scientia speculatiua censenda est; & hi absque dubio melius loquuntur, & magis propriè declarāt naturam praxis, & no-

& notitiæ practicæ, & speculatiuæ, vt inferius suo loco dicemus, & hic est sẽsus ab Arist. intẽtus 2. Met. c. 2. dũ ait finẽ speculatiuæ esse veritatẽ, practicæ opus, ita namque hæc verba exponit Cõment. com. 3. *Per speculatiuam scimus, vt sciamus, per practicã verò sumus scientes, vt operemur, quia practicæ finis opus*, quãtũcunque ergo logica dirigat operationes intellectus, cum tales duntaxat dirigat, vt sciamus, semper finis eius est veritas, & per cõsequens scientia speculatiua est, namque per eam scimus, non vt operemur, sed vt sciamus, quia in logica tam actio dirigẽs, quã directa est scire, & veritatis cognitio.

Dicendũ igitur est, quòd licet per quandam analogiam, & secundum quid logica dici possit scientia practica, simpliciter tñ, & absolutè loquendo est speculatiua. Cõclusio est Scoti in terminis 6. Met. q. 1. ad 1. prin. vbi sic loquitur *de logica licet dici possit, quòd est practica, quia non est tantũ pp scire propriũ, sed directiuũ in aliquo actu, extẽdendo nomen, quia tamen actus, in quo dirigit, non est nisi speculatio, ideo logica propriè non est practica, sed speculatiua*. Probatur, & explicatur conclusio, nam cognitio practica potest sumi latè, pro notitia .s. cuiuscunque operationis cõtingẽtis, quæ sit erroris capax, siue practici, siue speculatiui, & nõ est purè cõtẽplatiua naturæ proprij obiecti, sed etiam effectrix illius; & sic logica dici põt sciẽtia practica; nam scientia logica nõ sistit in hoc, vt tãtũ cognoscamus naturã syllogismi, sed tradit regulas, & præcepta illũ rectè cõficiendi; sed quia hoc non sufficit ad notitiam practicam propriè dictam, sed esse debet directiua praxis nimirũ operis ab electione pendentis, & quod sit capax erroris practici, ac proinde imputabilis ad laudem, vel vituperium, ideò propriè loquendo logica non est practica, sed speculatiua, quia ipsa dirigit actus intellectus, ne contingat in eis falsitas, qui est error speculatiuus, & totus eius finis est veritas, & scire, non autem operari, nã nõ solũ cognitio naturæ syllogismi, verũ, & illius constructio est propter scire, & logica efficit instrumenta sciendi, non vt operemur, sed vt rectè cognoscamus; Et vt modo abstineamus ab ea cõcertatione, an operatio intellectus dici possit praxis, de quo inferius loc. cit. hoc oẽs fateri tenentur, qd. licet actus intellectus in ordine ad bonitatẽ moralẽ directus rationẽ praxis habere põt, tñ quatenus dirigitur in ordine ad veritatẽ, nõ habet rationẽ praxis, quia tũc finis illius directionis est veritas, & nõ opus, modo logica dirigit operationẽ intellectus, non vt participat bonitatẽ moralẽ à voluntate cõmunicatã, sed vt versatur circa verũ, qd. ẽ proprium intellectus, & hoc est præcipuum fundamentũ, cui hæc innititur sententia.

At respõdent cõtrarij, & præsertim Auersa cit. parũ referre, q d. cognitio speculatiua, quæ dirigitur per logicam sistat in cõtẽplatione veritatis: Nã ipsa logica nõ sistit in cõtẽplatione veritatis de ipso suo obiecto, sed ordinatur ad illud efficiendũ, atque adeo non est propter seipsam, & gratia sui, in quo consistit ratio scientiæ practicę, illa autem cognitio est speculatiua, quæ sistit in contemplatione veritatis de suo obiecto, quod considerat, & sic est gratia sui, & propter seipsam; Et quando dixit Arist. speculatiuæ finis esse veritas, practicæ opus, non intellexit de fine operationis directę, sed de fine ipsiusmet cognitionis, quæ dicitũr speculatiua, vel practica, eo quod speculatiua ita cognoscit veritatem sui obiecti, vt aliò veritatem non dirigat ex modo cognoscendi, s. pręcipiendo, & dictando de obiecto cognito faciendo, alioquin non foret merè cognoscitiua, & omnino non sisteret in notitia veritatis, sed operatiua foret, & practica. Tota hæc responsio falsæ innititur intelligentiæ naturæ cognitionis practicę, & speculatiuę, falsum siquidem est qualemcunque ordinem ad opus scientiam extrahere à ratione scientię speculatiuę, & ita in simplici, & nuda cõtempla-

tēplatione sui obiecti sistere debere, vt nequaquā ad illius effectionem dirigere possit, qd. P. Didacus q.6. proœm.& Cōplut. manifesto demōstrant exemplo, Geometria nāq; Astrologia,& Mathematica sciētiæ speculatiuæ sunt, & tamē nō est cōtra speculationē earū aliquid operari, nimirū triangulū, sphæram, aut astrolabiū, opus etiam numerandi, vel mēsurandi spectat ad illas,& tamen eas nō extrahit à ratione speculatiuæ, non alia ratione, nisi quia horum instrumentorū cōstructio ordinatur ad cognitionem veritatis, neq; per illā intendunt sciētiæ huiusmodi opus ipsum factū, sed veritatem, ergo cū logica nō solū omnia ordinet ad cognitionem veritatis, sed ipsū opus, qd. dirigit, cognitio veritatis fit, planè ordo talis ad opus à ratione sciētiæ speculatiuæ ipsam nō extrahet; Et hac de causa etiam propter seipsā dicetur,& nō propter aliud, quia etiamsi dirigat in opus, tñ in hac ipsa actuali directione, immo,& effectione operis non intendit opus, vt sic, sed veritatem.

In oppositum obijcies 1. præcipuū oppositæ sent. fundamentū, Habitus dirigens actiones volūtatis est practicus, ergo,& habitus dirigens actiones intellectus. Nec valet negare paritatem, eo quia operatio voluntatis est praxis, nō operatio intellectus. Hæc namq; non est sufficiens ratio, vt ille habitus dicatur practicus, iste speculatiuus, quia prudētia est habitus practicus,& cū sit ōniū directiua virtutū, ēt. dirigit operationes aliquas intellectus, qui ad virtutes pertinent, ergo qd. logica dirigat operationes intellectus, nō obstat quo minus sit scientia practica. Nec etiā dicere valet, operationes intellectus, vt à prudentia directas, habere rationem praxis, quia vt sic, pendent ab electione voluntatis, & sunt capaces erroris practici, ac proindè imputabiles in genere moris, nō autem ità se habere, vt dirigūtur à logica, quia non cadūt sub directione logica, nisi vt sunt capaces erroris speculatiui, s. falsitatis, & ideò non sunt praxes, sed meræ speculationes. Nā contrà viget Vasq. q.4. etiā in operibus logicæ principiū est electio, si quidē liberè fiūt, & volūtas mouet intellectū ad suos actus, sicùt cęteras potentias, ergo logica verè est scientia practica actiua, vt potè quæ versatur circa opera, cuius principium est electio.

Respōdetur, quicquid sit de prima solutione, quæ pendet ex alia difficultate, an operatio intellectus possit habere rationē praxis (videtur. n. habere posse quatenus benè, vel malè moraliter fieri pōt) de qua inferius suo loco, secūdā solutionē ōninò satisfacere pro negatione paritatis. Et impugnatio Vasq. quāuis apud Mauritiū alicuius videatur momenti. eā. n. adducit,& nō soluit, ità tamen friuola est, vt etiā Cōplut. aduertunt, qd. si quid probat, probat quoq; nullā esse sciētiā speculatiuā, siquidē oēs actus cuiuscunq; scientiæ fiunt, vel saltim fieri possūt à nostro intellectu liberè, & media motione volūtatis, cū igitur ait Arist. 6. Met. c. 1. sciētiā actiuam versari circa ea, quorū principiū est electio, intelligit de operationibus, quibus per se conuenit procedere ab electione, & tales sunt actiones virtutis moralis, omnes. n. tales aut sunt actus eliciti, aut saltim imperati à volūtate, at operationibus intellectus vt à logica dirigūtur, merè per accidēs cōuenit libertas, seù volūtatis imperiū, quia antecedēter ad quācūque volun tatis operationē potest intellectus errare in suis actib.,& per regulas, quas tradit logica dirigi, & ideò actus eius, quatenus à logica dirigūtur, non sunt praxes.

Secundo obijciūt rationes ex Aureol. quia logica est de obiecto operabili, & circa illud versatur modo operabili, & vt vocant compositiuo,& non merè speculabili,& resolutorio, nōn. n. contemplatur tantum naturam definitionis,& argumentationis, sed tradit regulas, & præcepta benè illa construendi. Tum 2. quia agit de operationibus intellectus, quatenus illius sunt naturæ, vt benè, vel malè fieri possint, & tradit modum, quo benè

fiant, ac deteg t vitia, quæ cõtingere pos-sunt in exercitio earũ, atqui hæc propria sunt scientiæ practicæ. Tum. 3. actus, qui eliciũtur à logica quomodo fieri debeat definitio, enũciatio, syllogismus &c. nõ sũt propter solã veritatis cognitionẽ, vt ibi sistamus, sed ex natura sua referuntur ad vsum, vt definitiones sine errore faciamus. Tũ 4. logica est habitus nõ tãtũ cognitiuus, sed et operatiuus, vndè diuiditur in docẽtem, & vtẽtẽ, sed omnis talis habitus est practicus; Tũ 5. habitus speculatiuus est propter se 1. Met. c. 2. logica nõ est propter se, sed propter alias sciẽtias. Tum 6. quia tũc esset nobilior scientijs practicis, qd. tamẽ falsũ est, quia ipsa est de ente rationis, illæ de ẽte reali, patet cõseq; quia speculatiua quælibet nobilior est quacũq; practica ex 1. Met. c. 2. Tũ demum quia logica non solum dirigit syllogismos speculatiuos, sed etiam practicos, ergo saltim ex hac parte practica est.

Resp. ad primum vtiq; directionem ad logicam pertinere, hinc tamen non sequitur esse practicam, eo quia in ipsamet directione, imò & operatione non quærit, nisi veritatem, omnis namque logica directio ad veritatem rectè indagandã ordinatur, directio verò practica non ordinatur ad hoc, vt rectè cognoscamus, sed vt boni efficiamur, vt verbis expressis docet Aris. 2 Ethic. c. 2. ũdè modus cõposit iuus logicæ diuersus est ab eo, quo vtũtur practicæ. Ad 2. logica agit de operationib. intellectus, quatenus benè, vel malè fieri possunt speculatiuè, nõ practicè, & detegit et vitia speculatiua, quæ in ipsis contingere possunt; propriũ autem scientiæ practicę est dare regulas ad euitãdã prauitatem in genere moris, qualis nõ sũt regulæ logicales, quæ solũ diriguntur ad fugãdã ignorantiam; neq; modus præceptiuus est proprius scientiæ practicæ, nisi ordinetur ad alium finem, quam ad veritatẽ. Ad 3. dicitur adhuc sistere in ipsa veritatis contemplatione, quia ipsemet vsus instrumentorum logicorum ad hoc inseruit, vt sciamus, non vt boni efficiamur, & tẽdit ad fugãdã ignorãtiã, non prauitatẽ, vel errorẽ practicũ cõtra regulas prudentiæ, vel artis. Ad 4. cui præsertim innititur Arriaga cit. falsũ est logicã docẽtẽ, de qua hic est sermo, attingere operationẽ, nam ipsa solũ est directiua operationũ, illas autẽ facere directas spectat ad alias facultates auxilio logicæ vtentis, vt patet ex 2. & 3. ar. & quãdo etiam eliceret operationẽ directam, non posset adhuc dici in rigore practica, quia nõ dirigeret praxim, sed in ordine ad veritatem qd. est munus scientiæ speculatiuæ, non practicę logica verò vtẽs, quia est effectrix operis, induit rationẽ artis, & dici potest habere rationẽ practici, quatenus est operatiua, speculatiui verò, quia opus ipsum qd. efficit, est speculatio, nõ praxis. Ad 5. nõ probat, qd. nõ sit speculatiua, sed solum, qd nõ sit speculatiua principalis, sed potius ministra, & instrumentalis. Ad 6. Arist. ibi loquitur de speculatiuis principalibus, qualis non est logica, & verum est omnem speculatiuam esse practica nobiliorem, si non ex obiecto, saltim ex modo procedendi circa illud, & in hoc sensu logica dici põt nobilior practicis. Ad 7. regulat logica etiam sillogismos practicos, sed in ratione veri, prudentia autem in ratione boni, & ideò hæc est habitus practicus; illa speculatiuus; hæc igitur, & alia argumenta, quæ adducit, & soluit Ant. And. cit. solũ probant, quod logica habet modũ practici, at quia omnis ista directio ad speculandum ordinatur, & ad rectificandum speculationis opus, simpliciter speculatiua manet.

Et per hoc patet ad quasdam Aristot. auct. vt 1. Rhet. c. 1. dum ait Dialecticam esse inuentam ad dirigeñda opera, quæ benè, vel malè fieri possunt, & 1. Prior. sect. 2. vbi ait logicum non solum considerare debere generationem syllogismorum, verum, & faciendi potentiam habere, & alias similes: quando verò 6. Met. c. 1. speculatiuam diuidit in Mathematicam, Physicam, & Metaphysicam nullam lo-

iam logicæ mẽtionem faciẽs, vel locutus est de speculatiuis principalibus, inter quas logica non est, vel ipsam subintellexit sub secundo mẽbro, cum sit pars Philosophię. Adhuc etiam articulũ de qualitate logicæ specta: quæstiuncula illa, an sit scientia cõmunis, quam quia difficultate vacat, breuibus resoluit. Doctor. q. 2. vniuers. dicens, quòd est scientia communis communitate nimirum vsus, & applicationis, quatenus quę in ea tractantur, sunt omnibus applicabilia facultatibus, & sic logica est scientia communis quoad omnes partes; verum tamen est Topicam peculiari ratione dici communem, quatenus nimirum locos quosdam arguendi communes tradit indifferenter ad quodlibet probandum applicabiles.

ARTICVLVS SEXTVS.

De necessitate, & vtilitate Logicæ, eiusque partitione.

LOgicã ad õnes sciẽtias, & facultates esse perutilẽ nemo dubitat, id enim ostentãt variæ eius appellationes, & ẽcomia, illud pręsertim apud õnes receptissimũ, qđ ẽ *Ars artium, scientia scientiarum, ad omium Methodorum principia viam habens*, sed dubitatur an ẽt sit necessaria, & quamuis non defuerint, qui simpliciter, & absolutè esse necessariã dixerũt ad alias scientias quomodocũque cõparãdas ẽt imperfecto modo, quos sequitur Arauxos. Met. q. 3. art. 1. Galleg. hic cõtrou. 1. Blich. disp. 3. sect. 3. & Amic. tract. 1. q. 2. dub. 2. art. 3. concl. 6. Frequens tamẽ, & cõmunis opinio veterũ, & Recentiorum distinguit, & ait nõ esse simpliciter necessariã ad alias scientias vtcunque cõparãdas, partialiter nimirum, & imperfectè, palam enim est, quòd sciẽtiam partialem, .i. actum aliquem scientificum põt quis elicere in aliqua scientia solo lumine naturæ, vt v.g. consequentiam in Barbara esse necessariam, problemata aliqua Mathematica esse certa, vt si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent sunt ęqualia; manifestum etiam est alias scientias sine logica imperfecto quodam modo acquiri posse, tum quia ante logicæ inuentionem extiterunt scientia naturalis, & Philosoph.; tum quia modo videmus multos in Theologia iure, & alijs facultatibus cognitionem quandam superficialem, & imperfectam consequi sine logica. Verùm ad eas totaliter, & perfectè acquirendas asserunt esse simpliciter necessariam, non enim quis potest perfectè scientiam aliquam comparare, nisi sciat conclusiones omnes resoluere vsque ad prima principia, cognoscatque bonitatem illationum, necessitatem, & conditiones præmissarum, deceptiones, quæ circa eas solent contingere, & alia plura, quæ sola logica artificialis docet; Tum etiam quia nullum vidimus absque logica in alijs scientijs consumatum euasisse, cum tamen solius Dialecticæ ductu absq; alio magistro plures scientias multi comparauerint. Hinc Arist. 1. Phys. c. 3. 1. Mẽt. 8. & 12. & alibi sæpe testatur veteres Philosophos ob Dialecticæ ignorantiam in multos, & turpes fuisse prolapsos errores; & Plato 7. de Repub ait, *Impossibile est intellectum sine dialectica exactè rem aliquam attingere*: ergo logica ad alias scientias totaliter, & perfectè acquirendas est simpliciter necessaria; Ita tenent Complut. disp. 1. q. 7. Sanch. lib. 1. q. 2. Didac. disp. 2. q. 1. Ioan. de S. Tho. q. 1. ar. 2. Masius sect. 2. q. 3. Auersa q. 1. sect. 4. Morisan. prolog. 8. Rocchus q. 4 prooem. Tolet. hic q. 1. Ruuius q. 1. & citant pro hac sent. Iamblic. epist. ad Sosipatr. Alexand. in prolog. Topic. D. Tho. opusc. 58. & 70. Aegid. 1. Post. Albert. tract. 1. log. c. 3.

Dicendum tamen est logicam artificialem (de hac enim est quæstio) nequaquam necessariam esse simpliciter, & absolutè ad acquisitionem aliarum scientiarum; & Probatur quia, vt experientia docet, multi Theologiam acquirunt, ius ciuile, & Pontificium cum nulla aut parua saltim cognitione regularum logicalium.

caliũ. Quod verò inquit cõmunis opinio hos non acquirere facultates illas totaliter, & perfectè, ideoque ad illas sic acquirendas simpliciter necessariã cẽseri debere; Sanè id non probat necessitatẽ logicæ simpliciter ad illas scientias comparadas sed necessitatẽ secundũ quid, & ex suppositione, illud enim dicitur necessarium simpliciter, & absolutè ad aliquẽ finẽ, sine quo finis absolutè obtineri nõ põt illud dicitur necessariũ secũdũ quid, & ex suppositione, sine quo, licèt finis absolutè possit obtineri, nõ tamẽ certo aliquo modo, v.g nõ æquè cõmodè, nõ æquè facile, nõ æquè citò, quare necessitas ista potius spectat ad modũ acquisitionis, quàm ad substantiã finis obtinendã; Cum igitur absque logica absolutè possint aliæ facultates obtineri, eius necessitas ad earũ acquisitionem simpliciter non erit, & absoluta, sed tãtũ secundũ quid, & ex suppositiõne, nam quòd æquè facile, & perfectè sine logica obtineri nequepertineant, ad modum acquisitionis, non ad substantiam finis.

Cõfirmatur exemplo, nã ad salutẽ animæ necessarius simpliciter est status Christianus hic autem duplex est, laicalis vnus, religiosus alter, & quidem religiosũ adhibendo longè tutius, atq; perfectius acquiritur hic finis; quemadmodum igitur ex hoc inferre non valet statũ religiosũ esse simpliciter necessariũ ad animæ salutẽ, ita ex hoc, quòd logica mediate perfectè, & totaliter aliæ scientiæ acquirantur, non bene infertur eius necessitas simpliciter, & absoluta ad illas acquirendas. Tandem qd. pertinet ad acquisitionẽ finis tãtum hoc, vel illo modo, non bene censetur necessarium simpliciter ad acquisitionẽ illius finis, sed tantum secundũ quid, & ex suppositione, cum non pertineat ad substantiã acquisitionis eius, sed tantum ad modũ, sed logica ex opinione cõmuni allata nõ pertinet ad substãtiam acquisitionis aliarum scientiarũ, sed tantum ad modum, vt .s. totaliter, & perfectè acquirantur, ergo logica nõ est necessaria simpliciter ad illas acquirendas.

In oppositum obijcies Primò, probando, qd. sit necessaria simpliciter ad alias scientias etiam vtcũque acquirendas; nã scientia etiam in esse imperfecto est verè scientia, sicut animal imperfectũ est verũ animal, sed non potest comparari vera scientia sine logica, vera enim scientia habetur per demonstrationem, & hæc per logicam artificialem. Tum 2. quia nullus habet verã scientiã, nisi sciat illam resoluere vsque ad prima principia ex Arist. 1. Post. c. 2. Sed sine logica nullus scit resoluere etiã imperfectè. Tũ 3. ad scientiã requiritur euidentia illationis, .i. quod cognoscamus euidenter cõclusionẽ inferri ex præmissis atqui sola logica docet, quãdo cõclusio inferatur ex principijs. Tũ 4. quia licet quis ex lumine naturali assentiri possit vni, vel alteri cõclusioni proximæ principijs lumine naturæ notis, ille tũ assẽsus nõ est scientificus sine certitudine cõsequẽtiæ, quia ẽt in prima figura põt error cõtingere, vnde nemo certus ẽ se nõ errare sine aliqua reflexione, qd. seruauerit regulas bonæ cõsequẽtiæ quas docet logica artificialis. Tũ demũ quia ipsa ẽ modus sciẽdi 2. Met 15. Res. per solã logicã naturalẽ cõfici posse aliquã demõstrationem, quia in scientijs sunt aliquæ conclusiones ita proximè innitẽtes principiis lumine naturali notis, ex quibus adeò euidenter sequitur conclusio, vt explicatis terminis cõficiantur absque difficultate tales demõstrationes. Ad 2 in sciẽtijs aliqua resolutio in prima principia, & aliqua illatio cõsequẽtiæ esse põt ita per se nota, vt sine arte possit attingi certè, & absque formidine. Ad 3. naturale lumen, sicut propria virtute se extendit ad assẽsum principiorũ, ita ad vnã, vel alteram cõclusionẽ principijs proximam se extẽdere potest sine arte, ad cæteras verò remotiores vtique se extendere nequit, nisi ex arte, & magna reflexione. Ad 4. negatur in huiusmodi demonstrationibus proximè innixis primis prĩcipijs haberi nõ posse certitudinem consequentiæ sine arte,

arte,

arte,& reflexione. nam etiam si in aliquo modo primæ figuræ posset error contingere, in primo tamen consequentia est prorsus infallibilis, & necessaria. Ad 5. probat solum conferre ad facilem,& perfectam scientiarum acquisitionem.

Secundo obijcies è contra logicam artificialem nullo prorsus modo esse necessariã ad aliarũ scientiarum acquisitionẽ, nã ad sciẽtiam duo sunt necessaria,& qd. adsint principia per se nota, quibus præbeatur assensus;& vt ex illis certa deducatur conclusio; sed ad primũ sufficit lumẽ naturale,& ẽt ad secũdũ,nã necessitas consequentiæ etiã fundatur in principijs per se notis,.s.dici de õni, & dici de nullo.Tum 2.si esset necessaria,maximè id esset propter definitiones,& diuisiones, sed quælibet scientia habet suas definitiones, & diuisiones.ergo. Tum 3. nam quisque percipit, nũ rectè intelligat ex obiecto, cui operatio conformatur,vel non,& sciẽtia quælibet cognoscit suum obiectum. Tum 4 quia si est necessaria ad alias sciẽtias saltim perfectè acquirendas,pari ratione necessaria foret ad seipsam perfectè acquirendam, quod impossibile videtur. Tũ 5. quia saltim ad practicas sciẽtias non videtur necessaria,nam practicæ solũ respiciunt rectitudinem operis, non autem ipsam indagationem veritatis,vndè solum indigent prudentia, vel arte. Tum demum,quia habitus naturalis non datur ad simpliciter posse,sed ad facilius posse, ergo sine logica artificiali poterit etiam perfectè intellectus consequi alias scientias,licet cum maiori difficultate.

Respondetur per illud probari solum lumen naturale extendi posse ad vnam, vel alteram conclusionem principijs per se notis proximam ad cæteras tamen remotiores extendi nequit sine arte,& reflexione ad regulas artis,& in illis necessitas consequentiæ non potest certò cognosci sine logica. Ad 2.licet sciẽtiæ particulares habeant definitiones,& diuisiones certis materijs applicatas,illarum tamẽ bõnitas,& certitudo ex præceptis logicis de definitione,& diuisione dignosci debet. Ad 3.patet ex dictis art.2 in sol.ad primum. Ad 4.cõcedimus logicã etiam sibi esse necessariam,sicut lumẽ,qd.est mediũ necessariũ ad quodlibet videndum,est etiam sibi ipsi necessarium,vt videatur,& reuera logica sibimet inseruit per applicationẽ vnius partis ad aliã,nã illa pars, quæ agit de terminis simplicibus ad directionẽ primę operationis attinens,iuuat ad cognitionem alterius partis,quæ agit de enunciatione, & attinet ad directionẽ secundæ, & hæc pars ipsa iuuat ad illam, quæ agit de discursu,& tota ipsa logica ruditer, & imperfectè tradita in institutionibus pro Tyronibus est necessaria ad seipsã postea perfectè tradẽdã,& pro dignitate. Ad 5.licet id gratis cõcedat Ioã. de S.Thom.id tamẽ admittẽdum nõ est, quia practicę quãplures sciẽtificè procedũt,& suas demõstrationes cõficiunt,vndè saltim ex hoc capite logica indigent. Ad 6.negatur cõsequentia, quia licet semel, atque iterũ possimus benè operari ĩ aliqua materia,& per logicã naturalẽ, & naturę lumen circa nostras operationes reflectere, id tamen nõ põt fieri sẽper, & in qualibet materia sine regulis artis.Dices,ergo ad sciẽtias saltim sic acquirẽdas, .s.perfectè,erit simpliciter necessaria. Negatur cõsequẽtia,imò est implicatia in adiecto,ly .n.sic pertinet ad modũ acquirendi sciẽtias,nõ ad substãtiã, & ideò nõ rectè infertur idè necessitas logicæ simpliciter, quia sine logica acquiri põt aliqua sciẽtia quoad substãtiã habitus,vt hoc fit per quãlibet demõstrationẽ,sed tantũ necessitas secũdũ qui ', & ex suppositione, vt declaratũ est in conclusione probãda.

De partitione logicę(quæ erat altera pars huius articuli)varij extant modi dicendi. Tatar.q.1. prooem logicam partitur in veterem,& nouam, vetus est illa, quæ de partibus argumentationis tã propinquis,quàm remotis tractat,noua,quę est de argumentatione ipsa, eiusque partibus

tibus subiectiuis. Maurit. q. 3. vniuers. logicā secernit in eā portionē, quæ ē de partibus integrātibus syllogismū, & cōplectitur libros prædicabiliū, prædicam. & Perhjher. & in illā, quæ ē de partib. subiectiuis. Conimb. cū alijs Auctoribus passim ī proœm. log. secāt logicā in tres partes sūpta diuisione ex parte obiecti, in eā, quæ est de definitione, in eam, quæ de diuisione, & in eam, quæ agit de discursu iuxta numerum instrumentorum tribus operationibus intellectus deseruientium.

Dicendum tamen quòd logica in se, & in tota latitudine sua in duas diuidi debet principes partes, in quarum vna de instrumento sciendi in cōmuni agatur, in altera de speciebus, & partibus subiectiuis eius, & prima pars subdiuidi potest in illam, in qua de principijs, siue essendi, siue cognoscendi modi sciēdi in communi agatur, & in illā, quæ tractet de affectionibus eius, vt sic; secunda etiā subdiuidi potest iuxta numerū specierum modi sciēdi quæ præstantiores saltim, ad quas cæteræ reduci possunt, tres recenseri solent, definitio, diuisio, & argumentatio. Ratio huius partitionis facile deducitur supponendo quòd quādo scientia diuiditur, debet primo diuidi in partes principales, non autem in minus principales, illæ verò sunt partes principales in scientia, quæ per se, & directè ad illius scientiæ texturam, & integritatem spectant, & propter se expetuntur, & non omninò in ordine ad aliud, seu ad aliam partem, alioquin cum illa constitueret vnam partem principalem, non autem in se talis esset, sed si logica contexeretur secundum totum ambitum suū, vtique tractatus de instrumēto sciendi in communi directè, & per se institueretur tractando de eius principijs, & passionib. & propter se expeteretur similiter tractatus de speciebus ipsius, ergo & c. maior ostenditur exemplo, nam liber 1. & 2. Phys. nō cōstituunt partem distinctā principalē à cæteris lib. Phys. licet in illis de principijs agatur, in istis de passionib. corporis naturalis, nō alia certè ratione, nisi quia oēs ordinātur ad cognitionē corporis naturalis in cōmuni, minor patet, quia quilibet tractatus directè pertineret ad logicæ considerationē, nec vnus ita alteri subordinatus esset, vt nequaquā propter se expeteretur; nā materia tradita ī vnoquoq; digna foret propria, & peculiari cōsideratione, ēt præciso ordine vnius ad aliū.

At si sermo sit de logica Arist. hæc in duas diuidi debet principales partes, in quarum prima agitur de syllogismo, in altera de speciebus eius, illa continebit libros prædicabilium, prædicamēta. Perhier. & Priorum; ista libros Post. Top. & Elench. Ratio huius partitionis est, quia lib. prædicam. & Perhier. nō propter se expetūtur, sed in gratiam prorsus syllogismi in communi, ergo nō possunt constituere partem principalem, sed cum lib. Prior. vbi de ipso syllogismo agitur vnam partē principalem constituēt, quod pariter est de secūda dicēdum. Adhuc tamen partes eiusmodi principiales in alias minores secari possunt; prima in duas, in eam s. quæ est de principijs integrantibus syllogismū, quæ adhuc subdiuiditur; vel enim sunt principia remota, & sic est liber prædic. cui inseruit liber prædicab. vel sunt propinqua, & sic est liber Perhi. & in eā, quæ est de quidditate, & affectionib. ipsius syllogismi in cōi, & sic sūt libri Prior. Altera vero diuiditur in tres minores partes iuxta tres species syllogismi, nā vel est demōstratio, & ita habentur li. Post. vel syllogismus probabilis, & sic habētur li. Topic. vel deceptorius, & sic habentur lib. Elench. qui discursus integer colligitur ex Doct. 1. Prior. q. 2. Nos quamuis logicam in tota latitudine sua ad nimiam prolixitatem euitandam contexere non intendamus, quia tamen ampliorem contèxere volumus, quàm reliquerit Arist. altius initium Disput. petemus, nimirum ab ipso instrumento sciendi in communi: paulatim postea descēdendo ordinem ipsius Arist. capiemus; Alias quasdam difficul-

ficultates de vnitate logicæ, subalternatione &c. quia non sunt logicæ peculiares, sed alijs quoque scientijs communes, hic libenter omissas facimus, & vsq; ad Post. lib. differimus ad Disp. de scientia, vbi de vnitate habituum, subalternatione scientiarum, alijsq; communibus earum attributis sumus acturi, & ex ibi dicendis facilè patebit earum resolutio.

DISPVTATIO PRIMA.

De modis, seù instrumentis sciendi.

POst quæst. Prœm. meritò primum locum poscit hæc disputatio, cum .n. modus sciendi, seu instrumentum cognoscendi statutum sit obiectum logicæ, planè hinc logica debēt incipere, vt ab initio exactam præmittat sui obiecti cognitionem. hic autem non solum, de modo scienti in communi agemus, sed etiam ad quædam instrumenta particularia descendemus, ad ea nimirum, quorum notitia est prorsus necessaria ad cæterorum captum, & se habent velut claniculæ quædam ad alia aperienda.

QVAESTIO PRIMA.

Quid, & quotuplex sit modus, seu instrumentum sciendi.

DE natura instrumenti logici, qd. ē modus sciendi eiusq; cōditionibus variè loquūtur Auctores, Zabarel. in suis lib. de methodis per totum, quē sequitur Faber Theor 6. contendit de ratione instrumēti sciendi esse vim illatiuam, ita qd. illud solū dicatur instrumentum logicū, qd. habet vim notificādi ignotū ex noto. Alij minus agentes inquiunt sufficere ad instrumentū logicū, qd habeat vim manifestandi ignotū, siuè id faciat via illationis, siuè alio mo. do, ita Soto lib. 1 sūm c 4. Auersa q. 4. log. sect. 1. Cōplut. in pręamb. ad sūm. Card. ibidē c. 1. & est cōmunis opinio Sūmulistarū, qui modū sciendi definiunt, quod est *oratio manifestatiua alicuius ignoti* Alij demum per modum sciendi intelligunt, non solum, quod habet vim manifestandi ignotum, sed quidquid quo quomodo iuuare potest intellectum nostrum in dirigendis operationibus eius, ita loqui videntur ijdem Complut. disp. proœ. q. 1.

Hinc de numero instrumentorū logicorū varij exorti sunt modi dicendi, nā Auctores primæ sententiæ solā argumentationē instrumentū logicū appellant, & eā præcipuè, quæ est in materia necessaria, qualis est demonstratio, hæc .n. parit scientiā propriè dictā, vndè in toto rigore meretur nomen instrumenti sciendi. Auct. 2. sent. licet maior pars eorū tria assignēt instrumenta logica, Definitionem, Diuisionem, & Argumentationē, tamen aliqui hūc numerū minuere aggressi sūt subtrahendo diuisionē, eo quia non sit ab alijs instrumentis condistincta, ità Hurtad. disp. 10. sect. 6. Vallius in 1. Post. q. 1 cap 3. & fuit sent. Algazelis in sua logica Alij è cōtra numero ternario nō contenti addiderūt Resolutionē, quæ est progressus à particularibus ad vniuersalia, à posterioribus ad priora, ità Eustrat. in sua præfat. super 2. Post. Ammon. super proœ n. Porph Damasc c. 1. suæ Phys. Alij addiderūt enūciationē, vt Auers. cit. & quāplures methodū, sumendo methodū pro ordine, qui in scientijs obseruari debet. vt distinctè tradatur, & sine confusione. Auctores denq; 3 sent. latissimè vsurpantes modum sciēdi appellant instrumenta logica omnes secundas intentiones, de quibus logica tractat, & quidē omnes illæ sunt aliquo modo directiuæ ostensiuæ, & conducunt ad directionem operationum intellectus, qui est vnicus logicæ finis, ità Complut. loc. cit.

Dicendum est, quod licèt tria sint, loquendo de modo sciendi, & instrumento logico sola argumentatio possit dici modus

modus sciendi, vt potè quæ sola ex noto ignotū manifestat per vim illatiuā; & illū lusè sumēdo secūdum totā extensionem, quā pōt habere,ōnes secundę intentiones logicę dici possint instrumenta sciendi,.i. rectè cognoscendi, vt potè quę ōnes sunt aliquomodo veritatis ostensiuæ, & intellectus directiuæ, tamen propriè loquēdo modus sciendi,& instrumētū logicū est illud, quod habet vim manifestādi ignotum quomodocūq; id faciat; cumq; id solū cōueniat cū omni proprietate Definitioni, Diuisioni, & Argumentationi, hæc tria propriè erunt instrumēta logica, nō plura, nec pauciora. Conclusio est Scotiq.2. lib.1.Priorū quā tenet Tat.q.1.præamb. logicę, & Sūmulistę omnes. Et quantum spectat ad assignandā rationē modi sciendi, seu instrumenti logici probatur breui. ter, quia vt docet Scot.4.d.1 q. 2. significata vocabulorū probare non possumus, sed oportet ea supponere ex cōmuni vsu loquentiū, at apud logicos nomine modi sciēdi cōsueuit intelligi via distinctè cognoscēdi id, quod antè confusè cognoscebatur, vndè instrumentū sciendi a Summulist. communiter definitur, quod sit *oratio manifestatiua alicuius ignoti*, per quod excluduntur voces simplices,& incomplexę, quia sufficientes non sunt ad explicandam rem distinctè,& explicitè, sed tātum confusè significant, ergo absq; sufficienti ratione Auctores primæ sent. nimis coarctant rationem instrumenti logici, seu modi sciendi, vt solum ab illis orationibus participetur, quæ habēt vim manifestandi ignotū per illationē, & nimis ampliant Auctores 3. sent dū volunt eam cōuenire ētiam vocibus simplicibus, & quibuscunque intentionibus logicis.

Deindè probatur exemplo artis, vnde nomē instrumēti deductū est, nā in eis nō solū appellatur instrumentū, seu modus conficiendi artefactū illa vltima disposi. tio, seu applicatio materiæ, ex qua immediatè resultat artefactū, sed ad quamlibet partē artefacti seorsim faciendam datur etiā modus, quo rectè, & facilè talis pars efficiatur. sed quia non ità cernitur modus rectè operandi in qualibet minutissima parte artefacti efficienda, nec certum instrumentū illi correspondet, sed in principalioribus partibus illius; ita hac proportione seruatā logici nomen modi sciēdi non restringunt ad solam argumentationem, vel demōstrātionē, quæ est vltima dispositio, ex qua immediatè resultat scientifica cognitio, neque ampliāt ad minutissimas quascūq; intētiones logicales, sed tribuūt illud principalioribus quibusdam intentionibus, s. Definitioni, Diuisioni,& argumentationi, quia sunt generalia quædā instrumēta sciendi, in quibus elucet vis manifestādi ignotum vndè proximè,& immediatè dirigūt intellectū in suis operationibus, ac proindè speciali modo conuenit eis esse veritatis ostensiuas.

Hinc facilè probatur altera pars conclusionis, qd. tria tantùm sint instrumenta logica Definitio, Diuisio, Argumētatio; nā vt discurrit Tatar Modus sciēdi est oratio manifestatiua ignoti, hoc autē, vel est cōplexū, vel incomplexum, si fuerit complexum manifestatur per argumentationē, si verò icōplexū, vel ignoramus essētiā, & hanc explicat definitio vel partes eius,& has manifestat diuisio vt v.g. in homine si essentiā ignores, manifestatur hac definitione *est animal rationale*, si ignores partes eius manifestantur hac diuisione *Hominis alia pars est anima, alia corpus*, & si igniores propriam passionem, quæ de illo prædicatur, dicendo *homo est risibilis*, manifestatur per hanc argumētationē *Omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est risibilis*, ergo sicut nullum aliud datur ignotum quod manifestetur, ita nullus alius datur modus sciendi, qui manifestet Tum 2. quia & si aliæ intentiones logicales conducant ad cognitionem rerum acquirendam, & intellectum iuuent in suis operationibus, tamen proximè, & immediatè id non efficiunt, sed medıan

mediantibus illis tribus, ergo illa tria propriè sunt instrumenta logica, & ad ea reduci debent cætera, quæ ad modum sciendi quoquomodo pertinet.

Præterea numerus hic ternarius nō potest rationabiliter augeri, nec minui, ergo instrumēta logica nō sunt plura, nec pauciora tribus, probatur ass umptū, nō pōt primis augeri addēdo Resolutionē vt instrumētū ab illis trib. cōdistinctū, nā resolutio sæpe sæpius cū Diuisione coincidit, nā diuidēdo resoluimus, & reducimus rē in sua principia, unde & Arist. in proœm. Phys Resolutionē appellat diuisionē tex. 3. *Posterius autē ex his nota fiunt elemēta & principia ijs, qui hæc diuidunt*, id resoluunt; interdum etiam coincidit cum Definitione, & demonstratione, quādo nimirū resoluimus definiēdo, & demōstrando, definiendo quidē, quia sic reducimus definitū in sua principia definiētia, demōstrādo verò cū per demonstrationē à posteriori, seu à signo quæ dici solet Methodus resolutiua, effectū resoluentes causā inuenimus ex Acerb. lib. 5. q q. Perip. q. 1. Nec debet augeri addēdo Enunciationem cum Auersa, quia de ratione enunciationis vt sic, est tātū enunciare vnū de alio, nō autem manifestare ignotū, in quo cōsistit ratio modi sciēdi, vnde secūdum quod est propositio non necessario affert res notiores, sed solum id euenit quando coincidit cum definitione, aut diuisione, vt cum dicimus *homo est animal rationale, hominis alia pars est anima, alia corpus*, quo casu enunciatio manifestat ignotū nō ratione sui sed definitionis, vel diuisionis, quæ in ea cōtinetur, ergo enunciatio, vt sic, nō est modus sciendi condistinctus à cæteris, quia per eam absolutè profertur vnū de alio sed nullo modo ostenditur veritas illius, qd. per enunciationē asseritur. Nec demū augeri debet addendo Methodum, seu ordinem seruandum in scientijs tradendis, quamuis enim hic ordo maximè iuuet mentis directionem, valdeque conducat ad scientiarum acquisitionē, nā ordo confusionē eliminat ab intellectu; nō ob id addendus est, vt instrumentum ab illis tribus condistinctū, sed potius dici debet illorū cōmunis quædā recta dispositio, vt bene dirigant cognitionem nostram, quod ita probatur; nullū instrumentū ad suū munus applicatur, nisi prius sit rectè dispositum, & accōmodatum, nō vtimur Securi ad scindendū, nisi ea obtusa, sed prius ad cotem acuitur, non vtimur calamo ad scribēdū nisi prius attemperato, & sanè acumē hoc in securi, & calamo, nō est instrumētum distinctum à securi, & calamo, sed est dispositio quædā necessaria ad instrumētum, vt bene suum munus exerceat, at Methodus & ordo est similis quædā dispositio cōmunis illis tribus instrumētis, vt bene dirigit cognitionem nostram, quælibet enim sciētia tradit suam doctrinam arguēdo definiendo. &c. hæc autem omnia ordinatè tenetur facere, ne cōfusionem pariat, ergo cæteri non debet instrumentum distinctum ab illis.

At neque debet minui hic numerus, non enim minui pōt subtrahendo Argumētationem, quia ad dirigendū discursū planè efficacius instrumētū ex cogitari nequit; & licet inter argumentationis species demōstratio dignior sit, ac præcipua, atque ideo per excellētiā soleat appellari modus sciendi ex Arist. 1. Post. c. 3 nō tamē ipsa sola absolutè loquēdo dici debet instrumentum logicū, & modus sciēdi, quia hic nō accipimus nomē scientiæ in rigore, sed fusè vt instrumentū sciendi idē sonet, qd. cognoscendi Nec minui pōt subtrahendo Definitionem, tū quia ad explicandas rerum quidditates, & earundē proprietates inueniendas ex cōmuni omnium sensu maximè confert, tū quia Arist. ipse 1 de an. 8. & 1. Met. 48. inter instrumenta cognoscēdi eam cōnumerat simul cum demonstratione & 6 Topic. c. 1. & 3 ait definitionem facere, vt cognoscatur substantia, quod repetit 2. Post. ca 2. Nec demum minui potest subtrahendo diuisionem, tum quia Arist. 1. de anime

inter

3. inter Methodos, I. instrumenta cognoscendi simul cum demonstratione coniungit diuisionem; tum quia de se patet, quantum diuisio iuuet ad distinctos conceptus rerum efformandos, ad discernendum quid asseri, vel negari debeat; imò tanta est efficacitas eius in veritate manifestanda, vt Arist. 1. Priorum sect. 2. c. 3 eam appellauerit paruam quandam syllogismi particulam, & veluti imbecillem syllogismum; & tandem in dissoluendis difficultatibus, & rebus declarandis in dubium vertentibus nil frequentius vtimur, quam diuisione, & distinctione ergo cum etiam diuisio sit manifestatiua ignoti, inter instrumenta logica ipsa quoque erit computanda.

Soluuntur obiectiones.

IN oppositum obijcitur 1. quod sola argumentatio sit modus sciendi, & instrumentum logicum, nam omne instrumentum logicum est discursus à noto ad ignotum, & intrinsece includit vim illatiuã, sed definitio, & diuisio non includunt vim, sed sola argumẽtatio, ergo &c. minor patet, mai. probatur, tum ex ipso nomine facultatis logicæ, logica. n. dicitur à *logos* id est ratione, & discursu, vnde ipsa est facultas discursiua, ergo instrumenta logica vt vere talia dicantur, debent includere discursum à noto ad ignotum; tũ etiã ex ipsa ratione assignata modi sciendi, nã si in hoc sita est, vt sit oratio manifestatiua ignoti, necessariò illationem includit, nam nihil ignotum ex notis notum redditur, nisi beneficio illationis; & hoc est vnicũ fundamentum Zab. lib. 3. de Meth. c. 13 & Fabr. cit. Quod confirmari potest, at [illegible] Arist. qui 1. Post. 2. & 1. Topic. 10. & Ethic. 3. 1. Ret 2. loquens de instrumentis sciendi, meminit tantum syllogismi, & inductionis, & planè non sufficienter 1. Post. 1. probaret omnem doctrinam fieri ex præexistenti cognitione, eo quod fiat syllogismo & inductione, & tex. 33. dũ probat deficiente sensu deficere omnem scientiã illius sensibilis, quia non amplius fit inductio, & demonstratio. Deinde si de ratione modi sciendi foret, vt sit ignoti manifestatiuus quomodocunque, tunc etiam termini, & voces simplices instrumenta logica forent appellanda, cum nobis aliquid significent, & declarent, q̃d prius ignorabamus, & si quis diceret alicui Indias esse, quas iste nunquam vidit, foret talis oratio modus sciendi, quia esset manifestatiua alicuius ignoti.

Resp. negando maiorem, neque. n. hic sumere debemus instrumentũ logicum ad libitum Zabarel. sed iuxta cõmunem loquendi modum, quo vsi sunt veteres Summulistæ, pro medio apto ad manifestandũ ignotũ, siuè id fiat via illationis, siuè alio modo, quo sensu nomine instrumẽti vsus est Arist. ipse 1. Met. 48. vbi definitionem appellat instrumentũ, quo omnes scientiæ vtuntur; ad primã probationem maioris logica dicitur scientia rationalis, quia est directiua rationis in õnibus actibus suis, vndè considerare tenetur instrumenta directiua cuiuscumque operationis intellectus, & non tantũ discursus, verũ quia inter omnes actus discursus est dignior, ab isto actu logica dicta est sciẽtia discursiua sumpta de nominatione à nobiliori, ad alterã probationem negatur absolutè non posse ignotum fieri notum, nisi via illationis, nã fieri potest componendo per definitionem, & resoluendo per diuisionem. Ad Confir. si Arist. ibi non meminit definitionis, & diuisionis, meminit alibi, & 1 Post. tex. 1. loquitur de doctrina discursiua, vt patet ex ipso cõtextu, & tex. 33. loquit. de obiecto cõplexo ignoto, quod vtique manifestatur per discursum. Ad alteram Confirm. est de ratione modi sciendi, vt manifestet ignotum nõ quomodocunq, sed distinctè, & explicitè, & ideò nomina, & voces dici nequeunt instrumenta logica, quia rem notificant confusè tantum, & implicitè, vt docuit Arist. in proœm Phys. qua etiam ratione oratio illa, quod Indiæ reperiantur, & aliæ consimiles nequeũt dici instrumẽta sciẽdi.

di, qa rē confusè solū, & indistinctè significan, vndè enunciationem absolutè ssiptam hac ratione exclusimus à numero instrumentorum logicorum.

Secundò, obijcitur, ꝙ definitio non sit instrumentū logicū, nā si esset instrumētū à demōstratione distinctū, logica nō haberet vnū subiectum, nec cōsequenter esset vna, qa definitio nō pōt ad syllogismū reduci, qui est adęquatū logicæ obiectū. Deindè quando fuerit clare cognita natura hōis, hęc definitio *animal rationale* non erit modus sciendi, siquidē tūc nō manifestat ignotū. Tandē instrumētū debet distingui à fine, ad quē ordinatur, sed definitio nō distinguitur ab illa cognitione, quę est finis eius, qa definitio est simplex q̃dditatis rei intuitus, neq; alia cognitio sequitur ad illū intuitū, rōe cuius sit instrumentū: Immò hac rōe Blanc. lib. 5. dialect. instit. sect. vlt. negat vniuersaliter Def. Diuis. & Argum. esse instrumenta logica, quia potius sunt opera ipsius logicæ.

Resp. ad 1. in logica absolutè cōsiderata in toto ambitu suo, nō syllogismū, sed instrumētū sciendi esse adęquatū obiectum. Ad 2. idē argumētū cōfici posset, cōtra argumētationē, ꝙ nō manifestet ignotū illi, qui iā distinctè cōclusionē p eā illatā noscebat, dicendum itaque, quod licèt definitio non manifestet ignotum ei, qui iam clarè definiti naturam agnouit, tamen ex natura sua est manifestatiua, & hoc sufficit ad rationem modi sciendi. Ad 3. idē etiam argumentum vrgeri potest contra argumentationem, ꝙ nō distinguatur ab ipsamet notitia discursiua, atque ideò esse nequeat instrumentum eius; vt vrgebat de facto Branc. cit. itaque respōdet Amic. tract. vlt. log. q. 6. dub. 2. dupliciter definitionē posse dici instrumentū sciendi, primo respectu ipsius scientiæ, & ità certū est nō esse instrumētū, qa esset instrumētum sui ipsius, qa per definitionē nō habemus aliā sciētiā, quā cognitionem quidditatis, quæ est ipsissima definitio. Secundò, vt sit instrumentū respectu quidditatis cognitæ, & ità benè dicitur instrumentū, & sic intellectus est principale agens, cognitio definitiua est instrumētū, quo apprehēdit obiectum, sicut manus dicitur instrumētū corporis, qa per eā aliquid apprehēdit. Sed hæc responsio nō satisfacit, nō .n. obiectū, sed cognitio recta obiecti est finis instrumēti logici, ergo malè cōcedit definitionē esse instrumentū obiecti tm̄, non autē cognitionis; Quòd si dicat, etiā obiectū, quatenus rectè cognitū, statui posse sinē logici instrumēti; hoc nihil est, cum .n. esse cognitū in obiecto nihil reale dicat, nisi cognitionē ipsā, vt ad illud terminatā, planè dicere definitionē esse instrumentū obiecti, quatenus cogniti, est idē, quod asserere esse instrumentum cognitionis ipsius, atque ita redit integra difficultas.

Potius ergo dicendum, quod definitio, sicut etiam diuisio, & argumentatio possunt sumi dupliciter, vel formaliter, vel obiectiuè, primò modo sunt ipsimet actus definiendi, diuidendi, arguendis secundo modo sunt obiecta, quæ per hos actus menti obseruantur, cognoscit .n. intellectus per logicam instructus regulas, & præcepta bonæ definitionis diuisionis, &c. & sic cognoscit, quomodo definiendum sit, diuidendum, &c. & hoc modo sumpta præcipuè habent rationem instrumenti logici, vt Tat. cit. ibidem innuit, & Auersa sect. 2. conceptus .n. obiectiuis est, qui dirigit actum postea eliciendum, sicut .n. quilibet artifex, vt opus suū rectè efficiat, prius illud mente præconcipit, qualiter sit efficiendum cogitando regulas, & præcepta tale opus efficiendi, sic intellectus, vt rectè definiat, discurrat &c. considerat regulas, & præcepta definitionis, & discursus, & virtute huius notitiæ, & conceptus obiectiui, qui in proposito est discursus regulatus, vel definitio efficit subindè actualem discursum, vel definitionem: In proposito itaque licet definitio formaliter sumpta non distinguatur à notitia ipsa quidditatis, obiectiuè tamen sumpta distinguitur, saltim

quoad modũ essendi, sicut distingui solet res obiectiuè concepta à seipsa, vt existit realiter à parte rei, & hęc sola distinctio sufficit ad saluanda, quæcũq; dicuntur de cognitione dirigibili, & instrumento directiuo, & p hoc patet ad instantiã Blanc. formaliter sumptæ sũt opera logicæ, sed obiectiuè sunt instrumenta. Sed dices, definitio, & argumẽtatio sic sũptę ꝓ cõceptu obiectiuo rei efficiẽdę nõ sũt, nisi Idea, & exẽplar definitionis actualis, & discursus, at idea nõ dicitur instrumẽtũ, sunt.n. causæ distinctę idealis, & instrumẽtalis, & domus in mẽte Architecti, non solet dici instrumẽtum ædificandi, sed tale dicitur malleus, securis, &c. ergo hoc modo inspecta definitio nequit dici instrumẽtum. Resp. ideã in logica habere rationẽ instrumẽti, nec est par ratio de alijs actibus factiuis, & logica, qa in illis cũ exerceatur p actus transeuntes habentur instrumẽta externa, quæ ꝓpriè tali nomine nũcupãtur, sed logica cũ exerceatur p actus immanẽtes, & opus eius dirigibile sit cognitio intellectiua, nil aliud habet, ꝙ ita propriè sortiri possit rationẽ instrumẽti directiui, quã ipsamet ideam operi faciendi.

Tertio obijcitur, quod diuisio non sit instrumentum logicum; tum quia 1. de an. text. 8. habetur, quòd omnis ratio, vel est definitio, aut demonstratio, & 1. Met. 48. omnis disciplina, aut est per demonstrationem, aut per definitionem; tũ quia 2. Post. in principio proponens Philos. numerum quæstionum scientialium, tantũ quatuor enumerat, an sit, quid sit, &c. nullam faciens mentionem de quotuplex sit, ergo frustra fingitur Methodus ista distincta ad satisfaciendum illi quæsito, tum quia denique idẽ cognoscimus per hanc definitionem *homo est animal rationale*, & per diuisionẽ eiusdem in partes Metaphysicas, ergo diuisio nõ est instrumentum condistinctum à definitione.

Resp. in primis duobus locis Arist. loqui de cognitione ipsius, quod quid est, & etiam de illa cognitione, quæ propriè scientia appellatur, has nãq; cognitiones maximè æstimauit veluti principales in qualibet facultate, & in ordine ad istas, tanquã instrumẽta præcipua cõstituit definitionem quæ est generatiua primæ, & demõstrationẽ, quæ alterã generat, & nõ assignauit diuisionẽ, qa hęc nõ est ita necessaria, vt definitio, & demonstratio ad perfectã rei notitiã assequendã. Ad alterã de 2. Post. Arist. ibi enumerat tñ illa quęsita, quę pertinent ad rẽ in se, & in sua cõmunitatẽ inspectã ante diuisionẽ in plura; vel quæsitũ quotuplex res sit reducitur ad quæsitũ quãlis sit; qa species non sũt de essentia generis, sed veluti eius accidentia, qa inferiora accidũt superiori. Ad 3. si interdũ per definitionẽ, & diuisionẽ idẽ exprimitur obiectũ, id tñ non fit eodem modo, quia definitio componit essentiam rei, quàm diuisio resoluit in partes, differunt ergo illæ duæ propositiones non ratione obiecti, seù rei significate, sed modi significandi, & manifestandi eandẽ rem, qui diuersus est in definitione, ac diuisione, quia primus est modus compositiuus, alter diuisiuus, quod sufficit ad diuersitatem illorum instrumentorum; quod adhuc magis explicabitur infra q. 5. art. 1.

Quartò demum obijcitur, quòd sint plura tribus, nam sicut argumentatio cõmuni consensu inter instrumenta logica numeratur, quia mediantibus regulis de ipsa traditis est aptissimum instrumẽtum ad directionẽ discursus, ita pariter enunciatio erit aptissimum instrumentum ad directionem iudicij, quia & ipsa habet proprias regulas, & præcepta, quibus obseruatis non minus bene dirigitur iudicium, quàm regulis argumentationis seruatis dirigatur discursus. Confir. quia si ignoranti naturam hominis dicatur, *Homo est animal*, verè manifestatur illi aliquod ignotum, ergo verè est modus sciendi. Præterea omnes secundæ intentiones logicales sunt aliquo modo veritatis ostensiuæ, & singulæ iuuant ad acquiren-

quirendam scientiã, & dirigendũ intellectũ, ergo oẽs sunt modi sciendi. Demum Arist. 2. Met. c. vlt. Met. seu modũ ꝓcedẽdi in tradendis scientijs appellauit modũ sciendi, ergo non bene excluditur.

Resp. hæc, & similia argumẽta probare dũtaxat instrumenta sciendi esse plura tribus, si modus sciendi latiùs vsurpetur, & secundum oẽm extẽsionẽ ꝓ quacunq; normã rectè intelligẽdi, at nõ si ꝓpriè sumatur pro oratione manifestatiua ignoti, vnde ad 1. non ideò præcisè argumẽtatio ponitur instrumentũ logicũ, qa habet ꝓprias regulas, quibus discursũ dirigit, nã pari rõe, nedũ enunciatio, sed etiã termini simplices inter instrumenta logica forent cõputanda, cũ etiã de subiecto, copula, & prædicato ꝓpria tradãtur regulę, quibus obseruatis dirigitur apprehensio in ordine ad iudiciũ; sed ideò dicitur ꝓpriè modus sciẽdi, qa manifestat ignotũ, ꝙ enunciationi nõ cõuenit, qua talis est. Ad 2. aiunt Compl. in pamb. ad summ. negando, quòd enunciatio ex se sit manifestatiua ignoti, nam ipsa solum vnum de alio enunciat, ad hoc autem, vt verè manifestaret ignotum, deberet ostendere sic esse, sicut per talem propositionem asseritur, quod tamen non fit per ipsam, sed per argumentatione .n. At ità respondendo planè concedunt de ratione instrumẽti logici, & modi sciendi esse vim probatiuam, & illatiuam, quod tamen, & ipsi negant. Dicendum igitur, quod enunciãdo vnum de alio propositio vtique aliquod ignotum manifestat, sed non quantum sufficit admodum sciendi, cuius est manifestare ignotum distinctè, & explicitè, quod non facit propositio, nisi vel coincidat cum definitione (vt est in exẽplo adducto in argumento) vel cum diuisione, vel per argumentationem illata sit, cuius proprium munus est manifestare distinctè, & explicitè ignotum complexum. Ad 3. & 4. cõcludunt solum oẽs intentiones logicales, & methodum ipsũ esse modos sciendi, & instrumenta logica sumpto sciendi modo secundum omnem extensionem.

QVÆSTIO SECVNDA.

Qualiter instrumenta præfata directioni cognitionis deseruiant.

Certum est cognitionẽ intellectiuam per illa instrumenta dirigi posse; sed aliqua difficultas est in explicando, quomodo in ea talis dilectio exerceri possit; nã clarũ est talẽ directionẽ non exerceri circa cognitionẽ in cõmuni abstrahẽtẽ à recta, & indirecta, sed circa cognitionẽ in particulari, logica .n. vtẽs, vt supra dicebamus versatur circa discursus, & particularia iudicia, oĩs autẽ actus cognitionis particularis, vel est actus verus, & rectus, vel indirectus, & falsus, aut .n. est conformis, aut difformis obiecto, nec dari potest mediũ, si cognitio est recta, & vera, iã nõ indiget directione, si verò est indirecta, & falsa, nõ põt ipsamet eadẽ permansẽ dirigi, & recta fieri, iudiciũ .n. quo hõem esse animal irrationale asseritur, nullo prorsus modo idẽ pmanens põt fieri verũ, sed debet è mente tolli, & oppositum introduci, non .n. secundum se est capax directionis, & veritatis, & ità vniuersaliter est de propositionibus necessarijs; quod si in contingentibus possit interdum idẽ iudicium mutari de vero in falsum, hoc certè fieri nequit, nisi per mutationem obiecti, at dirigere hoc modo non spectat ad logicam, quia ipsa non habet vim dirigendi cognitionem mutando obiectum, sed solum mutando cognitionem ipsam; Accedit, quod solum de necessarijs est scientia, & logica præsertim adinuenta est, vt dirigat in cognitione scientifica acquirenda.

Auersa in sua log. q. 3. sect. 7. explicat posse dirigibilitatem cõuenire cognitioni indirectæ, & falsę, sicut Theologi in materia de peccatis explicare solent in actibus malis priuationem bonitatis, & capacitatem oppositæ rectitudinis, in-

actu .n. falso duo consideranda sunt (inquit) & φ sit actus cognitionis, & φ sit indirectus, quatenus ergo indirectus est vtiq; incapax rectitudinis, quatenus falsus est incapax veritatis, qa irrectitudo, & falsitas rectitudini, & veritati repugnāt, estq; illi incōpossibilis; quatenus verò actus cognitionis est, sic secundū ipsā cōmunē rōem retinet rectitudinis capacitatem, & vt sic est dirigibilis, reducitur aūt hæc capacitas ad actū nō quidē faciēdo, vt idē actus mutetur in verū, sed cōuertitur in aliū actū verū realiter diuersū & oppositū, conuenientē tñ eū illo in rōe cōmuni cognitionis circa tale obiectū; & tandē subdit Auers. hoc genus aptitudinis, & capacitatis fuisse ab Arist. assignatū 5. Met. c. 22. dū ait Talp. esse capacē visus nō quatenus Talp. est, sed quatenus animal est, & hac ratione dici cæcā.

Sed hic dicendi modus patitur in primis omnes difficultates, quibus premitur sententia Theologorum tenentium actui odij, & blasphemiæ deberi rectitudinem secundum genus, & hac ratione esse formaliter malos, quæ planè magni sunt ponderis. Deindè falsitas maximam ponit imperfectionem in actu, sed priuatio secundum genus nullam dicit imperfectionē in taliter priuato, vt benè Scot. ostendit 1. d. 28. q. 2. ad 1. nam priuatio visus in planta est quodammodo priuatio ex Arist. 5. Met. 28. & non importat imperfectionem in planta, alioquin priuatio sensibilitatis in lapide, & infinitę perfectionis in ente creato id etiam faceret, quia lapis qua substantia, est capax sensationis, & quodlibet ens creatum, quatenus ens, est capax infinitæ perfectionis, ergo falsitas, & irrectitudo cognitionis non bene explicatur per priuationem rectitudinis in actu secundū genus. Rursus falsò supponit Auersa cognitioni intellectiuæ, vt sic, conuenire, atq; deberi rectitudinem, quia cognitio intellectiua, vt sic, abstrahit à recta, & indirecta, ergo vt sic neutrum ei conuenit, vel debetur, sicut nec animali, vt sic, debetur rationalitas, vel irrationalitas, qa ab his abstrahit. Confirm. nā repugnat in terminis actu falso secūdū gradū genericū deberi rectitudinē, quā nō pōt habere secū lū specificū, nā si debetur gradui generico, debetur etiā omnibus inferioribus, vel si eis inferioribus nō debetur, nec debetur gradui generico, sed aliquibus speciebus illius gñis, sicut quātitas debetur substātię corporeæ, nō autē spirituali, & ideò non debetur gradui gñco substātiæ in cōmuni; alioqn si deberetur generi, deberetur etiā omnibus speciebus. Et p hoc patet ad exēplū de Talpa, nā si Talpæ repugnat visus secundū speciē, falsū erit visū deberi gradui generico animalis, vndè tenendo Talpā nō carere visu secundū speciē, non est simpliciter cæca, vel priuata, sed tantū secūdū qd, sed seu secundū genus, non φ eius generi, .i. animali debeatur visus, se qa ei nō repugnat; quæ doctr. est Scot. loc. cit. vbi ait, carentiam rōis in boue esse priuationē secundū q d, qa licet ratio repugnet boui, qua bos; non repugnat tñ animali, & ait hanc priuationē nihil dicere imperfectionis in priuato ob rationē allatam, & ità intelligendus est Arist. cit. dum loquitur de Talpa.

Si respondeat Auersa sufficere, quod rectitudo saltim non repugnet generi actus, licet ei non debeatur, quia hoc sufficit, vt cognitio intellectiua in communi dicatur dirigibilis. Contra hoc est, quia dirigibilitas ab ipso ponitur passio cognitionis intellectiuæ, ergo non erit mera non repugnantia, sed debitum, & aptitudo ad dirigi.

Alij proinde fatentur directionē vtiq; non deberi actibus elicitis, nec secūdum speciem, nec secundum genus, sed deberi actibus eliciendis, vt sic enim non sunt recti, nec errati, sed esse possunt vtrumque, recti quidem, si eliciantur iuxta præcepta logica, errati verò, si non ita eliciantur. Sed contra hoc etiam est, quòd idem prorsus est indiuiduum, quod nunc

existit,

existit, & prius erat in potētia obiectiua, vt docet Doct. 2. d. 16. q. vn. A. & Arist. 9. Met. 9. ergo si cū existit non potest idem numero dirigi, ergo neq; cū existere pōt idē. n. num. est actus elicitus, & eliciēdus.

Dicendū itaq; cognitionē intellectiuā in tm̄ dici dirigibilē, & directionis capacē, in quantum intellectus cognoscens, & operans pōt dirigi, & corrigi transeundo ab actu falso ad verum. Probatur, quia si hoc modo explicetur, capacitas directionis in cognitione, vt .s. rectitudo debeatur potentiæ intellectiuę, nō actui cognitionis, facillimè vitatur difficultas in principio proposita, & vniuersaliter defenditur oēm cognitionem, siue sit de obiecto contingenti, siue necessariò esse dirigibile, rectitudinisq; capacē, quatenus intellectus in omni cognitione potest dirigi, & emendari. Accedit, ꝙ quādo dicimus finē logicæ esse dirigere operationes intellectus, aliud nō intelligimus, quā intellectū ꝑ logicā dirigi posse, & debere in suis operationibus, ergo rectitudo debetur potētiæ intellectiuæ operāti nō ipsi operationi. Deniq; licèt modus dicendi Auersæ, ꝙ rectitudo debeatur operationi, substineri posset in illis contingentibus actibus (si tamen dantur, de quo in lib. de an.) qui ijdem numero manentes possunt de veritate ad falsitatem migrare, & è contra nullatenus tamē sustineri potest de actibus necessarijs, & alijs contingentibus, ergo vt detur vniuersalis regula, quomodo cognitio intellectiua sit capax directionis, restat dicere, quod sit capax illius mediatè, non immediatè, .i. ratione intellectus dirigibilis, non ratione suæ entitatis, siue specificè consideretur, siue genericè.

At in contrarium objicies, directio, vel indirectio conuenit intellectui mediante cognitione, ergo & dirigibilitas, quia est eadem ratio probatur assumptum, quia tunc intellectus est rectis, quando est verus, indirectus, quando est falsus, sed veritas, & falsitas immediatè conuenit cognitioni; mediatè intellectui, quatenus habet cognitionē verā, vel falsā. Rursus cognitio dicitur immediatè directa, ergo etiā immediatè dirigibilis. Cōseq; patet, qa actus in subiecto, cui inest, supponit potentiā ad ipsū. Resp. ad 1. negādo paritatē, qa directio, vel indirectio respicit actū secundū, & sumitur immediatè ex cōformitate, vel difformitate ad obiectū, quæ fūdatur immediatè in actu, sed dirigibilitas respicit actū primū, & sumitur ex posse, vel non posse elicere actū rectū. Ad 2. in actu est potentia logica ad directionē, .i. non repugnantia ad dirigi, quo sēsu Deus dicitur habere potētiā ad esse; nō autē potētiā physica, seu subiectiua, quæ dicitur cōtradictionis, sed hęc in intellectu solū reperitur, & de potētia ad dirigi in hoc sēsu loquimur in proposito.

Sed adhuc vlterius pro maiori notitia famulatus horū instrumentorū dubitari solet, an præfata singula instrumenta singulis deseruiāt operationibus, vel potius æqualiter omnibus. Pro decisione breuiter dicendū est, ꝙ licet omnia, & singula assignata instrumēta omnibus, & singulis inseruiāt operationibus, nō tn̄ omnibus æqualiter famulantur; & quidē primū facillimè ꝓbatur discurrendo per singula; Definitio .n. maximè iuuat ad dirigendā primam operationem, ipsa .n. mediante ritè concipimus essentiam propriam rerum; hinc etiam valet ad directionem secundæ, cum enim nos ducat in cognitionem quidditatis, docet consequenter, quæ prædicata essentialia de ipsa enunciare debeamus, & quæ negare, valet tādem ad dirigendam tertiam, quia ex eadem definitione concluduntur illatiuè propriæ passiones, & attributa, & repugnantia excluduntur, nām medium demonstrationis, per quod passionē ostendimus de subiecto, est ipsius subiecti definitio. Diuisio similiter tendit ad directionem cuiuscunque operationis intellectus, per diuisionem siquidem resoluēdo rem in sua prædicata distinctè apprehendi-

hendimus essentialia rei; & quia diuidēdo cognoscimus, quid de re affirmandū sit, vel negandū, consequēter famulatur secūdæ, tandē tertiæ deseruit, quæ in discurrendo frequēter vtimur distinctione, sæpius fit argumētū à sufficiēti diuisione, & præsertim per pulcher ille arguēdi modus, qui dicitur dilēma in diuisione fundatur. Argumētatio deniq; iuuat, & ipsa omnes, & singulas intellectus operationes; de discursu res de se patet, de iudicio probatur, quia si interdū intellectus enunciādo decipitur, tribuēdo. s. prædicatū alicuod rei, quod verè ei nō cōuenit, nō melius corrigitur, & in notitiā erroris deuenit, quā per argumentationē, dirigit etiā apprehēsionē, quia ad inueniēdā perfectā rei quidditatē nō semel vtimur syllogismo.

Verū quāuis hoc totū verū sit omnia, & singula hęc instrumēta omnibus, & singulis famulari operationibus, vt probatū est, nō tñ omnibus æqualiter inseruiunt, sed certū instrumētū certę operationi est specialiter applicatū, & addictū, & proximè, ac directè ad eā rectificādā ordinatur quod pariter probatur discurrendo per singula, & singula conferendo singulis operationibus, & quidem Definitio quamuis iuuet, & dirigat secundam, & tertiam operationē, vt diximus, tamē per se primò valet ad directionem primæ, quia obiectum proprium primæ operationis assignatur, quod quid est rei ab Aristot. 3. Met. 8. & 3. de anim. 26. & alibi sæpè, sed veram rei quidditatem noscimus per definitionem ij. Met. sum. 3. c. 1. ergo definitio per se primò valet ad directionē primæ operationis; Diuisio autem licet etiā primæ, & tertię operationi deseruiat, secundę tamen speciali modo adminaculatur, quia per diuisionem pręsertim dignoscimus, quid affirmādum sit, vel quid negandum de re, quam inquirimus. Accedit, quod secunda operatio consistit in affirmatione, vel negatione prædicati de subiecto, hæc autem affirmatio fundatur in identitate prædicati cū subiecto, sicut negatio in eorum diuersitate, at per diuisionē potissimū deuenimus in notitiā huius identitatis, vel diuersitatis, ergo peculiari modo deseruit secundæ operationi. De argumētatione tandē certū est apud oēs, quod licet primā, & secundam operationem iuuet, per se tamen primò instituta est ad directionem tertiæ.

Methodus verò, cū nō sit peculiare instrumentū à cæteris cōdistinctū, vt liquet ex q. præced. sed potius cōmunis quædā cōditio ac veluti cuiuscunq; dispositio, vt bene suū munus gerat, & cognitionē dirigat, cōsequenter nō est censēdū instrumētū alicui certę operationi affixum, sed oēs, & singulas indifferenter coadiuuās.

QVÆSTIO TERTIA.

Quodnam horum instrumentorum sit perfectius.

Etiam si exacta huius quæsiti intelligētia supponeret particularem tractationē de vnoquoq; eorū singillatim, placuit tñ, & vtile visū est id in præsenti inuestigare, vbi de omnibus promiscuè tractamus, & vnum ad aliud conferre: Et quidē in primis certū est apud oēs, & absque cōtrouersia receptū diuisionem esse imperfectius instrumētū cæteris, vt Scot. docuit lib. 1. Prior. q. 21 vnde sola remanet difficultas de definitione, & Argumētatione. Eustrat. præfat. in 2. li. Post. Balduin. q. 9. Smigl. & alij quamplures tenent definitionem esse perfectius, & nobilius instrumentum cæteris omnibus. At Scot. cit. Faber. Theor. 16. Zab. Philop. Simp. & Græci omnes asserunt argumentationem præsertim, quæ fit in materia necessaria, præstare definititioni, & sequitur Amic. tract. vlt. q. 5. dub. 3. & si ratio, qua id asserit, sit insufficiens, fundatur. n. in hoc, quod definitio non sit instrumentum respectu cognitionis, sed potius respectu obiecti, quæ doctrina superiùs explosa est q. 1. huius disp. in sol. ad 2.

Dicendum breuiter est argumentatio-

tionem, & eam præsertim, quæ fit in materia necessaria, præstare cæteris instrumẽtis logicis, etiã definitioni ipsi in ratiõne instrumẽti, Cõclusio est Scoti cit. loc. vbi in corpore quæsiti ait, ꝙ argumẽtatio est modus sciẽdi perfectissimus inter alios, & quod ideò Arist. fecit quasi totã suã logicã de argumẽtione. Probari autẽ potest, tũ quia inter instrumenta logica sola argumẽtatio vim probatiuã, & illatiuam possidet, ergo perfectiori modo dirigit, & manifestat ignotũ, nã negari nequit, quin virtus illatiua in manifestatione ignoti ex notis maximã habeat energiã. Tũ 2. quia tũc instrumentum censetur perfectius in arte, quanto illimitatior est eius famulatus, & ad plura deseruire põt, at argumẽtatio non solũ inseruit directioni discursus, sed etiã iudicij, & apprehensionis; nã & si hoc sit cõmune singulis instrumẽtis, ꝙ omnibus, & singulis operationibus deseruire possunt, vt patet ex q. præced. negari tñ non põt, quin perfectiori modo id cõpetat argumentationi; si .n. intellectus falsa opinione detineatur, statim argumẽtatio ex notis ad ignota procedendo eius errorẽ cõuincit. Tũ etiã efficacissima est ad inueniẽdã rei essẽtiã, & cõceptũ eius qddiatiuũ, cum .n. definitio est ignota, inuestigatur per discursum à posteriori, & methodum resolutiuam, quæ vel est demonstratio, quia, vel inductio, vt docet Faber. cum Zab. theor. 17. ergo cum definitio ipsa sæpius argumẽtatione manifesteтur planè in ratione instrumenti logici, .i. ignoti manifestatiui deficiet à demonstratione.

Consultò autem dictum est in conclusione definitionem *in ratione instrumenti logici* excedi ab argumentatione, quia si in ratione cognitionis consideretur, res è cõtra se habet, vndè notauimus loc. cit. q. 1. in sol. ad 2. posse definitionẽ, & argumentationem dupliciter sumi, vel formaliter pro ipsis actibus definiendi, & arguendi, seu pro ipsa cognitione definitiua, aut demõstratiua rei, vel obiectiuè, quo sensu præsertim induit rationẽ instrumenti logici, vt ibi declaratũ est; quãuis ergo in ratione instrumenti argumentatio definitionẽ excedat: in rationẽ tñ cognitionis definitio excellit argumẽtionẽ etiã in materia necessaria, .i. cognitio definitiua rei excedit demonstratiuã, ꝙ facilè probatur; Tum quia definitio ex genere suo circa substantiã rei versatur, demõstratio circa accidens, manifestat. n. necessariã inhæsionẽ passionis cũ subiecto, ergo cũ perfectio essẽtialis cognitionis ex obiecto formali eiusdẽ mensuretur planè, in ratione cognitionis definitio perfectior erit demõstratione, quia est circa nobilius obiectũ ex genere suo; Tũ etiã, quia, & si interdũ accidat, vt definitio, & demõstratio sint circa accidẽs aliꝙ, adhuc tñ definitio ex genere suo est circa essentiã, & quidditatẽ illius accidẽtis, demõstratio autẽ circa passionẽ eius, quæ est prædicatũ extra quidditatẽ existens, ergo vniuersim loquẽdo definitio in ratione cognitionis semper perfectior est demõstratione. Tũ præterea, quia etiã si cõtingat, quod definitio, & demonstratio sint circa idẽ prorsus obiectũ, adhuc perfectior erit cognitio definitiua rei, quã demõstratiua, quia hæc est cognitio habita per discursũ, illa per simplicẽ quasi intuitũ, cæteris autẽ paribus nobilior est modus attingendi obiectũ sine discursu, quam cum discursu, qua ratione hic intelligendi modus Deo tribuitur. Tum demum, quia hac ratione ait Aristot. 3. Met. 3. & 7. Met. 4. quod dicimur magis scire, cum scimus, quid sit homo, quàm quando qualis sit, ergo in ratione cognitionis definitio excedit demonstrationẽ.

In oppositum obijcitur 1. quod definitio, etiam in ratione instrumenti perfectior sit argumentatione. Tum quia illud est nobilius instrumentum logicum, ad quod omnia instrumenta logica reducũtur, sed omnia reducuntur ad definitionem, etiam demonstratio ipsa, vt docet Auer. 1. Post. com. ij. vbi ait scientiam re-

 rum

rum per demonstrationē quæri propter scientiā definitionis; vnde 1.Post.com.38. ait tractationē 1.Post. ordinari ad secūdū librū, vbi agitur de definitione, ergo definitio nobilior est, qa finis nobilior est his, quæ sunt ad finē. Tū deinde nobilius est instrumentū, q̄ versatur circa perfectius obiectū, seù scœitiam causata de nobiliori obiecto, sed definitio est circa substantiā, demonstratio circa accidēs, ergo &c. Tū tandē, qa definitio rē manifestat per causā formalem, & intrinsecā 3.Mèt.3. & 7. Met.35. quæ certiùs ducit in cognitionē, quā causā efficiens, & extrinseca, per quā ꝓcedit demonstratio, ergo non tantū ex obiecto, circa q̄ versatur, sed etiā ex medio quo vtitur ad illud manifestādū, definitio excedit demōstrationem, ita arguit Balduin. loco citato.

Resp. ad 1. negando minorē, nā in logica secundū se cōsiderata in tota latitudine sua de singulis instrumētis per se agitur in ordine ad singulas operationes intellectus, vt patet ex dict. q. procem. in logica verò Arist. (quicquid dicat Auer. de quo nō curamus) tm̄ abest, vt de demonstratione agatur in ordine ad definitionē, q̄ potiùs omnino è cōtra res se habet, nā in 2. Post. consideratur, vt est mediū in demōstratione potissima, vnde ad eā reduci habet, velut pars ad totū. Ad 2. Faber. cit. absolutè negat definitionem notificare substantiā, & inquit significare tantum substantiam rei, vnde postea theor. 17. ostendit substantiam notificari Methodo resolutiua, quæ vel est demonstratio, quia vel inductio. At malè negat Faber. definitionem esse notificatiuam, & declaratiuam substantiæ rei; tum quia hæc est aperta Arist. doctrina 6. Top. cap. 1. & 3. & 7. Met. tum quia id ratio conuincit, nam si definitio significat substantiam, & essentiam rei, vt ipse concedit, vtique certum est non significare illam confusè, & implicitè, vt significatur per nomen definiti, sed clarè, & distinctè, vt docet Arist. in procem. Phys. tex. 5. ergo illā notificat, & declarat, nā significare distinctè rē est ipsā declarare, & notificare; & falsū est, vt patet ex supradictis, rē notificari non posse, nisi per illationē, & discursū ex noto ad ignotū; & ideò quāuis cōcedamus substantiā rei modo illatiuo notificari posse p Meth. resolutiuā, negamus tn̄ alio modo manifestari non posse, quia definitio per simplicē velut intuitū sine discursu quidditatem rei manifestat.

Potiùs ergo ex dictis occurrendū est, aliud esse cōparare adinuicē definitionē, & demōstrationē in ratione cognitionis, aliud in ratione instrumenti, vt benè notauit Amic. cit. nā si primo modo cōparētur, negari nequit, quin definitio nobilior sit demonstratione, vt benè probat argumentū, at nō ꝓbat, q̄ sit perfectior in ratione instrumēti, nā perfectio instrumēti formaliter nō attēditur ex fine, vel obiecto, quia alioqui nobilior esset demonstratio, quia demonstratione propter quid, nam illa substantiam, & essentiam rei manifestat, hæc accidens, sed sicut ratio instrumenti consistit in famulatu, & in modo adiuuādi intellectum in cognitione obiecti, ita ex conditionibus augētibus non perfectionem cognitionis, sed vim adiuuantem intellectum ad eam obtinendam, attendi debet perfectio, & nobilitas logici instrumenti, cumque hęc virtus magis eniteat in demonstratione, quàm in definitione, quia in ea vis illatiua cōtinetur, ideò in ratione instrumēti ab ea exceditur, licet in ratione cognitionis excedat. Ad 3. falsum est definitionem vti causa formali pro medio, quia ipsa ad rem manifestandam non procedit via illatiua, imò potius ipsa medium est in demonstratione potissima; dicitur tamen rem notificare per causam formalem, & intrinsecam, pro quanto definitum declarat proponēdo paries intrinsecas quidditatis eius.

Secundò obijcitur è contra, quòd nec in ratione cognitionis definitio præstet demōstratione, nam vt vna cognitio aliā exce-

excedat in perfectione, non sufficit, vt sit de nobiliori obiecto, sed debet circa illud adæquatè versari, ergo si demōstratio pariat clariorē, & magis adęquatā cognitionē de accidente, quàm faciat definitio de subſtātia, erit perfectior definitione, etiā in ratione cognitionis, & si sit de ignobiliori obiecto. Accedit, quod etiā intētū cōtingere pōt, vt demonstratio sit circa accidēs nobilius, & definitio circa ignobilius, illa nimirum circa intellectionem, hæc autem circa albedinem.

Resp. duplicē esse perfectionem cognitionis, aliā essentialē, quę attēditur pęnès obiectū formale, accidentalē alterā, quæ attenditur pęnès cōditiones accidentales cognitionis pęnès nimirū intētionē, claritatē, certitudinē, &c. & vtiq; cōtingere pōt, vt vna cognitio sit pfectior alia essentialiter, & imperfectior accidentaliter; & sic dicemus cognitionē confusā substantiæ imperfectiorē esse distincta accidentis; sic igitur in pposito, etiā si definitio rei imperfecta foret, tñ quia ex genere versatur circa perfectius obiectū, quā demonstratio, semper secūdum speciem eam excederet, & solum in quibusdam accidentalibus conditionibus excederetur ab ea, quæ doctrina est Scoti 2. d. 3. q. 9. & tradita fuit ab Arist. 1. de pari animal. c. 5. vbi ait melius esse secundum essentiam, & speciem de diuinis, & cœlestibus rebus tenuem cognitionem habere, quàm de corruptibilibus magnam, & perfectam secundum conditiones accidētales. Ad aliud dicimus id euenire per accidens, per se tamen, & ex genere suo definitio in ratione cognitionis perfectior est demonstratione, quia definitio est circa quidditatem rei, & demonstratio circa accidentis eiusdem rei, vnde vt comparatio recta sit inter definitionem, & demōstrationem fieri debet, respectu eiusdem rei, sic enim definitio deprehēditur semper perfectior demonstratione, quia per eam res cognoscitur quid sit, per istam qualis sit.

QVÆSTIO QVARTA.

De Definitione.

QVamuis definitio, vt importat rei quidditatem, ad Metaph. spectet, qua ratione Arist. fusè de illa pertractat 7. Met. nā attinet ad eū disputare de conceptibus trascēdentibus, qualis est cōceptus ipsius quidditatis, tñ vt est medium in demonstratione instrumentū sciendi, seu cognoscēdi quidditatē, ad logicā attinet, ità directè docuit Auer. 7. Met. com. 42. et quāuis ipsā considerare, vt est mediū in demostratione, spectet ad lai. Post. tamen vt instrumentum cognoscendi ad hanc pertinet disput. vbi agere decreuimus et in particulari de quibusdam instrumentis logicalibus, quorum cognitio prorsus necessaria videtur ad cæterorum captū, nam se habent velut clauiculæ quædam ad alia aperienda; tale autem instrumentum est definitio, de qua quia plura occurrunt differentia, ideò quæstionem hanc in plures distribuemus Articulos.

ARTICVLVS PRIMVS.

An sit, quid sit Definitio, & quotuplex.

CIrca primam articuli partem, & si vt Aristot. refert 2. Post. 20. & 8. Met. 9. Antiquiores quidam Antistenis Sectatores negauerint possibiles esse rerum definitiones, quā opinionem secutus est Ioann. Franc. Picus in examine vanę doctrinę gent. lib. 5. c. 7. & 8. ita tamen exploratum est apud omnes rerum definitiones nō solùm esse possibiles, verū de facto dari, vt cęteri omnes Philosophi oppositum docuerint; ita Plato apud Alcin. de doctr. Plat. cap. 1. Pythag. & Socr. apud Laert. in vitis eorum Democr. quem idcircò laudat Aristot. 1. de partib. anim. c. 1. & Arist. ipse, ferè vbique, sed ex professo 6. Topic. 2. Post. 7. & 8. Met. Accedit ratio euidęns, quia ablata definitione tolli-

tollitur demonstratio, cuius est mediũ, & ablata demonstratione omnes scientiæ tolluntur, nihil prorsus sciremus, & ea quoq; ignoraremus, quæ sũt obuia sẽsib⁹, & facillima cognitu: in hac igitur parte nullus remanet ambigendi locus de existentia definitionis.

Quantũ verò ad aliã quęsiti partem de ratione definitionis, recolenda est cõmunis illa diuisio definitionis in definitionẽ *quid rei, & quid nominis.* definitio quid rei apud omnes est, quæ explicat rationẽ rei; sed rationẽ definitionis quid nominis nõ assignãt oẽs eodẽ modo; Auersa tract. 1. inst. c. 3. Blanc. lib. 4. instit. sect. 4. Amic. trac. vlt. q. 1. dub. 4. Arriag. disp. 3. inquiũt, ꝙ definitio qd nominis est, quæ explicat vim, & significationẽ nominis, vt si definiatur hoc nomẽ *homo* dicendo, *est nomẽ significatiuum animalis rationalis.* Sed hoc nõ benè dicitur, nã cũ natura nominis, eiusq; essentia in significatione cõsistat, & ipsũ nomẽ quoq; sit res quędã verè definibilis per definitionẽ quidditatiuã, certè si definiatur per genus, & differentiã, vt dicẽdo, ꝙ hoc nomen homo est *nomẽ significatiuum animalis rationalis*; talis definitio verè erit, qd rei, nã verè explicat per genus, & differentiã totã essentiã illius nominis *homo*. Fuent. 2. p. sum. q. 2. diff. 1. art. 1. ait, definitionẽ qd nominis esse rationẽ entis impossibilis, & ideò subdit hoc genere definitionis definiri chymerã, hyrcoceruũ, & alia entia impossibilia, & ideò nominis definitio appellatur, qa totũ esse definiti nullũ est aliud, quàm nominari, & hãc ait fuisse mentem Arist. 2. Post. cap. 7. vbi docet de rebus, quibus actu esse, & existere repugnat, non posse sciri, quid sint ipsæ, sed tantum quid nomina significent; quod etiam ait insinuari à Scot. 4. d. 1. q. 2. §. *Hic primo videndum.* Sed neq; hoc benè dicitur, quia entia quoq; realia vltra definitionẽ quid rei habent etiã quid nominis, ergo falsũ est id formaliter significare rationẽ entis impossibilis, assũptũ patet ex 1. Post. text. 2. 5. 24. & 25. vbi ostẽditur ad demonstrationẽ necessariã esse præcognitionẽ quid nominis; idẽ innuit Arist. 2. Post. text. 10. qui est locus à Fuent. cit. & 4. Met. 28. Et è cõtra, etiã entia impossibilia possunt explicari suo modo definitione quid rei, nimirũ p rationẽ explicitè, & distinctè explicantẽ illud, ꝙ nomẽ importat implicitè, & cõfusè, vt Scot. docet loc. cit. ab ipso Fuent. Quòd si cõtẽdat Scot. ibi loqui de quid nominis, adhuc habemus intẽtũ, qa inquit ibi, hanc rationẽ nominis esse tam entis, quã nõ entis, ꝙ etiam docuerat in 1. d. 3. q. 6. ar. 3. falsũ igitur est Doctorem huius fuisse opinionis; ꝙ ibi asserit est, definitionẽ qd rei propriè explicare tantũ verã, & ratã rei essentiã, vnde negat hãc esse propriè entis impossibilis, ꝙ vtiq; verũ est, nã hæc est vna conditio entis definibilis, vt postea dicemus; & hoc ad sũmũ significare voluit Arist. 2. Post. cap. 7. quia n. definitio quid rei propriè enti tãtũ reali conuenit, ideò ibi dicebat entia impossibilia præsertim explicari per definitionem nominis.

Definitio igitur quid nominis, vt colligitur ex Doctore p. d. 22. q. 1. §. *Potest dici*, & ex 4. loc. cit. §. *ex his prædictis*, vt distinguitur à definitione quid rei, est explicatio, seu significatio nominis, vel per aliud nomẽ clarius, vel per ethymologiã eius, vel alio consimili modo; sic definitur mulier, quod est mollis aer, homo, ꝙ ab humo trahit originem, Sol, quod solus sit in Orbe, lapis, quod sic dicatur à læsione pedis, ità n. non verè explicatur natura ipsius nominis, vt res quædam est sed crasso quodã modo significatũ eius, vnde definitio quid nominis propriè, vt notat Tat. in 2. Post. q. 1. §. *Primo sciendum* idem est, quod nominis interpretatio quicquid dicat Fuent. cit. & sequuntur Complut. præamb. de modis sciendi Casil. tract. 3. c. 1. ex quo demum sequitur, vt ibi notant idem, solam definitionem rei esse propriè, & simpliciter definitionem, atque ideò prædictam diuisionem

nem esse æquiuocam analogam, & ideò dimissa definitione quid nominis ad aliā progredimur.

Definitio itaq; q̃d rei, vt ab eius nomine exordiamur, ità appellata est metaphora desūpta ex terminis, & finibus agrorū, vt notauit Quintil. lib. 7. c. 4. vnde 1. Top. c. 4. ab Arist. vocatur terminus, eo quia vt fines agrorū eos definiūt, & claudunt, vt ab alijs secernant, sic definitiones naturas, & definitiones rerū circūscribunt, & ab alijs separāt, definitur verò ab Arist. 1. 1. Top. cap. 4. & 2. Post. tex. 10. q̃ sit *oratio quod quid est esse rei significans*, i. oratio explicās naturā, & essentiā rei, nā frequēs est apud Arist. loco *essentia* ponere *quod quid est esse rei*, quia per illā respondetur ad interrogationē factā de re per *quid*; in qua definitione genus est *oratio*, in hoc n. cōuenit cū alijs modis sciēdi, per reliquas particulas differt definitio ab illis, & à cæteris orationibus, quæ non explicant essentiā rei; dicitur autem oratio, quia essentia rei nō pōt vno nomine exprimi distinctè, nā vt docet Alens. 7. Met. text. 5. quælibet res definibilis habet rationem quamdā cōmunē, qua cū alijs cōuenit, & aliam peculiarem, qua ab ijs discernitur; cū igitur hæ duæ rationes per definitionem sint explicandæ, plures termini vocales, aut mentales sunt adhibendi, cum vnico præstari non possit, nam nullus terminus vniuocus, quales sunt, qui definitionem ingrediuntur, potest significare plures conceptus; idem habet Doctor 6.

Potest autem definitio formaliter sūpta, & non obiectiuè, i. pro actu, quo intellectus rem definit, dupliciter sumi, vel pro sola apprehensione quidditatis rei per se sumpta, quæ importatur per genus, & differentiam, vt est *animal rationale* respectu hominis, vel etiā pro enūciatione, qua talis essentia affirmatur de homine, dicendo, quòd *homo est animal rationale*; primo modo inspecta attinet ad primam intellectus operationē, quia est oratio imperfecta, & diminuta ab omni affirmatione præscindens, & in hoc sensu locutus est Arist. 1. Post. c. 10. & li. 2. c. 2. dū ait definitionē nō esse enūciationē, seù affirmationē, sed esse id, q̃ affirmatur de re, solūq; percipi, & apprehendi, vt ibi docet Cōm. at secundo modo inspecta pro integra nimirū enunciatione includēdo definitū, & copulā, ita planè spectat ad secundam, & in hoc sensu Arist. 1. Post. c. 1. & 7. & lib. 2. c. 10 ait definitionē esse propositionē, & esse vnā ex præmissis in demōstratione, & etiā interdū esse cōclusionē, si probetur nimiū, & inferatur ex alijs præmissis, quo casu spectare etiā poterit ad tertiā operationē, & ita facilè resoluitur inutilis quæstio, quæ solet de hac re controuerti: tota namq; difficultas pendet ex diuerso modo accipiēdi definitionem; magis tñ propriè capitur primo modo, quia alio modo est potiùs enūciatio definitiua, quàm pura definitio.

Demum quoad tertiam partem articuli, multiplicitas definitionis pendet ex multiplici modo explicandi essentiā rei, potest autem per definitionem dupliciter explicari essentia rei, nimirum, vel per partes essentiales, & principia intrinseca rei, vel per proprias passiones, & accidentia extranea, prima dicitur definitio quid rei essentialis, & quidditatiua; altera verò descriptiua, & accidentalis, sed quia essentia rei explicari potest, vel per partes essentiales physicas, vt dicendo, q̃ homo est cōpositum ex corpore, & anima rationali, vel per Metaphysicas, vt homo est animal rationale, hinc definitio essentialis subdiuiditur in Physicam, & Metaphysicam, & definitio essentialis Physica appellari solet definitio causalis intrinseca, eo nempe, quia datur per causam materialem, & formalem, quæ sunt causæ intrinsecæ, quia manent in definitio, vt patet de anima, & corpore respectu hominis, vt notat Tatar. cit. §. *secundo sciendum*. Definitio autem descriptiua est, quando per extranea circūscribitur essentia rei, ex Tat. ibi. §. *Quarto*

tò sciendum. Potest verò essentia rei tripliciter per extranea insinuari,& significari;primo p proprias passiones, vt dicẽdo,ꝙ homo est animal risibile, & hic est frequens describẽdi modus;secũdo modo p causas extrinsecas efficiẽtẽ,.s. & finalẽ,vt dicendo, ꝙ homo est animal creatũ à Deo propter beatitudinẽ, quę definitio dicitur causalis extrinseca, eo qa datdr p causas extrinsecas extra definitũ manentes, de qua Arist. 2. Post. 44. ait esse orationẽ significantẽ ,ppter quid est,& vt talis definitio sit bona,debet assignari in ea ꝑpriæ causæ definiti, qa si essent cõmunes, nõ posset conuerti cũ suo definitio; tertio modo explicari põt, & circũscribi p accidentia cõmunia quidẽ, si seorsum sumantur,sed ꝑpria rei cõiunctim sũpta, vt si dicatur,ꝙ *Homo est animal pulchrũ, bipes,implumes, habens caput erectũ, &c.* hæc .n. quãuis sint accidẽtia alijs ab homine cõuenientia, si seorsim sumãtur,tñ coniũcta simul soli homini cõueniũt;& hęc definitio dici solet purè accidentalis, eo,quia per accidentia cõmunia assignatur, quæ quamuis à pluribus Auctoribus reijciatur, tamẽ ita explicata admitti debet, quia si seruat leges bonæ definitionis,vt aduertunt Complut.cit.& docuit Auer.2.Phys.tex.28.& 93.

Rursus autem,vt notat Tat.q.1.de genere §.*sciendum* ex Scot.1. Priorum q.5. & 4. d.1.q.2 & d. 12.q.1.P.& alibi sæpè definitio essentialis, & quidditatiua est duplex, quædam est purè quidditatiuas,cuius omnes partes pertinẽt ad quidditatem definiti, sicut ista *homo est animal rationale* sic substantiæ completæ definiuntur, quia eius entitates ita absolutæ sunt ab ordine ad aliud extrinsecum illis, vt sine vlla tali habitudine possint perfectè concipi; Alia est quidditatiua data per additamẽtum, quia nimirum ad perfectam notitiam rei pariendam additur aliquod extrinsecum in definitione, ad quod definitum dicit ordinem saltẽm transcẽndẽtalem, sic definitur accidens per ordinẽ ad subiectũ ex 7.Met.17 relatio p ordinẽ ad terminũ, anima p ordinẽ ad corpus, cũ .n. sint entitates non omninò cõpletæ, sed essentialiter imperfectæ,vt non solũ quidditatiuè,sed etiam quietatiuè concipi possint, pẽdent ab aliquo extrinseco,Vnde,qa huiusmodi definitio pręter genus, & differentiã cõtinet etiã aliꝙ extrinsecũ definito,ideò admitti debet pręter definitionẽ essentialẽ, & & descriptiuã alia definitio, q̃ quasi mixta sit ex essẽtiali,et descriptiua,accidẽtali.

In oppositum cõtra præbicta arguitur Primo, ꝙ nõ sit possibilis alicuius rei definttio, nã vt vrgebant Antisten.prędicata,per quæ res definitur,debebant,et ipsa per alia definiri,et rursus hęc per alia,vnde tãdẽ in infinitũ abiretur.Accedit,ꝙ nõ potest cognosci quidditas; nisi cognoscatur vltima differentia,& hęc cognosci nõ potest,nisi cognitis infinitis rebus,à quib. per eam secernitur. Conf.quia delinquimus (ait Picus) cum quid substantiale definitur adhibemus ea, quæ sensib. nostris occurrunt,nam hęc sunt accidentia, at substantia non tàm sensibus percipitur, quam ratione perquiritur. Resp. ad 1. negando assumptum, nam vt docet Arist. 8. Met. 7. in definiendo peruenimus ad supræma prædicata, quę vlterius per alia definiri non exigunt,& tales sunt cõceptus entià, & vltimæ differentiæ. Ad 2.negatur subsumptum, nam vt Scot. de cet.2.Post.q.vlt. ad agnoscendum tale discrimen definiti à cæteris rebus non est necesse singulas in particulari pertingere, sed sufficit illas cogitare in aliquo cõceptu communi,saltim negatiuo, quatenus .s. talem essentiam non participant. Ad 3. negatur assumptum, & si .n. accidentia non valeant directè in notitiã substantiæ nos ducere, valent tamen indirectè, & arguitiuè, vt suo loco dicemus in lib.de anim. vnde extat dictũ Arist. quod accidentia magnam partem conferũt ad cognoscendum,quod quid est,vide Scot. 2.Post.q.59.

Secun-

Secundò obijcitur cõtra definitionem allatã de ipsa definitione, & primò contra partes eius; nã cũ ꝑpriè spectet ad primã operationẽ, malè dicitur *oratio.* Tũ quia vna sola vox põt significare totã rei essẽtiam, vt humanitas. Tũ 3. cuiuslibet rei esformari põt vnus conceptus adæqualus ꝑ definitionẽ explicatus, ergo nõ est oratio necessariò plures explicãs, .s. cõceptũ cõueniẽtiæ, & differentiæ. Tũ 4. qa etiã diuisio est oratio explicans naturã rei per suas partes, in quã resoluit definitũ. Ergo non benè ponitur illa particula loco differẽtię.

Resp. ad. 1. ꝙ definitio est oratio imperfecta, & diminuta, quæ habet rationem vnius termini cõplexi prædicabilis de definito, & ideò propriè spectat ad primam operationẽ. Ad 2. vna vox põt significare totã essentiã indistinctè, & confusè, vt in exẽplo allato, & ideò cum definito debeat explicare essentiã clarè, & distinctè, id facere debet pluribus vocibus diuersitas essentiæ partes significantibus, rationẽ nimirũ genericã, & differẽtialẽ. Ad 3. negatur conseq; qa illemet conceptus adequatus integratur ex pluribus inadæquatis, quorum vnus est genericus, & cõmunis, alter differentialis, & proprius, & vterque debet exprimi in definitionẽ. Ad 4. quãdo etiã diuisio manifestaret essentiã, de quo q. seq; adhuc tamen idnõ efficit eodẽ modo, vt patet ex dictis q. 1. in sol. ad 3. & amplius patebit ex dicendis q. seq. ar. 1.

Tertiò arguitur contra totam definitionem; Tum quia idem nequit esse definitio, & definitum, alioquin esset notius, & ignotius seipso, nã definitio est notior definito, ergo definitio definiti non põt, quia esset simul definitio, & definitum. Tum etiam, quia sicut actionis non est actio, quia abiretur in infinitum, ita neq; definitionis definitio. Tum 3. definitio dicitur ad conuertentiam cum definito, hæc autem tradita non dicitur ad conuertentiam cum definitione, quia hæc definitio tradita est quædam singularis definitio, quæ sub ipsa continetur sub definitione in communi, atque ideò cum ipsa conuerti non potest. Demum si definitio definitur, vtiq; per definitionẽ definitur, atq; ita idem seipsum definit.

Resp. ad 1. frequens esse in secundis intentionibus, ꝙ vna sit formaliter talis, & simul alia denominatiuè, vt infetius dicemus, ita genus formaliter est intẽtio generis, denominatiuè verò est species vniuersalis, intellectus. n. ꝑ reflexionẽ põt super vnã secũdã intẽtionẽ aliã inducere, sic igitur in proposito, quęuis nequeat definitio esse simul definitio, & definitũ formaliter, potest tamen esse formaliter, & essentaliter definitio, & denominatiuè definitus, quatenus cõparatur ad suã definitionẽ. Ad 2. hic definitur definitio in actu signato, .i. pro secũda intẽtione sũpta, non autẽ in actu exercito, atq; ideò nõ sequitur processus in infinitũ, qa oẽs definitiones in actu exercito cõtinetur sub ipsa definitione in actu signato, atq; ità cõsequẽter ẽt ipsius definitionis definitio exercita, nã & definitio definitionis est vtque definitio quędã, & definitio, quæ traditur de definitione ipsa in actu signat, cõuenit illi. Ad 3. negatur minor, ad probationem, etsi definitio definitionis sit singularis in essendo, est tamen vniuersalis in repræsentando, & significando, quia hæc ipsa definitio conuenit omnibus definitionibus rerum in particulari. Ad 4. definitio in actu signato definitur per definitionẽ in actu exercito, seù definitio in communi definitur per definitionem in particulari, atque ideò idẽ non definitur per ipsũ, quia definitio in actu signato non est definito in actu exercito, sed definitũ ꝑ eã.

Quartò tandem arguitur contra multiplicitatem definitionis; nam sicut vnius rei est vnica essentia, ita & vnica definitio, ergo malè assignantur tot species definitionis, essentialis, & accidentalis, essentialis Physica, & Metapysica, non .n. alia est essentia rei Physica, & alia Metaphysica. Tum præsertim, vt arguit Blanc. libr. 5. instit. sect. 6. nulla est admittenda definī-

definitio purè accidẽtalis,& ratio à priori est, qa in omni definitione explicatur qd sit definitũ,non põt autem explicari, qd res sit, quin in ipsa definitione ponatur aliqd intrinsecũ definito,nã quæ sunt extrinseca rei,& cõmunia,nisi con ũgantur cũ aliquo intrinseco eiusdẽ nõ possũt verificari de illo solo, sed cæteris etiam erũt cõmunia. Tũ demũ,vt arguit idẽ,nulla etiã est admittenda definitio mixta,nã õis definitio, aut traditur p intrinseca tãtũ,aut p intrinseca,& extrinseca simul, si primũ erit tantũ essentialis,si secundum, erit tm̃ accidentalis, sicut cõpositũ dicitur accidentale, licèt pars materialis eius sit substantia:v.g.paries,& argumentatio constans ex vna probabilis, & altera necessaria,absolutè dicitur probabilis.

Resp. vtique vnius rei nõ nisi vnicam definitionem posse assignari quãtum ad rem explicatam, plures tamen assignari posse quantum ad modum explicandi, eadem enim essentia potest per essentialia iudicari, vel accidentalia circumscribi, item vel per essentialia Physica, vel Metaphysica, & hoc nullum est inconueniens. Ad 2.negatur minor,ad probationem accidentia extrinseca,& communia,& si separatim sumpta cõueniãt alijs, coniunctim tamen soli definito conueniunt. Ad 3.verũ est non debere admitti definitionem mixtam, & quãdam tertiã speciem ab illis duabus condistinctam; nam absolutè loquendo omnis definitio, aut essentialis est, aut accidẽtalis, & præsertim definitio data per additamentum computari debet inter essentiales, quia datur per genus, & differentiam, & quãuis aliquod extrinsecum in ea ponatur, non tamen attinet ad eam directè veluti pars intrinseca definiti,sed indirectè tantum,& connotatiuè, veluti terminus,aut subiectum, aut aliud quid consimile necessario requisitum ad perfectam notitiam definiti, potest tamen appellari definitio mixta, quatenus constat ex vna parte essentiali, & altera accidentali.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De modo constituendi, & inuestigandi definitionem.

PLurima tradidit Arist. tum. 6. Topic. tũ 7. Met.sum.2.c.13.de modo constituendi definitionẽ,ex quibus omnibus breuiter colligitur hunc esse modo bene constituendi definitionẽ, q.s. in ea ponãtur ea pdicata,quæ intrinsecè sũt de eius essentia, & si interdũ ista non sufficiunt ad quietãdũ intellectũ, addãtur vlterius ea, ad quæ res definienda dicit ordinem quendã transcendẽtalẽ, & quasi essentialẽ, sine quibus perfectè, & quietatiuè intelligi nõ posset, & ita definitur accidens p subiectũ 7.Met.17.relatio per terminũ, actus p obiectũ,&c. Ratio autẽ,cur in definitionibus horũ entiũ,& cõsimiliũ adhibeatur sẽper aliquid extrinsecũ,nõ est;qa id sit prædicatũ essentiale illorũ, nec qa ordo,& respectu ad tale extrinsecum sit de essentia eorũ,aut saltim realiter idem, vt recentiores putant, quia vt ait Doctor 4. d.1.q.1. in corp. in sol.ad 2. dub. identitas respectus ad fundamentum,vel non identitas non est ratio, quare terminus cadat in definitione fundamenti, vt additum; nec dependentia essentialis, & necessaria est causa: quod terminus dependentiæ addatur in definitione fundamẽti dependẽtis (ait Doctor) tunc enim Deus magis poneretur in definitione cuiuscũque creati, quàm substantia in definitione accidenti,sed causa est,quia nulla forma potest habere conceptum perfectum quietatiuum,nisi cointelligatur illud, cuius est forma, definitio autem exprimit conceptum perfectum definiti, & ideò quantumcunque essentialia formę exprimerentur sine illo, cuius est forma,quãuis quidditas eius indicaretur, tamen nõ esset conceptus perfectus quietans intellectum,& ideò nec definitiuus,hæc Doc. cit. & idem seruata proportione dici debet de alijs consimilibus rebus imperfectis,

tis, quæ petijt definiri per additamentũ.
Secundò prædicata verò, quæ directè spectãt ad essentiã definiri, vel sunt partes Physicæ, vel gradus Metaph. si primũ, cõstituunt definitionẽ physicã, illáq; cõponũt, nõ in recto posita, sed in obliquo, qa homo non dicitur anima, & corpus, sed ex corpore, & anima cõstans, si sunt gradus Metaphysici, ponũtur in recto in definitione, & cõstituunt definitionẽ Metaphysicã; põt autẽ definitio Metaphysica duobus modis construi, vt docet Arist. 7. Met. 43. & Doct. ibid. vno modo ex genere primo generalissimo, & omnib. differentijs vsq; ad vltimã, & hoc est, quando genus proximũ est innominatũ, tunc .n. circũloquimur ipsũ p genus remotum, et differentias cõmunes, vsq; ad vltimam, & tũc genus remotũ cũ omnibus differentijs præcedẽtibus, & cõmunibus tenet locum generis ꝓximi; secundo modo assignatur definitio ex genere ꝓximo, & vltima differentia, & hoc quãdo ꝓximum genus est nominatũ, & vltima differẽtia est nobis nota; exẽplũ primi, vt si dicatur, ꝙ homo est substantia corporea, animata, sensibilis, rationalis, dato, ꝙ genus ꝓximũ ignoretur; exẽplũ secundi, vt si dicatur, ꝙ homo est animal rationale, datu, quòd animal sit genus proximum, & rationale sit vltima differentia; ita Doc. loc. cit. & in 4. d. 11. q. 3. §. *Ad rationes*; ex quo patet non benè definiri per summũ genus solum, & infimam differentiam; quamuis autem prior definiendi modus sit magis magistralis, & exquisitus, posterior tamen est magis vsitatus, & expeditus, & quantum fieri potest, eo vti debemus; tum quia sic euitatur prolixitas, vt ait Arist. 1. Prior. sect. 3. c. 39. tum quia omnia necessaria cõtinet, nam supponitur genus proximum esse cognitum explicitè, i. quò ad omnes gradus superiores in ipso contentos, vt ex Arist. colligitur 2. Poster. 21. vnde non esset exacta definitio, si daretur per genus proximum tantum confusè cognitum; siue autem vtamur primo, siue secundo modo, omnia prædicata essentialia, quæ in tali definitione ponuntur, vt colligitur ex Arist. cit. 7. Met. 43. erunt genus, vel differẽtia, aut saltim se habebunt ad instar eorũ, ꝙ addimus casũ, quo prædicata transcẽdẽtia in definitione ponerẽtur, ꝙ tñ euitari debet, quãtũ fieri põt, nã termini transcẽdentes in definitionibus non bene sonãt.

Hinc infertur, non posse partes definitionis ad libitum vtcunque disponi, sed priùs genus debere poni, & differentiam deinde, vt insinuauit Arist. 2. Post. tex. 19. & 21. & ratio est, qa tũc genus in differẽtiã transmutaretur, vel differẽtia inferior in superiorem, qa ꝙ primo loco ponitur; cẽsetur vniuersalius, & p posterius cõtrahibile, vnde non explicaretur res, vt est in se, si ordo inuerteretur.

Tertio, quãdo autẽ res definitur p illa, ad quæ dicit ordinẽ, non tñ secundum se inclusa in ipsa essentia rei, ait Auersa q. 4. sc. 4. ꝙ deberent poni omnia, ad quæ res essẽtialiter dicit ordinẽ, vt pfecta, & adequata esset definitio; sed ad breuẽ, & expeditã definitionẽ sufficere, ꝙ ponantur aliqua, donec formetur cõceptus ita proprius definiti, vt soli ipsi, & non alijs cõueniat; & ideò iuxta hoc non oportere, in definitione causali omnes rei causas apponere, nec in definitione per effectus omnes proprietates; eandem doctrinam habet Amic. tract. vlt. quęst. 1. dub. 5. Sed si ordo ad hæc extrinseca est de essentia, rei definiendæ, vt isti concedunt, planè implicat assignari posse definitionem eius ponendo aliqua tantum in definitione, & non potiùs omnia, ad quæ res illa essentialem dicit ordinem, vt enim rei definitio rectè assignetur, oĩa illius prędicata quidditatiua debent in ea exprimi, vt ait Arist. 2. Post. 21. tales autem sunt isti respectus transcendentales in rebus ex opinione istorum, ergo oẽs debebunt in definitione exprimi, & si ità est non videtur, quare omnia creata per additamentum definiri non debeant, cũ

nulla

nulla res creata sit ab his respectibus absoluta, saltim. n. omnia dicunt relationem transcendentalē ad Deū, vt ad primū efficiens; & planè si talis ordo exprimi debet in definitione, quia est de essentia rei, cū non magis sit de essentia eius ordo ad hanc rē, quā ad aliā, nō videtur posse assignari ratio, cur potius hęc causa, quā illa, explicari debeat in definitione, cū ordo ad vtrāq; sit essentialis rei. Potius ergo regula vniuersalis erit, quā Doct. tradit loc. cit. 4. d. 12. q. 1. q̄ quando res definiri habet per additamentū, etsi ad multa dicat ordinem transcēdentalē, nō tñ illa omnia exprimi debēt in definitione, qa nec identitas talis respectu ad fundamentū, nec dependentia essentialis fundaméti est causa, cur terminus huius modi respectus, aut dependētiæ cadat in definitione fundaméti, vt additū: sed tantum illa, quæ necessaria vidētur ad habendum perfectū, & quietatiuū conceptum rei, ita vt intellectus anxius ad vlteriora non maneat.

Quartò ex his deducūtur quatuor conditiones ad bonā definitionem requisitę; prima; & principalis est, q̄ cōstet genere, & differentia, vel saltim aliquo supplente vicē generis, & differentię, q̄ additur ob definitionē accidētalem, in qua genus, & differentia propriè nō reperitur, sed aliqd loco illorum; definitio .n. vt docet Scot. 7. Met. in tex. 74. constare debet ex cōceptu quidditatiuo, qui explicat essentiam quātum ad ea, in quibus cum alijs conuenit, & tenet locum generis, & qualitatiuo, qui explicat essentiam quoad ea, per quæ ab eisdem secernitur, & tenet locum differentiæ. Ex hac deducitur secunda conditio, quæ est, vt conuertatur cum definito, & è contra, si. n. definitio continet totam essentiam definiti, consequens est, vt nulli alteri possit conuenire, sed soli definito, itaut de quocūq; dicitur definitio, dicatur, & definitū, ac è cōtra. Tertia cōditio est, vt definitio sit clarior definito, cū .n. adhibeamus definitionē ad manifestandum definitū, consequens est, vt definitio sit clarior, alioquin ignotū per eque ignotū manifestaremur; & cū totā essētiā manifestet per partes suas necessariò sequitur q̄ sit clarior, & notior definito in ordine distinctè cognoscendi, & si in ordine cōfusè cognoscēdi possit definitū esse notius definitione ex prohæm. tex. 5. Quarta demū cōditio, quæ ex hac tertia sequitur, est, vt non sit diminuta, qa tunc nō explicaret totā essentiam definiti, vt si diceremus, q̄ homo est substantia rationalis, qa tunc intermedia genera ommitterentur; neq; superflua, vt si diceremus, quod homo est animal rationale, bipes, quia tunc potius pareret cōfusionē, quā claritatem.

Quintò ex tertia conditione sequitur definitionē, & definitū differre nō pænes rē significatā, sed tm̄ pænes modū significandi, qa q̄ definitū significat cōfusè hoc ipsū significat definitio distinctè 1. Phys. text. 5. nā si definitio nō explicaret idē, q̄ significat definitum, iam non esset definitio eiu s, sed illius alterius, quod significaret. Hinc orta est contentio inter Thomistas, & Scotistas de distinctione definitionis à definitio; illi si quidem asserunt non differre, nisi ratione, & secūdùm nostrum intelligendi modum, quia tota eorum diuersitas non ex parte rei conceptę, sed solum ex parte intellectus concipientis se tenet, ita Caiet. 1. Post. cap. 2. & p. q. q. 2. art. 1. Auersa cit. Morisan. disp. ij. log. q. 5. & alij passim Scotistæ è contra tract. formal. art. 5. contendunt differre, etiam ex natura rei; eo quia seclusa quacunque intellectus operatione de ipsis contradictoria verificantur, nam definitio exprimit rem distinctè, & definitum confusè, & quidem quæstio non est de definitione formali, capta nimirum pro actu intellectus apprehendente quidditatem rei, sed obiectiua, quæ est res ipsa definita distinctè repræsentata intellectui per partes essentiales, & rursus non est contentio de definitione, & definito pro secunda intentione; sic enim certum est non posse inter ea versari, nisi distinctionem rationis

vt ait

vt ait Tromb. ibid. sed pro prima intentione, & pro denominato, quo sensu est præcisè res ipsa definita distinctè intellectui repræsentata.

Scot. agit de hac re in 1. d. 2. q. 2. et quã uis ibi non explicet, qualis sit distinctio, quæ inter definitũ, & definitioné reperitur, probat tñ ex professo, ꝙ definitũ, & definitio nõ sunt termini synonimi, sed diuersi, & hoc siuè accipiãtur ꝓ vocib⁹ significãtibus, siuè ꝓ cõceptibus significatis, tũ qa definitũ importat cõceptum objectiuũ rei cõfusũ, definitio distinctũ; tũ qa alioqui in demonstratiõe essent tm̃ duo termini, qa in ea solũ sunt definitũ, siuè subiectũ, definitio, ꝙ est medium, & passio demõstrata; & cũ in ea demõstretur passio de subiecto mediante subiecti definitione, vt risibilitas de hõe mediante rationalitate, séper peteretur principiũ, qa probaretur idẽ per idẽ, ita probat Doctor alietatẽ horũ terminorũ, quã et concedũt ipsi Thomistæ; Tota igr̃ difficultas cõsistit in hoc, qualis distinctio ex hac alietate inferatur inter defioitioné. & definitũ; & in primis certũ est nõ inferri tm̃ distinctioné rationis ratiocinãtis, quæ tota se tenet ex parte intellectus cõcipientis, vt volebãt Thomistæ, & præsertim Caiet. & Auers. cit. tũ qa quando Petrus prædicatur de seipso, talis distinctio versatur inter Petrũ à parte subiecti, & seipsũ à parte prædicati positũ, & tñ adhuc propositio est identica, ergo ad alietatem terminorum, ita quod propositio non sit identica, maior distinctio requiritur, quam rationis raciocinantis, quæ est merè ficta per intellectum, tum quia Auersa q. 6. sect. 4. docet cum cæteris Thomistis, vt voces, & termini non dicantur synonimi, diuersos conceptus objectiuos eis correspõdere debere, quia synonima sunt, quæ non solùm significant eandem rem, sed etiam secundum eandem rationem, eundemq; cõceptum, ergo definitio, & definitum, cum nõ sint termini syronimi, differunt non tantum quoad voces significãtes, sed etiã quoad conceptos significatos; atq; ideò distinctio, quæ inter definitum, & definitioné reperitur, non se tenet præcisè ex parte intellectus concipientis.

Sed neq; ex alietate terminorũ in propositione, aut syllogismo cõfestim inter eos inferre debemus distinctioné ex natura rei actualé, & omninò ab opere intelluctus ꝓscindenté, vt velle videbantur Scotistæ; qa ne ꝓpositio sit idética, sufficit, vt idẽ cõfusè, & inadæquatè cõceptũ dicatur de seipso adæquatè concepto, vt docet Bargius p. d. 8. q. 2. in §. *Respondeo, quod quando*, & ità accidit vniuersaliter, dũ cõceptus trãscendétes, quibus nulla à parte rei correspõdet adæquata realitas, enũciãtur de suis inferioribus; & ne petatur principiũ, sufficit, vt per rẽ distictè cognita ꝓbetur eidẽ cũfusè cognitæ aliqd cõuenire, & ità accidit vniuersaliter, dũ de trãscendentibus ꝓpriæ ostenduntur passiones per eorũ cõceptus quidditatiuos; igitur ex alietate terminorũ quoad cõceptus obiectiuos importatos tã in ꝓpositione, quã in syllogismo sola inferri põt distinctio rationis ratiocinatæ, & materialiter solũ, ac de per accidés potest maior inferri, nimirũ qa termini illi res diuersas importãt, aut realitates; cũ igr̃ Doct. loc. cit. aliud nõ ꝓbet de definitione, & definito, quã solã terminorũ alietaté, illi rõbus nõ sufficiéter ostéditur inter illa distinctio ex natura rei actualis.

Vt igitur distinctionem agnoscamus, quæ re vera inter definitionem, & definitum versatur, expẽdendum est Aduersariorum fundamentum iam insinuatũ, quod definitio, & definitum differũt solum secundum cõfusè concipi, & distinctè concipi; cum ergo eadem prorsus sit res explicata per nomen definiti, & definitionem, & solã diuersitas se tenrat ex parte modi cõcipiendi confusè, vel distinctè, planè tota distinctio se tenebit ex parte intellectus concipientis, & nullo modo ex parte rei concepte,

O atque

atque ita erit sola distinctio rationis ratiocinatis inter illa, & sola distinctio quo ad voces significãtes, nõ quoad cõceptus obiectiuos. Verũ pro intelligẽtia istius rei & euersione istius fundamẽti obseruãdũ est, ꝙ cõfusio, & distinctio, seù claritas nõ modificãt tm̃ actum cognitionis, seù cõceptũ formalẽ, sed etiã obiectiuũ, .i. ipsã rei cognoscibilitatẽ, quatenus intrinsecè ipsa res cognoscibilis est hoc, vel illo modo, cõfusè per nomẽ definiti, distinctè per definitionẽ, & hoc totũ cõcedũt Thomistæ 1. p in materia de visione beatifica, loquẽtes .n. de cõprehensione docẽt illam esse cognitionẽ obiecti cõprehẽsiuã, qua distinctè, & clarè attingitur obiectũ, quãtũ intelligibile est, distinctione, & claritate se tenẽte ex parte cognoscibilitatis obiecti, nõ autẽ cognitionis, qa v.g. tã comprehendit formicã Angelus inferior, quã superior, quãuis iste clarius, & distinctius eã attingat claritate se tenẽte ex parte intellectus cognoscẽtis. Stãte igitur hac doctrina, quòd confusio, & claritas cognitionis, non tantùm se tenet ex parte intellectus cognoscentis, sed etiam obiecti cogniti, eneruatur confestim fundamentum Aduers. concedendo, quòd vtiq; eadem res per definitionem, & definitum daclaratur, & significatur, & quòd est sola diuersitas in modo concipiendi eamdem rem distinctè, vel confusè; verũ ista claritas, & confusio non se tenet tantùm ex parte intellectus concipientis, sed etiã ex parte rei conceptæ, & ideò cum se teneat ex parte obiecti, optimè inquit Doctor definitionem, & definitum esse diuersos terminos, non solùm quoad voces significantes, sed etiam quoad conceptus significatos, & obiectiuos, non quod diuersas res explicent, sed quia explicant eamdem diuersis modis ex parte obiecti se tenentibus; Vnde hac ratione, etiam cum Scotistis asseri potest, quod definitio, & definitum differunt ex natura rei actualiter, quatenus à parte rei idẽ prorsus obiectum duplici modo ex natura rei est cõceptibile, cõfusè .s. per nomẽ definiti, & distinctè per definitionẽ ipsã, & hi duo modi cõceptibilitatis sunt in obiecto ab inuicẽ distincti ante omne opus intellectus, & qui de hac re plura desiderat, adeat P. Fabrũ theor. 7. vbi satis eleganter hac de re disserit, à quo solutiones ad argum. Caiet. trãscribere de verbo ad verbũ non erubuit Posnan. 1. d. 2. q. 1. ar. 3.

Sextò tandẽ modũ inuestigãdi definitionem docuit Arist. 2. Post. c. 8. & Plat. in Soph. de quo latè tractat Zabar. lib. 3. met. ferè per totũ; Plato docuit inuestigare definitionẽ via diuisionis sumẽdo prædicatũ, ꝙ est cõis re definienda, & illud diuidẽdo p differentias in species, deinde adiungendo illi differentiã specificã, quæ si cõuertatur cũ re definiẽda, erit definitio rei adinuẽta, at si nõ cõuertatur, vlterius ꝓgrediendũ est, donec oratio cõuertatur cũ re definienda, ꝙ quisq; exẽplo sibi manifestare poterit, & in hoc sensu vtilẽ esse diuisionem ad inueniendam definitionẽ docet Scot. 1. d. 3. q. 2. N. Arist. verò vtilior visa est via compositionis, vnde è contra vult, quòd primò sumantur inferiora rei definiẽdæ, deinde videatur adæquata ratio, in qua ipsa conueniunt, & hæc erit definitio talis rei, vt si quis velit hominem definire, sumat Ioannem, & Paulũ, & videat prædicata, in quibus essentialiter cõueniunt alijs seclusis, hæc .n. prædicata singillatim expressa erunt hominis definitio. At breuior modus est, quem insinuauit Galen. lib. 1. de sanit. tuenda, & lib. 1. de differ. morb. vt refert Amic. cit. dub. 4. & Doctor obseruasse videtur 4. d. 1. q. 2. inuestigãdo definitionem Sacramenti, primò igitur percipiendum est quid nominis illius rei, quam volumus definire, si enim hæc ignoretur ad inuestigandam rei quidditatem omnis via præcluditur, vt etiam Arist. fatetur 2. Post. deinde inuestigandnm est, sub quo genere sit, quod facile deprehenditur ex proprietatibus generis, vnde rarò id est ignotum, demum inuestigare debemus, quæ-

quænam differentiarum insit rei, & hoc fit, vel inductione, si differentia sensibilis sit in suis particularibus, vel per demõstrationem, *quia*, vt late docet Zabarel. Consulatur Doctor cit. loc. & expendatur modus, quo vtitur in inuestiganda definitione Sacramenti.

ARTICVLVS TERTIVS.

Quænam propriè definiri possint.

RESoluit Scot. quæsitũ hoc ex professo in 4. d. 1. q. 2. vbi docet ad hoc, vt aliquid definiri possit ꝓpriè, .i. definitione essentiali, quinq; conditiones necessarias esse, quas Scotistæ recipiunt passim Tat. q. 1. de gener. *§. tertio sciendũ*, Fuent. cit. diff. 2. ar. 1. Amic. tract. vlt. q. 2. Auers. loc. cit. & alij cõmuniter, quamuis aliquas nõ recipiat Blanc. lib. 5. instit. sect. 7.

Prima cõditio est, ꝙ definibile sit ens positiuũ, & probatur, tũ quia definitio ꝓpriè dicta est oratio verũ esse significans 1. Top. c. 4. at nõ entia, priuationes, & negationes tale esse nõ habẽt; tũ q̃a definitio essentialis explicat essentiã, & naturã rei, at essentia est entis essentia, non verò nõ entis, & ideò Arist. 1. Post. t. 7. ait, non ens posse quidẽ habere definitionẽ quid nominis, non autem rei, quia tñ non entia, negationes, & priuationes concipiũtur per modum entis, & habent suũ genus, & speciem priuatiuam, vt notat Doctor quodl. 18. §. *ex isto sequuntur*, ideò possunt definiri suo modo assignãdo earum genus, & differentiam.

Secunda est, quòd sit ens per se vnum, siuè vnum sit vnitate simplicitatis, quia caret partibus physicis, vt angelus, & albedo, siuè vnitate compositionis ex per se actu, & per se potentia, quale est compositum physicum; requiritur ergo; vt nõ sit aggregatum quoddam ex diuersis naturis, quæ non sunt nata facere per se vnum, nam omne tale est ens vnum per accidens, vt homo albus, & aceruus lapidum, simpliciter verò, & absolutè sunt plura entia, atq; ideò vnica definitione explicari nõ põt, cũ vnã nõ importet naturã, sed plures, hinc Arist. 7. Met. 12. & 13 & 42. & 8. Met. tex. 15. ait huiusmodi entia per accidẽs posse nominis definitione explicari, nõ autẽ definitione rei, vt autẽ melius intelligatur hæc per se vnitas requisita ad definitũ, videndi sunt quinque gradus vnitatis, quod Scot. assignat 1. d. 2. q. 7. Hh. & quæ de hac re, vt notauimus disp. 5. phys. q. 11. ar. 1. Subdit tñ hic Doct. quod ista ꝑ se vnitas nõ impedit, ꝙ definitũ includat aliq̃d tãquã, terminũ per se dependentiæ suę, vt accidens includit subiectũ, vel sicut aliquid, ꝙ simul est secũ natura, vt relatiuũ includit correlatiuũ; ita ꝙ licet in definitione accidẽtis cadat subiectũ, tanquã terminus dependentiæ eius, & in definitione vnius relatiui ingrediatur suũ correlatiuũ; tanquã aliq̃d, ꝙ est secum simul natura, non obstat, quo minus definitio accidentis, & relatiui nõ sit quidditatiua, sed prohibet, ꝙ nihil includatur, tãquã per se pars in ipso, ꝙ non se habet ad aliud in eodẽ, sicut ꝑ se actus ad per se potentiã, vel pars eiusdẽ actus, vel eiusdẽ potẽtiæ ad aliã partẽ, sicut cõtingit in toto per accidens; hæc Doct. loc. cit. quibus verbis docere voluit accidẽtia debere definiri definitione quidditatiua, quam vocant per additamẽtum, quia habent definiri per ordinem ad substantiam, quæ doctrina fuit Arist. 7. Met. à text. 12. vsque ad 20. vbi docet substantiæ dari definitionem simpliciter quidditatiuam, .i. sine addito alterius naturæ, at accidentis esse definitionem quidditatiuã per additamentum, quia etiã si habeant proprium genus, & propriam differentiam, quantumcunque hæc explicentur in definitione, non quiescit intellectus quousque attingat subiectum, cuius sunt accidentia, vt explicatum est initio præced. ar. ex Doct. 4. d. 12. q. 1.

Tertia conditio, quæ possit ad primam reduci, est, quod sit ens reale, & patet ex prima conditione, quia definitio expli-

O 2 cat

cat verā quidditatē,at entia rōis,& fictitia verā essentiā nō habēt, sed eā habere finguntur p intellectū, vt disp.3. dicemus ergo propriè definiri non possunt;& fuit doctrina Auer.1.Post. com.10. subdit tñ inferius Doctor, ꝙ licet entia rōis non possint in hoc sensu ꝑpriè definiri, quatenus nēpè definitio exprimit verā essētiā extra animā, adhuc tñ in alio sēsu dici possunt habere suo modo ꝑprias definitiones,in quibus inueniātur genus, & differētia, & p quas explicetur cōceptus in anima p se vnus, & hoc modo definiuntur oēs intētiones logicales; & sic habere definitionem sufficit ad scientiam ꝑpriè dictā,alioquí logicanō esse sciētia.

Quarta est,ꝙ habeat aliquā cōpositionē,p quā sit in plures cōceptus resolubile dicentes q d,& quale,vnde quæ nō habent nisi cōceptū simpliciter simplicem, veluti sunt ens,& vltimæ differētiæ,propriè definiri nō possunt,sed solù aliquam explicationē admittūt, & quæ suso vocabulo dici pōt definitio;ꝓbāt hāc cōditionē Scot.ex Arist. 8.Met.cap.9.vbi ait,definitionem esse orationem lōgam exprimentem quid,& quale,quia distinctè,& per partes explicat, quod definitum implicitè importat, ergo oportet: quod definito possint plures cōceptus formari, quidditatiuus nempè, per quem cum alijs conuenit,& qualitatiuus, per quem ab alijs differt, & satis liquet hæc conditio ex art. præced. vbi inter assignandum conditiones bonæ definitionis eam esse præcipuam dicebamus, quod constaret ex genere, & differentia, seu conceptu quidditatiuo, & qualitatiuo.

Quinta demū, & vltima conditio est, quod sit res vniuersalis,per quam excluduntur singularia, itā Arist. 2. Post.text. 2.7. Met.53. & 1.Met. text.5. & probatur, quia definitio explicat quidditatem rei,at singularitas,seu differentia indiuidualis, quamuis pertineat ad substantiā, & integritatem rei, nō tamē pertinet ad quidditatem,vt docet Doctor 2. d.3.q.6. §.*& per hoc patet*:tū q̄a quidditas est cōmunicabilis,nō aūt singularitas: tū quia hac rōe dicitur species tota quidditas indiuiduorū;tū quia ēt ex communi modo loquendi p singularitatem potius explicatur de singulari aliquo quis sit, quam quid sit, tū tandē quia si singularitas adderet nouū gradū essētiæ à specie distinctū indiuidua inter se essētialiter differrent.Ex his itaq; cōcludit Doct.q̄ definitio ꝑpriè dicta nō est,nisi entis positiui, p se vnius,realis,cōpositi realiter,vel saltim quātum ad cōceptus, & vniuersalis.

In oppositū arguitur 1.cōtra tres priores cōditiones,nā negatio habet distinctā formalitatē ab affirmatione,cui opponitur,vt docet Ant.And.4.Met.q.2. & priuōes habent sua grā, & species ex Scot. quol.18.ergo ꝑpriè definiri posūt, atq; itā 1. conditio necessaria nō ēst. Deindè ens p accidēs est scibile,vt multi tenent, & Scot.ipse 6. Met.q.2. ergo, & propriè definibile. Nec valet dicere definiri non posse,quia directè plura entia importat. quia hoc tantū facit, vt vna definitione non possit explicari,sed pluribus, cū quo stat,vt adhuc sit propriè definibile. Tādē in logica definiuntur genus, species, & cæteræ intentiones logicales;Nec respōdere iuuat definitiones illas exactas non esse, quia sicut logica est vera,& propriè sciētia, ita proprijs vtitur definitionibus ergo secunda, & tertia conditiones necessariæ non sunt.

Resp.ad 1.satis patere ex dictis in explicatione primæ conditionis,quomodo negationes, priuationes, & cætera non entia possint definiri, & quomodo propriè careāt definitione quid rei; nā sicut propriè non sunt res, nec quid ita propriè quid rei habere non possunt, sed tātum per analogiam ad entia positiua. Ad 2. de assumpto differendum erit infra disp.de scient.pro nunc dicatur, ꝙ sicut non est saltim itā propriè scibile, velut ens per se vnum, sic etiā non est itā propriè definibile; & solutio inter arguendum

dum allata est sufficiens, eo .n. ipso, quod aliquid nõ est vna definitione explicabile, cõfestim cõuincitur nõ esse ꝓpriè definibile, alioquin ẽt æquiuocũ definiri posset, sed tm̃ explicari posse pluribus definitionibus, quas Arist. 6. Top. vocat cõplicatas definitiones, & sic explicare possumus, q̃d sit homo albus assignando definitionis hõis, & albedinis. Ad 3. patet ex dictis in explicatõe tertiæ cõditionis nõ posse esse definitionem de secũdis intẽtionibus eo modo, quo est ratio explicãs verã q̃d extra animam, sed eo modo, quo exprimit vnũ cõceptũ per se in intellectu, siuè conceptus ille sit rei extra, siuè rõis, benè posse definiri, & hoc modo tm̃, & non aliter definitũ oẽs intentiones logicales, & sic habere definitionem sufficit ad scientiã propriè dictam, ità Doct. loc. cit.

Secundò arguitur contra quartã, quia per definitionẽ explicatur quidditas rei, sed quidditas consistit in indiuisibile 8. Met. tex. 11. ergo quarta conditio est impertinens. Tum etiã quia definitio fit per actũ simplicẽ, pertinet .n. ad primã operationẽ, sed quæ intelliguntur per actum simplicem, non habent partes. Tum tandẽ, quia Deus, & summa genera propriè definiuntur, & tamen non componũtur.

Resp. ad 1. quidditatem dici indiuisibilem quoad intensionem, quatenus non suscipit magis, & minus, non autem ob carentiam cõpositionis realis, aut saltim quoad conceptus. Ad 2. negatur minor, nam sicut oculis simplici intuitu imaginem perspicimus multis constantem mẽbris, ita mente simplici intuitu possumus cognoscere quidditatẽ ex genere, & differentiam constãntem, eo vel maximè quia multiplicitas illa partium non tollit vnitatem, vt probat Arist. 7. Met. 42. & 8. Met. 15. Ad 3. ait Amic. & sequitur Auersa, illa propriè non definiri duplici de causa, & quia non sunt composita, & quia definitum debet esse sub genere; q̃ doctrinam inquit esse Boet. lib. de diuis. & Ammon. in Porph. q. 4. idem docet S. Th. 7. Met. lect. 3. Sed arbitramur Deũ, & sũma gña posse ꝓpriè definiri, q̃a etsi nõ sint cõposita ex gñe, & differentia adhuc tñ sĩpliciter simplicia nõ sũt, sed resolubilia in vlteriores cõceptus quidditatiuũ, & qualitatiuũ; definitio aũt quidditatiua nõ debet necessariò constare ex gñe, & differẽtia, sed vel ex his, vel ex ꝓportionalib⁹, vt docet Arist. 9. tex. ij. idẽ tenet Blanc. cit. & quidẽ Doctor per illã quartã cõditionẽ solũ excludit ea, quæ habent cõceptũ tũ simpliciter simplicẽ, qualia sũt trãscendentia, differẽtiæ vltimæ, & ẽt ꝓpriè passiones, vt explicat Tat. cit. qui proindè aduertit duplicẽ esse definitionẽ purè quidditatiuã, quędã est, cuius oẽs partes pertinet ad quidditatẽ definiti, sed nõ vt genus, & differentia, vt definitiones generũ generalissimorũ, quæ dantur p ens, & modũ intrinsecũ ipsorũ; alia est, quæ datur p genus, & differentiam, & de illa communiter dicitur, quod sola species definitur, capiendo speciem tàm pro specie specialissima, quàm subalterna; itaque Deus, & genera summa propriè definiuntur, nã sunt composita saltem quoad conceptus, & solum excluduntur per hanc particulã transcendentia, & vltimæ differentiæ, quę solum definiuntur proportionaliter, vt ait Aristot. cit. 9. Met. 11. & Doct. in eum text.

Tertiò obijcitur contra quintam, quia indiuidua habent proprias rationes indiuiduales, ergo definiri possunt explicata natura specifica, & addita tali differentia. Conf. quia illa definiri possunt definitione essentiali, quæ habent plures conceptus intrinsecos, quorum alter sit principium conueniendi, alter distinguendi, at indiuidua sunt huiusmodi, ergo &c. Nec valeret dicere (ait Blanc.) quod ponitur in definitione essentiali debere esse aliquid spectans ad essentiam definiti, qualis non est differentia indiuidualis. Non valet, quia sufficit, quod definitio essentialis constet ex gradibus essentialibus, aut substantialibus, cum omnes sint intrin-

intrinseci rei definitæ, & in proposito licet differentia indiuidualis nõ sit de essentia indiuidui, est tñ de integritate substantiæ ipsius, & cõsequẽter est gradus intrinsecus rei, ꝙ sufficit, vt possit intrare definitionẽ essẽtialẽ. Tum 3. qa Arist. 2. Post. 22. ait facilius esse definire singulare, quã vniuersale, & de facto Porph. c. de specie, definit indiuiduũ, & c. de subst. definitur 1. substantia. Tũ tandẽ qa definitio speciei cõuenit indiuiduo, ergo potest definiri.

Resp. ad 1. ea ratione, vt notat Marg. Scot. 2. d. 3. q. 6. Bonet. in Met. asseruisse singulare posse ꝓpriè definiri, ꝙ etiã sensisse videtur Ant. Andr. 7. Met. q. 7. & sequitur Arriag. disp. 3. Sũmul. nu. 7. vbi hac eadem ratione ait indiuiduum posse ex se definiri, per accidens tñ pro hoc statu à nobis nõ posse, qa nõ cognoscimus differentias indiuiduales. Sed cũ Doct. modo cit. in sol. ad 3. & eodẽ Ant. Andr. 7. Met. q. 13. ad 2. princ. dicendũ est, ꝙ etsi aliqua ratio possit exprimere, quicquid cõcernit ad entitatem indiuidui, non tamen illa ratio erit perfecta definitio, quia non exprimit quodquid erat esse, at definitio secundum Arist. 1. Top. cap. 4. est oratio exprimens quodquid est rei. Ad 2. sufficiens est solutio inter arguendum data, quam frustra conatur Blancus euertere, dum ex proprio capite fingit ad definitionem essentialem sufficere, vt conceptus eam intrantes sint gradus intrinseci, & substantiales, non autem essentiales; quia oppositum constat ex ipso nomine definitionis essentialis, nam talis dicitur, quia gradus, ex quibus conflatur, omnes sunt essentiales rei definitæ, & alioqui partes et integrales ingredi possent definitionem essentialem hominis, quia sunt de integritate substantiæ eius. Ad 3. Aristot. ibi per singulare intelligit minus vniuersale, vt ex ipso context. colligitur, quod quomodo intelligendum sit, suo loco expendemus; Porphirius verò definit singulare pro secunda intentione, & in actu signato, non autem pro denominato, & in actu exercito, .i. definit singularitatẽ ipsam in cõmuni, quæ vt sic induit modũ speciei, & sic etiã definitur prima substantia, vt magis ibi explicabitur. Ad 4. immo ex hoc concludit Doct. cit. indiuiduum, vt sic, ratione sui non posse definiri, qa indiuidua nõ habent aliã definitionẽ essentialẽ à definitione speciei, hinc distingui solet duplex definitum, aliud propinquum, & immediatũ, & est natura communis, quæ immediatè per definitionem explicatur aliud remotũ, & mediatum, quod .s. remotè explicatur, quatenus continetur in propinquo, & sunt indiuidua.

QVÆSTIO QVINTA.

De Diuisione.

NON defuerunt, qui solam diuisionẽ generis in species dixerunt esse instrumentũ logicũ, & proindè hanc solã diuisionem totius vniuersalis in suas partes subiectiuas per se ad logicã pertinere, ita refert Zab. lib. 3. de Met. c. 6. & videtur tenuisse Ant. Andr. in d. lib. diuis. Boetij. At prax. Dialecticorũ modo est in oppositũ, nã hic in logica de diuisione agentes, ex professo omnes modos diuisionis declarant, tã totius vniuersalis, quã essentialis, & integralis; immò recensent etiã modos diuisionis per accidens, & de omnibus proprias regulas assignant. Nec planè absque ratione, quia sicut in definitione duo solemus distinguere, materiam, & formam; & quamuis quantum ad materiam possit ad Physicam spectare, vel Metaphysicam, iuxta diuersitatem materiæ, ex qua conficitur, forma tamen, & modus eam conficiendi ad logicam spectat, ita diuisio Physica, vel Metaphysica, et si quantum ad materiam ad hanc, vel illam attineat facultatem, quantum tamen ad formam, & modum eam rectè conficiendi spectat ad logicam, quæ tradit leges, & præcepta omnibus diuisionibus communia; igitur & nos omnes diuisionis modos attingemus, quia diuisio amplè sumpta

pta est instrumentū logicum, & ita tenent recentiores omnes; imò non solū de diuisione in tali significatione hìc agemus, sed adhuc etiā in ampliori, quatenus nimirū æquiualet distinctioni, quæ in plus se habet, quā ipsa diuisio, vt notat Tròb. initio formalit. qa oīs diuisio est distinctio, sed nō è contra; & ratio est, qa distinctio non minus iuuat ad manifestandā rerū confusionē, quam faciat diuisio; tum qa quæ, & quot sint distinctionum genera est ità necessarium addicere, antequam gressū faciamus ad alias facultates, vt quāuis hæc disputatio de rerū identitatibus, & distinctionibus ad Metaphysicū re vera pertineat, meliori tñ stilo fit in logica præmittenda, in metaphysica deindè rursus pro rostris euoluenda, nā nō solū in rebus physicis, verū etiā in logicis ipsis tradēdis nil frequētius vtimur, quā distinctionū varijs generibus, vt planè mirū sit, quare Auctores oēs de rerū distinctionibus in logica, aut parum, aut nihil prorsus tractēt prius igitur agemus de diuisione, postmodum de multiplici rerum distinctione.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quid, & quotuplex sit diuisio, eiusque leges.

Diuisio est *oratio totum in suas partes distribuens*, .i. est oratio distribuendo manifestans multiplicitatem, seù confusionem totius: dicitur *oratio*, vt intelligatur non pertinere ad dialecticum diuisionem quocunque modo factam, sed tantùm mentalem, & vocalem, quando .s. mente diuidimus hominem in animal, & rationale, aut in animam, & corpus, vel ore has easdem partis exprimimus; ponitur loco generis, vnde per orationem hìc intelligitur illa, quæ est modus sciendi, id .n. iudicat particula illa *distribuens*, quæ idem sonat, ac distribuendo manifestans, potest autem accipi tàm pro oratione perfecta, quàm imperfecta, quo sensu cōcidit cum termino cōplexo, & oratio est, quia in exercenda ipsa diuisione interuenit operatio prima intellectus apprehensio nimirū totius, & partiū, & pōt ipsa diuisio in propositione cathegorica per modū termini cōplexi habere rationē prædicati; sicut ipsa definitio, vt cum dicimus animal, aut est rationale, aut irrationale, sed præcipuè sumi debet pro oratione pfecta, sicut diuisio fit ab intellectu, & præcipuè exercetur per secundā operationē, tūc.n. cōmuni ꝓprietate dicitur intellectus diuidere, quando affirmat totius hanc, & illā esse partes; ꝙ si intellectus talem diuisionē inferret ex alijs præmissis, tunc actus diuidendi ad tertiam operationem spectaret.

Additur ly *distribuens in suas partes* loco differētiæ, ꝑ hoc .n. diuisio à definitione distinguitur, & argumentoē, vt notat Ant.And.ꝗ.6.diuis.Boet.§.*Circa istā lectionē*, ꝙ definitio explicat, ꝗd res sit, seù rei quidditatē argumentatio qualis res sit, .i. rei ꝓprietatē, & qualitatem, diuisio verò quanta res sit, seù quantitatem, idest quātum sua continentia, se extendit per partes; vndè quamuis diuisio explicando partes cōsequēter manifestet essentiā rei realiter, nō tñ explicat illā formaliter, vt essētia est, vt facit definitio, sed solum explicat multiplicitatē in tali essētia existētē est, ꝙ supra dicebamus definitionē explicare essētiā coiūgēdo partes, & cōponendo totū, diuisionem verò disiungendo, quare diuisio directè, & per se ordinatur ad explicandam confusionem, seù multiplicitatē partium totius, non autem ipsum totum, vel eius quidditatem, & demum definitio respicit totum cathegorematicè, diuisio sincathegorematicè solum, quorum terminorum explicationem videas apud Scot.4. d.11.q.1.A. ex qua doctrina facilè solui possunt, quæcumq; contra hanc cōmunem sententiam obijciunt Hurt. disp. 10. log. sect.6. & Arriag. disput.3. summ. n.14. non distinguentes diuisionem à definitione, nisi in toto potentiali, vbi id omninò negari non potest. Ex his colli-

gitur in omni diuisione dari totũ, q̃ per ipsã diuiditur, & appellatur diuisũ, & dari partes, in quas diuiditur, & dicũtur membra diuidẽtia; vbi notandũ est nõ oportere ad efficiẽdã diuisionẽ sẽper interuenire verã rationẽ totius, & partis, sed quãdoq; fieri p imitationem quãdã totius, & partiũ, vt cõtingit in diuisione, qua subiectũ in sua accidẽtia diuiditur, nã nec subiectũ est verè totũ in ordine ad accidentia partes in ordine ad subiectũ, sed quia accidẽtia cũ subiecto faciũt vnũ per accidens ad imitationẽ veri totius, ideò hoc sufficit ad efficiendam diuisionem saltim per accidens, vt mox explicabitur magis.

Secundò, duplex est diuisio, alia nominis, alia rei, diuisio nominis est illa, qua vox in suas distribuitur significationes, vt quando dicimus hanc vocem *Canis* varias habere significationes; per hãc verò diuisionẽ nõ tñ distribuuntur termini simplices in varias significationes verum ẽt oratio integra in varios sensus, quos recipere potest, vnde hic no lus diuidẽdi multũ deseruire solet in disputationibus ad indagadã ꝓpositionũ veritatem. Diuisio rei est, qua res in suas partes secernitur; & q̃a totum diuisibile est multiplex, ita ẽt diuisio rei; Totũ itaq; aliud est per se, q̃ nimirum constat partibus per se vnitis, & nõ aliquo vinculo merè accidẽtali, aliud per accidens, cuius partes merè per accidens adunatæ sunt; & sic in primis duplex est diuisio, alia per se, quæ nimirum manifestat multiplicitatem partium per se vnitatum, alia per accidens, quæ è contra explicatur. Totum autem per se duplex est ex Scot. 2. d. 3. q. 4. aliud potẽtiale, seù vniuersale, & est illud, quod diuiditur in partes subiectiuas prædicando de qualibet illarum, aliud actuale, & est illud, quod actu continet partes, ex quibus componitur, nec est prædicabile de qualibet illarum; ita etiam duplex est diuisio, alia potentialis correspondẽs primo toti, & est qua vniuersale diuiditur in partes, quas sub se, & in potentia continet, vt est diuisio gñis in species, & speciei in indiuidua, & ad hanc reducitur diuisiõ gñis per differentias, nã illas quoq; dicitur genus in potẽtia cõtinere, licèt nõ vt partes subiectiuas, q̃a in eis non includitur, nec prædicatur, vndè ꝓpriè non dicitur genus diuidi in differẽtias, sed p differentias; alia est diuisio actualis, alteri toti correspõdẽs, & est, qua tale totũ diuiditur in partes, quibᵘ actu cõstat, & cõponitur.

Rursus totũ actuale diuiditur in essẽtiale, & integrale, illud est, cuius singulæ partes spectant ad essentiã rei, quæ si fuerint physicę, cõstituũt totũ essentiale physicũ, si metaphysicæ, cõstituũt metaphysicũ; integrale verò est, cuius partes singulæ, etsi nõ spectẽt ad essentiã rei, pertinent tñ ad integritatẽ rei materialis, vndè solũ in materialibus reperiũtur, quæ si fuerint similares, & eiusdem rationis, vt guttæ aquæ in Oceano constituunt totum, quod dicitur homogeneum, si fuerint dissimilares, & alterius rationis, vt brachiũ, & caput in homine constituunt totum, quod dicitur ætherogeneum; sic igitur diuisio actualis, alia erit essentialis, qua totum diuiditur in partes, quarum, singulæ sunt de essentia diuisi, quæ si fuerint physicæ, vt corpus, & anima respectu hominis, erit essentialis physica, si metaphysicæ, vt animalitas, & rationalitas, erit essentialis metaphysica, alia erit integralis, qua totum materiale diuiditur in partes ipsum integrantes, quæ iuxta variam naturam partium integrantium geminanda erit.

Ex parte verò totius per accidens adhuc triplex diuisio solet assignari, vna est subiecti in accidentia, vt cum diuiditur homo in album, & nigrum, homo enim, qui diuiditur, est subiectum albedinis, & nigredinis, quæ illi accidunt, & ad hanc pertinet diuisio vocis in suas significationes supra allata, significatio .n. est accidens vocis, & eadem vox veluti subiectum plures interdum habet significationes. Altera è cõuerso est accidẽtis in subie-

subiecta, vt qñ diuiditur albũ in lac, & liliũ, quibus veluti subiectis inest albedo diuisio; Alia demum assignari solet diuisio accidentis in accidentia, vt cum dulce diuiditur in albũ, vt est lac, & flauum, quale est mel; re tñ vera hæc diuisio nõ est à cęteris cõdistincta, nã si diuisũ est de essentia mẽbrorũ diuidẽtiũ, vt cũ diuiditur coloratũ in albũ, & nigrũ, tunc pertinet hęc diuisio ad diuisionẽ totius vniuersalis, & est gñs in species, est.n.ac si dicatur, colorũ alter est albedo, nigredo alter; si verò diuisũ non est de essentia mẽbrorũ diuidentiũ, vt est in allata diuisione dulcis in flauũ, & albũ, tũc ptinet ad diuisionẽ subiecti in accidẽtia, qa dulce, ꝙ est diuisũ, nõ sumitur ꝓ forma dulcedinis, sed ꝓ subiecto ipso dul.i, cui accidit esse albũ, vel flauũ.

Tertiò multæ solent afferri leges bonæ diuisionis, sed præcipuæ, ad quas aliæ reducuntur, duę sunt, vel tres ad sũmũ; vna est, ꝙ singula mẽbra diuidẽtia sint inferiora, .i. minora diuiso, & ratio est euidens, qa omne totũ est maius sua parte; omnia verò simul sũpta totũ diuisũ adæquẽt, ac exhauriant, & ratio est, qa in toto præsertim sincathegorematicè sũpto, vt à diuisione attingitur, nõ est aliud, quã oẽs suæ partes simul; Nec valet, si dicas, hõm benè diuidi metaphysicè in animal, & rationale, in qua diuisione constat alterũ membrum diuidens, nempè animal totum diuisum excedere, .s. hominem; Nam quãuis animal in ratione totius potentialis excedat hominem, tamen in ratione partis actualis metaphysicę exceditur ab homine, & in hoc sensu est membrum diuidens in illata diuisione. Altera regula est, vt mẽbra diuidentia habeant aliquam inter se oppositionem, .i. sint ita inter se distincta re, vel ratione, vt non coincidant in eo sensu, quo sunt membra diuidentia, aut vnum non includatur in alio.

Sec hic moueri solet difficultas, an diuisio tradi possit per membra solum priuatiuè opposita, aut contradictoriè, vt v. g. an ista diuisio sit bona, animal aliud homo, aliud nõ homo; Affirmãt aliqui, quos sequitur Io. de S. Tho. p. 1. log. q. 4. art. 3. & probat, qa fieri põt diuisio penes terminos priuatiuos, vt si dicatur, hõ, alius videns, alius cæcus, aer alius tenebrosus, alius lucidus, ergo etiã fieri põt p terminos negatiuos, qa priuatio de formali negatio quædã est; cõstat ẽt ex vsu cõmuniter hanc diuisionẽ ab omnibus admitti, animal aliud rationale, aliud irrationale, & tñ irrationale est negatiuũ, seu priuatiuũ respectu rationalis. Cõplut. verò præamb. de modis sciendi cõcedũt dari posse diuisionem per vnũ mẽbrum positiuũ; & aliud priuatiuum, non tamen merè negatiuum, vndè in ea diuisione, qua animal diuiditur in rationale, & irrationale, inquiunt ly *irrationale* non esse intelligendum purè negatiuè, sic.n. non solum conuenit brutis, sed etiam plantis elemẽtis, & alijs, quæ non continentur sub animali, hæc.n. omnia non sunt rationalia. quod tamen est contra primam regulam, iuxtà quam vnum membrũ diuidens non potest extendi vltra diuisum; vt ergo bona sit diuisio debet membrum negatiuũ sumi priuatiuè, .i. pro carẽtia alterius mẽbri positiui, non vbicunque, sed in tali subiecto, .i. contento intra sphæram totius diuisi, & sic irrationalitas in præfata diuisione hoc modo sumpta significat carẽtiã rationalitatis, nõ in quocũq; subiecto, sed in aptonato, .i. intra genus animalis.

Ant. And. in cit. de diuisione generis in species præcipuè loquens negat fieri posse per priuatiuè, aut contradictoriè opposita præcisè, & probat, quia genus diuiditur in species per differentias, species autẽ aliquid ponit, & per consequens differentia, quæ constituit intrinsecè speciem, negatiuum autem non potest esse de intrinseca constituitione positiui; quæ ratio etiam in alijs per se diuisionibus militare videtur, nam in his totum, quod diuiditur, aliquid positiuum est, & cum diuidatur per suas partes planè diuisio non poterit fieri per solam negationem,

nem, aut priuationẽ, q̃a nec priuatio, nec negatio totũ positiuũ cõstituere possunt; Addit tñ, q̃ q̃a differentiæ rerũ cõmuniter sunt nobis ignotæ, species etiã nõ semper proprijs nominibus nũcupantur, hinc est, q̃ circũloquimur eas, p aliqua vocabula, quibus quãdoq; addimus particulã priuatiuã, vel negatiuã, & tunc diuisio gñs dicitur fieri per contradictoria, & priuatiuè opposita, tñ per negationẽ, aut priuationẽ positã in diuisione circũloquimur, & intelligimus aliqd positiuũ speciẽ, vel differentiã, & in hoc sensu etiã Casilius cõcedit dari posse diuisionẽ per terminos negatiuos, lib. 1. tract. 3, c. 2. atq; ita concludẽdum est dari posse diuisionẽ per se per terminos priuatiuos, vel negatiuos, non tñ merè negatiuè, aut priuatiuè tentos, & in hoc sensu animal diuiditur per irrationale, q̃ nobis circumscribit differentiã brutalẽ; verũtamen concedendũ est diuisionẽ per accidens tradi posse per terminos negatiuos, aut priuatiuos negatiuè, vel priuatiuè se habentes, idq; solũ probant exẽpla supra allata à Ioan. de S. Tho. quod homo alius est videns alius cæcus, aer, alius est lucidus, aliud tenebrosus, nam istæ, & similes diuisiones, attinent ad diuisionem subiecti in accidentia, nam habitus, & priuatio accidunt suo subiecto, circa quod immediatè se habent.

Solet etiam addi alia conditio, q̃ diuisio tradatur per proxima membra, quantum fieri potest, & sic bimembris si est possibile, ne multitudo membrorum pareret confusionem; Verùm hæc regula non semper est necessaria; imò quando aliquod genus distribuitur per species plures ex æquo, & immediatè subiectas, poterit diuisio per tot membra tradi, quot sunt species immediatè subiectæ, sic bonũ bene diuiditur in honestum, vtile, & delectabile, si autẽ species non ita se habeant, iuuabit vtiq; cõficere diuisionẽ bimẽbrẽ, ità vt mẽbra sint duo, vel pauciora, quantũ fieri potest, quæ deinde in alia inferiora distribuantur, sic substantia nõ bene diuideretur in lignũ, lapidẽ, & angelum, sed prius diuidi debet in corporeã, & incorporeã, corporea in sentientẽ, & nõ sentientẽ, &c. adhuc tñ nõ erit absolutè necessariũ, nã si oẽs species substãtiæ, vel alterius generis essent alicui notæ, posset illas immediatè enumerare absq; erroris nota nõ illo ordine seruato, & adhuc illa diuisio esset bona, quia esset manifestatiua multiplicitatis totius diuisi, vt notant Compl. cit.

Quartò tandem, vt de vtilitate diuisionis aliqua tangamus, iam diximus q. 4. ar. 2. in fine valde vtilẽ esse ad definitionẽ indagandã, q̃ præter Platon. ibi cit. docuit et Boet. lib. diuis. & Ant. And. ibidẽ, cuius ratio est, q̃a oĩs bona definitio datur per genus, & differentias, sed differentiæ habentur per diuisionẽ generis, cũ per differentias diuiditur; sic etiã diuidẽdo genus colliguntur omnes differentiæ necessariæ ad definitionem speciei; Quando autẽ Arist. 2. Post. text. 4. probat, quòd via diuisiua non est vtilis ad inuestigandum, quod quid est, .i. definitionem, quia committitur petitio principij, inquit Ant. Andr. dupliciter intelligi posse viam diuisiuam ad definitionẽ valere, vno modo per modum syllogizandi, alio modo colligendi, & componendi differentias cum genere, primo modo negatur ab Arist. propter petitionem principij, vt si velimus probare animal rationale esse definitionem hominis sic, vel animal rationale est definitio hominis, vel animal irrationale, sed non est definitio hominis animal irrationale, ergo est animal rationale, hic petitur in minori, quod debet probari, quod si probatur, vtique non potest probari per modum diuisiuum, sed alia via, at alio modo; .s. per modum colligendi differentias, valet vtique via diuisiua ad definitionem, neque id negat Arist. 2. Poster. Sed dices definitio est prior diuisione, quia antequam aliquid diuidatur, oportet scire per definitionem, vtrum sit vniuocum, vel æquiuocum, ergo ad illam inuestigandam non valet. Resp. Ant. Andr.

ibidem

ibidē, q diuisio præsupponens definitionē sui diuisi est vtique posterior illa, nec valet ad illā inuestigandā, sed valet ad aliā posteriorē, vt v.g. diuisio animalis non valet ad definitionē animalis, quæ præsupponitur, sed ad definitionem hōis, quæ quæritur; & duplici rōe iuuat ex Arist. 2. Post. text. 19. com. 74. & 75. primò. n. iuuat, vt rectè disponātur partes definitionis, cum .n. duæ sint, .s. genus, & differentia, diuisio facit, vt preponatur, q est cōmunis, deindè iuuat, vt nihil prætermittatur eorū, quæ prædicantur, in q̄d, quia colligit omnes, & singulas differentias, quæ de specie prędicantur in quid.

Est vtilis etiā diuisio ad totā aliquē scientiā, vt notat Amic. tract. vlt. q. 5. dub. 4. nā iuuat ad disponendas partes scientię, vt patet ex ꝓgressu Arist. in Phys. nā cum de corpore naturali vellet agere, prius de eo tractat in vniuersali in octo lib. Phys. tū diuisit illud p Cœli ab initio in simplex, & mixtū, atq; de simplici prius egit in lib. de Cœlo, mixtū autē, cū diuidatur in perfectū, & imperfectū, & pfectū in homogeneū, & ætherogeniū, homogenia in lapides, & metalla, ætherogenea in plantas, & animalia, & horū species, vt legitur 1. Metheor. c. 1. agit deinceps de his omnibus hoc eodem ordine.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quid, & quotuplex sit distinctio.

IN primis de formalitate ipsa distinctionis est difficultas, in quo .s. formaliter cōsistat, an importet aliq positiuū, vel potius in sola consistat negatione, & remotione identitatis; Pasqualig. in Metaph. p. 2. disp. 47. sect. 1. tenet identitatē qd positiuum præferre, vndè postea sect. 2. subdit distinctionē consistēte formaliter in ablatione talis positiui p identitatē importati, sequitur Ioan. de S. Tho. p. 2. log. q. 2. art. 3. & alij recensiores passim; Mauritius noster è contra in epithom. formalit. docere videtur, q distinctio formaliter cōsistit in aliquo positiuo nimirū in alietate, seu diuersitate extremorū, idētitas verò in negatione talis alietatis, sequuntur alij formalistæ, & Achilinus lide distin. c. 26. ar. 2. Sed cum hic sermo fit de distinctione, & idētitate in tota sua amplitudine, vt nimirū sub se cōprehēdit tā realē, quā rōis, tàm positiuā, quā negatiuā, vanū est laborare, vt inquiramus aliquā rationē cōmunem vniuocā distinctionis, aut idētitatis sic inspectæ, qa nulla talis datur; quare cum distinctio, & idētitas in tanta cōmunitate sit aliquid æquiuocū sufficiet assignare quid nominis explicādo formalitatē distinctionis per negationē, aut carentiam identitatis, & è contra identitatem per negationem distinctionis, seu alietatis.

Quantum verò ad numerum distinctionum; veteres Thomistæ duo tantùm identitatum, & distinctionum genera posuerunt, primū genus continet distinctionem, & identitatem realem, quæ est à parte rei ante opus intellectus, & conuenit ijs, quæ vel important res diuersas, vel sunt vna, atq; eadem res, alterum verò genus est identitas, & distinctio rationis, quæ habet esse per intellectum, & tūc contingit, cum eadem res in seipsa cum distinctione ab intellectu concipitur; Hoc autem genus distinctionis subdiuidunt in eam, quæ est sine vllo fundamento ex parte obiecti, vt cū idem distinguitur à seipso, & vocant distinctionem rationis ratiocinantis, & in eam, quæ fit cum fundamento ex parte obiecti, quo modo distinguunt gradus essentiales metaphysicos, & vocant distinctionem rationis ratiocinatæ, & parùm, vel nihil ab hac sententia distant Nominales.

Recentiores verò Thomistæ, qui & Neoterici, seu Neutrales dicuntur, præter distinctionem realem, & rationis, addunt tertium genus distinctionis, quam appellant modalem, eo quia non versatur inter rem, & rem, sed inter rem, & modum eiusdem rei, nam præter res in rerum natura dantur circumstantiæ quædam

dam earũdẽ rerũ afficientes illas, & vltimo determinantes, vt est sessio respectu sedentis, figura respectu quantitatis, qui modi in seipsis propriè non sunt entia, vel res, sed potius rerũ circũstantiæ, quarum virtute sic, vel sic se habent; explicãt autẽ ita hoc genus distinctionis, vt solũ inter ea versetur, quæ sic ex natura rei, & præter opus intellectus distinguũtur, vt non vtrũq; ipsorũ, sed alterũ tm̃ possit separatũ existere, nimirũ res sine modo, nõ è contra, vt sedens sine sessione, quantitas sine hac, vel illa figura, extrema sine vnione, non è contra, quia essentia modi, ita sita est in actuali modificatione, vt nec per diuinam potentiam fieri possit, vt modus existat separatus à re modificata, & hac de causa nolunt hanc distinctionem, etiã si ex natura rei, & præter opus intellectus, appellare realẽ, qa distinctio realis ꝓpriè versatur inter rẽ, & rẽ, quarũ vna vicissim sine alia põt existere saltim per potẽtiã Dei absolutã; atq; ideò ita statuũt hanc distinctionẽ, vt sit mẽbrum immediatè diuidens distinctionẽ, vt sic, vt bene notauit Pasqualig. cit. disp. 51. sect. 1. n. 4. non verò quòd sit membrum distinctionis realis. & hanc sententiam docuerunt Fonsec. 5. Met. c. 4. q. 6. sect. 2. Suar. in Met. disp. 7. sect. 1. à nu. 15. quos cæteri Neoterici passim sequuntur.

Scotistæ antiquiores, qui Formalistæ nuncupati sunt, septem assignarũt distinctionum genera, .s. distinctionem rationis, ex natura rei, formalem, realem, essẽtialem, se totis subiectiuè, & se totis obiectiuè, quas singulas breuiter explicatas, videre licet apud P. Fabrum in suo breui tractatu Formalit. c. 7. ita docuerunt, vna nimiter Ant. Sirect. qui propter à Magister Formalit. est appellatus, Trombet. Maurit. Vallon. Doduet. in suis tract. Formalit. Lichet. in 2. d. 1. q. 4. Zerb. in quæst. de pluralitate distinctionum, & passim alij antiquiores nostræ Scholæ. Verũ alij Scotistæ tot genera distinctionum inficiantur tribus tantummodo contenti, ad quas omnes alias reducunt, nempè reali rationis, & formali media inter vtrãque, quæ minor est illa, qa non versatur inter rẽ, & rẽ, sed inter plures eiusdẽ rei formalitates, & maior ista, qa inter illas reperitur citra quẽcũque opus intellectus; & hoc genere distinctionis scerni volũt inter se gradus metaphysicos increatis, vt animalitatẽ, & rationalitatẽ in hõe, & attributa in diuinis, vt iustitiã, & misericordiam in Deo, ac vniuersaliter subiectũ, & ꝓpriam passionẽ, ita Tatar. q. vlt. prædicab. dub. 2. Burlifer. & Bonet. in suis tract. formal. & sequũtur recẽsiores oẽs Scotistæ, Fab. cit. Vulpes in sum. to. 1. p. 1. disp. 8. ar. 5. & 6. & to. 3. disp. 50. ar. 3. Smisinch. 1. p. trac. 2. disp. 1. n. 58. Meurisse in Met. lib. 2. cap. 3. 4. p. ita ponũt hãc distinctionẽ mediam, vt sit membrum immediatè diuidẽs distinctionem in genere, vt sic.

Dicendũ est pro totali resolutiõe istius materiæ duo esse prima genera distinctionũ, & idẽtitatũ, nempè ex natura rei, seù præter opus intellectus, & rationis, seù p opus intellectus, & hæc rursus subdiuidi in varias species iuxta variã rerũ, vel realitatum vnitatem, vel pluralitatem, in quibus fundantur, ita Scotistæ quamplures Rada 1. part. controu. 4. Nolan. in Pynach. quæst. 1. Conclusio hæc probatur ex regulis bonæ diuisionis iam assignatis in præceden. art. quia cum aliquod commune in inferiora diuiditur, debent ea assignari, quæ immediatè se habent ad rationem communem, nam si vnum mẽbrum assignaretur, quod immediatè diuideret rationem communem, aliud verò, quod non immediatè diuideret, confusa nimis, ac inordinata prorsus euaderet diuisio, nam infinita plenè membra possent assignari sic diuidentia, ergo in assignandis generibus distinctionum illa primò debent assignari, quæ immediatè diuidant distinctionẽ, vt sic, seù in communi sumptam, sed talia sunt membra iã assignata, ergo, &c. probatur minor, mẽbra, quæ diuidunt immediatè ens in tota sua amplitudine sunt ens reale, & rationis, capiẽdo ens reale pro omni eo, quod

est

est extra nihil, nã impossibile est aliquam rationé entis excogitari, quæ nõ dicat, vt aut ens reale, aliqd nimirũ habés esse independéter ab intellectu, aut ens rõis, aliquid nimirũ habés esse depédéter ab intellectu; cũ igitur identitas, & distinctio sequãtur ordiné, & rationé entis, cuius assignãtur veluti passiones disiũctæ, cóceptus cõmunissimus idétitatis, & distinctionis ꝑ assignata membra debebit primò, & immediatè diuidi. Confirmatur, tũc rectè assignatur diuisio alicuius cómunis; cũ mébra primò diuidentia ità se habét ad rationé cõmuné, vt sub ipsis cõtineãtur alia inferiora, siuè gña, siuè species, ita ꝙ mébra diuidentia simul sũpta æquè pateãt, ac ipsũ cõmuné diuisũ, vt patet ex eodé ar. preced. ergo in assignãdis distinctionũ, & idétitatũ generibus, illa primò assignare debemus, quæ sub se oés alias cõtinent mediatè, vel immediatè, sed ita se habent mébra iã assignata, nã oés idétitates, vel distinctiones assignabiles ad illa reducũtur, ergo, &c. probatur minor assignãdo sub illis gñibus totã seriem idétitatum, & distinctionum.

Distinctio itaq; ex natura rei, seù prępter opus intellectus, vt ex Scot. colligitur p. d. 2. q. 7. §. *Sed hic restat*, & d. 8. q. 4. §. *Ad quæstionem*, & 2. d. 1. q. 5. §. *Ad quæstionem istam*, & d. 3. q. 1. & alibi sæpè, subdiuiditur in distinctionem ex natura rei realé, & in distinctioné ex natura rei formalé, ratio est, quia vt docet Arist. 5. met. tex. 18. identitas proximè fundatur sup vnitaté, distĩctio supra multitudiné, seù pluralitaté, ergo tot modis distinctio ex parte rei dicetur, quot modus dicitur pluralitas, & multitudo, sed pluralitas à parte rei, vt notat Doct. 1. d. 13. q. vn. & 4. d. 46. q. 3. in sol. ad 1. duplex est; altera rerũ, & dicitur pluralitas simpliciter, altera realitatum, seù formalitatum, & dicitur pluralitas secundum quid, ergo, etc declaratur sub illata minor, per *Rem*, quę multiplicata facit pluralitatem simpliciter, et est nata fũdare realem distinctioné nõ tantũ venit intelligendũ id, quod per se primò, et immediatè existit, vel sic existere põt, vt multi Formalistę velle videntur, sed omne, id ꝙ per verã efficientiã, et physicã causalitaté accipit esse, siuè solitariè existerę possit, siuè non, et ita se habent oés physicæ entitatis, oés nimirũ substantiæ, siuè cõpletę, siuè incõpletæ, vt materia, et forma, omnia ité accidentia, siuè absoluta, siuè respectiua, hæc. n. omnia verè sunt entia in recto propriam essentiam, et existentiam habentia, etsi non omnia solitariè existére nata, vt patet de relationibus, quod solum indicitea habete exilem existentiam, et ab existentia alterius dependentem, non verò carere prorsus existentia; ac proinde omnia isthęc sunt idonea fundaméta distinctionis realis, et nata facere pluralitatem simpliciter, quia sunt veræ res, et tatem simpliciter, quia res, et veræ res, et vera entia physica per veram causalitaté physicam à causis suis producta in sensũ explicato in phys. disp. 7. q. 2. Per *realitatem* verò, quæ multiplicata solum nata est facere pluralitatem secundũ quid, et fundare distinctionem ex natura rei formalé intelligitur id, quod est aliquid rei præfato sensũ explicatę, nõ quocunque modo, sed per identitatem realé (qua ratione dici solet aliquitas) siuè perfectam, vt est idétitas attributorũ in Deo, quę habetur ratione infinitatis extremorum, siuè imperfectam, vt est identitas graduũ metaphysicorum in creatis, quę habetur præcisè ex vnione eorũ in tertio, vt docet Doctor 1. d. 8. q. 4. atq; ità per realitatem omne id intelligédum venit, quod per se nõ recipit esse à sua proxima causa per verum influxũ physicũ, sed per simplicem dimanationem metaphysicam, quo sensu ait Doctor 1. d. 3. q. 7. S. et 2. d. 25. C. passionem emanare à subiecto, et 2. d. 16. q. vn. potentias ab anima, et vniuersaliter emanant realitates, seù gradus metaphysici à rebus physicis, vt animalitas, et rationalitas à corpore, et anima.

Ex-

Explicatur distinctio Realis.

Distinctio igitur ex natura rei realis est, quæ reperitur inter rem, & rem præfato modo explicatã, quam explicauit Doct. 2. d. 1. q. 5. §. *Cõtra istam opinionem*, & §. *Ad quæstionem* lit. M. sed exactius 2. d. 2. q. 2. A. & B. vbi talem tradit regulam dignoscẽdi distinctionẽ realẽ; ea realiter distinguuntur, quorũ vnũ vel est, vel esse põt separatũ ab alio, vel saltim talia sunt, quæ sic ad inuicẽ se habẽt, sicut illa, quæ sunt separata, vel separabilia; ꝙ separatio actualis sit signum sufficiẽs distinctionis realis, fatentur oẽs, & est de se euidens, id aũt intelligi debet, ẽt si quæ separata sũt, vnũ absq; alio vicissim existere nõ posset, sola .n. illa actualis separatio sufficit, & hac ratione relatiua, vt pater, & filius, distinguũtur realiter, ẽt si vnũ sine alio existere nõ cõtingat: separatio itẽ potẽtialis sufficiens est ad inferendã distinctionem realẽ inter illa, quæ ita sũt separabilia, nã omne ens est vnũ, ac per consequens indiuisibile à seipso, & inseparabile, quare eo ipso, quod aliqua sunt separabilia, iam non vnum ens, sed duo entia realiter distincta censeri debent. Nec est necesse ad distinctionem realem inferendam, quod separabilitas ista sit mutua, ita .s. vt hoc sine illo, & è contra vicissim existere possit, vt contendunt Recentiores, nam ad distinctionem realem cum omni proprietate sufficit, quod alterum extremorum existere possit sine altero, etsi non è contra, & impossibilitas ex parte vnius extremi existendi sine alio solum infert, quod dici nequeant mutuo separabilia cum retentione propriæ existentiæ; & quamuis vnio, sessio, & aliæ huiusmodi entitates modales dici nõ possint res, vel entitas, sumẽdo rem pro eo, quod per se, & immediatè saltim per Dei potentiam existere potest, tamen dici possunt res & ens eo modo, quo hoc in decem prædicamenta descendit, & saltim, ait Scotus 2. d. 1. q. 5. §. *Quod si adhuc*, licèt modus non sit ita res, sicut illa, cuius est modus, non tñ nulla res est, sicut nec nullũ ens, qa tũc nihil esset, ꝙ etiã repetit quol. 3. ab initio, vndè cõcludit hãc esse cõtẽtionem de nomine, qa iuxtà varias acceptiones entitatis, & rei põt huiusmodi distinctio vocari realis, & modalis; Hoc tñ certum est, ꝙ respiciendo naturã distinctionis in se, & nõ denomitionẽ à modo desũptam, debet potius dici realis, qa nõ ex hoc, ꝙ subiectũ existere põt sine modo, nõ è cõtra, statim inferri debet, ꝙ hæc distinctio nõ sit realis, sed modalis, qa Deus, & creatura verè distinguũtur realiter, & tñ nulla alia inter ea versatur distĩctio, nisi hęc, ꝙ Deus existere põt sine creatura, non è cõtra. Nec valet, ꝙ aiunt quidã, distinctionẽ, quæ est inter Deũ, & creaturã nõ posse dici modalẽ, qa creatura nõ est modus Dei, nec illũ afficit in ratione modi. Non valet; imò potius ex hoc cõfirmatur, ꝙ respiciẽdo naturã huius distinctionis in se realis potius dici debeat absolutè loquẽdo, & solum poterit appellari modalis quando res, quæ sine alia existere nequit, benè tamen è contra, est modus illius, & eam afficit in ratione modi; Nos tamen pręsertim hanc distinctionem debemus appellare realem, & non modalem, quia distinctio modalis apud nos cõsueuit accipi pro ea, quæ versatur inter rem, & modum intrinsecum eius, vt inter essentiam, & existentiam, non tamen inter rẽ, & modum eius extrinsecum, & accidentalem, qualis est hìc, de quo Recentiores loquuntur.

Separatio tãdem proportionalis sufficit etiam ipsa ad inferendam realem distinctionem, hæc autem proportionalis separatio inter ea versatur, vt notat Doctor cit. quæ, etsi sint ab inuicem inseparabilia, hæc tamen inseparabilitas non prouenit ab intrinseco, sed merè ab extrinseco, quod ipsemet in 2. dist. 1. q. 4. §. *Ad quæstionem*, explicat exemplo motus Cœli, quia secundum Aristot. contradictio est Cœlũ esse sine motu, non quidem

dem ex causa intrinseca in Cœlo, quia est receptiuũ motus, & indifferẽs ad quietẽ, sicut ad motũ, sed ex causa extrinseca necessariò mouẽte, & ideò ex tali inseparabilitate nõ rectè infertur Cœlũ esse realiter idẽ cũ motu suo; vel si inseparabilitas ab intrinseco ꝓuenit, adhuc tñ se habent, vt producens, & productũ, causa, & causatũ, & vnũ ad aliud depẽdẽtiã habet essẽtialẽ, hęc.n.cõtradictoria ꝑdicata necessariò inferũt distĩctionẽ realẽ, vt Scot. declarat 2.d.25.q.vn.§. *Ad primã*, q̃a relationes producẽtis, & producti repugnãt in eadẽ persona, relationes, quæ dicũt dependẽtiã essentialẽ, vt causæ ad causatũ, repugnãt nõ solũ in eadẽ persona, sed etiã natura, vnde hac ratione, quãuis personę diuinæ sint ab intrinseco inseparabiles propter vnitatẽ essẽtiæ, adhuc tñ realiter distinguũtur, q̃a vna est producẽs, & altera ꝓducta, vt docet D. Aug. 1. de Trin. c. 1. quamuis totum sit à partibus inseparabile, item ab intrinseco, quia tamẽ ad eas dependentiam dicit essentialem, vt causati ad causas intrinsecas, hac de causa adhuc ab eis realiter est distinctum, vt Scotus docet 3. d. 2. q. 2. Itaq; concludamus separationẽ extremorũ actualem, vel potentialẽ, vel saltim proportionalẽ singulas disiunctim sũptas esse sufficiẽs signũ realis distinctionis, & omnes coniunctim sumptas esse signum adæquatum.

Hinc facilè deducitur, quid sit identitas realis, nam è contra illa erunt eadem realiter, quæ nec separata sunt, nec possunt separari, nec proportione correspõdent his, quæ sunt separabilia, ita ꝙ vnicum, & adæquatum signum identitatis realis sit inseparabilitas aliquorum tàm actualis, quàm potentialis, & propotionalis, quali inseparabilitate solum potiũtur ea, quorum vnum non est sine alio, nec esse potest ab intrinseco, nec se habent, vt producẽs, & productum, vel causa, & causatum, ita vt vnum essentialiter ab alio dependeat, quia hæc inferunt separationẽ proportionalem, .i. talia infe- runt cõtradictoria in his, quę ita se habẽt, .s. vt producẽs, & productũ, causa, & causatũ, qualia nata sũt verificari de his, quę sunt separata, vel separabilia seruata proportione; ex quo patet, malè recentiores oẽs assignare veluti sufficiẽs, & adæquatũ signũ realis distinctionis separationẽ in esse actualẽ, vel potẽtialẽ, & idẽtitatis realis inseparationẽ actuelẽ, & potẽtialẽ.

Deinde distinctio realis iam explicata subdiuidi solet in negatiuam, & positiuam, & hæc rursus in accidentalem, & essentialem; negatiua est, quæ versatur inter ens, & non ens, vt inter materiam, & priuationem, vel inter duo non entia, vt inter duas priuationes, de qua Scot. 3. d. 8. q. vn. & quol. 18. vnde quia propriè non est inter rem, & rẽ dr̃ distinctio realis imperfecta; positiua est, quæ versatur inter duo entia realia, quorũ vnum realiter non est aliud; realis essentialis est, quæ oritur inter duo ex principijs eorum essentialibus, & ita distinguũtur res, quæ extant sub diuersis generibus, vel speciebus, quia hæc habent essentias, & naturas alterius rationis; quam distinctionem vocat Doctor 1. d. 2. q. 7. FF. distinctionẽ realem naturarum, ex quo patet distinctionem essentialem reduci ad realem, quia non est, nisi distinctio realis naturarum, vt bene notauit Tatar. loc. cit. natura enim, & essentia idem sunt; distinctio verò realis accidentalis est, quæ per principia accidentalia causatur, quomodo homo albus à nigro distinguitur, & ad hanc reduci potest distinctio numerica indiuiduorum, quatenus principiũ indiuiduationis, vnde oritur, etsi pertineat ad substantiam indiuidui, est tamen extra essentiam eius, vt dictum est q. præced. art. 3. quæ tamen distinctio potiori vocabulo solet materialis appellari, quatenus differentia indiuidualis, quæ est eius principium, dicitur materia totius, vt Scot. docet 2. d. 3. q. 6. & ab eodem loco cit. 1. d. 2. q. 7. optimè appellatur distinctio realis suppositorum; Denique ad distin-

stinctioné realé reducũt etiã illã, quę versari solet inter totũ, & singulas partes sigillatim sũptas, quã vocant distinctioné includẽtis ab incluso, quomodo totũ corpus distinguitur à capite, q̃a includit illud, & adhuc alias partes. Verũ q̃a nõ solũ datur totũ physicũ, sed metaphysicum, etiã, & logicũ, poterit hæc distinctio includentis, & inclusi ad varia gẽ̃ra distinctionum pertinere pro qualitate totorũ.

Meurisse loc. cit. concl. 3. diuidit distinctioné realé in mutuã, & nõ mutuam, & rursus vtrãq; in actualé, potẽtialé, & virtualé; mutuã ait esse, qua distinguũtur ea, quæ esse possunt mutuò sine, seinuicẽ; nõ mutuã, qua vnũ existere põt sine alio, nõ è cõtra, & sic ait distingui ré, & modum eius; actualem ait esse, quæ distinguuntur actu separata; potentialé, qua distinguũtur separabilia: virtualé, qua distinguuntur ea, quæ se habent ad modũ separabiliũ. Verũ tota hæc doctrina falsa est, quia implicat vnũ esse realiter distinctum ab alio, & ꝙ viceuersa hoc nõ sit realiter distinctũ ab illo, ergo in hoc sẽsu oĩs distinctio realis est mutua. Quod autem aliqua duo extrema sint ita realiter distincta, vt vnũ possit existere separatũ ab alio, nõ è cõtra, non facit, ꝙ inter ea non sit realis distinctio mutua, sed solum quod non sit mutua separabilitas; multum autem differt aliqua duo non esse mutuo realiter distincta, & non esse mutuò realiter separabilia. Rursus ex hoc, quod Doctor in 2. d. 1. q. 2. docet distinctionem realem inter aliqua duo concludi ex eorum separatione, vel actuali, vel potentiali, vel saltem proportionali, malè subdiuidit Meurisse distinctionem realem in actualem, potentialem, & virtualem, seu proportionalem, tum quia Scotus ibi expressè loquitur de distinctione reali actuali, cuius sufficiens, & adæquatum signũ inquit esse separationem, vel actualem, vel potentialem, vel proportionalem; tum quia non pari passu currunt distinctio realis, & separatio, itaut eodem modo secerni debeant in actualé, & potẽtialé, & ꝙ si separatio inter aliqua duo sit actualis inferat distinctioné actualé, si potẽtialis, potẽtialé tm̃, & si virtualis, virtualem, q̃a clarissimũ est separationé potẽtialem tm̃ inferre inter sic separabilia distinctioné realé actualé, sic partes totius essẽtialis, & integralis, eo q̃a sunt ab inuicem separabiles, cẽsentur actu realiter distinctæ, q̃a earũ vnio nõ excludit distinctioné actualé earũdẽ, sed tm̃ separationé, & diuisioné actualé; sic etiã motus Cœli, & ipsũ Cœlũ, quæ sunt secundũ Philosophũ inseparabilia, ꝓportioné tñ correspõdẽt his, quæ possũt separari, sunt realiter actu distincta, ergo separatio potẽtialis, & virtualis sẽper inferunt distinctioné realem actualé, & non tm̃ potentialem, vel virtualem inter ea, quæ sic sunt separabilia.

Sed contra allatam doctrinam de distinctione reali moueri solet difficultas de toto, & partibus, quod vtique (loquendo de essentiali) realiter distinguitur à partibus etiam simul vnitis, ex Scot. 3. d. 2. q. 2. & d. 22. q. vn. constat autem nec totum existere posse sine partibus simul iũctis, nec viceuersa partes simul iunctas absque toto; constat etiam, nec ista esse separata ab inuicem, nec separabilia, nec se habere ad modum separabilium, nec tandem vnum esse propriè producens, & aliud productum, ergo doctrina allata de distinctione reali est insufficiens. Hæc difficultas ardua adeò visa est Meurisse loco citato, vt ea coactus ausus sit negare famosam sententiam Scotistarum de distinctione reali totius à partibus, ait. n. falsum esse de mente Doctoris totum distingui realiter à partibus vnitis, cum. n. in 1. d. 1. quæst. 3. & in 2. d. q. 5. & alibi passim doceat, omne prius naturaliter posse esse sine suo posteriori absque contradictione, si non sit ei idẽ, sequeretur partes vnitas posse esse sine toto, quia sũt priores eo naturaliter, cum igitur vnitæ sine eo esse nequeãt, fit, vt sint ei realiter idẽ, quod expressius ait docuisse 1. Phys. q. 9.

Vbi

vbi disertè docet totū, & partes vnitas esse idē realiter; quare subdit deceptos oēs esse, qui hactenus existimarunt de mēte Scoti totū distingui realiter à partib. vnitis, ex eo fortè, q̃a in 3. d. 2. q. 2. pmixtim pbat distinctionē totius, tū à partib. vnitis, tū diuisis, nā quando probat totū esse aliā entitate à partib. vnitis intēdit solum inter ea inducere distinctionē formalē, ita ꝗ in sētentia Doctoris totū distinguitur à partibus vnitis formaliter solū, seu ex natura rei, nō quidē formaliter cōceptibiliter, seu metaphysicè, quo genere distinctionis distīguūtur gradus metaphysici, sed formaliter entitatiuè, seu physicè quomodo distinguuntur gradus physici inseparabiles, ꝗ expresè colligi arbitratur ex quibusdā verbis Doctoris in 3. d. 22. q. vn. cōtra magistrū in sol. ad arg. opinionis aduersæ, vbi cōcludit, ꝗ *quāuis totū nō sit sine vnione partiū; tamē vnio illa, vel relatio non est formalis ratio illius totius*, q̃b. verbis indicat solū inter partes vnitas, & totū nō esse idētitatē formalē.

Verum quantum distet hic Scotista à germana Scoti sententia, & veritate cōstat ex dictis in Phys. disp. 5. qu. 13. art. 1. vbi ex professo de hac re disserimus, nam in 3. d. 2. q. 2. quarta præsertim ratione efficaciter demonstrat distinctionem realem inter totum, & partes vnitas, quia hę vnitæ verè causant totum, & nihil realiter causat seipsum, nam inter causam, & effectum vniuersaliter intercedit semper realis distinctio, vt ostendimus in Phys. disp. 8. q. 2. art. 1. Et in 3. l. 22. q. vn. §. *quantum ergo* ait entia materialia cōposita habere causalitatem intrinsecam per causas inexistentes materiā .s. & formas, quas, statim ait, esset realiter distinctas à tali composito, vt ibi est videre; falsum ergo est ex eo loco solum colligi distinctionem formalem; & planè non videmus quomodo ex verbis illis à Meurisse adductis adducatur totum in Scoti sententia à partibus vnitis solum formaliter distingui. Accedit, quod frustra prę-ter distinctionē formalē, quę propriè versatur solū inter formalitates metaphysicas; fingit aliud genus distinctionis formalis physicę, vt eā astruat inter totū, & partes vnitas; nā in Scholam pſertim Scotistarum hucusq; talis distinctio formalis ingresū nō habuit; Quod verò expresè docuerit Doct. 1. Phys. q. 9. idētitatem totius cū partib. vnitis nos parū vrget, q̃a opus illud Scoticū nō est, cū passim multa contineant dissona à Scoti doctrina in Metaph. & lib. sent. sed est Marsilij Inguē Nominalis, cuius scriptu se cōperisse in quadā vetusta Bibliotheca Venetijs testatur Roccus in Phys. in epist. ad Lectorē, & idē ingenuè fatetur P. Lucas Vuadingus, dū genuina Doctoris opera recēset, & nobis oretenus dixit; ex quo factū est, vt in Phys. illius pseudoscotistæ philosophiæ, nec verbū quidē vnquā fecerimus; Quod tandē ait, hinc sequi partes vnitas posse esse sine toto, quia in sentētia Doctoris oē prius naturaliter pōt separari à posteriori, si non sit ei realiter idē; ꝗ si sit inseparabile, id arguere realē identitatem cū posteriori, vt patet de subiecto, & passione. Hoc etiā parū vrget, iā .n. supradictū est ex Scoto 2. d. 1. q. 5. N. & d. 2. q. 2. A id verū esse, quotiescūq; repugnātia separationis ab intrinseco veniat, & non ab extrinseco, vt est in ꝓposito, quod .n. partes vnitæ esse nequeāt sine toto, ꝓuenit ab extrinseco, nempè ex earū vnione, quæ illis accidit, & qua supposita .n. queunt non causare totum, nō autem talis necessitas prouenit ex absoluta earum entitate, vt notauit Lichet. 2. d. 12. q. 2. in sol. ad instantias Caiet. contra maximam Scoti *Omne absolutum prius alio, &c.* sed fusius hanc difficultatem pertractamus in Phys. loc. cit. in sol. ad 3. princ.

Rectius ergo dicendum est in hac re P. Meurisse fuisse deceptum, & non omnes alios Scotistas, vt ipse parum humiliter dixit, & ad argumentum ex dictis occurrendum est, quòd licet totū, & partes vnitæ, nec sint separata, nec separabilia,

lia, pportione tñ correspondêt ijs, quę separari queunt, vt supra explicatum est, & quis non se habeat propriè, vt producens, & productum, quia hoc spectat ad genus causæ efficientis, se habent tñ, vt causa, & causatum in gñe causæ materialis, & formalis, q sufficit ad inferendã realẽ distinctionẽ, qa inter causã, & effectũ in quocumque genere causæ realis, & physicæ, realem intercedere distinctionem semper, est necessè, vt fusè probamus in phys. loc., iam cit. disp. 8. q. 2. art. 1.

Distinctio formalis declaratur.

Distinctio ex natura rei formalis, quæ erat alterũ mẽbrũ distinctionis ex natura rei, vt à distinctione rõnis, & facta per intellectũ secernitur, est illa, quę versatur inter plures eiusdẽ rei formalitates, quæ nimirũ in eadẽ physica entitate radicãtur, & idẽtificantur, est autẽ formalitas ratio obiectiua, & secundũ se cõceptibilis, vndè illa dicuntur distingui ex natura rei formaliter, quæ habent aliam, & aliã formalitatẽ, seu rationẽ conceptibilẽ, ita vt vtrumq; definiẽdo non erit idem adæquatè conceptus obiectiuus vtriusque, ita explicant distinctionem formalem Scotistæ quamplures Tatar. Bonet. Zurlif. Fab. Meuriss. loc. cit. vndè è contra illa erunt eadem ex natura rei formaliter, quæ eandem habent formalitatem, & eandem rationem conceptibilem. Verum, vt docet Scot. cit. 1. d. 2. q. 7. §. *Sed hic restat*, duplex reperitur distinctio ex natura rei formalis, actualis nimirum, & virtualis: actualis est, quæ versatur inter plures formalitates in eadem re physica actu, & non virtute tantùm existentes, quæ proindè à parte rei citra quodcunque opus intellectus habent diuersas rationes conceptibiles, sic distinguuntur ex natura rei formaliter actualiter diuersæ potentiæ in eadem anima radicatæ, diuersi gradus metaphysici in homine, & diuersa attributa in Deo, ex Scoto 1. d. 8. q. 1. §. *Ad quæstionem*, quia nimirum hæc omnia sunt diuersæ pfectiones formaliter, & actu in Deo existẽtes, & nõ virtualiter tm̃, vndè & eorũ distinctio actualis esse debet. Virtualis verò est, quæ versatur inter plures eiusdẽ rei formalitates, nõ actu, sed virtute tm̃ in ea cõtẽtas, quatenus eadẽ simplicissima res, vel realitas ob sui eminẽtiã æquiualet pluribus realitatibus; vndè occasionẽ pbet intellectui formandi plures conceptus inadæquatos, obiectiuos ex eodem obiecto adæquato, quibus actualiter distinctas facit formalitates illas, quę solũ erãt virtualiter distinctæ ante opus intellectus inadæquatè concipiẽtis, qua rõne solet hæc distinctio appellari rõnis ratiocinatæ, quatenus solũ p opus intellectus fit actualis, cum antea solũ esset virtualis, ita diceremus in Sole, solũ ex natura rei virtualiter distingui virtutẽ calefactiuam, q nimirũ huiusmodi virtutes nõ actu continẽtur in Sole secũdũ suũ esse formale, sed virtualiter tm̃, & eminẽtialiter, quatenus Sol p vnicam, & & simplicissimã virtutẽ eminentioris ordinis æquiualet illis duabus, ex quo intellectus occasionẽ sumit distinguẽdi has virtutes in Sole, cum tñ à parte rei vnica sit, & simplicissima; Ex quo patet falsum esse, quod Recentiores passim Scoto tribuunt, quod. s. nullam distinctionem formalem virtualem agnouerit, sed omnem distinctionem cum fundamento in re actualem posuerit, nam loc. cit. eam expressè admittit, & etiam quol. 1. §. *De secundo articulo*, & in 1. d. 8. quæst. 4. §. *Ad quæstionem*, vt mox dicemus explicando distinctinctionem rationis ratiocinatæ, quæ cum formali virtuali coincidit.

Sed Thomistæ, & alij Neoterici communiter negant distinctionem formalem actualem, & solam virtualem admittũt, quam etiam alio nomine vocant distinctionem rationis ratiocinatæ, distinctionem verò ex natura rei actualem volunt semper esse realẽ, & cũ ea prorsus coincidere, vndè Pasqualig. disp. 50. sect. 2. ait hanc esse communem sententiam extra

sco-

Scolam Scotistarũ; sed pter distinctionem ex natura rei realẽ, & ex natura rei virtualẽ debere etiã admitti distĩctionẽ formalẽ actualẽ, minorẽ illa, qa nõ est inter rẽ, & rẽ, maiorẽ ista, quia est actualis, & in esse distinctionis nullo modo ab intellectu depẽdet, probatur euidenter, quia multoties plures pfectiones in inferioribus dispersæ reperiũtur in aliqua re superiori ob eius eminẽtiã vnitæ realiter, vbi in inferiorib. erãt realiter distinctæ, & qa secũdũ se sũt pfectiones simpliciter, manet adhuc in ea re secundũ suas proprias formalitates; vnde continentur in ea formaliter, & nõ virtualiter tm̃, aut eminẽter, ergo pfectiones huiusmodi, vt sic cõtentæ in ea re superioris ordinis, nequeũt distingui realiter, quia cõtinentur in ea p identitatẽ realẽ, neq; solũ virtualiter, quia non existunt ibi virtute tantũm, sed actu secundum proprium esse formale cuiuscunque; assumptum patet, quia ita continentur attributa in Deo iustitia, misericordia, &c. vbi.n. in nobis sunt perfectiones accidentariæ realiter abinuicem distinctæ, in Deo realiter adunantur; & quia sunt ex se perfectiones simpliciter, extant in eo formaliter, & non virtualiter tantùm; sic etiam vegetatiua, & sensitiua continentur in homine, quia vbi in brutis, & plantis sunt formæ realiter distinctæ, adunantur in homine in vnicam formam, quæ est ordinis superioris, .s. in anima rationali, sed quia anima rationalis est forma, qua homo non solum intelligit, sed sentit, & vegetat, & informat non solum quatenus rationalis, sed etiam quatenus sẽsitiua, & vegetatiua, hinc dicimus sensitiuam, & vegetatiuam in homine adhuc retinere proprium esse formale, quod per earum definitionẽ explicatur, etsi nõ retineat propriũ esse reale.

Respondere solent Aduersarij concedendo huiusmodi formalitates actualiter ex natura rei reperiri in eadem re, actu .n. reperitur in Deo formalitas iustitiæ, & misericordiæ, actu reperiuntur in homine animalitas, & rationalitas, sed negant reperiri actu distinctas, non.n. benè (aiunt ipsi) ex actuali earũ existẽtia in eadem re deducitur actualis earũ distinctio ex natura rei. Sed hæc resp õsio, q. semper habet in prõptu, efficaciter refellitur, qa distinctio formalitatũ eiusdẽ rei fundatur in modo, quo ibi sunt, & reperiũtur, ergo si ibi sunt ex natura rei actualiter, eodem etiã modo erunt ibi distinctæ, pbatur assũptum, quia quo res est, eo formalissimè est vna vnitate pportionata suæ entitati, ergo formalissimè est distincta à se, & distincta ab omni alio secundũ formalitatẽ vnitatis. Accedit ex supradictis ex Arist. 5. Met. 18. identitatem fundari supra vnitatẽ, distinctionẽ supra multitudinem, & pluralitatẽ, si ergo formalitates, v. g. iustitiæ, & misericordiæ actu existunt in Deo, vel sunt formalissimè vna met pfectio, & hoc dici nequit; quia tunc vnaqueq; non existeret ibi secundũ suã rõnem formalẽ, secundum quàm dicitur perfectionẽ simpliciter, vel sunt plures, & tũc necessariò infertur actualis distinctio inter illa, quia hæc sequitur pluralitatem.

Præterea principaliter multa realiter identificãtur, quæ tñ adhuc varijs definitionibus exprimuntur, vt Arist. docet 3. phys. 22. de actione, & passione, & 3. Met. x. de genere, & differẽtia, sed definitio, præsertim cũ traditur p. cõceptus adæquatos, explicat esse formale, q. habet definitũ à parte rei, licet nõ explicet esse reale, q. velùti materialiter se habet, ergo debet admitti distinctio formalis actualis à parte rei, quæ sit minor reali, & maior virtuali; Et deinũ contradictio semp infert distinctionem, implicat .n. de eodem secundũ idem contradictoria verificari, & qñ dẽ talem infert distinctionẽ, qualis ipsa est, si est contradictio rationis, infert distinctionem secundum diuersum esse rationis, vt cum de Petro posito à parte subiecti in propositione identica affirmamus esse subiectum, & de eodem negamus esse subiectum, vt stat à parte prædicati;

si est cōtradictio secūdū esse reale infert distinctionē realē, vt si dicamus, ꝙ Vrbanus 8. est Paulus 5. non est, talis contradictio infert inter istos Pontifices realē distinctionē; si est cōtradictio secundū esse formale infert distinctionē formalē, non realē, quia multæ ꝓpositiones veræ sunt in sēsu reali, & idētico, quæ nō admittūtur in sēsu formali, sic in diuinis verū est in sēsu idētico essentiā esse incōmunicabilē, quatenus essentia est eadē res cū paternitate, quæ est incōmunicabilis, at falsa est in sēsu formali, qui explicat rōnem ꝑcisā rei, quæ p se primò significatur, & per essentiā in diuinis p se primò importatur entitas cōmunicabilis; Verùm contradictio secundū esse formale, & ex natura rei esse pōt duplex, alia actualiter, & formaliter vera citrà quēcunq; opus intellectus, vt cū dicimus, ꝙ homo per animalitatē actu à parte rei cū Asino, & per rationalitatem actu à parte rei differt nullo intellectu cogitante; alia virtualiter solū, & fundamētaliter, vt si diceremus in Sole esse idē principium proximum calefactionis, & desiccationis, & nō esse idem, hæc contradictio non verificatur à parte rei actualiter, quia actu à parte rei est vnicum, & proximum principiū vtriusq; sed tantùm virtualiter, & fundamentaliter, quatenus vnica illa virtus æquiualet duplici virtuti; ergo cum cōtradictio inferat semper distinctionem, qualis ipsa est, non dabitur tantùm distinctio formalis virtualis, sed etiam formalis actualis.

Respondent Recentiores ferè omnes, quod cum definitio fiat per actum intellectus, & non definiatur aliquid, nisi inquantum apprehenditur, non explicatur res secūdum esse subiectiuum, quod habet à parte rei, sed secundum esse obiectiuum, quod habet in intellectu, vndè non repugnat, quod si de eodem apprehenduntur, & præscinduntur diuersæ rationes formales, etiam diuerso modo definiantur, & explicentur; nec propterea intellectus rem concipit aliter, quàm sit, quia rōnes illæ fundamētaliter differunt in re; Ad aliud de contradictione pariter dicūt nullā cōtraditionē dari actu à parte rei formaliter, sed tm̄ dari fundamētū cōtradictionis, quia cōtradictio cōsistit in affirmatione, & negatione, quæ solū habentur per intellectum alterum de altero affirmantem, vel negātem, ità præsertim Pasqualig. disp. 59. & 60.

Sed neutra respōsio satisfacit; nō prima, quia definitio exprimit naturam rei, prout est, & res diuersimodè definiūtur, qa diuersas habēt naturas in seipsis, & nō qa diuersimodè ab intellectu cōcipiātur; & per definitionē exprimitur esse rei qdditatiuū, & formale, nō aūt esse, ꝙ accipit per apprehensionē intellectus, ergo falsū est, p definitionē nō explicari esse subiectiuum rei, ꝙ habet extra, sed tm̄ obiectiuū, ꝙ habet in intellectu; & licèt definitio fiat p actū intellectus, nō ꝓpterea sequitur, ꝙ explicet formaliter aliquid intētionale, sed verè explicat aliquid à parte rei, sicut licèt hæc ꝓpositio *Sol est lucidus* fiat p intellectū enunciantē lucē de Sole, tm̄ exprimit rē, sicut se habet à parte rei actualiter et nullo intellectu cogitante; sic autem vniuersaliter contingit, quotiescunq; definitio rem exprimit per conceptum adæquatum, cui s. correspondet totum id, quod est in re exprimendum, possunt autē sic exprimi omnes formalitates, quæ actu plurificatæ reperiuntur in vna, & eadem re physica, vt intellectus, & voluntas in anima, animalitas, & rationalitas in homine, bonitas, & sapiētia in Deo; formalitates verò, quæ solum virtute in aliqua re continentur ob eius eminentiā, non possunt exprimi, nisi inadæquatè, quia à parte rei nulla in suo ordine correspondet realitas adæquatè explicabilis, vndè hoc genere definitionū, quæ solum per conceptus inadæquatos traduntur, verum est non exprimi rē, nisi vt apprehēditur cum fundamento in re, quia de causa non fallitur.

Ideò Pasqualig. disp. 60. sect. 1. nu. 3. & Com-

Complut.d.3.log.n.4.n.38. distinguūt de duplici definitione, alia est physica, vt si homo definiatur, q̄ cōstet ex corpore, & anima rationali, & hæc vtiq; cū explicet totū esse rei adæquatū, infert distinctōē à parte rei actualem inter ea, quæ diuersas habent huius gñs definitione, sed talis distinctio est essentialis, vndè coincidit cū distinctōē reali naturarū; alia est definitio metaphysica, & falsū est, quę habēt diuersas huius gñis definitiones, distingui à parte rei actualiter, qa per has nō exprimitur obiectū secundū totū esse adęquatū, q̄ habet à parte rei, sed secundum esse obiectiuū metaphysicū, q̄ habet in intellectu, hoc autē esse, vt subijcitur definōi, sēpēr supponit aliquā distinctōē rōis, nā supponit aliquam præcisionem, formalitates enim metaphysicæ per abstractionem, & præcisionem constituuntur. Hęc solutio magis cautè procedit, sed quamuis, quod ait de definitione physica, totū sit verum non tamen omninò verum est, quod ait de metaphysica, quia quando in aliqua re physica plures actu continētur formalitates, quæ sunt aliquid eius per identitatem, tunc potest assignari definitio metaphysica illas exprimens adęquatè in suo ordine, sic possumus exprimere adæquatè animalitatem in homine, & hoc vtique fieri per præcisionem animalitatis à rationalitate, cum qua identificatur in homine, sed talis præcisio erit adæquata; quando verò in re physica pluralitas formalitatum nōn est, nisi virtualis, & per æquiualentiam, tunc verum est definitionem metaphysicam illas non exprimere, nisi inadæquatè, & præcisionē earum abinuicē non esse, nisi inadæquatā, qa nulla realitas eis correspondet adęquatè manifestabilis in suo ordine.

Altera quoq; solutio ad argumentum de contradictorijs nulla est, quia à parte rei multa contradictoria actu verificantur nullo prorsus cogitante intellectu, vt v.g. quòd homo rōe corporis cōuenit cū rebus materialibus, rōe animæ nō cōuenit, & planè hæc cōuenientia, & disconuenientia est formalis, & in actu, & nō fundamētalis tm̄, vndè iure meritò Caiet. 1.p. q.39. ar.1. hāc solutionē, vt prorsus falsā refellit, quāuis n. cōtradictoria enuncientur, tm̄ per intellectum nō inde sequitur eorum veritatē, formalē, & actualē ab intellectu pēdere, alioquin nulla ꝓpositio, quantumuis necessaria esset formaliter vera citra opus intellectus, qa materialis illa connexio p̄dicati cum subiecto, ēt ab intellectu cōficitur; sicut ergo à parte rei verū est actualiter hominē esse ex corpore, & anima cōstitutū, qa hæ partes actu cōtinētur in ipso, ita hæc contradictoria sūt actu vera de ipso, q̄ per animā differt à rebus materialibus, & p corpus nō differt, & sicut verū est actu à parte rei formaliter, q̄ paries est albus, si albedo ei formaliter inhæret, nā subiectū esse formaliter tale est habere talē formā, ita verū erit formaliter, & actu, q̄ per albedinem est similis Cygno, & dissimilis Coruo; verum tamen est, quod quędam reperiuntur cōtradictoria, quæ de rebus actualiter verificari non possunt, sed tantùm virtualiter, & fundamentaliter, vt patet in exemplo superius allato de Sole, sed non ita est in oībus. Ideò cum Caiet. cit. concedunt alij contradictoria actu à parte rei verificari, v.g. quòd homo per animalitatem formaliter, & actu conuenit cum Asino, & non conuenit per rationalitatem, sed hinc aiunt nō inferri distinctionem formalem actualem inter animalitatem, & rationalitatem, sed tantùm virtualē; hæc enim sufficit ad tollendam contradictionem. Sed neque ista responsio satisfacit, quia causa in actu, & effectus in actu simul sunt; & non sunt 2.phys. 5.& Met. sed causa contradictionis est distinctio, nam quælibet contradictio semper aliquam arguit distinctionem, ergo quādo contradictio est formaliter, & actualiter vera, arguere debēt distinctionem formalem actualem, & non sufficit sola virtualis, de quo vide disp.9.q.1.ar.2.

At respōdet Caiet. ibidē negādo, ꝙ sola actualis distīctio sit causa actualis cōtradictionis, nā iste effectus pōt esse à distinctione, vt à causa quasi vniuoca, & à virtualiter continēte distinctōem, qualis iste eminētia rei, vt à causa æquoca, itaq; est effectus in actu habebit causā in actu, non tñ necessariò vniuocā, nā ét sufficit æquiuoca nēpè eminentia rei, quæ continet virtualiter distinctōnē, hæc .n. sola sufficit ad tollendā cōtraditionē, quia opposita enunciātur de eadē re eminēti, nō quatenus vna, sed vt virtualiter multiplici. Cōtrà, eminentia rei nō tollit cōtradictōem actualē, ergo nō æquiualet distinctioni actualī, vt inquit Caiet. ꝓbatur assūptum, tū qa contradictio actualis tollitur p multiplicitatē rei actualē, & nō virtualē tm, alioquin de eodē secūdum idē à parte rei actualiter cōtradictoria verificarentur, tum quia contradictio sēp arguit distinctōem inter ea, de quib. verificatur, & quidē talē, qualis ipsa est, vt diximus. si est contradictio ratōnis infert solum distinctionem rationis, si realis realem, ergo contradictio actualis arguet actualē distinctionem, & non tantùm virtualem.

Omninò igitur admittenda est distinctio ex natura rei formalis actualis, quæ sit minor reali actuali, & maior formali virtuali, & hæc distinctio, vt benè ait Bonet. non habuit ortum in Scôtia, nec in Francia, sed in Græcia apud Athænas in Schola Arist. qui verbo, & scriptis eam docuit, vt benè probat Bonet. ibidem. Et ad hanc distinctionem debet reduci distinctio, quæ versatur inter rē, & modum eius intrinsecum, vt inter essentiam, & existentiam, vt docet Tatar. cit. nam vt supra innuatum est, dantur modi rerum vltimò eas determinātes in suo esse, quidam sunt intrinseci, quia nimirum intrīsecè rem determinant, vt existentia essētiam, infinitas Deum, finitas creaturam, quidā determināt res extrinsecè solum, & accidentaliter, & ideò dicuntur modi extrinseci, ita se habet sessio respectu sedentis, figura respectu quātitatis, &c. Sicut aūt isti nō appellantur in recto res, & entia, qa seipsis existere nequeūt in rerū natura, sed sēp petunt esse reb. affixi, ita modi intrīseci ꝓpriè nō dicūtur formalitates, qa nequeūt seipsis cōcipi, sed petūt cōcipi cū re, q̄ modificāt, atq; ideò sicut distictio rei, & modi eius extrīseci ponebatur distinctio realis licet quasi impfecta rōe alterius extremi deficiētis à rōe rei, ita in proposito distīctio rei, & modi eius intrinseci poni debet formalis, licet quasi impfecta rōe alterius extremi deficiētis à rōe formalitatis, & petita denominatione à modo, poterit illa dici realis modalis, hæc formalis modalis, ne confundātur communi nōne distinctionis modalis distinctiò rei à suo modo extrinseco, & distinctio eiusdem à suo modo intrinseco.

Contra ꝑdicta obijcitur. Primò, ꝙ distinctio formalis actualis sit supflua: Tū quia nulla est necessitas eā ponendi, cum ea oīa æquè bene saluentur per solam distinctionē virtualē; ꝓpter quæ inuēta est à Scotistis distinctio formalis actualis: Tum 2. quia Doct. ipse in 1. d. 2. q. 7. §. *Sed hic restat* distinctionem formalem, quam astruit inter essentiam, & relationes originis, vocat virtualem, & ait melius esse vti ista nagatiua, quod inter essentiam, & relationes sit non idētitas formalis ex natura rei: ex quo colligitur talē distinctionem formalē secundum Scotum non esse positiuam, sed negatiuam, & proindè non esse actualem, sed virtualem, quibus verbis motus Hurtadus in Metaph. disp. 6. sect. 3. putat firmiter Scotum per distinctionem ex natura rei formalem nullam intellexisse distinctionem actualem, sed solum virtualem, quod etiam ex nostris tenet Herrera 1. disp. 14. q. 1. concl. 2. Tum tertio, quia omne ens actu, aut est reale, aut rationis, ergo omnis distinctio actualis, aut est realis, aut rationis, quia proprietas omnis sequitur conditionem sui subiecti, ergo non est admittēda distinctio media actualis inter distinctio-

ctio-

ctionem realē, & rōnis, sed sola virtualis. Tū 4. quia vt arguit Io: de S.Thom. 2.p. log.q.2. ar.3. extrema p distinctionē formalē non manēt ita distincta, q possint fūdare inter se verā relationē distinctionis, vt patet in attributis diuinis, quæ Scotus ponit hoc modo distingui, & tñ inter vnū, & aliud nō versatur relatio realis, sed sola negatio identitatis, seū connexionis formalis, ergo distinctio formalis non est positiua, & actualis distinctio ex natura rei, sed potius negatiua, & virtualis. Tū 5. vt arguit idē q.3. art.6. distinctio formalis nō tollit identitatē in ipsa entitate rei, sic.n.esset realis, sed solā idētitatē cōceptus, seū formalis rōis, ita q vnū nō sit de cōceptu formali alterius, ad hoc aūt non requiritur distinctio actualis, sed sufficit virtualis, & fundamētalis, quia.s.pbet fūdamentū, vt vnū sub distinctione ab altero cōcipiatur, & sine illo repræsētetur, & sic ibi actu reluceat distīctio, vbi actu est ablata idētitas; cæterū in re solū inuenitur, q vnū nō sit formale cōstitutiuū alterius, atq;adeò nō habet cōnexionē essentialē cū alio modo formali, seū cōstitutiuo, licet habet modo identico.

Resp.ad 1. negādo assūptū, quia distinctio virtualis non sufficit ad tollendā cōtradictionē ex natura rei actualē, quę de cadē re enūnciari solent, vt q anima per intellectū operatur naturaliter, nō p voluntatē, Deus p iustitiā punit, nō p misericordiā, homo p animalitatem conuenit cum asino, nō p rationalitatem, & sic de alijs. Ad 2. Doctor ibi docet distinctionem inter essentiam, & relationes ex natura rei repertam posse vocari virtualē, non tamen id asserit cū præcisione, quasi sit virtualis tantūm, nam posteà infrà ait, *Breuiter igitur dico omittendo illa verba de distinctione rationis, & de distinctione virtuali, quod in essentia diuina ante actum intellectus est entitas A, & est entitas B, & hæc non est formaliter illa*; & paulò superius dixerat, quod *essentia, & relatio habent aliquam distinctionē præcedentē omnē actū intellectus creati, & increati*, ergo cū hæc distinctio ex natura rei, de qua ibi loquitur Doctor, & ponit inter essentiā, & relationes pcedat secundū rationē distinctionis omnē actum intellectus, non pōt esse sola virtualis, seū rōis ratiocinatæ; quia hæc licet præcedat secundū fundamentum, non tñ præcedit secundū rōnem distinctionis; vndè valdè decipitur Hurt. vt benè notauit Pasqualig.disp.60.sect.1.n.4. vbi maturius ponderat Scoti mentē, q̄ fecerint Hurtad. & Herret. Hanc verò distinctionē ex natura rei voluit ibi appellare nō idētitatem, quia ex cōmuni vsu loquendi, præsertim tūc tēpore distinctio ex natura rei p vera distinctione reali vsurpari solebat, vt ibid ē Doctor insinuat vers. *Sed nunquid hæc distinctio diceretur realis?* & etiam quia talis distinctio non importat veram relationem, vt ibi Tat. & Vigerius aduertunt. Ad 3. hęc distinctio dici potest realis actualis, & ens reale consequi, si amplè sumatur pro omni eo, quod est extra nihil, siuè secundū se, & immediatè, siuè quia per identitatem est aliquid alterius, quod secundum se, & in recto est extrà nihil, & sic non est distinctio media, sed membrum distinctionis ex natura rei in communi, vt contra distinguitur à distinctione rationis, si tamen ens reale minus ample sumatur, pro eo nimirum, quod est ens, & res, vt à realitate, seū aliquitate distinguitur, & distinctio realis pro ea, quæ versatur inter duo taliter entia, sic vtique distinctio realis dici non potest, sed media inter realem, & rationis, minor illa, & maior ista. Ad 4. Vallon. p.2. formalit. art.2. in fine concedit distinctionem formalem ex natura rei præseferre in re relationē positiuā actualem: sed hoc est falsū, quia vt docet Doctor 1.d.31. relatio realis versatur inter extrema realia, & realiter distincta: non ergo distinctio formalis cēsēda est actualis ratione relationis formaliter importate per distinctionem, sed solum materiali-

rnaliter rōe extremorum, quæ sic à parte rei distincta, ità habent in eadē re ꝓpriū esse actuale extra nihil, vt esse formale vnius nō sit esse formale alterius, ità Basfol.2.d.22.q.4.art.2.Tat.& Vig.cit. & sequitur Vulpes loc.cit. Ad quinta negatur minor, quādo definitio explicat formalitatē cōceptu adequato, immò si in virtute huius distinctionis in re inuenitur, ꝙ vnū nō habeat cōnexionē essentialē cum alio modo formali, sed tm̄ identico, vt fatetur hic Auctor, iā manifestè cōcedit hāc distinctionē esse actualē, quia actualiter vnum nō habet in re connexionem cum alio modo formali.

Secūdò obijcitur cū Pasqualig.cit. ꝙ hęc distinctio formalis coincidat cum reali, si ponatur actualis, ante opus intellectus. Tū quia ꝙ est extra aliud à parte rei, est extra illud secundū illud esse, ꝙ natū est esse à parte rei, sed solū esse entitatiuum physicū natū est esse à parte rei, itaut formalitates nō sint aptę ad essendū à parte rei, nisi ꝓut sūt in entitatibus physicis, ergo si huiusmodi formalitates essent inter se distinctæ, itaut vna esset extra aliā à parte rei iā deberent esse tot entitates, cū debeat vna esse extra aliā secundū esse, ꝙ aptū est esse à parte rei. Tū 2. extrema huius distinctionis inuoluūt rationē entis, ita vt in vnaquaq; sit ꝓpria ratio entis, quia huiusmodi formalitates verè sūt aliquid positiuū, ergo si distinguūtur ante opus intellectus actualiter, distiguūtur tanquā entitates actualis extra nihil, atq; ideò realiter. Consequētia probatur, quia quotiescūq; aliqua nō cōmunicāt in esse, ꝙ habent à parte rei, distinguuntur secundum illud esse, quod habent à parte rei, cum ergo esse, quod res habet à parte rei, sit esse physicum, ac entitatiuum, iam entitatiuo modo distinguentur, & cōsequenter reali distinctione. Tum 3. definitio explicat essentiam rei, ergo si illa cēsentur formaliter distincta, quæ habent diuersas definitiones, habebunt etiam essentias diuersas, ac etiā consequēter existentias, quia quamlibet essentiā sequitur ꝓpria existētia, atq; ita erunt verè realiter distincta. Tū 4. contradictio actualis de aliquibus infert distinctionē realē inter ea, qa de eadē re nequeūt actu à parte rei cōtradictoria verificari, ergo cum distinctio formalis actualis ex actuali cōtradictione ex natura rei colligatur, signū est concidere cū reali; Nec valet dicere, ad verificādā contradictionē de eadē re sufficere, si in ea plures reperiantur formalitates ex natura rei distinctæ; Quia ita dicēdo nunquā ex cōtradictōe distinctōem realē colligere possemus, qa diceretur sufficere distinctionē formalē inter aliqua, vt de ipsis cōtradictoria verificētur. Demū ex Arriag. d.5. sec.1. cū Hurt. cit. esse aliquid à parte rei ante actū intellectus est esse qd reale, hęc.n. est definitio entis realis, sed distinctio formalis est à parte rei, ergo realis.

Resp. ad 1. aliquid esse posse à parte rei, & extra nihil dupliciter, vel rōe sui, & in recto, vel in obliquo, & rōe alterius, cuius est aliquid p idētitatem, primo modo sūt extra nihil res physicæ, secūdo modo formalitatis metaphysicæ, concessa igr maiori, dicitur ad minorē, ꝙ vtiq; solum esse entitatiuū physicū natū est esse à parte rei primo modo, at secundo modo etiā formalitates metaphysicæ natę sūt esse à parte rei, præsertim illæ, quæ sunt prædicamentales, & veram faciunt compositionem metaphysicam à parte rei, & inde negatur conseq vt enim essent tot entitates; deberet vna esse extra, aliam primo modo. Ad 2. esto quædam formalitates metaphysicæ includant formaliter rationem entis transcendentis, adhuc tamen propriè, & absolutè non dicuntur entia, aut entitates, sed gradus entis, & aliquitates, quia iuxta communem loquendi modū per ens extra nihil intelligitur res, quæ est terminus causalitatis physicę iuxta superius dicta, vnde in hoc sensu nequeunt formalitates metaphysicæ dici absolutè entia, quia non sunt extra nihil

ratio-

ratione sui, & in recto, seù in obliquo tm̃, rõe, .s. illius, cuius sunt aliquid p idẽtitatẽ; & ad ꝓbat. cõseq; negãdum est, q; esse rerũ sit solũ esse physicũ, & entitatiuum, quia ẽt à parte rei possidẽt esse metaphysicũ purius, & magis defęcatũ à cõditionibus materialibus, licẽt nõ ab eo realiter distinctũ; vndè in hõc in parte rei nõ solũ datur materia, & forma, sed etiam animalitas, & rationalitas. Ad 3. definitio ꝓpriè dicta, vt cõstat ex gñe, & differentia, vtiq; non conuenit, nisi rebus propriam essentiam, & existentiam habentibus, vndè quæ habent diuersas definitiones in hoc sensu, verè distinguuntur realiter distinctione reali naturarum, sed si definitio magis amplẽ sumatur, pro cõceptu quidditatiuo explicante propriã alicuius conceptibilitatem, qualiscunque sit, in hoc sensu etiam formalitates poterunt definiri, & ea dicuntur formaliter distingui, quę habẽt in hoc sẽsu diuersas definitiones, .i. cõceptus obiectiuos; & tunc negatur cõseq; quia definitio in hoc sensu non exprimit essentiã rei ꝓpriè dictã, quæ .s. cõstat ex gñe, & differẽtia, & datur in ordine ad existẽtiã, sed propriam conceptibilitatẽ, qualiscunq; ea sit. Ad 4. negatur assũptũ, quia interdũ sola distĩctio formalis ex natura rei sufficit ad enũciãda contradictoria cũ veritate de eadẽ re, sic de subiecto, & passione ob talẽ distinctionẽ verificãtur contradictoria actu à parte rei; & falsũ est hac rõe pręcludi viã cõcludẽdi ex cõtradictione ex natura rei distinctionem realem; vt .n. notat Bonet. c. de dist. ex natura rei, licet omnia contradictoria æquè repugnent quoad veritatem in eodem respectu eiusdem, tamẽ quoad distinctionem inferẽdã non æquè repugnant, nam quædam inferunt distinctionem realem, quædam formalem tantùm; sunt .n. aliqua prædicata, quæ competunt ipsi rei per se primò existẽti, sicut sunt esse, & non esse secundum adiacẽs, existere, & non existere, & contradictoria de talibus prædicatis concludunt distinctionẽ realẽ, cuius ratio est, quia talia prędicata, quib⁹ insũt, insũt rõe rei, & nõ rõe realitatis in ea inclusę, sũt ẽt alia pdicata, quæ ꝓximẽ cõpetũt realitati, & rei nõ cõpetunt, nisi rõe illius realitatis in ea inclusæ, vt velle, & intelligere in anima, nã intelligit p intellectũ, & vult p voluntatẽ, & talia cõtradictoria nõ cõcludunt distinctõem realẽ illorũ, quibus applicantur, sed tm̃ formalem ex natura rei. Ad 5. talis distinctio, vt sæpè dictũ est, põt dici realis, vt ens reale distĩguitur ab ẽte rõis.

Tertiò obijcitur, q; hæc distinctio non sit rectè assignata, neq; quãtũ ad quid nominis, neq; quãtũ ad quid rei. Non primo quãtum ad quid nõis, quia nomen distinctionis formalis est nomẽ valdè æquinocũ, & accõmodari põt tã distinctioni reali, quã rõis, quatenus distĩcta realiter essentialiter habẽt diuersas essẽtias, & vnitates formales; & distincta ratione secernuntur per rationes formales, & præcisas ab intellectu. Neque quãtum ad quid rei, quia Scotus p. d. 2. q. 7. §. cit. illam vocat *identitatem formalem*, *vbi illud*, q; *dicitur*, *sic idem*, *includit illud*, *cui sic est idem in sua ratione formali*, *& per consequens per se primo modo*, ex quo Maurit. Sirect. Vallon. & alij formalistæ deducunt inferius esse idem formaliter suo superiori, quia illud includit in sua ratione formali, non è contra; ergo ex opposito per Scotum illa erit distinctio formalis, per quam illud, quod sic distinguitur, nõ includit aliud in primo modo dicendi per se; non verò illa, quæ est inter duas formalitates, quarum vna præcisè, & adæquatè non est alia.

Resp. ad 1. ex Scot. 4. d. 1. q. 2. significata nominum probari non posse, sed stãdum esse communi vsui loquentium; cũ igitur illa, quæ sunt res diuersæ, & diuersas habẽt essentias, secundum communẽ vsum loquentium dicantur realiter, & essentialiter distingui, quę verò tantùm per intellectum, dicantur distingui ratione; planè velle his distinctionibus applicare no-

nomē distinctionis formalis' est velle vocabulis abuti,nā vt testatur Io:'de S.Tho. cit'q.2.ar.3.concl.1.secundū cōmunē loquēdi modū vocamus identitatē formalē illā,quæ ꝓprio,& formali cōceptu exprimitur, seù quo formaliter aliquid cōstituitur,vndè dicuntur differre formaliter,quæ differunt definitione, seù rōe ꝓpria;idētitatē materialē, seù in sensu idētico vocamus, quando aliqua sunt idē in ipsa entitate physica,nō aūt in ipsa ratione, quæ p se primò significatur. Ad 2.dicendū apud Scot., & formalē identitatē, & distinctionē formalē tribus præsertim modis vsurpari solere,primo in eo sensu, vt aliquid dicatur formaliter idē alicui, cū illud includit in sua rōe formali, & sic inferius est idē formaliter suo superiori, vndè è contra illud erit formaliter distinctū ab alio, quando illud non includit in sua rōne formali, & in hoc sensu (qui tñ est minus frequens, & proprius) locutus est Doctor de identitate, & distinctione formali 1.d.2.q.7.Hh. Alio modo magis ꝓprio aliquid dicitur formaliter idē alicui,cū est de rōne formali illius, quo sensu superius est idē formaliter inferiori,& è cōtra illud nō est idē formaliter alicui, ꝙ nō pertinet ad rōnem eius formalem, quo sensu de identitate, & distinctione formali locutus est Doct.in 4.d.12.q.1.& coincidit cū idētitate, & distinctione essentiali,de qua loquitur Doct. quol.1.D. & nos in phys. disp.5.q.13.ar.1. concl. 4. Alius demū sensus magis frequēs,& proprius distinctionis formalis est, quando ratio obiectiua vnius formalitatis est alia à ratione obiectiua alterius,quo sensu superius,& inferius sunt formaliter ex natura rei distincta, quia ratio humanitatis alia est à ratione animalitatis, quia aliquid addit super illam, & sic de distinctione formali loquitur Doctor 1. d.8.|q. 4. cum ait diuina attributa abinuicē formaliter distingui, quia ratio bonitatis nō est ratio sapientiæ; & sic iuxta hunc sensum identitas formalis est illa, qua plures rōnes solū p intellectū distinctæ communicant in eadē cōceptibilitate, & ratione obiectiua, & ità se habent secundū Scot. generatiuitas,generatio,& paternitas in eadē relatione cōstitutiua primæ psonæ in diuinis quol. ;.& de identitate formali in hoc sensu loquitur in 2.d.1.q.5. §. *Ad quæstionē istā*, vbi circa finē ait relationē nō esse eādē formaliter fundamento|, qa p se ratio respectus non includit formaliter rōnem absoluti, nec absolutū p se includit formalē rationē respectus, quibus verbis insinuat,vt notauit Meuriss. identitatē formalē non esse solū inclusionem alicuius gradus superioris,sed inclusionē mutuā,qua plures rationes solū p intellectū distinctæ in eadem ratione obiectiua conueniunt,atq; ita cessat inutilis cōtentio hucusq; tàm acriter agitata apud nostros Formalistas,quā veluti prorsus inanem benè spernit P. Faber.cit. c.8.quem sequitur Meurisse, verus .n.& proprius modus identitatis, & distinctionis formalis est hic vltimus, nam si omnis identitatis fundamentum est vnitas,& distinctionis pluralitas,sequitur, quod quæcūque vnam, & eandem formalitatem habent, sint formaliter eadem, quæ verò aliam,& aliam sint formaliter diuersa.

Distinctio rationis elucidatur.

Distinctio rationis est, quæ non inest rebus, quæ distinguuntur, prout sunt in se, sed tātùm prout substant conceptibus nostris, & hæc duplex est, vna, quæ non habet fundamentum in re ipsa, & dicitur distinctio rationis ratiocinantis, & fit, quando ei, quod est à parte rei vnum,& idem realiter, & formaliter,afinguntur diuersæ relationes rationis diuersimodè illud concipiendo, itaut tota diuersitas fit ex parte modi concipiendi, non ex parte rōnis conceptibilis, & ideò dicitur distinctio rationis ratiocinantis, quia nimirum solum ex ipso intelligente,seù ratiocinante originatur,talis est,v.g. distinctio, quæ reperitur inter Petrum a par-

à parte subiecti, & seipsũ à parte prędicati in ꝓpositione idẽtica, *Petrus est Petrus*, & vniuersaliter cõtingit cũ diuerso modo concipitur idẽ omninò obiectum, siuè diuerso modo Grãmaticè, vt homo hõis, siuè ẽt logicæ, vt homo, & humanitas, etenim abstractũ aliter cõcipitur à concreto, cũ illud cõcipiatur p modũ naturę præcisè, hoc verò p modũ subsistentis, ita Scot. 1. d. 2. q. 7. §. cit. & d. 8. q. 4. §. *Ad quæstionem.* Altera distinctio rõnis est, quæ habet fundamentũ in re ipsa, quæ distinguitur, & dicitur distinctio rõnis ratiocinatæ, dicitur *rationis*, quia formaliter, & actu nõ est in rebus sed fit, & actuatur p rõnem; dicitur verò rõnis ratiocinatæ, quia est quasi inchoata à parte rei, & si cõplementũ ab intellectu recipiat, quatenus res, circa q̃ versatur ratio, seù intellectus pbet occasionẽ, seù fundamentum talis distinctionis propter eminentiã suæ naturæ, de qua intellectus format conceptus inæquatos, .i. quibus nõ exprimitur cõceptũ id, ꝙ est in re, nã licet singuli attingãt aliqd, ꝙ est in re, nullus tñ seorsim sũptus adæquat totã naturã, & rõnem obiectiuã rei; sic Thomistæ distinguũt in Deo oĩa attributa, sapiẽtiã, misericordiã, iustitiam, &c. quia .n. creatus intellectus non potest ob suam imperfectionẽ vnico cõceptu adæquare totam diuinam naturam ob eius infinitam perfectionem, eã conceptibiliter partitur ex ordine quodã ad diuersos affectus, quos potest producere, vel per habitudinem quandam ad virtutes, vel attributa, quę in homine videmus ab inuicem realiter distincta; hoc etiam genere distinctionis distinguunt Thomistæ in creatis gradus metaphysicos, .i. prædicata superiora, & inferiora; vt esse animal, esse viuens, esse rationale in homine, nam conceptibiliter partiuntur eandem humanitatem ex ordine ad diuersos effectus vegetandi, sentiendi, & intelligendi, quos potest se sola producere ob suam eminentiam; licèt hæc omnia nos Scotistæ ponamus formaliter ex natura rei distincta, vt suo loco ꝓbabitur.

Hinc orta est contẽtio dẽ fundamento huius distinctionis ratiocinatæ, an sem̃p debeat intrinsecè reperiri in obiecto, nimirũ, ꝙ aliquã habeat eminentiã vnientẽ diuersas pfectiones, seù formalitates, ꝙ vocatur virtualis distinctio, quia eadẽ forma virtute facit sola, quicquid facerẽt diuersæ, an potius sola extrinseca cõnotata absq; intrinseco fundamento distinctionis in obiecto sufficiãt ad cõstituendã inter aliqua distinctione ratiocinatã, quatenus intellectus ex illis motus supposita sua imperfectione eãdẽ omninò rẽ, in qua nulla est actualis, aut virtualis distinctio intrinseca, cõcipit pluribus cõceptibus inadæquatis eã diuidẽdo in plures rões cõceptas; Hanc secundã sẽtẽtiam citat, & sequitur, vt communẽ Pasqualig. disp. 57. sec. 2. ꝙ tenuit Vasq. 1. p. disp. 117. c. 3. & Torreiõ. tra. 2. disp. 1. q. 1. Verũ magis placet prior dicẽdi modus, ꝙ sola extrinseca connotata non sufficiant absque fundamento intrinseco distinctionis in obiecto ad constituendam distinctionem rationis ratiocinatæ, sed solã constituant distinctionẽ rationis ratiocinantis, & ita videtur sensisse Scotus loc. cit. dum docuit concretum, & abstractum nõ differre, nisi ratione ratiocinantẽ, nimirum penes diuersum modum concipiendi idem formale obiectum, certum autem est cõcretum, & abstractum non differre, nisi per connotatum extrinsecum, nimirũ subiectum, quod cõnotatur à forma in cõcreto sumpta, non in abstracto. Et planè id conuincit manifesta ratio, quia vel in ipso obiecto, quod distinguitur, est aliqua proportio, seù fundamentum, vt ad instar connotatorum extrinsecorũ realiter distinctorum concipiatur, vel non, si primum, ergo præcedit fundamentũ intrinsecum distinctionis in obiecto, & iã tota ratio distinguendi non sumitur ex parte connotatorum extrinsecorum; si secundum, cum sine vllo fundamento ex parte rei ipsius, quam distinguimus, eam con-

concipiamus in ordine ad ea, quæ sũt distincta, sequitur nos eã ad libitũ nostrum, & sine fundamento distinguere, q; est facere distinctiõẽ rõis ratiocinantis, sicut si idẽ à seipso distinguas cõcipiẽdo in ordine ad res diuersas, & hac rõe Io: de S. Th. q. 2. ar. 3. tenet huc dicendi modum, iuxta quem distinctio rõis ratiocinatæ prorsus coincidit cũ distinctiõe ex natura rei virtuali superius explicata, quia sẽper petit fũdamẽtũ intrinsecũ distinctiõis in obiecto; nã iuxta alterum dicẽdi modum non omninò cõcideret, q̃a posset assignari distinctio rõis ratiocinatæ in obiecto, in quo nulla p̃cederet virtualis distinctio, ex solo ordine ad diuersa cõnotata extrĩseca.

Fundamẽtum igitur, q; requirit distinctio rõis ratiocinatæ ex parte obiecti, est virtualis aliqua distĩctio, seu eminẽtia rei, quę vnica existẽs plures rõne, seu pfectiones cõtinet in aliquo esse; & ratio est, q̃a res aliqua quãtò superior est, & eminentior plures perfectiones vnit, quàm inferior, vnde in superiorib. simpliciori modo inueniuntur pfectiones, q̃ in inferiorib. vbi sunt diuersæ res, ac entitates; si in re superiori adunentur, & contineantur secũdum suas proprias vnusćuiusq; rões formales in ea re superiori erunt realiter idẽ, ac entitatiuè, sed quia in ea cõtinẽtur secundum proprias formalitates, remanebunt adhuc formaliter actu ex natura rei distinctæ, sed si contineantur tantùm virtualiter in ea, & eminenter, vt virtus calefactiua, & desiccatiua in Sole, & secundum multos sensitiua, & vegetatiua in rationali, tũc inter eas virtutes, & perfectiones nulla erit à parte rei actualis distinctio, nec realis, nec formalis, quia in ea non extãt, nec secundum proprias entitates, nec formalitates, sed tantũ aderit fundamẽtum cogitandi illas actu distinctas; vndè intellectus manifestando illas pluribus conceptibus, hãc attingẽdo vno conceptu, & aliam alio, distinguit illas in esse obiecti, cum tamẽ in esse rei, & realitatis distincta non sint, sed vnum; itaq; fundamentum huius distinctiõis consistit in eminẽtia, seu vnitate rei virtualiter cõtinente plures rões, simul cum intellectu inadæquatè attingente illã, & sic pluribus cõceptibus diuidẽte, & abstrahente vnam rõem ab alia, vnde ex parte intellectus requiritur etiã ad hanc distinctiõem constituendã imperfectus modus intelligendi, itaut nõ vnico actu, sed plurib. attingat totã rei eminentiam, & quidem singulis inadęquatè.

In oppositũ obijciunt 1. Vasq. cit. Suar. in Met. disp. 7. sec. 1. quos seq. Blanc. disp. 2. vniuers. sec. 4. probãdo, q; distinctio ratõis ratiocinãtis non sit p̃priè distinctio, sed potius eiusdẽ formalis conceptus repetitio circa idẽ omninò obiectũ, vt cũ in propositione identica dicimus, q; Petrus est Petrus; hic nulla prorsus oritur distinctio Petri à seipso per intellectum, immò potius è contra per hanc prædicationem intellectus concipit Petrum cum seipso identificatum, ergo hæc est potius eiusdem nominis, vel conceptus, repetitio, nõ distinctio. Si dicas eo ipso, quod intellectus identificat realiter, & formaliter Petrum cum seipso in illa enunciationẽ, distinguere eũdem à seipso ratione, quatenus eundem Petrum quasi duplicat, semel ipsum accipiendo à parte subiecti, & iterum à parte pr̨dicati, Cõtra, inquiũt, quia id solum probat cadere distinctione inter conceptus ipsos formales, quib. Petrum in eadem propositione subijcimus, & prædicamus, aut inter ipsas secundas intentiones prædicati, & subiecti, quas eidem Petro tribuimus, non autem inter Petrum, & seipsum, quia distinctio non cadit in Petro, sed super extrinseca Petro, sup Petrũ autẽ cadit solum repetitio.

Respondetur negando distinctionem rationis ratiocinãtis esse solam eiusdem conceptus repetitionem, repetitio.n. propriè est, cum idem obiectum, & eodem modo semel, atq; iterum concipimus, & nominamus, vt si dicatur Petrus, atq; iterum Petrus, tertiò denique Petrus, at in distin-

distinctione rõnis idẽ vtiq; obiectũ cõcipimus, sed nõ eodẽ modo, quia dicendo Petrus est Petrus, primò cõcipitur, vt subiectũ deindè, vt pdicatũ, vndè nõ solùm pluries concipitur Petrus, sed etiã vt plures, qa intẽtionaliter geminatur, vt substat diuersis intẽtionibus subiecti, & pdicati, hinc vt intellectus faciat in obiecto distinctionẽ rõnis ratiocinantis, opus est, vt idẽ cõparet ad seipsũ, vel respectũ apprehẽdat in ipso obiecto, quo accipiat ipsũ, quasi duo, nõ quidẽ secundũ diuersas rõnes in ipso obiecto intrinsecas, & ex parte eius fundatas, sed ex ista cõparatione extrinseca resultãtes; Ad replicã cõtra hoc argumẽto allatã dicimus, distinctionẽ, quæ fit p actũ collatiuum, non cadere supra conceptus formales, qa tunc esset distinctio realis, nõ rõnis, nec propriè supra secundas intentiones ipsas, sed supra rem ipsam cõceptam, quatenus habet esse obiectiuum in intellectu, itaut propriè idem dicatur à seipso distingui nõ secundum esse reale, sed obiectiuum, & intentionale, quia idem prorsus obiectum à parte rei realiter, & formaliter, dum intellectus facit propositionem identicam, ipsum quasi geminat intentionaliter; ità Trombet. tract. formalit. art. 2. §. *Pro intelligentia primæ concl.* vbi docet, quod distinctio rationis ratiocinatis fundatur super pluralitatem esse obiecti, & cogniti, quod intellectus per actum collatiuum deriuat in idem obiectum reale, & è contra, quod identitas rationis fundatur super vnitatem eiusdem esse cogniti, quando nimirum obiectum non substat pluribus secundis intentionibus, sed vni tantùm, namque ita cõsideratum, vt vni, & eidem substat secundæ intentioni, dicitur esse idem rõne cũ se ipso, sequitur, & fusè declarat Pasqualig. d. sp. 54. sec. 2.

Secundò arguitur contra distinctionẽ rationis ratiocinatæ, quod non detur veluti membrum à distinctione formali ex natura rei condistinctum; Tũ quia Scotus nullibi hanc distinctionem assignauit veluti condistincta à distinctione ex natura rei, & ideò oẽs Scotistæ tũ veteres, tũ recẽtiores semp tenuerunt hãc distinctionẽ rõnis ratiocinatæ, seu vt ipsi aiũt, rõnis ratiocinabilis, cũ distictione ex natura rei prorsus coincidere, vt videre est apud Formalist. ar. 2. & oẽm distinctionẽ rõnis cõcludi docẽt intra genus illius distinctionis, quæ fit p actũ collatiuũ, & p hac sentẽtia citãtur ab oĩbus Auctoribus, vnde prius nouũ videtur hãc distinctionẽ rõnis ratiocinatæ in Scotist. scolam inuehere, cũ prius sapiat doctrinã Thomisticã. Tũ qa in scola Scotistar. est prorsus superflua, nã Thomistæ eã admittunt pter diuina attributa, & gradus metaphysicos, hæc. n. oĩa inter se faciunt distincta tali genere distictionis, cũ igitur Scotistæ hęc faciãt actu formaliter distincta, sanè eorũ scola hoc genere distictionis nõ indiget. Tùm demũ distinctio rõnis ratiocinatæ de illa tm̃ põt haberi, de qua intellectus venari potest multos conceptus, sed nullum obiectum potest plures de se conceptus causare in intellectu, nisi in ipso sit aliqua distinctio plurium formalitatum, ex natura rei præcedens omnem actum intellectus, ergo distinctio rationis ratiocinatę coincidit omninò cum distinctione formali ex natura rei, probatur minor, quia vnum obiectum naturaliter agens ad eius intellectionem non causat, nisi vnicum conceptum, quia cum agat secundum vltimum virtutis suæ, causat omnem conceptum, quem potest causare, ergo si est vnicum, tàm realiter, quã formaliter, vnicum tantùm causabit de se conceptum. Nec respõdere iuuat vnicum tantùm causare cõceptum adæquatum, sed plures causare posse inadæquatos in intellectu præsertim imperfectè rẽ concipiente; Non valet, quia vna res vnũ tantùm nata est de se causare cõceptum, & hunc adæquatum, quia alias non esset vnum cognoscibile, nec vnico actu cognoscibile, & istum conceptum formando immutat intellectum, quãtum potest, ergo

ergo nõ formabit intellectus de tali obiecto aliũ, & aliũ cõceptũ, nisi p actũ collatiuũ intellectus, ita arguit. Tromb. loc. cit.

Resp. ad 1. Doctorẽ non semel meminisse huius distinctionis, & eã admisisse, veluti mẽbrum à distinctione formali ex natura rei cõdistinctũ, vt mirũ sit, quare Scotistæ tã vnanimiter oppositũ doceãt; eã igitur in primis admittit. 1. d. 2. q. 7. §. sæpe cit. sub nomine distinctionis virtualis superius explicatæ; deinde in eodẽ 1. d. 8. q. 4. §. *Ad quæstionẽ* ait inter diuina attributa *nõ est tantũ differentia rõnis, hæc est diuersorũ modorũ concipiendũ idẽ obiectũ formale, talis .n. distinctio est inter sapiens, & sapientiã, nec est ibi tantũ distinctio obiectorũ formaliũ in intellectu, quia vt argutũ est prius, illa nunquam est in cognitione intuitiua, est ergo ibi distinctio tertia præcedẽs intellectũ omni modo*, vbi vt patet per primam gradũ distinctionis rationis intelligit distinctionem rationis ratiocinantis, per secundum intelligit distinctionem rationis ratiocinatæ, quæ quando actualiter fit ab intellectu, ex cõceptibus intellectus resultant diuersi cõceptus obiectiui non in esse rei, sed in esse obiecti, & repræsentati, & ideò ait esse distinctionem obiectorum formalium in intellectu; & quidem etiam hoc modo ab ipsis Thomistis explicatur; per tertium tãdem gradũ intelligit distinctionẽ formalẽ actualẽ ex natura rei; & quol. 1. ar. 2. duplicem assignat distinctionẽ rationis, vnam merè causatam per actũ intellectus, & hæc est rationis ratiocinãtis alteram sumptam, seù occasionatam ex parte rei, & hæc est rationis ratiocinatæ, ex quibus patet Doctorum verè agnouisse distinctionem rationis ratiocinatæ, vt genus condistinctum à distinctione ex natura rei actuali, atque ita sentit P. Vulpes to. 1. d. 6. ar. 8. & loc. initio art. cit. ac omnes illi Scotistæ, qui docent gradus trãscẽdẽtes nõ pferre realitates, sed cõceptus inadæquatos; meminit ẽt huius duplicis distinctionis rõnis Doct. 1. d. 8. q. 4. §. *Ista rõnis positio*, vt ibi Barg. aduertit.

Ad 2. negatur assũptũ, quia nõ is. n. Scotistæ, nec propter diuina attributa, nec ob gradus metaphysicos prædicamentales hoc gñe distinctionis egeat, quia hæc oĩa apud Scotũ sũt abinuicem ex natura rei formaliter actualiter distincta, illo tñ indigẽt ob distinctionẽ ponendã inter pdicata quidditatiua Dei, & gradus oẽs trãscẽdentes, cũ. n. illa non inter se differant, & ab essentia tñ distinctione rõnis, & ex alia parte maiori distinctione ex natura rei ab essentia distinguãtur attributa, quã p̃dicata quidditatiua, vt spiritus, & vita intellectualis, vt docet Doct. quol. 1. sub lit. I. planè sequitur, q cũ attributa distinguantur actualiter ex natura rei, pdicata quidditatiua distinguãtur tñ virtualiter, seù rõne ratiocinata, vt declarat Vulpes cit. disp. 6. ar. 7. Et cũ gradus metaphysici transcendẽtes nõ dicãt realitates, sed solũ cõceptus inadæquatos, vt Scotistę melioris notæ docent, vt suo loco in Metaphys. dicemus cõsequens est, vt enim pro eorum distinctione non sufficiat sola rationis ratiocinantis distinctio, & ex alia parte distinctionem ex natura rei actualem fundare nequeant, quia non dicunt realitates, quòd distinctione virtuali, seù rationis ratiocinatæ distingui debeant; vnde ex hoc duplici capite oritur indigẽtia huius distinctionis in subtilium Schola, quæ planè suppleri nequit per distinctionem ex natura rei actualem, vt proprijs locis declarabitur.

Ad 3. argumentum Trombet. probãt tantùm vnius rei generari non posse in intellectu, nisi vnum cõceptum adæquatum, si illum immutet quantum potest, & per propriã speciem, at extra has circumstantias nil impedit, quin eiusdẽ simplici obiecti plures habeantur conceptus inadæquati per actum præcisiuum, & nõ collatiuum, quatenus inadæquatè obiectum intelligendo vnam rationem præscindit ab alia, vnde necessitas formandi hanc distinctionem rationis prouenit ex limi-

limitatione, & imperfectione nostri intellectus, qui vel vnico conceptu totã rei naturã exhaurire nequit ob eius eminẽtiã, vel in intelligendo cogitur vti alienis speciebus, quę cũ nõ repręsẽtẽt totũ obiectũ adæquatè, debet plurib. vti, vt rẽ adæquatè intelligat, ex quo fit etiã, ꝙ per plures cõceptus eã intelligit, & plures rõnes obiectiuas in ea distinguat, quas alioquin non distingueret, si rem per propriam speciem cognosceret.

Ex dictis in hoc articulo concluditur septẽ illa Formalistarũ genera distinctionũ, ac identitatũ, quæ se inuicẽ inferret, esse prorsus superuacanea, vt abinuicẽ cõdistincta, nã distictio ex natura rei nõ est mẽbrũ cõdistinctũ à distinctione formali, vt benè ꝓbat P. Faber cit. c. 9. nã si illa cẽsentur ex natura rei distincta, de quibus secluso opere intellectus ꝑdicata opposita, & cõtradictoria verificãtur, & illa eadẽ ex natura rei, de quib. talia ꝑdicata verificari nõ possũt, planè ex hoc manifestè deducitur hæc nõ esse diuersa distinctionũ genera; quia de illis tm̃ verificari possunt à parte rei aliqua cõtradictoria ꝑdicata, quæ habent diuersas formalitates, & cõceptibilitates, nã quæ in eadẽ cõceptibilitate, & rõne formali conueniunt, contradictoria ex natura rei non patiũtur, & quidẽ Doctor nunquã distinxit inter distinctionem ex natura rei, & formalem, vt constat ex his, quæ habet 1. d. 2. q. 7. & d. 8. q. 4. & d. 13. quæst. vnic. & alibi sæpè, exemplum verò, quod adducunt ad hanc distinctionem ex natura rei declarandam de definitione, & definito, nihil facessit negotij, constat. n. ex dictis supra q. 4. art. 2. quo sensu defintio, & definitum dici queant differre ex natura rei. Distinctio essentialis quoque non constituit genus peculiare distinctionis condistinctum ab alijs; quia apud Formalistas duas habet acceptiones hæc distinctio, nam in vno sensu illa dicuntur essentialiter distincta, quæ habent diuersas essentias, & è contra illa dicuntur eadem, quæ in eadem essentia cõmunicãt; in alio sẽsu illa dicũtur essentialiter distingui, quorũ vnũ nõ est de essentia alterius, nec eius cõceptũ formalẽ ingreditur, & è cõtra illud dicitur idẽ essentialiter alteri, ꝙ cõstituit eius essentiã, & eius cõceptũ formalẽ ingreditur. Patet autẽ, ꝙ identitas, & distinctio essentialis in primo sensu coincidit cũ distinctione reali, nã quæcũq; habent diuersas essentias, sunt etiam diuersę res; in altero autẽ sensu accepta coincidit cũ identitate, & distinctione formali capta secundo modo ex illis tribus, quos supra insinuauimus declarãdo hãc distictionẽ in solut. 3. obiect. Sic etiã distinctio se totis obiectiuè, qua distingui, aiũt, quæ in nullo cõceptu qdditatiuo cõueniunt, vt passiones entis, & vltimæ rerũ differẽtiæ, & distinctio se totis subiectiuè, qua distigui, aiũt, quæ nõ conueniũt in aliqua realitate potẽtiali ad ipsa cõtrahibili, vt Deus, & creatura, nõ cõstituũt duo genera distinctionũ à cæteris cõdistincta, sed coincidũt cũ reali, & formali, vt benè notauit Tat. cit. qa quę distinguũtur se totis obiectiuè, aliquãdo distinguũtur tm̃ formaliter, vt bonitas, & veritas in Deo, & interdũ etiam realiter distinguũtur, vt duæ vltimæ differẽtiæ; pariter quæ distinguũtur se totis subiectiuè, quãdoq; realiter distinguũtur, vt Deus, & creatura, interdũ tm̃ formaliter, vt bonitas, & veritas in Deo, vel creatura; & hæc dicta sufficiãt ꝓ dignoscendis varijs distinctionũ generibus, quãtũ ad logicũ spectat, relictis ambagibus Formalistarum, à quibus non tantùm Tyrones, verum etiam prouectos abstinere cõsulimus, nam in illis multa cõtinentur tùm logica, tùm philosophica, tũ metaphysica, & theologica, ità confusè, & promiscuè tradita, vt potius more gallico pulmentum quoddam confecerint Formalistæ, quàm nouam quandã scientiam, cuius subiectum sit formalitas, vt ipsi prætendant, aptissimum ad obruẽdũ quodcunque quantumuis perspicax ingeniũ; nec dubitamus asserere tractatum hunc

formalitatũ plures alũnos è subtiliũ scola indolis excellentis perdidisse, & quotidie pdere, vt mirum sit, cur adhuc in nostra Scola tolleretur, immò vt omninò necessarius Tyronibus à quibusdã prædicetur.

QVÆSTIO SEXTA.

De ordine, & Methodo procedendi in facultatibus tradendis.

SVmimus hic Methodum nõ communiter pro omni instrumento sciendi, sed peculieriter pro ipso ordine, qui in scientijs obseruati solet, vt ritè, ac sine confusione tradantur, qua ratione ex communi sentẽtia definiri solet, quòd est *habitus instrumentalis, seu instrumentum intellectuale, quo docemur cuiusque disciplinæ partes conuenienter disponere*, vt refert Zabatell.lib.1.de Method.cap.4. Spectat autem ad logicam tradere methodum, & ordinem procedendi in sciẽtijs, sicut enim ipsa tradit modum sciendi, ita etiam tradere debet modum ordinatè sciendi, & procedendi in sciẽtijs tradendo regulas, & præcepta ipsius ordinis.

Dubitatur autem primò, quænam sit norma ordinis doctrinę, quàm in sciẽtijs tradendis obseruare debemus; aliqui docuerũt ipsummet naturalem rerum ordinem esse regulam, & normam ordinis doctrinæ, itaut ordo doctrinæ tunc rectus est, quando conformis est ordini naturali ipsarum rerum, .i. quando in scientia res illa prius cognoscitur, & cõsideratur, quę etiã in essendo est prior, ita opinatus est Piccolomineus in sua Morali introductione cap. 14. & 15. & sequitur Auers.q.30.log.sec.2. licet addat interdũ etiam licere ob vrgẽtem aliquam rationem facilitatis, & commoditatis ordine naturæ immutare. Alij ex opposito docuerunt normam ordinis doctrinæ vniuersaliter loquendo esse faciliorem methodum nostræ cognitionis, ità quod cũ in scientia primò tractamus res cognitu faciliores, & paulatim ad difficiliores ascendimus, rectũ ordinẽ doctrinæ seruamus, licet non seruetur ordo naturalis rerũ in essendo, quã opinionẽ latè defendit Zabar.lib.1.de mer.à c.6.& lib.1.Apolog.Mercenat.in suis diluc.Faber Theor. 18.Complut.disp.procem.log. in append. q.vlt.& alij quã plures, in quã etiã incidit Auers. cit. dũ fatetur ipsũ ordinẽ naturæ nõ semp solere esse faciliorẽ, & cõmodiorẽ ad perfectã rerũ notitiã assequendam.

Dicendum est cũ hac secundã sententia, veram normam ordinis doctrinæ esse faciliorem modum nostræ cognitionis, siuè seruetur ordo naturę, siuè non, quod addimus, quia ad hanc facilitatẽ interdum ẽt iuuat ipsemet ordo naturæ, vt nimirũ res omnes eo ordine disponãtur, quo ex natura sua sũt inter se cõnexæ, & ordinatę, vndè ordo doctrinę, nõ est adęquatè cõditinctus ab ordine naturæ, sed interdũ coincidit cum eo. Conclusio deducitur ex Scoto 1. 13. q. 2. vt benè Faber aduertit, nam ibi ait Doctor Metaph. esse vltimam scientiam ordine doctrinæ, etiam si agat de principijs aliarũ scientiarum, Philosophiam verò naturalem esse priorem; & planè ratio, cur Arist. has scientias sic ordinauit, non est, quia ordo naturalis rerum sic peteret, quia potius hic ordo oppositum postulabat, vt nimirum Metaph. præmitteretur, veluti quæ agit de principijs primis omnium rerum communissimis, non autem physica, quæ agit de particulari ente; ordinauit, ergo Philosophus has scientias hoc modo, & physicã pmisit metaphysicę, qa illa est facilior, vtpotè quę est de rebus sẽsibilibus, quę sũt cogniti faciliores.

Probatur autem conclusio manifestis Arist. auctoritatibus, & in primis 5.Met. tex.1.adest auctoritas, quæ nullam patitur glossam, nam ibi distinguens inter principium essendi, & cognoscendi ait, principium doctrinæ nõ semper est principium rei, sed vnde quis facile addiscere potest, inquit enim, *vt doctrina non a primo, ac rei principio aliquando inchoandum*

dum est, sed vndè quis facilius discat. Nec valet solutio Piccol. ꝙ ibi Arist. loquitur de via doctrinæ, 1 de Methodo, & demõstratione, quæ est propria via sciẽdi, non autẽ de ordine doctrinæ. Hoc.n.manifestè repugnat textui, vbi ponit varias acceptiones principij, & postquã locutus est de principio doctrinæ, inferius in eodem capite loquitur de principio pro medio demonstrationis illis verbis, *præterea cũ cognoscibilis res est, principium hoc qcoq; dicitur, vt demonstrationum suppositiones*, non ergo in priori loco loquitur de methodo, & via doctrinæ, sed de ordine. Itẽ 1.Phys.tex.4. assignãs ordinẽ procedendi in scientia naturali ait, ab vniuersaliorib. esse incipiẽdũ, & rõnem adducẽs inquit, quia sunt nobis notiora, ꝙ etiã repetit 1. Ethic. c.4. ergo norma ordinis doctrinæ est facilior nostra cognitio; Nec iuuat respondere cũ Piccol. ꝙ illa nõ est sufficiẽs ratio, neq; primaria, quia.s.ex vniuersaliũ cognitione facilius habemus cognitionẽ aliarũ rerũ naturaliũ, sed primaria ratio est, quia sũt priora, ideò illis cognitis facilius aliæ res cognoscũtur, nam ipse ordo naturæ facilior, & cõmodior, est ad perfectã rerũ notitiã assequendã. Non valet, tũ quia nimis derogatur Philosop. dicendo statim in ingressu Philosophiæ defecisse, nõ assignãdo primariã rõnem, & sufficiẽtẽ ordinis, quẽ seruaturus erat in ꝓgressu; tũ quia falsũ est vniuersalia, de quibus ibi loquitur Arist. esse priora secũdũ ordinem naturę, quia nõ loquitur de vniuersalibus in prædicando, sed in continendo, vt dicimus in phys. in expositione textus ex Scoto 1. d.3. q.2. O. tum quia etiam si per vniuersalia intelligeret ibi communiora, quæ sunt priora secundum naturam particularibus, adhuc tamẽ vniuersaliter verum non est (& si interdum ità fit) quod ipse ordo naturę facilior sit, & commodior ad nostrã cognitionẽ, atq; ideò illa adhuc esse nõ posset primaria ratio, quia sunt priora; tum tandẽ, quia etiã si ipse ordo naturæ sęp facilior esset, hinc nõ sequitur primariã rationem, cur velit Arist. ab vniuersalioribus procedere, esse quia ista sunt priora, immò potius sequitur oppositũ, qa adhuc nõ quiescit intellectus, sed adhuc quærẽdũ manet, quare vult agere prius de priorib. secundũ ordinẽ naturæ? & respõdere debemus, qa faciliorẽ cognitionẽ habemus seruãdo hũc ordinẽ; cum ergo hæc sola causa, facilior nẽpè modus nostræ cognitionis quietet, nostrũ intellectũ, ipsa sola erit primaria.

Præterea videmus Arist. pluries ordinẽ naturalẽ rerũ prætermisisse, & ordinẽ nostræ facilioris cognitionis secutũ esse, hinc prius egit de animalib. quã de plãtis, nõ alia rõne, nisi quia sũt nobis notiora, vt ipse dicit de long. & breuit. vitæ, & lib. 1.hist.animal.c.6.dicit prius se agere velle de differẽtijs, & accidẽtibus, quæ circa animalia cõtingunt, postea ad causas inquirendas ascendere, ait.n.rõnem cõgruã nostro naturali cognoscẽdi modo esse, vt à facilioribus, & ꝓpinquioribus nobis ad difficiliora, & remotiora procedamus; & ibidem de partibus animal.c.20. reddens rationem, cur prius de homine agere velit, subdit, quia *exteriorum partium eius forma notissima est.* Nec valet, quod ait Piccol. hoc ab Arist. factum fuisse ex accidente: Quia Arist. ipse testatur se ità agere, quia ratio docendi expostulat, vt à facilioribus nobis ad difficiliora procedamus; non ergo id fecit ex accidenti, sed consultò; & data opera. Et hæc sentẽtia nõ solùm fuit Arist. sed etiam Platon. lib. 2. de Rep. Galen. lib. 9. de decretis Hypocr. & Plat. cap.2. & Auicen. in prin. lib. de Anim. quibus in locis vnanimiter docent in rerum tractatione, & facultatibus tradendis à facilioribus, & clarioribus nos exordiri debere; Demum huic sententiæ manifesta ratio suffragatur, nã etsi pluries iuuet res addiscere eo modo, quo sunt à natura dispositæ, nam valdè confert tractatum de cõmunioribus prętmittere tractatibus de particularibus, vndè Aristot. in lib. phys. agit de principijs,

& proprietatibus corporis naturalis in cõmuni, deinceps in alijs in lib. de varijs speciebus corporis naturalis; sæpè tñ etiã cõtingit rem aliquam, quamuis in essendo priorẽ, esse adeò reconditam, vt non aliter possit bene cognosci, quàm ex p̃uia cognitione alicuius rei posterioris sensibus obuię, atq; ideò à nobis cognitu facillimæ, sic Arist. in Met. acturus de substãtijs separatis prius agit de materialibus; & ideò nõ ordo naturalis rerũ vniuersaliter esse põt norma ordinis doctrinę, sed facilior modus cognõnis nostrę, vnde sẽper debemus incipere à notiorib. nobis.

Hic tñ aduertendũ est cũ Fabro cit. c. 2. in fine, ꝙ cũ dicimus ordinẽ doctrinæ postulare, vt à notiorib. nobis exordiũ sumatur, p notiora nobis non intelligimus, quæ solẽt cõtra distingui à notis natura, sed p notiora nobis intelligimus illa, quæ facilius alijs initio sciẽtiæ addiscimus, & ex quorũ cognõe facilius in cognitionẽ aliorũ in illa scientia deuenimus; ex quo fit, vt ẽt pluries in sciẽtijs ordo doctrinę sequatur ordinẽ natura, & priora natura declarẽtur, deindè posteriora; hoc aũt nõ ideò fit, quia ordo naturalis sit norma veri ordinis doctrinæ, vt Piccol. arbitratus est, sed q̃a hic, & nũc ille ipse ordo naturæ est facilior, & cõmodior ad assequẽdã notitiã aliorũ in sciẽtia cõtentorum, nec posteriora poterũt ritè p̃cipi, nisi supposita notitia priorum secũdum naturam: hac ratione Aristot. prius egit de elemẽtis, quàm de mixtis, quia ritè mixti naturam percipere non possumus, nisi prius elementa cognoscamus; Et per hoc facile conciliantur omnes Arist. auctoritates, quibus ipse testatur se ideò prius agere de quibusdam rebus, quia secundũ naturam priora sunt, ita 1. Elench. c. 1. & 3. Rethor. c. 1. li. de sensu, & sensato in principio, 2. de gen. animal. c. 4. 1. Phys. 57. 2. de Anim. 64. 2. de partibus animal. c. 10. & in Phys. primo loco agit de principijs rerum naturalium, quia secundum naturam priora sũt, quamuis alioqui sint difficiliora. Cõciliantur autẽ oẽs istæ auctoritates, & consimiles dicendo Arist. sæpe sæpius cõformasse ordinẽ doctrinæ cum ordine naturæ, nõ quia ordo ille naturalis sit norma veri ordinis doctrinę, sed q̃a facilior nostra cognitio tũc illũ ordinem expostulabat, & ordo ipse naturalis conducebat ad faciliorẽ captũ aliarũ rerũ in scientia, vnde & quãdo Arist. à prioribus secundũ naturã incipit seruãdo ordinem naturæ, & quãdo eundẽ ordinem omittit, id semp facit ob faciliorẽ nostrã cognitionẽ, ita ꝙ modus facilior nostræ cognitionis sit semp norma ordinis doctrinæ, siuè incipiẽdo à priorib., siuè a posterioribus secundũ naturã; Neq; huic resolutioni aduersatur, ꝙ res sicut se habẽt ad esse ita ad cognosci, atq; ideò ordinẽ in cognoscẽdo sequi debere ordinẽ in essẽdo, & ordinẽ sciẽtificum cõformem esse debere ordini naturali. Non sequitur, debet enim vtique scientia docere res, & modum, quo inter se sunt à natura dispositæ secundum prius, & posterius, sed in docendo necessarium nõ est, quod illum modum imitetur, debet v.g. docere, quid sit Deus, quid creatura, & quod Deus est prior creatura, sed hinc non sequitur, quòd pro declaranda Dei natura incipere non possit à creatura, quæ est notior, iuxta p̃ceptum D. Pauli ad Rom. 1. *Inuisibilia enim ipsius à creatura mũdi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.*

Dubitatur secundò in hac quæstione, an in facultatibus tradendis vtendum sit methodo resolutiua, vel potius compositiua, ita enim diuidi solet methodus, seù ordo scientificus in compositiuum, & resolutiuum, & quamuis Carpentar. disp. de Method. & Masius q. vlt. proœm. log. addant, & defendant tertiam speciẽ methodi, quam appellant definitiuã, ex Galen. lib. de arte medic. à principio; cõmunis tamen diuisio methodi in compositiuam, & resolutiuam sufficiẽs est, & immediata, nec methodus definitiua est ab illis condistincta, vt Zab. ostendit lib. 2.

de

de Meth. & lib. 2. Apolog. & ita colligitur ex Arist. 1. Ethic. c. 4. vbi nō nisi duplicis ordinis scientifici meminit in disputationibus seruādi, vnus est, qui est à principijs à principiata, qui proinde dicitur cōpositiuus, nā partes cōponunt totū, & principia principiatū, alter est à pricipiatis ad principia, qui proinde dicitur resolutiuus, quia totū in suas partes resoluitur, & principiatū in sua principia; Zabar. loc. cit. docet ordinē cōpositiuū esse propriū scientijs speculatiuis, nā cū istæ non referantur ad finē alicuius operis faciēdi, nō possunt aliter ordinari, quàm à principijs inchoando, & hoc esse de mente Arist. 1. Phys. c. 1. Ordinē verò resolutiuū docet esse propriū sciētijs practicis, & artibus, nā ex notione finis, ad quē referūtur, artes sūt adinuentæ, & sic Arist. ipse docet 7. Met. 23. in quauis arte prius cōsiderari finē, deindè media, & in sciētia morali ita obseruat, q̄a prius agit de fælicitate, quæ est finis, deindè de virtutibus, quæ sunt media, itaq; cōcludit in tradēdis speculatiuis methodo compositiua vtendū esse, sed in tradendis practicis resolutiua, quā opinionem sequuntur Complut. cit.

Dicendum tñ est necessariū non esse speculatiuas ꝓcedere ordine cōpositiuo, & practicas resolutiuo, sed vtrūq; ordinē his, & illis inseruire posse iuxtà exigentiā nostræ facilioris cognitionis; ità P. Faber cit. c. 3. & tenet Auers. cit. & sequitur ex ꝓximè dictis, iā .n. conclusū est ordinem doctrinæ respicere nostrā faciliorē cognitionē, sed multoties cōtingit, ꝙ facilius addiscimus incipiēdo à cōpositis, & principiatis ad prima, vsq; principia ꝓcedendo, & ab effectibus nobis notioribus ad causas etiam in scientijs speculatiuis, vt supra probatum est, & multoties contingit, oppositum etiam in practicis, ergo in vtrisq; facultatibus iuxta exigentiam facilioris nostrę cognitionis arripere possumus vnam methodum, vel alterā. Imò vt notat Auersa, cōtingere potest, vt plures partes eiusdem sciētiæ totalis ità sint dispositæ, vt vna ꝓcedat ordine compositiuo alia resolutiuo, v.g. pars illa Philosophiæ, quæ prius considerat mundū q̄m ad cōpositionē, & structurā suā, vnitatē, originem, & alia, deindè distinctè cōsiderat singulas mundi partes, procedit methodo resolutiua, alia vero pars, quæ prius considerat elementa, deindè mixtum, procedit ordine compositiuo.

Sed cū Zab. obijcies, ꝙ ordo debet tradere cognitionē distinctā rei, ergo debemus incipere à cōmunioribus, & à principijs, & causis, quę sūt nobis notiora cognitione distincta. Confirmatur ex Arist. qui 1. Phys. 57. & lib. 3. tex. 2. & 1. de part. animal. c. 1. & 4. docet prius de cōmunibus agendū esse, deindè de particularib.: & ratio est, q̄a scientię intendūt tradere explicitā, & distinctā rerū notitiā, sed notitia vniuersaliū requiritur ad explicitam cognitionē inferiorū, & particularium, ergo ab vniuersalibus incipiēdū est. Resp. cū Fabr. cit. negando assūptum, quia non spectat ad ordinem tradere cognitionem distinctā, vel confusā rei, id .n. munus est instrumentorū sciēdi, sed ordo ꝓpriè inseruit solū facilitati scientiæ; vndè sæpè euenit, ꝙ priori loco quædā ꝑmittimus, de quibus habemus solum cognitionem quandam rudem, & per rationes parum efficaces, non alia ratione, nisi quia hæc rudis ipsa cognitio nos adiuuat ad acquirendam claram aliarum rerum cognitionem. Ad Conf. dicimus ea probari tantùm ordinem compositiuum longè præstare resolutiuo, & in disciplinis tradendis eo vtendum esse, quantùm fieri potest, non tamen probat, quod si necessitas, & commoditas addiscentium id expostulet, non possimus interdum illum prætermittere vtendo ordine resolutiuo, præmittendo nimirum cognitionem rudem, & confusam effectuum, & cōpositorum, vt indè procedentes ad cognitionem causarum, & principiorum in hunc modum acquiramus cognitionem quoq; distinctam eorundem.

Dubitatur tertiò, an quælibet ſcientia melius tradatur ordine expoſitionis, vel potius tractationis, an vtrũq; permiſcẽdo; & vt sẽſus dubitationis pateat, tunc ſciẽtia traditur per modũ expoſitionis, cum quis aſſumẽdo certũ Auctorẽ, à quo ſciẽtia antea eſt tradita, vt Ariſtot. in Philoſ. Magiſtratũ ſententiarũ in Theolog. ſatagit illũ explicare, & recõditos illius sẽſus aperire; & qui ſciẽtias in hunc modũ tradunt p modũ Cõmentarij nõ alio ordine ꝓcedere tenentur ab illo, quẽ ſeruat Auctor principalis. Tũc verò ſciẽtia traditur p modũ tractationis, cũ qs aliquã ſciẽtiã tradit res tractãdas in ea diſponendo ordine quodã diſtincto, & exquiſito ꝓprio prio veluti Marte adinuẽto, nõ autẽ cuiuſdã Auctoris textui innitẽdo; Tũc tãdẽ mixto modo traditur, cũ qs poſtquã certũ Auctorẽ ſibi exponẽdũ aſsũpſit, occaſione quorũcunque; verborũ, quæ ab Auctore textus interponuntur, ex profeſſo ſuas inſtituit quæſtiones, ſic.n. hucuſque Auctores vtrumq; ordinem miſcuerunt.

Antiquiores primo modo tàm Philoſophiã, quã Theologiã tradiderunt, nam Auerſ. Alexand. Themiſt. Simplic. Philop. & alij illã docuerunt Ariſtot. commentãdo, iſtã verò Ægidius, Scot. Riccardus, D. Bon. & alij quàplures exponendo Magiſtrũ. Secundo modo oĩum primus Theologiam tradidit noſter Alenſis nouo ordine contexendo ſummam theologicã iuſſu Innocent. 4. quem poſtea ſumma cum laude Sanctus Thomas eſt imitatus; & quidem immeritò Auerſa q. 30. ſect. 1. & 7. hoc præconium ſubripit Alenſi, vt tribuat Aquinati, qui alijs mille titulis cumulatus meritis hac laude non eget; nam id apertè teſtantur Abbas Tritem. in Catalog. ſcriptorum Eccleſiaſt. Bartholom. de Piſis lib. 1. Conformit. Firmament. trium ordin. p. 1. Sixtus Senenſ. lib. 4. Bibliot. ſane quorum teſtimonia extant affixa in principio Summæ Alenſi, & affirmant etiam primũ ſcripſiſſe ſupra Magiſtrũ; hoc ẽt ſecundo modò nunc paſſim Recentiores Philoſophiã tradunt, ꝓprias namq; relicto Ariſt. textu in angulo, contexunt quęſtiones, ac diſputationes, qua ſi nil referat ſcire Ariſt. mentẽ in rebus philoſophicis, in quibus tñ veluti Magiſtrũ, & oraculũ antiquitas eſt venerata; Tertiò tandẽ modo philoſophiã tradiderunt Auctores quidã inferioris notę, qui occaſione arrepta alicuius verbi, q incidenter habet Auctor in textu quæſtiones intrudunt ad illum locum, & etiam interdum ad eam ſcientiam prorſus impertinẽtes, veluti ſunt illi, qui 1. phyſ. vbi de principijs rerum naturalium agendum eſt, diſputant de entis vniuocatione, quæ ſpectat ad metaphyſicam, & de primo cognito, quod attinet ad libros de anima.

Dicendum eſt, q licet in Sacr. Theol. conſcribenda in qua aliũ textũ nõ habemus, quã Scripturã Sacrã, & Sanctos Patres, ordo tractationis ſit admodũ accomodatus, itaut aptè diſponãtur, materiæ, & tractatus pro rei exigẽtia, Philoſophia tamen, in qua habemus Ariſt. vt oraculũ, & Magiſtrum, nõ benè traditur per modum puræ tractationis textum prorſus omittendo, quia Ariſt. textus re vera eſt totius Philoſophiæ baſis, & fundamentum; nec benè traditur per modum puræ expoſitionis nullam prorſus cõtexendo quæſtionem, quia vt ait Ariſt. ipſe in prædicam. ad aliquid, dubitare de ſingulis non eſt inutile, & quæſtiones ſunt, quæ acuunt, & exercẽt ingenia, & ad veritatem indagandam maximè iuuant, vt potè quæ efficaciores rationes pro alterutra parte producunt ponderandas; Sed mixto quodam modo tradenda eſt, non quidem tali, qualis eſt ille iã relatus, quo hucuſque Auctores quamplures vſi ſunt; imò hic vt penitus ineptus, & noxius eſt è ſcholis eliminandus, ſed alio quodã ſic accomodato, vt ab initio totus pmittatur Ariſt. tex. in ſũmã redactus, & deindè q̃ſtionis, ac diſputationes contexantur illi reſpõdentes, vel eo ordine diſpoſitæ, quo textũ Ariſ. ordinauit; vel alio nouiter adinuen-

inuento, vt introduci possint qõnes, q̃ de nouo pertractãtur; sic nos logicã mõ cõteximus, quia Summulas præmisimus, vt Arist. textus breue compendium, & nunc disputationes subnectimus illis respondentes, eundemq; ordinem seruauimus in Physicis, & in alijs libris tenebimus.

Dubitatur tandẽ, quis ordo seruandus sit in qualibet quæstione disponẽda, pſertim quãdo circa illã variæ, ac inter se repugnãtes extãt Auctorũ sẽtentiæ; & qdẽ cũ tota quęstio in his duob. vertatur cardinibus, in alienis nimirũ impugnãdis, & proprijs cõfirmãdis, hoc tribus modis fieri põt, primo vt aliena referantur, & reijciãtur ꝓpriã deinde introducẽdo sẽtentiã, & cõfirmãdo, quẽ ordinẽ obseruauit Arist. 1. phys. agens de rerũ principijs, & 1. Cæli agẽs de orig. mundi. & 1. ac 2. lib. de Anima agens de natura ipsius animę; & 1. Ethic. agẽs de humana fælicitate; secũdo vt prius ꝓpria aperiatur, & solidetur sẽtẽtia, postea alienæ referãtur, & cõfutẽtur q̃ meth. seruauit 3. phys. agens de motu, vbi prius suã tradit definitionẽ de motu, deinde Antiquorũ, tertiò demũ, vt prius quidẽ alienæ referãtur sententiæ, & minus ꝓbabiles, & postea ꝓpria, & magis ꝓbabilis, sed illæ nõ reijciãtur, nisi dũ ꝓpria fulcitur sẽtẽtia; ita q. simul, & semel ꝓpria ꝓbetur sẽtẽtia, & oppositę refellantur, & ꝓpriè confirmatiõ sit alienæ cõfutatiõ, ac è cõtra: & sanè hic ordo magis expeditus est, & breuitati adaptatus, nã sic nõ oportebit in plures articulos quęstionẽ diuidere, in quorũ vno aliorũ sententię refellantur, & in alio ꝓpria introducatur, atque probetur, sed in vno, & eodem articulo ambæ partes cõmodè exequi poterunt simul, & semel propriã cõfirmando, & contrariam euertendo; & hunc ordinem nos ferè semper obseruabimus in quæstionibus disponendis, nisi interdũ magna sententiarum copia circa eandem quæstionem peteret hunc ordinem aliqualiter immutari.

Sed quãuis hæc methodus in quæstionibus disponendis modo sit familiaris, & cõsueta, tñ in referendis, & dissoluendis alienæ sentẽtiæ argumentis nõ eodẽ modo ꝓcedunt oẽs; quàplures.n. dũ ab initio quæstionis aliorũ ꝓponũt opiniones, illas adducũt cũ suis fundamẽtis, quæ postea dissoluũt in fine quæstionis, ex declaratione ꝓpriæ sentẽtię, quã posuerunt in corpore quæsiti, & hac methodo vsi sunt vniuersaliter oẽs antiqui scolastici, quam ẽt Arist. ipse cõmendat 3. Met. tex. 1. nam visis aliorũ rõbus maturius fertur de veritate iudiciũ, inquit Philosoph. Verũ, vt aduertit Auers. cit. quãuis hæc method. sit valde illi cõmoda, qui ꝓpria industria, & exercitatione veritatẽ indagare cõtẽdit, ille tñ Auctor, qui veritatẽ inuentam alijs tradere, & pſuadere cõtendit, cõsultius vtiq; ꝓcedet, si ab initio quæstionis referendo aliorũ sẽtentias, illarũ fundamenta nõ refert, sed differet ad finẽ quęstionis, postquã suã stabiliuit sententiã, ea simul referendo, & dissoluendo; & ratio est, quia si in quæstionis vestibulo referantur, non solum sententiæ aliorum, sed etiam eorum fundamenta, cum tunc intellectus addiscentis fit nudus, & tanquã tabula rasa, inbuitur quodammodo primò illis falsis fundamentis, vnde minus facile postea disponitur ad essentiendum rationibus propriæ sententiæ, cum semper anxius maneat de solutione argumẽtorum oppositæ sententiæ, melius igitur est, vt intellectus primò imbuatur fundamentis veræ sententiæ, neque tali anxietate laboret. Accedit vlterius experientiam ipsam docere, quantum afferat incommodi Tyronibus conferre solutiones in fine quæstionis positas cum argumentis ab initio præmissis, magnum planè est incommodum; & præsertim quãdo quæstio est prolixa; quod si post argumentum Aduersarij relatũ statim sua immediatè subdatur solutio, confestim gaudet addiscentis ingenium, nec manet anxius, aut perplexus, & melius etiam solutionem memoriæ mandat.

DISPVTATIO SECVNDA.

De vocibus, & communibus earum affectionibus.

SCIENTIA quæcumque, vt more humano tradatur vocibus indiget, quæ sunt manifestatiuæ conceptuum; quia igitur logica est instrumentum generale omnium scientiarum, tenetur hac ratione, quatenus nempè sunt signa conceptuum, tractare de vocibus, vt colligitur ex Arist. lib. 1. Perhier. cap. 1. & ibi docet S. Thomas lect. 2. & quibusdam earum communibus affectionibus æquiuocatione nimirum, vniuocatione, analogia, &c. à quibus proindè consultò Arist. suam inchoauit logicam, & non ex abrupto, vt putauit Auersa c. 2. sect. 4. quasi tractatus aliquis ex Arist. logica sit amissus iniuria temporum, qui illum præcedebat; Et Isagoge Porphirij hanc tractationem præcedere non debet, sed sicuti cum Aristotiles ipse de prædicabilibus agat cap. 2. ante prædic. quantum satis illi videbatur ad librum prædicament. vndè malè disputatio de Vniuersalibus communiter præmittitur disputationi de Vniuocis, & Æquiuocis, cum re vera pertineat ad cap. 2. ante prædic.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid voces significent, & quomodo, hoc est, an res, vel conceptus, & num naturaliter, vel ad placitum.

CErtum est, cum externo sermone aliquid significare intédimus, duo in mente loquentis præsupponi, rem .s. cognitã, de qua loquitur, & illius rei cognitionem, quæ conceptus formalis appellari solet, sicut res ipsa cognita, vt sic, cõceptus obiectiuus; difficultas igitur est, quidnam horum voce significetur principaliter, & immediatè. Asserunt quamplures voces immediatè significare conceptus ipsos formales, & res ipsas mediãtibus illis, ità D. Thom. p. 1. q. 13. art. 1. & q. 9. de potentia art. 5. & 1. Perier. lec. 1. & videtur fuisse communis opinio expositorum Aristot. Ammonij, Alexand. Auerrois, Boet. Porph. & aliorum; addũt tamen nonnulli huius opinionis Auctores, quod licèt voces immediatius significent conceptus, quam res, principalius tamen significant res, quam conceptus, quia ipse conceptus ordinatur vltimatè, & principaliter ad repræsentandum ipsã rem, cuius est similitudo intentionalis, ità Ioan. de S. Tho. p. 1. log. q. 1. ar. 5. quæ fuit opinio Bassolij p. d. 22. q. 1. ar. 1.

Alij verò absolutè dicunt per voces significari res ipsas non solùm primario, & principaliter, verum etiã directè, proximè, & immediatè, & hæc est communior opinio, quam sequuntur Nominales omnes Ocham, & Gabr. 1. d. 22. q. vn. & passim Recentiores Fonsec. 2. Met. c. 1. q. 2. 2. sect. 4. Vasq. p. 1. disp. 57. n. 8. & disp. 75. c. 3. Suar. p. 1. trac. 1. lib. 2. c. 31. nu. 6. Hurtad. disp. 8. log. sec. 3. Arriag. disp. 13. sec. 2. Ruuius q. 1. Murcia disp. 2. q. 1. Amic. trac. 31. disp. 1. q. 1. dub. 4. Auers. q. 6. log. sec. 4. & fuit sentẽtia Scoti, quãuis in 1. Perier. q. 2. ꝓblematicè ꝓcedat, & dicat, ꝙ attẽdendo auctoritatẽ prima opinio est ꝓbabilior, sed attendendo rõnem secũda, postea tñ in 1. d. 27. q. 1. ad 2. prin. resolutè docet res ipsas, non verò earum conceptus per voces immediatè, & principaliter significari, imò disertis verbis declarat ibi res tantùm propriè loquendo significari per voces, & nullo modo conceptus, nec mediatè, nec immediatè, quia litteræ, voces, & cõceptus sũt signa immediata vnius tantùm significari, .s. rei, nec vnum propriè est signum alterius, sed pro tanto dici solet signum, quatenus dat illud intelligere, nec signũ posterius

sterius significaret, nisi prius signum idē significatum immediatius manifestaret; vnde concludit Doctor, litteras, voces, & conceptus adinuicem subordinari in ratione signi prioris, & posterioris, veluti subordinantur plures effectus ab eadem causa immediatè producti, non autem in ratione signi, & significati, quia propriè loquendo litteræ non significant voces, nec voces conceptus, sed hæc omnia sunt immediata signa eiusdem significati, .s. rei, & hunc dicendi modum passim Scot tistæ docent 1.d.22. & 1.Perhier.q.1. vt Tatar. Io: de Magistr. & alij.

Circa alteram quæsiti partem de modo significandi vocum non est difficultas inter Peripateticos, omnes namque vnanimi consensu docuerunt voces articulatas (ex his enim constituitur humanus sermo, de quo hic loquimur) non significare naturaliter, sed ad placitũ, hoc est voces ex sua naturali virtute nullam vim habere significandi, sed ex sola hominum impositione. Oppositum docuerunt veteres quidam Cratyllus, & Heraclitus apud Ammonium 1.Perhier.c.2.& Pythagorici apud Dexipum ibidem c.6. ex quo inferebant sapiētis munus nō esse rebus nomina imponere, sed nomina rebus imposita à natura ipsa adinuenire.

Dicendum est pro resolutione quæsiti quoad vtramque partem, per voces significari res ipsas non solùm primariò, & principaliter, sed etiam proximè, & immediatè, imò propriè loquendo solas res significari per voces, & nullo modo conceptus, non quidem naturaliter, sed ad placitum. Conclusio est ferè communis, & probatur quoad omnes, & singulas partes, & primò quidem, quòd significent res ipsas principalite Auctores ipsi primæ opinionis libenter admittunt; tùm quia id manifestè docuit Aristot. 1. Elenc.cap.1. vbi ait, quòd in disputatione pro rebus vtimur nominibus, quia res ad disputationem afferre non possumus, sicut in ludo vtimur fabis pro nũmis, & 4. Met.28. *ratio*, inquit, *quā significat nomen, est definitio*, at definitio indicat verā essentiā rei; tum quia id principaliter significatur, ad q̃ significādū primariò nomē imponitur, & q̃ repręsētatur intellectui audiētis ad ꝓlationē nominis, sed intentio imponētis nomē principaliter est, vt significētur res, vnde Genes.c.2. nomina dicũtur imposita rebus, & statim audito nomine ferimur in res, & constituitur intellectus rei, nō autē speciei, vel cōceptus; tũ etiā si voces primariò cōceptus significarēt, oēs ꝓpositiones de secundo adiacēte essent veræ, vt istæ Antichristus est, Chymera est, q̃a intellectio Antichristi tũc est, & pariter intellectio Chymerę; & ē contra oēs de tertiò adiacēte, in qua vnũ enunciatur de alio essent falsæ, nam dũ dicitur *homo est animal* sensus esset q̃ intellectio hominis est intellectio animalis; tũ demũ, q̃a ipse cōceptus ordinatur vltimatè, & principaliter ad repræsētandā ipsam rem, cuius est similitudo intentionalis, ergo vox, quæ substituitur solum loco conceptus, ad eandem repræsentandā principualius ordinabitur; quæ rationes tanguntur à Scoto 1.Periet.q.2.

Secundò, quòd non solùm principaliter, sed etiam directè; & immediatè res ipsas significent, probatur eisdem rationibus, & dhuc vlterius, quia significare est deducrre audientem in notitiam rei significatæ, at nomina immediatè deducunt in rerum notitiam, quia quòd priùs obijcitur intellectui audientis per nomen, est res ipsa, nam audito nomine lapidis statim lapidem ipsum cōcipimus, nō autem cognitionem, quam de lapide habet loquens, imò illa non nisi per reflexionē attingitur, quia prius concipimus lapidem audito eius nomine, & deinde fit reflexio, quod loquēs talem rem intelligit. Accedit ex Tatar. cit. quòd potest res audienti repręsentari nihil cogitanti de cognitione loquentis, vt experientia constat, ergo per vocem res immediatè repræsentatur, & non eius cogni-

gnitio. Demũ cõceptus non significatur, vt id, ad ꝙ sit impositũ nomen, ergo non pôt immediatè significari nomine, quia nominis immediata significatio est ab imponente nomẽ. Quod aũt diximus de vocibus in ordine ad cõceptus, idẽ dicendũ est de littera, & scriptura in ordine ad voces, litteras nẽpè scriptas prĩcipaliter, & immediatè significare res ipsas, nõ aũt voces, vt cõtendit Auers. cit. in fin. sect. & Arriag. n. 36. qa Arist. 1. Perier. c. 1. eandẽ puritatẽ affirmat inter litteras, & voces, ac inter voces, & conceptus, & Scot. cit. ait, hæc tria litteras, voces, & conceptus esse immediata signa eiusdẽ rei significatæ; & tandem qa vrget eadem ratio, qa si scriptura immediatè significat vocẽ, hæc ꝓpositio scripta *homo est animal*, esset falsa, sensus. n. esset, ꝙ hæc vox *homo* est ista vox *animal*, qua rõne Arriag. conuictus fatetur sub n. 38. scripturam immediatè supponere pro rebus, estò eas nõ ita significet. Posset tñ in hoc sensu dici voces ꝓximè, & immediatè significare cõceptus, & litteras voces, quatenus cum nequeamus immediatè causare notitiã rei in intellectu audiẽtis Angelorum instar rõne impedimẽti corporis loco cõceptuũ subrogamus, & immediatè substituimus voces, quæ excitãdo mentẽ audientis ingerunt illi notitiã rei significatæ, & cũ non possumus absentẽ alloqui rõne distantiæ, loco vocum immediatè litteras, & epistolas substituimus, atque ita voces gerunt immediatè vices conceptuũ; & litteræ vocum; vnde hac ratione possumus dicere litteras immediatè significare voces, & voces cõceptus in animo; neq; qd amplius probant Auctores modò cit.

Tertiò probatur hinc tertia pars conclusionis, quod .s. voces, & conceptus subordinentur inuicem in ratione signi prioris, & posterioris, nõ autem propriè in ratione signi, & signati, quia vt notat Io: de S. Th. cit. vnum significare mediante alio pôt intelligi tripliciter primo mediante alio tanquã rõne formali, non tñ tanquã re repræsentata, & sic vox dicitur significare media impositione, cõceptus media similitudine intentionali; secundò mediante alio, vt re repsentata, tanquam primario, & immediato significato, & sic homo dicitur significare immediatè hominem in communi, & mediatè Petrũ; tertiò mediante alio, non vt re significata, sed vt principali significãte, cuius vox est substitutum, & quasi instrumentum, & hoc modo vox significat conceptum, ita Auctor relatus, & est, quod Scotus docet vocem dare intelligere, & insinuare conceptum in ratione signi prioris, & principalis, non autem in rõne rei significatæ, ex quo patet hanc controuersiam, si bene sensus Auctorum vtriusque sententiæ perpendatur, esse de solo nomine. Hinc tamen aduertendum est cum Bargio in 1. d. 27. ad secundum 1. q. & Tat. cit. non eodem modo litteras subordinari vocibus, ac voces conceptibus, quia voces sunt ita per se conceptibus subordinatæ in significando, quòd res nullatenus significarent, nisi earũ cognitio præcederet in mente loquentis, non. n. narrare possumus, quæ ignoramus, & non cogitamus, sed non ita litteræ sunt vocibus subordinatæ, quia vocibus non existentibus adhuc litteræ, & scripturæ significarent, & sua significata ostenderent, & hic mos scribendi apud Ægyptios fuit in vsu, qui figuris quibusdã, quę Hieroglyfica dicebãtur non voces aliquas, sed immediatè res ipsas denotabant, qui mos scribendi adhuc apud Iaponios viget, vt referunt Historici, qua ratione Valles c. 3. de sacra Philosoph. ait scripturam per se significare indepẽter ẽ vocibus; & idẽ constat apud nos de figuris numeros significantibus, quod vltrò concedit etiam Arriaga cit. licet neget de alijs vocibus.

Quartò probatur quoad vltimam partem, voces nẽpe significare res ex voluntaria hominum impositione, non verò ex earum naturali virtute, quia ita docuit Arist. 1. Perier. c. 2. & 4. & Plato in Cra-

Cratyllo, vt refert Alcinous c.5. Scot. 1. Perier.q.4.& 2.d.42.q.2.ad 2. & 4. d.1.q. 5. tũ q̃a alioqui ab oĩbus nationibus oẽs linguæ intelligerentur, sicut alia signa, quæ naturaliter significant, & eędẽ voces apud oẽs significarent; & surdi à natiuitate loqui possent, si à natura voces nobis inessent, vt signa naturalia rerum significandarũ, sicut naturaliter formãt gemitus, & suspiria emittunt; tũ etiã signum naturale nõ patitur mutationẽ ex vsu, vel cõsuetudine, sed est indepẽdẽs ab hominũ voluntate, voces autẽ mutantur in dies, item signũ naturale significat tñ rem aliquã determinatã, sed eadẽ vox sępè multa significat, & interdũ opposita, ergo. Demũ, ꝙ magis vrget, Sacra Scrip. 2.Gen. docet Adã imposuisse nomina rebus. Id autem, ꝙ de vocibus dictũ est, de litteris etiam intelligendum est, quia non est aliqua naturalis vis insita charecteri sic, vel aliter efformato ad vnã, vel aliam litterã denotandã, sed hominũ placito factũ est, vt hęc, & illa littera sic, vel sic effingeretur, vnde sicut non apud omnes extant eædem voces, ità nec litteræ eędem.

In oppositum obijcitur. Primò auctoritate probando voces primo, & immediatè significare conceptus, id namq; manifestè docuit Arist. 1.Perier.cap.1. dum dixit voces esse signa earum, quæ sunt in animo passionum, & August. 15. de Trin.cap.11. vbi ait Verbum, quod foris sonat esse signũ verbi, quod intus latet; & omens deniq; aiunt res significari per voces, quatenus cognitę, quia non potest quis externo sermone quidpiam significare, nisi prius actu interno intellectus illud cognouerit, ergo voces primo, & immediatè significant cõceptus, & illis mediantibus res extrà manifestant. Resp. dictum Arist. diuersimodè explicari solere, ac magis recepta expositio est, quam tradit Doctor cit.p.d.27. ꝙ voces significant conceptus, non vt rem significatam directè, sed vt principale significatiuum, ita quod subordinantur nõ in ratione signi, & signati, sed in ratione signi prioris, & posterioris, nã intellectus prius p̃ cogõnem res apprehendit, deindè illas immediatè p̃ nomina significat, & in hoc sẽsu explicat Scot. cit. dictũ August. & in eodem dicuntur res significari, quatenus cognitæ, & medijs cõceptibus, non quidẽ reduplicatiuè, quasi cognitio mediet, vt obiectũ ad ꝙ significandũ sint voces imposite, sed specificatiuè itaut solũ mediet, veluti cõditio necessariò prerequisita ad rẽ extra significandã, q̃a vt ait Doct. cit. 1. Perier. significare pͥsupponit intelligere, sicut illud, sine quo nõ, q̃a nõ prius res ore profertur, quàm mente concipiatur.

Secũdò arguitur ad idẽ rõnibus; Tum quia voces sunt inuentæ, vt homines suos exprimant conceptus, ergo sũt immediata signa illorũ. Tum 2.p. voces sępè significamu, res in eodẽ statu, quẽ habent in nostro intellectu, vt cũ significamus albedinẽ, vel aliud accidẽs in abstracto, q̃tñ in re non est abstractum. Tum 3. tàm hæ voces incomplexæ intellectio, cognitio, q̃ hæ complexæ intelligo, cognosco, significant immediatè conceptus nostros. Tũ 4. gemitus animalis significat immediatè dolorem eius internum, ergo pariter voces hominis immediatè passiones eius internas significare debent. Tum 5. quia de facto multa sincathegoremata solos conceptus significant, vt *si forte*, & similia dubitationem significant. Tum 6. voces sunt mentis nostræ interpretes, sed interpres prius verba referre debet, quam rẽ ipsam interpretetur, ergo voces prius, & immediatius significant cõceptus, quã res. Tum 7. quando vnum signum substituitur loco alterius, necesse est, quod prius indicet signum, pro quo substituitur, quam rem ab illo significatam, quia tendit in rem beneficio illius, sed voces substituuntur pro conceptibus, ergo immediatius significant cõceptus. Tum demum, quia alioquin non daretur mendacium, nam mentiri est contra mentem ire ex D. Tho. 22.q.110.art.3.

Resp-

Resp. ad 1. inuentas esse voces, vt homines suos exprimát conceptus obiectiuos, nó formales, & hoc loquédo regulariter, qa interdū etiā accidere pōt, vt principalis intétio loquétis sit alteri exprimere nō res, sed quid ipse sétiat de rebus ipsis, an benè cócipiat; vndè verū est aliquādo ex intentione loquentis principaliter primitate finis significari cóceptus. Ad 2. in eo etiā casu voces ita significant albedinē, vel aliud accidēs in abstracto, vt immediatè nō significē abstractionē ipsam loquétis, quare etiā in eo casu voces sūt immediata signa rerū. Ad 3. illæ etiā voces attingētes actus mētis significant illos, vt sūt res quædā cognitæ, & obiecta, nō vt puri actus, vel cóceptus intellectus. Ad 4. negatur paritas, quia gemitus est vox in articulata naturaliter significans, nō ità humanus sermo. Ad 5. talia syncathegoremata, si p se pferātur, nullā rem significant, vt dictū est p. 1. Inst. log. tract. 1. q si dubitationē significāt, illam certè significant, vt rem quandam sub obiecto intellectus cadentē, nō vt actū, & purum mentis conceptū. Ad 6. paritas tm̄ in hoc valet, q voces interpræ tantur mentem, cuius dicuntur interpretes, sicut interpres interptatur verba eius, cuius dicitur interpres, modus tñ interptādi vtriusq; est diuersus, quia interpres prius exprimit verba, deindè res, voces verò prius exprimūt res, deindè cóceptus. Ad 7. pbat tm̄ voces prius indicare conceptū, quā rē, in rōne signi prioris, & principalis, cui subordinātur, vt signū minus principale, q libenter admittimus, nō autē pbat prius indicare cóceptū in rōne rei significatæ. Ad 8. sufficit ad mēdaciū, q teneamur per voces exprimere nostros cóceptus obiectiuos, & quid in mente habemus.

Tertiò obijcitur probando, quod voces significent naturaliter, nam dantur quædam nomina, quæ tātam affinitatem habenr cum rebus significatis, vt quædā proportio naturalis, & particularis efficacia videatur illis indita à natura ad huiusmodi res significādas, sūt.n. quædā voces rigidæ, & asperæ, quę similib. rebus significādis sūt idoneæ, v.g. ferrū, cōturbatio cōtritio; similiter bōbus, sibilus, tinnitus videtur naturaliter significare sonū illū, ad quē significandū illis vtimur. Accedit, q in idiomatū varietate periti testātur vocē hanc *saccus* idē repræsentare apud omnes nationes, signum euidēs dari sermonem à natura hominibus inditū quo vteretur infans (iuxta quorundam placitum) in siluis enuttitus, & ab omni hominum loquentium cōsortio segregatus naturali instinctu. Item si omnis vox significaret ad placitum, hę quoque propositiones essent yeræ *homo est asinus*, *Deus est diabolus*; quia quilibet terminus istarum institui potest ad quodlibet significandum. Tandem in Genes. loc. cit. nomina ab Adamo rebus imposita dicūtur propria illarum, quo manifestè indicatur nō fuisse imposita omninò ad placitū, alioquin malè dicerētur ppria rerū.

Resp. ad 1. probare solum quasdam esse voces, quæ non temerè, ac merè fortuito fuerunt rebus impositæ, sed rationabili occasione, & spectatis earum proprietatibus, vt Doctor aduertit 1. d. 22. q. vn. §. *potest dici breuiter*; hinc autem deduci non potest, quod talem significationem habeant à natura, quod ex eo patet, quod multi istas voces nō intelligūt, & voces valdè affines aliud significant. Ad 2. illa vox tantùm dicitur naturaliter significare, quæ apud omnes nationes idem repræsentare nata est, etiam si circa ipsam nullam fuerit facta impositio; ex quo sequitur, quod si illa vox *saccus* per totum orbem idem significet, nō ob id dicenda est significare natutaliter, sed ex hominum impositione, qua præcisa nihil significaret; vnde cōtendunt aliqui esse vocem origine hebræam, & habere vim significandi ex instituto saltim Dei, à quo prima illa lingua instituta est, & retentam fuisse in dispersione ædificantiū turrium Babilon, cum enim discedēdum esset,

esset, singuli saccos suos quærebant, in quibus res suę cōdebātur, eodē vtēdo vocabulo, quæ tñ existimatio nullum habet fūdamētū, sed adhuc magis vana est existimatio illa de infante in siluis enutrito, si nāq; talis loquela daretur à natura hominibus indita, planè quisq; eā retineret, etiā si aliū sermonē addisceret, vt notat Auers. cit. sect. 2. sicut sermonē patriū sēper retinemus, etiā si aliū quemcunq; extraneū apprehēdamus; igitur infans enutritus in siluis nullo idiomate loqueretur, vt liquet ex celebri illa historia, quam refert Heredotus lib. 20. de infantib. enutritis in siluis cū pecorib. qui post bienniū dimissi emittebant solā hanc vocē *becor*, quā à capris cū quib. erāt enutriti, didicerant. Ad 3. vox non dicitur significatiua ad placitū, quia significat ad placitū huhuius, vel illius, sed quia significa ad placitū alicuius totius cōmunitatis, vel alicuius habētis auctoritatē in ea, vndè nō licet cuiq; fingere significata vocabulorum, sed standum est vsui cōmuniter loquentium, vt docet Scot. 4. d. 1. q. 5. iuxtà quem propositiones ille *homo est asinus, &c.* verificari non possunt. Ad 4. nomina rebus ab Adamo imposita dicebātur propria rerū, quia ex eius institutione omnes deinceps illis vsi sunt, eo modo, quo nūc *homo* dicitur nomen propriū animalis rationalis, & Franciscus nomen proprium cuiusdam indiuidui, quia oēs illis vtimur ad has res significandas.

QVÆSTIO SECVNDA.

Quid importet vocis significatio, & quomodo exerceatur.

Quid sit significare, quidue signum, à quo verbum significare deriuatum est 1. p. Instit. dialect. tract. 1. c. 2. obiter declarauimus, nunc ex professo examinandum est, quid importet vocis significatio; & vt quæsiti sensus magis elucescat, hic per significationem intelligimus vim, quam habet vox in actu primo p impositionē ad hanc, vel illā rem significandā, & quęrimus, quid dicat quidue ponat in ipsa voce, & de loquimur de vocibus articulatis ad placitū significantibus, nō verò de inarticulatis, & naturaliter significantibus, in his .n. clarū est vim significatiuā aliquid reale importare potētiā nēpè, & aptitudinē talis vocis ad talē rē significādā, vt gemitus ad denotandū dolorē, risus gaudiū; loquimur ergo de vocibus articulatis, quę vim significandi habent ex hominum impositione, quid dicat significatio in his vocibus, & quomodo exerceatur, .i. quomodo ingerat audienti notitiam rei significatæ.

D. Thom. 3. p. q. 62. art. 4. ad 1. sensisse videtur hanc significationem esse formā realem, & intrinsecam ipsi voci, veluti vim quandam, & virtutem inexistentem illi gignendi notitiam rei significatæ in mente alterius, itaut contineat in se virtualiter conceptum rei, quem cauat in animo audientis, sic enim loquitur, *In ipsa voce sensibili est quædā vis spiritualis ad excitandum intellectum hominis*, & hinc consequenter voluisse videtur, ꝙ exercitium significationis vocis, cū actu generat notitiā rei significatæ, fidat per aliquā causalitatē physicā, qua vox producat cognitionē; quā opinionē refert, & refellit Doct. in 2. d. 42. ad 2. 2. q. & in 4. d. 1. q. 5. B. vbi de hac re suā explicauit sētentiā, quæ est communiter recepta, & sequentibus conclusionibus.

Dicendum in primis est significationem in actu primo nullam formam realem, & intrinsecam ipsi voci dicere, absolutam, aut respectiuam, sed solum denominationem realem extrinsecam deriuatam in ipsa à voluntate primi instituentis. Conclusio quoad vtramque partem est Scot. loc. cit. quam tenent Recentiores omnes Hurtad. disput. 8. loc. sec. 2. Arriaga nu. 20. & 21. disp. 13. Auersa q. 6. log. sect. 3. & alij passim; Quoad primā partem probatur à Doctore; tùm quia si vox haberet talem virtutem, vt ait S. Th. tunc

tũc mouere posset intellectũ audiẽtis secundũ illã intentionẽ, in quantũ.s. est vox significatiua, & sic vox Latina, v.g. lapis moueret intellectũ Græci audientis eam causãdo in eo cõceptũ lapidis, quẽ in se cõtinet, probatur cõsequẽtia, quia conceptus significat idẽ apud oẽs; tum quia talis virtus p modum qualitatis spiritualis, vt ponebatur à S.Th. nõ põt inesse voci, quę materialis est, & corporea, nequit in. accidẽs spirituale recipi in subiecto corporeo piertim naturaliter, tũ tãdẽ q̃a in voce nõ imposita ad significãdũ nulla talis forma reperitur ex natura rei, vt patet de voce, *blitiri*, ergo neq põt impositionem recipit aliquã talẽ formã, siuè absolutã, siuè relatiuã, sicut neq; in ramo apposito ad vẽdẽdũ vinũ ex tali impositione vllaqualitas de nouo, vel realis relatio imprimitur.

Fortè dices, ex tali impositione derelinqui saltim in signo relationem realem ad signatum. Sed neque hoc dici potest, quia idem prorsus signum simul, & semel à diuersis imponi potest ad opposita significãda, at relationes reales oppositæ eidem simul conuenire non possunt; si dicas conuenire posse ex diuersis impositionibus, veluti ex diuersis rationibus fundi. Cõtra est, quia impositio nihil reale, & physicum importat in signo, cum ab imponentis voluntate nihil reale producatur, nec in re volita, nec in voce imposita, nec in re significata, ergo nequit esse ratio fundandi relationem realem.

Ex hoc probata manet altera conclusionis pars; si enim hæc vis significatiua in vocibus nõ est aliqua qualitas impressa in voce à voluntate imponentis, neque relatio realis in voce derelicta, sequitur aliud non esse, quàm denominationem realem extrinsecam derelictam ab actu voluntatis primi imponentis, quæ explicari potest per relationem rationis, vt Scot. docet loc. cit. in q. Et probatur, quia nucem, vel ficum significare hunc, vel illum fructum aliud non est, quàm hoc vocabulum institutum fuisse ab hominibus, vt proferatur à quocũq; qui talẽ fructũ intẽdat significare, id autem in tali voce nõ dicit, nisi denominationẽ realẽ extrinsecã. Accedit, ꝙ esse cognitum, esse volitũ in obiecto non dicit, nisi denominationẽ extrinsecã ex Doct. cit. in fine q. sed hominẽ, v.g. significate animal rationale aliud nõ est, q̃ hoc vocabulum *homo* fuisse assũptũ à voluntate primi instituẽtis ad id significãdũ, ꝙ non est, nisi terminasse actũ voluntatis primi instrumẽtis. Deniq; hæc significatio põt in vocib. mutari ex vsu, vel cõsuetudine, vt experiẽtia cõstãt, ergo significare nõ est quid reale vocibus intrinsecum, sed pænitus extrinsecum ex voluntate hominum pendens; id tamen explicari potest per relationem rõnis; quatenus hæc significatio in voce cõcipi solet quasi virtus quędã intrinseca fundãs relationẽ ad notitiã gignendam in mente audientis; absolutè tamen loquendo ita explicari non debet, quia ita non explicaretur, quid dicat à parte rei.

Sed dices, licet significatio in potentia proxima, .i. vis, quam habet vox per impositionem ad significandum, non dicat quid reale in voce, significatio tamen in potentia remota, quatenus .s. potest vox assumi ad hoc, vel illud significandum, videtur dicere aliquid reale. Resp. hanc etiam potentiam remotam, vel non dicere, nisi denominationem extrinsecam deriuatam à voluntate potente imponere, vel ad summum capacitatem, & potentiam, quasi obedientialem ad agens intellectuale, vt illa vtatur, veluti signo ad quicquid velit significandum.

Dicendum secundò exercitium significationis vocis, cum .s. ingerit audienti notitiam rei significatæ, nõ fieri per aliquam causalitatem physicam, qua vox producat cognitionem, seu conceptũ rei in mente, sed fit per quandam excitationem, & causalitatem veluti moralẽ, qua vox moraliter excitat mentem auditoris, vt ad prolationem vocis, cuius significationem scit, statim eliciat rei significatæ

catæ

catæ cóceptum mediò speciei impressæ illius,quã præ habet.Cóclusio quoad vtrã que partẽ est Scot, loc. cit. & prima pars patet ex cóclusione præcédenti,cũ.n.vox sit accidẽs materiale,non pôt habere vim pducẽdi cognitionẽ intellectus, quæ spiritualis est. Alterã partẽ verò proba. Doctor declarãdo modum, quo vox ingerit notitiam rei significatæ in audiente, modus autẽ est hic, q vox tm̃ immutat sensũ auditus, nec habet causare in sẽsu, vel in phãtasia,vel in intellectu, nisi cóceptũ vocis ex se;auditu tñ immutato à voce significatiua immutatur phantasia, & memoria rememoratur rei, cui tale nomen fuit impositũ, & sic excitat intellectũ ad cõsiderationem illius rei, cuius prius habuit notitiã,nõ.n. moueret, & excitaret, nisi res, cui imponitur, prius fuerit sibi nota,& q ad rẽ illã significandã imponebatur,& si hæ cõditiones sũt in audiente, tũc vox reduci pfato modo intellectũ ad actualẽ intellectionẽ illius rei prius notæ habitualiter p speciẽ prius habitã, ita loquitur Doctor in duobus locis iam cit.

Ex hoc colligitur, quod vt vox significatiua suũ munus exerceat,ducat .s. mentẽ audientis in cognitionẽ rei significatæ, triplex notitia requiritur, tũ ex parte loquentis,tũ audiẽtis,notitia.s.ipsius vocis, significationis eius, & rei significatæ per ipsã;requiritur hæc triplex notitia ex parte loquẽtis, nam qui verba profert, debet prius in mẽte illa habere; debet etiam significationẽ vocis callere,qui .n.nesciret vocẽ, vel significationẽ eius, certẽ vti nõ posset tali voce ad aliud significãdũ, tãdẽ debet habere notitiã rei significatæ, quia per voces nõ significamus, nisi res à nobis cognitas; triplex ergo notitia prædicta prærequiritur in loquente, cum hoc tamen discrimine, quod notitia de voce in se,& re significata per vocem esse debet actualis, quia qui de aliqua re loquitur, actu cogitat in mente, & vocem, & rem significatam per vocem, sed notitia significationis vocis sufficit, q sit habitualis,nõ.n.opus est, vt loquẽs illius actu recordetur.Sed dices interdũ accidere,vt quis vocẽ pferat, cuius significationem ignorat,& cõseqũẽter rẽ significatã, vt si Italus proferat verbũ Gallicũ, vel Hispanũ illorũ idiomatũ ignarus.Resp.q in tali casu non profertur vox formaliter, & quatenus significatiua,sed solũ materialiter,tãquã sonus quidã ad modũ vocis nõ significatiuæ, quo pacto Picæ, & Psitacĩ voces quasi ã articulatas efformare solẽt.

Quod autem ex parte auditoris pariter necessaria sit illa triplex notitia de voce, de significatione vocis, & re per vocẽ significata, clarissimẽ docetur à Scoto loc. citato,& probatur ab eo,quia si ab audiente vox ignoraretur,vel res significata per vocem, vel quod ad talem rem significãdam fuerit imposita, nullus planẽ conceptus (ait Doctor) causaretur in eo de illa re, ergo debet audiens scire, quid vox significet, debet percipere ipsius vocis sonum, & tandem speciem habere rei prolatæ, vndẽ subdit Doctor in 4. cit. quod per voces non intelligimus, nisi res,quarum habemus species,qua ratione in 2.inquit vocem significatiuam esse signum rememoratiuum ad placitũ, Cum hoc tamen discrimine prærequiritur in audiente triplex præfata notitia, q notitia vocis necessariò debet esse actualis,nisi.n. audiẽs interna cognitione percipiat loquentis vocem,nullatenus poterit rem percipere ex vi vocis prolatæ:cognitio verò significationis vocis non debet esse necessariò actualis, sed sufficit habitualis,vt de loquente dicebamus;notitia verò rei significatæ nullo modo potest esse actualis, necessariò tamen esse debet habitualis : nequit esse actualis quia cum vox à loquente proferatur, vt ingerat audienti notitiam rei significatæ, vtiq; talis notitia non præexigitur in audiẽte,sed potius de nouo gignitur in ipso ad prolationem vocis : imò actualis cogitatio rei impedit actum significationis, quia rẽ significare alicui est rem illi notifica-

tificare, si igitur ille rem actu cognoscit, vox significatiua suum munus exercere nõ põt, cũ sit præuenta eo modo, quo ait Doct. de intellectu agente in Angelis, & Christo Dño, supposito, ꝙ ab instãti suæ creationis omniũ species receperint. Debet tñ necessariò esse habitualis, qa quãtũcunq; sermo ꝓferatur, si audiẽs nõ habet in se speciẽ rei prolatæ, nullus cõceptus causaretur in eõ de illa re, quia conceptus rei, v.g. coloris, causatur in intellectu per propriam speciem illius, nec vllo modo species soni, qualis est species vocis, potest causare in intellectum conceptum coloris, ergo necessariò prærequiritur in intellectu auditoris species illius rei, de qua fit sermo, ad quã se conuertat intellectus excitatus per vocẽ, & mediante illa actualiter rem consideret.

Sed Auers. cit. cum totã hanc Scoti doctrinã tũ de vocibus significatione, tum eius exercitio trãscribat (licet eũ nõ memoret grati animi gratia, vt moris est recentiorũ) hoc tñ, ꝙ postremo diximus, nõ recipit. nã conclus. 3. cõtendit notitiã rei significatæ p vocem nõ necessariò debere esse habitualẽ, quia sæpe vnus ex locutione, & doctrina alterius addiscit, quæ nunquam sciuerat, & ad hoc se extendit etiam significatio vocis, vt non solùm possit in mentem reducere illa, quæ audiens aliquando cognouit, sed etiam possit de nouo manifestare illa, quæ nunquã sibi fuere nota. Fallitur tamen Auersa, quia siuè audiens acquirat per voces cognitionem alicuius complexi de nouo, siuè incomplexi, quam nunquam habuit, hoc tamen semper fit per voces earũ rerum significatiuas, quarum species in mente habebat, & illarum virtute acquirit cognitionem nouam illius complexi, vel incomplexi, quod de nouo sibi à loquẽte notificatur; vt si quis per voces insinuare velit auem, quæ solum in India nascitur, hoc vtique explicabit per voces nobis notas, quòd nempè sit auis talis coloris, magnitudinis, &c. quarum rerum species iam pridem habemus in mente, & ex earũ cõcursu deuenimus in notitiã illius auis; ita ẽt cõtingit, cum nobis manifestatur al. ꝙ cõplexum, id .n. fit per voces earũ rerũ significatiuas, quarũ species apud nos habemus; Verũ est hanc rõ esse penitus animasticam, sed cum voces quatenus significatiuæ logico cõsiderãdæ proponantur; non fuit abs re quæsitũ hoc de vocis significatione, quantum ad præsens spectat, resoluere.

QVÆSTIO TERTIA.

De perfectione, & imperfectione vocum in significando.

DVplex attendi potest perfectio, vel imperfectio in significatione vocũ veritas, s. & falsitas, distinctio, & cõfusio, sicut. n. cognitio habet repræsẽtare obiectũ verè, vel falsæ, distinctè, vel confusè, ita vox in sua significatione habet significare verè, vel falsè, distictè, vel indistinctè; & sicut in cognitione veritas, claritas, & distinctio perfectionem importat, imperfectionẽ verò falsitas, & confusio, ita pariter in significatione vocis, veritas & claritas dicit pfectionẽ, falsitas, & cõfusio impfectionẽ. Dubitatur igitur in psẽti de perfectione, & imperfectione vtriusque generis; de veritate, & falsitate dubitatur, quid importent in vocibus, an s. quid reale, necne, & vnde sumi debeãt, an ex conformitate, vel difformitate ad res significatas per voces, num potius ex ipsamet cognitione vera, vel falsa in intellectu præcedenti, vt arbitratur Auersa cit. sect. 7. vbi docet voces denominari veras, vel falsas per participationem veritatis, vel falsitatis, quæ intrinsecè in cognitione reperitur, adeò vt propositio vocalis sit vera, quando subordinatur iudicio vero, seù substituitur loco iudicij veri, tũc vero sit falsa, qñ subordinatur iudicio falso, seù loco illius substituitur.

De perfectione verò, & imperfectione secundi generis puta distinctione, &

con-

confusione maius adhuc extat dubiū, an distinctio significationis vocis,ac indistinctio ꝓportione sequtur distinctionē,& cōfusionē cōceptus mentalis in repsentando, itaut res extra taliter ꝑcisè per vocē significetur qualiter interius p mentem concipitur,an potius interdū contingere possit,vt res distinctius per nomē,& magis propriè, ac quidditatiuè significetur, quā p mentē concepta fuerit à loquente. D.Th.cū suis p.1.q.13.ar.1.tenet mēsurā significationis sumendam esse ex cōceptu loquētis, & ideò nō posse aliquē pfectius rē significare alicui,quā ipse cognoscat; sequūtur Recentiores quamplures Zumel.p.1. q.13.art.1. Valentia punct.1. Fōsec.2.Met.c.1.q.2.sect.4. Suar.disp.30. Met.dis.13.n.8.& 8.9.p.tra.1.li.2. c.31.n. 13. Hurtad. disp.8.log.§.24. Amic.tract. 31.log.disp.1.q.1.dub.7. ar.2. & alij. Oppositū docuit Scot.1.d.22.q.vn. quem sequūtur nedum Scotistæ ibidē Faber.in 1. disp.48.Vulpes to.1.p.1,disp.22.ar.2.Smising.de Deo vno tract.2.disp.7. q.2. Posuan.p.d.22.verū etiā Nominales omnes Ochā, & Gab.p.d.22. & ex Recentiorib. Molina p.1.q.13. art.1.disp.2.& Vasq.ex professo disp.57. At quidam alij Recentiores,vt Auersa cit.sect.6.mediant inter vtramque sententiam, & inquiunt voces non posse perfectius rem significare audienti,quā nota sit loquenti,si audiens nullam vnquam notitiam habuerit de illa re,sed omninò de nouo acquirit illam, si verò talem notitiam aliquādo habuit, & species impressa rei in ipso remansit, tunc voces possunt perfectius significare rem audienti,quam nota sit loquenti excitando in audiēte notitiam virtute illius speciei perfectiorem: quod claris exemplis infra manifestabitur, atque in hunc modum vtramque conciliāt opinionem, dicentes D.Thom. in primo sensu loqui, & Scotum in secūdo, & clarè deducitur ex exemplo, quod adducit de ignorante linguam hæbraicam, & characteribus illius linguæ nomina imponente, & quidē in hoc sensu intelligit Vasq. & sequitur sententiam Doctoris; pro resolutione quæsiti quoad vtramque partem.

Dicēdū est primò, q veritas, & falsitas in vocibus est mera denominatio extrinseca propriè, & p se ꝓcedēs nō ex cognitione intellectus vera, vel falsa, cui subordinetur vocalis sermo, vel cuius loco substituatur, vt aiebat Auers.sed ex obiectis à parte rei ità se habētibus,vel nō habētibus,sicut p voces significātur.Cōclusio quoad primā partē colligitur ex Doct. supra cit.in 2.d.41.ad 2. q.2. & probatur, quia voces in tm̄ sunt veræ, vel falsæ, in quantū significāt; adeòut significatio ipsa sit vnica ratio fundādi veritatē, & falsitatē,sed significatio vocū formaliter est sola denominatio extrinseca ex volūtate primi instituētis in voces deriuata, ergo etiam veritas,& falsitas super ipsam fundata erit sola denominatio extrinseca.

At inquies veritas cognitionis dicit formaliter relationem realem in cognitione ad rem extrà, vt docet Scot. 4. d.8. q.2.sub V. ergo idem dicendum de veritate in vocibus, imò Doctor ibi loquitur non solùm de veritate orationis mentalis, sed etiam vocalis, vel si veritas in vocibus saluatur per solam connotationem ipsarum rerum significatarum ità se habentium, vt voces declarant, poterit eodem modo saluari in conceptibus mentis. Resp. Doct.loc.cit. non explicare, an relatio,quam dicit cognitio ad obiectum extra sit realis, vel rationis, sed admisso pro nunc, quod sit realis (nam de hoc in disput. 10.) neganda est paritas de conceptibus, & vocibus in significando; cōceptus.n.mētales sunt signa naturalia rerum, & proindè fundare possunt relationem realem repræsentantis ad repræsētatum, at voces sunt signa ad placitū repræsentantes hoc,vel illud non ex intrinseca sua natura, sed ex mero hominum libito, & ideò veritas, & falsitas in ipsis à parte rei non nisi solam denominationem extrinsecam importare potest.

Quod

Quod verò hęc denominatio extrinseca sumēda sit ex obiecto à parte rei ità se habēte, vel nō, vt per vocē exprimitur (quæ erat altera pars cōclusionis (nō aūt ex cognitione vera, vel falsa pcedente in intellectu, colligitur ex Doct. cit.p.d.27. ad 2.q.2. & 4.d.8. q.2. infra V. & probatur, tū auctoritate Arist. in prædic. subst. quā Scot. ibi adducit *ab eo, quod res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa*, & q. dē Arist. ibi nedum loquitur de oratione mētali, sed ēt vocali; tū quia veritas signi cōstit in cōformitate eius ad signatū, sed voces per se, & ppriè sūt signa rerum, & nō cōceptuū ex dictis q.1. huius disp. tum tandē, quia sæpius sermo vocalis dicitur falsus nulla pcedente falsa cognitione in intellectu, & ità sēp euenit, quādo habēs in mēte verā rei cognitionē exterius oppositū asserit, volēs audiētē decipere, ergo in istis casibus sermo vocalis non pōt dici falsus ex falsa cognitione, quæ in intellectu pcedat, cū nulla talis adsit, sed falsus dicetur, quia nō est cōformis obiecto extra, & ita vniuersaliter dicēdū est. Hic tñ aduertendū est, q licèt veritas locationis cōsistat pcipuè in conformitate ad rē extra, vt tñ cōpleta sit ex omni parte, exigit etiā cōformitatē ad mentē loquentis; contingere.n. pōt quempiā mentiēdo verū obiectiuè dicere, & non mentiēdo dicere falsum, vt cum in mente sua falsam habet existimationem de re, & ita etiam falsū enūciat, putat tñ se verum asserere; vt ergo vox, vel locutio sit cōpletè vera, petit vtrique menti .s. & obiecto conformari, quia vtrumque significat, licet diuersimodè, vt dictum est q.1.

Dicendum 2. posse voces perfectius significare rem audienti, quàm nota sit loquenti; ità Doctor 1.d.22. & quidem in eo casu, quo res supponatur audienti habitualiter nota, in quo sensu præsertim Scotus ibi loquitur, manifestè probatur exemplo ab ipso ibidem adducto, si quis linguam Hæbraicam ignorans, & characteres illius, imponeret ipsi nomina ordine inter ipsos seruato, vt primo characteri vnum nomen, secundo aliud, tertio aliū tribueret, &c. certè nomina hæc distinctius, & clarius characteres significarēt sciētibus literas Hæbraicas, quàm is, qui ea nomina imposuit, ipsas literas intelligeret. Alia duo exēpla addit Vasq. nimirū si Rex pciperet Duci exercitus, vt insulā primò capiēdam vocaret nomine Regis, v.g. Philippinam, & si cæcus imponeret nomina coloribus, audito nomine talis insulæ, vel auditis taliū colorum nominibus, pfectius cōciperet Dux insulā; qui eā vidit, & cæpit, quā Rex, qui nō vidit, & nomē imposuit, & pfectius conciperet colores, qui illos vidit, quā cæcus, qui non vidit; & nomen imposuit; cōcludit igitur Vasq. cū Scoto, quòd dum quis habens imperfectiorem rei notitiam loquitur alteri, qui aliundè perfectiorē notitiam habuisse supponitur, excitat in illo actum perfectioris notitię, vt si sciens loca sancta Romæ ex relatione aliorum narraret alteri, qui ea loca vidisset, audiens distinctius, & melius perciperet, quàm narrās; Et hoc suadet ratio à priori, quia voces non solùm vim habet ingerendi notitiam audiēti rei antea ignotæ, sed etiam excitandi notitiam præcedentem, & habitualiter permanentem, quando igitur audiēs habitualiter habet notitiam perfectiorē de re, quàm loquēs, hæc vtiq; excitabitur, vndè, & in tali casu voces perfectius rem significabunt audienti, quàm nota sit loquenti.

Respondet Caiet. Suarez, Hurtadus, Amic. & alij in his casibus cognitionē illam perfectiorem in audiente non oriri ex vi vocis, & significationis eius, sed ex specie impressa, quàm de illa re habet audiens perfectiorem, quàm habeat loquens, quæ species excitata est ex auditu illius vocis; ideò inquiunt dici nō debere in his casibus voces perfectius significare, quàm loquens concipiat, quia ad significationem attēdi debet id, quod per se est effectus significationis, non autem

tem, quod per accidēs se habet, & aliunde prouenit.

Sed valdè falluntur Aduersarij, dū putāt excitationē speciei factā in audiente p vocē p accidens se habere ad vocis significationē, & eius exercitiū, nā q. præced. ex professo demōstrauimus speciē, quam de se ingerit vox in mentē auditoris, non sufficere cū intellectu ad rē significandā, de qua fit sermo, sed necessariò prequiri in intellectu auditoris speciē illius rei, q̄ vox significat, quæ species p vocē excitata concurrit postea cum intellectu ad pariendā notitiā significati, ad quā occasionaliter tñ, & per modum excitantis vox habet concursū; cū igitur talis excitatio speciei in audiente p se spectet ad significationē vocis, & eius exercitiū, nec alio modo pficiatur, ac exerceatur significatio, quā per pfatā excitationē ex dictis q. præced. concl. 2. ruit allata respōsio. Accedit, vt benè notat Auers. cit. contra hanc solutionē, q voces possūt significare, seù causare cognitionē in mente audientis, vel p modum notitiæ nouæ, rei s. anteà ignotæ, vel per modum rememorationis excitando audientē ad actualiter cogitādū de re aliàs sibi nota ex dictis q. præced. licet ergo in pfatis casibus talis pfectior notitia in audiente nō oriatur ex vi vocis, & significationis, quæ refertur ad causandā notitiā de nouo rei alias ignotæ, & oritur tñ ex vi vocis, & significationis, quæ refertur ad excitandā, & renouādam antiquam notitiam rei prius notæ.

Sed maior est difficultas casu, quo res, de qua fit sermo, non supponatur audienti aliundè habitualiter nota, an etiam tunc possit res distinctius significari audienti, quam nota sit loquenti; & quidem quamuis Doctor loc. cit. id non exprimat, ratio tñ, quam adducit, id etiā ostēdit esse possibile, qa interdum (ait Scot.) alia est ratio, ex qua desumitur nomen, & alia, ad q̄ significādā assumitur interdū. n. qui nomē imponit, certam aliquā rōnem in re nominata considerauit, ex qua motiuū accepit nomen imponendi secundū aliquā ethymologiam, tamen non ad illā præcisè rationem significandam nomen impositum est, sed absolutè significandū rem ipsam secundum omnem rationem eius; sic homo dictus est ab humo, lapis à læsione pedis, & tamen hęc nomina non significant has præcisē rationes, sed absolutè, & adæquatè ipsas res, quæ doctrina est etiam D. Thomæ 1. p. q. 13. ar. 8. Imò ita est, vt plurimum, inquit Doctor, de nominibus substantiarum, quia imponens nomen substantiæ non concipit de illa, nisi aliquam proprietatem, vel accidens quoddā, quod est sibi ratio imponendi nomen, vt dicebamus de substātia hominis, & lapidis, & tamē nomen in se non significat solam læsionem pedis, quam solam concipiebat impositor nominis, cum nomen imposuit, sed significat substantiam illam terream, & auditor hoc nomen audiens plus intelligit, q̄ solam læsionem pedis, ergo nomen simpliciter, & absolutè loquendo plus significat, vel significare potest, quā sit cognitio imponētis, vel quā ostēdat impositor nominis habuisse in impositione illius.

Respōdēt Aduersarij res à nobis significari, quomodo intelliguntur, vndè si substantias in seipsis non intelligimus, non possumus imponere nomen, quod significet illas in se, sed tantùm ex aliqua proprietate nobis cognita, quarè sicut ex hac proprietate lędendi pedem cognoscimus naturam lapidis confusè, ita significamus confusè. Contra est, quia si per nomina substantialia à nobis imposita non significaremus quidditates substantiarū in se, sed pręcisè sub velamine proprietatis in concreto, vnde desumptum est nomen, planè non aliud erit significatum subiecti, & aliud prædicati, cum de substantia aliquam enunciamus proprietatem, vel operationem, vndè sensus huius propositionis *lapis lædit pedem* esset, lædens pedem lædit pedem; ne igitur nugatoria sit propositio, lapis significare debet

debet quidditatē lapidis in se, & non præcisè, vt insinuatur per læsionē pedis. Accedit, ꝙ voces illud significāt, cuius conceptū ingerūt audienti, ingerunt aūt audienti cōceptū rei, nō aūt modū, quo loquens rē ipsā cōcipit, nā modus, quo audiens cōcipit rē auditā, non solùm ex illo signo, & vi nominis, sed ex alijs ēt principijs cognoscēdi ortū ducit, puta ex pfectione intellectus, qui excitatus à significatione nominis, sua vi rē significatā distinctius attingit penetrādo illius pdicata; cum igitur pfectio significationis non tm ex cognitione loquentis, sed ēt audiētis pensāda sit, vt experiētia constat, nam audito vno, & eodē nomine vnus cōcipit rē significatā pfectius, quā alter audiens, benè esse pōt, ꝙ imponens nomen lapidi læsionem tātum pedis tunc cōceperit, & audientes illud nomē non eodem modo concipiant, sed aliquid amplius, quia modus cōcipiendi auditoris non necessariò arctatur ad modū cōcipiendi loquentis.

In oppositum obijciunt Aduersarij, præsertim Suar. loc. cit. primò, quia nomina eo modo significant, quo possunt vi sua causare in audiente notitiam rei significatæ, hæc est enim communis ratio signi, ex Aug. lib. 2. de doct. Christ. c. 1. ꝙ præter se aliquid aliud faciat in mentem venire, sed vis significādi in nomine oritur à cognitione imponentis, & ei commensuratur, vnde Genes. 2. dicitur Deus adduxisse animalia ad Adam, vt videret, quid vocaret ea, ergo non possunt perfectiùs significare, quam loquens eorū significatum nouerit. Confirmatur, quia si audito nomine aliquo vnus cōcipit perfectio alio rem significatam, id non est ex vi nominis, sed ex alijs principijs cognoscendi, quæ suppetunt vni, & non alteri audienti, sed significatio vocum est ea, quam habent vi sua ex imponenris intentione, adeòque etiam ex cognitione, quomodo.n. pōt intendi significatio, quę non cognoscitur? Confirm. adhuc, si quis nullo modo rem cognosceret, illi certè nomē imponere nō posset, ergo cū illam impfectè cognoscit, nō pōt imponere nomen eā pfectius significans. Cōsequentia patet ex proportione inter ignorare rem simpliciter, eamq; confusè cognoscere in ordine ad posse, vel nō posse illā nominibus significare. Rursus vox nō significat rē, nisi quatenus conceptam, ergo nequit nomē distinctè rē significare, cū distinctè p conceptū nō repræsentatur. Tandē cōmune est axioma facilius esse rē cōcipere, q̄ verbis explicare, ergò nō potest quis melius rem significare, q̄ ipse concipiat.

Resp. ad primum negando maiorem, falsū.n. est nomina solū eo modo posse significare, quo vi sua possunt causare in audiente notitiā rei significatæ, neque id habetur in definitione signi, sed solum, ꝙ seipsū, & pter se aliud faciat in mentem venire, siuè hoc faciat sola vi sua, siuè adiunctis alijs cognoscēdi principijs; minor etiā deficit, falsū.n. est mensurā significationis solū sumendā esse ex conceptu loquentis, quia eius perfectio nō solùm ex loquēte, sed etiā ex audiente p se pensanda est. Ad 2. patet per idem, quia modus, quo audiens rem concipit auditam, non solùm ex vi nominis attenditur, sed ex alijs etiam principijs, quæ aliunde audiēti suppetunt; & quia loquens non intendit suum concipiendi modum, sed præcisè rem conceptam significare; vt audiēs eandem concipiat modo tamen accommodato suis principijs cognoscendi aliūde acceptis, ideò significatio, quam intendit, semper censetur illi nota saltim confuso modo. Ad 3. negatur consequētia, nam vtiq; cognitio requiritur ex parte imponentis, vt possit nomen imponere, sed quia perfectio significationis non ex ea sola pendet. verum etiam ex cognitione audientis, ideò non tenet allata paritas, & ille modus arguendi valet tantū in causis præcisis, & in proposito causa præcisa perfectionis in significatione non est cognitio imponentis, quia ad id concurrit etiam cognitio audiētis. Ad 4. ve-

verũ est assũptum, quatenus in loquente supponitur sęp cognitio rei significatæ p vocem, sed quia loquens per vocẽ solum obiectũ cognitũ intendit exprimere audienti, non modũ quo concipit, distinctũ, vel confusũ, ideò sequela negatur. Ad 5. argumentũ plus probat, quam velint Aduersarij, nedũ.n. cõcludit nõ posse rẽ pfectius significari, quam concipiatur, sed ꝗ nec ẽt æquè pfectè, d.ctũ igitur illud intelligẽdũ pſertim est in explicõne illarũ rerũ, quas loquẽs vidit, ac intuitiuè nouit, qa virtute suæ locutionis nunquam potest audienti impartiri notitiam intuitiuã illius rei, quam vidit.

Secundò arguit Amic. cit. ꝓbãs perfectionẽ significationis nullo modo per se pendere ex cognitione audientis, sed tm̃ loquentis, & imponentis, & ideò nunquã excedere posse perfectionem eius, vel .n. loquimur de significatione, quã vox habet in actu primo, & veluti habitualiter, & planè perfectio significationis in hoc sensu nõ pẽdet ex audiẽte, quia conuenit voci priusquã audiẽs actu audiat, vel loquimur de illa in actu secundo, & ita nec etiam pẽdere potest eius perfectio ex cognitione audientis, cum potius ipsamet actualis significatio sit causa cognitionis in audiente. Confirm. quia si perfectio significationis etiam ex audiente pensanda est, sequitur nullum nomen habere determinatam significationem, sicut non est determinata dispositio audientiũ quoad cognitionem rei significatę, nam alius alio perfectius cognoscit, at negate determinatam significationem vocis esset omnia nomina facere æquiuoca.

Resp. perfectionem significationis in actu secundo, & veluti exercito nedum per se pendere ex cognitione loquentis, sed etiam ex alijs principijs intelligendi, quæ suppetũnt audiẽti aliunde, quam ex vi nominis, vt ex præterita cognitione, quam habuit de re, vel ex perfectione intellectus, qui excitatus à significatione nominis sua vi rem distinctius attingit, quæ cognoscẽdi principia præcedunt in audiente significationẽ actualẽ, licet notitia de re per vocẽ parta sequatur, & in hoc sẽsu dicimus pfectionẽ significationis in actu exercito pẽdere ex cognitione audientis, vt rectè notat Smising. cit. Ad confirm. gratis concedimus nullũ nomẽ habere determinatã significationem quoad modũ significãdi pfectè, vel impfectè, & ad talẽ, seù tã pfectã notitiã causãdã, esse prorsus indifferens ad excitãdã quamcumque iuxta perfectionem intellectus audientis; neq; hinc sequitur omnia nomina esse æquiuoca, quia cum indeterminatione in modo significandi retinent semper determinationem in re significata, quod sufficit ad vniuocationẽ.

Tertiò arguit Auers. cit. cõcl. 2. nomina substituũtur loco cõceptuũ. & intm̃ habent vim significãdi, inquantũ sic substituũtur; loco igitur cõceptus impfecti ponetur vox eodẽ modo impfectè significans, & loco cõceptus pfecti vox pfectè significãs, nec fieri põt, vt loco conceptus impfecti substituatur vox pfectius significans. Conf. si quis naturaliter loqueretur manifestãdo alteri immediatè cõceptum suum, vtique conceptus rem exprimet iuxta suam perfectionem taliter, ꝗ si est confusus, non poterit rem manifestare distinctè, ergo tanto magis idem dicendũ de voce, cui non competit intrinsecè ex natura sua rẽ significare, sed extrisecè, & ex libera hominũ impositione. Demũ si voces, quæ proferuntur haberẽt vim gignẽdi notitiã perfectiorẽ, deberẽt etiam illam gignere in ipso loquente.

Resp. ad 1. concesso antecedente negando consequentiã, quia sicut potest loquens locò cõceptus perfecti ponere vocem imperfectius significantem, vt quãdo habens perfectũ rei conceptum profert voces minus perfectè significantes, ita potest loco conceptus imperfecti substituere vocem perfectius significãtem; imò si arctatur loquens ad substituendas voces perfectas iuxta mensuram perfe-

ctionis conceptuũ, nunquam possent res perfectius concipi, quã verbis explicari, sed eodem prorsus modo exprimerentur, quo cõcipiũtur, cuius oppositũ experiẽtia docet, & ipse Auersf. concl. 3. Ad conf. concesso antecedẽte negatur cõsequẽtia, n. verò, quia conceptus sũt signa naturalia rerũ, ideò nequeũt illas manifestare vltra suã pfectionẽ innatã, at qa voces sunt signa ad placitũ, põt imponẽs habita notitia cõfusa rei, vel quoad vnã eius ,pprietatẽ tm, ex tali proprietate nomẽ assumere, & velle, q talis vox, non tm̃ illam proprietatẽ significet, sed totã rẽ adæquatè, vt dicebamus de nomine lapidis, & hominis. Ad vltimũ voces gignũt illã pfectiorẽ notitiã in audiente, non in loquẽte, tũ quia voces per se significant audienti, nõ loquenti: tũ quia audiẽti suppetunt aliũdè meliora principia cognoscendi, quam habeat loquens, quæ concurrunt ad perfectionẽ significationis in actu secundo.

QVÆSTIO QVARTA.

De nominibus æquiuocis, & vniuocis, ac eorum significatis.

POssunt res, vt patet ex dictis, nedum conceptibus, sed etiam nominibus significari, cũ hoc discrimine, quod conceptus, velut naturalis imago rei, illam naturaliter significat, nomẽ verò ad placitum primi imponentis; ex quo fit, vt quoad vnitatẽ, & diuersitatẽ, conceptus proportionentur rebus, itaq; vnius rei vnicus sit conceptus formaliter, & specificè (plures.n. numero esse possunt etiam in eodẽ numero intellectu successiuè eandẽ rem cognoscente) & pluriũ rerũ plures, cũ.n. sit naturalis imago rei, eius naturã, quãtũ fieri põt, imitari debet; secus aũt est de nominibus, res.n. plures, ac specie diuersæ vnico nomine significari possunt, vt patet de voce *Canis*, quæ eadẽ imposita est ad significandum canem terrestrem, piscem marinum, & cæleste sydus, & hæc nomina res adeò diuersas vna voce significantia dici solent *æquiuoca*, quasi plures res appellantia eadem voce, fieri etiã potest è cõtra, vt vnius rei plura sint nomina, vt gladius, & ensis, quæ eandem prorsus rem significant, & proindè dicũ solent *synonima*, vel *multiuoca*; fieri item potest; vt res plures conceptibus diuersis significatæ diuersis etiam vocibus significentur, vt homo, & equus, & dicuntur *diuersiuoca*; Tandẽ fieri potest, vt plures res eodem conceptu quidditatiuo explicabiles etiam eodem nomine significentur, & dicũtur *vniuoca*, vt homo, & equus inquantum animalia. Itaq. quæ in nomine, & in conceptu per illud nomen significato conueniunt, *vniuoca* dicuntur; quę in vtroq; differunt, *diuersiuoca*, quæ in cõceptu conueniunt, & in nomine differũt, *synonima*, aut *multiuoca*, quæ denum cõueniunt in nomine, sed in conceptibus differunt, dicuntur *æquiuoca*.

Cum verò hæc nominum vnitas, vel diuersitas rebus conueniat ex sola hominum institutione, res ipsę nõ sunt vniuocæ, vel æquiuocæ ex se, sed tales dicũtur, inquãtum à nobis his, vel illis nominibus significantur, & ideò æquiuocatio, & vniuocatio (de quibus præsertim in præsenti est sermo) tam rebus, quàm vocibus cõueniunt per intellectum, primariò tamen vocibus, & secundariò rebus, quia illæ non dicuntur tales, nisi in ordine ad voces vniuocas, aut ęquocas, Hinc distingui cõmuniter solẽt ęquoca, & vniuoca in actiua, & passiua, illa sũt nomina ipsa vniuocè, vel ęquiuocè significantia, ista sũt res ipsę illis nominib. significatæ.

Aristot. in prædicam. cap. 1. multiuocis, & diuersiuocis relictis, vt suo proposito inutilibus, agit de vniuocis, & æquiuocis, definit æquiuoca, *quorum nomen est commune, ratio verò substantiæ importata per nomen est diuersa*; è contra vniuoca definit, *quorum nomen est commune, & ratio substantiæ importata per nomen est eadem*. In vtraque definitione ponitur *nomen*, vbi *nomen* non sumi-

sumitur in rigore, vt à verbo condistinctū, sed latè, vt cōprehendit ēt verbū, participium, & quālibet aliā orationis partē, nā in his oībus vniuocatio, & æquiuocatio cadere pōt, vt *lego* est æquiuocum ad legere, & legare, *diligo* vniuocū ad actus dilectioni: est *cōmune* ponitur ad insinuādum nomen esse debere omninò vnū, & idē nō solùm p easdē litteras, sed ēt p eādē pnūciationem, & syllabarum quātitatem, sic.n. pprię erit cōmune, vndè quælibet diuersas, vel solius accentus, tollit æquiuocationē; *ratio* sumitur p cōceptu obiectiuo, siuè sit ppria definitio, siuè nō vt notat Ant. And. hic; *substantiæ*, vbi non sumitur in rigore pro substātia ab acc'dēte cōdistincta, quia ēt in accidētib. inueniuntur vniuoca, & æquiuoca, sed sumitur p essentia, & quidditate, q̄ substātiæ acceptionem docuit Arist. 5. Met. 15. Additur *importata per nomē*, quia ratio substātiæ ad illud idē nomen referri debet, in quo res vniuocātur, uel æquiuocantur, alioquī æquiuoca in unò nome possunt uniuocari in aliqua rōne cōmuni p aliud nomē importata, ut Canis terrestris marinus, & cælestis in rōne corporis, & substātiæ. Demum hæc ratio substātię secundum idē nomē in uniuocis est eadem, in æquiuocis diuersa, quia hæc nō possunt, sicut illa, sub unonomine una definitione ipsis adæquata definiri, & in hoc formaliter consistit eorum differentia; ita passim exponunt Auctores has definitiones, & præsertim nostrates in Antepræ dic. c. 1. & Scotus q. 5. & 6. prædicam. et Bonet. in sua Met. c. 2. lib. 1.

Ex quib. cōstat. Arist. definire æquiuoca, et vniuoca passiua, nō actiua, .i. æquiuoca ęquiuocata, et uniuoca, vniuocata, hoc est res ipsas, nō quidē nudè inspectas, sed prout nominib. significātur, et ut subsūt secūdis intentionib. vniuocationis, & æquiuocationis, quæ immediatè fundantur in uocibus, ppter q̄ eas definiens nō dixit *æquiuoca sunt vniuoca sūt*, etc, sed *æquiuoca dicuntur, vniuoca dicūtur, &c.* quare definitū in his definitionib. est secūda intētio cōstitutiua æquiuocorū, & vniuocorum significata in concreto, quomodo supponit pro ipsis rebus æquiuocatis, & vniuocatis, & in esse signatò, vt docent Scotistæ oēs cum Doct. cit. & ēt Thomistæ, Sanch. lib. 4. q. 1. conc. 4. Complut. in prædicam. c. 1. contra Tolet. Conimbr. & alios cōtendentes hic definiri pro rebus ipsis, quæ definiendi modū logico cōsuetū, qui per se secundas intētiones cōtemplatur, res verò, non nisi vt illis substant, fusius infra declarabimus disp. de Vniuer. Quamuis autem hic Arist. ex intentione definiat vniuoca, & æquiuoca passiua, adhuc tñ ex his definitionibus facile est definire actiua, nomina. s. vniuocantia, & æquiuocantia; æquocum.n. est, q̄ cōmune pluribus est secūdum diuersas rōnes, vniuocum verò, q̄ est cōmune pluribus secundum vnā, & eandem, vndè nomina æquiuoca sunt Gallus, q̄ dicitur de homine franco, & Gallo gallinaceo; Canis, q̄ dicitur de Cane terrestri, de pisce quodā marino, & cælesti sydere; nomina vniuoca sunt homo, animal, substātia, quātitas, & similia, quibus subest natura vniuersalis, quę per se primò significatur per talia nomina, & est communis pluribus.

In oppositum obijcies. Primò contra definitionem æquiuocorum, quod non rectè assignetur; tum quia omne definibile debet esse vnicum; tum quia debet esse quid vnum, sed æquiuoca sunt essentialiter multa 7. met. 32. tum demū quia æquiuocā nullam habent rationem communem, in qua conueniant. Resp. Doctor cit. q. 5. ad 6. quod licet æquiuoca sint essentialiter multa, accidentaliter tamen vniuocati possunt, quatenus fundare nata sunt secundam intētionē eiusdem rationis in vna ratione communi, que omnia denominat æquiuoca, & in hoc sensu sunt vnius definitionis capacia, in quo casu essentialiter æquiuoca, & vt quid, euadunt vniuoca accidentaliter, & vt modus, quam responsionem

cæteri oēs recipiūt, & nos sępius adhibemus, & magis declaramus infra disp. Vniuers. Sed Vrges, ergo non definiuntur ab Arist. æquiuoca, vt sic, sed potius quatenus rationē vniuocorū induūt. Resp. si ly, *quatenus* reduplicat rōnem definitā, negatur sequela, quia hic re vera definiūtur æquiuoca pro secunda intētione, in qua accidētaliter vniuocātur, & eorū natura explicatur, velut in esse signato; si reduplicet cōditionē definiti, cōceditur, quia cōditio rei definibilis est, quòd sit vniuocum quid, vel essentialiter, vel saltim accidentaliter, vt est in proposito.

Secundò obijcitur contra definitionē vniuocorū; quia videtur ēt æquiuocis cōpetere, nā æquiuoca oīa, vt sic, habēt nomen æquiuocationis cōmune, & rōnem eandē secundū illud nomen, videtur etiā cōuenire denominatiuis, qa albū secūdū idē nomē, & secundū eandē rōnem dicitur de niue, & Cygno, non .n. hęc solum alba dicuntur, sed re vera talia sunt, vndè nō solùm nomen, sed ēt rationē, & naturā albi participāt, licèt accidētaliter. Resp. ꝙ sicut æquiuoca, vt quid, & in esse exercito, dicuntur vniuoca. vt modus, & velut in esse signato ob intentionē æquiuocationis, quā fundare possunt, ità ēt accidentaliter, & in esse signato participare possunt definitionē vniuocorū; Nec valet dicere, vniuoca, & æquiuoca esse opposita, & ideò vnū de alio prædicari non posse etiam accidētaliter; Opponuntur vtique, si ambo sumantur eodem modo, at sumēdo vnum, vt quid, & in esse exercito, alterum vt modus, & in esse signato, ita non opponuntur, quin potius vnū; vt modus dici potest de altero, vt quid, quo sēsu genus dicitur species vniuersalis, vt infra. Nec minus allata definitio denominatiuis competit, si ly ratio substātiæ sumatur, vt dicat rationem essentialem essentialiter vniuocatis conuenientem, vt videtur Arist. intentio, de quo statim dicemus; verum tamen est denominatiuis posse applicari materialiter, quatenus idem prædicatum potest esse simul denominatiuum, & vniuocum, vt infra.

Tertiò obijcitur, ꝙ præfatæ definitiones rebus cōpetāt, nō intentionibus; tum quia habere nomē cōmune competit rebus, & nō intētionibus; tū quia Arist. ipse explicauit in rebus. Resp. sensū illarū definitionū esse materialē, nempè *æquiuoca, vel vniuoca dicuntur illa*, quæ sunt secundæ intentiones applicabiles conceptibus, seu rebus conceptis, & exemplificauit in rebus, quia familiare est logicis, & Arist. prædicationes signatas, quæ fiūt per verbū *dicitur, prædicatur* explicare per exercitas, quæ fiunt per verbum *est*, vt fusius dicemus disp. de Vniuers. Verùm vt æquiuocorum, & vniuocorum natura magis adhuc eluceat, libet subdere duos articulos adhāc quæst. attinētes, in quib. singillatim, horū, & illorū conditio explicetur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Examinatur peculiariter natura æquiuocorum.

AD maiorem nominum æquiuocorum intelligentiā nonnulla dubia, quæ de illis moueri solent, sunt breuiter resoluenda. Primò igitur dubitari solet, quomodo nomen æquiuocum plura significet, an plura actu significet, vel aptitudine, & an sub disiunctione, vel potius sub copulatione omnia sua significata simul contineat. Aliqui, vt Auersa q. 15. log. sect. 1. dicunt nomen æquiuocum ex vi sua audiē prolatū actu non gignere in mentē audientis, nisi conceptum nō vltimatum sui ipsius, quantum verò ad rem significatam, dubium, & suspēsum relinquere audientem, quidnam loquentis significare velit; aptum tamen esse, vt per appositionem alterius nominis determinatè significet aliquam rem ex his, quibus nomen competit. Hæc opinio reijcitur à Scoto q. 11. Elench. tum quia vis significatiua vocis exercetur, cum actu profertur, in ordine ad res, quibus imposita

fita est, vt ēt ipse Auers. concedit q.6. de vocibus sect.3. ergo cū hæc vox *Canis* pfertur, actu debet aliqd significare præter seipsā; tū quia hoc sermone *plato Canis mouetur*, possunt plura actu concipi, qā vnus accipere pōt Canem pro animali terrestri, alter pro marino, alius pro sydere; tū quia licet auditor ambiguus remaneat de intētione loquētis ad quid significandū determinatè illā vocē proferat, non sequitur, φ ipse alqd concipere nequeat actu ex nuda prolatione illius vocis, estò nō ad intētionē loquētis; tū denique si actu nō significaret vox æquoca, nisi determinata p appositionem alterius nominis, seqtur, φ nunquā actu significabit æquiuocè, sed sēper vniuocè, quia sēp determinatè ex vi illius appositionis.

Alij proindè dixere, φ nomen æquiuocū plura actu significat sub disiūctione itaut dicendo *Canis mouetur*, sit sensus, vel terrestris, vel marinus, vel cœlestis. Hunc etiā dicendi modū refellit Scot. ibidē q.9. quia tūc respōdendū non esset ad terminū æquocū per distinctionē, si prædicatū vni significatorū cōueniret; imò concedendum esset, φ talis propositio sit simpliciter vera, nā ad veritatē disiunctiuæ sufficit, quòd altera pars eius sit vera. Alij tandem dicunt, quòd plura actu significat sub copulatione; sed ait Doctor q.10. quòd potest hoc bifariam intelligi, vel ita quòd copulatio cadat inter ipsas res significatas, quòd nempè Canis significet, & terrestrem, & marinum, & cœlestem copulatim, & ita non significat plura actu sub copulatione, tum quia id potius est significare vnum, quam plura, quia totum hoc copulatum potest habere vnam rationem intelligendi, cum sit extremum orationis, atque ita etiam habebit vnam rationem significandi, sicut & hoc aliud copulatum in ista oratione *duo, & tria sunt quinque*; tūm etiam, quia tunc ad terminum æquiuocum non esset respondendum per distinctionem, sed concedendum esset, quòd propositio, vel est simpliciter vera, vel simpliciter falsa, vera, si prædicatū oībus significatis conveniret, falsa, si vni soli nō cōueniret, nā ad copulatiuæ falsitatem sufficit, φ altera eius pars sit falsa; alio modo pōt id intelligi, itaut copulatio cadat, nō super res significatas, sed sup ipsos actus significandi, & sic verū est nomē æquiuocū plura actu indeterminatè significare, nā Canis significat latrabile animal, & significat marinā beluā, & significat cœleste sydus.

Secundò dubitatur, an absolutè loquēdo nomē æquiuocū dici debeat vnū, vel plura nomina; & ratio dubitādi est, quia nomē formaliter cōstituitur per significationē, ergo cū nomen æquiuocū multas habeat significationes, nō vnū, sed vtique plura nomina dici debebit; ex alia parte certè vna vox est Canis, & Gallus, quāuis plura significent, & Arist. ait æquioca habere vnū nomē cōmune; quapropter Doct. q.8. Elench. ait nomē æquiuocū posse dici vnū multiplex, quasi vnum complicās multa, vnum s. materialiter, quatenus est vnus sonus, vna vox, & multiplex formaliter, quia plures habet significationes. Quantum tamen spectat ad modum loquendi, potius debet dici vnum nomen, quàm multiplex, ob rationem, quam ibi Doctor assignat, quia concreta, aut composita accidentalia non multiplicantur pro diuersitate formarum, si vnum sit omnium subiectū, sic enim dicitur vnus artifex, quāuis plures habeat artes; cum igitur in proposito nomen æquiuocum sit compositum quoddam accidentale, & artificiale ex nomine, & voce pro materiali, ex significatione pro formali, q̄uis multiplicetur formale, nimirum significatio, tamen non multiplicatur accidentale compositum, quia materiale, s. vox, & nomen est vnū, quæ doctrina cōsonat his, quę habet quol. 11. ar. 3. & 3. d. 8. q. vn: & ex professo q. seq. explicabitur; qua ratione è contra nomina synonima absolutè dicuntur plura nomina, nō vnū, esto vnā; & eandem habeāt significationem.

Tertiò dubitatur, an in mente, seù in conceptu reperi possit æquiuocatio, sicut in voce; & cōmunis ferè sententia est, ꝙ licèt in conceptu nō vltimato, qui est cōceptus ipsius vocis significatiuæ, possit cōtingere aliquo modo æquiuocatio, vt benè declarat Tat in prædicam. q. 2. dub. 1. in fine, tñ in cōceptu vltimo, qui est cōceptus rei significatæ p vocem cōtingere nō pōt, vt Scot. docet q. 1. prædicam. ad 2. Ratio fundamētalis est, qa vt diximus ab initio quest. cū cōceptus sit naturalis imago rei, quoad vnitatē, & diuersitatē proportionatur rebus ipsis, itaut eiusdē rei vnicus sit cōceptus, & pluriū rerū plures, cū ergo in mente nō sit idē cōceptus rerū diuersarū, quæ appellātur vnico nomine, cōsequenter nec poterit esse æquocatio, nō igitur est eadē ratio de voce, et cōceptu, quia. n. vox nō est intrinsecè significatiua, sed ex impositione, nō repugnat eidē voci diuersas conuenire impositiones, sicut repugnat cōceptui diuersas cōuenire naturales repræsentationes. Quod adhuc magis declaratur, qa æquocū est, ꝙ significat plura inquantū diuersa, si. n. plura significaret inquantū in aliquo cōuenientia, non esset pura æquocatio, sed vniuocatio saltim impfecta, cōceptus aūt cū sit naturalis imago rei, nō potest esse vnus, si obiecta sūt plura, & nullo modo vnū, qa vnitas eius in rōne repræsentationis, & similitudinis sumitur ex aliqua vnitate rei repræsentatæ, vt Doctor solidè probat 2. d. 3. q. 10. ab obiecto. n. suam sumit vnitatem specificam, nec vno, & eodem actu possunt plūra obiecta disparata, vt sic, intelligi, vt docet Barrius p. d. 1. q. 4. ex Scoto multis in locis, ergo in mente æquiuocatio cadere non potest, itabuod possit rerum disparatarū, & diuersarum esse conceptus idem, sicut est eadem vox, quod etiam in mente diuina suo modo asserendū est: nam licèt vnus realiter, & materialiter sit actus, quo oīa concipit, tñ ille idem conceptus rōne distinguitur, vt cōcipit vnam rem, & aliam & dicitur virtualiter multiplex.

Quarto tandē dubitatur, quot sint æquiuocorū species, & cōmunis opinio est esse duas, quarū prima est eorū, quæ dicūtur purè æquiuoca, quæ s. sine oī prorsus habitudine, & cōuenientia adinuicē eodē nomine sunt appellata, vndè etiā dici solent æquiuoca à casu, vel à fortuna, vt v. g. gallus homo, & gallus auis dicuntur æquiuoca pura, & à casu, quia merè fortuito cuenit, vt homo, & auis nulla habita inter illos cōuenientiæ rōne eodē nomine appellarentur. Altera æquiuocorū species est eorum, quæ dicūtur æquiuoca analoga, quia. s. participāt idē nomē ob aliquam conuenientiam, & proportionē inter ipsa repertam, ità ridere dicitur de homine, & de prato, pratum namque florens ridere dicitur, quia assimilatur homini læto, & ridēti; homo dicitur de vero, & picto, quia conueniunt in externa figura, & sic de multis alijs, qua ratione solent etiam appellari æquiuoca à consilio, quia non temerè, sed consultò vnum & idem nomen extensum est ad plura significanda; Consueuit tamen æquiuoca à consilio etiam dici, non solùm quādo idem nomen de pluribus dicitur ob habitudinem aliquam, vel proportionem inter illa repertam, sed etiam quādo, vel ex deuotione imponētis in aliquem sanctum, vel ex affectu ad aliquem defunctum eiusdem cognationis, vel memoria alicuius viri insignis, vel alia rōbili de causa idē nomē alicui imponitur puello.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Examinatur peculiariter natura vniuocorum.

AD ampliorem quoq; Vniuocorum intelligentiam dubia quædā de illis incidentia resoluere iuuabit. Primò igitur dubitari solet, an ad vniuocationē sufficiat vnitas conceptus formalis, mediante quo omnia inferiora immediatè concipiantur, num potius requiratur, ꝙ termi-

terminus talis cōceptionis importet aliq̄ cōmune plurib. s. cōceptū obiectiuū. Dixerunt alij ad vniuocationē sufficere solā vnitatē cōceptus formalis, quo nimirū plura immediatè cōcipiantur, velut similia; talis videtur opinio Nominaliū Ochā p. d. 2. q. 5. 6. & 7. Rubiō 1. d. 3. q. 5. & aliorum, vbicunq; loquuntur de cōceptu naturarum vniuersaliū. Sed vt docet Tat. q. 2. pdicam. §. 2. *sciendum* ex doctrina Scot. 1. d. 2. q. 3. & d. 8. q. 3. & Bonet. in Met. loc. cit. pter vnitatem conceptus formalis ad vniuocationē requiritur ēt vnitas cōceptus obiectiui, i. q. vox vniuoca significet primariò aliq̄ cōmune illis, sicut homo significat primò, & immediatè humanitatē, quę est cōmunis suis inferiorib. est cōmunis oīum sententia cōtra Nominales, & pbatur, tum quia cum inquit Arist. vniuoca participare nō solùm cōmune nomen, sed etiā cōmunem substantiæ rationem in eis essentialiter inbibitā vtiq; per rōnem substātiæ non intelligit conceptū formalem illis cōmunem, sed obiectiuū, hic. n. est, qui in eis essētialiter includitur, non ille tum quia quādo dicuntur, æquiuoca, vt ab vniuocis secernantur carere vnitate rōnis, & conceptus, pſertim sermo est de vnitate conceptus obiectiui, quia ad prolationem ipsius nominis ęqui uoci experimur intellectum nostrum nō vniri concipiendo aliq̄ vnum commune illo nomine significatum, sed ad diuersa immediatè obiecta distrahi, v. g. ad plationem *Canis* non vnitur intellectus aliquo modo, sed potius distrahitur ad diuersa immediatè concipienda, s. canē marinū, terrestrem, & cœlestem, è contra, igitur vniuoca dicentur habere vnā, & eandem rōnem obiectiuā, & in prolatione vocis vniuocæ debebit intellectus colligi ad vnū, in quo inferiora cōueniāt; tum tādē quia vnitati cōceptus formalis debet necessariò respōdere vnitas obiectiui, ergo si habēt vniuoca vnitatē cōceptus formalis, vnitas obiectiui eis denegari nō poterit, patet assūptum, quia vnitas cōceptus formalis attēditur pænes vnitatē obiectiui; & hæc est sētentiā cōmunis, quā fusè probat Pasqualig. p. 2. Met. disp. 28. sec. 3.

Secundò dubitatur, an vnitas istius cōceptus obiectiui necessariò debeat esse realis, ita quod correspondeat ei à parte rei aliqua res, vel realitas, & natura communis per ipsum adæquatè concepta, & explicata, ratione cuius intercedat distīctio ex natura rei formalis inter prędicatum cōmune, & inferiora, an potius sufficiat vnitas rationis, & præcisionis per intellectum immediatè plura inadæquatè concipientem, quatenus similia, ratione cuius inter prædicatum commune, & inferiora intercedat sola distinctio virtualis, ac rationis ratiocinatę. Primū dicendi modum sequi videtur Scotistę, illi oēs, qui non solùm gradus cōmunes pdicamentales, vt hominē, & animal, sed ēt trāscendentes, vt ens, & substātiā, pprias realitates adequatè cōceptibiles, & inferioribus vniucè cōmunes (& si cū analogia mixta) pferre dicunt, vt Canon. 1. phys. q. 3. Faber. Theor. 94. Meurisſ. 1. li. suę Met. q. 7. & Bonet. cit. sequuntur etiam Recentiores quidā, vt Amic. in log. tract. 12. q. 6. dub. 4. qui per hoc distinguūt prędicatum vniuocum ab analogo, quod illud dicit vnitatem, & communitatē realem præfato modo, sed analogum per solam pręcisionem intellectus plura immediatè cōcipientis inadæquatè, vt similia; Alterum dicendi modum sequuntur alij Scotistæ, qui solum gradus communes prædicamētales asserunt importare realitates, & naturas verè communes adæquatè cōceptibiles, gradus verò trāscendentes Deo, & creaturæ communes, inquiunt importare solum conceptus inadequatos, non autem realitates, vt Lich. Vigerius, Trombet. Bargius, Herrera, & alij. Verū quicquid sit de prædicatis transcendentibus, an pręseferāt realitates, vel solos conceptus inadæquatos, de quo in Metaph. dicendum est in proposito ad vniuocationem perfectam, & puram ne-

cessa-

cessatiò requiri vnitatẽ cõceptus obiectiui ita esse realẽ, vt à parte rei correspondeat ei realitas, & natura cõmunis p ipsũ adæquatè conceptibilis, ita Doct. in 2. d.3.q.1. & 6. ostẽdit ex professo, vt ibi est videre; ad vniuocationẽ verò imperfectã, & cũ analogia mixtã (de qua duplici vniuocatione statim dicemus) qualis est vniuocatio oĩum transcẽdentiũ, nõ necessariò requiritur vnitas cõceptus realis præfato modo, sed sufficit vnitas rõnis, quæ non ideò talis dicitur, quia sit merũ opus intellectus, vt purum ens rõnis, sed quia fit p abstractionẽ, & pcisionem intellectus plura immediatè cõcipientis inadęquatè, vt similia, ob fundamẽtũ similitudinis, ꝙ reperit inter ea à parte rei, vndè in hoc sẽsu poterit dici vnitas realis fundamẽtaliter, in quo sẽsu asserit Doct. 1.d.26.lit. Y. à relationibus diuinis cõceptũ cõmunẽ realẽ abstrahi posse, cũ tñ relationib. diuinis nulla sit realitas cõmunis, & aliq. Scotistæ, etiã ab vltimis differẽtijs cõceptum communem hæcceitatis, cum tamẽ in realitate sint primò diuersę ex Doctore in 1.d.3.q.3.§. *Ad quæstionem igitur.*

Tertiò dubitatur, an conceptus vniuocus debeat necessariò perfectè præscindere tùm à suis inferioribus, tùm differẽtijs, vel modis contrahentibus, itaut in eo rationes inferiorum, vel contrahentium nullo modo inuoluantur, nec explicitè, nec implicitè; Negat Auersa cit. quest. 15. sect. 1. vbi ait sufficere imperfectam præcisionem, vnde q.13. sect. 5. statuit genus non semper præscindere perfectè à differentijs, sed in eo sæpius inuolui rationes illarum implicitè, & in tali casu non pręscindit genus, nisi ab explicito, & expresso conceptu differentiarum. Verùm opposita opinio communis est præsertim apud eos, qui per præcisionem perfectã, & imperfectam ab inferioribus, & contrahentibus distinguunt prædicata transcendentia à non transcendentibus, & vniuoca ab analogis; imò Scotus ita huic sententiæ adhęsit, vt non solùm gradus cõmunes pdicamẽtales pfectè pscindere sit arbitratus ab inferioribus, & cõtrahẽtibus, vt genus à differentijs, sed etiã idẽ affirmauerit de ipso cõceptu entis tũ respectu inferiorũ, tũ modorũ cõtrahentiũ 1.d.3.q.2. quẽ sequuntur ferè Recẽtiores oẽs, & multi ex Thomistis; Ratio aũt, cur cõceptus vniuocus debet pfectè pscindere ab inferioribus, & cõtrahẽtibus est, qa in eo vniuocata cõueniunt, & pfectè assimilãtur, si est perfecta vniuocatio, e rgo excludere debet rõnes peculiares inferiorũ, & cõtrahentiũ, quia si illas aliquo momo includeret, nõ esset tm ratio assimilãdi, sed ẽt distinguẽdi. Accedit, ꝙ genus, vt dicemus inferius, nullo modo actu continet species, & differẽtias, nec determinatè, nec indeterminatè, nec explicitè, nec implicitè, sed potentia tantùm, ergo perfectè præscindit ab eis.

Quartò dubitatur, nũ oporteat rõnem significatã p nomen vniuocum essentialiter conuenire vniuocatis an sufficiat, ꝙ eis conueniat accidentaliter, & sub allata definitione tã vniuoca essẽtialia, quã accidentalia cõprehendãtur. Et dicendũ est cũ cõmuni (quicquid dicat Pasqualig. p. 2. Met. disp. 27. sect. 2. n. 4.) nomẽ vniuocationis posse sumi dupliciter, primo modo magis propriè quo sensu significat eandẽ rationem essentialem pluribus communem, ac in eis essentialiter inclusam, & talia prædicata dicuntur vniuoca essentialia, & hæc sola videtur Arist. voluisse comprehendere sub vniuocorum definitione, vt Scotus docet q. 6. Prædicam. in corpore, & in 3. d. 7. q. 1. quod probat ex illis verbis, *& ratio substantiæ eadem, &c.* per hæc enim satis exprimit (inquit Doctor) talem rationem debere esse essentialem vniuocatis, quod adhuc magis liquet ex exemplis, quæ adducit de vniuocis essentialibus; tum quia cap. de subst. docet accidentia prædicari non posse de subiectis nomine, & rõne, ꝙ vtriq; falsum esset, si sub hac definitione ẽt vniuoca accidentalia comprehendere vellet;

let;tū demũ;qa Arist. diuisit tanq̃ in mébra opposita,nedũ formaliter,sed ẽt materialiter æquoca,vniuoca,& denominatiua,sedũ sub allata definitione cõphẽderet ẽt vniuoca accidentalia,cõfunderet vtiq; vniuoca cũ denominatiuis,vniuoca naq; accidẽtalia sunt denominatiua, vt postea dicemus;Alio modo magis latè,vt significet rõnem pluribus cõmunẽ,siuè essentialẽ,siuè accidentalẽ,ita vt inferius dicemus, nõ solùm dãtur vniuersalia esséntialia,vt genus,& species,sed ẽt accidẽtalia, vt propriũ,& accidens;& certũ est de ratione vniuersalis esse,ꝙ sit vniuocũ,ergo non solùm admitti debet vniuoca essentialia,sed etiã accidentalia,& quidẽ Scot. quoq; hãc distinctionẽ sæpius inculcauit ponẽs differentiã inter p̃dicatũ vniuocũ, & vniocè p̃dicari 1.d.3.q.3.& d.8.q.3.P. & 3.d.7.q.1.D.& cum eo Formalistæ oẽs art.1.formalit. vbi p̃ p̃dicatũ vniuocũ intelligunt vniuocũ accidentale, ꝙ de suis p̃dicatur subiectis secundũ idẽ nomen,ac eandẽ rõnem accidentalẽ, vt albũ de Cygno, & niue, per prædicatum verò vniuocè intelligunt vniuocum essentiale, ꝙ de suis prædicatur inferioribus secundum eandem rationem essentialem, vt animal de homine,& equo; Quamuis autem intentio Arist. fuerit definire vniuoca tantùm essentialia,vt dictum est,certum tamen est absolutè loquendo posse sub hac definitione comprehẽdi vtraque vniuoca,ita.n.p̃dicatur animal secundum idem nomen,& rationem de homine,& equo, sicut album dé niue,& cygno, vt docet Scot. cit. nec refert ad rationem vniuocationis,quod ratio sit vna, & eadem essentialiter, vel accidentaliter, atque ita *ratio substãtiæ* explicari debebit, quod denotet vnitatem cõceptus obiectiui, qualiscunq; ille sit,essentialis, vel accidẽtalis, & de facto ita intelligũt,& exponunt Sãche.q.1. prædicam. Caiet.Hurtad. & alij.

Quinto dubitatur,an oporteat rationẽ significatam per nomen æquè primò, & principaliter conuenire omnibus vniuocatis, vel possit cõuenire vni principaliter, & primariò, alij minus principaliter, & secundariò,siuè vni originaliter,& independenter,alij participatiuè,& de depẽdenter ab illo.Et quidẽ Recentiores multi cum Suar.disp.2.Met.sect.2.n.6. primũ affirmãt,itaut si adsit vnitas cõceptus,sed inæqualitas in participatione ipsius, inquiunt,hãc sufficere etiã si minimã,vt ille cõceptus cadat à rõne vniuocationis, & fiat analogus. At potius cum Scoto q. vlt. Prolog. in calce de duplici vniuocatione distinguendum est, altera pfecta,& cõpleta, altera diminuta, & incompleta, prior est, cum inter aliqua est similitudo in forma,& in modo habẽdi, seù essendi formæ, sicut cum forma nõ tm̃ eiusdem rõnis cõtinetur in illis, sed ẽt secundum eundem essendi modum,secundum eundem ordinem essentialem,& secundum eundem perfectionis gradum, quæ vniuocatio physica solet appellari, & tãtùm in specie infima reperitur 7. Phys. 31.Sic .n. tãtùm natura specifica indiuiduis cõmunicatur, & constituit primum, & supremum gradum vniuocationis, ex quo colligitur quatuor cõditiones ad vniuocationem puram, & perfectam requiri, prima est vnitas cõceptus,secunda, quod eodẽ modo essendi sit in omnibus, Tertia, quod descẽdat in illa eodem ordine, Quarta quod vniuocata sint eiusdẽ perfectionis essentialis, & ad hanc vniuocationem vtique requiritur,quod communis ratio ęqualiter participetur ab omnibus, & cum tota perfectione essentiali, secundum quam concipitur esse in vno, cõcipiatur etiam esse in alio; Vniuocatio verò incõpleta, & diminuta, est cum inter aliqua reperitur solum similitudo in forma, quatenus secundum eandem rationem imbibitur in illis, quæ est prima conditio simpliciter necessaria ad vniuocationem, deficiunt tamen cæteræ, quæ non sunt simpliciter necessariæ, vt in cõceptu entis respectu Dei,& creaturę substantiæ, & accidentis, & hic est minimus gra-

gradus vniuocationis, vel saltim aliquæ, quatenus illa eadẽ ratio, licet reperiatur in illis secundũ eundẽ essendi modũ, non tñ secundum eundẽ ordinẽ descendit in illa, vt numerus respectu binarij, & ternarij, vel si eodẽ ordine in illa descendit, nõ tñ secũdũ eundem pfe ctionis essentialis gradũ reperitur in illis, quẽadmodum se habet genus respectu specierũ, quia vna species est perfectior essentialiter alia ratione differẽtiæ nobilioris, & hi sũt duo gradus medij inter supremũ, & infimũ, & hæc vniuocatio incõpleta appellari solet metaphysica, & logica, quę nõ differunt, nisi q a prima fit in terminis primæ intẽtionis, altera in terminis secundæ, & ad vniuocationẽ huius secundi generis planè non requiritur ęqualitas, & vniformitas in participanda eadem communi ratione, vt patet ex eius declaratione.

Ex quibus constat ad vniuocationem absolutè, & in tota latitudine sumptam, quo sensu vniuoca definiuit Arist. cõditionem illam æqualitatis, & vniformitatis in participanda eadẽ cõmuni rõne nõ requiri, quia nihil tale ponitur ab Arist. in definitione vniuocorũ, vndè Doct. 1. d. 3. q. 2. B. loquẽs de vniuocatione in tota sua vniuersalitate inquit, *ne fiat contentio de nomine vniuocationis, conceptum vniuocũ dico, qui ità est vnus, quod eius vnitas sufficit ad contradictionem affirmando, & negando ipsum de eodem, & sufficit pro medio syllogistico, vt extrema vnita in medio sic vno sine fallacia æquiuocationis cõcludantur inter se vnum*, talis igitur vnitas conceptus requiritur ad vniuocationem absolutè sumptam, & abstrahit ab æqualitate, vel inæqualitate in participãda communi ratione. Hinc deinum infertur vniuocorum in hac amplitudine duas esse species, altera est eorum, quæ habent eandem rationem, & eodẽ omninò modo distributam inferioribus, & sic vniuocè communicantur species infimæ indiuiduis ratione differẽtiarum indiuidualium æqualis omninò perfectionis essentialis, & hæc dicuntur purè vniuoca. Altera est eorum, quorum est eadem ratio, nõ tamen eodem modo, sed inæqualiter inferioribus communicata, & ordine quodã, talia sũt genera, in quibus hac rõne ait Arist. 7. phys. 31. latere ęquiuocationes, & in vniuersũ prædicata trãscendentia, & ista dicuntur vniuoca analoga.

QVÆSTIO QVINTA.

De analogis, ac nominum analogia.

Veteres Scolastici de Analogis pauca scripserunt, & Arist. ipse in Antepræd. agens de Vniuocis, Æquiuocis, & Denominatiuis, nec verbum quidem fecit de Analogis, signum euidens materiam hanc in se non multum continere difficultatis; at postquam Caietanus edidit opusculum illud (quod aureum Complut. appellant disp. 10. log.) de nominum Analogia, tot sunt exortæ difficultates, vt nullus in logica, vel metaph. extet tractatus difficilior, adeòut Auctores non solùm in reipsa non cõueniant, verũ nec etiam in vsu nominum ad ipsam explicãdam; Nos igitur in tanta huius rei ambiguitate, & prolixitate breuiter, quantum fieri potest, tribus articulis quæstionem hanc absoluemus, inquirendo quid, & quotuplex sit analogia, an habeãt analoga conceptum vnum communem obiectiuum pręcisum, & quomodo inter vniuoca, & æquiuoca mediare dicantur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quid sit Analogum, & analogia, & quotuplex.

Analogia vox græca est, & idem sonat, quod latinè *proportio, comparatio*, seũ *proportionalitas*, vt habetur ex Quintil. lib. 1. cap. 6. & Cicer. lib. 1. de Vniuersit. quæ omnia aliqualem conuenientiam simul cum differentia, aut inæqualitate important, vndè analogia ex vi nominis significat diuersitatem cum ali-

aliquali similitudine mixtam; quare sicut ea propriè dicimus esse adinuicē proportionata, aut proportionalia, quæ non ita sūt diuersa, vt nō in aliquo ēt sint similia; ita illa dicuntur analoga, *quorū nomen cōmune est; & ratio significata per illud nomē partim est eadem, partim diuersa*, quę analogorū explicatio cōmuniter ab omnibus recipitur, & ex ipsa deducitur analogiā in nominibus debere dicere aliquā rōnem, quæ substet alicui nomini, quæ tñ ratio obiectiua aliquā vnitatē, & aliquā simul diuersitatē importet, qua rōne Scot. 1.d.8.q.3.sub E. ait vnitatē analogiæ (quā ibi attributionis appellat) esse maiorē vnitate æquiuocationis, & minorē vnitate vniuocationis, atq; ideò cōmuniter censētur analoga verè mediare inter vniuoca, & æquiuoca, quod in quo sensu sit verū, postea explicabimus. Vera igitur ratio analogiæ cōsistit in proportione plurium rerū, quā habent adinuicē secundum diuersas rōnes, q̄ meritò additur, quia proportio, quæ est secundū easdē rōnes, non est vera proportio, sed vnitas, quæ cōstituit vniuocationē, vt Petrus, & Paulus in humanitate nō dicuntur proportionari, quia nō cōparantur inuicem secundū diuersas rationes, sed penitus assimilari, & hinc patet, quomodo Analogia dicat cōceptum obiectiuum partim eūdem, partim diuersum, est enim diuersus, quatenus dicit diuersas rōnes obiectiuas est idē nēpè secundum proportionē, quia ꝓportio, cum ex intrinseca sua rōne ponat aliquam similitudinem, dicit etiam aliquam vnitatē estò imperfectam. Patet e. iā, quomodo Analoga discernātur ab vniuocis, & æquiuocis, dicuntur.n. vniuoca cōuenire secundum vnitatē simpliciter, quia assimilātur in aliqua natura, analoga verò dicuntur cōuenire secundum vnitatē proportionalē, quatenus non sunt res habētes paritatem, seù similitudinem in aliqua natura, sed dicuntur esse idem proportionaliter, nō æqualiter, quasi.s. in sua mēsura, & ꝓportione, vnde vniuoca habēt rōnes absolutè similes, & absolutè cōueniūt in natura, at analoga habēt solum cōuenientiā relatiuā, .i. iuxta proportionē, & cōmēsurationem, neutrām habent æquiuoca, sed in sola voce conueniunt.

Quot autem modis analogia contingat, quotque sint eius species, maior est difficultas, nā in primis in ipsis assignandis valde discrepant Auctores; aliqui.n. vnam tantum speciem analogiæ propriæ agnoscūnt, sed non omnes eandem assignat, Caiet. opusc. cit. cap. 1. vi nominis analogię insistens, quod proportionē significat, vt diximus, solam analogiā proportionis vocat veram analogiam, reliquas abusiuè; sic etiam loquitur Soto c. de æquiuoc. art. 2. Corollar. 1. Pasqualig. p.2. Met. disp. 30. vbi analogiam attributionis negat esse veram analogiam; Scotus è cōtra hanc solam videtur agnoscere, nam vbicunque de analogia loquitur, semper de attributionis analogia sermocinatur, vt in 1.d.3. quæst.3. Q. & d.8.q.3.E. & in 2.d.12.q.2.G. & in 4.d.12.q.1.H. & q.13. vniu. Arriaga quoque disput. 11. log. sect. 4. sola admittit analoga attributionis, metaphorica tamen, in quibus ratio significata nō repetitur propriè in oībus analogatis, in quo differt à Scoto, vt videbimus postea. Alij verò analogiæ nomen extēdētes, vt dicat nō solùm proportionē, & similitudinē inter aliqua, sed etiā habitudinē per modū ordinis, seù dependentię duas agnoscūt species, vnā, quæ dicitur proportionis, seù proportionalitatis, alterā attributionis, ita Scotistę quamplures Faber. in Philosoph. Theor. 95. c. 1. & in Met. lib. 4. disp. 1. c. 21. Menriss. lib. 1. suę Met. q. 8. not. 3. Fuent. in log. q. 12. diff. 2. art. 1. & passim Recentiores Thomistæ Complut. in log. disp. x. q. 2. Io: de S. Tho. p. 3. log. q. 13. art. 3. Morisan. disp. 3. log. q. 2. art. 1. Alij vltra has duas species tertiam addunt, quæ est inæqualitatis, vnde præter analoga attributionis, & proportionalitatis, assignant analoga inęqualitatis; ita videtur sentire Suar. dum in Met. di-

sp. 2.

sp.2.sect.2.n.6. & alibi sępè docet esse de rõne vniuocationis, ꝙ ratio significata per nomen æqualiter cõpetat inferiorib. & nõ vni dependẽter ab alio, alioquin ex tale inæqualitate statim emergit analogia, & sequtur Auers. q.15. log. sect.3. Alij demú quartã addunt specie analogiæ, .s. trãscendentiã, ità ex Recentiorib. quamplures, qui cõtendũt solã trãscendẽtiam, qua ita ratio aliqua trãscendit p̃ inferiora, vt imbibatur in ipsorũ differentijs, cõstituere analogiã, ẽt seclusa omni dependẽtia vnius analogati ab alio, Hurtad. in log. d.9. sect.4. sub sect.5. Didac. à Iesu d. 11. q.4. Blanc. disp.4. sect.6. & alij, &c. Verũ nõ tm̃ discrepãt Auctores in assignatione specierũ analogiæ, sed ẽt in earum appellatione, quidã .n. vocant analogiam ꝓportionis, quã alij dicunt attributionis, vnde distinguũt analogiam proportionis ab analogia ꝓportionalitatis, alij ẽ cõtra confundunt analogiam proportionis cũ analogia proportionalitatis, vt eandem.

Pro resolutione quantum spectat ad litem de nomine, nę de verbis contendamus vocabulum *proportionis* deseremus, de quo est contentio, retinendo vocabula *attributionis*, & *proportionalitatis*, quantum verò spectat ad litem de re, aduertendum est, quòd dum laborant Auctores inquirere veras, & proprias analogiæ species, si per propriam analogiam intelligunt eam (vt velle videntur) quæ omnem prorsus excludat vniuocationẽ, vel æquiuocationem à prædicato, quod in esse analogi constituit; vanus est eorum labor, quia nullum tale prædicatum reperiri potest, quod sit purè analogum, sed analogia semper reperitur mixta cũ vniuocatione, vel æquiuocatione, vt infra, illa igitur erit vera, & propria analogia, quæ excludit puram vniuocationem, & puram æquiuocationem, & iuxta maiorem, vel minorem exclusionem huiusmodi puritatis variæ poterunt, & debebunt assignari analogiæ species, vnde iuxta hanc doctrinam, quæ frequentissima est in Scola Scotistarum assignantium diuersos gradus vniuocationis, & æquiuocationis loquemur.

Explicatur Analogia attributionis.

Dicendum est primò Analogiam attributionis non solùm esse veram, sed primam quoque, & principalem analogiæ speciem, & huius speciei analoga dicuntur illa, quæ cum communi nomine significentur, vnum tñ ad aliud ordinẽ, & attributionẽ habẽt in participãda cõmuni rõne, vel ambo ad tertium, meritò cuius dependẽtię, ac subordinationis vocãtur hæc analoga ab Arist. *ab vno*, & *ad vnum* 1. Ethic. c.6. 4. Met. 2.7. Met. 15. & alibi sæpè, nã quatenus oĩa denominãtur ab vna forma, dicuntur *ab vno*, & quatenus minus principalia analogata dicũtur talia p̃ ordinẽ ad vnum terminũ, dicuntur *ad vnum*. Conclusio ab oĩb. recipitur paucis quibusdam exceptis, & ꝙ sit vera species analogiæ manifestè colligitur ex Arist. 4. Met. c.1. & li.5. c.6. & li.7. c.4. quibus in locis disertè docet ens dici de substãtia, & accidẽte analogicè, vt sanũ dicitur de animali, cibo, & pulsu, & inter ea cõstituit analogiã attributionis, probatur ẽt ex rõne Analogiæ attributionis, quam oẽs definiunt *esse illã, secũdum quam aliqua habent nomen cõmune, rationem verò substantiæ secundum illud nomen, eandem secundum terminum, & diuersam secundum habitudines*; sicut sanũ dicitur analogum attributionis, quia conuenit medicinæ, & pulsu; respectu eiusdem termini .s. sanitatis in animali; at habitudines sunt diuersæ, nam pulsus habet habitudinem signi, & medicina habet habitudinem efficientis, vt benè Doctor explicat loc. cit. cum igitur ista præter cõmunitatem nominis habeant quoque rationem substantiæ, partim eandem, partim diuersam, planè analoga erunt, quæ ita describuntur, & hæc vnitas attributionis, & ordinis verè analogica erit; Tandem vt ait Io. de S. Tho. cit. vsus inualuit

ualuit in oĩbus scolis, vt analoga sumantur generaliter pro his, quæ nec purè æquiuoca sũt, nec purè vniuoca ex quacunq; habitudine id procedat, frustra ergò conatur Pasqualig. cit. disp. 33. sect. 3. negare analoga attributionis, quæ nec sũt purè vniuoca, quia attributio tollit æqualitatẽ in participãdo cõmuni nomine, & rõne, nec purè æquiuoca, quia vnitas attributionis est maior vnitate æquiuocationis.

Quòd verò sit prima, & pricipalis species analogiæ probatur, tũ quia Arist. 5. Met. 12. docens, quę dicantur vnũ secundũ analogiam, explicat hanc vnitatẽ per habitudinẽ, quę constituit analogiã attributionis, dicẽs *secũdũ analogiã verò, quæcunq; se habent, vt ad aliud*, quasi nulla alia detur species analogię pter istã; tum quia etsi dentur alię species analogię, in oĩbus tñ, & singulis aliquo semp modo inuolutã inuenitur attributio, & ordo ad vnũ principale analogatũ, ꝙ prius, & pfectius com muné rõnem participat, qua rõne D. Th. 1. p. q. 13. art. 6. & q. 16. art. 6. docet in oĩbus analogis necesse esse, ꝙ oĩa dicantur per respectũ ad vnũ, & Scotus nullã aliã videtur speciẽ analogię admittere pręter istã, vt Faber. cit. adnotauit 4. Met. & Ruuius in lóg. trac. de analog. ita de facto tenet cum multis alijs. Tum demum, quia hęc analogię species tàm cęteris pręstat, vt per eius rationem explicetur analogia in communi, hęc .n. ab omnibus explicari solet per habitudinem, & ordinem prioris, & posterioris in participãda communi ratione, in qua fit analogia, quod in tantum verũ est, vt dixerit Caiet. c. 1. de nom. analog. in fine quasi synonima esse aliquid dici analogicè, & dici p prius, & posterius, et Pasqualig. d. 30. sect. 2. testatur esse omnium tam cõmunem sententiã, vt potius supponatur, quã probetur, sed hic ordo prioris, et posterioris adinueniri nequit, nisi cũ attributõe posterioris ad prius ergo, etc.

Ceterum, vt Doctor aduertit 2. d. 12. q. 2. G. 4. d. 12. q. 1. sub H. et Alensis 7. Met. tex. 5. quos præter Scotistas iã cit. sequuntur Suar. in Met. disp. 28. sect. 3. n. 14. Ruuius, et Mor. sãn. loc. cit. Auers. q. 15. sect. 4. et etiã ex Thomist. quãplures Capreol. 1. d. 2. q. 1. ar. 1. concl. 9. Ferrara 1. contra Gentes c. 34. §. *Ad primum*, et §. *Aduertendum*, Bannes 1. p. q. 13. art. 6. hæc analogiã dupliciter contingere põt, vel ita ꝙ analogata sic se habeãt, vt primũ tm̃ analogatũ propriè, et intrĩsecè tale denominetur per formã sibi inexistentẽ, reliqua verò extrinsecè rõne solum illius habitudinis, quam habent ad illud primum, ac velut impropriè; vel ita quòd omnia analogata formam illam propriè, ac intrinsecè includant, licet adhuc cum subordinatione, et dependẽtia vnius ad aliud, vel amborũ ad tertiũ; primo modo analogicè dicitur sanitas de animali, cibo, medicina, et vrina, quia ratio formalis sanitatis, quæ est debita humorũ temperies, intrinsecè, et formaliter est in solo animali, in medicina verò, cibo, et vrina, tm̃ extrĩsecè, tãq in terminis habitudinis, q̃ dicũt ad sanitatẽ animalis, s. in medicina, tanquam in causa effectiua, in cibo tãquam in conseruatiua, et in vrina tanquam in signo; alio modo analogicè dicitur ens de Deo, et creatura, substantia, et accidente, vt Arist. docet 4. Met. c. 1. et lib. 5. cap. 6. et lib. 7. c. 4. quibus in locis constituit analogiam accidentium ad substantiam, quam certum est talem esse, vt ratio entis propriè, et intrinsecè omnibus conueniat; et hæc analoga multis inter se differunt, vt notat Suar. et clarè colligitur ex Scot. cit. primò, quia in analogis prioris generis ordo, et habitudo ad primum analogatum est ratio formalis, et præcisa, cur talia dicuntur, nõ sic in analogis secũdi generis, vt patet in exemplis allatis. Secũdo, quia si analoga primi generis definiuntur, per ordinem ad primũ definiri debent, quia est ratio præcisa cur talia dicantur, in analogis secundi id necesse non est, cũ omnia à propria forma talia dicãtur; Tertio in priori genere rio-

nomẽ propriè attribuitur solũ primo analogato, cæteris impropriè, in posteriori propriè oĩbus. Quartò in priori genere non datur vnus cõceptus cõmunis oĩbus, quia forma, vnde sumitur analogia, est in vno tm intrinsecè, in alijs extrinsecè solũ, at in secundo datur cõceptus cõmunis oĩbus, quia oĩbus inest intrinseca forma, unde desumitur; tandẽ nomen analogum prioris generis nequit esse mediũ in demonstratione, qa deficit ei vnitas rõnis secus de nomine analogo posterioris generis.

Adhuc autem analoga attributionis vtriusq; generis subdistinguuntur; si enim loquamur de analogis prioris generis, sunt quadruplicia, sicut quadruplex nata est esse dependẽtia cæterorum analogatorum ad primũ iuxta quatuor causarum genera, vnde alia erunt analoga attributionis ex efficiẽte, vt medicũ instrumentũ, & præceptũ medicũ, quatenus in hoc cõmuni nomine cõueniunt cũ medico, ad quẽ dicunt ordinẽ, vt ad causã efficiẽtẽ illis vtentẽ, alia ex fine, vt medicina sana, sana dieta, quatenus cõueniunt in cõmuni nomine sani propter depẽdentiam, quã habent ad sanitatem animalis, vt ad suũ finẽ; alia ex forma, vt homo viuus, & homo pictus, vel sculptus, quatenus conueniũt in nomine hominis propter ordinem ad formam, & effigiem hominis viui, quam imitantur; alia demum ex materia, vt aureum vas ex auro confectum, & aureum vas pictum, quod vas ex auro confectum imitatur. Si verò loquamur de analogis posterioris generis, sunt triplicia, prout ordo in eis, quæ eandem formam, & rationem participant, ex triplici capite oriri potest, nam interdum oritur talis ordo præcisè ex varietate graduum perfectionis essentialis eorum, in quibus reperitur, sicut accidit in speciebus sub vno genere, quarum vna est perfectior alia essentialiter ratione differentiæ ex Arist. 10. Met. 2. Aliquando etiam oritur propter ordinem essentialem, quem seruat illa ratio communis in inferiora descẽdens, sic accidit in numero (vt communi Scotistarũ exemplo vtantur) qui in binariũ prius, quã in ternariũ descendit; Aliqnãdo nedũ propter ista, sed & ob diuersitatẽ modorũ essendi, vt accidit de ente respectu Dei, & creaturæ, substantiæ, & accidẽtis, qa in Deo est à se, & p essentiã, in creatura ab alio, & p participationẽ, in substãtia p se, & in se in accidẽte p inalietatẽ, & depẽdẽtiã ab ea, & in hoc sẽsu attributio sumitur in oĩ rigore pro depẽdẽtia nimirũ essentiali vnius analogati ab alio, vel pluriũ analogatorum ab vno tertio.

Contra hanc cõclusionẽ primo objicit Pasqualig. cit. probãs hæc analoga attributionis nõ esse verè analoga, sed *ab vno*, vel *ad vnum*. Tũ quia ita vbiq; loquitur Arist. & præsertim 1. Ethi. c. 6. contradistinguit analoga ab his, quæ *ab vno*, vel *ad vnum* dicuntur. Tum 2. quia analogia cõstituitur per proportionẽ, vt patet ex vi nominis analogiæ ab initio articuli, ergo cum hæc attributio nullam importet proportionẽ, neq; etiam importabit veram analogiã. Tum demum, quia hæc attributio importat præsertim dependentiam aliorum analogatorum ad principale analogatum, sed dependentia præcisa proportione analogiam nõ inducit, alioqui vbicunque reperitur, etiam adesset analogia, quod tamen constat esse falsum, nam effectus vniuocus est talis dependenter à causa vniuoca.

Resp. estò ab Aristot. vocentur hæc analoga *ab vno*, & *ad vnum* ex vi attributionis, quam important, non idcircò ea exclusit ab analogorũ numero, & falsum est 1. Ethic. cap. 6. contra distinguere analoga ab his, quæ *ab vno*, vel *ad vnum*, imò potius analoga distinguit in analoga attributionis, quæ appellat *ab vno*, & *ad vnum*, & in analoga proportionis, seu proportionalitatis, quæ vocat *secundum comparationem rationum*. Ad 2. licet analogia ex vi Græci vocabuli solam proportionem sonet, tamẽ apud Latinos analogiæ nomen magis extensum est, vt

non

non solũ dicat ꝓportionẽ, seu similitudinẽ inter aliqua, sed etiã habitudinem per modũ ordinis, seu depẽdẽtiæ, & attributionis; imò multi hãc analogiã attributionis vocãt ꝓportionis, vt diximus, nã attributionẽ, quã habet vnũ ad alterũ, vel multa ad vnũ, volunt esse ꝓportionẽ, vnde sanũ appellãt analogũ ꝓportionis, & attributionis, quia de vrinã, & medicinã dicitur secundũ ꝓportionẽ, quã habet cum sanitate animalis, inquantũ vrina est signum sanitatis, medicina verò causa, & hoc est dici p attributionẽ ad illam. Ad 3. ꝑter depẽdẽtiã requiritur ad inducendã analogiã ꝑdicatũ cõmune pluribus conueniens vni principaliter quantũ ad nominis impositionẽ, ac indepẽdẽter, alteri verò minus principaliter, & depẽdẽter, q in causa, & effectu nõ cernitur, nã calor, v. g. æquè primò significat calorẽ ignis vbi est indepẽdenter, & aquæ, vbi est dependenter ab igne, ità insinuat Doct. loc. cit. vbi etiã docet qualẽcunq; inæqualitatẽ in participanda cõmuni rõne sufficere ad inducẽdã analogiã, vt magis mox declarabimus, & ideò cõsultò plures modos huius analogiæ cõstituimus iuxta varios gradus vniuocõis, quos tollũt, vt quisque videat dependentiam per hanc analogiã importatam nõ semper essentialem esse.

Deinde quamplures Thomistæ, quibus præiuit Caiet. opusc. cit. cap. 2. Complut. Ioan. de S. Tho. Pasqualig. Didacus à Iesu, Cunnel. p. 1. q. 13. art. 6. q. 2. Serna in log. disp. 13. sect. 1. quæst. 1. art. 4. Tolet. in antepræedic. c. 1. Amic. tract. 12. log. q. 4. dub. 2. art. 3. probant esse contra analogiam attributionis, quod omnia analogata intrinsecè participent formam, in qua fit analogia; Tum quia secundariò analogata non dicuntur talia, nisi per attributionem ad primum, sed attributio non videtur esse, nisi quædam extrinseca denominatio, ergo, &c. Tum 2. quia si reperiretur in singulis, nõ esset cur dependerent minus principalia analogata ab vno termino, & talia dicerentur per habitudinẽ ad illud, cum illa forma sit in oĩbus. Tum 3. quia Arist. ipse hæc attributionis analoga explicat exẽplo sanitatis in animali, cibo, pulsu, &c. quæ solũ in animali intrinsecè reperitur. Tũ 4. dici nõ pòtposse esse in singulis cũ depẽdẽtia tñ ab vno, nã in principali analogato est indepẽdens, & in alijs est depẽdens, at impossibile est eãdem formam esse dependentem, & independentem ex natura sua. Tum 5. si intrinsecè participant formam eiusdem rationis, iam vniuocè, non verò analogicè conuenirent in ea. Tum 6. quia non fieret attributio alterum analogatorum ad primum secundum diuersas habitudines vt habetur in definitione huius analogiæ superius allata, sed secundũ habitudines eiusdem rõnis, quia in oĩbus esset eadem ratio fundandi; imò non posset afferri ratio, cur hoc analogatum pẽdeat ab illo, & nõ è cõtra, cũ eadẽ forma sit in omnibus.

Resp. ad 1. ex Scot. in 4. loc. cit. vtique in analogis prioris generis habitudinem ad principale analogatum esse rationem formalem præcisam denominandi talia cætera analogata, & dicere denominationem extrinsecã à forma illi inexistente desumptam, & in cætera deriuatam, at secus est in analogis posterioris generis, nam in vtroque extremo (ait Doctor) est aliquod absolutum, propter quod formaliter vtrumque dicitur tale, licet super vnum absolutum fundetur ordo ad aliud, vndè denominabitur tale per formam sibi intrinsecam fundantem ordinẽ ad aliud. Ad 2. illa forma habetur in omnibus, sed diuersimodè descendit in ea, quia nõ tum conuenit vni per aliud, vt est de ente respectu Dei, & creaturæ, & perfectius in vno reperitur, quàm in alio, & hæc diuersitas in modo participandi eandem formam, etiam intrinsecè sufficit ad inducẽdam attributionẽ vnius ad aliud, & consequenter analogiam, vt docet Doct. cit. & lib. Elench. q. 13. §. *ad primam ergo quæstionem.* Ad 3. ait Doctor in 2. loc. cit. quod etsi res ità se habeat

beat in vno exéplo, s. de sano, ut centū est cōtrariū, vnde adducit ibi alia exépla ad oppositū, s. de ente respectu Dei) & creaturæ, substātiæ, & accidētis, de gradu generico respectu specierū, in quibus séper est aliqua attributio ad pfectiorē, quia in vnoquoq; genere séper est vnū, ꝙ est metrū, & mensura aliorū ex 10. Met. vtitur verò Arist. sæpe exemplo de sano, quia in illo manifestior cernitur attributio, & analogia. Ad 4. nō implicat formā eiusdē rōnis, & eandē nō quidē per inexistentiā, sed per indifferentiam (quo sensu quælibet natura communis dicitur eadem in suis inferioribus, vt in Met. declarabitur) in vno suorum inferiorum dependere, in alio non dependere, quia id non procedit ex tali identitate, sed ex diuerso modo descédēdi in illa, & quādo etiā tota hæc diuersitas prodiret ab extrinseco ex differentijs nimirū contrahentibus, vt oēs cōcedūt de gradu generico respectu specierū, adhuc ista sufficit (inquit Doct.) ad inducendā analogiā, vt docet Arist. 7. Phys. 31. vbi ait in genere analogiā latere ex hac sola diuersitate ab extrinseco prodeunte, & ratio est quam adducit 3. Met. 11. quia prius, & posterius (quocunq; modo sit) nō stat cū omnimoda vniuocatione; per quod diluuntur oēs obiectiones, quas contra hāc solutionē congerit Pasqualig. cit. disp. disp. 33. sect. 2. Ad 5. gratis conceditur in eo casu illa plura vniuocè cōuenire in forma, sed cum tali vniuocatione stat ét analogia, quia supponitur illa forma participari ab eis nō æqualiter, & vniformiter, sed per prius, & posterius pfectiori, & impfectiori modo, ꝙ analogiā inducit. Ad 6. quāuis illa definitio præsertim à Thomistis afferatur, adhuc nobis non officit, & adhuc secūdū diuersas habitudines cætera analogata referētur ad primū, quia non sola forma in oībus intrinsecè reperta est ratio fundādi, vel terminandi habitudinē, sed debet ét attendi modus, quo in eis reperitur, nā cū diuersimodè in ea descendat, in vnū prius, independenter, & perfectius, in aliud posterius, dependenter, & imperfectius, ideò in istis est ratio fundandi dependentiam, & in illo est ratio terminandi.

Explicatur Analogia proportionalitatis.

Dicendum est secundo, alteram speciem analogiæ, quæ dici solet proportionis, vel melius proportionalitatis, admitti debere, velut aliquomodo, nō tñ prorsus condistinctā ab analogia attributionis; Analoga huius speciei sūt illa, quæ licet habeant rōnes simpliciter diuersas, quia tñ sunt pportionaliter similes, ideò participant cōmune nomē, quorū plurima solét afferri exépla, nam Arist. 2. Post 87. attulit exéplū spinæ, & ossis, dicés ita se habere spinam in pisce, sicut os in alijs animalibus, & 1. Ethic. c. 6. affert exéplū visus, ꝙ nomé dicitur de intellectu, & de oculo, quia dicimur videre corporaliter, & intellectualiter, & Auers. 5. Met. com. 12 attulit exéplū gubernatoris, ꝙ nomen dicitur de eo, qui regit ciuitaté, & q regit nauē, & qui regit domū, & cōmuniter circumfertur exemplum de risu, qui dicitur de homine, & de prato florente, & exemplum de pede, qui dicitur de pede animalis, de base lectuli, & radice montis, vnde tunc semper ista interuenit analogia, cum nuncupamus aliquid eodem nomine à proportione, quam habet ad aliam rem; Hæc verò analogia potius dici debet proportionalitatis, quàm proportionis, hoc enim interest secundum Mathematicos inter hanc, & illam vt notat Doct. 4. d. 6. q. 10. quòd proportio est habitudo quædam vnius rei ad aliam, vt inter duo, & quatuor est proportio dupla, sed proportionalitas est habitudo duarum proportionum adinuicem conuenientium, vt si dicamus, sicut se habet duo ad quatuor, ita se habet tria ad sex, cum igitur hæc species analogiæ in tali comparatione consistat, quòd v.g. sicut

se ha-

se habet risus ad hominem, ita florere ad pratū, & sic de alijs, planè analogia proportionalitatis potius, quæ inter quatuor versatur terminos, quàm proportionis, quæ tantùm inter duo, vocari debet.

Potest aūt hæc quoq; analogia dupliciter contingere, vt de analogia attributionis dicebamus; vno modo, ita ꝙ vnū mēbrū sit absolutè tale per suā formā, aliud verò, vt stat sub cōparatione, & proportione ad illud, rōne cuius per metaphorā significatur nomine absolutè, & propriè primo membro conueniente, vt patet de risu respectu hominis, & prati, nā propriè dicitur de homine, de prato verò metaphoricè per quandā cōparationē, & proportionē, nā sicut risus in homine prouenit ex interiori hilaritate, cū bene se habet, & aliquo oblectatur obiecto, sic pratū ridere dicimus, quia bene se habeat, & sua amenitate quasi tripudiare, ac luxuriare videatur; altero modo contingere pōt per denominationē intrinsecā oīum analogatorū, cū nimirū in vnoquoq; est verū, & intrinsecū fundamentū proportionalis conuenientię, & vnūquodq; participat cōmune nomē, quia licet habeant rationes diuersas, tamē cum hac ipsa diuersitate proportionem aliquam inter se seruant, quæ, quia cuicunq; est intrinseca, ideò ex natura rei, & propriè vnumquodque participat illud commune nomen, quod talem indicat proportionem; ita analogicè dicitur principium de patre respectu filij, de fonte respectu riuulorum, de corde respectu vitæ, de fundamento respectu domus, de puncto respectu lineæ, de præmissis respectu demonstrationis, &c. & nomē gubernatoris de eo, qui regit ciuitatem, qui regit nauem, & qui regit domum; non enim ità metaphoricè hæc nomina dicuntur de aliquo suo significato, sicut per metaphoram dicuntur prata ridere, & Christus appellatur Agnus, Leo, Petra, &c. sed cum longè maiori proprietate.

Hunc modum analogiæ proportionalitatis admittūt tam Thomistæ ex Caiet. loc. cit. c. 3. q̃ Scotistæ, vt est videre apud Fabr. & Meuriss. in Met. cit. sed cū aliquo discrimine, nā in istis analogis Thomistæ nullā admittunt attributionem vnius ad aliud, sed volūt cōmune nomē oīa ęqualiter, & p se significare, & quidem illa oīa immediatè significare, nō aūt aliquē cōceptū eis cōmunē, ac ēt secundū suas ꝓprias rōnes, nō absolutè sūptas, sed vt ꝓportionabiliter se habētes inter se, vt declarāt Cōplut. & Io. de S. Th. cit. Scotistæ è contra volunt hoc nomine significari conceptū cōmunē analogaris, & erit v.g. conceptus principij, vt sic, gubernatoris, vt sic, & vlterius in istis analogis admittūt attributionē ad vnū prius, & Faber, q̃uis hāc negauerit in Philos. tn̄ postea cōcedit in Met. loc. cit. iuxta quā explicationē nullatenus prorsus differt hic secūdus modus analogię ꝓportionalitatis à secūdo modo analogiæ attributionis, vnde & hūc modū, sicut & illū ad vniuoca reducūt; Verū hic modus non est cū illo prorsus confundēdus, q̃uis. n. cū eo conueniat, quantū est ex parte attributionis, q̃ inuoluit, vt clarè patet in exēplis allatis, nā principiū primò, & p se significat illud, à quo p verā originē ꝓcedit aliud secūdū esse, & p attributionē ad hoc principiū dicitur de reliquis, gubernator primò dicitur de rectore ciuitatis, & p attributionē ad hūc dicitur postea de rectore nauis, & domus, quatenus funguntur isti in domo, & naui eodem munere, quo ille in ciuitate, vnde immeritò negant Thomistę attributionem in his analogis; adhuc tamen in hoc discriminantur, quod hic nomen commune nō significat vnum communem conceptum, & vnam formam, vt in analogis attributionis, sed immediatè plures, non quidem omninò diuersas, vt in purè æquiuocis, sed proportione similes, alia enim ratio principij est in corde, fonte, puncto, &c. cum tamē non sit alia sanitas, à qua animal dicitur sanū, & medicina sana, nec alius entitatis

conceptus, à quo substātia, & accidēs dicūtur ens; quare hic modus analogiæ attributionis ad æquiuoca reducēdus erit, nō ad vniuoca, cū nō importet vnitatem cōceptus; qua de causa in secūda cōclusione diximus hāc speciē analogiæ proportionalitatis admitti debere, velut aliquo modo, non tamen prorsus condistinctam ab analogia attributionis.

Contra hāc conclusionē arguūt Suar. Ruuius, Pasqualig. Blā. loc. cit. probādo, ꝙ oīs vera analogia ꝓportionalitatis includit aliquid metaphoræ, & improprietatis, ut patet de risu respectu hominis, & prati, quorū fundamentū est, quia ꝓportionalitas de se est insufficiens ad inducēdā analogiā, siquidē vera proportionalitas pōt et reperiri inter res vniuocas, & omninò similes, vere .n. dicimus, ꝙ sicut se habet quatuor ad duo, ita octo ad quatuor, vel ꝙ sicut homo cōparatur ad suos sensus, ita equus ad suos, & tñ nomē dupli, vel animalis non est analogū, sed vniuocū, ergo vt proportionalitas analogiā inducat, debet aliqd metaphoræ, & imꝓprietatis includere. Deindè vel ratio cōmuni nomine significata inuenitur per se primò, & intrinsecè in oībus analogatis, vel in vno tñ, in cæteris verò extrinsecè, & veluti per metaphorā, si primum, ergo erunt vniuoca, nā oīs ratio cōis pluribus æqualiter ab illis participata est vniuoca, si secundum habetur intētum. Deniq; hæc analogia fundatur in proportione duorū, vel pluriū adinuicē, ergo non pōt, ꝙ dicit in vno propriè, dicere ꝓpriè in alio, sed tantùm metaphoricè, alioquin non esset in eo secūdum proportionem, proportio .n. excludit proprietatem.

Resp. ad 1. cōcedendo posse fieri proportionalitatem in vniuocis ad exprimēdum omnimodam similitudinem (estò aliqui contendant hanc non fore propriè proportionalitatem) & talem proportionalitatem vtique non sufficere ad analogiam; sed datur alia proportionalitas, quę non supponit, nec exprimit, nisi meram vnitatem, & conuenientiam proportionalem, & hæc se sola sufficit sine aliqua metaphora, vel improprietate ad analogiam. Ad 2, hoc nomen analogū non significat rōnem vnā, sed immediatè significat ipsa analogata secundū suas ꝓprias rōnes, non absolutè sumptas, sed vt proportionabiliter se habentes inter se, inquantum .s. vnum ꝙ q; fundat habitudinē ad suum esse similem habitudini, quam fundat alterum, sine metaphora, vel improprietate, quare est analogum ad ęquiuocationem potius tēdēs, quā ad vniuocationē. Ad 3. proportio excludit ꝓprietatē, si per hāc intelligatur omnimoda similitudo, nā quę sūt ꝓportionaliter similia, vtiq; nō sunt omninò similia, at nō sēper excludit proprietatē, si per hanc intelligas veritatē, & in hoc sensu dicimus interdū nomē analogum propriè, .i. verè, & non metaphoricè dici de pluribus, verè .n. & non metaphoricè, cor est principiū vitæ, fundamentū domus, & vtrūq; nomine principij nominamus, quo vtiq; non significatur aliqua vna natura, seu similitudo omnimoda vtrobiq; participata, sed vniuscuiusq; formæ proportio, vt sicut se habet cor in animali, ita fundamentum in domo, atq; adeò aliquā vnitatē retinēt ista duo in ipsa ratione principij, non quidem vnitatem naturarū, sed solum proportionum absq; metaphora.

Explicatur Analogia Inæqualitatis.

Dicendum tertio admittendam quoque esse alteram speciem analogię, quæ dicitur inæqualitatis, vt vilem, non tamen, vt condistinctam ab analogia attributionis. Conclusio est contra Caiet. cit. vbi analoga huius speciei, definit esse illa, quorum nomen est commune, & ratio secundum illud nomen est eadem, inæqualiter tamē participata quoad perfectionem, vt homo, & brutum cōueniūt in nomine, & ratione animalis, sed homo participat naturam animalis contra-

ctam

etiam prationalitatem, quę est differentia multò pfectior irrationalitate cōtrahēte animal ad brutū, vndè fit, vt natura animalis in homine sit multò pfectior, quàm in bruto, nō quidē per essentiā ipsius animalis præcisē, sed p differentiā rationalitatis adiunctā; quo circa cū hæc inæqualitas, etiam in gradibus vniuocis reperiatur, f.in generibus respectu specierū, infert Caiet. non inducere veram analogiæ speciē, quā putat esse cum vniuocatione incōpossibilem, & ideò cōcludit hāc speciē analogiæ esse inutilem, & sequuntur passim Recentiores omnes.

Sed apud Scotistas, quos sequtur Auers. cit. admittētes varios gradus, tū vniuocationis, tū analogiæ, & copossibilitatē huius cum illa in aliquo gradu inæqualitas participandi eandē cōmunē rōnem quoad ordinē, vel pfectionē essentialē sufficit ad inducendā verā analogiam, quia ex vi huius inæqualitatis illa ratio cōis in inferioribus partim est eadē, partim diuersa, in quo ratio analogię cōsistit; Et hic dicēdi modus fundamentū habet in Arist. qui ratione huius inæqualitatis 7. Phys. 31. ait in generibus latere analogiam, & 3. Phys. 70. ait naturā infiniti nō esse vnā, & eandē, i. vniuocam in pluribus, quia dicitur secundū prius, & posterius, & 3. Met. 11. insinuat prius, & posterius nō stare cum pfecta vniuocatione, de cuius rōne est, ꝙ natura participetur ab inferiorib. cū omnimoda æqualitate, ac vniformitate quoad p se ordinē, & pfectionē essentialē; cū igitur secūdū Arist. sufficiat hęc inęqualitas ad tollēdā pfectionē, & puritatē vniuocationis, sufficiēs itē erit ad inducendā verā, & propriā analogiā, nā per analoga apud omnes intelliguntur illa, quæ nec sunt purè æquiuoca, nec purè vniuoca.

Respōdent aliqui ex Suarez loc. cit. nō quamlibet inęqualitatē sufficere ad analogiam, & præsertim illam, quæ oritur ex differentijs contrahentibus, sufficientem non esse, quia cum hæc sit extrinseca prorsus naturæ cōmuni, nullo modo minuit vnitatē rōnis eius, & vniuocationē, sed ad analogiā inferendā requiri inæqualitatē pfectionis, & ordinis prouenientē ex ipsa rōne cōmuni, quæ ex se postulet prius, & absolutè esse in vnā specie, & deindè in alijs per habitudinē ad primā, & hæc inæqualitas dici pōt essentialis depēdentia; vt patet in ente, sano, & similibus, nā ipsa ratio cōis entis ex se postulat, vt determinetur per modos intrinsecos cū tali ordine, & habitudine ad vnum, & ideò licet secundū cōfusā rōnem sit eadē ratio entis, sicut est vna, tñ non est omninò eadē, quia nō est ex se omninò vniformis, qualē vniformitatē requirūt vniuoca; Hinc ad Arist. testimonia allata dicentes prius, & posterius nō stare cō vniuocatione, inquiunt, id intelligi nō de quolibet priori, sed de participatione priori, & posteriori alicuius cōmunis, vt vni conueniat per aliud, non autē de participatione priori, & posteriori secundum proprias rationes diuidentes illud commune, nam ibi non est prioritas constituens dependentiam, sed tantum dignitatem.

Hæc solutio allatis Aristot. testimonijs directè aduersatur, qui manifestè loquitur de inæqualitate perfectionis, & ordinis resultāte in ipsa natura communi ex membris diuidentibus, & ait hanc etiam aliquam inducere analogiam; quod autem hæc inæqualitas non minuat vnitatē rationis eius, non obstat, quin analogiam inducat, nam non ex defectu vnitatis dicimus talē naturam esse analogam, sed ex defectu illius æqualitatis, & vniformitatis, qua solet natura specifica descendere in indiuidua nullo prorsus per se ordine seruato, qua ratione ipsa sola dicitur perfectè, & purè vniuoca ob æqualitatē differentiarum in perfectione essentiali. Accedit, non esse omninò certum talem inæqualitatem ex ipsa ratione communi pullulantem possibilem esse, & fortè nulla alia inæqualitas in rationibus communibus, & præcisis adinueniri potest, nisi quæ illis superuenit extrinsecè, ex diffe-

rentijs cõtrahẽtibus, vt multi vrgẽter demõstrãt, ꝓferri n Pasqualig. cit. & Hurtad. disp. 9. sect. 3. subsect. 4. & Arriag. disp. 11. log. sect. 2. ꝙ multò antea de ipso ente docuit Mairon. q. de vniuoc. entis dub. pen. cũ ergo dicit Arist. inæqualitatẽ in rationibus cõmunis ad analogiã sufficere; vtique de ista intelligi debebit, & denique quãdo illa inæqualitas concedatur, & vt sufficiẽs ad analogiã admittatur, nõ idcircò hæc alia velut insufficiens reijci debet, & negare, ꝙ suo modo analogiã nõ inducat. Quod eò magis dicendũ est, quia etsi hęc inæqualitas ex differẽtia oriatur, adhuc tñ ex ipsa rõne cõmuni oriri dicitur suaptè natura exigẽte talẽ differẽtiarum inæqualitatẽ. Vtilis igitur est ista species inæqualitatis, non tamen est ita constituẽda, vt sit diuersa ab analogia attributionis, quia includitur in illa, vt bene aduertit Faber. cit. in Met. nã quod est analogum analogia attributionis, per prius dicitur de vno, posterius de altero.

Explicatur Analogia transcendentia.

Dicendum 4. Trãscendentiam se sola analogiam inducere non posse, sed tantùm ratione inæqualitatis, qua prædicatum transcendens in inferiora descendit per dependentiam essentialem vnius ab alio, atque ideò non constituit speciem ab analogia attributionis distinctam. Conclusio est Scot. loc. cit. vbi docet ens, & alia prædicata ratione huius inæqualitatis esse analoga, & probatur, quia in primis Auctores oppositæ sentẽtiæ abutuntur nomine transcendentiæ, nam per ipsam intelligunt rationem omnibus rebus communem, ac in eis essentialiter inbibitam; at multa sunt prædicata transcendentia, quæ non sunt ita communia, vt conceptus voluntatis, iustitiæ, scientiæ, & malè negat Hurtad. cit. §. 46. esse transcendentia, quia cũ non recludantur in aliquo prædicamento, & sint indifferentia ad finitum, & infinitũ, transcendentia dici debent; nã per se primus cõceptus transcendentiæ in tali indifferentia cõsistit, & exclusione à ꝓdicamento, vt Scot. docet 1. d. 8. q. 3. N. & O. ꝙ autẽ sit cõmune multis ꝓdicatũ trãscẽdens, hoc ei accidit, inquit Doctor, & sequitur Auers. in philos. q. 3. sect. 12. Et substãtia in cõmuni ad Deũ, & creaturã vtique trãscẽdens dicitur, cũ tñ nõ sit oĩbus rebus cõmunis, cũ ergo ex suo primo cõceptu trãscendẽtia nõ dicat partim similitudinẽ, partim dissimilitudinẽ (quæ est ratio analogiæ) eorũ, quibus cõmune est prædicatũ transcendens, sed tñ exclusionem à prædicamento, & indifferentiã ad finitũ, & infinitum, planè non se sola, sed ex vi inæqualitatis annexæ, qua in inferiora descendit, analogiam inducet. Accedit etiam, falsum esse ipsum ens esse ita transcendens, vt non solùm essentialiter, & quidditatiuè imbibatur in inferioribus suis, verùm etiam in ipsorum differentijs, ac in suis modis contrahentibus, nam dato, quòd ita includatur in quibusdã paucis differentijs, quas appellant non vltimas, falsum tamen est includi eodem modo in differentijs vltimis, ac suis modis contrahentibus, vt docet Doctor 1. d. 3. q. 3. §. *Contra istam vniuocationem*, & dicemus in Met. disput. de natura entis; ruit igitur totum fundamentũ huius opinionis, quod erat prædicatum transcendens ex vi suæ transcendentiæ formaliter imbibi in inferioribus, & eorũ differentijs, & sic esse rationem simul, & semel ea distinguendi, & assimilandi. Rursus dato, quod inferiora, ac eorum differentiæ ita essentialiter includãt trãscendentia, tamen transcendentia in suis rationibus non ita includunt inferiora, ac eorum differentias, quia inferiora, & contractiua semper accidunt superioribus, & hoc verum est de gradibus communibus tàm prædicamentalibus, quàm transcendentibus, quia vtrobique eędem rationes militant, ergo ratio præcisa trãscendentis dicit tantùm similitudinẽ inferiorum, & sic ex vi suæ transcendentię

non

non erit analoga, sed tm̃ ratione inæqualitatis, qua in inferiora descẽdit. Denique ex eo præcisè, ꝙ aliqua ratio sit transcendens, nõ sequitur, ꝙ in illa cõueniant, & differant formaliter inferiora, etiã si seq concedatur inclusionẽ eius in differentijs eorũ, ergo ex simplici transcendentia nõ sequitur analogia, ꝓbatur assũptum, qa fieri põt, ꝙ aliqua differant secundum suas differentias, nõ verò secundũ rõnem inclusã in illis, vndè nõ valeret sic arguere, differẽtiæ differũt se totis, ipsa tota sũt entia, ergo differunt, vt entia, quia quis, vt differũt, includerent ens, nõ tñ differrẽt formaliter in ipso ente, sed potius cõuenirẽt in hoc, ꝙ vtraq; differẽtia est ens.

Contra hanc conclusionẽ instãt Hurt. Blanc. Didac. & alij, tunc aliqua ratio est analoga, quãdo in ea inferiora aliquo modo conueniunt, & differunt, in hoc.n.cõsistit vera analogia, & per hoc distinguitur à pura vniuocatione, & æquiuocatione, quarũ vna solum est ratio conueniẽdi, altera differendi, at sola transcendentia, & inclusio entis, v.g. in vltimis differentijs hominis, & leonis, facit vt homo, & leo conueniãt in rõne entis prout ꝓcisa, & in eadẽ ꝓut inclusa in vltimis differentijs ipsorũ distinguãtur, ergo sola trãscẽdentia analogiam causat. Confir. ratio vniuoca, ideò tm̃ est principium cõueniendi inter sua inferiora, qa in differentijs eorũ nõ includitur, vt cõstat de rõne animalis respectu hominis, & leonis, ergo, cũ trãscendentia causet talẽ inclusionẽ analogiam quoq; causabit. Confirmatur adhuc, quia sola inæqualitas proueniens ex ipsa ratione superiori, quæ suapte natura petit prius participari ab vno inferiorum, & postea ab alijs depẽdenter ab illo, sufficit ad analogiam, non autem illa, quæ præcisè prouenit ex ratione differẽtiarũm, alioquin nulla ratio cõmunis esset vniuoca, qa in inferioribus habet diuersitatem ratione differentiarum; sed talis inæqualitas oritur præcisè ex transcendentia rationis communis, ex vi cuius includitur et in differentijs inferiorũ, ergo ipsa sola sufficit, maior patet, ꝓbatur minor, qa eo ipso, ꝙ includitur in differẽtijs, nõ põt inæqualitas ex parte differẽtiarũ emergere, quin ẽt emergat ex parte ipsius rõnis cõis quæ in eis includitur. Demũ analogia rei trãscẽdentis participatæ ab inferiorib. cũ depẽdẽtia vnius ab alio nõ prouenit ex depẽdẽtia, ergo ex sola trãscẽdentia, probatur assũptũ, quia talis depẽdentia stare põt cum præcissima vniuocatione, sicut.n. accidẽs pẽdet à substãtia in genere causæ efficiẽtis, & materialis, ità actus vitalis à potentia, quæ tñ vniuocè cõueniunt in genere qualitatis.

Resp. has omnes rationes ex eodẽ falso fundamento procedere, quod .s. transcendentia importet inclusionẽ transcẽdentis etiam in differentijs, ac modis cõtrahentibus ipsum, quod prorsus falsum est, quo etiã admisso, nec sequitur intentum, vt constat ex dictis in probanda cõclusione; ad primam igitur negatur minor; At instant, si non includitur ens formaliter in differẽntijs, & modis contrahentibus, ergo per nihil cõtraheretur ad constituendum aliquid, quia modi contrahentes essent formaliter nihil. Resp. faciliter ex Doct. cit. modos entis formaliter loquendo nõ esse entia, aut aliquid, nec non entia, aut nihil, sed esse entia, & aliquid solum realiter, & idènticè, formaliter verò sunt talitates entis, quod ẽt dicere tenetur Hurtad. & quicunque ex Aduersarijs concedunt differentias non includere formaliter rationem generis, nam præciso cõceptu relationis, vel qualitatis à contrahentibus differentijs, vel istæ sunt formaliter relatiuæ, vel absolutæ, & currit omninò eadem paritas, vt dicetur in met. disp. de natura entis. Ad confirm. tunc ratio vniuoca est perfectum principium conueniendi, quãdo in inferiora descendit eodem ordine, & per differentias prorsus æquales in perfectione essentiali, quales sunt indiuiduales, ꝙ si differentiæ non sint æquales redundat inæ-

inæqualitas in rōnem cōmunē, ob quam deficit aliqualiter ab vniuocatione, & ad analogiā vergit; potius ergo ex defectu inæqualitatis in cōtrahētibus, quā inclusionis in eis, procedit, ꝙ ratio vniuoca sit tm̄ principiū cōueniēdi; & rursus falsum est, ꝙ assumitur in cōsequēte, trāscēdentiā s. causare huiusmodi inclusionem. Ad aliā conf. falsa est maior, vt n. cōstat ex 3. concl. etiā inæqualitas ex parte cōtrahētium præcisè emergens suo modo analogiā inducit (siuè hæc appelletur analogia Metaphysica, siuè sit solū Physica, vt aliqui cōtendunt, parū refert) nec indè seq. tur nullā rōnem fore pfectè vniuocā, qa etsi quælibet habeat in inferiorib. diuersitatē rōne differentiarū, nō tn̄ semp hæc diuersitas in inferioribus est essentialis; falsa est ēt minor, vt sæpè dictū est, quod trāscendentia causet eā inclusionē. Ad vltimū satis patet ex solutione tertiæ conf. primi argumēti cōtra primā conclusionē huius art. qualis dependentia requiratur vnius ab alio in participanda cōmuni ratione ad inducendam analogiam, & falsum est potētiā vitalē esse in genere qualitatis, vt notat Doctor 2. d. 16. q. vn.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Num Analogum dicere possit conceptum vnum ab analogatis præcisum.

QVæsitum hoc examinari solet tam de cōceptu formali, quàm obiectiuo, nos tamen præsertim de obiectiuo disseremus; nam indè constabit, quid dicēdum sit de conceptu formali, quia nullam potest habere vnitatē conceptus formalis, quam non accipiat ab obiectiuo per ipsum repræsentato; vnitas siquidem imaginis, qualis est conceptus formalis, nonnisi ex vnitate rei repræsentatæ, qualis est obiectiuus, potest attendi; vndè satis hallucinātur illi, qui analogatis vnitatem conceptus obiectiui denegantes, concedunt vnitatem cōceptus formalis.

Prima sententia negat vniuersaliter analogis omnibus talem vnitatem cōceptus, & asserit analogum dicere tantùm ipsa analogata in confuso, prout habent inter se aliquam habitudinem, ita Caiet. tract. cit. Complut. & Ioan. de S. Thom. loc. cit. Zimara in tabula verbo *Analog.* Fonseca 4. Met. cap. 2. q. 1. & 2. Vasquez p. 1. disp. 114. cap. 2. nu. 6. Ruuius in log. tract. de analog. Pasqualig. par. 2. Met. disp. 31. Altera sententia affirmat posse in analogis saltim quibusdam reperiri conceptum vnum præcisum, ità Scotistæ oēs (vno excepto Fuent. iam cit.) cum Scot. loc. cit. p. d. 3. q. 3. in sol. ad 2. & d. 8. quæst. 3. in sol. ad 3. & quicumque cum ipso tenēt analogiā esse cum vniuocatione interdum compossibilem, sequitur Suarez in Met. disp. 2. sect. 2. & disp. 28. sect. 3. & disp. 32. sect. 2. Hurtad. in log. disp. 9. sect. 5. Auersa in log. q. 15. sect. 3. Serna in log. disp. 3. sect. 1. q. 1. art. 5. & multi ex insignioribus Thomistis Capreolus p. d. 2. q. 1. Iauell. 4. Met. q. 1. Sot. c. 4. Antepræd. q. 1. & quicunque tenent ens esse analogum, & habere conceptum præcisum ab inferioribus.

Pro decisione quæsiti recolendum est ex præcedenti articulo ex analogis quædam esse, quorum significatum nō reperitur formaliter, & intrinsecè, nisi in prīcipali analogato, in cæteris autē per denominationem extrinsecam, ità se habēt analoga attributionis, & proportionalitatis primi modi, vt patet de sano respectu animalis, & medicinæ, & de risu respectu hominis, & prati; quædam verò esse, quorū significatū reperitur formaliter, et intrinsecè in oībus analogatis, sed primario, & principaliter in vno, in quo est indepēdēter, in alijs verò depēdēter ab illo, & ità se habent analoga attributionis, & proportionalitatis secundi modi, vt patet de ente respectu Dei, & creaturæ (ꝙ supponimus esse analogū attributionis, vt in Met.) de principio respectu fōtis, cordis, fundamenti domus; &c: hoc prænotato.

Dicendum 1. analoga attributionis, & pro-

proportionalitatis primi modi non posse habere vnũ conceptũ cõmunẽ, neq; obiectiuũ, neq; formalẽ, sed plures, cũ vnitate tñ cõparationis, & cõnotationis, quo solo differunt à purè æquiuocis. Cõclusio habetur quasi in terminis ex Doct. cit. in 2. d. 12. q. 2. in sol. ad 4. pro altera opinione, vbi sic loquitur, *non est idẽ conceptus sanitatis, qui dicitur de vrina, de animali, & de dieta, nã non est idem formalis conceptus sanitatis, vt est æqualitas humorum, & vt est quid causatiuum sanitatis, vel significatiuũ sanitatis, licet in vtroq; materialiter includatur formalis cõceptus sanitatis, & tunc dico, quod huiusmodi conceptus sunt formaliter diuersi in illis, de quib. dicuntur, nam causatiuũ sanitatis est formaliter in dieta, vel in tali potione, vel herba, significatiuũ in vrina est, & hi conceptus formaliter diuersi ordinantur ad istũ conceptum sanitatis, qui est æqualitas, vel proportio humorũ, quæ vt sic formaliter est solum in animali*, per quę vltima verba insinuat vnitatẽ cõparationis, & connotationis, quæ est propria analogiæ, maior quidẽ vnitate æquiuocationis puræ, quæ est solius nominis, sed minor vnitate vniuocationis, quæ dicit vnitatẽ conceptus cõmunis oĩbus, vt ait in 1. d. 8. q. 3. infra E. idem dici debet de risu respectu hominis, & prati, quod est analogum proportionalitatis primi modi, nõ ergo vnitas aliqua naturæ, & conceptus significati debet concedi huiusmodi analogis, sed ad summum habitudo quædam, quæ non fit per modũ veræ, & absolutæ vnitatis, sed per modum cuiusdam attributionis, & proportionis, quę solet dici vnitas proportionalis.

Probatur autem conclusio, quia vnitas horum analogorum non consistit in aliquo, quod intrinsecè reperiatur in omnibus, sed in ordine vnius, vel plurium ad vnum terminum, à quo recipiunt denominationem, quia ad illum habent connotationem, vel habitudinem, ergo ista analoga non possunt reduci ad vnũ conceptũ, ꝓbatur cõsequẽtia, quia talis vnitas, cum sit vnitas ordinis, & habitudinis vnius, vel pluriũ ad aliud necessariò plures petit cõceptus illi ordini adiunctos, & ad talẽ cõnotationẽ, & habitudinẽ exercendã necessarios. Confirmatur, quia ei, ꝙ est simpliciter tale, & per intrinsecã denominationẽ, & ei ꝙ est secũdũ q̃d tale, & per extrinsecã, nõ est dabilis vna ratio cõmunis, vt monet Doct. 1. d. 29. q. vn. sed ita res se habet in his analogis, quia solũ principale analogatũ dicitur simpliciter, & absolutè tale per intrinsecã denominationẽ, cætera verò talia secundũ quid ꝑ denominationẽ ab illo; & rursus si talis ratio comunis est abstrahibilis, petendum est, an sit intrinsecæ denominationis, & sic nõ erit cõmunis oĩbus, quia nõ in omnibus talis forma est intrĩseca, vel tñ extrinsecæ denominationis, & sic nõ cõpeteret principali analogato. Tandẽ in his analogis peculiariter verificatur cõmune dialecticorum axioma, ꝙ *analogũ per se sumptum stat pro famosiori significato*, signũ euidens non posse ab his analogis cõmunẽ abstrahi cõceptũ, qui, si id possibile foret, vtiq; pro hoc cõmuni supponeret analogũ absolutè sumptũ; & hinc fit, vt huiusmodi analogum nequeat esse medium in demonstratione, quia significat rationes plures.

Dicendum 2. nec etiam omnia analoga denominationis intrinsecæ habere vnum conceptum communem præcisũ, sed illa tantùm, quę sunt attributionis secundi modi. Conclusio colligitur ex Scoto cit. & probatur, quia analoga proportionalitatis secundi modi, vtiq; sunt analoga per denominationem intrinsecam, quia vnumquodque verè dicitur tale, & non metaphoricè tantùm, vt constat ex dictis art. præced. concl. 2. & tamen non habent vnum conceptum cõmunem, ergo non omnia analoga intrinsecæ denominationis habent communem conceptum abstrahibilem, probatur assumptum, quia vt repræsentẽtur hæc analoga, qua-

tenus

tenus talia sunt, debẽt repſentari propriẽ rõnes ipſorũ fundantes diuerſas proportiones cũ aliqua tñ inter ſe ſimilitudine, quæ proportionalitas appellatur, fundata in illis diuerſis proportionibus, ergo hęc analoga, vt eadẽ ſecundũ proportionem, nequeunt repræſentari vnico conceptu obiectiuo, qa licèt habeãt vnitatẽ, & conuenientiã ꝓportionis, hæc tñ conueniẽtia adeò exilis eſt, vt nequeat illa coadunare in vnicũ cõceptũ obiectiuũ, ſed tñ habet vim cõnectendi diuerſos illos conceptus adinuicẽ, cũ.n. proportio ſit eſſentialiter ad aliud, nõ põt aliqd intelligi, vt proportionẽ habẽs, niſi cũ alio cõferatur, vnde ex vi cõceptus ipſius debet ẽt aliud cõcipi; Confirmatur, quia, & ſi hæc analoga ſint talia p intrinſecã denominationẽ formæ, hæc tñ denominatio nõ ſumitur ab vna forma in oĩbus intrinſecè reperta, ſed ſumitur à pluribus, & diuerſis, nõ quidẽ vt omninò diuerſis, ſicut cõtingit in æquiuocis, ſed vt ꝓportione ſimilibus, vt explicatũ eſt concl. 2. præced. art.

Ex hoc probatur altera concluſionis pars, quòd nimirum analoga attributionis ſecundi generis habeant vnum conceptum communem præciſum, quia hæc propriè, ac intrinſecè talia dicuntur ab vna forma, quæ in omnibus, & ſingulis eſt eiuſdem rationis, vt quædam natura communis in inferioribus, ac proinde verè, & propriè conueniunt in tali forma, ratione cuius propriæ conuenientiæ abſtrahibilis eſt vna ratio cõmunis omnibus, vt patet de ente, & cæteris tranſcendentibus, quod ex profeſſo in Met. probabimus. Verum quidem eſt (quod eſt valde notandum) vt monet Doctor 1. d. 8. q. 3. talem vnitatem conceptus his analogis conuenire non ex vi ipſius analogiæ, ſed ex vi vniuocationis annexę (vt enim dicemus art. ſeq. omnia huius generis analoga mixta ſunt cum vniuocatione) nã ex vi ſimplicis analogiæ nequeunt habere, niſi vnitatẽ attributionis, & ordinis ad primũ analogatũ, quæ licet ſit maior vnitate ęquocationis, adhuc tñ minor eſt (ait Doct.) vnitatẽ vniuocationis, vt pote quę indifferenter cõpoſſibilis eſt cũ hac, & illa, ex quo patet analoga, vt analoga nũquã puenire poſſe ad vnitatẽ cõceptus abſtrahibilis, q̃ a hęc eſt propria vniuocorũ.

In oppoſitum obijcitur primò, probandò omnia analoga in vniuerſum habere conceptum communem præciſum; Tum quia omnia analoga, quantumuis imperfecta, analoga ſunt, non æquiuoca, ergo habent aliquid commune, non ſolùm in voce, ſed etiã in re ſignificata per illam; Tum 2. certum eſt analogum de ſuis analogatis prædicari, vel igitur ſola vox communis prædicatur, & ſic erunt æquiuoca pura, vel aliquod commune ſignificatum per eam, & habetur intentum. Tum 3. quando concipiuntur analoga conceptu repræſentante conueniẽtiam ipſorum, vel concipiuntur ſecundũ rationem aliquam communem, & habetur intentum, vel ſecũdum rationes particulares, & ſic non concipiuntur ſecundum rationẽ conuenientiæ. Tum 4. quãdo plura concipiuntur, vt plura, ſecundũ rationes quidditatiuas, concipiuntur, vt æquiuoca, ergo vt concipiantur vt analoga, debẽt concipi ſecundum aliquã rationem communem, & vnam. Tum tandẽ vel analoga, quando cõcipiuntur, ſunt plura ſimpliciter, vel aliquo pacto vnũ; ſi primũ, non cognoſcuntur, vt analoga, ſed vt merè æquiuoca, quia analoga ſunt aliquo pacto vnum, ſi ſecundum, ergo habẽt aliquam rationem obiectiuam vnitatis.

Reſp. ad 1. analoga ex vi analogiæ nõ habere communem conceptum, in quo coadunentur obiectiuè, habere tamen connexionem rationum particularium ſecundum eſſe obiectiuum, habent enim inter ſe, vel ad vnum tertium talem habitudinem, ſeù dependentiam, ex vi cuius vnum concipi non poteſt ſine alio & in hoc ſecernuntur ab æquiuocis, qui ex vnitate vocis non habent talem connexionem particularium conceptuum,

ſiqui-

siquidē ad prolationē vocis *Galli*, aut alterius nominis merè æquiuoci pōt ad libitū ītelle ?tus i ta folū cōcipere gallū gallinaceū, sicut & hominē ex Gallia ortū. Ad 2. analogū, vt analogū, dicitur de pluribus, secundū diuersas rōnes, & secundū aliquā habitudinē, analoga quidē attributionis dicuntur secundū habitudinē, qua vnū ordinatur ad aliud, proportionalitatis verò secundū habitudinē, qua vnū cōparatur, & quodāmodo assimilatur alteri; vnde ex vi analogiæ nulla habetur vnitas, & cōmunitas rōnis, sed solius nominis, cui substituuntur immediatè diuersæ rōnes obiectiuæ, nō vt absolutè diuersæ, sed vt habētes ꝓportionē adinuicē, inquo analoga differūt à purè æquiuocis, quę habēt cōmune nomē diuersa significans, & sub rōnibus diuersis absq; vlla prorsus habitudine, vel proportione vnius ad alterū. Ad 3. p nomē analogū, vt sic cōcipiuntur immediatè ipsa analogata secundū suas proprias rōnes, non absolutè sūptas, sed vt ꝓportionabiliter se habentes inter se, & in hoc sensu dicūtur cōcipi secundum rōnem conuenientiæ. Ad 4. analoga licet cōcipiātur, vt plura, & secundū diuersas rōnes, non tñ cōcipiuntur, vt æquiuoca, quia simul concipitur proportio, quā habent adinuicē. Ad 5. cōcipiuntur, vt plura simpliciter, & vnū proportionaliter, quæ vnitas attributionis, & proportionis deficit æquiuocis, & minor est vnitate vniuocationis.

Secundò obijcitur probando, quod analoga omnia, saltim intrinsecæ denominationis, habere debeant conceptum communem præcisum, Tum quia ideò conceditur talis vnitas analogis attributionis secundi generis, quia omnia analogata sunt talia per denominationē intrinsecam, cum ergo ita se habeāt etiam analoga proportionalitatis secundi generis ipsis etiam vnitas conceptus obiectiui neganda non videtur. Tum 2. quia omninò abstrahibilis videtur ratio communis principij ad cor respectu vitę fontis respectu riuulorū, fundamēti respectu domus, &c. gubernatoris respectu regentis domū, ciuitatē, & nauē, sustētādi carnes respectu ossis, & spinæ, quæ cōmunis ratio sustētandi carnes, regēdi, & principiādi postea cōtrahatur p rōnes peculiares sic sustētādi, sic gubernādi, sic principiādi, ergo his, & similib. analogis non est negāda talis vnitas rōnis. Tū tandē, quia ipsa saltim ꝓportionalitas, seù similitudo ꝓportionū pōt ab his analogis pscindi, & illa vnico conceptu repsentari, ergo, &c.

Resp. ad 1. analogis attributionis secundi generis deberi, & assignari vnitatē cōceptus, nō præcisè, quia intrinsecè talia denominētur, sed quia sic denominantur ab vna, & eadem forma in oībus, φ non contingit in analogis proportionalitatis secundi generis, vt dictū est in probanda secunda conclusione. Ad 2. In illis analogis sub nomine principij, gubernatoris, &c. re vera nō significatur vna forma, vt multi etiam ex nostris existimāt, quę simpliciter sit vna in ratione, & quidditate formæ, sed solum insinuatur cōuenientia quædam in singulis in modo habendi suas formas, quod est suo modo, & proportionabiliter esse tale, non impliciter, vnde ratio v.g. principij in fundamento, & in corde non dicit aliquam vnam formam constituentem rationem fundamēti, & cordis, sed omninò diuersas formas, suo tamē modo habentes rationem principij, & hoc tenemur dicere, nę confundamus vnitatem proportionis cum vnitate vniuocationis. Ad 3. concedimus posse præscindi conceptum proportionalitatis, at nomen analogum, .s. principij gubernatoris, &c. non significat gradum ipsum relationis, in quo conueniūt duæ proportiones, quia hoc significatur per nomen ipsum proportionalitatis, sed significat ipsa extrema, inter quæ versatur proportionalitas, quæ quia in ratione analogorum non considerantur secūdum gradum communem, sed secūdum proprias rationes, vt tamen proportionabi-

stabiliter se habentes; ideò ab illis, vt sic, abstrahi nequit ratio aliqua communis, etsi ab ipsis relationibus abstrahi possit.

Tertiò obijcitur è contra nullũ prorsus analogum posse habere conceptum vnum præcisum analogatis communem, quia planè implicat, & est repugnãtia in terminis, ꝙ sit conceptus analogi, & ꝙ sit vnus, quia analogia intrinsecè includit, vel plures rõnes habẽtes inter se proportionẽ, vel plures habitudines ad vnã formã, rõne quarũ cõceptus obiectiuus analogi nõ põt esse vnus. Confirm. quia si talis cõceptus nõ attingit plures rõnes, sed vnã, in qua singula inferiora cõueniãt, iã erit vniuocus, nil. n. amplius ad vniuocationẽ desideratur, quã pfata vnitas. Si dicatur cũ Suarez, posse analogũ pferre conceptũ cõmunẽ, & vnũ, sed inæqualiter inferioribus cõmunicabilẽ p differentias depẽdẽtię, & indepẽdẽtię, ita ꝙ intelligatur prius descẽdere ad vnũ analogatũ, & posterius ad aliud in virtute prioris, ac proinde nõ esse vniuocũ, de cuius rõne est esse æqualiter cõmunicabilẽ inferioribus, sine essentiali depẽdẽtia vnius ad aliud; & sic adhuc in eo cõsistere rõnem analogiæ, quia in illo vno, & eodẽ conceptu conueniunt inferiora, & differunt; conueniunt rõne vnitatis eius, differunt ratione illius inæqualitatis. Contra instat Hurtad. cõceptus cõis nõ est diuerso modo, & inæqualiter participabilis, nisi rõne modorũ contrahentium, sed hi modi nõ includuntur in conceptu abstracto, neq; igitur includetur illa inæqualitas; Neque dicas, ꝙ licet in conceptu abstracto non includantur hi modi, tñ includitur ordo ad hos modos, quatenus ille cõceptus est suaptè natura capax, & exigitiuus talium differentiarum inæqualium. Nam in conceptu abstracto, vel consideratur hic ordo, & tunc nõ potest esse abstractus ab his modis, sicut neque ordo potest considerari non consideratis terminis, ad quos est ordo, vel non consideratur, & sic abstrahit ab ipsomet ordine. Accedit, ꝙ admissa hac inæqualitate ex parte ipsius rationis communis prodeunte, & non præcisè ex parte differentiarum, iam ille conceptus non erit in se vnus, sed potius geminatus, & duplex, quia inæqualitas necessariò ex'git duo.

Si dicatur, hãc inæqualitatẽ nõ tollere vnitatẽ conceptus, sed tñ ex parte minuere, itaut nõ sit tã pfectè vnus, quantũ ad vniuocationẽ requiritur. Contra, instat Pasqualig. cit. nõ datur impfecta vnitas, quia vnitas non põt tolli, nisi per multiplicitatem, & hæc ex natura sua pfectè tollit vnitatẽ; ex quo fit, ꝙ vnitas, & multiplicitas consistant in indiuisibili, vnde si altera ab altera tollitur, adæquatè tollitur, ergo non põt dari aliquid, ꝙ non sit perfectè vnũ, aut pfectè multiplex. Accedit, ꝙ oĩs ratio Metaphysica consistit in indiuisibili, nã essẽtiæ rerũ sunt sicut numeri 8. Met. 10. ergo nõ põt tolli indiuisibilitas, nisi ponatur multiplicitas rõnum formaliũ; ex quo rursus sequitur, quòd si ratio illa ad inferiora descendit, debet modo indiuisibili, & secundum se totam descendere ad omnia, quia non potest aliquid relinquere, secundum quod non descendat, alioquin esset diuisibilis, si autem secundũ se totam ad omnia descendit, iam descendit æqualiter, nec perfectiori modo est in vno, quàm in alio, quantum est ex se, sed tantum ratione contrahentium.

Resp. hanc difficultatem illos vrgere, qui admittunt possibilem esse conceptum præcisum, & vnum purè analogũ, & talem de facto ponunt conceptum entis, & cuiusq; transcendentis, at nos non admittentes purum analogum, leuiter premit, quia libenter concedimus analoga, vt analoga, nunquam peruenire posse ad vnitatẽ conceptus abstrahibilis, quod si interdum talem videantur obtinere vnitatem, vt in transcendentibus, hoc vtique non est exui ipsius analogiæ, sed ex vi vniuocationis annexæ, analogia enim secum non defert, nisi vnitatem attribu-

tributionis, vel proportionis, quę est vnitas imperfecta semp inuoluēs, vel plures rōnes inter se proportionē habentes, vel plures habitudines ad vnā formā, vt benè cōcludit argumentū, hæc verò vnitas attributionis addita vnitati vniuocationis, cum qua bene cōpossibilis est, sicut vnitas minor cū maiore, propriè nō minuit eā, sed tm̄ reddit inęqualiter participabilē ab inferioribus; & quis hæc inæqualitas oriatur ex differētijs analógatorū, vt cōtendit Hurtad. tn̄ adhuc dicitur oriri quoq; ex ipsa rōne cōmuni exigente tali modo, & tali genere inæqualitatis participari, quia licèt in illo statu abstractionis pscindat à differentijs, tn̄ cōsideratur adhuc, & fundamētaliter est capax, & exigitiua differentiarū sic inæqualiū; non igitur ex defectu vnitatis talē conceptū appellamus analogū, sed potius ex defectu æqualitatis, quæ requiritur ad pfectā vniuocationē; Præterquā φ falsum est, φ Pasqualig. addebat, non posse dari vnitatē, nisi sit pfecta vnitas, nec multiplicitatē, nisi sit pfecta multiplicitas, nam quis nō videt in vtraq; dari latitudinē; sanè Arist. 5. Meth. t. 2. plures gradus vnitatis distinxit, dum dixit *alia numero, alia genere, alia specie, alia analogia vnum sunt*, & de facto videmus cum vnitate specifica naturæ stare multiplicitatē eius numeralē, & cū vnitate generica stare specificā, nō ergo quęlibet multiplicitas statim ex integro quālibet destruit vnitatē, nec quælibet vnitas dici pōt perfecta, sed tātùm illa, quæ nullam secum compatitur multiplicitatem.

ARTICVLVS TERTIVS.

An, & quomodo analogum mediet inter vniuocum, & æquiuocum.

APud Thomistas omnes ita certum est analogum mediare inter vniuocum, & æquiuocum, vt id potius supponant, quàm disputent, vnde pauci tractant hoc quæsitum in terminis. Scotistæ è contra, ita pro comperto habent oppositum, vt absolutè pronuncient analogum inter vniuocum, & æquiuocum nullatenus mediare posse, ita Formalistæ omnes tr. 1. Formalit. Sirect. Vallō. Trōbet. Faber. 4. Met. loc. cit. Meurisse in sua Met. lib. 1. q. 2. not. 3. & alij passim. Pro resolutione quæsiti notandum est analogum sumi posse dupliciter, formaliter, s. & materialiter, analogum materialiter est ipsummet prædicatum, quod denominatur analogum; formaliter verò est ipsamet ratio analogiæ, quæ ipsum tale denominat; quare cum quæritur, an, & quomodo analogum mediet inter vniuocū, & æquiuocū, pōt quæsitū intelligi de analogo formaliter, & materialiter sūpto, & iuxta diuersā analogi acceptionē quæstio erit diuersimodè resoluenda.

Dicendum igitur est iuxta allatam distinctionem, quod analogum formaliter sumptum ita mediat inter vniuocum, & æquiuocum, vt nunquam cum alterutro coincidat, at materialiter sumptum semper cum alterutro coincidit; & sensus est reperiri non posse prædicatum analogū, quod simul non sit, vel vniuocum, vel æquiuocū, ita quod ratio analogiæ in aliquo prædicato sola reperiri non potest, sed semper mixta cum vniuocatione, vel æquiuocatione, sed quamuis analogum semper sit materialiter mixtum cū vniuocis, & æquiuocis, formaliter tamen semper remanet impermixtum, quatenus ratio formalis analogiæ nunquā coincidit cum ratione formali vniuocationis, & æquiuocationis, & vnitas analogiæ est formaliter diuersa ab vnitate vniuocationis, & æquiuocationis, siquidem est maior ista, & minor illa. Conclusio apertè traditur à Scoto 1. d. 8. q. 3. in sol. ad 3. E. vbi docet vnitatē analogiæ, quam ibi vocat attributionis, esse vtique maiorem vnitate æquiuocationis, sed minorem vnitate vniuocationis, ac proinde esse cum illa compossibilem, quia non repugnat minor vnitas cum maiori, sicut quæ sunt vnum genere, sūt vnum specie,

licet

licèt vnitas generis sit minor, quã vnitas speciei, ita, inquit Doct. licèt vnitas attributionis nõ ponat vnitatem v: iuocationis, pôt tñ stare cũ illa, licèt hæc nõ sit formaliter illa; hæc Scot., quibus verbis Doctor duo manifestè insinuat (quæ sũt duę partes nostræ cõclusionis) vnũ est, analogiã stare posse cũ vniuocatione, vel ęquiuocatione in eodẽ pdicato, ꝙ est coincidere materialiter cũ vniuocis, vel æquocis, alterũ, ꝙ estò ita coincidat, adhuc tñ sẽper est formaliter diuersa vnitas analogiæ ab vnitate tã ęquocationis, quã vniuocationis, cũ quib. coiũcta reperitur, & est quodammodo media, quia est minor ista, & maior illa; & quidẽ hãc veritatem attigit P. Faber. in sua Philos. Theor. 95. c. 1. in fine, vbi etiã soluit rõnem aliorum Scotistarũ in oppositũ, quamuis postea in Met. loc. cit. eadẽ rõne fultus absolutè pnunciet analogũ nullo modo inter vniuocũ, & æquiuocum mediare, & ꝙ licèt vnitas analogiæ sit formaliter diuersa ab vnitatẽ vniũoca, & minor illa, tñ non est media inter vnitatẽ vniuocã, & æquocã.

Probatur itaque in primis cõtra Thomistas omnes analogum materialiter sẽper coincidere cum vniuoco, & æquiuoco, ac proinde dari non posse prædicatum, quod sit purè analogũ medians inter vniuocum, & æquiuocũ; Vnitas analogiæ est quædam vnitas proportionis, vel potius vnitas cuiusdam ordinis, & attributionis vnius ad aliud, vel plurium ad tertium in participanda ratione, in qua fit analogia, secundum prius, & posterius, sed hæc vnitas ordinis, & attributionis stat cum vnitate æquiuocationis, & vniuocationis, ergo frustra medius ei assignatur locus, maior patet ex dictis hucusque de ratione analogiæ, probatur minor, quòd enim talis vnitas attributionis stet cum vnitate æquiuocationis, quę est solius nominis, patet de risu respectu hominis læti, & prati ridentis, quibus vtique est cõmune æquiuocum, tamẽ prius dicitur de homine, posterius de prato dependenter ab eo, & alia mille exempla adduci possunt de his ęquocis à cõsilio, in quibus ob talẽ ordinẽ, & attributionẽ ab oibus admittitur analogia; ꝙ etiã eadẽ vnitas attributionis stet cũ vnitate vniuocationis, probat Doct. cit. loc. 1. d. 8. q. 3. & d. 3. q. 3. Q. nã Arist. x. Met. text. 2. & inde concedit ordinẽ essentialẽ, seù attributionẽ specierũ eiusdẽ generis ad vnum primũ in illo genere, ꝙ est metrũ, & mẽsura oĩum aliorũ, & tñ cũ hoc stat vnitas vniuocationis rõnis generis in ipsis speciebus; ꝙ adhuc vlterius ostẽdit Doctor, quia nunq̃ aliqua cõparantur, vt mensurata ad mensurã, nisi in aliquo vnõ conueniant, sicut n. comparatio simpliciter est in simpliciter vniuoco 7. Phys. text. 24. & inde, ita omnis comparatio est in aliqualiter vniuoco, quãdo. n. dicitur, hoc est perfectius illo, si quæratur, quid perfectius? oportet ibi assignare aliꝙ cõmune vtriq; ita ꝙ oĩs cõparatiui determinabile cõmune est vtriq; extremo comparationis, non. n. homo est perfectior homo, quã asinus, sed perfectius animal, cũ ergo aliqua possint comparari in ente, quod omnes fatentur esse analogum, vt quòd Deus est perfectius ens creatura, oportet entitatem esse vtrique communem, in qua cũ sit attributio vnius ad aliud, clarè patet, quomodo cum vnitate attributionis stet vnitas vniuocationis.

Rursus tunc aliquod prædicatum cẽsetur analogum, cum pluribus conuenit, sed inæqualiter, & vni dependenter ab alio, analogia namque semper aliquã secum defert inæqualitatem, & attributionem vnius ad aliud, ob quam in omnibus analogis verũ semper est suo modo (quia sanè in vno analogorũ genere magis verificatur, quàm in alio) Dialecticorum axioma, *analogum absolute sumptum stare pro famosiori significato*; potest autẽ prædicatum huiusmodi habere ad illã plura cum tali ordinis vnitate commu[...] nitatem solius nominis, vt est de risu respectu hominis, & prati, aut etiam ratio-

nis,

nis, vt est de ente respectu Dei, & creaturæ, nec mediũ videtur excogitari posse, si primũ, erit analogũ æquiuocũ, si secũdũ, erit analogũ vniuocũ; & hæc est potissima ratio, cur Arist. in antepredic. cũ egisset de æquiuocis, & vniuocis, nullũ deinceps instituit de analogis sermonẽ, quia addito ordine prioris, & posterioris habẽt eundem modum pdicandi cũ vniuocis, & æquiuocis, & cum eis coincidunt.

Postremò probari potest à sufficienti diuisione; analoga .n. oĩa, aut sunt attributionis, aut proportionalitatis, vt patet ex 1. ar. nã aliæ duę species inæqualitatis, .s. & trãscẽdẽtiæ non sunt à primis duab. cõdistinctæ; sed hæc oĩa coincidunt cum vniuocis, vel æquiuocis, ergo &c. probatur minor, nam analoga attributionis, & proportionis primi generis sanè cũ æquiuocis coincidũt, quia illis secundũ nomẽ cõmune correspondẽt rõnes diuersæ, vt patet ex eorũ natura iã explicata, qa primũ analogatũ inter ea ppriè est tale, secundũ impropriè, & per metaphorã, primũ absolutè est tale, alterũ per quãdã similitudinẽ, & proportionẽ, primũ est tale per formã sibi intrinsecã, alterũ extrinsecè tm̃, & per simplicem habitudinem ad illud, vt patet de sano respectu medicinæ, & dietæ, de risu respectu hominis, & prati, vnde non satis consultò P. Faber in Met. loc. cit. ait sanum in ordine ad illa esse prædicatum vniuocum, planè hoc est contra rationem, & Scotum ipsum, qui in 2. d. 12. q. 2. ad 4. & clarius 4. d. 12. q. 1. sub H. docet esse prædicatum omninò æquiuocum verbis ita expressis, vt nullam admittant glossam. Itẽ analoga proportionalitatis secundi generis estò talia dicantur per intrinsecam denominationem, adhuc tamen quia talis denominatio non sumitur ab vna forma eiusdem rationis in omnibus, sed à diuersis in singulis illorum existentibus, licèt non vt omninò diuersis, sed vt proportione similibus, vt satis supra explicatum est, ideò adhuc ad æquiuoca pertinent, quia non est abstrahibilis ab eis vna cõis ratio, vndè neque satis consultò hæc analoga reducit Meurisse loc. cit. ad vniuoca. Analoga tandẽ attributionis secũdi generis, quia intrinsecè denominãtur ab vna forma eiusdem rõnis existẽtis in singulis, qua de re abstrahibilis est ab eis cõmunis conceptus, spectãt ad vniuoca, vt patet ex dictis, ergo analoga oĩa, cuiuscunq; sint generis, ad vniuoca reducuntur, vel ad æquiuoca iuxta varietatem analogiæ, nec dari potest purum analogum, quod nec vniuocum sit, nec æquiuocum, sed medium.

Respondent quamplures Recentiores cum Suarez supra cit. quòd licèt analoga attributionis secundi generis habeant vnitatẽ cõceptus, & inferioribus suis cõueniãt non solũ secundũ idẽ nomẽ, sed ẽt secundũ eandẽ rõnem; adhuc tñ vniuoca nõ sunt, quia pter vnitatẽ nominis, & rationis ad vniuocationem adhuc requiritur, q̃ illa ratio cõis æqualiter participetur à suis inferioribus, atq; ideò defectu talis æqualitatis pfata analoga, quæ cõpbẽdũt omnia trãscẽdẽtia, nec posse, nec debere dici vniuoca, qa inæqualiter descendunt in Deũ, & creaturã, substantiã, & accidẽs, quæ etiã fuit opinio quorũdã veterũ Thomistarũ, vnde Iauell. 4. Met. q. 4. existimat rationem analogi consistere in hoc, quod participetur secundum prius, & posterius, vniuoci verò, q̃ participetur æqualiter, ideoque analogũ mediare inter vniuocum, & æquiuocum, quia æquiuocum nullo modo participatur secundum rationem, vniuocum participatur æqualiter, analogum verò inęqualiter secundum prius, & posterius.

Sed hæc responsio ex dictis corruit, tum quia Arist. in definitione vniuocorum huius æqualitatis, quam dicunt formalissimè constituere vniuocationẽ, nec verbum quidem fecit, signum euidẽs ad vniuocationem simpliciter, & absolutè sumptam non esse necessariam, sed tãtùm ad vniuocationem perfectissimam, & in pri-

primo gradu ex suprà assignatis, quā physicā appellāt, tū quia si talis æqualitas esset necessaria sequeretur (ait Doct.) quod nullū genus esset vniuocū, qa inter species cuiuscūq; generis datur inæqualitas essentialis ob differētias cōtrahētes, quarū vna est essētialiter pfectior alia. At respōdent, ꝙ aliqua ratio cōis pōt inæqualiter participari à suis inferioribꝰ dupliciter, vel intrinsecè, & rōne sui, itaut secūdū se sit pfectiori modo in vno, ꝙ in alio, & in vno cū essentiali depēdentia ab alio, vel extrinsecè tm̄, & rōne contrahentiū, & talis est inæqualis participatio naturæ genericæ à speciebus, quæ non tollit vniuocationē, nec analogiā cōstituit, cū merè ab extrinseco ꝓueniat, sed inæqualitas primi generis propriè vniuocationē tollit, & analogiam ponit, quia prouenit ab intrinseca ratione ipsius naturæ participatæ, quæ intrinsecè petit contrahi per differentias inæquales, & prius descendere ad vnum analogatum, & posterius ad aliud in virtute prioris, & ita se habet ens cum cæteris transcendentib. ad Deū, & creaturā, substātiā, & accidēs, quantūuis.n. abstractè concipiatur ratio entis, adhuc in tali statu est exigitiua differentiarum inæqualiū, & intrinsecè petit hūc ordinē, vt p se primò cōpetat Deo, & dependenter ab eo in creaturas descendat.

At hæc solutio, etsi apud multos plausibilis, ex dictis multipliciter reijcitur, quia in primis Arist. in vniuocorum definitione nullā prorsus æqualitatem memorat, quæ necessaria sit ad constituendum vniuocum simpliciter, & absolutè sumptum, sed solam nominis, & rationis vnitatem requirit. Tum quia ista inæqualitas analogiam constituens, quæ nimirum proueniat ex ipsa ratione communi, & non potius solum ratione contrahentium, multis implicare videtur doctissimis viris, non .n. potest ratio communis inæqualiter descēdere, nisi aliquid de se dicat in vno, quod non dicat in alio alioquin si æqualiter, quod in vno dicit, etiā dicit in altero, æqualiter descendet, sed hoc stare nō pōt cū eius vnitate, & indiuisibilitate, nā diminuta tūc erit, vbi de se imperfectius existit, & distincta, prout est in isto, à seipsa, ꝓut est in alio rōne illius maioris pfectionis, & quidē intrinsecè, cū talis inæqualitas ex eius natura pullulare dicatur, vel si est vna, & quantū est de se, eiusdē rōnis in oībus, planè quicquid pfectionis intrinsecæ ponit in vno, etiā ponit in alio. Tum etiā, quia si talis inæqualitas depēdentiæ, & indepēdētiæ sufficit ad inducendā analogiā, eo quia oritur ex ipsa rōne cōmuni, & antecedenter cogitatur in ea ante actualē cōtractionem p differentias, quia ex sua natura petit talē differentiarū inæqualitatē; hoc totū dici poterit, & debebit de qualibet natura generica, cū .n. quælibet talis sit p differentias inæquales inpfectione essentiali cōtrahibilis, talis inæqualitas cogitari poterit in ea antecedēter ad contractionē, & dici poterit oriri ex ipsa rōne cōmuni generica, quatenus, & ipsa suapte natura, quantūuis abstracta, est exigitiua pro sui cōtractione differentiarū sic inæqualiū. Tum deinde, quia si dicatur, nec est quālibet inæqualitatem ex parte rōnis communis pullulantem sufficere ad analogiā, sed præcisè esse debere inæqualitatē per differentias dependentię, & independentiæ, & non sufficere inæqualitatem per differentias perfectiores, & imperfectiores essentialiter sine dependentia, qualis est inæqualitas generis. Hoc planè videtur voluntariè dictum, quia nec ratio, nec auctoritas ad id suppetit: immò Aristot. 7. Phys. 31. & 10. meth. 26. ob hanc solam inæqualitatem inquit in natura generica analogiam subesse, & ratio suadet, quod quælibet inæqualitas in communicatione naturæ, dummodo sit per differentias essentiales, sufficit ad inducendam analogiam maiorem, vel minorem iuxtà maioritatem, vel minoritatem eiusdem, cum vniuocatione tamen compossibilem; qua de causa suprà assigna-

nimus varios gradus vniuocationis, & analogiæ.

Altera verò pars cõclusionis, ꝙ nimirũ analoga nõ coincidãt formaliter cũ æquocis, vel vniuocis, sed in hoc sensu mediẽt inter illa, cõceditur ab oĩbus fortè ẽt à Scotistis relatis, qui quãdo negabãt analoga esse media inter vniuoca, & equiuoca, verisimile est, ꝙ in priori sensu loquerẽtur, estò eorũ rões quid amplius probare videãtur, & ideò infra soluentur ex ea parte, qua nobis videntur officere; & facilè ꝓbatur, qa vt inquit Doctor, vnitas analogiæ, etiã si reperiatur cũ vniuocatione, aut æquiuocatione in eodẽ ꝑdicato, nõ tñ formaliter confundi debet cũ hac, & illa, sed semp manet formaliter ab vtraq; distĩcta, & est maior vna, & minor alia, vnde formaliter inspecta mediat inter eas; est maior vnitate equiuocationis, quia hæc est vnitas solius nominis, supra quã analogia addit vnitatẽ attributionis, vel proportionis; est autẽ minor vnitate vniuocationis, quia quæ sunt vnũ p habidinẽ attributionis, vel proportionis nõ est necesse, ꝙ talẽ habeãt habitudinẽ secũdũ eandẽ rõnem oĩbus intrinsecè participatã, sed sufficit quocunq; modo illã fundẽt, vt patẽt in exẽplis de sano, & risu sæpius allatis, ergo vnitas analogiæ verè mediat inter vtramque, licèt cum vtraq; sit compossibilis. Accedit, quòd licèt analoga semper in re coincidant cum vniuocis, & æquiuocis, alia tamen semper est ratio vniuocationis, æquocationis, & analogiæ, nam si analogum coincidit materialiter cum æquiuoco, ratio æquiuocationis consistit in illa communitate nominis, cui rationes diuersæ correspõdẽt, ratio verò analogiæ consistit in illa qualicunque vnitate proportionis, aut attributionis vnius ad aliud, quatenus illo cõmuni nomine participant; si verò analogum coincidat cum vniuoco, ratio vniuocationis consistit in illa vnitate nominis, & rationis, analogia verò in illa vnitate ordinis, & attributionis vnius ad aliud, vel pluriũ ad tertium, quæ semp est minor vnitate vniuocationis, ergo analogũ formaliter sumptũ verè mediat inter vniuocum, & æquiuocum, nec vnquã coincidere, vel ꝑmisceri possunt, aut confundi secundum suas rationes formales.

In oppositũ objicitur 1. pro Thomistis ꝓbando analogũ propriè mediare inter vniuocũ, & æquiuocũ, nã analoga dicuntur illa, *quorum nomen cõmune est, & ratio illi nomini substans partim est eadẽ, partim diuersa*, quæ analogorũ definitio ab omnib. recipitur, vt patet ex art. 1. ab initio, ergo verè mediãt inter æquoca, quorũ ratio importata per nomẽ est omninò diuersa, & inter vniuoca, quorũ ratio est prorsus eadẽ. Tum 2. æquoca habent solã vnitatẽ nominis, vniuoca ꝑter vnitatem nominis habent ẽt vnitatẽ rõnis, & naturæ cõmunicabilis, quæ vnitas analogis, vt sic, cõuenire nõ potest, sed vltra nominis vnitatẽ eis solum cõpetit habitudo quædã, quę nõ sit per modum vnitatis, sed vel per modũ attributionis, vel p modũ proportionis iuxta varias analogiæ species. Tũ 3. analogũ, vt sic, plura immediatè significat secundum rões diuersas, non absolutè sumptas, sed vt proportionabiliter se habentes, ergo in nullo sensu potest cum æquiuoco coincidere, quòd significat plura sub diuersis rationibus, vt sic, absque aliqua habitudine, & proportione, & cum vniuoco, quod significat plura sub vna, & eadem ratione. Tum 4. vniuocum, vt sic, dicit conuenientiã plurium sub eadem ratione præscindendo à diuersitate, æquiuocum è contra dicit diuersitatem in rationibus præscindendo à conuenientia, ergo prædicatum analogum, quod simul dicit vtrumque, nec etiam materialiter potest cum istis coincidere, alioquin idem prędicatum simul, & semel præscinderet, & non præscinderet à conuenientia in communi ratione, aut à diuersitate. Tum 5. quia Aristot. 4. Met. 2. vbi & Auer. analoga, quæ dicuntur ab vno, & ad vnum, apertè constituit

T

tuit media inter vniuoca, & æquiuoca.

Resp. hęc, & similia argumēta probare solū, ꝙ nequeāt analoga coincidere formaliter cum vniuocis, & æquiuocis, non verò, ꝙ nec ēt materialiter coincidere possint, quare ad primū cōcedimus Consequēs cum cōsequētia in pſato sēsu, negatur, si quid amplius ꝓbare cōtendat; sicut etiam negatur, ꝙ vniuocum absolutè sumptum dicat rōnem ita prorsus eandē, vt nunquā possit habere annexā diuersitatē ex analogia causatā, quia vnitas analogiæ cōpossibilis est cū vnitate vniuocationis absolutè sumptæ, solumq; repugnat cum vnitate vniuocationis puræ. Ad 2. & 3. patet p idē. Ad 4. vtiq; ipsamet ratio vniuocationis à diuersitate pſcindit, at non ipsum pdicatum vniuocum (nisi sit purū) qa pōt esse simul analogum, nec implicat vnum, & idem prædicatum importare conuenientiam, & diuersitatem sub diuersis rationibus, analogiæ nimirum, & vniuocationis in ipso coniunctæ. Ad 5. si ita docent Arist. & Auer. loquuntur de analogis formaliter, non materialiter.

Secundò è contra probatur cum Scotistis analogum in nullo sensu mediare inter vniuocum, & ęquiuocum, quorum vnicum fundamentum est; inter contradictoria nullum datur medium, vniuoca, & æquiuoca sunt huiusmodi, ergo &c. maior patet, probatur minor, quia vniuoca dicuntur, quorum nomen est commune, & ratio substantiæ est eadem, ęquiuoca quorum nomen est commune, & ratio substantię non est eadem, at habere eandem rationem, & non habere eandem rationem contradicunt. Et confirmatur, quia inter idem, & diuersum, idem, & non idem non est dare medium, idem enim, & diuersum sunt immediatè opposita circa ens 10. Meth. 12. sed definitiones vniuocorū, & æquocorū dantur per ista immediata, ergo &c.

Resp. si Scotistæ hac ratione solum probare contendunt analogum materialiter sumptum non mediare inter vniuocum, & æquiuocum, eam libenter admittimus; at si qd amplius ꝓbare intendunt, nimirū, ꝙ neq; formaliter possit mediare, eis nō assentimur; qa re vera à Scoto recedūt, qui loc. cit. manifestè docet vnitatē analogiæ formaliter mediare inter vnitatē vniuocationis, & æquiuocationis, vt minorem ista, & maiorē illa; & eorū ratio ad hoc ꝓbandum ingenuè aliud non cōuincit, quā reperiri nō posse pdicatum, ꝙ sit purè analogum, & verè medium inter vniuocum, & æquiuocum, sed omne analogū, vel esse simul ęquiuocū, vel vniuocum, qa hęc immediata sunt cum quo tñ adhuc stat, ꝙ ratio analogiæ reperta cum vniuocatione, aut cū æquocatione in eodē pdicato sit adhuc formaliter ab eis distincta, sicut & eius vnitas, neq; id asserere est mediū cōstituere inter vniuocū, & æquiuocū, quatenus cōtradictoria, vnde hæc ratio bene cōcludit cōtra Thomistas, q admittētes analogū purū re vera mediū cōstituunt inter cōtradictoria.

QVÆSTIO SEXTA.

Explicatur natura Denominatiuorum.

CVM ex dictis 1. p. Instit. tract. 1. c. 3. in fine terminus denominatiuus ille sit, qui formam significat per modum alteri adiacentis, informantis, & denominantis, seu qualificantis, & tale sit omne concretum accidentale, substantiale verò tunc solum, quando nomine significatur adiectiuo, sequitur omnia concreta accidentalia esse denominatiua, substantialia verò non, nisi quando significantur nomine adiectiuo; & sicut prædicatio denominatiua, licèt distingui soleat in essentialem, & accidentalem, in quibus, .s. prædicatum dicitur de subiecto, vel in quale essentiale, vel accidentale, vt notat Doctor quol. 3. O. tamen propriè importat prædicationem accidentalem, & non nisi extensiuè essentialem, sic etiam denominatiua propriè impor-

por-

partaut cõcreta accidẽtalia,& solũ extẽsiuè essẽtialia in quale quid prædicantia, vt notat Mayron. sup prædicam. passu 3. & Brasauol.in q.16. Vniuersal. ad primũ.

Denominatiua igitur ꝓpriè dicta nẽpè cõcreta accidẽtalia definit Arist.in antepræd.ꝗ sint illa, *Quæcunq; ab aliquo solo differentia casu secundũ nomen habent appellationem*, vt à Grãmatica Grãmaticus, à fortitudine fortis, cuius definitionis intelligẽtia ea est apud expositores passim, ꝗ denominatiua, quę semp sunt cõcreta, cũ forma denominante, quæ semp est abstracta, cõueniãt in principio nominis, ꝗ insinuatur per ly *secundum nomen habent appellationẽ*, & differãt in fine, & terminatione, seù desinẽtia eiusdẽ, ꝗ innuitur per ly *solo casu*, .i. cadẽtia nominis, vnde postea ad soluẽdas difficultates hîc emergentes distinguunt tria denominatiuorũ genera, voce tm̃, vt studiosus à studio, re tm̃, vt studiosus à virtute, re, & voce simul, vt ea, de quib. exẽplificat Arist. & hęc tm̃, inquiunt, Philosophũ definire, quorum etiam plures assignant conditiones.

Dicendum tamẽ est, hanc denominatiuorum definitionem non ità merè grãmaticaliter intelligi debere, vt etiam fatetur Arriaga disp.10.log.sect.2. sed logicè explicandam esse, & quòd licèt Arist. denominatiua solum accidentalia definire intendat, vt ex eius constat exẽplis, potest tamen tota definitio intelligi de denominatiuis etiam essentialibus; ita docet Scotus q.8. prædicam. & q.28. prędicab. ad tertium, & in 2. d.12. q.1. ad 1. & quoad primam partem probatur conclusio, quia si ita intelligi deberet hæc definitio, vt cõmuniter explicatur, multę denominatiuæ prædicationes de medio tollerentur, vt à musica mulier musica, & à virtute homo studiosus, nam in priori prædicatione est conuenientia in principio, & fine vocis, in posteriori differentia in principio, & fine. Nec respondere valet tales ꝑdicationes non esse denominatiuas rei, & vocis, sed rei tm̃, Quia etsi de homine studioso à virtute, sic dicto id admitteretur, de muliere tñ musica sic dicta ab arte musicæ id nequit admitti, quia secundum grãmaticos genus nominis nõ variat nomẽ, vnde aliqui fatẽtur has, & similes ꝑdicationes verè esse denominatiuas, & cõuenientiã illã in fine vocis non esse necessariã. Deinde non solùm nomina adiectiua à substantiuis abstractis deriuata dicerẽtur denominatiua, sed etiã casus obliqui nominũ, ac ẽt plura ꝓuerbia à nominibus deriuata, illi .n. cũ recto cõueniunt in principio vocis, & differunt in fine, vt Doctor Doctoris, tempus temporis, & pariter ista cum nominibus, à quibus deriuantur, vt à copula copulatim, ab ostio ostiatim. Tãdem si accipiẽda est ista definitio in sensu, quo passim explicatur, fanè cõcretis etiã substantialibus nomine quoq; substantiuo significatis conueniręt, nec videtur, ꝑ quã particulã debeat accidẽtalibus coarctari, *animal* enim ita conuenit cum *animalitate*, & *homo* cum *humanitate* in principio, & fine vocis, sicut albus cum albedine; & quidem prorsus vanum est, quod aiunt aliqui, per particulam illam *ab aliquo*, significari formam denominantem non debere esse de essentia rei denominatæ, nam quod de essentia rei est, propriè non dicitur aliquid aliud ab ipsa, & propterea *homo* non esse denominatiuũ ab humanitate, neque *animal* ab animalitate; hoc parum valet; tum quia exponere ly *aliquo* pro *alio* est merè voluntarium; tum quia data hac expositione *humanitas* est alia ab hoc termino *homo*, quantum sufficit ad formam denominantem, alietas .n. requisita inter formam de nominantem, & terminum denomiuatiuum est alietas abstracti à concreto, quæ in proposito versatur vtique inter illos terminos, quare magis consequenter ad præfatum definitionis sensum loquitur Mayron. cit. quem sequitur Hurtad. disput. 9. log. sect. 2. qui concedunt hæc esse denominatiua ex vi il-

lius definitionis sic intellectæ.

Alio igitur modo magis digno, & in sensu mag's logico explicari debet pfata definitio cum Scot.loc.cit.qué imitantur Ant.And.& Nicol.de Orbellis,& alij Scotistæ in expositione huius definitionis in antepdicam.& est, q cũ cócretio formæ, & naturæ alicuius possit esse duplex, vt Doctor aduertit q.16.vniuers.ad 1.& 1.d 5.q.1. B. alia ad suppositũ eiusdé naturæ, vt homo alia ad suppositũ alterius naturę vel subiectũ,vt albũ,ita casus, seu cadétia formæ ad aliud potest esse, vel sicut accidétis ad subiectũ, vel sicut formæ ad suppositũ eiusdé naturæ, vt Scot. docet loc. cit.in 2.d.12.q.1.I. atque ita per *casum* in pfata definitione debemus intelligere nõ definitioné nominis, sed cadentiã formæ ad subiectũ,seu suppositũ alterius naturę, nõ auté ppriæ q a sic esset denominatiuũ essentiale, & potius ptineret ad pdicata vniuoca, cum tñ hic Arist. agat de denominatiuis, vt ab vniuocis distinguuntur ex dict.q.4.ar.2.dub.4.ita exponit Doct. hãc pfatæ definitionis particulã q.16. cit. vniuers. ad 1. & q.18. ad 3. & Mauritius q.13. Quòd auté secundũ nomé habeant appellationé, nõ debet intelligi quasi per nominis deriuationé ab alio, sed potius quia pdicatur secũdũ nomé tñ de re denominata,appellare.n. quandoque accipitur pro prædicari ex 2.Topic. cap.2. & ita explicauit hanc particulam ipsemet Philosophus c. de substantia, dum dicit differentias essentiales non prædicari denominatiuè, benè tñ accidentia de suis subiectis,quia prædicantur de illis secundum nomé tantum, & nõ secundum rationem, .i. accidentaliter, & non essentialiter, vbi tamen aduertendum est, q quando hic dicimus formam denominãtem debere esse quid accidentale, nomine accidentis intelligimus quicquid non est de essentia subiecti, etiam si materialiter, & entitatiuè habeat rationem substantiæ, non .n. minus denominatiua est pdicatio ista *Corona est aurea*, quã *homo est albus*,vt ex pfesso pbabitur infra cum de accidéte pdicabili dicemus;ita q sẽsus definitionis sit iste, vt notat Io: de Magistris, q denominatiua dicuntur ea nomina cócreta, quæ à suis abstractis differunt in modo significandi,qui est significare per modũ adiacentis,& secundum illud nomen adiectiuũ habét virtuté denominandi,.i.denominatiuè prædicandi de subiecto, & hęc etiam fuit Au errois opinio inepitom. in lib.log.cuius verba refert Brasau.cit.

Ex his verò duo deducuntur, vnũ est, facilè posse pdictã definitioné denominatiuis essentialibus applicari,vt facit Doct. 2.d.12.q.1.cit.ad 1. (quæ erat altera conclusionis pars)quia etiã huiusmodi denominatiua, vt à suis abstractis distinguuntur,cadunt ad aliud, & aliud cócernunt, .s.propriũ suppositum, vnde à suis abstractis dici possunt solo differétia casu discriminari,possunt ét dici ab eis appellationé habere secundũ nomé, si huiusmodi appellatio significet, vel solã nominis deriuationé, vel modum pdicandi in quale. Alterum est,duas códitiones ad denominatiua reqri, prima est, vt cõueniãt cum forma denominãte in principali significatione,secũda,q differãt in modo significãdi,nã cum oĩs forma accidẽtalis, quæ in subiecto est,dupliciter sumi possit; vno modo sub ppria cõsideratione,cõtéplãdo nimirum ea tantùm,quę sunt eius, & abstrahendo ab omni eo,quod non est ipsa, sic vtique in abstracto significabitur per seipsam, altero modo, vt informat subiectum, & sic in concreto sumitur, ac denominatiuè dans nobis intelligere subiectum; nõ quòd sit per se de intellectu ipsius, sed tãquam ad quod intellectus eius dependet sub tali modo concipiendi, quare ipsa in abstracto, & denominatiuum ab ea in concreto eandem formam significabunt,sed sub diuerso modo considerandi; & hæ duæ conditiones ex ipsamet Denominatiuorum definitione colliguntur,prima ex eo, quòd *secundum* ne-

nomen habent appellationem, hoc .n. insinuat, quod conueniunt in principali significato formæ, quæ prædicatur; & ex eo, quod *solo casu* differunt, insinuatur diuersus significandi modus, .s. concernendo subiectum, vel abstrahendo.

Sed quia Denominatiua sunt duplicis generis, alia per intrinsecam denominationem, quæ sumitur à forma intrinseca, seu inhęrente subiecto, quo modo paries dicitur albus ab albedine ei realiter inhærete, alia per extrinsecã, quę sumitur à forma in alio subiecto, quo modo paries dicitur visus à visione, non in ipso, sed in oculo existete, quæ distinctio indicatur à Scoto 1. d. 30. q. 2. & quol. 18. R. & Bonet. in suis Formalit. Hic definiuntur solum denominatiua primi generis, quicquid dicat Arriaga cit. cum Caietano; tum quia considerantur per cadentiam formæ ad subiectum; quòd intrinsecè denominat, non verò per ordinem ad aliud, quod solum respiciat in ratione termini, ac proinde tantùm extrinsecè denominet; tum quia denominatio extrinseca, etsi vera sit à parte rei, nihil tamen reale, & physicum ponit in termino, quem denominat, quia extrinsecè tantùm illũ attingit per simplicem respicientiam, atq; ideò denominatiua huius secundi generis nequeunt cõuenire cum forma denominante in principali significato, cũ eam realiter non importent, vel participent, sed potius eius terminationem ad aliud, vt ad terminum, hæc autem erat vna ex conditionibus requisitis ad denominatiua, quæ hic definiuntur. Verùm tamẽ est hanc definitionem illis etiam applicari posse, si vel purè grammaticè explicetur cum communi, vel per casum intelligamus nedum inhæsionem ad subiectum, sed respicientiam quoque ad terminum. Sed adhuc ad maiorem denominatiuorũ intelligentiam duos subiungimus articulos ad hanc quæstionem attinentes.

ARTICVLVS PRIMVS.

An denominatiua vniuocè prædicentur, & num medient inter vniuoca, & æquiuoca.

QVoad primum Scotus 1. d. 8. q. 3. §. *Ad argumenta opin. opposit. in fine*, & 3. d. 7. q. 1. D. & 1. d. 3. q. 3. §. *Contra istã vniuocationem*, & alibi sæpe negat pdicari vniuocè denominatiua de subiectis, & vult esse tm̃ vniuoca pdicata (quid autẽ intersit inter vniuocum pdicatũ, & vniuocè pdicari explicatũ est q. 4. art. 2. dub. 4.) asserit esse vniuoca pdicata, qa prædicatur secũdũ vnitatẽ nominis, & rõnis vt albũ de niue, & Cygno, negat vniuocè p̃dicari, qa ratio pdicati nõ est de rõne subiecti. Ex alia parte Caiet. Soto, Sanch. & alij recentiores docẽt vniuocè pdicari de subiectis, nõ quidẽ essentialiter, sed accidentaliter tm̃, inquiunt vniuocè pdicari, quę pdicatur de illis secundũ idẽ nomen, & rõnem, de niue .n., & Cygno æquè p̃dicatur nomẽ albi, & eius definitio, prædicatur tñ accidẽtaliter, quia albedo vtrique accidit. Controuersia est de solo nomine, etenim in re conueniunt albũ pdicari de niue, & Cygno secũdum vnitatẽ nominis, & rationis, & q Scotus appellat prædicatũ vniuocum dumtaxat, ipsi vocant prædicatum etiam vniuocè dictum, accidentaliter tamẽ, vnde prædicari vniuocè sumunt in latiori significatione, quàm sumat Scotus, Doctor tamen magis peripateticè loquitur, nam Arist. cap. de subst. dicit secundas substantias vniuocè prædicari de primis, .i. secundũ nomen, & rationem, accidentia verò ait, nõ prædicari vniuocè, quia prædicantur de illis tantùm secundum nomen, ergo iuxta phrasim Arist. prædicari vniuocè de pluribus est prædicari de illis essentialiter secundum vnitatem nominis, & rationis, quare melius loquitur Scotus, & in rigore negari debet denominatiua prædicari vniuocè de subiectis denomi-

natis, & asseri esse prædicata dumtaxat vniuoca.

Quoad 2. dubium, an denominatiua re vera mediet inter vniuoca, & æquiuoca, an potius coincidat cũ eis; Certũ est formaliter nõ coincidere, sunt.n. diuersæ intentiones, & diuersæ rõnes formales singulorũ; an verò materialiter etiã mediare dicatur, ita q dari possit pdicatũ purè denominatiuũ, q nec vniuocũ, nec æquiuocũ sit, ait Doct. cit. 1. d. 8. q. 3. q de pdicato vniuoco possumus dupliciter loqui, vel intelligẽdo pdicatũ de pluribus essẽtialiter dictũ, & in quid, quo sẽsu illud definiuit Arist. vt supradictũ est q. 4. vel intelligẽdo pdicatum de pluribus dictũ secundum vnitatẽ nominis, & rõnis, nõ tñ essẽtialiter, & in quid; si primo modo sumatur, denominatiuũ mediat inter vniuocum, & æquocũ nõ solùm formaliter, sed ẽt materialiter, quia sic nõ est æquocũ, cũ de pluribus pdicetur secundũ vnitatẽ nominis, & conceptus, neq; vniuocũ, cũ de illis pdicetur, nõ essẽtialiter, sed accidẽtaliter; At si sumatur secundo modo, denominatiuũ nõ est mediũ inter æquocũ, & vniuocum, sed cum altero illorum semp materialiter coincidit cũ vniuoco quidẽ, si dicitur de pluribus cum vnitate nominis, & conceptus, vt albũ de Cygno, & niue, cũ æquiuoco autẽ, si de illis dicatur cũ vnitate nominis, sed nõ cõceptus, vt viride dictũ de herba, & Iride, aut collo Columbæ, in quibus re vera non extat talis color, sed tantùm apparenter secundum cõmunem opini. Hinc habes, vt docet Ioann. de Magistris cap. de Denomin. quòd licet omne prædicatum sit vniuocum, vel æquiuocum, & nõ detur mediũ, modi tamen prædicandi abinuicem essentialiter distincti sunt tres, quia omne prædicatum, vel habet eandem rationem respectu eorum, de quibus prædicatur, vel nõ, si secundum, habetur modus prædicandi æquiuocè, si primum, hoc contingit dupliciter, nã vel ita prædicatur, vt illa ratio sit essentialis subiecto, & sic habetur modus pdicãdi vniuocè, vel est extranea, & accidẽtalis subiecto, & sic habetur modus pdicãdi denominatiuè medius inter vniuocè, & æquiuocè pdicari, vt Delphinus c. de vniuoc. Et hæc est ratio, vt notat Mauritius in Margine ar. 1. Formalit. cur Arist. posuit denominatiua alia ab vniuocis, & æquiuocis, q a nimirũ illa cõsiderauit in habitudine ad subiecta iuxta diuersos prædicandi modos.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De principali significato concreti accidentalis, & radice vnitatis, aut pluralitatis eius.

PRæcipuum est dubium, an denominatiua, quæ sunt cõcreta accidentalia, principalius significent formã, vel subiectum, q etiã de cõcreto substãtiali quæri solet in ordine ad suppositũ ppriæ naturæ. Certum est apud oẽs in hoc dubio, & colligitur clarè ex Arist. 7. Met. 21. cõcretũ accidẽtale significare simul aliquo modo formã, & subiectũ ad differentiam abstracti, & ẽt cõcretum ipsũ substantiale substãtiuum, vt homo, lapis, simul cũ natura significare suppositũ, sed difficultas est, an vtrumq; importet æquè principaliter, an potius vnũ primariò, altero secũdariò, & qnam ex illis sit significatũ primariũ, què cõnotatum. Et q̃uis Auers. q. 23. log. sect. 3. cum Fonseca 5. Met. c. 7. q. 5. sect. 5. velit concretum nedum substantiale, sed etiam accidentale vtrumque significare per se directè, & intrinsecè; id tamen omninò dici non potest de concreto præsertim accidentali, quod ex rebus diuersorum prædicamentorum coalescit, ex quibus conceptus per se vnus fieri nequit, vt docet Scot. quol. 13. §. *De tertio principali* 4. d. 1. q. 2. & quæst. 8. vniuersal. & prædicam. & alibi sæpe, quia genus, & differentia ad idem debent spectare prædicamentum; Accedit, quod ita dicendo cõcretum accidentale sẽper erit

ens

ens per accidens, illud .n. propriè dicitur aggregatũ p accidẽs ex Doct. ibidẽ, ꝙ dicit plura diuersę rationis, vt plura sunt, .i. ęquè principaliter, cũ ergo cõcretũ accidẽtale verè definiatur, in pdicamẽto ponatur, & de ipso sciẽtia instituatur, ac passiones demonstrẽtur, vt inferius videbitur, dicẽdũ est, ꝙ vnã naturã principaliter importet, & aliã connotet, hoc enim non præiudicat naturæ entis per se vnius.

Et quidẽ si de concreto loqueremur, vt propositionem ingreditur, facile est cognoscere, quid per illud significetur quidue connotetur; nam positum à parte subiecti regulariter significat subiectum, & connotat formam, è contra vero, si ponatur à parte prædicati, quod ita probatur, primitas significati in nomine non attenditur ex primitate secundum rem, sed ex primitate impositionis ipsius nominis, vt docet Doct. cit. 4. d. 1. q. 2. G. & q. 8. prædicam. ad 1. vbi ait, ꝙ significare est aliquid repræsentare ex impositione nominis, ita ut nomen ex intentione primi instituentis ad illud significandum fuerit impositum, connotare verò est aliud dare intelligere ex modo significandi principalis significati; sed sic est, quòd quando concretum se tenet ex parte prædicati in propositione, vt cũ dicimus homo est doctus, aqua est calida, paries est albus; maximè intendimus prædicare formam de subiecto, & non subiectum de seipso, alioquin vt notat Doctor cit. q. 8. prædicam. sensus illarum propositionum esset nugatorius, quia ponendo rationem concreti loco nominis, idem subiectum bis diceretur; sensus .n. esset *aqua est aqua calida*, vel si explicaretur, *est res, aut ens calorem habens*, propositio non esset merè per accidens, quia non solùm calor, sed etiam entitas enunciaretur de aqua; è contra verò cũ se tenet à parte subiecti, vt cum dicimus *album est frigidum, musicus ædificat*, vtiq; actum ædificandi, & frigus intendimus prædicare de subiectis frigoris, & musicæ, & non de ipsis formis. Verùm tñ est cõcretum tã substantiale, quã accidentale à parte subiecti positum interdũ ex vi alicuius particulæ, aut pdicati adiecti determinari ad significandã formã, sic cũ dicimus, *album est per se disgregatiuum visus*, ex vi particulæ *per se* significatur forma, quia illi, & non subiecto per se competit ꝓprietas illa, & cũ dicimus *homo est risibilis*, tale pdicatũ determinat subiectũ ad supponendũ pro forma, & natura, nõ pro supposito, quia hæc ꝓprietas est naturæ, nõ suppositi, vnde vt habeamus regulam generalẽ dicere debemus cõcretũ in propositione significare iuxta exigentiam alterius extremi, cum quo coniungitur.

Difficultas igitur præcipua est de concreto in se, & absolutè sũpto; & Auicen. 1. p. log. c. de ꝓprio, quem sequitur Hurtad. disp. 9. log. sect. 3. Arriaga disp. 1. in Summul. sect. 9. docuit significare subiectum, & connotare formam; at opposita sententia nempe significare formam, & connotare subiectum est communis, quã docent Auerroes 5. Met. com. 14. Alensis 7. Met. tex. 3. q. 2. & tex. 14. Scot. q. 8. cit. prædicam. & 1. d. 4. q. 1. in fine, & d. 12. q. 1. §. *Ad quæstionem*, Zerbius 5. Met. q. 9. Tatar. q. 2. anteprædic. §. *Dubitatur* 2. Ant. And. c. de Denomin. D. Th. 5. Met. lect. 9. ar. 3. & 1. Perier. lec. 4. & 1. p. q. 3. tex. 3. & q. 16. ar. 5. Sot. Caiet. Sanch. & alij in logica, & manifestè docuit Arist. in prædic. c. 1. vbi ait denominatiua, siuè concreta ab abstractis differre *solo casu*, ergo non differunt in significato principali, & cap. de subst. post medium ait significare solum qualitatem, hoc est, principaliter importare, quod repetit 5. Met. cap. 4. & 1. Post. 35. ait hanc *album est lignum*, esse per accidens, quod non esset, si album primariò significaret subiectum, & 7. Meth. à text. 12. ostendit concreta accidentiũ definiri per substantiam per additamentũ, .i. tanquam per aliquid extrinsecum non per se, et directè spectans ad eorum intellectum, et cap. de qualitate ponit in

prædicamento qualitatis cõcretũ eius, cũ potius in pdicam. subst. reponẽdũ fuisset, si subiectũ esset principale significatũ; & tandẽ vrget manifesta ratio, nã significare est intellectum cõstituere in dicente, & audiẽte 1. Perier. c. 3. ergo id principaliter significatur, ꝙ principaliter objicitur intellectui audiẽtis, at denominatiua principaliter objiciunt intellectui formã, cum illam explicitè dicant, & in propria specie, nam non differunt à forma, nisi casu, seu inhærentia ad subiectum logicaliter, & terminatione vocis grammaticaliter.

Contra hanc resolutionem objicitur; Tum quia id principaliter significatur, quod dicitur in recto, cũ explicatur, sed cõcretum explicatur, & definitur per subiectũ in recto, & formã in obliquo, vt albũ est res habẽs albedinẽ. Tum 2. eadem sunt principia cõstituendi, & distinguendi, & differẽtia est pars pcipua rei, at concretũ differt ab abstracto psertim per subiectũ, ergo, &c. Tum 3. concretum dicit formam, & subiectum, ergo quod principalius est, principalius significatur, sed subiectum principalius est, cum sit substantia, &c. Tum 4. concretum supponit pro subiecto, vt inquiunt Summulistæ, & nos 1. p. Instit. tract. 1. c. 10. ergo significat subiectũ, quia id supponit, quod significat. Tum demum, ait Hurtad: si album v.g. formam per se significat, hæc propositio *pomum est album* sic exponi deberet, *pomum est albedo habens subiectum*, *vel vnita subiecto*, quæ expositio falsa est, & insolens, cum potius sic habeat exponi, *est pomum vnitum albedini*, *vel habens albedinem*.

Respon. ad 1. quod est vnicum fundamentum Aduersariorum Tataret. cit. ex Scoto 1. d. 4. q. 1. in fine, cum dicitur album est res habens albedinem, non esse per se significati expressionem, sed potius quandam nominis explicationem, qua vulgus vtitur, vndè magis propriè diceretur, ꝙ album est albedo existẽs in subiecto, hinc consultò ait Amicus in logic. tract. 12. q. 7. dub. 3. art. 4. illã nõ esse bonã regulã cognoscẽdi principale significatũ in concretis, & cõnotatiuis, quia vniuersaliter concreta oĩa, etiã quando expressè stãt pro forma, petũt ex eorũ naturali cõstitutione definiri per subiectũ in recto; quare vera regula colligẽdi significatum principale erit attendere, qd cõcretũ repræsentet ex impositione nominis, Summulistæ verò inquiunt ex hoc, ꝙ cõcretũ explicetur, & resoluatur per subiectũ in recto, nõ bene deduci ipsum principalius significari, sed tm̃ ꝙ cõcretũ pro ipso supponat, & non pro forma, pro illo .n. dicitur nomẽ supponere apud logicũ, ꝙ importatur in recto, .i. si resoluatur illud nomẽ, importetur in nominatiuo. Ad 2. potius est ad oppositũ, nã vnum concretum differt ab alio, vt albũ à nigro p formã, nõ per subiectũ, & ex eo, ꝙ cõcretũ à suo abstracto differat per subiectũ, nõ bene deducitur subiectum principalius significari, quia vt dictum est ex Aristot. concretum, & abstractum non differunt in re significata, sed tantùm in modo significandi, concretum enim, non quidem ex ipsa nominis impositione, sed ex modo significandi principalis significati dat intelligere subiectum. Ad 3. negatur consequentia, quia primitas significati non attenditur ex primitate secundum rem, sed ex primitate impositionis, sicut enim significatum nominis non pendet ex natura rei, sed ex imponentis intentione, ita & primarium significatum ex eadem intentione pendet. Ad 4. quicquid sit de antecedente negatur consequentia ex Scot. q. 8. prædicam. cit. ad 2. princ. differũt enim supponere, & significare ex dictis 1. p. Instit. loc. cit. vnde terminus supponit vtique, quod significat, sed nõ semper supponit pro eo, quod significat, sed interdum pro eo, quod connotat, & dat intelligere secundariò, vt patet in suppositione personali, in qua terminus cõmunis supponit pro supposito, quod tñ non significat, sed tantùm dat intelligere

secun-

secundariò. Ad 5. neutro illorũ modorũ exponi debet illa ꝓpositio, nõ primo, qa albedo importata in cõcreto ꝑdicari debet de subiecto per modũ adiacẽtis,& informãtis,ꝙ nõ habet,dũ in abstracto profertur,& effertur de subiecto,neq; secundo,quia dicendo *pomum est unitũ albedini,aut habens albedinẽ*, vel sensus est *pomum est id, quod est album* significando ꝑ id in genere, aut determinatè ipsũ subiectũ, & tunc propositio est nugatoria, vel non merè per accidẽs, vt dicebamus; vel sẽsus est,pomũ est vnitũ albedini, aut habẽs albedinẽ, .i. pomo inhæret albedo, & hic est verus sẽsus in rigore logico,sed sic ꝑ albũ nõ iportatur subiectũ in recto, sed ipsa forma albedinis,nõ qdẽ in se,sed ꝑ modũ adiacẽtis,& informãtis de modo definiendi concreta. vide disp.5.ar.1.q.1.

Sed adhuc maius extat dubium; vndè sumatur vnitas, vel pluralitas cõcreti, an ex parte formæ, vel subiecti, vel vtriusq; simul; De cõcretis accidẽtalibus,& adiectiuis non est grauis difficultas, oẽs .n. in hoc conuenire vidẽtur,huiusmodi cõcreta vnitatẽ sumere, & pluralitatẽ ex parte subiecti, vndè si eadẽ albedo esset in pluribus subiecti absolutè dicerẽtur plura alba,& è cõtra,si plures albedines forent in eodẽ subiecto; vnũ dũtaxat diceretur albũ,ita inter alios docet Scot. 3.d.6.q.1. & d.8.q.vn.& quol.11. H. cuius ratio communiter reddi solet,quia cũ nomen adiectiuum dicat formam per modum adiacentis subiecto, maximè determinatur per ipsum subiectum;quod magis,& profundius declarans Doctor 1.d.12. q.1. §. *iuxta quæstionem istam* ait, quod nomen adiectiuum primo, & per se afficit substantiuum, cui adiacet, & non alterum adiectiuum, quia solum substãtiuum natum est terminare depẽdentiam adiectiui, non autem adiectiuum; nisi substantiuè sumatur, cum autem accidens non tribuat effectum suum formalem, nisi subiecto, quod afficit,sequitur,quod terminus numeralis duo, tria,sex,&c.tribuũ

effectũ formalẽ numerationis substantiuo,ad ꝙ terminatur,nõ adiectiuo vtpotè impotẽti ad terminandã eius depẽdẽtiã, vndè si vna albedo esset in tribus subiectis,tria alba dicerẽtur, quia tã nomẽ numerale *tria*, quã *album* sunt adiectiua,& ideò ambo terminãtur ad tertiũ, .f. ad subiectũ,& illi tribuunt suũ effectũ formalẽ,ꝙ cũ in casu sit triplex,tria ẽ erunt alba de rigore sermonis;qua ẽt rõne,si plures ꝑsonæ diuinæ eandẽ assumerent humanitatẽ dicerentur plures humanati, & incarnati; è contra verò si plurès albedines essent in eodẽ subiecto vnũ dũtaxat diceretur albũ,sicut de facto vnus habẽs multas scientias est vnus sciẽs,ait Doctor quol.cit.& si vna ꝑsona diuina plures assumeret humanitates,diceretur vnus dũtaxat humanatus, vnus incarnatus, non plures,quæ doctrina cõis est oĩbus Scotistis,& ꝓbatur à Molin.p.1.q.36.ar.4. d.2. Casil.lib. 1. Introd.tr.1.c.3.& multis alijs.

De concretis verò substantialibus, & substantiuis est maior difficultas, & quidem aliqui totum oppositum docẽt eius, quod de accidentalibus, & adiectiuis dicebamus, volunt .n. vnitatem eorum, & pluralitatem ex parte formæ sumi debere ob eandem rationem,quia cum nomẽ substantiuum dicat formam ad modum per se stãtis, maximè determinatur adiectiuum numerale per ipsam formam, vndè si eadem diuina persona plures assumeret humanitates, dici deberet plures homines,ita Vasquez p.1.d.sp.155.cap. 4. & alij quamplures, quæ videtur fuisse opinio Doctoris 3.d.1. quæst.3. vbi resolutionẽ illius quæsiti, an illa persona dici deberet plures, vel vnus homo, remittit ad ea, quæ dixerat de pluritate, & vnitate concreti in 1.d.12. q.1. ex regula autẽ ibi tradita de termino numerali, ꝙ semper tribuit effectum formalem illi, quod terminat eius dependentiam, manifestè deducitur, quod ad multiplicationem concreti substantialis sufficit sola formæ pluralitas, quia hæc est apta terminare

dependen-

dependentiã termini numeralis, qua rñc omnes ferè Scotistæ veteres Lichet. Bargius, Bassolius, & alij, cócedűt in casu posito personã illã esse plures homines, quia ly *plures* nõ determinat suppositum, sed substantiuũ, cui immediatè adiungitur, ꝙ in proposito est ly *homines*, & sic solum multiplicat humanitates non supposita.

Sed licèt prima regula de cócretis accidétalibus, & adiectiuis data sit vniuersaliter vera ob rationé allatam, & etiã altera de cócretis substãtialibus, & substantiuis quantum ad vnitaté: verũ enim est solam vnitaté formæ inferre vnitaté cócreti substantialis, etiam si supposita sint multa, vnde tres psonæ Diuinæ vnus tãtũ Deus dicuntur ob vnitatem formæ, & naturæ; Falsa tñ est quoad alterã parté, ꝙ sola formę pluralitas sufficiat ad pluralitaté concreti substãtialis sine suppositorũ pluralitate, quia vniuersaliter vera est illa Scoti regula de concretorũ multiplicatione tradita loc. cit. in 3. d. 6. q. 1. ad 1. & d. 8. q. vn. F. & quol. 11. H. & alibi sępè, ꝙ ad multiplicationé concretorũ nõ sufficit sola multiplicatio formarũ, sed requiritur multiplicatio suppositorum, qua ratione negat 1. d. 12. q. 1. ad 3. Patrẽ in Diuinis esse plura principia, licèt habeat duo principia productiua, & 3. d. 6. q. 2. Christũ esse duo neutraliter, & masculinè, & quouis modo, vnde licèt habeat duas naturas substantiales, & viuétes, dicitur vna substãtia, & vnus viués ob vnitaté suppositi, qua etiã ratione dicendum est, ꝙ si Verbũ plures assumeret naturas humanas non esset plures homines, sed vnus homo, & ita docet quãplures Scotistæ recentiores, vt P. Faber in 1. disp. 4. 1. c. 4. in fine, & Aretinus in 3. d. 1. q. 3. art. 2. Nec respondere valet cũ Bargio 1. d. 12. q. 1. ad 3. prædictã regulã à Scoto traditã de concretorũ multiplicatione valere solum de accidentalibus, non de substantialibus. Quia Doctor in 3. d. 8. q. vn. illã tradidit de concretis quidé accidentalibus, sed substãtiuè sũptis, sicut sunt pater, filius, causa, principiũ, artifex, opifex, &c. hæc. n. concreta accidentalia, quia substãtiuè dicuntur, æquiualét substantialibus, & terminare possunt dependentiã cuiuscunque adiectiui, & tñ Doctor ait, quod homo habés plures paternitates, vel filiationes dici nequit plures Patres, vel plures Filij ob vnitaté suppositi, ergo regula illa de mente Doctoris tenet etiã in concretis substantialibus, & substantiuis, nã si de solis accidentalibus teneret, vt ait Bargius, posset dici Pater ęternus duo principia, duo productores, & Christus duo viuétes, duo entia, ꝙ tamé negat Doctor.

Cũ verò alij Scotistæ dicebãt ex regula Doctoris tradita de termino numerali in 1. d. 12. q. 1. necessariò deduci, ꝙ eadé persona plures assumés humanitates plures diceretur homines, quia cũ ly *homines* sit substantiuũ, terminare potest dependentiã adiectiui numeralis, & ita secundũ illud numerari; occurrendũ est, & dicendũ vtiq; terminare posse, sed nó vltimatè, sicut quantitas terminare potest dependentiã alterius accidentis, sed non vltimatè, quia adhuc ipsa depédet ad substantiã, sic etiã in proposito concretũ naturæ, vt homo, vtiq; terminare potest dependentiam adiectiui numeralis, sed quia adhuc ipsũ dependet ad suppositũ, quod concernit vagè, vt omnes fatentur, etiam Doctor 3. d. 6. q. 2. D. & de Spiratore in 1. loc. cit. ideò terminare nequit absolutè, & vltimatè, sed tantũ cum vlteriori dependentia ad suppositũ; ex quo fit, vt etiam in concretis substãtialibus, & substãtiuis recte plurificatio fieri nequeat, nisi adsit plurificatio suppositorũ, & hęc est ratio à priori, quã optimè insinuauit Franciscus à Christo in 3. d. 1. q. 4. quãdo dixit, quod nomina cócreta etiã substantialia, vt homo, dicũtur in plurali pluralitate tã formæ, quàm suppositi, quia significant formã cũ habitudine ad suppositũ, vnde ad hoc, ꝙ sint plures homines, requiritur, & plures humanitates, & plura supposita.

Soluuntur Obiectiones.

COntra prædictas regulas objicitur 1. si ad multiplicationē concretorū accidentaliū, & adiectiuorū sola sufficit subiectorū pluralitas, ergo in diuinis ritè dici possent tres æterni, tres immensi, tres omnipotentes, quia sūt tria supposita, & si ad vnitatē eorundē concretorū sufficit sola subiecti vnitas, etiā si formę sint plures, tunc omnia accidentia, quæ sunt in eodē subiecto, haberēt eandē vnitatē, & facerent idē concretū, v.g. in lacte albū, dulce, frigidū n essent vnū, & idē concretū ob vnitatē subiecti; at istæ Consequētiæ sunt falsæ, quia, & D. Athan. in Symb. negat dici posse tres æternos, tres immēsos, & est cōmunis omniū sēsus albū, dulce, frigidū in lacte esse diuersa cōcreta ob solā formarū diuersitatē i eodē subiecto.

Resp. de rigore sermonis dici posse in diuinis tres æternos, tres immensos, &c. negatur tñ hic modus loquēdi ab Athan. esse rectus, quia cum careamus proprijs concretis substantiuis, qualia forent immensor, sapientor, quę nō sunt in vsu, cōcreta ipsa adiectiua sumimus substātiuè, & ideò cū vna sit æternitas in tribus, vna immensitas, vnū dicimus æternū, nō tres ęternos, &c. Ad aliud, dū hic loquimur de vnitate, & pluralitate concretorū, sermo est de concretione secundū significationē eiusdem formę, nam istam, non multiplicāt formæ, nisi multiplicētur subiecta, quibus inhærent, quia ipsæ formæ ex se concretionem non faciunt, sed ratione subiecti, & ideò estò lac sit dulce, album, frigidum, non tamen dicitur plura qualia, sed vnum quale; estò homo sit Logicus, Geometra, Theologus, non tamen dicitur plures scientes, sed vnus sciens.

Secundo, si ad pluralitatē cōcretorum substantialiū, & substantiuorū non sufficit sola formæ pluralitas, quia cōcretum substantiale adhuc depēdet ad suppositū, & cum tali dependētia terminare debet adiectiuū pluralitatis, eadem ratione sola formæ vnitas ad vnitatem concreti substantialis non sufficiet, quia cū dependētia ad suppositū terminare debet tā adiectiuū multitudinis, quā vnitatis, & ideò si sunt plura supposita, & natura vna, non poterit cum veritate vnum dici concretum, sicut cū veritate dici plura nequeūt, si suppositum est vnū, & naturæ plures.

Resp. negando paritatē, nā vtiq; potest concretum substantiale determinari ab adiectiuo vnitatis præscindendo ab vlteriori tendentia, & dependentia ad suppositū, nō autē sic ab adiectiuo multitudinis, sed ratio disparitatis non eadē affertur ab omnibus; Auersa q. 23. log. sect. 3. in fine, inquit potissimam rationē huius rei esse ipsū vsū loquēdi, quo factū est, vt huiusmodi concreta singulariter dicta significent, vel vnitatē formæ, vel subsistētię, & suppositi, pluraliter autē dicta significēt pluralitatē vtriusq; simul; At hęc ratio nō satisfacit, qa negare quis posset talē vsum loquendi apud oēs acceptū, quo etiā admisso tenemur reddere rationem huius vsus, quare nō sit abusus. Ideò Suarez 3.p. disp. 13. sect. 2. hanc reddit rationē disparitatis; ad hoc vt aliqua sint vnū sufficit, quod in aliqua ratione vniātur, vt putà in illa ratione, per quā sunt vnū; ad hoc verò vt sint plura, in nulla vnitate absolutè debent conuenire, quia multitudo, cum sit idē, ꝙ diuisio, opponitur vnitati, vt ergo concretum multiplicetur, necesse est, quod omnino, & simpliciter omnia plurificentur, & nulla vna ratio remaneat. Sed neq; hoc satisfacit, tū quia potius res opposito modo se habet, quod plus ad vnionē, seù vnitatem requiritur, quam ad diuisionem, & multitudinem vndè homo, & equus simpliciter plura dicuntur, etiāsi habeant vnitatem genericā, & vnitas velut perfectio, & simpliciter bona procedit ex integra causa, diuisio autem, & multitudo quæ vergit ad malum, procedit ex quocunq; defectu; tum quia hoc non est verum in cōcretis accidentalibus, quæ plurificantur sine p'r-

pluralitate formæ: Quod si dicat Suarez esse verũ in substãtialibus, sanè principiũ petit, hoc.n.est, q quæritur, cur sola vnitas formæ sufficiat ad vnitatẽ cõcreti in substãtialibus, & nõ sola pluralitas eiusdẽ ad pluralitatẽ, curq; cõcretũ substantiale terminare possit cũ veritate adiectiuum vnitatis stante suppositorũ pluralitate, nõ aũt adiectiuum pluralitatis stãte vnitate suppositi cum sola multitudine formæ.

Itaque pstabit dicere rõnem discriminis, cur possit concretũ substãtiale determinari ab adiectiuo vnitatis sine vlteriori depẽdentia ad supposita, non sic ab adiectiuo multitudinis, esse, quia vnitas ptinet ad naturam, multitudo ad supposita, hæc.n.in natura vniuntur, & natura in illis multiplicatur, qua etiã ratione adiectiuũ multitudinis tribuitur cõcreto naturæ, vt supponit personaliter, adiectiuũ verò vnitatis, vt supponit simpliciter; & ideò dixit Porphir. plures homines rõne naturæ dici vnũ hominẽ; hinc igitur est, q cõcretũ substãtiale determinari põt ab adiectiuo vnitatis pscindẽdo ab vlteriori depẽdentia eius ad suppositũ, nõ verò ab adiectiuo multitudinis, quia sub hoc adiectiuo præsertim respicit supposita.

Sed dices, si ità est, ergo pater, & filius in diuinis poterunt dici duo spiratores, quia cum concretum hoc dependeat etiam ad suppositum, iam duo sunt supposita, quæ spirant. Resp. negatur consequentia, quia licèt ex ea parte, quæ concernit suppositum, possent dici duo spiratores, tamen ex alio capite, quia etiã in se immediatè natum est terminare dependentiam termini numeralis adiectiui, quia est substantiuum, & vis spiratiua tantùm vna est in patre, & filio, vt docet Theologus, ideò cum veritate non potest suscipere effectum formalẽ adiectiui numeralis; sicut ex alio capite pater, etiam si habeat duo principia productiua, non potest dici duo productores, quia etsi adsit pluralitas formæ, deest tñ pluralitas suppositorum; & hæc est ratio, cur ad pluritatẽ cõcretorũ accidẽtaliũ, & adiectiuorũ sufficit sola pluralitas subiectorum, & ad pluritatẽ substãtialiũ vtraq; requiritur, quia ibi solum subiectum terminat dependentiam adiectiui numeralis, cum adiectiuũ nullo modo terminare queat, hic verò duo forma nẽpè, & suppositum, hoc vltimatè, illa non vltimatè.

Tertiò arguit Arriag. cit. veritatẽ prædicàtionum, & multiplicationẽ terminorũ cõcretorũ non ex formali significato eorum attendi debere, sed ex eo, q importatur in recto, & hac rõne ait cõcreta accidẽtalia vnitatem sumere, & multiplicationẽ ex parte subiecti, pcisè, q important in recto, nõ ex parte formæ, etiã si illã significent de formali, cũ ergo cõcreta substãtialia ex natura, & subsistẽtia dicãt in recto naturam, & in obliquo subsistẽtiam, sequitur necessariò ex pdicta regula, q si in eodẽ supposito duæ subsisterent naturæ, v.g. humanitates, illud dici deberet plures homines, quia plures naturas importaret in recto. Et n.62. ait falsã esse regulã à nobis traditã, q nomina numeralia cõiuncta concretis substãtiuis multiplicãt formale, & materiale; quia nomẽ *persona* est cõcretum substantiuum, & tñ nomẽ numerale illi adiunctũ non multiplicat formale, & materiale illius significatũ, aliàs dum dicuntur *tres diuinæ personæ*, etiam multiplicaretur *diuinitas*, quę est materiale illius significati.

Resp. concreta accidentalia numerari ad numerationem subiectorum præcisè, quia ipsa sola subiecta terminant dependentiam adiectiui numeralis, & hæc est ratio propria, & à priori, & quia in concretis substantialibus tàm forma, quã suppositũ terminãt, ideò ad eorum requiritur multiplicationẽ vtriusq; multiplicatio Neq; ex hac regula sequitur cũ dicimus *tres diuinæ personæ* etiam diuinitatem multiplicari debere, quia cum ly *diuinæ* nomen sit adiectiuum, nequit terminare dependentiam adiectiui numeralis, sed terminatur ad nomen *personæ*, cuius signi-

significatum, nimirum subsistentiam multiplicat, Regula verò ab ipso tradita, vel non est ad rem, vel pro nobis contra ipsum concludit, quod si in eodem supposito plures subsisterêt naturę, illud dici deberet vnus homo, & non plures, quia concretum quoq; substantiale, sicut accidentale, explicatur per se suppositum in recto, nam homo est habens humanitatem, sicut album est habens albedinem.

DISPVTATIO TERTIA.

De ente rationis, & secundis Intentionibus.

PLANE ad Metaphysicam spectat tractare de ente rationis per reductionem ad ens reale, quod est proprium eius obiectum; vsus tamen apud multos inualuit, vt iste tractatus logicæ demandetur, & quidem rationabiliter, tum quia cognitio entis rationis, & secundarum intentionum valdè inseruit logicæ in se, vtpotè quæ multum iuuat directionem operationum intellectus, res .n. sub his denominationibus rationis melius percipiuntur, & commodius applicantur definitionibus, diuisionibus, & argumentationibus, vt constat ex dictis q. proœm. tum quia adhuc magis deseruit logicæ ab Arist. tradite, quæ tota sub terminis secundarum intentionum est instituta, vt magis patebit ex dicendis; his igitur de causis communem vsum sequentes hic de ente rationis agemus, & secundis intentionibus.

QVÆSTIO PRIMA.

An detur ens rationis, & quale esse habeat.

NOmine entis rationis in tota sua latitudine intelligitur quicquid habet esse aliquo modo dependêter à ratione, quod quidê pôt tripliciter contingere, vt docent Formalistæ nostr. art. 1. formal. & colligitur ex Scot. 4. d. 1. q. 2. §. *hic primò videndum est*. Primò effectiuè, seu causaliter, quia nimirû per verû, & physicû influxû causatur, & producitur ab intellectu, quales sût actus intelligêdi, qui efficiûtur ab eo, Secundò subiectiuè, quia subiectatur, & recipitur in intellectu, eiq; adheret, quales sunt ijdê actus intellectus, & oês habitus sciêtiarû, quatenus recipiûtur in intellectu, eiq; tâquâ subiecto adhærent. Tertiò obiectiuè, q a obijcitur intellectui, seu ab intellectu cognoscitur, qualia sût oîa, quæ ab intellectu percipiûtur, vt sic; Sed adhuc dupliciter in hoc vltimo sensu pôt aliqd depêdere in suo esse à rône, vel ità q̃ haberet illud esse, ét si intellectui nô obijceretur, vt ignis, q est calidus, licet à nobis nô cognosceretur vt calidus; vel ita q̃ nô haberet illud esse, nisi obijceretur intellectui, sed in tm̃ illud habet, in qm̃ ab intellectu cognoscitur, cuius cognitione cessâte statim euanescit, vt Angelus, qui nô est pulcher iuuenis, nisi quatenus tali modo apphêditur ab intellectu; & hoc est illud ens rationis, quod dicitur habere esse tantum obiectiuè in intellectu, quod dicitur ens fictum à ratione, & de quo quæritur in præsenti, an debeat admitti, quo etiam admisso dubitatur deindè, quale esse sit ei tribuendum.

Circa primam quæsiti partem entia rationis, ac secundas intêtiones vidêtur negasse Mayron. quodlib. 7. Ioann. Gand. lib. 2. Met. in fine, & lib. 4. q. 6. Hervæ-

nen.

non sibi cõstet 6.Met.q.5.Bernardus quidã Mirandulanus in exposit. pdicam. & Vallesius cõtrou.x.Phys.Opposita tñ sententia est cõis omniũ sensus, qui admittunt;& passim supponunt entia rõnis;sed adhuc nõ oẽs cõueniunt in alterã quæsiti parte,quale nã esse sit eis tribuendũ;Quidã.n.quibusdã entibus rõnis tm̃ deferunt, vt eis cõcedãt esse formale,& actuale antecedẽter ad oẽm operationẽ intellectus, ita loquitur Medina 3.p.q.35.ar.5.dub.1. ad 1.de illis entibus rõnis,quæ habẽt fundamentũ in rebus,& Fonseca 4. Met.c.2. q.7.sect.9.& lib.5.c.15.q.4. sect.4. de illis relationibus rõnis, quæ ex denominationibus extrinsecis resultare videtur,vt sũt relationes creatoris, prioris, & posterioris;ac aliç cõsimiles; Alij verò etsi fateantur omne ens rõnis quatũ ad existẽtiã ab intellectu prsus pẽdere,adhuc tñ asserũt habere suã essentiam indepẽdẽter ab eius operatione, secũdum quã reuera dr possibile esse in intellectu,sicut ens reale per suã essentiã dicitur possibile esse extra intellectũ,Alij demũ statuunt ens rõnis penitus ab intellectu depẽdẽs quoad oẽ suũ esse, nõ solũm existentiæ, sed et essentiæ.

Dicendum est pro resolutione quæsiti quoad vtramq; partem ens rationis omninò concedendum esse, non tamẽ in eo sensu,vt ante opus intellectus aliquod esse formale, & actuale habeat, sed ita q omne suum esse actuale accipiat à ratione. Conclusio quoad primam partem est communis Græcorum, Arabum, & Latinorum, vt testatur Cartarius de primis princip. vniuers. log.lect.7. nam Auicen. 1.suæ Met. cap.2. & 3. Auerroes 4. Met. comm. 2. & in Epitom. log. cap. vltim. docent logicam esse de secundis intentionibus, hoc idem asserit Ammonius in lib. prædicab. & Porphirius in lib. prædicam.3.interrog.& subscribunt Latini famosiores D. Thom. Scot. Ægid. Albert. Alensis, & alij passim, ita quòd sola Antiquitas sufficere potest ad ostendendam huius conclusionis veritatem;hanc Suarez probare conatur disp. vlt. Met.sect.1. nõnullis Arist.testimonijs,quæ ad rẽ nõ facere ostẽdit P.Fab.4.Met,disp.4. c.1. sed Arist.pro hac stare sentẽtia manifestè demõstrat famosa illa diuisio ẽtis in anima, & extra animã, quã sæpius ipse tradidit, pſettim verò 6.Met.in fine,&lib.11.sum. 3. c.2. vbi p ens in anima expositores intelligunt ens rõnis,pcipuæ Scotus in 1.d. 36.q.vn.F. Et Mayron. ipse non absolutè negat entia rationis; sed tm̃ disputandi gratia,vt protestatur in fine quol.6.

Probatur etiam ratione multipliciter; Tum quia multa sæpe cogitamus, ac si essent, quæ tamen nec sunt, nec esse possunt, vt patet de Chymera, Hircoceruo, & similibus, ergo cum aliud esse non habeant,quàm cogitari,& tamdiu sint,quãdiu cogitantur, verè sunt entia rationis. Tũ quia cũ intellectus concipit negationes, priuationes, ac extrinsecas denominationes, eas vtique concipit ad modum entium, cum enim eius obiectum adæquatum sit ens reale, nihil concipere potest, nisi ad modum veri entis, vnde tenebram in aere, cæcitatem in oculo concipit per modum quarũdam formarum, luci, ac potentiæ visiuæ contrariarum, hoc autem est efformare ens rationis. Tum etiã quia experimur aliquos actus, quorum obiecta non sunt à parte rei, vt cum equum rationalem concipimus, & Angelum corporeum,nam hęc obiecta, æquus nempè identificatus cum rationali, & angelus cum corporeo, non sunt à parte rei, nec esse possunt, sed merè obiectiuè existunt in intellectu fingente equum rationalem, & angelum corporeum. Tum denique quia tota Arist. logica plena est his terminis, genus, species,subiectũ,pdicatũ, singulare, vniuersale,& similibus,quę oĩa sunt entia rõnis.

Respondent negantes entia rationis, cum intellectus equum rationalem, angelum corporeum, & similia concipit, non vtique per talem actum concipere quid fictum, & apparens, quod dicatur

catur ens rõnis, sed cõcipit verã, & realẽ rationalitatẽ, verã, & realẽ corporeitatẽ, quã in alijs rebus cognoscit, & eas intentionaliter cõnectit cũ equo, & angelo, atque ideò nũquã dari tale ens rõnis, quod ex parte obiecti actui fingẽti correspondeat. Sed hãc solutionẽ, optimè confutat Arriag. disp. 6. Met. sect. 2. n. 10. nã quãdo intellectus asserit equum rationalẽ, angelũ corporeũ, planè nõ pdicat rationalitatẽ, quæ cõuenire solet indiuiduis humanæ naturæ, neq; corporeitatẽ conuenientem rebus materialibus, sed aliam consimilem; quam supra numerum earum, quæ sunt possibiles, fingit intellectus, sicut si Thomista tenens sub specie Gabrielis vnicum tantum indiuiduum esse possibile, conciperet vltra istud adhuc aliud esse possibile, tunc vtiq; hoc aliud, quod conciperet, non esset indiuiduum ipsum Gabrielis, sed aliud, fictum, & repugnans in eius sententia, ita igitur in proposito cum alia rationalitas distincta ab omnibus rationalitatibus humanorum indiuiduorum, illis tamen consimilis, non sit realis, sed ficta, & chymerica, quando concipitur equus rationalis, & angelus corporeus, verè efficitur ens rationis. Accedit, quod etiam admissa eo solutione adhuc nõ euitatur ens rationis, licẽt enim rationalitas equo applicata esset realis, adhuc vnio rationalitatis cum equo esset omninò ficta, & rationis. Quod si instes, intellectum illis extremis etiam applicare veram vnionem quam inter alias res experitur. Non adhuc euitatur ens rationis, quia saltim applicatio illa obiectiua ipsius vnionis erit rationis, & ficta, quia applicatur rebus inunibilibus.

Quo etiã ad alterã partẽ conclusio est cõis, & est præsertim Scot. quolib. 3. A. vbi docet ens rõnis habere pcisẽ esse in intellectu cõsiderãte, & in 1. d. 36. q. vn. F. & G appellat illud ens in anima, vt contradistinguitur ab ente extra animam tàm in esse actuali, quã in esse possibili; tã quoad esse existẽtiæ, quã essentiæ, ita q̃ omnẽ ꝓrsus realitatẽ, & existẽtiæ, & essẽtiæ, actualẽ, & possibilem negat Doctor enti rõnis, & ei dũtaxat tribuit esse obiectiuũ, secundũ quid, & diminutum, quod non habetur, nisi beneficio intellectus, & iterũ in 2. d. 1. q. 1. art. 2. disertè docet entia rõnis nõ habere esse actuale, & formale, nisi cũ intelliguntur; & manifestè deducitur ex ipso conceptu entis rõnis, id .n. intelligimus per ens rõnis, q̃ omninò cõtra distinguitur ab ente reali, ergo nullũ esse formale, & actualẽ habet ãte opus intellectus, nam si aliq̃ tale haberet, ꝑfectò ab ente reali nõ esset prorsus cõdistinctũ. Per q̃ excluditur Medinę respõsio, & aliorũ dicentiũ hanc rõnem solũ cõcludere, q̃ ens rõnis in actu pfecto, & cõpleto pẽdet ab opere intellectus, quod tamẽ pręcedere potest in actu imperfecto, & incompleto. Exploditur hæc solutio, quia si aliquam realem actualitatem, quantumuis imperfectam antecedenter ad opus intellectus haberet ens rationis, sanè non esset ab ente reali vndequaque distinctum, nec propriẽ esset ens rationis, quod ideò dicitur rationis, quia nullo modo potest esse in actu, nisi per opus intellectus. Et hæc ratio nedum probat de esse existentiæ (vt nonnulli respondẽt) sed etiam de esse essentiæ; tum quia existentia proportionatur essentiæ, vt modus eius, vnde ex conditione existentiæ arguimus essentiæ conditionem à posteriori, ergo si existẽtia entis rationis prorsus ab intellectu pendet, idem de essentia dicendum erit, & prorsus irrationabile est alicui assignare essentiam realem, & deinde existentiam rationis; tum quia existentia aliud non est, quàm ipsius essentiæ actualitas, ergo si entis rationis habent existentiam solum ab intellectu, idem erit de essentia dicendum; Tũ tandem, quia hæc ipsa est essentia entis rationis, quod nec sit, nec esse possit citrà operationem intellectus, & hac de causa dicitur ens rationis, imò si haberet

essen-

essentiam realem, iā quidditatiuè, & formaliter ens reale foret, & non rationis.

In oppositum objicitur primo ꝓbando ens rōnis admitti nō debere, Tū qa nulla pōt illius assignari causa, hæc.n. pſertim deberet esset intellectus, at hic est causa realis, & causat media actione reali, ac ꝓindè effectū semp attingit realē. Tū 2. ꝙ est impossibile nō pōt cōcipi, nec mente intelligi, quia intelligi sequitur esse, & solū ens reale est obiectū adęquatū intellectus, sed ens rōnis est impossibile realiter, ergo etiā mentaliter. Tum 3. implicat obiectū in intellectu, ꝙ nō prius sit intelligibile, q̄ intellectū, quia ꝙ intelligitur in actu secūdo, sanè supponitur intelligibile in actu primo, at tale foret ens rōnis ex dictis, si daretur. Tū 4. implicat dicere illud habere esse ꝓpriū, ꝙ tm̄ fingitur esse, cū reuera nec sit, nec esse possit, quia ꝙ tm̄ fingitur, nec est, nec datur. Tum 5. si actui affirmāti angelū esse corporeū correspōderet ex parte obiecti vnio ficta, esset actus verus, quia affirmaret, ꝙ verè daretur, nā inter angelū, & corporeū datur vnio ficta, ergo vt sit falsus, debet inter ea cōcipi vnio realis. Tum 6. non pōt dari medium inter ens reale, & purum nihil, quia contradictoriè opponuntur, sed si daretur ens rationis, inter illa duo mediaret, non.n. esset ens reale, vt patet; neque purum nihil, quia aliquod esse haberet per intellectum. Tum deniq; quia horum entium nulla videtur necessitas, vel saltim vtilitas ad res veras declarandas, & doctrinas capiendas; ergo, &c.

Resp. perfectam harum difficultatum solutionem pendere ex dicendis, quantū ad præsens spectat, ad 1. dicendum est intellectum esse causam efficientem entis rationis, non tamen propriè, & in rigore dictam, quæ .s. verè, & physicè influat in effectum, sicut .n. ens rationis non habet esse verum, & reale, itè etiam nequit esse effectus causę verè, & realiter influētis, nec ab intellectu pēdere per realem, & physicam actionem, sed sicut est ens secundum qd, & veluti vmbra, & similitudo entis realis, ita ēt secundū quid dicitur fieri, & ꝓduci, vt Scot. docuit 1. d. 36. q. vn. & 2. d. 1. q. 1. & fusius explicabitur infra. Ad 2. negatur assumptū, quia in plus se habet intelligibile, quàm possibile, nā omne possibile est intelligibile, nō ecōtra cū possit intellectus fingere, & cogitare, ꝙ nec est, nec esse pōt; ex eo autē ꝙ ens reale sit adæquatum intellectus obiectū, colligitur solū ens rōnis nō esse p se, & absolutè intelligibile, sed tm̄ in eius virtute, quatenus nequit intelligi, nisi ad modum eius pcipiatur, & hæc est ꝓpria eius intelligibilitas, vt infra dicemus. Ad 3. verū est formaliter, & actualiter ens rōnis nō prius habere esse intelligibile, quā intellectū, sed hoc nō dicitur, quia absolutè non sit cognoscibile anteq̄ cognoscatur, nec possit actus secundus à primo distingui, sed ad denotādum, ꝙ nō sit prius cognoscibile, quā cognoscatur, quia actu cognosci est de essentia entis rōnis, & quādo actus est de alicuius essentia, vel saltim identicè, tunc in illo potētia non antecedit actū, qua rōne in Deo potētia ad existendū nō absolutè dicitur præcedere actū existēdi; quomodo autē saltim virtualiter in suis causis possit dici prius intelligibile, quā intellectum, imò etiam, & in aliquo sensu formaliter, & actualiter, mox dicemus. Ad 4. concludit de esse simpliciter, quod est proprium entium realium, non de esse secundum quid, diminuto, & abusiuo. Ad 5. quod aliqui magnifaciūt, vt notat Arriaga cit. redargutionem inuoluit, nam in antecedente concedit illi actui vnionem fictam correspondere, quàm deinde negat in consequente, vndè ibi benè retorquet argumentum; correspondet igitur illi actui vnio ficta, sed quia fingitur, & concipitur, ac si realis esset, ideò actus est falsus, quando verò intellectus denuò reflectitur attingendo illam vnionem, vt fictam, tunc actus ille verus est.

Ad 6. negatur minor, nā vt docet Doctor

ctor quol.3. ar.1. vel nomen entis sumitur in rigore pro eo, quod verè, & propriè est, i. realiter, vel saltim sic existere pôt, & nihil, prout opponitur enti hoc modo sũpto, & sic ens rõnis est purũ nihil, quia nec realiter est, neq; sic esse pôt; vel nomẽ entis sumitur magis amplè pro eo, quod est vel in re, vel saltim in apprehẽsione, nihil verò, prout opponitur enti in ista amplitudine, & in hoc sensu ens rõnis nõ est purũ nihil, sed aliquo modo ens; vel demum sumitur ens propriè, & in rigore, & nihil sumitur amplè pro eo, quod negat quocunque esse, siuè in re, siuè in apprehẽsione, & sic ens rõnis est mediũ inter ens, & purũ nihil, quia ex vna parte nõ est ens reale, ex alia nõ caret quocunq; esse, quia habet esse saltim in intellectu; hinc tñ nõ sequitur esse medium inter cõtradictoria, quia ens reale, & nihil hoc tertio modo sũptũ non cõtradicunt, vt benè notat Amic. tract.3. q.2.dub.5.ab initio. Ad 6. necessitas, & vtilitas efformãdi entia rõnis potissimũ desumendã est ex nostro impfecto cõcipiẽdi modo, sæpè.n.nequit intellectus noster concipere res, vt in se sunt, & ità concipit eas p cõparationẽ ad aliud, fingitq; relationẽ rõnis, vbi re vera non est, distinctionẽ, vbi nõ reperitur, & in hunc modũ entia rõnis multũ iuuãt nostrũ impfectũ intelligendi modum, vt benè discurrit Smising. tract.3. de Deo vno disp.2. n.175.

Secundò è contra arguitur contra alteram conclusionis partem, probando, vel omnia, vel saltim aliqua entia rationis actu dari citrà operationẽ intellectus. Tum quia nullo operante intellectu dantur à parte rei cæcitas in oculo, priuatio in materia, paries visus, Deus creator, & similia, quæ profectò quidpiam reale positiuum non important, sed rationis. Tũ 2. quia entia rationis prius habẽt esse intelligibile, quàm intellectum, & prius esse possibile, quam actuale, nam antequã ad modum entium concipiantur, possunt sic concipi, & verum est dicere ante operationẽ intellectus ens rationis esse possibile, & posse per eũ fieri. Tũ 3. ens rõnis est prius cognitione illa, per quã cognoscitur; ergo nõ habet esse solũ, quatenus cognoscitur. Probatur assũptũ ex Arist. 2. do anim. 33. vbi ait obiectum esse prius actu in ipsã tendẽte; ac ẽt rõne, quia quælibet potẽtia cognitiua supponit obiectũ, in quod operatur, & non actu suo illud efficit vt oculus supponit colorẽ, nõ verò illũ efficit vidẽdo. Tum 4. ens rõnis debet esse alicubi subiectiuè, cũ nõ sit substantia per se subsistens, sed non est subiectiuè in intellectu, cum in eo sit tñ obiectiuè, ergo subiectiuè erit in rebus ipsis, de quib. prædicatur; quod etiã Scot. insinuauit q.9. prædicab. & in 4.d.23.q.vnic. vers. *contra opin.*, Tum 5. dantur propositiones essẽtiales de ente rõnis æternæ veritatis ex parte obiecti non minus, quàm de ente reali, ergo sicut in ente reali arguũt essentiã realẽ, in qua fũdatur talis veritas præcisa existentia, ita & in ente rationis. Tum tãdẽ si esse entis rationis prorsus in cogitatione consistit, ergo poterit dari gradus genericus sine specifico, quia poterit cogitari ens rationis in communi, & non in particulari, in genere, & non in specie; & eadem ratione poterit dari subiectum sine passione.

Resp. ad 1. negando enumerata ibi esse entia rõnis formaliter, quamuis.n. entia realia nõ sint, non protinus inferendũ est esse essentia rõnis, sed esse negationes, & priuationes reales, vt sunt tenebræ, & cæcitas ex Doct. 1.d.23.q.vn. vel denominationes reales extrinsecas, vt Deum esse Creatorẽ, parietẽ visũ, vt docet idem 1.d. 30.q.2. vbi in calce optimè notat, quod quãdo aliquã negationẽ, & denominationẽ dicimus esse realẽ, tunc realitas determinat tñ compositionẽ, & tunc nihil aliud est, quam illud, quod verè est, & ita se habet à parte rei, non autem prædicatum, quia esse Creatorem nihil Deo realitatis addit de nouo, sicut nec esse visum parieti. Ad 2. entia rationis, antequam intelligantur, non sunt intelligibilia formaliter, sed tantum virtualiter, ad hoc au-

rem nõ est necessarium, ꝙ ꝑcedant opus intellectus secundũ aliꝗ esse propriũ; sed sufficit si in re ꝑcedat fundamentũ, qualecunq; illud sit, & in intellectu potẽtia, & virtus intelligẽdi; vndè quod ens rõnis sit possibile, ꝙ possit fieri, & intelligi, hoc totũ verificatur per ordinẽ ad potentiã intellectiuã, seù ad operationẽ possibilẽ illius, quare esse intelligibile in entib. rõnis non est aliꝗ intrinsecũ, vt in entibus realibus, sed potius est mera denominatio extrinseca à potẽtia intellectiua procedẽs, quatenus quæ non sunt, nec esse possunt, concipere ad modũ entis põt. Ad 3. negatur assumptũ, auctoritas verò Arist. & ratio ad illud probandũ adductæ valent tm̃ de obiecto motiuo, ꝙ, s. natum est producere in potẽtia sui speciẽ impressã, & cum ea expressã, nõ autẽ de simplici terminatiuo, quale est ens rõnis, vt clarè Doctor insinuat 4. d. 1. q. 1. sub S, & magis infra explicabitur; vel clarius põt intellectus rẽ dupliciter cognoscere, vel sicut est, vel aliter ac est, cum primo modo cognoscit, tunc vtiq; præsupponit obiectũ esse, sed dũ cognoscit secũdo modo, tũc efficit obiectum suum, & nullo modo supponit, quia tale obiectum non habet aliud esse, nisi quod tunc ei tribuit intellectus, ita verò cognoscit, dum efficit ens rationis, nã illud efformat cognoscendo rem aliter, ac sit, & quidem toties intellectus per actum suum sibi efficit obiectum, quoties fallitur iudicando esse id, quod re vera non est, vt ipsa experientia docet.

Ad 4. negatur maior, si. n. ens rationis esset verè in aliquo subiectiuè, tunc esset verum accidẽs, & per consequẽs ens reale, sed tm̃ est obiectiuè in intellectu ipso; neq; idcircò erit substãtia, quia hæc realiter est, & subsistit, põt tñ concipi, vt per se subsistens, & ad modũ substãtiæ, potest & concipi, vt in aliquo subiectiuè existẽs ad instar accidentis, & ita est, quando ab intellectu prædicatur de rebus ipsis, vt cum dicimus animal esse genus, in hac. n. & similibus prædicationibus prædicatũ non inest subiecto in se, sed vt cognito, & ita locutus est Doctor cit. cũ inquit entia rationis esse subiectiuè in rebus ipsis. Ad 5. negatur veritatẽ propositionũ in entibus realibus fundari in aliquo esse essentiæ, ꝙ res actualiter habeant ante esse existẽtiæ, sed fundatur in eo, ꝙ ipsa essentia rei sit possibilis, vt actu ponatur in esse existentiæ, & essentiæ, vt latè docet Scot. 1. d. 36. q. vn. potius ergo dicẽdum est, ꝙ sicut veritates entium realium fundantur super possibilitates eorum, vt actu sint, & actu ponatur in esse extra intellectum, eo quia istæ ꝓpositiones eatenus veræ sunt, quatenus ab omni actuali existẽtia ꝑscindũt, ita etiã veritas propositionũ essentialium de entibus rõnis fundatur in eo, quod ipsa essentia entis rationis possibilis sit, vt actu sit, & actu ponatur in esse per intellectum. Ad 6. conceditur sequela, sicut. n. obiectiuè cogitari põt natura vniuersalis abstracta à singularibus, & natura generica à speciebus ita fieri põt ens rõnis in communi nõ facto in particulari, ens rationis subiectum, non facto ente rõnis, quod est passio; neque id inconueniit in ijs, quæ aliud fieri, & existere non habent, nisi in mente, & obiectiuè. Dices ergo inter gradum genericum, & specificum, subiectum, & passionem in entibus rationis dabitur suo modo distinctio realis. Negatur conseq; quia licèt possit cogitari gradus genericus non cogitato specifico, & subiectum non cogitata passione præcisiuè, tamen cogitari nequit diuisiuè, quod requireretur ad distinctionem realem. Accedit, quia harum intentionum esse consistit in cognosci non repugnare vnã actu esse sine altera in ipso intellectu cognoscente, nã connexio harum intentionum non attenditur quoad existentiam actualẽ, ita quod vna sequatur ad aliam in esse, cum esse non conueniat eis per consecutionem, sed per cognitionem: connexio igitur attenditur in eis ratione fundamẽti, quatenus fundamentum ita fundat vnam

quod

quod ex vi illius petit etiã fundare aliã.

QVÆSTIO SECVNDA.

Quid sit formaliter ens rationis, & in quo eius essentia consistat.

Q[u]amuis vt monet Doct. 4. d. 1. q. 2. [n]ens rationis propriè definiri non po[test] [a]stringendo definitionem ad quid propriè dictum extra animã, tñ quia definiri põt eo modo, quo definitio exprimit vnũ coceptũ per se in intellectu, siue cõceptus ille sit rei extra, siue rõnis, ideò in hoc sensu quæritur in præsenti, quid sit ens rõnis, & quænã eius definitio; & licèt cõmunis sentẽtia ens rõnis admittẽs cõcedat illud nullũ habere esse extra animã, & subiectiuũ, sed tñ in anima, & obiectiuum, vt ex præced. q. liquet; adhuc tñ discrepant authores in explicando, quid sit illud, q̃ habet esse tñ obiectiuè in intellectu, & solũ tand[i]u est, quandiu consideratur, quod est proprium esse entis rationis, qua in re plures extant opiniones, quæ præsertim ad quatuor reducuntur.

Prima satisfamosa constituit formalitatem entis rationis in denominatione extrinseca, quam aliqui fine vlla limitatione amplectentes affirmant quamlibet denominationem extrinsecam à quacũque forma prouenientem esse ens rationis, vnde iuxta hunc dicendi modum nõ solùm denominatio, qua res denominatur cognita, sed etiam ea, qua denominatur volita, visa, &c. imò qua res in sensibilis, vt columna, dicitur dextra, vel sinistra ex vario animalis situ, & similes sunt formaliter entia rationis, ita sensisse videtur Fonseca 5. Met. c. 7. q. 6. sect. 3. & Vasquez 1. p. disp. 115. num. 2. & p. 2. disp. 95. c. 10. vbi denominationem extrinsecam inquit esse aliquid rõnis. Alij verò eiusdem sententiæ Auctores eam coarctant ad solam denominationem in obiectum deriuatã ab actu rationis qualis est denominatio cogniti, & intellecti ita Durand. 1. d. 19. q. 5. n. 7. Soto q. 2. vniuers. Onna ibidẽ, & probabilissimã censet Didac. à Iesu disp. 3. log. q. 1. Alij demũ Recẽtiores adhuc eandẽ sententiam magis coarctantes dixerunt nõ omnem denominationẽ extrinsecã ab actu intellectus prouenientẽ appellãdã esse ens rõnis formaliter, sed illã dũtaxat, quæ puenit ab actu intellectus cõcipiẽtis obie[ctum] aliter, ac sit. Et in hac sẽtẽtia de extrinsecis denominationibus trahi solet Scot. quia in 1. d. 36. q. vn. docet intellectum diuinũ producere ab æterno creaturas in esse cognito, q̃ ibi appellat ens rationis, & contradistinguit ab esse reali, & in eodem 4. q. 45. q. vn. pariter esse volitum in obiecto appellat ens rationis a voluntate factum, & ita sentit Trombet. tract. Formalit. art. 2. §. *Pro intelligentia primæ conclusionis.*

Secunda sententia negat ens rationis esse formaliter ipsam denominationem extrinsecam, sed ait esse relationem rationis ex ipsa denominatione extrinseca, seu ex forma rem extrinsecè denominãte resultantem; quam opinionem alij qui sine limitatione amplectentes affirmant ens rationis esse relationem resultantem per actum cuiuscunque potentiæ attingentis obiectum, & per omnem formam extrinsecè denominantem aliquod subiectum, ita indicauit Viguer. in instit. de anima rationali §. 2. versic. 4. & alij in materia morali; Alij verò coarctant hanc sententiam ad solas denominationes ex actibus vitalibus desumptas, & volunt relationem ex illis resultantem esse formaliter ens rationis, imò aliqui specificant hanc relationem, in qua consistit ens rationis, esse illam præcisè, quæ resultat per actum ratio[n]is, quo cognoscitur obiectum; hanc autem resultantiã ita intelligere videntur, vt relatio insurgat in obiecto statim, ac terminat actum potentiæ [s]ine talis absque alia operatione reflexa supra præcedentem operationem; non satis autem explicant terminum huius relationis resultantis, an . . sit obiecti cogniti, vt sic, ad potentiam co-

 gno-

gnoscendi, an ad actũ ipsius cognitionis, ex quo derelinquitur, an potius ad aliud obiectũ, cui cõparetur, sed variè loquuntur; & in hac sentẽtia fuisse videntur quamplures Thomistæ veteres, vt Soncin. 6. Met. q. 18. & Scotistæ, qui proinde frequẽtius describunt ens rõnis; q̃ habeat esse per actum collatiuum intellectus, vel alterius potẽtiæ collatiuæ, vt est videre apud Formalitas ar. de idẽtit. & distinc. rõnis, vbi solum ens rõnis respectiuũ agnoscere videntur ex actu collatiuo consurgẽs, quibus plurimũ fauet Doct. 4. d. 1. q. 2. art. 1. vbi ait, *ens in anima* (idest ens rationis) *in summa nõ esse, nisi relationẽ rationis*, q̃ ẽt insinuauit 1. d. 35. q. vn. §. *Potest dici*, & 4. d. 16. q. 2. E. & in eo. 4. d. 1. q. 5. in fin. & alibi sepe.

Tertia sententia inter Recentiores receptissima, quibus præiuit Suar. disp. vlt. Met. sec. 2. docet ens rõnis esse illud, q̃ solũ habet esse obiectiuè in intellectu, sic. n. definiuit ens rõnis Cõment. 6. Met. com. 3. id autem ita explicat, vt ens rõnis sit illud, q̃ cum à parte rei nihil sit, ab intellectu tñ percipitur per modum entis, quasi aliquid esset, cæcitas. n. & quæuis alia priuatio, ac etiã extrĩseca denominatio, quæ à parte rei nõ sunt reale aliquid, cõcipiũtur ab intellectu per modũ cuiusdã formę existẽtis in oculo, vel in alio subiecto, aut obiecto denominato; & ideò cũ entitatẽ non habeant, nisi beneficio intellectus concipientis in illis rationem entis, meritò dicuntur entia rationis, cum ita cõcipiuntur; quæ explicatio desumitur ex S. Thom. 1. p. q. 16. ar, 3. dum ad 2 respondens ait *ens rationis esse, quod cum non sit in rerum natura, accipitur vt ens in ratione*, quod etiam docuit opusc. 42. c. 1. At quoniam iuxta hanc sententiam ad ens rationis duo spectare videntur, nihileitas nimirum, qua ab ente reali distinguitur & entitas ficta ab intellectu ad modum veri entis, qua ab omninò nihil distinguitur, quod s. non habet esse, neque realiter, neque mentaliter, vnde quodammodo mediat inter ens reale, & purũ nihil, hinc variæ dubitationes, & varij modi dicendi exoriuntur in explicanda hac sententia; Nam dubitatur primò an illa nihileitas intret formalitatem entis rationis, an potius materialiter ad eam se habeat, quidam primum asserunt, eo quia per nihileitatem ens rationis intrinsecè, & formaliter distinguitur ab ente reali, alij negant, quia cum includat in suo conceptu entitatem illam fictam, quæ habet modũ positiui, tunc conceptus entis rationis ex positiuo, & negatiuo cõflatus esset, quod repugnat. Sed quocunq; modo nihileitas se habeat ad ens rationis, dubitatur rursus qualis esse debeat, an scilicet talis esse debeat, vt non solum excludat actualẽ existentiam obiecti in rerum natura, verum etiam possibilitatem ad sic existendum, an potius sufficiat, vt solũ excludat actualem existentiam, .i. non sit actu à parte rei, & tamen esse concipiatur, etsi aliàs sit possibile in rerum natura; vt tenet Hurtad. disp. 19. Met. sect. 1. §. 14. & Arriaga disp. 6. Met. sect. 3. sub sect. 1. Deinde dubitatur insuper de illa entitate ficta per modum veri entis, cum talis non sit, an ita constituat formalitatem entis rationis, vt sit de conceptu entis rationis, quod quando efformatur ab intellectu, concipiatur aliter, quam est, vt communis velle videtur, an potius sit eius proprietas, quidditas verò sit sola obiectiua existentia in intellectu, vt tenet Celestin. part. prior. disp. log. disp. 2. sect. 3. vel an id contingat merè per accidens, vt tenet Didac. disp. 3. q. 1. vbi defendit ens rationis efformari posse ab intellectu etiã cognoscente rem, sicuti est, & ideò asserit de ratione entis solum esse, quòd obiectiuè tantùm habeat esse in intellectu.

Quarta demum sententia est Recentiorum quorundam Scotistarum, qui ad concilianda varia dicta Scoti, quibus fauere videtur relatis opinionibus, admittunt omnes præfatos modos constituẽdi ens rationis, & ita latè describunt ens rationis, vt eius formalitas conuenire pos-

sit tum denominationib. extrinsecis, tum relationib. ex illis resultātibus, tum entib. cōfictis per operationē reflexam intellectus ad modū veri entis, ita Meuriss. lib. 1. Met. q. 3. & Smising. tract. 3. de Deo vno disp. 2. n. 180. & seq. Posset etiā quinta sententia referri nō prorsus improbabilis, quę statuit ens rōnis in applicatione vnius entitatis realis cū alia incōpossibili, de qua erit sermo ar. 2. huius quæst. in fo. ad 2.

ARTICVLVS PRIMVS.

Ens rationis formaliter non consistere in extrinseca denominatione, neque in aliqua relatione ex ea resultante in rebus.

DIcendum est primo ens rationis formaliter nō consistere in extrinseca denominatione ꝓueniēte ab aliqua forma reali, neq; ab actu rōnis, siue hic exprimat rē, sicut est, siue aliter. Conclusio est cōtra Auctores primæ sen. & singulos eius dicēdi modos, & Scot. 1. d. 30. q. 2. ad vlt. vbi docet denominationes extrinsecas à formis realibus desumptas esse reales, nō quia sint entia realia, sed q. verè dātur à parte rei eo modo, quo in eodē 1. d. 23. q. vn. docet dari negationes, & priuationes reales, etiā si nō sint entia realia, sequuntur Scotistæ quamplures, & ex recentioribus P. Faber. 4. Met. disput. 4. & Vulpe tot. tp. part. disp. 17. art. 8. nu. 6. & disp. 28. art. vlt. nu. 7. Fuentes q. 2. log. diff. 2. art. 4. Thomistæ, ac Neoterici ferè omnes Suarez in Met. loc. citato. Complut. disp. 2. log. q. 2. Auers. quæst. 5. sect. 2. Blanc. disp. 1. sect. 2. Didac. cit. q. 2. Amicus tract. 3. q. 2. dub. 2. art. 2. Hurtad. Ruuius, & alij passim in hoc tract. sed vt verus huius conclusionis intellectus habeatur, est aduertendum hic nos non loqui de denominatione formaliter, vt nimirum est ipsamet actualis appellatio, nominisq; impositio, sic .n., cum nō ptineat ad ordinem rerum, sed nominum (nā res, nō vt res sunt, sed vt nominibus significātur, denominari, vel denominare dicūtur) est ens rōnis, siquidē est ipsa significatio, vel impositio nominis, & est opus rōnis, q. intellectus est, qui imponit nomina rebus; sed loquimur de denominatione quasi pro materiali, & ꝓut spectat ad ordinē rerū, nēpè secundum ꝙ forma tribuendo suū effectū formalē subiecto, & aliud respiciendo pro termino, dicitur hoc quidē extrinsecè, illud verò intrinsecè denominare, & in hoc sēsu asserimus, quādo forma denominās est realis denominationē tā intrinsecā, quā extrinsecā, ab ipsa procedentē esse realē, .i. verè dari à parte rei nullo cogitante intellectu, paries enim v. g. dicitur à parte rei albus ab albedine sibi inexistente, & visus à visione existente in animali.

Probatur igitur in hoc sensu intellecta cōclusio, quia ens rōnis formaliter habet esse ꝓcisè per opus intellectus, at denominationes extrinsecæ dātur à parte rei citrà quodcunq; opus intellectus, sicut verè à parte rei dātur terminationes realiū habitudinū, quas res quædā ad alias ꝓferūnt, sic .n. verè Deus dicitur à parte rei creator per extrinsecā terminationē essentialis depēdentiæ, quā habet creatura ad ipsū ex Doctore loc. cit. & in 3. d. 8. q. vnic. ad 4. & quol. 12. & paries visus à visione existente in animali. Neque Auctores hanc defendentes sent. cum Durand. in secundo sensu possunt vim rationis euadere afferentes discrimen inter denominationes prouenientes ab actibus intellectus, & alias prouenientes ab actibus aliarum potentiarum, & alijs formis extrinsecis. Quamuis enim huiusmodi denominationes possent aliqua peculiari ratione dici denominationes rationis, quia s. proueniunt ab actibus rationis, attamen non possunt dici entia rationis, & denominationes rationis in sēsu, quo hìc sumitur ens rationis, sicut enim non minus actus intellectus, quàm aliarum potentiarum vitalium, & cæterę

formæ sunt reales, & realẽ dicunt habitudinẽ ad obiectum, ita denominationes ab oĩbus prouenĩetes pari modo reales erũt. Et hac rõne neq; Auctores eandẽ sent. tenentes in tertio sensu possunt rõnis robur subterfugere, licet.n. per denominationẽ illã extrinsecã, qua Angelus cõcipitur, vt Iuuenis alatus, exprimatur res aliter, quã sit, attamẽ in se realis est, & à forma reali desumitur, non minus, quam aliæ denominationes extrinsecæ, per quas res cognitæ dicuntur, sicut sunt.

Respondet Smisinch. cit. n. 184. denominationẽ extrinsecã non esse realẽ, quia ad realitatẽ denominationis p̃ter formã denominantẽ, & rẽ denominatã, requiritur vera vnio formæ denominãtis cum re denominata, & ideò cũ forma extrinsecè denominans nõ habeat verã vnionẽ cum subiecto denominato, denominatio extrĩseca nõ est realis, sed solũ ens rõnis, consistens in cõcomitãtia plurium entiũ instar terminãtis, & terminati se habẽtiũ; idẽ habet Io: de S. Th. p. 2. log. q. 2. ar. 1. ait n., ꝙ licèt rõne formæ denominantis possit extrinseca denominatio dici realis, ratione tamen vnionis, & applicationis ad rem denominatam est rationis, quia nihil reale in ea ponit.

Sed prorsus falsum est, etiam in extrinseca denominatione nõ reperiri suo modo vnionem realem formæ denominantis cum re denominata; sanè Doct. quol. 13. ar. 2. talem relationem vnionis, & quidem realem, agnoscit in actib. vitalibus ad obiecta, cum quibus vnit potẽtias vitales, quam habitudinem ait sub M. specialiori nomine vocari posse relationem attingentiæ alterius, vt termini, vel tendentiæ in alterum, vt in terminum; in quo nihil reale ponit; sed quod viros istos decepit est, quòd omnẽ vnionem cõstituunt per modum inhæsionis, quòd falsum est, quia etiam admitti debet vnio per modũ adhæsionis, ex quo vnionis modo oriuntur denominationes extrinsecæ, sicut ex priori intrinsecæ, & ex vi huius habitudinis, licèt nihil à parte rei dicatur esse in termino, verè t̃n aliquid dicitur esse ad terminum; vnde si ex hac habitudine aliq̃d velimus in termino cõstituere per modum *in*, necessariò erit aliquid rationis, vt benè adnotauit Didacus loc. cit. vbi eruditè satis discurrit de realitate denominationis extrinsecæ.

Respondent proindè alij concedendo denominationes extrinsecas à parte rei vtiq; de rebus verificari, nõ t̃n formaliter, sed t̃m fundamẽtaliter, & sic aiũt esse reales fundamentaliter, sed formaliter esse rõnis. At neq; hoc bene dicitur, quia sicut oculus per visionẽ dicitur formaliter vidẽs, ita paries p terminationẽ visionis dicitur formaliter visus, & sicut res per dependentiã essentialẽ ad Deum dicuntur formaliter creaturæ, ita Deus per terminationẽ eiusdem, dicitur formaliter creator, & non fundamentaliter solum; Nec refert, quòd forma denominans non sit in re denominata; id enim solum infert, quod res per eam formam non denominatur talis formaliter intrinsecè, sed tantùm extrinsecè, bene verum est, quòd quia & visio ad parietem terminata, & depẽdentia creaturæ ad Deum, sunt fundaméta, vel occasiones fingendi mutuas relationes rationis in Deo ad creaturam, in pariete ad oculum, possunt hac ratione antecedenter ad talem fictionem paries dici fundamentaliter relatus ad oculum, & Deus ad creaturam, adhuc tamen debet dici paries formaliter visus, & Deus Creator oĩum, q̃a videri à parte rei nõ est referri, sed terminare visionẽ, sicut creare est terminare depẽdẽtiã rei creatę.

Sed dices, si paries ante quodcunque opus intellectus est realiter visus non solùm fundamentaliter, sed etiam formaliter, & Deus Creator, ergo denominatio extrinseca aliquid reale ponit in re denominata, probatur consequẽtia, quia idem videtur esse, quòd paries sit realiter visus, & quod esse visum est aliquid reale in pariete. Respondetur ex Doctor. cit.

cit. 1. d. 30. q. 2. ad vlt. negãdo cõsequẽtiã, cum .n. dicimus paries est realiter visus, Deus est realiter creator, tunc ly realiter non determinat pdicatum, quasi pdicatũ aliquid importet reale inhærẽs subiecto, de quo enũciatur, sed tm̃ determinat cõpositionẽ, & tũc nihil aliud est (inquit Doctor) quã illud, ꝙ verò est, sicut cum dicimus *hæc propositio est realiter falsa*, sensus est, ꝙ est verè falsa, & sanè hic est aptissimus modus declarãdi realitatẽ denominationũ extrinsecarũ; Neq; illæ propositiones æquiualent *paries est realiter visus*, & *esse visum est aliquid reale in pariete*, quia per hãc significatur parietẽ esse materiam, in qua aliqd reale ponatur ex vi visionis, vbi per illã insinuatur solũ, ꝙ sit materia, circa quã operatur potentia, seù obiectum eius; ex quo colligitur re vera prius esse, ꝙ res sit extrinsecè denominata, posterius verò, ꝙ in re sic denominata aliqua relatio rationis concipiatur.

Demum quando etiam concederetur denominationes extrinsecas præsertim ex actibus rationis prouenietes esse fundamentaliter tantùm reales, formaliter verò rationis, adhuc tamen non benè per denominationem extrinsecã cogniti explicaretur formalitas entis rõnis in communi; vel .n. ista denominatio est ipsa forma constituens ens rationis, & hoc non, cum ista denominatio etiam afficere possit entia realia, cũ actu cognoscuntur, nec tamen ob id euadunt entia rationis; vel est id, quod suscipit formalitatem entis rationis, cum nimirum apprehẽditur, vt forma intrinsecè afficiens obiectũ, quod cadit sub actu cognitionis, & hoc vtique verum est, at non tantùm denominatio extrinseca ità efformatur in ens rationis, sed etiam alia nõ entia, vt negationes, priuationes, &c.

Et quidem immeritò trahitur Doctor in hanc sententiam inuitus, vt ex diuersis locis colligitur, in quibus de ente rationis loquitur, aut secunda intentione, in p d. 2. q. 7. Gg. ait, *quicquid intellectus causat sine actione obiecti circa obiectum præcise, hoc est, virtute propria intellectus, & hoc loquẽdo de obiecto, vt habet esse cognitũ in intellectu præcisè, & de intellectu, vt considerans est, illud est præcisè relatio rationis*, ergo non eo ipso, ꝙ obiectũ causatur ab intellectu in esse cognito per actũ rectum, causatur in eo ens rõnis, sed potius obiectũ supponitur cognitũ, tũ virtute sui, tũ intellectus, ex his .n. duobus causa totalis cognitionis integratur, & deinceps intellectus se solo operãs circa obiectũ, vt cognitũ apprehẽdendo nimirũ p actũ veluti reflexũ illud esse cognitũ, vt qd intrinsecũ obiecto, causat in illo, vt cognito ens rõnis. Et in 2. d. 1. q. 1. ar. 2. §. *quantũ ad hoc* vers. *de hoc quod dicit* (licet signetur pro extra) inquit, quod *intentio secunda sine actu cõparatiuo nunquam erit, esto fiat per intelligẽtiam in vero esse suo*, quib. verbis, vt aduertit P. Vulpes loc. cit. n. 4. insinuat Doctor per actũ comparatiuum habere secundas intentiones tm̃ esse derelictũ, & per intelligentiã reflexã suscipere postea verũ esse rõnis fabricatũ, ergo secundũ Scotũ illa denominatio extrinseca cõparati in hoc, & in illo obiecto derelicta ab intellectu cõparãte nõ est verũ esse entis rõnis, & secundæ intẽtionis, in 3. d. 8. q. vn. H. ait, quod *ens rationis, nõ est in alieno, nisi vt tantùm habet esse in intellectu, sicut cognitum in cognoscente*, at per ipsum actum, quo res aliqua denominatur cognita, nõ cognoscitur istud esse cognitum, & per consequens nondũ est obiectiuè in intellectu, vsque dum per alium actum cognoscatur, & tũc fiet ens rationis; in 4. d. 1. q. 2. art. 1. sub B. inquit, quod ens rationis est *ens in anima, tanquam secundo consideratum, non tanquam primo consideratum, ad quod considerandum mouetur primo anima à re extra, sed tanquam ens in primò considerato, in quantum consideratum*, sanè clarius insinuare non poterat, quod obiectũ reale non suscipit esse rationis formaliter, cum primò consideratur, cum tamẽ tunc susci-

suscipiat denominationẽ extrinsecã cogniti, sed suscipit illud quando secũdò cõsideratur quasi per actũ reflexũ apprehẽdendo illud esse cognitum, velut quid intrinsecũ obiecto. Tandem quol. 3. ar. 1. ab initio ait, ens rationis esse illud, q *est præcisè habens esse in intellectu considerante*, & haud dubiè loquitur de cõsideratione, qua cogitatur ipsum ens rationis, sed cũ primò res cognoscitur, tunc denominatio cogniti nõ cognoscitur, neq; consideratur, quia in illo omninò primo signo se habet vt quo, non vt quod; ergo secundũ Scotũ denominationes extrinsecæ, vt sic, non sunt entia rationis formaliter, sed nouus actus intellectus requiritur, per quem tale esse suscipiant.

Quando autem Doctor 1. d. 36. q. vn. §. *Concedo* illud esse cognitũ, q habet creaturę ab ęterno per actũ diuini intellectus, vocat ens rationis, notat Fuentes loc. cit. Scotũ reuera non vocare ens rationis illud esse diminutũ creaturarũ, sed relationẽ quãdã in ipso fundatã ad Deũ cognoscentẽ, & inquit Doctorẽ ita se explicuisse in §. *Ad secundũ*, & ita loquitur in 4. d. 1. q. 5. in fin. sed quando etiam loqueretur de illo esse diminuto, & denominationis extrinsecæ, dicendũ est cũ P. Vulpes Doctorẽ non appellare illud ens rationis formaliter, sed materialiter tantũ, quo sensu illud dicitur ens rationis, quod per actum intellectus potest formaliter esse rationis suscipere; hinc cõmuniter distingui solet, & præsertim in schola subtilium, ens rationis in materiale, & formale, seu vt ipsi loquuntur in ens rationis à ratione fabricatum, & à ratione derelictũ; Ens rationis formale, & fabricatũ, seu actuale est, quod habet actu existentiã ab intellectu fictam, ens verò rationis materiale, derelictum, seu potentiale est illud, cui ab intellectu sic concipiente, vel fingente existentia talis non repugnat; denominationes igitur extrinsecę secundũ se sunt entia rationis materialia, quatenus scilicet possunt concipi, vt forma intrinseca in obiecto, fiunt verò entia rationis formalia, cum ita concipiuntur, & finguntur; Itaq; Doctor in hoc sensu appellauit illud esse cognitum creaturarum ens rationis, quatenus scilicet fundare potest per opus intellectus aliquod esse, vel relationẽ rationis, vt ipse expressit ibidem in sol. ad 2. prin. Nec mirum esse debet, quod Scotus ibi denominationes extrinsecas appellet entia rationis; tũ quia interdum solet ipse cõfundere ens rationis materiale, & formale, vt patet in eod. 1. d. 30. q. 2. L. vbi ait Deum fieri dominum per relationem rationis ab intellectu creato in ipso cõceptam, vel per terminationem alicuius relationis in creatura, tum quia etiam apud alios Doctores frequens est hic loquendi modus, immò si ens rationis dicatur ad differentiam entis realis, non in tota sua latitudine, sed tantum, vt intrinsecè, & subiectiuè conuenit rebus, de quibus dicitur, sic omnes denominationes extrinsecæ possunt dici entia rationis.

Dicendũ 2. ens rationis formaliter neque consistere in aliqua relatione, quæ in rebus resultet ex ipsa denominatione extrinseca, seu ex formis res extrinsecè denominantibus, siue per has formas intelligãtur solum actus intellectuales, siue quæcũq; aliæ formæ res extrinsecè denominare valentes. Cõclusio est contra Auctores secundæ sent. in eo præsertim sensu, quo ab eis defenditur, & manifestè colligitur ex Scoto 4. d. 1. q. 2. B. & 3. d. 26. q. vn. E. quæ loca infra ponderabimus art. seq. in sol. ad 2. probatur euidenti ratione, quia vel talis relatio resultat in rebus ante operationem intellectus, vel per solam eius operationẽ, si primum profectò relatio realis erit, & non rationis, sicut sunt aliæ omnes relationes, quæ dicuntur resultare in suo subiecto, qñ ponitur terminus; si secundũ præterquã quod per actus aliatum potentiarum, & alias formas ens rationis in rebus resultare nequibit, quærendũ manet, quænam sit hæc intellectus operatio, per quã fit talis relatio, vel enim

est

est actus ille directus, quo primò attingitur obiectũ in suo esse reali, vel alius reflexus, quo cogitat obiectũ esse cognitũ, & esse cognitũ apprehēdit, vt quid intrinsecũ obiecto, per quod referatur ad cognitionē, actus prior esse nō põt, qa ex vi ipsius in obiecto nulla resultat relatio, sed sola denominatio cognita derelinquitur. Nec dici põt ex eo resultare effectiuè, quia sic esset ens reale, nam quod ex vi actus intellectus efficitur, est reale, vt patet de habitu naturali; si verò est actus posterior, bene dicit illa sētētia, attamē neq; adhuc adæquatè assignat, in quo cõsistat formaliter ens rationis, quia non omne ens rationis est relatiuũ, vt existimasse vidētur ex veteribus Scotistis quãplures, & ex modernis Fuētes cit. art. 3. dãtur .n. etiã entia rationis absoluta, vt infra ostendemus de mente Doctoris, qui etsi frequēter ens rationis explicuerit p relationē rationis, nõ ideò hoc fecit, quia putauerit formaliter, & adæquatè illud consistere in relatione rationis, sed quia vt plurimũ locutus est, non de ente rationis in sua cõmunitate, sed de illo præcipuè, quod dicitur secũda intentio, vt benè aduertit P. Faber 4. Met. disp. 4. cit. c. 3. & 5. ab initio, quæ vtiq; cõsistit i relatione rõnis, vt postea dicem⁹.

In oppositũ obijcitur Primò cõtra primã conclusionem; quia denominatio est opus rõnis, ergo nõ datur ante operationē intellectus, sed ē formaliter ens rõnis. Tum 2. quia Deus ex tēpore dicitur creator, & quidē nõ per aliquod reale, quod sibi de nouo adueniat, sed rationis, at sola denominatione extrinseca dicitur creator, ergo &c. Tum 3. quia ea præsertim denominatio extrinseca, qua res denominatur cognita, nullum prorsus esse habet, nisi obiectiuè in intellectu, & ità pēdet in suo esse ab operatione intellectus, vt ipsa cessante penitus euanescat, ergo formaliter est ens rationis, hæc .n. conueniũt enti rationis. Tũ 4. quia adhuc magis præcipuè hoc totũ verificatur de illa denominatione, qua res denominatur cognita aliter, ac fit; cũ .n. res ità cognoscitur, profectò nihil aliud habet pter ipsũ obijci, seu cognosci, quod est propriũ entis rationis. Tum tandem, quia ens rationis non est, nisi dũ cognoscitur, ergo totũ esse entis rationis est cognosci, ergo adæquatè ens rationis consistit in ipsa denominatione cogniti.

Resp. ad 1. concedēdo assũptũ, si denominatio sumatur formaliter, & vt ptinet ad ordinē nominũ, hoc .n. modo etiã denominatio ipsa intrinseca quantũ ad impositionē nominis denominatiui est opus rationis, vt omnes fatētur, sed negatur, si sumatur materialiter, & vt pertinet ad ordinē rerũ, quo sēsu hic loquimur. Ad 2. patet ex dictis Deũ à patre rei dici creatorem à relatione reali creaturarũ ad ipsũ, & nõ per aliquã relationē rationis, nisi operãte intellectu. Ad 3. dicendũ cũ Scoto in 4. d. 1. q. 1. Q. & 1. d. 36. G. quē sequũtur Suar. disp. 54. cit. sect. 2. n. 13. Auersa q. 5. sect. 2. in sol. ad 4. Cõplut. disp. 2. q. 2. n. 13. & alij, illud esse cognitũ, quod est denominatio extrinseca, potius formaliter, & subiectiuè esse in intellectu, quã obiectiuè, quia vt ait Scot. realiter participat in intellectu illud idē esse, quod habet formaliter ipsa cognitio, realiter .n. non est, nisi ipsa cognitio ad obiectũ terminata; neq; est obiectiuè, nisi in cognitione reflexa, qua attingitur obiectum, vt cognitum, & apprehēditur illud esse cognitum, vt quid intrinsecum obiecto, vnde p ipsum actũ, quo res aliqua denominatur cognita, nõ cognoscitur istud esse cognitum, & p cõsequens adhuc non est obiectiuè in intellectu, sed fit in tali esse per alium actum sequētē, in quo statu vtiq; est ens rationis formaliter, & quamuis denominatio cogniti in obiecto pendeat ab actuali operè intellectus, & quidē non in ratione producentis, quo modo pendet ab eo actu, ipsius, sed operantis, & considerantis, adhuc tamen non pendet ab eo, vt habeat esse ex vi cognitionis, vt habet ens rationis, hoc enim dicitur habere esse [illegible] cognitionis, per quã cognoscitur, qua-

tantum sit,& fiat,inquantū cognoscitur, quia totum illius esse est esse in intellectu obiectiuè,ꝙ nō cōuenit extrinsecæ denominationi cogniti,nam ex vi cognitionis directæ nō est obiectiuè in intellectu, sed solū formaliter,& subiectiuè rōne formę denominātis,quā realiter dicit.Ad 4.cum dicitur totū esse entis rōnis consistere in obijci intellectui,id accipi nō debet in sēsu formali, quasi illamet passiua attingētia in qua cōsistit extrīseca denominatio, sit essentialiter ens rōnis, talis.n.attingētia,etiā cū res cōcipitur aliter, ac sit,verè datur à parte rei; sed potius in sensu causali,vt benè explicāt Cōplut.cit. quatenus sic obijci,& attingi est causa, vel occasio essendi enti rōnis,nam ex eo,ꝙ res attingitur aliter, ac sit, resultat ꝙdā esse fictū, ꝙ habet rōnem obiecti,& termini,& hoc est formaliter ens rōnis.Ad 5.patet p idē, ens rōnis nō esse denominationē ab ipso actu cognitionis etiā intellectus fingentis prouenientē, quia talis denominatio, etiā enti rōnis applicata realis est, sed esse id,cui cōuenit talis denominatio nēpe id, ꝙ cognoscitur,& cognoscēdo fingitur ab intellectu,quare cū dicitur totū esse entis rōnis est cognosci, sensus est, ꝙ est illud, quod cognosci solum potest, at realiter esse non potest,nō verò, quod sit ipsa denominatio cogniti,quia hæc etiam applicata enti rationis realis est, sicut à parte rei verū est ens rōnis ab intellectu cōcipi.

Secundò contra secundam conclusionem, quod relatio rationis resultet ad directam obiecti attingentiam absque alia quasi reflexa,nam posito tali actu statim resultat in obiecto formalis denominatio rationis, quæ planè prouenire non potest,nisi ab ipsa forma, & relatione rationis, quæ in obiecto resultauit ex sola terminatione actus directi, probatur assumptum,quia Vrbano v.g.conuenit formaliter esse Pontificem ex solo actu electionis per Cardinales facta, absq; alia fictione, & id passim cernitur in moralib.

Resp.Io:de S.Th.q.2.ar.4. in relationibus rōnis fieri posse formalē denominationē, etiā antequā actu resultent, solum per hoc,ꝙ ponatur fundamentū fictionis earum,ꝙ est actus ille directus, & rōne potētiæ denominatiuæ,& inquit hoc esse peculiare in relationib.rōnis, quæ doctrina fuit Fonsecæ cit. q.1. qui aiebat relationes rationis in moralibus resultare in obiectis ex ipsa terminatione actus directi, nō quidē quoad existentiā obiectiuā, sed subiectiuā,.i.quoad cōueniētiā respectu subiecti, ꝙ denominăt anteq̄ existāt. Sed hæc doctrina prorsus falsa est, quia forma nō potest conuenire subiecto, nisi existat existentia sibi proportionata, & implicat subiectum denominari ab aliqua forma formaliter,ac intrinsecè, nam de tali denominatione loquuntur hi Auctores, quæ nec in ipso, nec in rerum natura existit, cum talis denominatio non fiat, nisi per communicationem formæ subiecto denominato;potius ergo dicendum denominationes in argumento relatas non esse intrinsecas, sed extrinsecas desumptas ab actibus intellectus, vel voluntatis humanæ actu existentibus, vel saltim moraliter permanentibus in hominum memoria, & talia passim sunt entia moralia; vnde negatur esse vt sic denominationes entis rationis; quatenus verò denominantur intrinsecè à relatione, ita sunt denominationes rationis, sed non sine cognitione, qua concipiantur ad modum veræ relationis.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Statuitur, & declaratur Formalitas entis rationis.

MVlta sunt,quæ in efformando ente rationis interueniunt, quod in causa est, vt eius natura reddatur difficilis cognitu,nec facile sit discernere, quęnam spectent ad formalitatem entis rationis, & quæ materialiter tantùm ad illam se habeant; plerique namque vnum

cum

cum altero cõfundunt,& miscẽt; per singula igr̃ discurrere iuuabit, vt indè purã, & sincerã entis rõnis formalitatẽ colligere valeamus excludẽdo,quę ꝓrsus materialiter,& cõcomitãter ad eam pertinet.

Primò igitur statuẽdum est ens rationis formaliter sumptũ omninò distingui ab ente reali sũpto tã pro reali existente, quã pro possibili; ꝓbatur tũ auctorit. Arist. qui 5. Met. tex. 14. & 6. met. in fine ens in anima, ꝙ est ens rõnis, omninò contradistinguit ab ente vero, & rato; tum Scot. qui 1. d. 36. q. vn. F. docet ens in anima esse omninò aliud ab ente extra animã, & ens extra animã, vt cõtradistinguitur ab ente in anima, cõprehendere sub se tã ens verbaliter, ꝙ. s. actu existit, quã ens nominaliter, ꝙ. s. nõ existit, benè tñ existere põt ꝙ iterum docet quol. 3. ab initio, cum ait ens rõnis illud esse; ꝙ nec est, nec esse põt extra animã; tũ ex cõmuni conceptu, oẽs .n. cõmuniter cõcipiunt ens rõnis, vt q̃d distinctum ab ente reali; tum rõne, quia enti rõnis nec cõuenit, nec cõuenire põt, nisi existentia tm̃ obiectiua, ergo distinguitur ab ente reali tã existẽte, quã possibili, tum tandem quia quod possibile est in re, licet actu putetur esse cum actu nõ sit, vt mons aureus, non est ens rationis, sed verè ens reale, quia ad rationem essentialem entis realis per accidẽs est actu existere, sed eius essentia saluatur in hoc, quod sit aptum existere, vt fusè probat Doctor loc. citato, vndè abstrahendo ab omni existentia verum est dicere, quod homo est ens reale, cum ergo ens rationis enti reali opponatur profectò ab omni eo distingui debet, siuè existenti, siuè possibili, itaquod omnis prorsus ab eo excludatur realitas tã actualis, quã possibilis. Ex quo patet falsum esse, quod aiebat Hurtad. & Arriaga supracit. ad efformandum ens rõnis non requiri, vt obiectum actus sit impossibile, sed sufficere, vt obiectum actu nõ sit, sicut repręsentatur, etiam si alias sit possibile.

Sed instabis cum eodem, hæc propositio *Petrus currit* ipso dormiente, aut sedente quid fictũ est, & ens rõnis habens totum suum esse obiectiuè in intellectu, & tñ nõ est impossibile Petrum currere, ergo &c. Resp. negãdo assũptum, q̃a ens rõnis sic obiectiuè tm̃ in intellectu existit, vt extra illum nec actu existat, neque existere possit, alioqin rosa in hieme cõcepta ens rõnis esset, quia actu non extat in rerũ natura; Vel si cõcedatur assũptũ, dicendũ est ibi poni impossibile, non simpliciter, sed ex suppositione, dum .n. Petro dormiẽte, vel sedente enunciatur Petrus currere, sanè hoc est impossibile in sensu (vt aiunt) cõposito, ꝙ. s. currat pro eo tẽpore, quo non currit, vt notat Fuent. cit. ar. 2. n. 5. Distinctio autẽ illa, quam affert Arriaga n. 23. ad sedandã hanc litẽ de duplici ente rationis, vno chymerico, & impossibili, & altero possibili, ꝓrsus vana est, q̃a possibilitas destruit essẽtiã entis rõnis.

Secundò statuendum est ens rationis formaliter sumptum distingui etiã à puro nihilo; probatur, quia purum nihil, vt sic, dicit puram negationem cuiuscunq; entis siuè in re, siuè in apprehensione, vt .n. diximus qu. præced. in sol. ad 1. ad 5. cõs. purum nihil dicitur, quod nec habet, nec habere potest vllam existentiam siuè realem, siuè obiectiuam, quia si habere posset secundum se existentiam aliquam, iam non esset purum nihil, sed admixtum cum entitate; cum ergo ens rationis existentiam habeat obiectiuam, & sit ens, licèt à ratione factum, vt docet Scot. q. 4. vniuers. vbi determinat vniuersale esse ens, vtique ponendum est à puro nihilo distinctum; Tum quia purum nihil, vel duplicem continet negationem, s. entis realis, & entis obiectiui, vel potius vnam negationem totius entis adæquatè, & in sua maxima amplitudine, si hoc secundũ dicatur, palam est ens rationis non esse purum nihil, sed contineri sub ente in illa amplitudine; si primum dicatur, adhuc idem sequitur, non .n. est negatio entis obiectiui, cum sit ipsum ens obiectiuum,

ane

nec propriè negatio entis realis, qa tales negationes,& priuationes sunt reales, & dãtur ante qcunq;opus intellectus,vt infrà ex Doctore 1.d.23.q.vn. demõstrabitur,qua rõne Suifing.cit.nu.180. ait ens rõnis non habere vllum prorsus esse extra intellectũ,nec positiuum,sicut entia realia,nec negatiuũ,vt priuationes,& negationes. Tum ẽt quia ens rõnis formaliter habet conceptum positiuũ,vt Doct. indicat 4.d.16.q.2.ad 1.in oppositum, esse .s. obiectiuum ad instar veri entis,vel saltim multa sũt entia rõnis, quæ in formali cõceptu intrinseco nõ dicunt negationẽ entis,sed potius ens positiuũ, vt est relatio Dei ad creaturas,generis ad species,& similes,quæ exigunt cõcipi,tanq̃ respectus positiui ad aliud, Tũ tandẽ,quia hac rõne dicebamus supra q.pced.loc.cit.ens rõnis esse mediũ inter ens reale, & purũ nihil.

Sed Vrges, cũ ens rõnis nõ sit ens reale, necessariò cõtinebitur sub mẽbro opposito,.i.sub nõ ente reali,quia inter duo cõtradictoria nõ datur mediũ,sed nõ ens reale formaliter idẽ est, ac purũ nihil, qa purum nihil dr̃ id, q̃ est sine admixtione alicuius realitatis,ergo &c. Resp.negãdò minorẽ, quia purũ nihil non solùm dicit negationẽ realitatis,sed etiam existentiæ obiectiuæ, cõcedimus ergo ens rõnis nõ esse ens reale, sed inde nõ seqtur esse purũ nihil, qa est ens mẽtale, & obiectiuũ.

Tertiò inuestigandum est, per quid formaliter,& intrinsecè distinguatur ens rationis ab ente reali,& à puro nihilo,inter quæ medium constituitur,hoc .n.erit ratio formalis ipsius,& quidẽ per quid distinguatur à puro nihilo non est difficile assignare, nam ab eo secernitur per entitatem suam obiectiuam, quam acquirit intellectus ministerio,ideò.n.extra sphæram puri nihil constituitur, quia habet esse saltim in apprehensione. Sed an solum per hanc eãdem obiectiuam entitatem ens rõnis distinguatur ab ente reali. nũ verò etiã per negationẽ entis realis, ità q̃ ista nihileitas intret rõnẽ formalẽ entis rationis, per quam à reali secernitur, nõ est ita facilè resoluere, nã ex vna parte ita videtur asserẽdum, qa ens rõnis secundũ se non est ens reale, ergo talem negationem quidditatiuè includit, & per eã intrinsecè ab ente reali distinguitur, sed ex alia parte id minimè asserendũ videtur, cum .n. ens rõnis in suo conceptu dicat entitatem obiectiuam, quæ habet modum positiui, si rursus includit talem negationem,tunc conceptus entis rationis vtiq;per se vnus ex positiuo,& negatiuo cõflatus esset,quod est incõueniens.

Quamobrem dicendum est ens rationis non includere in sua formalitate illã negationem, sed solum positiuum illud, quod actualiter fingitur ab intellectu, illud verò negatiuum, .s. non ens reale, præcedit formalitatem entis rationis, vt materiale, & substratum, cui talis formalitas attribuitur, cum concipitur ad modum veri entis; ex quo sequitur formaliter, & primariò ens rationis ab ente reali distingui per suam entitatẽ obiectiuam, non verò per illam negationem; Hoc assertum probatur,tum quia ens rationis formaliter,& explicitè dicitur ens, estò à ratione fabricatum, & licèt non sit ens reale,illam tamen negationem non dicit formaliter, et explicitè, sed implicitè, & concominanter ad summum, seu consequenter; sicut ẽ contra ens reale dicit negationem entis rationis, & tamẽ certum est non constitui formaliter per talem negationem, sed potius per rationem formalem realitatis, vnde sequitur illa negatio; per quod soluitur ratio dubitandi allata in oppositum. Tum quia talis nihileitas realis est, & suo modo datur à parte rei, ergo nequit formalitatem entis rationis constituere, quæ omninò habet esse per intellectum. Tum ẽt quia fieri potest ens rationis, etiã si talis nihileitas non concipiatur, ergo ad eius formalitatẽ non spectat, sed prorsus materialiter se habet, probatur assumptum, quia experientia docet fieri plerunque entia

entia rõnis nihil cogitādo ab̄i possint esse, vel nõ esse à parte rei, vt patet, dū concipimus Deum referri ad creaturas, obiectū ad cognitionē, nā ad formationē entis rõnis sufficit cogitari esse ens, ꝙ re vera non est, licèt id non cogitetur; Immò adhuc efficeretur ens rõnis, etiā si intellectus putaret verè esse ens cū tale nō sit, formatur.n.ens rõnis eo ipso, ꝙ non ens obijcitur intellectui, vt ens, siuè intellectus sciat re vera illud non esse, siuè nesciat, hoc solū interest, ꝙ si id sciat intellectus, fingit solum, at non decipitur; si nesciat, fingit, simul atque decipitur.

Quartò statuēdum est illud esse imaginarium, ꝙ sibi propriū vendicat ens rationis, necessariò pendere ab ea imaginatione, qua concipiatur per modū veri entis; quæ doctrina præterquam quod cõis est oĩbus Recētioribus, recipitur etiam à Neotericis Scotistis Fuent.cit.art.2. & 3. vbi ait ens rõnis esse impossibile apprehēsum per modū possibilis, & existētis, Vulpio disp.28.cit.art.vlt.nu.4. vbi ait ens rationis formale illud esse, quod actu ad modū veri entis cõcipitur, Fabro 4. Met. disp.4. cit. c.4. ab initio, vbi ait ens rationis fieri per fictionem alicuius rei, quam ad modum entis realis percipit intellectus, licet re vera non sit ens reale, ac proinde subdit in hac materia de ente rationis nulla, quantū ad rē spectat, vertere discrepantiā inter Scotū, & D. Th. Imò et ex parte recipitur a Meurisse, & Smising. loc. cit. initio quæst. vbi proinde, nu.177. hunc dicendi modū inquit esse probabilē etiā in sententia Doctoris; & hæc opinio nō est noua, sed vetustissima, quam multi antiquitùs tenuerunt apud Mayron. in quodlib. q.6. & credimus fuisse omnium ferè veterum Scotistarum, ipsi namque iuxta doctrinam traditam à Scoto de relatione reali, & rationis 1. d.29. q.vn. tenuerunt ens communissimè sumptū esse æquiuocum ad ens reale, & rationis, non tū purè æquiuocum, sed æquiuocū analogū, vt est videre apud Magistr. Formal. ar.1. vnde Meuriss. lib.1. sua Metaph. c. 3. ait hāc esse communem in nostra schola, at hæc analogia fundari nequit, nisi in aliquo ordine attributionis inter ens reale, & rationis, talis autem ordo non videtur esse, nisi imitabilitatis obiectiuæ, quæ cõsistit in cognoscibilitate vnius ad similitudinē alterius. Potest etiā dici, quòd hęc sit analogia proportionis cū Vallon. ar.1. Formal. & Meuriss. cit. nā quod non põt comparari ad verū ens secundū aliquam habitudinē, vel proportionem, non potest appellari ens, vt patet inductione in alijs æquiuocis analogis, quia sanū, ꝙ principaliter, & per se dicitur de animali, non dicitur de vrina, & dieta, nisi ob aliquam proportionē, & habitudinē, quā habēt ad sanitatē animalis, & ridere dicitur de prato florente ob proportionem, quā habet pratū florens ad hominē hilarē, cū igitur ens reale sit obiectū intellectus principale, & attributionis, ens rationis profectò postulabit concipi ad modū entis realis, quia suū esse habet ex habitudine, & proportione ad ens reale, & quia in analogis æquiuocis ordo, & habitudo ad principale analogatum est ratio formalis, cur cęteris conueniat ratio analoga, vt ordo ad sanitatē animalis est, quo formaliter vrina dicitur sana, vt dictum est disput. præced. quæst.5. ex Scoto 4. d.12. q.1. infra H. ideò ad rationem formalem entis rationis non tantùm spectat, quòd sit obiectiuè in intellectu, sed etiam quod ibi sit ad instar veri entis, nam ratione istius habitudinis præcisè participat extrinsecè, & æquiuocè esse; imò id fortè intellexerunt prisci Scotistæ, cum absolutè dixerūt quodcunq; ens rationis fieri actu collatiuo, quia nimirum intercedit aliqualis comparatio, qua concipitur ad instar entis realis, vt infra q.4. ar.2.

Et sanè hæc etiam fuit perpetua Doctoris sententia, quam postea Recentiores amplexi sunt, nam loc. cit. n.29. docet relationi reali, & rationis nihil esse commune vniuocum, quia ei, quod est

secun-

secundũ quid tale, & ei, q̃ est est simpliciter tale, inquantũ tale, non est commune vniuocũ illud, q̃ accipitur in in eis secũdũ quid, & simpliciter, relatio autẽ realis est simpliciter relatio, & relatio rõnis est secundũ quid relatio, quia sicut esse in ratione est esse secundũ quid, ita referri secundũ rõnem, siuè cõparari à rõne est referri, vel cõparari secũdũ quid; ità arguit Doct. loc. cit. ex quo colligitur Doctorem velle ens rõnis dici ens solũ secundũ qd, & omninò per analogiã ad ens reale, atq; ideò petat cõcipi per modũ veri entis, sicut homo pictus cõcipitur per modũ veri hominis. Accedit Doctorẽ vbiq; docere relationes rõnis tunc fabricari, quãdo per intellectus, aut alterius potẽtiæ collatiuæ operationem duo aliqua referuntur inter se, vel vnũ ad alterũ, quæ à parte rei nõ referũtur, nec sunt nata referri, ac ità præsertim docet p. d. 45. q. vn. C. & quol. 17. C. & 3. d. 26. q. vn. E. sed intellectũ referre adinuicẽ aliqua duo, quæ nõ sunt nata referri, aliud sanè non est, quã concipere non relata inter se, ac si relata essent, & illa omninò cõcipere ad modũ relatorũ, ergo vniuersaliter in eius sententia tunc ens rõnis formaliter fit, cũ id, q̃ non est, nec esse põt, cõcipitur, ac si esset, & p modũ entis existẽtis, siuè absoluti, siuè respectiui. Rursus cũ in 1. d. 13. q. vn. §. *Alter dicitur*, vers. *contra istud*, & 4. d. 1. q. 2. & quol. 3. ar. 1. & locis omnibus cit. art. præced. inquit ens rationis non habere esse, nisi inquantum cognitum, & consideratũ, proculdubio loquitur de ea cognitione, qua per modum entis concipitur, intellectus .n. nihil, nisi per modũ entis cõcipere valet, qua ratione q. 4. vniuersaliter asserit vniuersale esse ens, quia sub ratione non entis (ait Doctor) nihil intelligitur & 5. Met. q. 11. ab initio ait, quod non haberet intellectus, vndè conciperet relationem rationi, nisi apprehendisset, & in aliquo relationẽ realẽ; Et hac ratione ait Arif. 4. Met. ab initio nõ ens esse dicimus, quia nil intelligitur sub rõne non entis.

Et tandẽ hic dicendi modus probatur manifesta rõne, q̃a ens reale, vel est obiectũ adæquatũ, vel saltim primariũ intellectus, vt oẽs cõcedũt cum Doctore p. d. 3. q. 3. ergo ens rõnis non potest intelligi, nisi quatenus cõcipitur, vt imitatio quædã entis realis, quia obiectũ potẽtiæ secũdariũ debet aliquo modo participare rationem formalem primi obiecti, at ens rationis non potest participare formaliter, & intrinsecè entitatem realem, ergo debet participare secundum aliquam similitudinem, & proportionem.

Quintò tandẽ ex his colligitur *ens rationis esse illud, quod obiicitur, vel potest obijci intellectui, ac si esset, cum tamen nec existat in rerũ natura, nec existere possit*; vndè sequtur totũ esse illius esse obiectiuũ mentale, & fictũ, & quia ab intellectu nostro veris entibus assueto fingitur ad instar veri entis, ideò ens rõnis dicitur vmbra entis realis, & eius entitas vmbrata, quia participat analogicè æquiuocè rationẽ entis realis; & quidẽ semel admisso ens rõnis cõ consistere in aliqua denominatione extrinseca, necessariò est asserẽdum esse aliquod esse fictum resultans in rebus ex operatione intellectus; & planè omnes relationes rationis, & præsertim secundæ intentiones logicales, si non dicunt solas denominationes extrinsecas, quibus res dicuntur cognitæ, alio modo explicari nequeunt, nisi per istud esse fictum, & vmbratum resultans in rebus, vt cognitis, & eas quasi intrinsecè denominans. Et per hoc esse explicatur tum essentia, tùm existentia entis rationis, nã in illo esse ficto consistit, & quidditas, & actualitas eius cum hoc solo discrimine, quod quatenus actu est, dicetur esse existentiæ, quatenus verò considerari potest vt possibile, abstrahẽdo ab actuali esse essendi, dicetur esse essentiæ, vndè conuerò diximus ens rationis esse illud, quod obijcitur, vel obijci potest intellectui, ac si esset, idque significauit Mayron. quol. 6. ab initio, vbi quadruplicẽ entis ratio-

nis

nis assignans acceptionem inquit vltimam, quæ est entis rationis modò declarati, esse propriam.

Obiectiones enodantur.

IN contrarium arguunt primò Didac. & Smiling. cit. ens rõnis fit, & cõcipitur nõ solũ fingendo illud per modũ veri entis, & cõcipiẽdo aliter, q̃ fit, sed et cõcipiendo illud per modũ ens rõnis, & sicut est, & ita cõtingit, quido cõsideratur secũdu suã qdditatẽ, & sibi essẽtialia, q̃ n. tũc concipitur, vtiq; ens rõnis est, & nõ reale; imò ita de facto diuinus intellectus cõcipit, & efficit entia rõnis. Confir. quia si in cognitione, & formatione entis rationis opus esset illud cõcipere aliter, ac fit. i. per modum veri entis, planè semper intellectus falleretur, & nunquam cognosci posset, sicut est, ergo &c.

Resp. duplicẽ esse cognitionẽ entis rationis, vnã directã, alterã quasi reflexã, vt Doctor indicat 2. d. 1. q. 1. art. 2. (licèt in q ibusdã voluminib. signetur pro extra) & adhuc clarius in eodẽ 2. d. 1. q. 5. B. prima est, qua fingimus ens rõnis cõcipiẽdo q̃ non est, ac si esset, secunda, qua cõcipitur ens rationis, sicut verè est, & cognoscimus rem esse cognitã aliter, ac fit, vndè Scotus 5. Met. q. 11. ab initio, vt notat ibi P. Cauellus Schol. 1. quem etiam citat 4. d. 16. q. 2. nu. 7. §. *contra conclusionem*, docet ens rationis fieri per cognitionem directam, non reflexam, nam per hanc potius recogitatur factum, & vt ait ibi Doctor, in hac secunda cognitione habet præcisè rationem obiecti, non effectus tunc est, quod prima cognitio vocatur practica, quatenus non tantùm est expressiua, sed etiam factiua entis rationis, & in hoc sensu posse dici practicã docuit Scotus 6. Met. q. 1. ad 1. arg. quia p eã practicè, & in actu exercito versatur intellectus circa ens rationis fingẽdo, quod non est, ac si esset; secunda verò dicitur speculatiua, quia per eam veluti in actu signato cõsideratur obiectũ illud fictũ p priorẽ cognitionẽ, atq; ideò ab alijs dicitur contemplatiua, quæ distinctio in hac materia de ente rõnis est valdè notanda, & ab oĩbus Recẽtiorib. passim recipitur, vt est videre apud Auers. q. 5. logic. sect. 5. cõcl. 3. & Blanc. disp. citat. sect. 5. & alios, etsi de more Scot. nõ memorent; pôt igitur (vt argumentum soluamus) ens rõnis vtroq; modo cognosci, in prima cognitione attingitur aliter, ac fit, quia per modũ entis realis concipitur, cũ tale nõ sit, in secunda cõcipitur vt est, quia attingitur, vt ens rõnis, & fictũ; per primã cognitionẽ recipit esse, at p secundã non recipit esse, sed supponitur ei, vt vnũ de genere intelligibiliũ, vt loquitur Doct. cit. 2. d. 1. q. 5. B. & hoc modo ens rõnis cognoscitur à Deo, vt postea dicemus, nec tñ efficitur ab eo. Ad conf. patet per idẽ, quia ens rõnis cognosci pôt, sicut est, cognitione reflexa; aduertendum tamẽ est neque intellectũ propriè falli, quando per directam ens rationis efformat, nõ. n. tunc iudicat ens rationis esse ens reale, quia hoc ad secundam spectat operationem, in qua propriè falsitas reperitur, sed dumtaxat simplici apprehensione illud ad modum entis realis percipit, sicut quando rem spiritualem ad instar corporeæ apprehendimus, tunc propriè nõ fallimur, quia tunc non iudicamus rem spiritualem esse corpoream; de quo fusius infra q. 5.

Secundò arguit Meurisse, quamuis talis modus fiendi per conceptionem, s. ad modus veri entis, posset conuenire entibus purè fictitijs, ac etiam fictis cum fundamento, relationibus tamen rationis neutiquam conuenire potest, quæ per meram resultantiam fiũt in obiectis cognitis, & comparatis, absque quòd intellectus eas cõcipiat ad instar realium relationum, formata enim hac propositione *Petrus est homo*, resultat in illis extremis relatio prædicati, & subiecti, absque quod intellectus reflectatur super illa extrema cognita, & apprehendat rationem subiecti, & prædicati per modum entis

entis. Confirmat ex Doct.4. d.1. q.2. vbi dicit relationē rōnis nihil aliud esse, quā cōparationē passiuā, qua obiectū aliq cōsideratū cōparatur ad aliud per actū intellectus cōparātis, & in 1.d.35. ait in eodē instāti, in quo diuinus intellectus producit lapidē in esse cognito, resultare relationē rōnis in lapide ad diuinū intellectū, idē habet 4.d.1.q.5.in fine, & d.16. q. 2.E.& alibi sępè, ergo ad relationes saltim rōnis efficiēdas nō est opus actione intellectus, quę eas concipiat ad modum relationum realium.

Resp. satis patere ex dictis art. praeced. concl.2. nō resultare statim relationē cogniti, & voliti in obiecto absq; alia fictione intellectus, quia hoc interest inter relationem realem, & rationis, quod illa positis extremis statim datur, quia insurgit ex natura illorum, vt sępe docet Doct. 5.Met.quaest.11. loco citato, & 1.d.31.q. 1.& quol.6. & alibi, sed relatio rōnis vltra extrema indiget operatione intellectus, qua efficiatur, nimirum cogitatione intellectus, ante quā operationē esse cognitū, & volitum meras denominationes reales importāt in obiectis; & cū Doctor loc.cit. indicat ex illis denominationibus resultare relationes rōnis in obiectis denominatis, id intelligendū est per aliquā operationem intellectus, & non ex natura rei, quā licèt Doctor non exprimat, eā tñ supponere non est dubitandū, quod magis infra costabit agendo de ente rōnis relatiuo; Et planè falsū est Doct. cit. in 4. d.1.q.2. velle relationem rōnis esse merā denominationem extrinsecam passiuae comparationis derelictam in obiectis comparatis ex simplici actu intellectus comparantis, aut relationem ex illis sic comparatis immediatè resultantem absque nouo actu intellectus accedente, vt intelligit Meurisse cum Valon. pag. apud nos 43. imò ibi directè docet fieri relationem rationis, quando illa obiecta primo considerata, & comparata per vnum actum, deinde per alium actum sequentem secundò cōsiderātur apprehendendo cōparationē passiuā illorū, veluti quādā relationē inter ipsa interiacētē, & ideò inquit, ens rōnis esse *ens in anima, tāquā secundo consideratum, non tanquam primo consideratū.* Et quando alibi Doctor insinuare videtur relationē rōnis produci p actū cōparatiuum, quo duo obiecta comparantur, sic debet intelligi, vt bene exponit Bargius in 1.d.23.q.vn. pro qua expositione citat quoq; Lichet.2.d.1.q.1. quòd non pòtest produci, nisi pśupposito actu comparatiuo, quo habito intellectus nouo actu producit intentionem in re cognita, & non producit eā ipso actu comparatiuo, ita Bargius, quod etiam expressis verbis docuit Doctor 3. d.26. q.vn. E. dum ait, *quòd omnis potentia collatiua potest obiectum suum comparare ad aliud, & in eo sic comparato causare respectum rationis, qui non inest, ex natura rei, sed ex actu potentiae*, ergo aliū actū sequentē ponit Doctor, per quē resultat relatio rōnis.

Sed vrges, oppositum manifestè indicari à Doctore loc. cit. supra in sol. ad primum, nam 5.Met. q.11. ab initio ait, *falsum est, quòd actu reflexo intelligendi fit relatio rationis, fit enim primo actu, scilicet directo intellectus comparantis hoc ad illud, quando autem reflectis intelligendo comparationem illam, vt obiectum, tunc non causatur relatio rationis, sed consideratur*, ergo per primum omnino actum, quo obiecta comparantur, statim immediatè resultat relatio rationis absque nouo actu; idem habet 2. d.1. quaest.5. B. ait enim, *relatio rationis est modus obiecti in primo actu intellectus, & tamen non est in se nihil in genere intelligibilium, sed est in se aliquid verè intelligibile, & ita no intelligitur, nisi in actu reflexo*, vult ergo, quod in primo actu fiat, & in secūdo tñ intelligatur, vt [illegible]

Resp. ad tollendam aequiuocationem actus directi, & reflexi, quae hanc ingerit difficultatem, & Doctorem reddit obscurum, hic distinguendi sunt tres actus,

pri-

primus est, quo duo obiecta realia comparãtur adinuicẽ, ex quo in ipsis aliud nõ resultat, quã sola extrinseca denominatio passiuæ cõparationis, secũdus, quo intellectus concipit talẽ cõparationẽ passiuam in obiectis per modũ cuiusdã relationis; tertius tandẽ quo relationẽ ità cõfictã in obiectis intelligit, sicut est, hoc est, esse relationẽ confictã, & rõnis; primus actus est omninò directus, sicut è contra, tertius est omninò reflexus, secundus verò põt dici quodammodo reflexus respectu primi, & directus respectu tertij, qua de causa interdũ dicitur directus, interdum reflexus, sed certè cũ sit prima cognitio, quã directè habemus de ente rõnis, inordine ad ens rationis absolutè dici debet actus directus, cũ ergo Doctor loc. cit. inquit ens rõnis fieri cognitione directa, nõ reflexa, quia in ista habet tm̃ rõnem obiecti, nõ effectus, nõ loquitur de primo omninò actu, quia per illũ attingitur solum ens reale, & nullo modo ens rõnis, sed de secundo actu, quo primò, & directè attingitur ens rõnis, quia per ipsũ accipit esse, & intelligitur, & ideò respectu eius habet rõnem tũ obiecti, tũ effectus, vbi in tertio actu, qui verè est reflexus in ordine ad ens rõnis, habet præcisè rõnem obiecti, qua de causa supra dicebamus in sol. ad 1. priorẽ cognitionẽ entis rõnis, quæ sequitur immediatè ad cognitionem entis realis, esse practicã, & factiuã, posteriorẽ verò esse merè speculatiuã, & cõtẽplatiuã.

Tertiò si ens rationis est id, quod concipitur ad modum veri entis, ergo non fit fingendo aliquam formam, quæ secundũ se totam sit merè obiectiua, & apparens, sed potius per falsam applicationẽ vnius entitatis realis cum altera incompossibilis, vndè entitas obiecta intellectui erit secundum essentiam realis, & solum secundum existentiam obiectiuam rationi, quatenus per intellectum est applicata subiecto, cui non est applicabilis; probatur consequentia, quia iuxtà hanc sententiam, quando intellectus cõcipit Deũ vt relatũ ad creaturas, cõcipit ibi relationẽ realẽ solitã à se concipi inter causam creatã, & effectũ, sed dicitur esse rationis, quia applicatur Deo, cui est inapplicabilis; quando concipit spiritũ ad modu corporis, verè ibi cõcipitur substãtia extensa, sed dicitur esse rõnis, qa applicatur subiecto incõpossibili; quando concipit hircocervum, concipit veram vnionem, quæ inter res verè vnibiles reperiri solet, inter naturas hirci, & cerui, quæ tñ quia vnibiles nõ sunt ad cõstituẽdũ per se vnũ, idcò vnio inter illas concepta dicitur rationis.

Resp. sententiam illam, quod ens rationis cõsistat in falsa applicatione vnius entitatis realis cum alia incompossibili, q̃ indicauit Mayron. quodlib. 7. punct. 7. quis modo paucos habeat asseclas, esse tamen satis probabilem, vt testatur Amicus tract. 3. q. 2. dub. 5. concl. 6. & nos insinuauimus disp. 7. Physic. q. 8. art. 2. Imò fatemur ità intelligi posse, & explicari cõmunem sententiam veterum Scotistarũ, cum aiunt en ia rationis fieri solum a potentia collatiua, & non nisi actu collatiuo, cum . n. quæcunque talis potentia cõparando vnum obiectum ad aliud iungit non vnibilia, efficit ens rationis, & quidẽ ità de facto interpretari videtur Fuentes cit. quæst. 2. diff. 1. ar. 3. communem Scotistarũ, quæ fortè in alio sensu defendi nequit, vt sit vniuersaliter vera, vndè si nostra sententia ità interpretaretur, adhuc sustineri posset. Verum quia non omnia entia rationis fiunt per apprehensionem plurium partium cum vnione earum, vt constat de multis, quæ concipiuntur ad modum per se subsistentium, & non alteri inhærentium; & cogitur hæc sententia asserere omnia entia rationis fieri per copulam, non autem per prædicata, & subiecta, quod tamen falsum est, quia sæpè ex parte prædicati actu correspondet aliquid fictum, non secus ac ex parte vnionis, vt cum dicimus *ens est genus*, nam prædicatum ità est forma ficta, sicut copula; & demum quia hæc senten-

tia non saluat ens rõnis, nisi in concreto, quatenus entitas realis ab intellectu applicatur huic, vel illi subiecto incõpossibili, in abstracto autẽ cogitur cõcedere ens rõnis omninò dicere formã realẽ, & adhuc ipsa quoq; tenetur dicere applicationẽ illã obiectiuã, siuè distinguatur ab vnione, siuè nõ, esse omninò ens rõnis absque alia rursus falsa applicatione, vt diximus q. 1. ideò præstat alio modo nostrã interpræetari sententiã; vndè ad arg. negãda est cõsequentia, quia re vera valdè nostra sẽtẽtia differt ab illa, vt cõstat ex loc. proximè cit. aliud .n. est informatione entis rationis concipere ens reale falsò alteri applicatũ, aliud verò cõcipere, ꝙ nõ est ens reale, ad similitudinem entis realis, vt nostra asserit opinio, quia primũ fieri nequit sine actuali cõceptione entis realis, ad secundũ verò nõ est necessaria, sed sufficit, ꝙ supponatur cognitio illius ẽtitatis realis, ad cuius similitudinẽ ipsũ ens rõnis efformatur, & si interdũ in efformãdo ens rõnis accidit ens reale actu cognosci, non vtiq; interuenit, vt obiectum cognitionis, qua formatur ens rõnis, sed vt terminus similitudinis secundum quã effingitur; & sic quando in Deo concipimus relationẽ ad creaturas, hæc relatio à nobis concepta est tota apparẽs, & obiectiua, & solum realis est relatio illa, ad cuius instar effingitur, & sic dicendũ de alijs exẽplis in argumento relatis, vide quæ diximus q. 1. probando primam partem conclusionis.

Quartò si ens rationis concipi deberet ad similitudinẽ entis realis, sequitur concipi non posse sine ente reali, quod est terminus talis similitudinis, at hoc est cõtra experientiam. Deindè similitudo, cũ sit relatio æquiperantiæ secundi modi 5. Met. text. 20. requirit in extremis rationes fundandi eiusdem rationis, sed talis ratio fundandi in ente rationis reperiri non potest. Demum entitas ficta quam præsefert ens rationis, est formaliter impossibilis, ergo non potest habere similitudinem cum ente realiter possibili, quia opposita non habent similitudinẽm adinuicem, sed dissimilitudinem.

Resp. similitudinẽ entis rõnis, cũ reali non esse vniuocationis, seù cõmunicationis, qualis est albi ad albũ, sed proportionis, & imitationis, tũ in existentia, tùm in modo existendi, quia sicut ens reale existit à parte rei, ità ens rõnis existit à parte rei, nã ens rõnis existit obiectiuè in intellectu, & sicut dupliciter põt ens reale extare in rerũ natura, aut per se stans, aut in alio, ita ens rõnis põt concipi dupliciter habere existentiã, s. per modũ per se stantis, & per modũ inhærentis, ad hoc autem non est necessaria pro illo tunc cognitio entis realis actualis, & explicita, sed sufficit habitualis, & implicita, vt ad præcedẽs argumentũ dicebamus; neq; inconueniẽs foret, si illa interueniret, quia in analogis æquiuocis consuetũ est, vt secunda analogata definiantur per primũ, vt patet de sano. Ad 2. patet per idẽ, quia illa similitudo non est vniuocationis, & cõmunicationis, sed imitationis. Ad 3. opposita in essendo possunt habere aliquã similitudinẽ in repræsẽtando, vt patet de specie impressa substãtię, quę illi assimilatur in rep̃sentando, cũ tamen sit opposita in essendo, sic in proposito ens reale, & rationis opponuntur in essendo, sed cum hoc sit veluti vmbra illius, assimilatur illi quodãmodo in rep̃sẽtando, & imitãdo eo modo, quo vmbra imitatur esse corporis.

QVÆSTIO TERTIA.

Num ens rationis habeat causas sui esse, & quas.

CVm loquimur de causalitate entium rationis, vt Tatar. aduertit 4. d. 1. q. 2. quæstiuncula 4. earum, quæ ibi mouet de secundis intentionibus, & Bargius 1. d. 13. q. vn. non est sermo de causis propriè dicta, cum .n. entia rationis non sint propriè entia, sed solum concipiantur admodum entiũ, profectò habere nequeũt veras causas, implicat .n. aliquid habere

veras

verā causas, & nō habere verū esse; qua igitur rōne dicuntur entia eadē proportione modo quæritur, an habeant causas sui esse, & quas. Negarūt aliqui ens rōnis habere causas sui esse citantur Hærueus tract. de secund. intention. Mayron. quol. 6. Soncin. 6. Met. q. 18. Niger q. 4. clypei in fin. Suarez verò, quē multi ex Recentioribus sequūtur, disp. 54. Met. sect. 2. cōcedit quidē ens rōnis eo modo, quo est ens habere causā effectiuam sui esse, id tñ de alijs causis, & maximè de finali cōcedere inficiatur, & seq. Amicus q. 3. dub. 1. ar. 2. Cōcedūt alij cæteras causas pter formalē, ità Cōplut. d. 2. q. 1. n. 6. Blāc. d. 1. sect. 3.

Dicendum tñ est ens rōnis eo modo, quo est ens, etiā habere causas sui esse, & quidem in omni genere causę; Colligitur ex Scot. 1. d. 3. q. 7. vbi arguēs contra Gotfredū docet entia rōnis causari, & d. 36. q. vn. & 2. d. 1. q. 1. docet pduci, & pbatur.

Primò quidē, quod entia rationis suo modo causentur, quia cuiuslibet existentis citrà primum ens est aliqua causa proportionata illius existentiæ, vt patet, alioquin deduceretur de non existēte ad existendum per seipsum, sed entia rationis existunt, cum antea non existerent, ergo &c. Confirm. quia non semper habent illud esse obiectum, seu obiectiuum in mēte, quod est esse rationis, nisi cum concipiantur ad modum entium, ergo cum tūc illud esse habeāt, non antea, vel post; certè in aliquam causam id referendum est, alioquin nulla ratio sufficiens illius qualiscunque varietatis reddi posset. Et tandē cū ea ad modū entiū fingimus, vtique cōcipimus ea ad modum causatorū.

Secundò vt singillatim ostēdamus habere causam proportionatam in vnoquoque genere causæ, probatur in primis, q habeant saltim intellectum pro causa efficiente (nam an aliqua alia potentia vitalis possit ens rationis efficere, dicemus posteà) dicitur .n. ab omnibus ens rationis fieri ab intellectu, effici per operationem intellectus, & similia; imò hac potissimum de causa ens rationis dictum est, quia à rōne machinatur, ergo habet intellectum aliquo modo pro causa effectiuę. Accedit, q sicut suo modo dicitur ens, & esse obiectiuè in intellectu, pari modo dici debet tale esse accipere ab eodem.

Sed cōtra objici solet, quod causæ reali correspondet effectus realis, & potētiæ reali obiectū reale, ergo à nulla causa, & potētia reali, qualis est intellectus, ens rationis effici pōt. Resp. cōmuniter præsertim à nostris causæ reali primariò, & immediatè vtiq; correspōdere effectū realē, secundariò tñ, & mediatè effectū nō realē correspōdere posse, qui quasi cōproducatur ad productionem effectus realis, & ità in proposito ens rōnis secundum esse obiectiuū producitur ad productionem realis intellectionis, quæ est effectus primarius intellectus. Hæc solutio procedit potius de ente rōnis pro materiali, qualis est denominatio cogniti, quæ derelinquitur in obiecto ex intellectione sup illud trāseūte, nō de ente rōnis pro formali, quod immediatè producitur ab intellectu ea cognitione, qua intelligit rē aliter, quā sit. Quare præstabit dicere verum esse assūptū, quādo causa producit per actionē physicā, & realē, quo modo intellectus producit intellectionē per actionē intellectualē, quæ dictio appellatur à Doctore quol. 13. & alibi sæpè, at non quando agit actione metaphorica, & quasi grammaticali, qualis est cognitio, per quam ens rationis producitur, siquidem per cognitionem non producit intellectus aliquam entitatem realē, quia non est actus productiuus, & vera actio, sed tantū operatiuus ex Doctore ibidem, ac proindè affert tantùm esse quoddam obiectiuum, non reale; vndè si in obiecto, quod intelligitur, nullū aliud esse reperitur præter hoc esse obiectiuum, quod ab intellectu recipit, erit ens rationis, & productio eius erit productio secundum quid, & rationis, non realis, vt docet Doctor 1. d. 36. q. vnic. & 2. d. 1. q. 1. Pariter potest

X 2 poten-

potentia realis ex Doctore nunc cit. habere ens rõnis pro obiecto saltim secũdario,& terminatiuo,licèt primarium,& motiuũ debeat esse reale,& præsertim ità contingit,quando ré cõcipit aliter,ac est, vt accidit in formatione entis rationis ex dictis q. 1. in sol.ad 2.ad 3. confirm.

Tertiò habet etiam suo modo causam finalé, nam sæpè intellectus format entia rõnis, vt res rectè, & sine errore cognoscat,ac præsertim ad hunc finé ex natura sua ordinãtur intentiones logicales, ergo &c.probatur assũptũ,sic .n. quia priuationes, & negationes ex se intelligibiles nõ sunt, nisi iudicio quodã diuisiuo, vt v. g.intelligẽdo in tali organo nõ esse potẽtiã videndi,in aere non esse lucẽ, & è cõtra denominationes extrinsecæ non sunt intelligibiles, nisi iudicio quodã cõpositiuo, vt v. g. intelligendo Deũ creatorem, parietem visum per hoc, ꝙ relatio existẽs in creatura terminatur ad Deũ,visio existens in oculo terminatur ad parietem; vt eas intellectus apprehendat apprehensione simplici,quæ est entium, & de ipsis prædicet, quæ eis conueniunt, & necessaria sunt ad explicandam earum naturã, data opera fingit illa ad modum entium, vt cæcitatem, veluti quandam prauam dispositionem in oculo, & sic de alijs, ergo entia rationis fieri possunt, imò de facto fiunt propter aliquem finem. Sic etiã conficit intentiones logicales, vt certam sibi pręscribat regulam,qua in vnum plures propositiones cognoscere valeat,nam in primis intentionibus ex cognitione vnius propositionis exercitæ, non potest deuenire in cognitionem alterius, quia vna exercita non continet aliam; hinc fit, quod cum posteaquam plura adinuicem comparauerit, consimilem inueniat modum essendi denominationis extrinsecæ in pluribus, format secundas intentiones, v. g. quod animal sit genus,quod homo,leo,bos,sint species,& sic prædicãdo signatè præscribit sibi regulã dicendo, *genus prædicatur de speciebus*, sub qua propositione signata continentur omnes exercitæ dicendo, ergo homo est animal, leo est animal, quia vna signata plures exercitas continet.Pariter quia longũ esset enumerare oĩa,& singula,quę in propositione affirmari,vel negari possunt de aliqua re, & valdè prolixũ singula recensere, de quibus alia affirmari, vel negari possunt,vt vno nomine hæc oĩa complectantur, vtimur cõsultò nomine subiecti, & prædicati; Et quia de conclusione in syllogismo, & de præmissis, de prima, & secunda præmissa forent quãplura dicẽda,vtimur nomine antecedentis, & consequentis, maioris, & minoris, quæ omnia sunt entia rationis, & propter eum finem intenduntur,vt operationes nostri intellectus benè fiant, imò vt dicebamus q. proxim. hic est præcipuus logicæ finis, & hac de causa Aristot. eam instituit sub terminis secundarum intentionum.

Respondét aliqui ex Suarez cit.ꝙ licèt intellectus aliquando entia rõnis effingat ob prædictos fines, isti tñ non sunt propriè fines illorũ entium rõnis, sed potius eorũ actuũ,quibus finguntur,& sic in logica directio operationũ intellectus non est finis illius esse rationis, quod ab intellectu recipiunt res logicales,nam ea omnia,vt esse pręedicati,subiecti, antecedentis,consequentis &c. quasi consequenter insurgunt ex actionibus mẽtis nostræ,& nõ à proposito, sed propriè est finis illius cognitionis, qua finguntur illa entia rationis logicalia.

Sed hæc solutio nulla est;quia vtiq; cõcedimus causã illã finalẽ non esse verè,& propriè causã finalẽ respectu entis rõnis (pſertĩ si causalitas finis ponatur esse realis, de quo in Physic.) attamen prout in præsenti loquimur de causis,ipsi etiã enti rõnis causalitas finalis deneganda nõ est, nã ad hoc sufficit,vt ad modũ causæ & procedẽtis à tali causa concipi possit. Accedit, quod si cognitio logicalis dicitur à causa finali procedere, quia à proposito intenditur propter eum finem, & sic entia

tia logicalia suo modo ab illo fine dependentiã habebũt, quia ad eũ finẽ ipsa præsertim inseruiunt, plusquã ipsa cognitio, vnde resultãt. Demũ si entibus rõnis suo modo cõceditur causa efficiens, à fortiori etiã causa finalis eis concedi debebit, tum ob generalẽ connexionem harum causarum, tũ quia causalitas finis maximè deficit à Physico causandi modo, cum metaphoricè causet, & ideò talis causalitas magis proportionata est enti rationis, quam causalitas efficiẽtis, ex sua natura.

Dices, a Scotistis nostris entia rõnis reliquijs cretæ à figulo derelictis, dũ vas intẽdit efformare, assimilari solere ea rõne ꝙ sicut figulus solum vas per se effingere intẽdit, reliquiæ verò merè per accidens sequuntur pter eius intentum, ita logicus actus logicales per se intendit, intẽtiones autẽ logicales ex illis resultantes solũ per accidens. Resp. hoc Scotistarũ dictum debere intelligi de ente rõnis pro materiali, vt sũt denominationes extrinsecæ cogniti, cõparati, &c. istæ.n, verè, & per se non intẽduntur ab intellectu, sed per accidens derelinquuntur in obiecto, cuius cognitionem per se, & à proposito intellectus quærit, dũ verò easdẽ denominationes p aliũ actũ sequentem concipit intellectus, vt quid intrinsecũ obiecto, hoc certè facit in logica præsertim ob aliquẽ finẽ intentũ, & dicere secundas intẽtiones in logica non per se intendi ab intellectu, sed ipsos actus logicales, est asserere nedũ logicã in se, sed nec etiã logicã ab Arist. traditã esse per se de secũdis intẽtionib. quod est falsum ex dictis in quæst. proœm.

Quartò habent etiam suo modo causam materialem, & formalem, quocunque modo sumantur; si enim sumuntur veluti causæ intrinsecæ rem componentes, sic entia rationis suo modo habere poterunt causam materialẽ, & formalẽ, & erunt huiusmodi oĩa illa entia rõnis, quæ fingi possunt ad instar substãtiæ materiatæ, & corporeæ, veluti sunt hircocervus, chymera, & similia; si verò sumatur causa materialis non pro illa, quæ dicitur ex qua, sed in qua, & pariter causa formalis non pro forma partis, & physica, sed pro forma totius, & metaphysica, sicut est essentia, & quidditas, sic etiã entia rationis habebunt causam materialem in qua, entia nimirum illa, quæ concipiuntur ad modũ accidentis, & formæ simplicis absolutæ, vel relatiuæ alteri inhærentis; Habebunt denique oĩa rationis entia causam quoq; formalem in hoc sẽsu, quatenus habent omnia pro priam quidditatem, & essentiam sibi proportionatam.

Quæres, quænam sit causa materialis in qua entium rationis conceptibiliũ ad modum alteri inhærentis, num sit intellectus, an potius res ipsa, de qua enunciatur tale ens rationis. Dicendum est non esse intellectum, sed rem ipsam, quatenus cognitam, & ab intellectu apprehensam, ita Sco. q. 9. vniuersl. & in 4. d. 1. q. 2. B. & in 1. d. 23. q. vnic. & alibi sæpè, quod probatur, quia huiusmodi entia rationis eadem proportione dicũtur entia, causata, & habere subiectum, sicut ergo dicuntur entia, quia ad modum entis concipiuntur, dicuntur causari, quia ad modum causatorum concipiuntur, ita cum eorum subiectum quærimus, sensus est quodnam est illud, quod à nobis per modum subiecti concipitur, in quo illa sint, at clarum est, quòd cũ concipimus intentionem generis, illam vtique concipimus in animali, non vtcunque, sed in ipso, vt cognito, & animal subijcitur, vt sic, ergo in animali cognito erit, tanquam in subiecto. Tum quia formæ non denominant, nisi res, quibus inexistunt, vt de albedine constat in ordine ad parietem, sed ens rationis denominat rem, & non intellectum, natura enim humana dicitur vniuersalis; dicitur species, non intellectus, ergo, &c. Tum tandem, quia illi inexistere concipiuntur, cui applicantur, sed applicantur rebus, vt cognitis, iuxta illud Boetij, logica est de secũdis intẽtionibus applicatis primis.

At contrà instabis, Tum primo, quia si ens rõnis esset in rebus subiectiuè, esset accidēs, & per cōsequēs ens reale, vt arguit S. Th. opusc. 8. tract. 2. c. 1. Tū 2. quia hac rõne Scot. ipse docuit 7. Met. q. 18. habere esse in intellectu, nō solū obiectiuè, sed etiā subiectiuè, non autē in rebus extra. Tū 3. quia ens pcipua diuisione diuiditur in ens in anima, & extra animā, sed per ens in anima intelligitur ens rõnis ergo debet esse in anima, nō in reb. ipsis. Tādē chymera, & hircoceruus nequeūt esse subiectiuè in reb., etiā quatenus cognitis, q̃a nō cōcipiūtur ad modū entis alteri inhęrētis, sed adīstar substātię, & rei p se stātis, ergo debēt statui ī ītellectu subiectiuè.

Resp. ad 1. quòd consequentia teneret, si ens rationis poneretur rebus inesse, vt sunt extrà intellectum, & ita intelligit S. Thom. at ex hoc quod ponitur subiectiuè in rebus, vt cognitis, & vt in intellectu iacent, sequitur solum esse accidens intentionale, seù rationis, quatenus concipitur ad instar alteri inhęrentis. Ad 2. Doctor intelligendus est, vt se explicauit 5. Met. q. 1. q̃ vniuersale inhęreat rei, non quomodocunq; sed quatenus habet esse cognitū in intellectu, quia cū res possint considerari tripliciter, vel secundum suū esse quidditatiuū, quomodo eā considerat Metaphysicus, vel secundū suū esse materiale, quomodo eā considerat Physicus, vel secundum illud esse cognitum, & comparatum, quod habent per operationem intellectus, quomodo eas considerat logicus; vniuersale non inest rebus quomodocunque, sed quō eas considerat logicus, & ideò prout sunt in intellectu, quare ens rationis est in intellectu subiectiuè non immediatè, sed mediatè, mediantibus nimirum rebus, vt cognitis. Ad 3. dicitur ens in anima obiectiuè, non subiectiuè, & per hoc distinguitur ab ente extra animā, vel si etiam subiectiuè dicitur ens in anima, id debet intelligi mediatè modo nunc explicato, non immediatè, sicut inest intellectio, alioquin esset accidēs reale, vt actus, & habitus intellectuales. Ad 4. illa entia rationis nullibi sunt subiectiuè, nec habent materiam in qua, quia adinstar substantiæ concipiūtur, sed ex qua, & sunt tantùm obiectiuè in intellectu.

QVÆSTIO IV.

An solus intellectus efficiat ens rationis, & quibus actibus.

NEmo negat ens rationis per intellectum effici, quare hoc supposito quæritur, an eius tantùm sit hoc munus, num potius aliæ etiam potentiæ vitales illud efficere possint. Communis opinio asserit hoc esse speciale munus ītellectus præsertim Thomistæ Complut. disp. 2. q. 3. Io. de S. Th. p. 2. log. q. 2. art. 4. Caiet. 1. p. q. 28. art. 1. Auersa q. 5. sect. 4. Blanc. disp. 1. sect. 3. Amic. tract. 3. q. 3. dub. 2. & 3. Cōtendunt alij, vt Scotistæ communiter, etiā per voluntatem, quia potentia collatiua est, ens rationis effici posse, ita Formalistæ omnes tract. Formalit. Faber, Fuentes, Smising. Meuriss. loc. supra cit. nam sic insinuare visus est Doctor 1. d. 45. q. vnic. §. *ad argumenta*, & 3. d. 26. q. vnic. §. *Ad quæstionem*, & 4. d. 16. q. 2. §. *Respondeo*, & quodl. 17. art. 2. §. *Potest dici*, dum præsertim docet posse voluntatem suo modo causare relationē rationis in obiectis, quando s. ordinat vnum obiectum ad aliud, ad quod non est ordinabile à parte rei, vt si Deum amat in ordine ad creaturas. Imò vlterius aliqui Scotistæ progressi sunt asserentes etiam phantasiam, seù imaginatiuam posse ens rationis efficere, eo quia inter potentias sensitiuas ipsa sola habet virtutem coniungendi, & conferendi obiecta adinuicem, vt patet, dum chymeras, & hircoceruos in somnis effingit coniungendo simul species harum naturarum à parte rei incompossibilium, ita Faber cit. c. 5. Fuentes diff. 3. art. 1. Meurisse cit. q. 3. in fine, Vallon. pag. nobis 46. Ant. Roccus tract.

tract. de secund. intention. (quamuis isti duo exprimāt phātasiā, etiā si vim habeat collatiuā, non posse īdcircò efficere secūdas intētiones) ꝙ etiā tanquam probabile amplectitur Suar.disp.cit.sect.2.nu.18. & Rubius q.3. Tandē idipsū alij affirmarunt non tm̄ de cæteris sēsibus internis, verū etiā externis, eo ꝙ ipsi quoq; plerunq; percipiāt, & repsētēt, ꝙ nō est ad modū entis, vt cū oculus percipit remū fractū in aqua, solem exiguæ magnitudinis, &c. ita Iandun. insinuat 5.Met.q.23.& Arriaga ex professo tenet disp.cit.sect.3.subsect.2. & 3. vbi eò magis id tenet de voluntate.

Circa alterā quæsiti partem dupliciter dubitatur; Primò generatim, cū .n. actus intellectus generaliter loquēdo sit, vel absolutus, quo .s. obiectū absolutè cōsideratur sine ordine ad aliud, vel collatiuus, quo cōsideratur cū tali ordine, & rursus vterq; aut directus, quo .s. primò, & directè obiectū attingitur illis actibus, aut reflexus, quo nimirū reflectitur super obiectum, vt absolutè cognitum, vel relatiuè; dubitatur in proposito, qualis in vniuersum esse debeat actus, quo ens rationis efformatur; Scotus 5. Met. q.17. ab initio expressè docet hunc actum esse debere directum, & comparatiuum, & est communis doctrina priscorum Scotistarum, cum hoc tamen discrimine, quòd Doctor loc. cit. loquitur speciatim de relatione rationis, at ipsi loquuntur vniuersaliter, fortè quia omne ens rationis putarunt esse relatiuum, quos ex recentioribus Scotistis sequitur Fuentes cit. & ex Thomistis Ioann. de S.Thoma q. 2. art.4. concl.3. Vulpes verò disp. cit. 28. art. vlt. nu. 4. ait per actum directum comparatiuum secundas intentiones habere tantùm esse derelictum, & per intelligentiam reflexam suscipere verum esse rationis fabricatum; Meurisse cit. conclus. 3. declarat diuersa entium rationis genera ex diuersis actibus resultare, denominationes extrinsecas cogniti (quas putat ad ordinem entiū rōnis pertinere) ex cognitione directa, relationes rationis ex comparatiua, & entia rationis fictitia fieri per actionē reflexā, qua intellectus apprehēdit esse, ꝙ re vera non est. Ex Neotericis Suar cit.nu.16. quē multi sequuntur, docet omnē actū, quo fit ens rōnis esse cōparatiuū, non quia omne ens rōnis sit relatiuū, vt prisci Scotistæ dicebāt, sed quia ens rōnis quodcunq; siuè absolutū, siuè relatiuū, fit per cōparationē non entis ad ens reale, quatenus concipitur ad instar entis realis; hāc verò cognitionē cōtendunt aliqui sēper esse directā, vt Blanc. cit. sect.4. Suarez ibidem innuit potius esse debere reflexā, & pṡertim in fabricādis secundis intētionibus. Alij demū distinctius procedētes inquiunt, omne ens rōnis absolutū fieri per cognitionē absolutā, & omne relatiuū per relatiuā, & rursus illa entia rōnis, quæ fundantur in ipsis operationibus intellectus, & habent pro materia denominationes extrinsecas cogniti, &c. fieri per notitiā reflexā, quādo nimirū intellectus reflectēdo cōcipit denominationes ortas ex priori cognitione in obiecto ad modū alicuius relationis, seù formæ extrinsecæ, cætera verò fieri per notitiam directā, .i. nō inuoluentem reflexionem circa aliā præuiam cognitionem, ita Auersa cit. sec.6. Complut. q.3. & alij quamplures sic loqui videtur Hurtad. disp.1. de obiecto log. sect.3. Amic. tract.3.q.3.dub.6.art.2.

Deinde cum tres sint intellectus nostri operationes ex dictis 1.par. inst. log. dubitatur in specie, an per omnes, & singulas fieri possit ens rationis, an per aliquas tantum; de quo tres extant sententiæ. Prima docet fieri solum per primam operationem, quando obiectum simpliciter apprehenditur aliter, ac sit, nam quando postea aduenit secunda, & tertio operatio, .s. iudicium, & discursus, inueniunt ens rationis factum per primam. Secunda negat ens rationis fieri per primam, sed asserit solum fieri per secundam, ita Conneli.q. 1. prædicab. ar.

3.dub.& Hurtad.disp.1.log.sect.4.§.18.& fusius disp.19. Met. sect.1. §.15. eo quia omne ens rönis est quid falsũ, & ad modũ alterius cõsideratũ dando illi aliquod esse repugnans, sed veritas, & falsitas ad secundam tm̃ operationẽ spectant. Tertia cõcedit fieri per oẽs,& singulas, quia apprehendi pot aliquid esse, vel existere, ꝙ nec existit,nec existere implicat;pot item affirmari, quod est impossibile, & negari, quod est necessariũ, & possumus tandem cogitare vnũ sequi ex alio, quod verè nõ sequitur, quæ oĩa sunt non entia ad modũ entiũ ficta per singulas operationes, & est communis inter Modernos Fuent. cit.ar.2.& 4.Complut.q.3.concl.2.Amic. cit.concl.4.Ruuius tract.de ente rationis q.4.& alij passim;quam aliqui adhuc magis explicantes inquiunt hanc sentẽtiam non ita intelligi debere, quasi quodlibet ens rationis possit promiscuè fieri per quamlibet intellectus operationem, sed per primam determinatè fieri ens rationis genus,species, apprehensiuum, & similia, quæ cõueniunt terminis simplicibus, per secundam fieri ens rationis prædicatum, subiectum, propositionem, & alia huiusmodi, quæ cõueniunt integris enũciationibus; per tertiam tandem fieri ens rationis medium terminum, maius, & minus extremum, antecedens,consequens, & similia,quæ argumẽtationem cõcernunt, & in hunc modũ hanc declarauit sententiã Durand.1.d.19.q.5.& 6.

ARTICVLVS PRIMVS.

Resolutio quæsiti de potentia entis rationis effectrice.

PRo resolutione quæsiti quoad primam partem, quæ est de potentia entis rationis effectrice,est aduertendum ens rationis dupliciter accipi posse, primò pro eo, quod solum habet esse ex vi rõnis,secundo pro ente proportionali, & æquiualente enti, ꝙ fit à rõne; in proposito cũ quæritur, quæ potentia ens rationis efficere possit, & an hæc solus sit intellectus, non est sermo de ente rationis in primo sensu, nam sic esset repugnantia in terminis, quòd alia potentia ab intellectu, qui dicitur ratio, seu potentia ratiocinatiua, ens rationis efficere posset; sed est sermo in altero sensu, quare quæsiti sẽsus erit, an sicut datur aliquod ens, quod solum existit obiectiuè in intellectu,ita detur,vel dari possit ens,quod solum obiectiuè existat in aliqua potentia intentionali alia ab intellectu; & hoc voluit innuere Doct.cũ in 1.d.45.q.vnic. C.& quol.17. C. inquit relationẽ quã pôt voluntas, & quælibet potentia collatiua alia ab intellectu causare in obiectis ab ipsa inuicem cõparatis, in quibus ex natura rei non reperitur, non esse rationis loquendo strictè de relatione rõnis, quia non sẽper potentia illa cõparãs est ratio, siue potẽtia ratiocinatiua, sed dici rõnis, vel quia illis obiectis non cõuenit ex natura rei absq;actu potẽtiæ intẽtionalis,vt ait ibi,vel prout hoc nomen ratio cõprehendit intellectum, & voluntatem iuxta phrasim Arist. 9.Met. vbi eas appellat potentias rationales, vt quolib. cit.adnotauit, vel quia hoc nomen ratio extenditur etiam solet ad quamcunque potentiam collatiuam, vt ait Trombet. in Formalit. ar.2.princ. §. *notandum vlterius*, vel tandem quia relatio, aut denominatio comparati in obiecto causata per actum potentiæ collatiuæ magis participat rationem entis rationis in primo sensu, quam aliæ denominationes visi, cogniti, &c. quia vt docet Scot. 5.Met.q.11. ab initio nedum esse rationis habet,quatenus à potentia intentionali procedit,sed etiã aliud esse rationis supponit, in quo fundatur, quia denominatio comparati non resultat in obiecto,nisi prius absolutè cognitũ supponatur quoad illud attributum, in quo alteri comparatur.

Rursus cum ens rationis ex dictis q. 2.art.1. duplex sit, aliud materiale,& derelictum, ac potentiale, quia nimirũ formalitatem entis rationis actu non participat

cipat, sed vtiq; participare põt per actum potentiæ fingẽtis, quo sensu negationes, priuationes, & oẽs extrinsecę denominationes reales dicuntur entia rõnis materialiter, & fundamentaliter, quia possunt intellectui, vel alteri potẽtiæ pstare fundamentũ fictionis, vt concipiat id, quod non est, ac si esset, aliud verò formale, & actuale, ꝙ nimirũ actu participat formalitatẽ entis rõnis, quia s. actu fingitur esse ab intellectu, aut alia potẽtia, & ita obiectiuè existit in ea, vt extra illã, nec existat, nec existere possit; Non est hic quæstio de ente rõnis materiali, & derelicto, sic n. concedunt oẽs, non tm̃ intellectũ, verum etiam voluntatẽ, imaginationem, & oẽs sẽsus internos, & externos posse ens rationis efficere, quia in actibus omnium harũ potentiarũ potest vtiq; ens rationis formaliter fundari, quatenus denominationes extrinsecæ per actus earũ in obiectis derelictæ concipi possunt, vt formæ illis intrinsecæ, ac inhærẽtes, quæstio igitur est de ente rõnis formali, & est sẽsus, an per opus alterius potẽtiæ ab intellectu possit fieri ens habens solũ esse obiectiuè in ea potentia, & ex vi actus illius.

Dicendum est certum esse nullam potentiam vitalem præter intellectum, & voluntatem posse ens rationis efficere, & ex his duabus certum esse intellectũ efficere posse, de voluntate verò non ita certum, satis tamen probabile. Conclusio est Scoti locis omnibus citatis, ac etiã mox citandis, & probatur quoad singulas partes; Et quidem primò, quòd nulla potentia sensitiua, siue interna, siue externa possit ostenditur generali ratione, illa sola potentia vitalis potest entia rationis efformare, quæ ita rei præstare potest esse obiectiuum in seipsa, vt extra illam, nec sit, nec existere possit, at in nullo sẽsu, siue externo, siue interno potest aliquid ita obiectiuè existere ex vi alicuius actus sensitiui, ergo nullus sẽsuum ens rationis potest efficere, maior patet ex dictis de formalitate entis rationis, quod talis est naturæ, vt illi prorsus repugnet existere extra potentiam, à qua formatur; probatur minor, tum quia vniuersaliter loquendo obiectum sensuũ est sensibile, sed esse sensibile est esse reale contradistinctũ ab esse rationis, tũ quia obiectũ præsertim sensus externi est aliqua qualitas sensibilis, & existens à parte rei, vndẽ cõmuniter dicitur sensationem externã pendere non solũ ab obiecto existente, sed etiã in se præsente, ergo sensus externus non potest dare esse obiectiuum rei non existenti, nam semper terminatur ad esse reale eius actui præsuppositum etiam in illis casibus, de quibus dubitari solet; nam remus v. g. repræsentatur curuus, vel fractus in aqua ab illa specie, quæ transmittitur ad oculum ex immutatione facta ab aqua, per quam transit antequam remus percipiatur ab oculo, ergo remus ille non habet rationem curui ex ipso actu visionis, sed antecedenter ad illum, quia species illa sic immutata determinat oculum ad videndum tali modo, & ita suo modo dicendum in aliis casibus, cum nimirum Sol propter distantiam apparet minor, quam sit, & denarius in aqua maior, & ædificia disiuncta eminus apparent coniuncta, & concauitates in pictura; in his enim, & similibus casibus attingit visus apparentiam illam causatam ex vi specierum sic, vel sic immutatarum, vel aliunde, & hæc apparentia, & repræsentatio vera est, & realis, licèt non repræsentetur obiectum, sicut est, ob immutationẽ specierum, aut alia de causa, sed in hoc nullũ interuenit ens rationis, alioquin etiam speculum, quando repræsentat remum curuum in aqua ens rationis efficeret.

Et ex eodem capite probatur eadem minor argumenti principalis de sensibus internis, præsertim de imaginatiua, aut æstimatiua, de qua est dubitatio, quia licet hæ potentiæ nõ necessariò pendeãt ex præsentia obiecti in seipso, vt sensus externi, adhuc tamen non respiciunt totam

tã latitudinẽ entis, vt intellectus, sed determinatũ exposcunt obiectũ, & hoc quidẽ sensibile, quia nõ percipiũt essentias, & substantiã rerũ, sed tm̃ qualitates, & accidentia externa, quæ vtiq; sũt entia realia; vnde vt docet Scot. p. d. 3. q. 2. F. cõtra Hẽricũ, dũ agnus fugit lupũ, nõ apprehendit rõnem inimicitiæ, sed accidentia Lupi, vt sibi materialiter disconueniẽtia, à quorum apprehẽsione mouetur ex instinctu naturæ appetitus ad fugã, sed hæc fusius prosequi spectat ad libros de anima, & ideò rõnes, quæ inde sumi posset ad probationẽ cõclusionis dimittimus, hac solũ contẽti, quæ ex natura entis rõnis deducitur, ꝙ sensus dare nequit esse obiectiuum rei nõ existẽti; Et quando etiã in allatis casib. contenderetur sensus externos dare esse obiectiuũ rebus nõ existẽtibus, & præcipuè imaginatiuã id facere, cũ montẽ aureũ, vel mare vitreũ imaginatur, hoc etiã admisso nõ sequitur hæc idola esse entia rõnis, quia hæc obiecta nõ habẽt impossibilitatẽ ad existendũ à parte rei, ꝙ est de essentia entis rõnis, ꝙ nõ solùm excludit actualẽ existentiã obiecti, sicut repræsentatur, verũ etiã possibilitatẽ ad existendũ; cũ igitur, neq; per sensus externos, neque internos tale possimus idolũ machinari, cui repugnet existere in rerũ natura saltim per potentiam Dei absolutam, concludendum est nullum sensuum posse tale esse obiectiuum dare rei non existenti, quale requiritur ad ens rationis.

Respondent aliqui ex Suarez cit. imaginatiuam saltim in homine habere hanc virtutem fingendi; quod non est, nec esse potest, ex coniunctione, quã habet cum intellectu, vndè inquit Suarez imaginationem in homine participare vim rationis, & fortè nunquam fingere, quod non est, nisi cooperante ratione, quod etiam experientia ipsa edocet, non.n. imaginatiua machinatur solum montẽ aureum, mare vitreum, & alia, quæ vtiq; possibilia sunt, sed alia quoque, quæ prorsus impossibilia sunt, vt hircoceruum, & chymerã, & alia huius generis repugnantia.

Sed facilè euertitur hæc solutio, tum quia propter hanc coniunctionẽ non potest imaginatiua extendi extrà suum adæquatum obiectum, quod est ens sensibile existens, vel existere potens, quale non est ens rationis; tum quia etiam ipsa imaginatiua humana adhuc continetur infra limites potentiæ organicæ, atque adeò respicit obiectum, quod continetur infrà limites obiecti materialis ob proportionem, quæ versari debet inter potentiam, & obiectum quoad rationem formalem operandi; tum quia falsum est imaginatiuã per se participare vim rationis in homine, nam tantùm cum ipso intellectu conuenit in ratione potentiæ cognitiuæ internæ; tum tandem quia vt ait Auersa, si imaginatiua suo proprio actu distincto ab actu intellectus habet efformare ens rationis frustra affertur consortium intellectus. Neque experientia est in oppositum, dum.n. concipimus hircoceruũ, chymeram, Deum corporeum, & similia, planè vt passim notant Auctores, non ex vi imaginationis vniuntur naturæ, aut essentiæ incompossibiles, quia nec imaginatio, nec alius sensus profundat sẽ vsque ad substantiam, sed tantùm externa accidentia hirci, v.g. & cerui, quorum coniunctio certè non repugnat, nam sæpius visa sũt mõstra ex diuersis animaliũ figuris cõstituta, vnio autem naturarum incompossibilium fit à solo intellectu.

Altera etiam pars conclusionis comprobatur, & primò quidem ens rationis ab intellectu fieri ità compertum est inter admittentes entia rationis, vt probatione non egeat, quod vel ex ipso nomine entis rationis inde deducti constare debet, id autem etiam de voluntate posse probabiliter affirmari ostenditur manifesta ratione, quia nihil illi deest ex requisitis ad potentiam formatricem entis rationis, si.n. requiritur, quod talis potentia sit collatiua, certum est hoc voluntati non deficere, ita.n. põt comparare

vnum

vnum obiectũ alteri, sicut intellectus, nõ quidẽ per modũ iudicij, & cognitionis, sed per modũ ipsius ordinis, & acceptationis, vt notat Brasauol. qu. quol. 20. ex Doctore cit. vt cũ vult media propter finẽ, imò põt inuicem ità duo cõferre obiecta, quæ à parte rei non sint referibilia, vt cũ puersè agẽs vult Deũ propter creaturã vtẽdo fruẽdis, & fruendo vtẽdis. Si requiritur, ꝙ talis potentia sit reflexiua, vt vlterius aliqui exigunt, ex Suar. n. 17. ob ꝙ negant sensus ens rõnis efficere posse, quia oculus parietẽ videt, sed reflexè non nouit parietem esse visũ, nec imaginatio pcipit, quid sit esse imaginatũ in obiecto. Neq; id volũtati deficit, quia volũtas aliquid volẽs sæpius per actũ reflexũ cõsentit se velle, vt docet Scot. quol. 16. D. & 1. d. 47. q. vn. D. & rationẽ reddit quol. 17. C quia hæc munera cõpetunt illis potentijs per rationẽ ambabus cõmunẽ, .s. ob earũ immaterialitatẽ; Si tandẽ reqritur (quod principalius est, ꝙ potentia det esse obiectiuũ rei, quæ realiter nõ est, nec esse põt, adhuc neq; hoc deficit volũtati, tum quia potest voluntas impossibilia, etiam vt talia ab intellectu ostensa, appetitu saltim inefficaci appetere, vt docet Scot. 2. d. 6. q. 1. qua ratione tenet Fuent. citat. posse voluntatem ens rationis efficere; tum quia (quod magis vrget) potest voluntas ex sua libertate bonitatem in obiecto fingere, vbi re vera non reperitur, nec reperiri potest, neque vt bonum ab intellectu proponitur, ergo potest tale esse obiectiuum bonitati tribuere, quale requiritur ad ens rationis constituendum, consequentia patet, quia in tali casu voluntas est, quæ primò fingit bonitatem in obiecto, vbi non est, nec esse potest, non autem intellectus; per quod excluditur communis responsio Recentiorum dicentium, quod licèt voluntas interdum tendat in bonum, quod re vera tale non est, tamen ipsa non fingit tale bonum, sed supponit iam confictum ab intellectu, & propositum per intellectum; assumptum probatur, quia in sẽtentia pſertim Scoti pter finẽ verũ, & apparentẽ datur etiam finis prçfixus, seù prçstitutus in p. d. 1. q. 1. ar. 3. & 4. & est quãdo obiectũ præcisè est à rõne ostensũ sub ratione mali, & volũtas ex sua libertate illud sibi præfigit tanquã finẽ, non ꝙ voluntas feratur in malitiã per se, quia hæc non est obiectũ prosecutionis, sed quia ostẽso obiecto voluntati sub rõne mali, & ex alia parte ostẽsa ratione boni, vel in se, vel in alio obiecto, põt voluntas bonitatẽ illi obiecto affigere, quã tñ non habere prius ostẽderat intellectus, & sub illius bonitatis prætextu obiectũ illud in se malũ acceptare, de quo agimus ex professo disp. 7. Physic. q. 8. art. 2. sicut igitur probabile est dari finẽ præfixũ, & esse sufficiens volũtatis motiuũ; non tm bonũ verũ, & apparens, sed etiam præstitutum, vt ibi probatur, ita probabile est voluntatẽ ens rationis efficere posse, vt hic de eo loquimur, & hoc est prçcipuum huius assertionis fundamentum.

Soluuntur Obiectiones.

IN oppositum obijcitur primo probando diuersis experientijs sensus externos ens rõnis efficere posse, videmus .n. colores in Iride, vitro triangulari, collo colũbç, cõcauitates in picturis, vnũ, & idẽ obiectũ multiplicatũ compresso oculo ex parte superiori, vel inferiori, & alia huius modi, quç àparte rei nõ existũt in obiectis visis, sed tm in ea cognitione, qua exprimũtur. Cõfirmatur, qa in his casib. & alijs multis falluntur sensus externi, quis hoc negat? at per omnẽ actum falsum fit ens rationis, inquit Arriaga citat. quia statim ac actus est falsus, obiectum eius non est à parte rei, sed tantùm in illa ipsa cognitione. Demum oculis videmus non adesse lucem, quod vtique fieri nequit, nisi apprehendendo negationem illam per modum formæ positiuæ, & sensibilis, quia potẽtia sẽsitiua nõ attingit, nisi obiectũ sẽsibile, id aũt est ens rõis machinari.

Resp.

Resp. iam ex dictis patere, quomodo in illis, & similibus experientijs nihil fingitur ab oculo, quia ipse nō habet vim cōponēdi curuitatē cum remo, paruitatem cū Sole, colores cum Iride, &c. sed re vera exprimere, quod illi per species obijcitur antecedēter ad actū visionis, hæc igitur oīa non sunt obiectiuè tm̄ in oculo, sed verè à parte rei, non quidē secundum esse reale, & subiectiuum in illis obiectis, sed secundum esse repræsentabile, & intentionale, quod variatur iuxtà variam specierū, vel etiā ipsius organi immutationem, sicut paries, qui à parte rei est albus, posito ante oculos vitro viridi ob immutationē specierū, quæ per tale medium deferuntur ad oculū, est viridis, nō quidē realiter, sed secundum esse repræsentabile; & hoc sufficit ad soluendum argumentum ex illis experientijs deductum, nam explicare vndè in singulis proueniant illæ apparētię, vt duplicitas obiecti in oculo compresso, colores in collo columbæ, concauitates in pictura, spectat ad libros de anima, videatur Amicus, qui tract. 3. log. q. 3. dub. 2. art. 2. singula explicat. Et quando etiam concederemus hæc omnia existere tm̄ in visione, qua exprimuntur, adhuc neganda foret consequētia, quia vt sæpè dictū est, ad ens sensibile æquiualens enti rōnis non sufficit, ꝙ videatur id, quod non est, sed quod etiam illud sit impossibile, sicut apparet, modo nec colores apparentes in collo colūbæ, nec remi curuitas, & alia huiusmodi apparētia sunt impossibilia, qua rōne cōuictus Arriaga cōcedit per sensus externos fieri non posse ens rationis impossibile, sed tantùm illud, quod actu à parte rei nō existit, licet sit possibile. At iam ex dictis constat hanc suā distinctionē de duplici ente rationis penitus implicare, quia realis possibilitas repugnat enti rōnis, vt sic.

Ad confirmat. in his casibus, & similibus re vera sensus non fallitur, quia apprehendit illa obiecta, si non vt sunt, saltim vt à parte rei repræsentantur à speciebus, vnde visus apprehendit solum apparentiam illam colorum, v.g. in collo columbæ, in quo falsitas nulla, aut fictio interuenit, quia à parte rei ità fit repræsentatio per species; quare si error interuenit, hic potius erit imaginatiuæ, vel intellectus, vt constat in exemplo vuarum à Zeusi pictarum, quas aues existimarunt veras, & lintei à Parrhasio depicti, quem Zeusis ipse existimauit verum, nā in his casibus visiua nō est decepta, quia visio verè ad vuas pictas, & linteum pictum terminabatur, sed existimatiua tantùm, vel intellectiua ob simillima accidētia; imò neque intellectus ipse, aut imaginatiua falleretur, si eius iudicium feratur nō supra obiecti existētiam, sed supra solā eiusdē apparentiam, quia tunc iudicaret, ꝙ verè à parte rei apparet; Quod si interdum fallatur ipse intellectus cū ipso sensu, adhuc obiectū talis sensationis, aut intellectionis, non erit ens rōnis, quia vt sæpè dictū est, obiectū sensuū non habet impossibilitatē ad existēdum à parte rei, quæ ad ens rōnis requiritur, vnde negatur absolutè, quod ait Arriaga, per quemcunque actum falsum ens rōnis cōstitui.

Ad Confirm. vltimam negatur assumptum, nullus siquidem sensus, præsertim externus, percipere potest negationem actu positiuo, sed tantùm percipere subiectum non cognita forma negata, atq; ità non videmus tenebras in aere, sicut neque silentium audimus in solitudine, sed per carentiam actus dumtaxat id dicere solemus abusiuè.

Secundò obijcitur probando fieri posse saltim per sensus internos, & præsertim imaginatiuam, seù phātasiam, Tum quia etiam ipsa est potentia collatiua, vt Scot. docet p. d. 45. q. vn. in fine, & habet virtutem nedum obiectiuè coniungēdi, quę compossibilia sunt, vt cum ex connexione specierum montis, & auri fingit montem aureum, sed etiam incompossibilia, vt cum ex connexione specierum hirci, & cerui cōiungit illas naturas. Nec

respon-

respondere valet phantasiã vnire accidẽtia externa illarũ naturarũ,nõ ipsas naturas. Quia phãtasia format sibi obiectũ, vt est cognitũ ab intellectu, quia ꝙ intellectus intelligit, idipsũ phantasia phantasiatur, sed intellectus in eo casu non sola accidentia externa cõiungit, sed ẽt naturas,ergo,&c. Tũ 2.quia imaginatiua põt concipere lineã quandã infinitã, quæ implicat,& alia huiusmodi, vt spatium reale extra Cœlum,qua rõne Dialectici dicunt ens imaginabile magis ampliari, quam ens possibile.Tum 3.ex Arriaga interdum fallitur canis reputans vmbram hominis esse hominem illum, à quo vapulauit, & aufugit imaginando ab eo, ꝙ videt fuisse læsũ,at cõiungendo percussionẽ cum illa vmbra, vt cum causa efficiente profectò impossibilia coniungit, quia cum vmbra sit nihil,non põt dare ictus.Tum 4.ex eodem, dum quis videns à longe statuã putat esse hominem,vtiq; habet hanc apprehensionem,quod ille est homo, at impossibile est hominem esse statuam, ergo sępius phantasia apprehendit vnionem,seu identitatem rerum impossibilem.

Resp. non esse certum apud Scotum phantasiam esse potẽtiam formaliter collatiuam,nam loc.cit. 1.d.45. & 4.d.49.q. 1. relinquit sub dubio, quin potius oppositum apertè alibi sæpe docuit 1. d.1. q.5. & in 3.d.33.& in 4.d.43.q.2.vbi Tatar. & d.45.q.3.quæ loca ponderat Bargius in 1. d.3.q.1.§. *Quinto dico*,& quol.17.C. cum innuit vim collatiuam oriri ex immaterialitate potentiæ,& cum dicitur phantasiam coniungendo species montis,& auri cõponere montẽ aureũ, & illũ attingere, vt quid vnũ, inquit Bargius cum Tatar.illud tñ attingere velut cõplexum indistans,.i.sine copula eo modo, quo oculus sine formali cõplexione attingit Petrum currere ,dum actu illum videt currere non autẽ velut complexum distãs,.i. cum copula, quasi attingat formaliter vnionem illorum ; vnde iuxta hac viam, quam sequuntur Complut. disp.2. q.3. n. 28.cum alijs modernis,& ex professo docet Brasau.q.13.quol. (à quo, vt eius moris est, Posnan. 1. d.35. disp.1. vbi de hac re agit, totam transcripsit quæstionem suppresso nomine) phantasia non est virtus collatiua formaliter, & propriè, nec dicitur componere chymeram, quasi attingat sua cognitione illud aggregatum formaliter, quatenus est quid compositum, & vnionem illam in ratione obiecti;sed dicitur eam componere materialiter,quatenus simul,& quasi vnica apprehensione attingit partes, ex quibus chymera resultat,quas antea seorsim cognouit, & iuxta hanc viã oĩa illa argumenta ruunt, vtpote quæ supponunt phantasiã esse potentiã formaliter collatiuam,& attingere formaliter vnionem duorum in ratione obiecti.

Sed quia hoc plenius discutere spectat ab libros de anim. admittatur pro nunc phantasiam esse formaliter collatiuam, quia tamen non egreditur limites potentiæ sensitiuæ, planè componere nequit, nisi species sensatas, vt Scot. docet 1. d.3. quæst.2. §. *Quinto dico*, quare in compositione chymeræ, & hircocerui solum attingere potest vnionem accidentium, quæ vtique possibilis est,non naturarum; & ad instantiam illam dicendum est verum esse,quod cum intellectus operatur, etiam phantasia operatur,sed circa suum obiectum, quod sensibilitatem non transcendit, vnde cum intellectus intelligit naturas incompossibiles, phantasia cognoscit figuram, quantitatem, & accidentia externa illarum. Ad 2. negatur assumptum, cum potius experientia constet cognitionem imaginatiuæ ferri ad obiectum cum aliquo termino, quia ex modo eius operandi concipere nequit obiecta, nisi in determinato loco, figura, & similibus, vt notat Amic. cit. qui etiam ait imaginabile ex vi imaginatiuæ non latius patere, quàm ens possibile, quia dicit quantitatem, figuram, & similia, quæ sunt possibilia, sed in ordine ad intellectum magis latè patere, quia comprehendere potest fictitia, & de hoc intelligi

telligi dictũ Dialecticorũ; Vel dicendum posse phantasiã cõcipere lineã, & spatium infinitũ sincategorematicũ, ꝙ non implicat, non verò categorematicũ, vt dicimus in Physicis. Ad 3. supponitur falsũ in argumẽto, ꝙ. s. possit phãtasia suffodere species nõ sẽsatas, qualis est species inimicitiæ, hoc. n. negat Doctor supra cit. loquẽs de agno respectu lupi; falsũ itẽ est canem visione attingere vmbram, quæ est mera priuatio, & cũ ea cõiungere percussionẽ, vt cũ efficiente causa, ꝙ igitur in vmbra percipit est lumen ipsum secũdum, & ipsius luminis figuram, qua terretur ob similitudinem, quam habet cum figura hominis, à quo vapulauit, & cum ea coniũgit speciem percussionis, vnde nunquam attingit, nisi vnionem sensibilium accidentium, quæ possibilis est. Ad 4. intellectus est, qui facit illam complexionem, phantasia verò cum non se profundet ad substantiam, sistit in contemplatione externæ figuræ hominis, & statuæ, & eas ob similitudinẽ cõiungit adinuicẽ, & earum vnionem attingit, non verò naturarum.

Dices, imaginatiuam saltim per modũ memoriç, & reminiscẽtię posse ens rationis efformare, quia reminiscendo percipit rem, quæ non est, sed fuit, & facit reflexionem quandam supra actum suum præteritum, ex qua reflexione resultare solet ens rationis, ita enim formatur ab intellectu. Respon. licèt Complut. cit. num. 29. probabile censeant cogitatiuam, & reminiscitiuam ob maiorẽ quandam coniunctionem, quam habent cum intellectu in homine supra cæteros sensus, posse aliquod ens rationis efficere, tamen quia ob talem coniunctionem non eleuantur illi sensus extra sphærã sẽsitiuæ potẽtiæ, vt supradictum est contra Suarez, præstat id potius absolutè negare, nam quamuis possit imaginatiua per modum reminiscentiæ cognoscere obiectum, vt antea recognitum, hæc tamẽ nõ est reflexio eius generis, qua fieri solet ens rationis, quia illud apprehendit solũ quoad an est recolẽdo antecedentẽ actũ cognitionis non autẽ recogitando quidnã fuerit tale esse cognitum in obiecto.

Tertiò obijcitur ex Suarez, quòd nequeat volũtas efficere ens rõnis. Tũ quia etsi sæpe appetat id, ꝙ non est re ipsa bonum, sed tm̃ apparenter, nihilominus cũ non det ipsa illi bono apparẽti esse obiectiuũ, sed intellectus, non poterit voluntas dici fingere illud bonũ, sed potius ferri in illud iã fictum ab intellectu. Tum 2. quia cũ voluntas sit potẽtia cæca, supponit obiectũ propositũ per cognitionẽ, siue sit bonum, siue apparens, ergo cũ non faciat obiectum; sed illud supponat, inepta prorsus est ad ens rationis efficiendum. Tum 3. etiam si voluntas possit vnũ ordinare ad aliud, ad quod non est suapte natura ordinabile, nõ format nouam relationem ordinis in tali medio, quæ sit ens rationis, sed rantùm resultat in eo suo modo denominatio extrinseca relatiua, vt passim resultant ex actibus aliarum potentiarum. Tum 4. quia etiam si possit vlterius voluntas reflecti supra suas denominationes extrinsecas in obiectis derelictas amati, voliti, ordinati, &c. sicut intellectus supra suas, tũ per talem reflexionẽ nõ illis affert nouũ esse rõnis, sicut intellectus, qui illas apprehendit, vt quid existẽs in obiectis. Tũ tãdẽ, quia intellectus efficit ens rõnis affirmãdo, quod nõ est, & negãdo, ꝙ est, & sic efficit obiectũ, voluntas autem accedit, vel recedit ab obiecto, quod non est illud efficere.

Resp. ex dictis non tantùm bonum verum, aut apparens esse sufficiens voluntatis motiuum, sed etiam bonum præfixum, licèt ergo quando voluntas tendit in bonum apparens peccando ex ignorantia, fictio se teneat ex parte intellectus, tamen quando tendit in bonum præfixum peccando ex mera malitia, fictio non se tenet ex parte intellectus, quia ipse ostendit obiectum malum, & sub ratione mali, sed totaliter se tenet ex parte voluntatis, quæ non obstante intelle-

tellectus ostensione ex mera sua libertate applicat illi obiecto bonitatem, & illud bonitate falsò indutũ sibi præfigit, tanquã finem, quo casu peccare dicitur ex certa malitia. Ad 2. patet per idẽ, quia in tali casu præfigit sibi obiectũ, in quod tẽdat. Dices, ergo tendit in incognitũ, cum talis bonitas non sit ab intellectu in illo obiecto ostẽsa. Negatur sequela, estò namq; intellectus nõ ostendat bonitatẽ in tali obiecto, eam tamen ostendit in alio, vel in se abstractè, quod sufficit, vt voluntas possit eam applicare obiecto proposito, vt malo, nec ob id dicatur ferri in incognitũ, vt declaramus in Physica disput. cit. Ad 3. verum est actu directo, quo primò vnũ obiectum ordinat, & comparat ad aliud non resultare ex vi talis comparationis actiuæ in obiecto, nisi extrinsecam denominationem cõparati, tñ in eo sic cõparato, & denominato põt per aliũ actũ quasi reflexũ causare respectum rationis, vt declarat Doctor 3. d. 26. q. vn. E. Ad 4. negatur assumptum, nã vt docet idẽ Doctor quol. 17. C. quemadmodum intellectus suas denominationes extrinsecas apprehendendo ad modum entiũ dicitur illas efformare in entia rõnis, sic & volũtas idipsum facere potest acceptãdo suas, nam acceptando obiectum eo præcisè, quia ab alio, vel etiam à seipsa est amatum, tribuit illi extrinsecæ denominationi esse quoddam rationis nimirum quãdam rationem boni, & amabilis, ob quam mouetur ad illud obiectum acceptandum. Ad 5. quæ censetur ratio à priori ex diuerso modo tendendi intellectus, & voluntatis desumpta, negatur assumptum esse vniuersaliter verum, quia non solùm per iudicium, sed etiam per apprehensionem incomplexam fit ens rationis, vt dicemus art. seq. quando nimirum obiectum non habet aliud esse, nisi cognitum in ea; quod autem voluntas operetur accedendo, vel recedẽdo ab obiecto nõ refert, sufficit. n., quòd illud obiectum non habeat esse in se, sed tantùm in voluntate.

At dices, id implicare, cũ. n. non feratur in incognitũ, sed ab intellectu propositum nunquam dare põt primum esse obiecto, sed potius fertur in illud iã datũ ab intellectu, & cõsequenter est ens rõnis solum in ordine ad intellectũ. Resp. iam ostensum esse, in quo casu possit voluntas dare primũ esse obiecto; & adhuc cõcesso illo antecedente deberet negari consequẽtia, licèt. n. ens rationis nõ fieret primò à voluntate, adhuc tamen suo modo fieri posset secundò, vt benè aduertit Arriaga cit. n. 37. sicut Aduersarij cõcedunt iudicium suo modo facere ens rationis, licèt supponatur factum ab apprehensione, vt mox dicemus, & sicut oẽs fateri tenentur per repetitos actus posse ab eodẽ intellectu idem ens rationis sæpius fieri.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Resolutio quæsiti de actu, quo ens rationis fit.

Dicimus primò, ens rationis in vniuersum fieri per illum actum intellectus, quo per modum entis cõcipitur id, quod in re non habet entitatẽ, seu (vt etiã etiam actus voluntatis comprehẽdatur) fieri per illum actum, ex vi cuius ita aliquid existit obiectiuè in ea potentia, cuius est actus, vt extra illam nullum prorsus esse habeat, vel habere possit; hic verò esse potest absolutus, vel collatiuus, directus, vel reflexus iuxta exigentiam entium rationis, quæ fiunt. Conclusio sequitur ex dictis q. 2. art. 2. de formalitate entis rationis, nam si ens rationis illud est, quod habet tantùm esse obiectiuum in potentia, à qua fabricatur vtique per actum illum producetur, ex vi cuius accipit tale esse obiectiuum; & cum in intellectu talis actus sit ille, quo per modum entis concipitur, quod in re nullam prorsus entitatem habet, planè per hunc eundem actum producetur ab eo, & ita fieri ipsa experientia docet, cum enim actu simplici, & positiuo priuationes, nega-

negationes, & alia impossibilia, irē, & extrinsecas denominationes, quæ omnia sunt entia rõnis materialia, cōcipimus, & efformamus in entia rõnis formalia, vtique illa concipimus ad instar veri entis, nēpe cæcitatem, vt prauā organi dispositionē, tenebrā vt quandā aeris dispositionē, creationē actiuā in Deo, vt relationē quādam ad creaturā, & visionē passiuam in pariete, vt aliam relationem actiuæ in oculo correspondentem, & sic de alijs, vt discurrenti constabit.

Quòd verò hic actus entis rationis formatiuus possit esse absolutus, vel cōparatiuus, directus, vel reflexus iuxta variam conditionē entiū rationis, quæ sunt fienda; probatur, quia oīs relatio rõnis fit per actum conferentē, vel ordinantem vnum ad aliud, nec aliter fieri potest, si .n. denominationē extrinsecā Creatoris in Deo volumus in ens rõnis efformare, necessariò conferimus Deum cum creatura, vt relatiuū cum suo correlatiuo; è cōtra ens rationis absolutum (quod infra concedendum esse ostendimus) fit concipiendo aliquid non in ordine ad aliud, dum enim tenebra concipitur velut forma extensa per aerem, nulla profectò interuenit comparatio tenebræ ad aliud, vt ad terminum. Rursus quia multa sunt entia rationis, quæ fundātur in ipsis operationibus intellectus, vt sunt omnes intentiones logicales, hæc omnia fieri petunt per notitiam reflexam, tunc enim propriè efficiuntur, cum intellectus reflectendo concipit denominationes ortas ex priori cognitione in obiecto ad modum alicuius relationis, seù formæ intrinsecæ; è contra verò alia entia rationis, quæ non habent pro fundamēto proximo denominationes extrinsecas cogniti, abstracti, & alias ex actibus intellectus ortas, sed immediatè fūdat eas intellectus supra ipsā entitatē realē, vt relatio creatoris, & similes, fieri habēt p notitiā directā non inuoluentem reflexionē circa aliam præuiam cognitionem.

Sed obijcies 1. quod omne ens rationis fieri debeat per notitiam comparatiuā, quia fit per eū actū, quo concipitur ad instar entis realis; ergo semp concipitur cōparatiuè ad aliud, & ex actu collatiuo consurgit. Secūdò, q̄ semp fiat per actum reflexū, nam actus intellectus, quo fit ens rõnis, semper supponit aliū actū eiusdem intellectus, vt .n. paries cognoscatur visus, supponitur cognitio alicuius visionis terminatæ ad ipsum, vt fiat hircoceruus, supponitur cognitio hirci, & cerui, & cūomne fiat ad instar entis realis, sēper supponit cognitionē entis realis. Tandem è contra videtur nunquam fieri posse per actū reflexū, quia actus reflexus non facit ens rõnis, sed attingit illud iā factum per priorem cognitionem directā, vt supra docuimus q. 2. art. 2. in sol. ad 1. cum Doctore 5. Met. q. 11. & 2. d. 1. q. 5. B.

Resp. negando assumptum, quamuis .n. intercedat aliqualis comparatio in formando ente rationis, nō tñ intercedit illa cōparatio, qua refertur vnum ad aliud, vt ad suū terminū quæ propriè est cōparatio, & per actū collatiuum fit, vt bene notauit Auers. q. 6. sect. 5. sed tñ concipimus vnū ad similitudinē alterius, sic dicimus v.g. cōcipere tenebrā in aere per comparationem ad lucem, quia eam concipimus extendi per aerem, vt solet extendi lux, quæ propriè non est comparatio, sed potius imitatio; quod si conciperemus tenebram in aere velut quendam respectum ad lucem, tunc vtique hæc foret vera comparatio, & referentia ad lucem, vt ad terminum, & esset ens rationis propriè factū per notitiā cōparatiuā; ob illam tñ aliqualē cōparationē dixit Suarez. n. 16. actū formatiuū ens rõnis esse aliquo modo cōparatiuū, & fortè etiam in hoc sēsu locuti sunt Scotistæ illi, qui dixerunt ens quodcunque rationis actu collatiuo fieri. Ad 2. si actum reflexū sumamus pro cognitione quomodocunque aliam priorem supponente, sic dici potest omne ens rationis fieri per actum reflexum, siquidem

dem necessariò illi supponitur cognitio entis realis, ad cuius instar efformatur: sed si actus reflexus sumatur propriè, pro eo s. quo intellectus se reflectit vel supra se cognoscentem, vel supra obiectum, vt à se cognitum, vel supra actum ipsum cognitionis (in quo sensu propriè distinguitur ab actu recto, non auté in priori, nam discursus supponit iudiciū, & hoc apprehensionem, & tamen tā iudicium, quàm discursus actus recti sunt, estò etiam ipsi possint esse reflexi) sic non est opus omne ens rationis per notitiā reflexā fieri. Ad 3. iam ibi q.2.ar.2.in resp. ad instantiā factam cōtra solutionē secundi principalis plenè declaratū est, quo sensu dicat Doctor ens rationis fieri per notitiā directā, non vero reflexam, nā loquitur de notitia reflexa merè speculatiua, non auté de reflexa practica, & factiua, quæ in tātum appellatur directa, quia per ipsam primò intelligitur ens rationis, vt ibi dictum est.

Dicimus secundò, entia rationis spectantia ad materiam propositionis, & discursus fieri posse per tres operationes intellectus distributiuè, alia nempè per primam, alia per secundam, alia per tertiam, spectantia verò ad formam, vt genus, species, subiectum, prædicatum, antecedens, cōsequens, &c. fiunt per primā dumtaxat. Conclusio duas habet partes, & quoad vtramq; probatur, & explicatur, potest enim intellectus apprehēdere terminos repugnantes, vt cum concipit aliū Deum à Deo vero distinctū, chymeram, hircoceruum, ac alios terminos incomplexos repugnantes: potest item cōponere propositiones falsas, & repugnantes, affirmādo, q. impossibile est, & negando, quod necessariū est, vt hominē esse brutum, hominē non esse animal: potest denique prauos efficere discursus ex aliquo antecedente deducendo, quod nullo modo sequi potest ex illo: sic autē apprehendendo, iudicando, & inferendo fingit directè id, quod non est, nec esse potest, qui enim dicit, *equus est rationalis*, non solum concipit equum, & rationalem, sed etiam vtriusq; identitatē realē, quæ nullibi est, nisi in illa cognitione, similiter q ex vno antecedente deducit consequens, q ex illo sequi non potest, non solum concipit antecedens, & consequens, sed etiā consequentiam, quæ nullibi est, nisi in illa repræsentatione, idemque dicendum in apprehensione termini simplicis repugnātis, cui nihil correspōdet à parte rei, ergo obiecta horū actuum verè sunt entia rationis directè fabricata per illas. Et in hoc sensu tantum admitti debet sententiā superius relata initio quæstionis, quæ asserebat infantum per secundam, & tertiam operationem entia rationis fieri, quatenus intellectus falsò iudicat, & malè discurrit; alioquin absolutè loquendo non benè rem explicat, quia videtur velle, q propositio, & syllogismus non sint entia rationis, nisi quando propositio est falsa, & syllogismus prauus, quod quidem falsum est: nam siue propositio sit vera, siue falsa, siue consequentia sit bona, siue mala, propositio in esse propositionis, & consequentia in esse cōsequentiæ sūt entia rationis formaliter, quia sunt nomina secundarum intentionū logicalium, sub qua tamen formalitate rationis non fiūt, nisi p primā operationē, vt mox patebit.

Altera verò conclusionis pars, quæ est contra Recentiores omnes asserentes secundas intentiones logicales ad secundam, & tertiam intellectus operationem spectantes, vt sunt prædicatum, subiectum, consequens, consequentia, &c. fieri per illas non tantum fundamentaliter, sed etiam formaliter, probatur euidenter, & in primis quòd entia rationis logicalia ad terminos simplices attinentia, s. vniuersale, genus, species, fiant formaliter per primam operationem ex Aduersarijs concedunt quamplures, & facilè probatur, quia cum intellectus cognoscit terminum simplicem, non eo ipso fit ens rationis, sed tantum habetur actus extrinsecè denominans illud obiectum

cognitũ; & si res cognoscitur abstractè, non eo ipso habetur ens rõnis, ꝙ dicitur vniuersale, sed tm̃ habetur denominatio extrinseca,qua obiectũ denominatur abstractè cognitum; tunc verò habetur ens rõnis formaliter, quod dicitur vniuersale, quãdo illud esse cognitũ abstractè cõcipitur in obiecto per aliũ actũ reflexum per modum alicuius formæ realis in re, sic abstractè appprehẽsa. Eodẽ etiã modo probatur alia quoq; entia rõnis logicalia ad secundã,& tertiam operationẽ intellectus materialiter spectantia, fieri formaliter per primam intellectus operationem, considerando .n. iudicium, quo affirmatur hominẽ esse animal, hoc ipso actu non efficitur ens rõnis subiectum, prædicatum,aut propositio,sed tm̃ habẽtur denominationes extrinsecæ, quibus animal denominatur affirmatũ,& prędicatum, homo subiectum, copula connectens, quæ denominationes extrinsecæ desumuntur ab actu intellectus prædicãtis, subijcientis, & connectentis duo in aliqua enunciatione;tunc verò in entia rõnis efformantur, cum intellectus concipit esse subiectũ in homine,& prædicatũ in animali,& connexionem in copula per modũ quarundã relationum realiũ, sic etiam antecedens,consequens, & cõsequentia nõ sunt entia rõnis per ipsummet actum illationis, sed solum denominationes extrinsecæ,quibus vna propositio denominatur antecedens,vel inferẽs, alia verò consequẽs, vel illata; tunc verò fiunt entia rõnis, cum esse inferens in propositione concipitur per modum cuiusdã relationis ad propositionẽ illatã, & esse cõsequens cõcipitur in propositione illata per modum alterius correlationis; oẽs autẽ istæ fictiones, quibus.s.esse prędicatum fingitur ad modum formæ realis in obiecto,esse antecedens, vel consequens in propositione fiunt per primam intellectus operationẽ,quia vniuersaliter denominationes extrinsecæ nõ apprehẽduntur ad modum entis,nisi per primam operationem,& per cõceptus simplicices. Cum ergo omnia entia rationis logicalia non solùm ad terminos simplices spectantia, sed etiã ad formam enunciationis, & discursus sint extrinsecæ denominationes prouenientes à diuersis actibus intellectus, & denominationes extrinsecæ concipiantur per modũ entis per solam primã operationẽ,quia sola apprehẽsio est entiũ,vbi iudiciũ,& discursus sunt etiam non entium,consequẽter hæc omnia fiẽt entia rõnis formaliter per illam.

Confirmatur,quia licet relationes rationis, quas important enũciatio, & argumentatio,in concreto,& in actu exercito, quatenus nempe applicantur actibus iudicij, & discursus, quid complexum importent, tamen in abstracto, & velut in actu signato etiam ipsæ sũt quid incomplexum, nam habitudo, quam dicit prædicatum ad subiectum, etiam vt actu prædicatur, & consequens ad antecedens, etiam vt actu infertur, est quid simplex, & incomplexum, cum non sit, nisi quædam relatio rationis,vt etiã concedũt Cõplut.cit.n.25. ergo nõ sũt obiecta improportionata primæ operationis.

Aduersus hanc conclusionem obijcies 1. probando per primam operationem nullum fieri posse ens rõnis; Tum quia in ea nulla datur falsitas, at ens rõnis fit per actum falsum,quo nimirum cõcipiatur res aliter, quàm sit, qua ratione contendit Hurtad.cit. fieri solum per secundam operationẽ. Tùm quia tantò magis videtur inepta ad entia rõnis conficienda, quæ spectant ad enunciationẽ, & discursum, quia illa oĩa sunt complexa, at prima operatio est incõplexorũ, qua ratione videtur nec efficere posse entia rationis purè fictitia chymerã,& hircocervum,quia hæc fieri nequeũt,nisi per cõpositionẽ plurium naturarum incõpossibilium,quæ cõpositio ad secundam spectat operationem. Tum demũ,quia si per primam operationem fiunt entia rationis etiam spectãtia ad secundam, & tertiam,

tiam, ergo per istas nullo modo efficiuntur, sed potius facta inueniuntur ex vi solius primæ.

Resp. negando minorem, quia ad ens rationis præcisè sufficit, vt obiectũ, quod cognoscitur, non habeat esse, nisi in intellectu, quomodocunq; id contingat, & hoc vtiq; fieri põt per primam operationem; dicitur autem in formatione entis rõnis concipi res aliter, quã sit, non quia semper cõtingat in ea propria; & formalis falsitas, affirmando, nimirũ de re, quod non est, & negando, quod est, sed quia interuenit potius inadæquatio quædam, & improprietas apprehendendo rem nõ per proprios conceptus, sed extraneos, & connotatiuos, quod est concipere rẽ aliter, quàm sit, quasi præcisiuè, non diuisiuè, vt diximus q. 2. ar. 2. in sol. ad 1. Ad 2. patet ex dictis quomodo etiam illa ipsa entia rõnis in abstracto, & secũdũ se sint incomplexa, quod eo magis asserendũ est de chymera, & hircoceruo, quorũ partes incõpossibiles intellectus, non componit affirmando vnã de alia, quæ compositio spectat ad secundã operationẽ, sed apprehendẽdo illa duo, vt vnũ per simplicẽ, & incomplexã attingentiã vnionis fictæ inter illa. Quod si etiã entia rõnis spectãtia ad formã enunciationis, & discursus secũ ab intrinseco aliquã adferrent cõplexionẽ, non adhuc forent prorsus improportionata obiecta primæ operationis, q̃a hæc suo modo extẽditur etiã ad complexa, datur. n. apprehensio, non solũ terminorũ simpliciũ, sed etiã integrę propositionis absq; assensu, vel dissensu, vt docet Scot. 2. d. 6. q. 2. & quol. 14. art. 2. vbi inquit, tunc apprehẽdi propositionem, vt neutrã; Ad 3. etiã ex dictis constat enunciationẽ, & argumentationẽ posse, dupliciter cõsiderari, vel quoad formã, pro illa .s. ordinatione p̃dicati, subiecti, & copulę in enũciatione, & p̃positionũ in argumẽtatione; vel quoad materiã. i. q̃m ad veritatẽ, vel falsitatẽ cõnexionis p̃dicati cũ subiecto in p̃positione antecedẽtis, & cõsequentis in argumẽtatione; si primo modo considerentur, fiunt per primã operationẽ, quia illa ordinatio est relatio quædã simplex rõn is, quæ reperitur in omnĩ propositione, & argumẽtatione, siuè vera, siuè falsa; at secundo modo fiunt à secunda, vel tertia operatione, quãdo sunt falsæ, quia in tali casu intellectus connectit plura, quæ inter se connexionẽ non habent, vel iudicando, vel discurrẽdo, vndè eodem ipso actu directo iudicandi, vel discurrendi fiunt istæ complexiones fictitiæ, & falsæ.

At instabis, etiam quantum spectat ad materiam propositionis nihil rationis de nouo ex parte obiecti fictum additur in secunda operatione, quod non fuerit in prima, ergo ens rationis cõplexum nullo modo fit per secundam operationem, quia etiam quãtum ad materiam reperit illud factum per primã; probatur assumptum, quia in hac propositione *homo est brutum* apprehensio præcedit iudicium, & per apprehensionẽ attingit intellectus nedum extrema realia, sed etiã vnionem eorum, quæ est merè ficta ex modò dictis cũ ergo hæc vnio fingatur à prima operatione, nihil rõnis remanet addendum obiecto per secũdam, similiter possumus arguere de tertia. Resp. negando assumptum, sicut. n. ex parte actus secũda operatio addit aliquid primæ, nempè determinationẽ quandã cognitionis per assẽsũ, vel dissensũ, ita ex parte obiecti additur, q̃ determinato modo cognoscatur p̃ affirmationẽ, vel negationẽ, vndè dicetur facere ens rõnis q̃m ad hũc peculiarẽ modũ determinationis, dũ affirmat, quod nõ est possibile, vel negat, q̃ est necessariũ.

Secundò obijcies probando fieri entia rationis spectantia ad formam propositionis, & discursus per secundam, & tertiam operationem, quia cum intellectus affirmat vnum de alio, & vnum ex alio deducit, statim resultat relatio rationis inter subiectum, & prædicatum, inter propositionem inferentem, & illatam, ergo

ergo per iudicium fit formaliter ens rationis prædicatū,& subiectū, per discursum antecedens,& consequens; Confir. quia licet prædicatio, & consequentia in abstracto, & actu signato simplices importent relationes per primā operationē attingibiles,tñ in concreto,& actu exercito sine complexione non fiunt, atque ita nonnisi per secundam, & tertiam.

Resp. negando assumptū, sistendo .n. præcisè in actibus iudicij,& discursus,nō habemus, nisi extrinsecas illas denominationes, fiunt autē relationes rōnis, cū denominationes illæ cogitātur ad modū realis relationis, ꝙ vtiq; fit per simplicē apprehensionē collatiuā. Ad confirm.dicitur per eā solum probari fundamēta illarū relationum ipsas nimirū cōplexiones, quibus applicantur, fieri debere per secundā,& tertiā operationē, ꝙ vtiq;verum est at non probat per istas etiā attingi relationes illas rationis, quæ solum à prima operatione inducūtur super complexiones factas à secunda, & tertia.

QVÆSTIO QVINTA.

An quilibet intellectus possit ens rationis efficere.

Tota huius quæstionis difficultas reducitur ad intellectū diuinum, de humano enim,& angelico secundum se, & naturaliter cōsideratis nullus videtur dubitandi locus, & quidem de humano omnes concedunt, ac etiam de angelico concedere dēbēt posse entia rationis efficere,cum.n. & ipse discurrat (vt modo supponimus) & multa per coniecturam cognoscat, pōt vtiq; circa talia obiecta actus falsos elicere, ex quibus resultent entia rōnis,imò & per primā operationē potest id,quod nō est cogitare,ac si esset, & in hoc nulla cernitur repugnātia, nec aliquid cū eius natura incōpossibile;si.n. illi non repugnat peccatū,& error,tantò minus entia rationis efficere, etiā si aliquam inuoluat imperfectionē, ac intellectus errorem. Itaque de solo intellectu diuino remanet difficultas,quæ estò theologica sit, quia tñ eius intelligentia ad formationem entis rationis multum cōducit,& ex principijs logicis eius solutio depēdet in præsenti non inconsultò proponitur; Neque hæc disputatio initur cū illis Auctoribus,qui supra q.2.constituebāt entia rōnis formaliter in denominationib. extrīsecis cogniti, & cogitati, sic .n. certū est Deum formare entia rationis, quēadmodum indubitatum est seipsum,& alia à se cognoscere, & iuxta hāc viam docet Smising.tract.3.disp.2.num. 197. diuinum intellectum entia rationis fabricare, vt cōsequenter loquatur; Neque est disputatio cum Auctoribus, qui præced.quæst. asserebāt ens rationis formaliter fieri solum per actus falsos,sic.n. tàm certum est diuinum intellectū ens rationis efficere non posse,quàm falli nō posse,vel decipi; Igitur sola disputatio est cum eis, qui nobiscum conueniunt tàm in formalitate,quàm informatione entis rationis, vt supra explicatum est, cum.n. iuxta hanc viam fiat ens rationis, cum cogitatur,quod non est, ac si esset,.i. per quandā comparationem ad ens verum, seù sub quadam similitudine veri entis, prout nos illud imaginamur, concipere autem hoc modo videatur imperfectus cōcipiendi modus,quia aliqua saltim improprietas, & inadæquatio reperitur in eo,hoc est, ꝙ dubitationē facit in p̄senti, & Auctores scīdit in diuersas opiniones.

Prima est eorum,qui hac de causa nedùm negarùnt diuinum intellectum ens rationis efficere, sed etiā ab alio factum cognoscere, cum enim fieri ens rationis sit cognosci, profectò si cognoscit, facit; sequuntur Vasquez 1.p.disp.118. c.2. & 3.Cælest.disp. 2.log.sect.1. & alij. Secunda è diametro opposita vtrumque affirmat,& cognoscere, & efficere, eo quia tota illa imperfectio potius se tenet ex parte obiecti intelligibilis, ita Faber. & Fnent.

Fuentes cit. cũ oĩbus antiquiorib. Scotistis, talis. n. videtur fuisse Doctoris sẽtẽtia 1.d.30.q.2. §.*Respondeo igitur*, & d.35.q. vn. §. *Potest dici ad quæstionẽ*, & d.36. & 4. d.16.q.2. & quol.17. & alibi sæpe, & eũ in hunc sensum interpretantur eius expositores Lichet. Tatar. Barg. & alij circa ea loca, & sequuntur Formalistæ oẽs, ac etiã multi ex Neotericis, inter quos totus præsertim est Arriaga disp. cit. sect. 4. Tertia sententia media valde cõis, & plausibilis negat diuinum intellectũ entia rationis efficere, addit tñ cognoscere à nobis facta, vel factibilia, ita Suarez disp. 54. Met. cit. Auerſ. q.5. sect. 5. Blanc. disp. 1. sect. 5. Ruuius tract. de ente rationis, Vulpius ex nostris to. 1. p. 1. d. 28. ar. vl. & disp. 29. art. 4. Quarta distĩguit de ente rõnis ficto vt sunt illa, quæ entia probibita dicuntur, & figmenta, & fundato, quales sunt intẽtiones logicales, & aliæ multæ relationes. & concedit entia rationis secundi generis fieri posse ab intellectu diuino, quia nulla in eorũ formatione interuenit imperfectio, nõ autem entia primi generis, ita Amic. tract. 3. q. 3. dub. 5. art. 2. Meurisſ. cit. q. 4. vbi negat Deum facere entia rationis fictitia, affirmat facere illa, quę habẽt esse per resultantiam, quales sunt relationes rationis; ita etiam loqui videtur Io: de S. Th. nã q. 2. art. 5. ait entia rationis, quæ ex sua intrinseca ratione formãtur, & cognoscũtur ex imperfecta rei apprehensione Deum facere non posse, bene tñ quosdam respectus rationis, qui non fundantur super cognitionem imperfectam, re tñ vera potius est tertiæ opinionis; quia addit hos respectus rationis tm̃ fundamẽtaliter ab intellectu diuino causari, non formaliter. Quinta tandem affirmat posse diuinum intellectũ ens quodcunq; rationis efficere, sed ad euitandas difficultates inquit hoc non posse facere directè, & immediatè, vt facit intellectus creatus, sed tantùm indirectè, & mediatè, quatenus cognoscendo entia rationis à nobis facta dat illis rursus aliud esse obiectiuum quasi secundarium, ita sentire videtur P. Didacus à Iesu disp. 3. q. 3. cum quibusdam alijs.

Dicimus 1. diuinum intellectũ cognoscere entia rationis à nobis facta, tñ ex vi illius cognitionis illa non facere. Conclusio est contra primam opinionẽ, & quoad primam partẽ est adeò certa, quod Turrianus opusc. 7. disp. 4. dub. 8. conatur ostẽdere Vasquez ipsum ab ea non recedere; manifestè colligitur ex illo Sapientiæ 8. *Scit versutias sermonum, & dissolutiones argumentorum, signa, & monstra scit, antequam fiant*, & probatur euidẽti ratione, quomodo. n. diceretur Deus scire cordiũ cogitationes, nisi obiecta cogitata videret, quæ sæpe sæpius impossibilia sunt, & chymerica, vt cũ affirmamus equum esse rationalem, hominem irrationalem, &c. Nec valet responsio Vasquez cognitionẽ illam dicere ordinem transcendentalem solum ad illa extrema realia, nõ ad vnionẽ fictam inter ea, atq; ideò Deũ cognoscere solum extrema illa realia, non entis rationis. Non valet, quia ille actus est falsus, & vt talis à Deo cognitus, ergo non tm̃ extrema illa realia attingit Deus, verum etiã vnionem à nobis affirmatam inter ea, quia sola extrema attingere non sufficit ad cognoscendã falsitatẽ actus, cũ illa eadẽ attingi possint per actũ verũ, vt si dicatur equũ non esse rationalem. Nec minus valet, quòd ait, ens rõnis nostrum non posse habere esse obiectiuũ in mente Dei, quia in mente sua non habet nostrũ conceptũ formalẽ, à quo dependet; Alioquin nec intelligere posset obiectũ reale cognitionis nostrę, eo quod illã cognitionem in mente sua non habet; Non ergo opus est diuinum intellectum nostra cognitione informari, vt attingat obiectum eius, siuè reale, siuè rationis, sed sufficit, vt illa sit obiectiuè in diuina mẽte, tunc .n. non tm̃ ipsa attingitur à Deo, sed etiã illud ipsum obiectum, quod erat eius terminus in mente nostra. Nec demum valet, quod inquiunt alij, cognoscere quic-

quod est in nostro intellectu, & hoc ad diuinā spectare perfectionē; non tñ semper eo modo, quo est in ipso, quia cum hic sit imperfectus, attingi non posset sine imperfectione ex parte Dei, sic dicere solemus: Deū nostras cognoscere cōplexiones, & discursus, sed sine cōplexione, & discursu. Non valet, quia ad excellentiā diuinæ cōprehēsionis spectat nedū attīgere quęcunque cognoscuntur à nobis, sed etiam modum quantumuis imperfectum, quo cognoscuntur à nobis, quia & hic ipse vtique cognoscibilis est, vnde & ipsos nostros discursus, licèt Deus attingat sine modo discursus ex parte potētię, non tñ ex parte obiecti, alioquin cognosceret obiectū aliter, ac est; ergo ens rōnis à nobis factū, debet à Deo cognosci, & ēt ipso modo, quo à nobis factū est. Et tota huius ratio est, quia licèt falli, & fingere ens rōnis si hoc modo fiat, sit impfectio, perfectio tñ est cognoscere alios falli, & illorum figmenta, ac proinde talis cognitio non est Deo deneganda.

Deinde, quòd ex vi talis cognitionis nō dicatur Deus formare entia rationis, q̃ est altera pars conclusionis, probatur facile ex dictis q. 2. art. 2. in sol. ad 1. vbi diximus ens rōnis nō existere, nec formari, per illā cognitionē, qua cognoscitur, vt quod, & vt terminus cognitus, seù in qua habet præcisè rōnem obiecti, nō effectus, sic .n. solū redditur cognitū denominatiuè, sicut aliæ res quādo cognoscūtur, sed quādo Deus cognoscit entia rationis à nobis formata, attingit ea tali genere cognitionis, nā supponit illa à nobis efformata per aliā cognitionē, & cognoscit illa, vt quod ergo solùm reddit illa extrinsecè cognita, non autem illa format. Nec refert, q̃ ita cognoscēdo det illis esse obiectiuum; quia vt notat Gillius lib. 2. tract. 6. cap. vlt. duplex est esse obiectiuum, alterum entis rationis proprium, & est illud, quod nullū prorsus aliud supponit esse in obiecto, siuè reale, siuè rationis ex vi prioris cognitionis, alterum commune cum alijs rebus, quæ obijciuntur intellectui, per q̃ non constituitur ens rōnis; dū autē Deus cognoscit entia rōis à nobis facta, tribuit illis esse obiectiuū secūdi generis. Tandē suadetur à priori, ens rationis nequit esse extra potentiā formantē illud, immò neque extra illū actū, quo dicitur formari, quia totū esse suū debet habere in illo, & ex vi illius, sed quando Deus cognoscit entia rationis à nobis facta, non solùm attingit illa, vt existentia extra suum actum, sed etiam extra suum intellectum, nam illa videt in intellectu nostro, ergo ex vi talis cognitionis non format illa.

Fortè dices, saltim indirectè illa efficere, quia indirectè, & mediatè intelligit aliquid, q̃ non est ita à parte rei. At neq; hoc dici potest, quia Deus cognoscendo creatum intellectū fingere ens rōnis, dū concipit rē aliter, ac est eo ipso cognoscit rē, sicut est, hoc .n. modo conficit intellectus creatus ens rōnis, vnde ly *aliter, ac est*, est modus cognitionis humanæ, & obiectū diuinæ, & declaratur exēplo, si .n. quis affirmat Petrum esse mentitum, hic nullo modo mētitur, nec directè, nec indirectè, nam ita est à parte rei, sicut affirmat, ergo pariter dū Deus videt creatum intellectum ens rōnis efficere, dum concipit rem aliter, ac est, nec directè nec indirectè concipit rem aliter, ac est, nā ita res se habet à parte rei, sicut ipse nouit.

Maior est difficultas, an possit Deus entia rationis in se cognoscere absque ordine ad intellectum nostrum, hoc enim admittendo difficile est euadere, quin formet entia rationis, ita enim ex vi diuinæ cognitionis reciperent esse obiectiuum omninò primum, quòd est proprium entis rationis, & quidem non videtur negari posse Deum ita entia rationis cognoscere posse, nam de facto Deus multa impossibilia nouit absque ordine ad intellectum nostrum, puta chymeram repugnare, equum rationalem non esse possibilem, & vtique cognoscit Deus, quod negat, & impossibile reputat, cum

igitur

igitur hæc obiecta attingat in se, & nō intellectu nostro, formabit entia rōnis. Accedit ex Scoto 1.d.43.q.vn. impossibilitatē in rebus formaliter pēdere ex rationibus formalibus earū, pricipiatiuè verò ab intellectu diuino, ergò attingit impossibilia indepēdenter ab intellectu nostro, & de facto ita cognouit ab æterno, quādo nullus extabat creatus intellectus, qui illa effingeret. Nec sufficit dicere cū cōi tunc cognita fuisse in fictione humana futura, aut possibili, cū.n. ab æterno cognouerit oēs, & singulos actus tàm veros, quàm falsos à mente humana temporis decursu futuros, vel saltim possibiles, cognouit cōsequenter obiecta horū actuū. Non sufficit; quia etsi hoc modo cognosci potuerint, vt obiecta nostrorū actuū, tñ adhuc absolutè independenter ab eis cognosci potuerūt, nā data hypothesi, quod intellectualis creatura repugnaret in rerū natura, adhuc diuinus intellectus impossibilia cognosceret, ergo eorū intelligibilitas nō habet necessariā connexionē cū actibus nostris futuris, vel possibilib.; si ergo pōt dare illis esse obiectiuū independēter ab eo, q eis tribuitur, vel tribui pōt ab intellectu creato, videtur facere posse ens rōnis sitaq; p resolōne huius difficultatis.

Dicimus secundò vtrumque esse probabile, q diuinus intellectus facere possit, vel non possit ens rōnis. Conclusionē hāc ponimus problematicā, quia Doctorē de hac re omninò certū non habemus, quāuis.n. locis cit. pro secunda sententia partē affirmatiuam problematis asserere videatur; alibi tñ, vel negatiuā insinuat, vt in 1.d.8. q.4.N. vbi negat intellectum diuinum, eo quia omnia intuitiuè cognoscit, sicuti sunt, posse causare relationem rationis, & concipere vt distincta, quæ à parte rei distincta non sunt, vel saltim dubitatiuè loquitur, vt in 1. d.35. H. vbi quatuor instantia ponit, in quorum primo ait Deum intelligere essentiam sub ratione merè absoluta, in secundo producere lapidem in esse intelligibili, in tertio cōparando intellectionē suā ad quodcumq; intelligibile fortè posse causare in se relationē rōnis ad lapidē intellectum, in quarto demum reflexione cognoscere illā relationem rōnis; Qua de causa etiam Mauritius q.8. vniuers. dub.5. hanc tangēs difficultatē, an possit diuinus intellectus causare respectus rationis, problematicè procedit dicens asseri posse, q Deus hæc entia rationis cognoscit, vt habent esse obiectiuum in intellectu creato, vt tertia ponebat opinio, vel non esse inconueniēs ponere huiusmodi respectus in Deo, vt etiam habent esse cognitum, & obiectiuū in intellectu ipsius, vt asserebat secunda opinio, quæ consequenter aiebat ens rationis ab intellectu diuino effici posse.

Affirmatiua pars problematis diuersimodè probatur à diuersis. Quidam ex eo probant, quia in efficientia entis rationis nulla interuenit falsitas, vel error, præsertim cum fit per simplicem apprehensionē, nam non ens reale, quod tunc obijcitur intellectui, non cogitatur esse à parte rei; sed simpliciter cognoscitur existere obiectiuè in intellectu, quod non falsò, sed verè dicitur, ergò efficere ens rationis non repugnat intellectui diuino. Hæc ratio est insufficiens, quia licet non sit falsitas in tali conceptu nostro, cum non affirmet intellectus noster ens rationis esse verum ens, cum sciat contrarium, tamen in eo cōceptu impropriétas quædam videtur esse, quatenus non ens reale, etsi non apprehendamus esse ens reale, apprehendimus tamen illud ad modum entis realis, & per species alienas, quod est extraneo modo rē attingere, & quasi aliter, quàm sit saltim modo præcisiuo, si non diuisiuo. Alij probant ex eo, quod non est de ratione entis rationis, vt res cognoscatur aliter, ac sit, sed tantùm quòd aliud esse non habeat, quàm obiectiuum, potest autem intellectus diuinus tale esse tribuere non enti. Neque hæc ratio sufficit, nam dicet sustinens partem negatiuam problema-

tis repugnare, quod aliquid habeat tñ esse obiectiuū in intellectu, & non intelligatur aliter, quàm est, non quidem, vt sit ens reale, sed quia ad modum entis realis concipiatur, & in illis subiectis concipiatur esse, in quibus verè non est, vt relationem in Deo ad creaturas; ergo eo ipso, quod aliquid concipitur esse, quod re vera non est, nec esse potest, non conformatur intellectus obiecto à parte rei, atque ideò cōcipit rē aliter, ac sit; Nec dicas intellectū in conficiēdo ente rōnis conformari debere obiecto, vt est in ipso intellectu, nō vt est à parte rei; Quia tūc sequeretur ens rōnis fieri non posse, nisi per actū verū, nam talis cōformitas semper adest, quod tñ est omninò falsum. Alij probant, quia licèt efficere entia rationis, & rem aliter, ac est, cognoscere assentiēdo, vt facit intellectus noster, sit maxima imperfectio, quia interuenit deceptio, tñ ea efficere per actum dissensus, & cognoscere aliquid aliter, ac est, dummodo cognoscatur, vt est, non infert imperfectionē in cognoscente, quia per hoc secundum oīs ab eo excluditur imperfectio, ac proinde Deus potest hoc modo ens rōnis efficere. Sed planè hoc aliud nō est, quàm dicere, posse Deum habere aliquā imperfectionē, dummodo etiam habeat perfectionē, quod est prorsus ridiculū, etsi.n. posterior concipiendi modus deceptionem non inducat in cognoscente, adhuc tñ arguit imperfectionē in modo cognoscēdi rē aliter, ac sit; Accedit, Deum per actum dissensus ens rationis facere non posse circa impossibilia, cum.n. intelligit chymeram repugnare, equum esse non posse rationalem, profectò dicit, quod est à parte rei, atq; ita non efficit ens rationis; Alij probant ex eo, quòd vis efficiendi ens rationis non oritur ex impfectione intellectus, sed potius imperfectione, nā secundū hanc rationē superat potentias sensitiuas, quæ nequeūt sibi formare obiectū ad similitudinē proprij obiecti. Sed neq; hæc ratio vrget, alioquin probaret esse perfectionem in intellectu sibi conficere obiectum per actum falsum; & quia putatur ratio à priori sumpta ex vniuersalitate obiecti intellectus, rursus pōderabitur infra. Alij denique distinxerunt de varijs generibus entium rōnis, & dixerunt vnū genus efformari posse ab intellectu diuino, non aliud, fundata nimirum, non fictitia, quia in his formandis vtique falsitas interuenit, & deceptio, quia nullum correspondet fundamentum à parte rei, at non in illorum formatione, cum intellectus tunc tribuat obiecto, quod illi conuenit ratione fundamenti, qua de causa, nec fingit, nec decipitur. Sed quāuis hæc via facilior videatur ad hanc partem problematis defendendam, tñ solidior ratio pro hac parte vniuersaliter probat de ente rationis tàm fundato, quàm non fundato, quod possit fieri à Deo; Accedit, quod oppositam partem sustinentes adhuc vrgebunt, quod licèt cognitio formatiua entis rationis fundati veritatem habeat ratione fundamenti, falsa tamen erit ratione obiecti immediati, & formalis.

Ratio igitur ad hanc partem probandam est, quia potest Deus quodcunq; ens rōnis cognoscere absq; ordine ad intellectū creatū, & consequenter dare illi primum esse obiectiuū, & imperfectio, quæ interuenit in fabricando ente rōnis, oritur præcisè ex natura obiecti, quod ita petit intelligi, nā eum intrinsecè analogiā includat ad ens reale, nonnisi ad instar eius, & per ordinē ad illud intelligi pōt, & hic est modus proprius intelligibilitatis eius; & quādo ita intelligitur, dici pōt intelligi, sicut est, quia talis est eius natura, vt intelligatur per imitationē ētis realis; cum igitur tota imperfectio se teneat ex parte obiecti, poterit diuinus intellectus illud attingere etiā ad modum entis realis, quia ad perfectionem eius spectat, vt vnumquodque cognoscat, sicut est; nec absurdum est diuinum intellectum concipere obiectum cum imperfectione, quam secum adfert ex natura rei; & per hoc

hoc solui possunt oẽs rationes partis oppositæ, quæ fundantur in imperfectione potẽtiæ requisitæ ad faciendũ ẽns rõnis.

Pars verò problematis opposita, quod nequeat diuinus intellectus entia rationis conficere, ex opposito fundamẽto est probanda, quod nempè imperfectio, quæ interuenit in fabricando ente rationis, non oritur præcisè ex natura obiecti, sed ex nostro præsertim improprio, & inadæquato concipiendi modo, quo sæpe sæpius concipimus, quæ non sunt distincta, vt distincta, quæ non sunt relata, vt relata, quæ sunt negatiua, & priuatiua, vt positiua, in quibus omnibus apparet res concipi extraneo modo, & non quales sunt, hoc autem repugnat perfectioni diuini intellectus, qui res cognoscit, vt sunt in seipsis, & ideò cum entia rationis non sint in rebus ipsis, non potest cognoscere ibi esse, v.g. distinctionem, vbi non est, relationem, vbi non est; poterit igitur diuinus intellectus attingere in intellectu creato hunc imperfectum cognoscendi modum, sed nequaquam eo vti; poterit etiam attingere entia rationis cognoscẽdo fictiones ab intellectu nostro futuras, vel possibiles, quarum sunt obiecta, non tamen illa attingere in seipso; & hæc pars problematis magis consonat communi modo loquenpi de ente rationis.

In oppositum arguitur primo, quòd Deus non cognoscat entia rõnis à nobis facta; Tum quia esto attingat oẽs fictiones nostras, non proinde dicendus est cognoscere ens rationis, quod per eas efficimus, q̃a vel attingeret idẽ numero ens rõnis per illas machinatum ab intellectu nostro, & hoc non, quia istud ens rationis ita dependet ab actu illo intellectus creati, vt à quauis alia cognitione dependere repugnet; vel attingit aliud ens rõnis, ꝙ ipse faciat ad similitudinẽ illius, & neque hoc, alioquin non attingeret ens rõnis à nobis factũ, sed aliud ei simile. Tũ quia si cognoscẽdo fictiones nostras attingit ẽt figmenta, quæ sunt earũ obiecta, iam illa cognoscet ad modũ entis, quia sic cõtinẽtur in ea fictione, ergo efficiet ens rõnis, quia hoc est cognoscere nõ ens ad modũ entis. Tũ tandẽ, quia etiã si illa cognosceret, vt à nobis facta, tñ quia recipiunt nouũ esse obiectiuũ ab intellectu diuino, tãquã ab integra causa, nã ad illud, vt sic, nõ concurrit intellectus creatus, erunt entia rationis ab ipso efformata, non autem ab intellectu creato.

Resp. intellectum diuinum cognoscere idẽ ens rõnis à nobis factum, ꝙ licèt in esse, & fieri, ità pendeat ab actu illo intellectus creati, vt sic nequeat ab alio depẽdere, põt tñ ab alio actu depẽdere in cognosci modo merè speculatiuo, & veluti in esse signato, & in hoc sensu pẽdet à cognitione Dei. Ad 2. immediatè, & formaliter cognoscit illa sicuti sunt, quia videt esse figmenta, & entia rõnis, & mediatè solũ attigit illa per modũ entis, quatenus videt sic esse obiecta nostrorũ actuũ. Ad 3. dat illis esse obiectiuum extrinsecum, & denominatiuum, quale est illud, quod conuenit etiam entibus realibus, non autem intrinsecum, & formale, quod solum constituit ens rõnis ex dictis concl. 1. & ideò licèt illud esse obiectiuũ primi generis à solo pendeat intellectu diuino, non idcircò dicuntur ab eo entia rõnis fieri, sed tantùm facta, vel factibilia cognosci.

Secundò, quod possit facere ens rõnis, Tum quia, vt arguit Amic. cit. vis efficiẽdi ens rõnis, ptinet ad perfectionẽ intellectus creati, ergo non debet denegari diuino, probatur assumptũ, quia oritur ex latitudine, & vniuersalitate obiecti, quæ vtiq; ad perfectionẽ potentię spectat, nam quò potentia ad plura se extendit, eò est perfectior, & ideò vis effectiua entis rationis negatur potẽtiæ sensitiuæ ob eius imperfectionem, quia arctatur ad ens determinatum, tanquam ad obiectum, puta ad rem sensibilem. Tum quia vt arguit Fuent. cit. de ratione intellectus comprehendentis est, vt obiectum omnimodo, quo cognoscibile est, penetret, sed priua-

tio-

tiones, & angeli non solũ secundũ se, sed ad modũ alterius sunt attingibiles, ergo à diuino intellectu etiã hoc modo attingi possunt formãdo entia rõnis. Tũ tandem, quia Deus cognoscit priuationes; & negationes, quæ sunt non entia, & vtrq; per modũ entiũ, quia nihil est per se intelligibile, nisi ens, & vt Doct. ait q. 4. vniuers. nihil intelligitur sub rõne nõ entis, & hęc necessitas cõis est omni intellectui, quæ nõ fũdatur in impfectione intelligẽtis, sed in ipsa natura obiecti intelligibilis, ergo &c.

Resp. negando assumptũ cũ sua probatione, nõ.n. ita patet obiectũ adæquatum intellectus, vt etiam sub se directè cõprehendat ens rõnis; imò ex Doctore 1. d. 3. q. 3. solũ ens reale est obiectũ primũ primitate adæquationis; quare ex latitudine sui obiecti non habet, quod ferri possit in ens rationis, nisi in virtute entis realis, & concipiendo ens rationis ad modum entis, & quia talẽ collationẽ non entis ad ens reale nequit sensus facere ob suã materialitatem ex Scoto quolib. 17. C. ideò negatur illi vis efficiẽdi ens rationis, quæ tñ in intellectu non est perfectio simpliciter, sed perfectio supplens imperfectionẽ, aut potius imperfectio, & improprietas in concipiẽdo; neq; hoc est mirũ, quia etiã vis reflexiua tribuitur intellectui ob eius spiritualitatem, & negatur sensui ob eius impfectionem, & tñ formaliter non reperitur in Deo. Ad 2. valet assumptum de modis non inducentibus imperfectionẽ in comprehendente, qualis est ille, quo ens rõnis efficitur, alioqui probaret etiã res à Deo cognosci debere cum discursu, cum hoc quoque modo sint cognoscibiles. Ad 3. perfectus modus cognoscendi negationes, & priuationes non est illas attingere directè per modũ entis, sed indirectè iudicio quodam diuisiuo, quo modo attingimus cæcitatem concipiendo in tali organo non esse potentiam visiuam, sic enim cognoscuntur, sicuti sunt, .i. per modum nõ entis; & hoc quidem modo cognoscuntur à Deo, in quo nullũ interuenit ens rationis, quia non concipiuntur ad modum entis.

Tertiò è contra probatur non posse Deum efficere ens rationis; Tum quia vis efficiendi ens rationis non tàm pẽdet ex impfectione obiecti intelligibilis, quã intellectus, qui non adæquatè obiectum comprehendens, nec intuitiuè vidẽs, causat in eo distinctionẽ rõnis, & alias intentiones logicales, quę fiunt per abstractionem. Tum quia tunc concipere posset, quæ non sunt distincta, vt distincta, quæ non sunt relata, vt relata, & priuatiua, vt positiua, & consequenter res aliter, ac sint. Tum tandẽ quia entia rationis dicuntur formæ fictæ præsertim, quæ nullũ habent fundamentũ in re, ergo nequeunt à Deo fieri, alloquin fingere diceretur.

Resp. negando assumptum, quamuis enim quædam entia rationis ex sua intrinseca ratione formentur ex imperfecta apprehensione rei, vt forte sunt relationes rationis in argumento tactæ, tamen vniuersaliter loquendo vis efficiendi ens rationis pendet potius ex parte obiecti intellectus, quod cum sit ens intellectus volens concipere nihil, cogitur formare ens rationis, quia nihil concipere potest, nisi sub ratione entis, & ideò non est absolutè asserẽdum Deũ nullum prorsus ens rationis efficere posse; quin etiam intellectus circa obiectum intuitiuè visum potest formare ens rationis puta relationẽ visi, ac intuitiuè cogniti, de quo vide Lichet. 1. d. 8. q. 3. in §. *Præterea intellectus intuitiuus.* Ad 2. negatur in efficientia entis rõnis semper misceri errorẽ & rẽ concipi aliter, ac sit, quia esse, quod tunc intellectus tribuit non enti, & esse discretũ, vel relatũ, quod tribuit non distinctis, & non relatis, non est reale, sed rõnis; & concipit nõ ens sub illa rõne entis, quæ illi conuenit ex vi intellectus, in quo nullus interuenit error, nã cõcipit nõ relata realiter, vt relata ratione, non ens realiter, vt ens rationis, & quãuis in hac conceptione cogatur ex natura ipsa entis

tis rationis illud concipere adinstar veri entis, non ob hoc concipit illud, vt verum ens reale, sed ad eius similitudinem, quæ duo multũ differunt, nã in prima conceptione est falsitas, & error, nõ in secunda, imò eo ipso, quod ens rõnis concipient adinstar entis realis, concipitur, vt est, ob intrinsecã analogiã, quã habet ad illud. Ad 3. nõ oĩa entia rõnis debent dici ficta, nam illa, quibus correspõdet à parte rei fundamẽtũ, propriè non sũt figmẽta (nisi fortè talia dicerẽtur per cõparationẽ ad ẽtia realia, quorũ vmbræ, & spectra dicũtur) vt infrà ex Scoto dicemus q. 4. vniuers. in fin. & 5. Met. q. 11. ab initio; sed quicquid sit de antecedente, negatur cõsequẽtia, tunc .n. Deus fingere diceretur, quando ita cõciperet impossibile, vt illud affirmaret esse, at Deus, ita cõcipit, vt simul neget esse, quod nõ est fingere, sed potius euertere figmẽtũ, vt benè aduertit Arriaga sect. 4. n. 41.

QVÆSTIO SEXTA.

An ens rationis habeat proprias affectiones, & quæ sint.

NOn quęrimus hic, vtrũ entia rationis habeant proprietates, quæ ab ipsis verè fluant, sicut .n. non sunt propriè entia, ità nequeunt habere veras proprietates ab ipsis verè fluentes; Quẽadmodũ ergo dicũtur entia per solã analogiã ad ens reale, ità quærimus proprietates, quę tales dicãtur per analogiã ad veras proprietates, & quaten° ad modũ illarũ cõcipi possũt.

Dicimus primò ens rationis habere in suo ordine proprias affectiones. Conclusio est Scoti 4. d. 1. q. 2. l. & q. 6. vniuersal. vbi etsi in specie loquatur de secũdis intentionibus, & vniuersali logico, doctrina tamẽ communis est, & probatur, tum quia vt ait Doctor cit. in entibus rationis non solum inuenitur prædicatum in quid, & prædicatum in quale essentiale, sed etiam in quale accidentale conuertibile; quod est proprium, vt inductione probari põt in oĩbus, tũ quia formari possunt de ipsis propositiones, ne dũ in primo modo dicẽdi per se, sed etiã in secũdo, in quo propria passio de suo subiecto prędicatur; tũ tandẽ quia se habet suo modo essẽtiã, ergo etiã, & proprietates ab ea fluẽtes ei proportionatas, nam quamcunque essentiam propriæ comitantur passiones.

Cõtra obijcies; Tũ quia proprietas ita se habet erga subiectũ, quod ex natura rei distinguitur ab illo, ab eius quidditate fluit, & est minus ens illo; sed nullæ affectiones cogitari possunt, quæ ità se habeant erga ens rationis, nõ .n. ex natura rei distingui possẽt ab ente rõnis; cũ nõ existerẽt à parte rei, nec possent ab eius quidditate fluere, cũ ens rationis nullam habeat efficientiã; nec possunt esse minus ens eo, quia quod est minus ens ente rationis, est penitus nihil. Tum quia tales passiones non essent reales, vt patet, neque rationis, alias continerentur essentialiter sub ente rationis, & de illis essentialiter prædicaretur, quod repugnat cuilibet essentiæ respectu propriarum passionum. Tum tandem, quia dantur quædam entia rationis, quæ nullam habent determinatã naturam, eo quia nullũ habeãt à parte rei fũdamẽtũ vt sũt chymerica, ergo saltim ista proprias passiones habere nõ possũt, quia istæ petũt determinatã naturã, à qua fluere concipiuntur.

Respon. conditiones propriæ passionis assignatas in maiori solum affectionibus realibus simpliciter conuenire; at secundùm quid possunt etiam conuenire affectionib. rationis, nam suo modo concipi possunt, & fluere ab essentia entis rationis, & ab illo ex natura rei distingui, & esse minus ens eo, nec ob id sequitur esse nihil prorsus (ait Doctor cit. q. 6. vniuers. ad 4.) quia sicut in entibus realibus dantur gradus in essendo, nam accidens est minus ens substantia, nõ tamen nihil, ità suo modo admitti debẽt in entibus rationis, cum omninò concipi debeant ad instar eorum. Ad 2. sicut ens reale ob suã transcendentiam prædicatur de suis passioni-

sionibus, vel quidditatiuè, vt aiunt Thomistæ, vel denominatiuè, vt nos, & ideò essentialiter non cōtinētur sub ipso, cum propriè, & formaliter non sint ens reale, sed tm̄ aliquid eius, ita pari modo dicendū de ente rōnis. Ad 3. chymeræ, & similia entia rōnis fūdamēto carere dicūtur, & non habere determinatā naturā, nō q. nullū habeant prorsus fundamentum, & occasionē à parte rei, nec quia nō habeāt naturā sibi proportionatā, sed quia fundamentū illis correspōdens à parte rei nō determinat nos ad illa fingenda hoc potius, quā illo modo, sicut nos determināt fundamēta, quæ solēt correspōdere determinatis entibus rōnis, & secundi intentionibus generis speciei, &c. pōt igitur ipsis etiam adscribi natura suo modo determinata, & affectiones illis correspondentes; imò hæc ipsa erit eorū natura, vel affectio necessaria, q fingi possint quocūque modo ad libitum nostrum, & per hoc essentialiter secernentur ab alijs entibus rationis, quæ non possunt fingi, nisi illo modo, ad quē nos determinat, & impellit fundamētū illis correspondens à parte rei, vt magis explicabitur q. seq.

Dicimus 2. ens rōnis in cōmuni habere suo modo oēs illas proprietates, quæ conueniunt enti reali in cōmuni, ad cuius instar cōcipitur, & pariter entia rōnis in particulari habere proprietates illorū entiū, ad quorū instar concipiuntur. Prima pars cōclusionis probatur, & explicatur, ens reale habet proprietates simplices, vt vnū, verū, bonum, & disiunctas, vt contingens, necessariū, idē, & diuersum, finitū, & infinitū, sed oīa ista possunt suo modo adaptari entib. rationis, ergo &c. Probatur minor, quodlibet enim ens ratio nis in se est vnum suo modo, quia in se indiuisum, & à quocunq; distinctum, vnde natum est ad quodcunque comparetur idem, vel diuersum suo modo esse; est etiam suo modo verum in essendo, si veritas, quæ est passio entis declaratur per ordinem adæquationis rei ad intellectum; etenim etiam ens rationis natū est terminare conformitatem cognitionis ad ipsū, & hoc præsertim euenit, quādo factum per priorem actum recogitatur inde per alium posteriorē, & reflexū, per quē verè attingitur, sicuti est, vt supra declarauimus, atq; ideò propriā habet intelligibilitatē, vt ait Doctor 2. d. 1. q. 5. B. nam sicut habet entitatem ad modū entis realis, ita & intelligibilitatem. Neque hinc inferas ipsum esse tm̄ per accidens intelligibile; imò sicut eius essentia consistit in hoc, quòd cognoscatur ad modū entis realis, ita hinc inferendum est per se conuenire illi, quòd sit cognoscibile ad modum alterius: Habet etiam bonitatē suo modo, nam sæpe videmus voluntatē ferri in bonū apparens, & fictū. Possunt deniq; etiam suo modo applicari enti rationis affectiones disiunctæ finitum, & infinitū, necessariū, & cōtingens (licèt aliqui negent) vt constat, quando Deum concipimus ad modum venerabilis senis semper durantis, & infinitæ virtutis.

Probatur etiam, & explicatur altera pars conclusionis, nam proprietates entium rationis correspondere debent suo modo rebus illis, ad quarum instar concipiuntur, quapropter si concipiantur ad modum substantiæ, non habebunt proprietates accidentis, sed substantiæ, si ad modum accidentis, è contra; & pariter si concipiantur ad modū entis relatiui, non habebūt ꝓprietates absolutorū, sed relatiuorū, si ad modū entis absoluti, è contra.

Contra obijcitur 1. quòd entia rationis non habeant propriam veritatem, & intelligibilitatem; Tum quia hæc est propria, & adæquata passio entis realis, vt docet Doctor 1. d. 3. q. 3. Tum 2. quia obiectum concurrit cum potentia ad cōproducendam sui notitiam, at ens rationis nequit partialiter producere sui notitiam, cum hæc sit ens reale. Tum 3. nihil est in intellectu, quod prius nōn fuerit in sensu, sed ens rationis sub sensu cadere nequit. Tum 4. vel esset prius illa co-

la cognitione, per quã attingitur, & hoc non quia per ipsam accipit esse, qua ratione nec ẽt potest esse simul cum ea, vel posterius; & neq; hoc, quia cognitio in illo priori ad nihil terminaretur. Tũ 5. q̃a de entibus rõnis præsertim fictis non datur scientia, quia non habent certã naturã, de qua determinata passio sit demonstrabilis, & ideò Scot. quol. 3. ab initio docet entia rõnis merè ficta, & quæ cõtraditionẽ includunt, non esse per se intelligibilia. Tum 6. obiectũ specificat cognitionẽ, quæ cũ sit realis, debet habere specificatiuũ reale. Tum 7. obiectũ est mensura cognitionis cum tota perfectio cognitionis mensuretur ex obiecto, at ens rationis nequit esse mẽsura cognitionis, quæ est ens reale, vt Scot. docet 4. d. 1. q. 1. sub S. quia ex 5. Met. mẽsura est perfectior mẽsurato. Tũ demũ quia cognitio dicit relationẽ realẽ attingẽtiæ ad obiectũ, ꝙ per ipsã attĩgitur ex Scot. quol. 13. at relatio realis exposcit terminũ realẽ.

Resp. ad 1. Mauritius q. 5. vniuersal. §. *Quantum ad tertium*, quòd licet intelligibilitas motiua sit propria passio entis realis, terminatiua tñ est cõmunis vtriq; quia obiectum adæquatum terminatiuũ intellectus non est ens reale, sed cõmunissimè sumptum ad reale, & rõnis; quæ responsio innuitur à Doctore quol. 3. ab initio; sed quia inferre videtur vniuocationem entis cõmunissimè, quod re vera æquiuocũ est ad reale, & rõnis, ideò aliã subdit responsionẽ ab oĩbus Scotistis receptam, quòd sicut ens rationis est eus per reductionem ad reale, ita est intelligibile per reductionem ad illud, nam ens reale constituitur obiectum adæquatum intellectus per duplicem primitatem, vt docet Scot. cit. 1. d. 3. q. 3. §. *Quantum ad secundum articulum*, communitatis, per quam sub se continet omnia, de quibus quidditatiuè prædicarur, & virtualitatis per quam sub se cõtinet omnia, quæ quo quomodo in eo virtualiter continentur, & ab eo originem ducunt, quo sensu entia rationis dicuntur in realibus contineri fundamentaliter, & inchoatè, & secundæ intentiones dicuntur originari à primis, & hac ratione dicitur ens rationis per se intelligibile, nimirum virtute entis realis, in quo fundatur, quæ solutio esto præsertim inseruiat pro entibus rationis fundatis, vt declarat Tatar. q. 3. præamb. dub. 2. deseruire tñ etiam potest pro alijs, quia vt supra diximus in hac q. omne ens rõnis habet aliquale fundamẽtum à parte rei, ꝙ quando tale non est, vt cogat ad sic illud effingendum tunc ens rõnis dicitur non fundatũ. Hæc quidem respõsio optima est, sed vt aduertit Barg. 1. d. 3. q. 3. in illud §. *Quantum ad 2. art.* procedit tm̃ de obiecto motiuo, nam in ratione motiui vtique ens rationis reducitur ad reale, non tñ in ratione terminatiui, quoniam ratio terminatiua non potest suppleri, vt constat de creaturis in diuina essentia, vbi licet nõ moueant, terminant tñ. ideòq; erroris notat Lichet. ꝙ ibidem dixerit secũdas intẽtiones reduci ad primas etiã in rõne terminatiui, & laudat Viger. qui sicut ens rõnis statuit esse alterius rõnis à reali, ita ponit duas intelligibilitates terminatiuas correspõdentes illis, vna erit simpliciter, alia secundum quid iuxta illorum entium cõditionem; neque hinc timendum est inferri vniuocationem entis communissimè sumpti, quia ratio mouendi, si foret communis, inferret vniuocationem non autẽ sola ratio terminandi, inquit Barg. vide Brasau. q. 3. vniuer. in fin. & Barg. cit in §. *Ad quæstionẽ*, quomodo ẽt hinc non cogimur ponere vnum obiectũ terminatiuũ intellectus ex Scot. in 2. d. 24. ad 2.

Ad 2. sæpius dictum est assumptum valere de obiecto motiuo, non de terminatiuo, quale ponitur ens rationis. Ad 3. ait Doctor q. 3. vniuer. ad 3. assumptum valere de illo, quod est primum intelligibile pro statu isto, quod est quidditas materialis, vel sensibilis, non autem de omnibus per se intelligibilibus, multa enim

enim intelliguntur, non quia speciẽ faciant in sensu, sed per reflexionẽ intellectus, quare non est sensus illius assumpti, q̃ nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sẽsu per se, & immediatè, quia res spirituales intelligimus, vt Deũ, & Angelos, quæ sub sensu non cadũt, sed vt notat ibi Mauritius ex Ant. And. 1. Met. q. 5. art. 2. quod prius nõ fuerit in sensu aliquomodo, vel per se, & immediatè, vt colores, vel per accidens, vt substãtia, quæ cognoscitur medijs accidentibus, vel secundũ suas partes, vt hircocerúus, mõs aureus, vel per effectus, vt Deus, & Angeli, vel p similia, vt cũ cognoscimus absentes per ipsorũ imagines, vel per opposita, vt aspera per lenia, tenebras per lucẽ; & in hoc sensu falsũ est, quòd ens rationis nõ fuerit in sensu, quia occasionẽ illud fingendi habemus à re sensibili; neq; cognoscitur ab intellectu, nisi adinstar alicuius rei aliquo modo à sensu cognitæ. Ad 4. est simul cum ea cognitione, per quã fit, esto per nostrũ concipiendi modũ possit dici posterius ea, quatenus per ipsam accipit esse, est autẽ prius cognitione reflexa sequenti, per quã attingitur factum. Ad 5. etiam de fictitijs potest haberi sciẽtia, cũ habeant passiones de ipsis demonstrabiles, vt patet ex dict. concl. 1. & quãdo cõmuniter dicitur de illis non haberi scientiã, id nõ debet absolutè intelligi, sed cõparatiuè ad alia entia rõnis fundata, quatenus de illis non potest scientia institui in tali gradu certitudinis, qualis habetur de istis, & sic debet Doctor intelligi loc. cit. si ibi loquitur de figmentis, retñ vera de illis loquitur, quæ ita per se primo cõtradictionem includunt, vt nedũ esse in rerũ natura repugnet, verũ etiã ob manifestam implicantiã nequeunt intellectui obijci, vt vnũ intelligibile, quod clarè colligitur ex eius verbis. Ad 6. obiectũ specificat cognitionẽ nõ intrinsecè, sed extrinsecè tñ, vt sæpe docet Scotus, & ideò hoc munus suo modo potest etiam enti rationis conuenire. Ad 7. licet ens rationis nequeat esse mẽsura suę cognitionis quoad perfectionem, potest tñ esse mensura quoad veritatem, quo sensu de relatione mensurabilis ad mensurã Doctor loqui videtur quol. 13. M. & O. & ꝓpriè dici solet relatio conformitatis actus ad obiectũ. Ad 8. sicut in notitia abstractiua datur relatio realis attingentiæ ad obiectũ non existẽs ex Scoto ibidẽ, ita dicẽdũ erit in notitia entis rõnis; nec in relationibus trãscẽdentalibus, qualis est illa, incõuenit esse ad terminũ non realẽ, vt patebit disp. de Relat. q̃a earũ realitas potius à fundamẽto spectãda est, quã à termino

Secundò arguitur, si ens rationis est intelligibile, vel cognoscitur per propriã speciem, vel per speciem entis realis, non primum, quia cum ens rationis non sit obiectum motiuum, propriam speciem causare non potest, neque secundũ, quia species disparata non potest causare notitiam alicuius obiecti disparati, vt per speciem hominis nõ possumus venire in cognitionẽ leonis, vt Scot. docet 2. d. 3. q. 10. & tñ magis assimilantur adinuicem homo, & leo, quã ens reale, & rõnis, sed species in tm̃ repræsẽtat aliquid, quia est eius similitudo, ergo species entis realis nullo modo repsẽtare põt ens rationis.

Resp. discrepare Doctores, an ens rationis habeat propriam speciem impressam, an potius cognoscatur solum per speciem entis realis, in quo fundatur, & ad cuius similitudinem concipitur, vtrũque probabile putant Complut. disp. 2. log. q. 3. nu. 19. At ens rationis non habere propriam speciem impressam manifestè colligitur ex Scot. q. 3. vniuers. ad 3. vbi innuit entia rationis intelligi per reflexionem intellectus, & non per propriam speciem, quod non est ita intelligendum, vt intellexit Boneta in prædicam. c. de relatione, quasi vno actu producantur, & alio reflexo intelligantur, eodem enim actu, quo producuntur, etiã intelliguntur, cum eorum produci sit cognosci, & est expressa Scoti doctrina

in

in 2.d.1.q.1.art.2. vbi ait non prius habere entia rõnis esse intelligibile, quã intellectũ,& licet 2.d.1.q.5.B. videatur innuere, quòd solum in actu reflexo intelligitur ens rõnis, & quòd in directo producitur, velut modus obiecti, nõ obiectũ, iam superius explicatum est q.2. art.2. in sol. ad 1. quod in cognitione reflexa cognoscitur, sicut est, in priori verò, quatormatur, cognoscitur aliter, quàm sit, quia attingitur ad modum entis realis. Quod autem ens rõnis non habeat propriã speciem impressam, probatur, quia hæc species nequit esse producta ex phãtasmatibus, cũ ens rõnis non sit sensibile, & consequenter proprium phantasma non habeat, neq; etiam educta esse põt ex ipso ente rõnis, cum ipsa sit accidẽs reale quod nonnisi ex reali subiecto est educibile; Accedit, quod materia prima non cognoscitur per propriam speciẽ, sed per analogiã ad formã 1.phys.7. itẽ relationes reales, & oĩa transcendentia propriã speciem non habent, vt docet Bargius 1.d.3.q.1.in §. *Quinto dico, quod ista*, ergo tãtò minus ens rõnis, quod est inferioris conditionis oĩbus istis, sicut igitur materia cognoscitur per analogiã ad formam, vniuersalia, & transcendentia per species inferiorũ, in quibus continentur, & relationes per species absolutorum, in quibus fundantur, vt ait Barg. sic in proposito entia rõnis cògnoscentur per species entiũ realiũ, in quibus quoquomodo fundãtur, vt hircoceruus p species hirci, & cerui, & õninò p analogiã ad ẽs reale.

Et cum dicitur in argumento speciem vnius obiecti disparati causare non posse notitiam alterius, &c. Resp. speciẽ hominis esse magis disparatam a leone, quã sit species entis realis ab ente rationis quamuis enim in essendo magis assimilentur homo, & leo; tamen in repræsentando possunt conuenire magis ens reale, & rationis, sicut duæ substantiæ magis in essendo inter se conueniunt, quàm cum accidente, & tamen in repræsentãdo magis conuenit accidens cum substãtia, quã vna substantia cũ alia, nã species repræsentatiua substantiæ accidẽs est, nõ substãtia; sic igitur in proposito, quia secundæ intẽtiones virtualiter continentur in primis, dicere possumus, quòd species entis realis, licet sit repræsentatiuũ formale solius entis realis, ideòq; per se primò in eius notitiã ducat, tñ est repsẽsẽtatiuũ virtuale etiã ẽtis rõnis, ideòq; secũdariò in eius notitiã ducere valẽs; Nec inconuenit species obiecti vnius generis esse virtuale repræsẽtatiuũ obiecti alterius generis, ait Barg. cit. quãdo hoc cõtinetur in illo; quia videmus speciẽ albedinis esse virtuale repræsentatiuũ similitudinis in ea fundatæ, quãuis sit alterius generis; Et hoc eò magis in proposito dicendũ est, quia dicimus ens rõnis quãdo in cognitione directa attingitur per speciẽ entis realis nõ cognoscitur adæquatè, & sicut est, q a cognoscitur p speciẽ alienã, quãdo verò in cognitione reflexa attingitur, sicut est, tunc dicendũ est nullo modo cõcurrere speciẽ entis realis ad eã cognitionẽ, sed tota actiuitas tribuẽda est virtuti reflexiuæ intellectus, vt innuit Doct. cit. q.3. vniuers. ad 3. & Maurit. ibidẽ §. *Sextò dubitatur* in solut. ad primũ.

QVÆSTIO SEPTIMA.

Quotuplex sit ens rationis.

CElebris, ac in Scholis frequens diuisio entis rationis est illa in tres species relationem, negationem, & priuatione m, quam afferunt, & recipiunt Recentiores omnes, vt traditam à D.Tho. q.21. de verit. ar.1. & 1.d.2.q.1. ar.3. & d.19.q.1.art.1. ita Suarez disput.54. Met. sect.3. Didacus disp.3. log.q.5. Serna disput.1. sect.4.q.2, art.3. Blanc. disp.1.q.6. Auers. q.cit. sect.7. Amicus fusè tractat. 3.q.5. Rubius tract. cit. & alij passim. Eandem diuisionem ex D.Thom.cit. afferunt Complut. disp.2.q.4. Ioa: de S.Th. q.2.

qu.2. art. 1. sed bimembrem, .s. in negationé, & relationé rationis, quia sub negatione amplè sũpta etiã continetur priuatio, & hoc modo testatur tradi à D.Th. cit. & q.3. de malo art.7. vbi ens rõnis immediatè diuidit in relationé rõnis, & carentiã, & hãc in negationẽ, & priuationẽ.

Sed quocũq; modo tradatur hæc diuisio, semper graues passa est difficultates; in primis .n. nõ videntur rectè assignari, vt species entis rationis, negatio, & priuatio, quia estò non sint entia realia, nõ proindè inter entia rationis formaliter computanda sunt, cũ verè dentur à parte rei, non quidem vt entia realia priuatiua, vel negatiua, vt arbitratur Fab.4. Met.disp.2. & Fuentes 1. Phys.q.3. diff. vn. cũ multis alijs (hunc .n. dicendi modũ, vt valdè improprium confutamus disp.4. Phys.qu.1. art.1.) sed vt amotiones reales entiũ, quatenus nullo cogitante intellectu verè aer est tenebrosus, & homo niger, non albus. Quòd si dicas cum Suarez, & alijs hìc nõ sumi negationem, & priuationem, vt sũt amotiones realium entium, sic .n. à parte rei reperiuntur, sed quatenus concipiuntur ad modum formæ positiuæ, vt cũ intellectus concipit cæcitatem in oculo per modum formę positiuæ tollentis visũ, sic .n. sunt aliquo modo entia, non realia, sed rationis. Contra est, quia negatio, vel priuatio, vt concipitur per modũ formæ positiuæ, non est priuatio, sed forma positiua ficta: & negatio, vel priuatio in se materialiter se habet ad ens rationis, & veluti substratum, quia est id, cui tribuitur esse rationis ex dictis q.2. art.2. ergo vt tales nũquã sũt entia rõnis, & ratio à priori est, quia intellectus format ens rationis illud fingẽdo ad modũ entis positiui, etiã ipsa non entia, & negationes reales, ergo nullum datur ens rationis negatiuũ, sed omne est positiuum, vt innuit Doctor 4. d.16. q.2. ad 1. in oppositũ: Et p hoc reijcitur solutio, quam ad hãc rationem affert Blanc.cit. vbi vult tãtum ens reale ad cuius instar ens rationis concipitur, esse formam positiuam, nõ autem ipsum ens rationis. Hoc prorsus falsum est, nã si ens rationis formari debet ad instar entis realis, cum hoc sit forma positiua, talis etiam esse debet ens rationis, non quidem verè, & realiter, sed fictè, & similitudinariè, alioquin non esset ad instar illius.

Solet etiam præfata diuisio refelli, velut insufficiens, & diminuta: nam præter enumerata dãtur alia entia rationis, quæ consueuerunt appellari figmenta, & entia prohibita, vt chymera, & hyrcoceruus, hæc .n. neque ad relationem, aut priuationem pertinẽt, quia dum finguntur, non concipiuntur per modum relationis ad aliud, aut per modum carentiæ in subiecto apto, vt fingi solet priuatio: Neque pertinent ad simplicem negationem, & veluti extra genus, quæ ab omni subiecto præscindit, quia negatio, vt ens rationis statuitur, dicit carentiam formæ cõceptam ad modum entis extrà subiectum, at chymera non dicit carentiam, sed aliquid positiuum, s. animal quoddã per se vnum ex homine, & leone compositum. At inquit Suarez cit. sect.4. n.10. & sequuntur alij, omnia hæc figmenta sub negatione comprehendi, quia sunt simpliciter non entia. Contra est, tum quia hac ratione, vt benè notat Auersa, etiam relationes rationis sub negatione continerentur, quia simpliciter sunt non entia: tum quia vt ait Blanc. aliud est concipere negationem animalis, quod simul sit homo, & leo per modum vnius compositi, aliud verò cõcipere animal simul hominem, & leoné, quis igitur ens rõnis 1. modo formatum ad negationẽ spectare possit, tñ ens rõnis 2. modo fictũ est prorsus ab ea distinctũ.

Ideò alij, vt saluent sufficientiam illius diuisionis, inquiunt hæc, & similia entia rationis esse ficta sine fundamento, & idcircò in ea non includi, quæ solum est entium rationis habentium fundamentũ in re, ità Didac. & Complut. cit. ex Suarez cit. n.2. Quæ solutio nihil prorsus valet, tum quia plura sunt entia rationis habentia

tentia fundamentum in re, quæ excogitari possunt in alijs prædicamētis à relatione, imò illa ipsa, quæ finguntur in pdicamento substātiæ chymera, & hircocertus non omni prorsus carēt fundamēto, vt postea dicemus; tū qa ē cōtra inter species diuisionis allatæ aliq ens rōnis cōtinetur non habens fundamētum in re, vt negatio extra genus, quando concipitur veluti res per se existens.

14. Auers. loc. cit. maluit præfatā diuisionē in peregrinos sensus deducere, vt eam faceret sufficientem, quā deserere, inquit n. q 1. concipi pōt ens rōnis per modū essendi ad aliud, & hoc esse relationē rationis; secundò per modū essendi in alio velut in subiecto sine ordine ad aliud, vt ad terminū, & hoc esse priuationē, de cuius rōne est esse in subiecto; tertiò sine respectu ad terminū, & sine modo essendi in subiecto per modū essendi in se, & per se, vt cū cōcipitur chymera, & hircocertus, & hoc est negatio, quæ nō necessariò ad subiectū determinatur, sed æquè bene saluatur extra illud; itaq; tria statuit genera entiū rōnis, ens rōnis ad aliud, q est relatio rationis, ens rōnis in alio, q est priuatio rōnis, & ens rōnis in se, q est negatio rōnis, & subdit his vltimis duobus generibus bene applicari nomina priuationis, & negationis, qa in vniuersum ens rationis non est ens reale. Sed licet in re bene discurrat Auersa, displicet tamen in modo loquendi, esto n. primum genus entis rōnis conuenienter appelletur relatio, nihilominus non rectè cætera duo negatio, & priuatio vocātur ea ꝑsertim rōne quā affert, qa in vniuersum ens rōnis nō est ens reale; Quia hac rōne etiam relatio rōnis dici deberet negatio, vel priuatio, quia non est ens reale, vt ipse ibidem negabat cōtra comprehendentes figmenta sub negatione, quia sunt non entia; Accedit ratio principalis allata initio quæst. ens rationis in vniuersum quid positiuum rationis præseferre, ac proinde formaliter consistere nō posse in negatione, aut priuatione.

Dicēdum igitur est ens rationis data proportione diuidi debere, sicut ens reale, ad modū cuius concipitur. Conclusiō colligitur ex Scoto q. 6. vniuers. in fine, vbi docet, q sicut in ente reali dātur diuersi gradus essendi, ita etiam in entibus rōnis, & probatur: Primò ex illo generali principio, q quicquid simpliciter est in entibus realibus, secūdū quid inuenitur in entibus rōnis, ergo qualis est diuisio simpliciter entis realis, talis erit secundū quid diuisio entis rōnis. Deindè quia naturā entis rōnis, & quid sit, & quotuplex omninò inuestigare debemus per analogiā ad ens reale, sicut ergo intantū hābet esse inquantū cōcipitur ad modum entis realis, ità intantū diuiditur quatenus cōcipitur diuidi ad modū entis realis, quare sicut ens reale diuiditur in substantiā, & accidens, & hoc in absolutū, & respectiuum, & rursus absolutū in quantitatē, & qualitatē, respectiuum verò in intrinsecus, & extrinsecus aduenieēs, sic ens rationis diuiditur in substantiā rationis, & accidēs rōnis, & hoc in absolutum, & respectiuū rōnis, idque rursus in intrinsecus, & extrinsecus adueniens. Demum probatur demonstrando in singulis prædicamentis proportionata entia rationis ab intellectu formari, vt docuit Mayron quol. 6. & multi etiam ex Aduersarijs fatentur Suarez cit. sec. 4. Vasq. 1. p. disput. 114. à n. 14. Caiet. 1. p. q. 28. ar. 1. & Molina ibidem, Auers. loc. cit. & alij, etenim in substantia concipiuntur chymeræ, & similia monstra, quæ non vt alijs adiacentia, sed vt in se subsistentia fingūtur, in quantitate spatium imaginarium extra Cælum, & ipsam quantitatem molis in chymera imaginatā, in qualitate concipimus famam, & honorem, vt dispositiones conuenientes personæ honoratæ, & ipsas denominationes extrinsecas cōcipimus in rebus denominatis per modū correlationis, vt relationem cogniti ad cognitionem: fingimus etiam actionem, & paſ-

aliã, figmentũ verò inquit esse non fundatũ, quia nihil tale extra corrèspondet, vnde cõcludit ens rõnis fundatũ distingui à figmẽto, qa originaliter, siuè occasionaliter est à proprietate in re, figmentũ verò minimè, ita Doct. ibi, ac eius Expositores Maurit. Brasauol. & alij; Iuxta quã doctrinã à pluribus Recẽtioribus receptã, & præsertim ab Auersa q. 5. sec. 3. entia rõnis cum fundamẽto illa sunt, quę ex aliqua necessitate, vel occasione sic finguntur, & nõ alio modo; at sine fundamẽto illa dicũtur, quæ fingimus, prout volumus, cum nulla sit necessitas, vel occasio, quę nos determinet ad hoc potius, quã illo modo fingendũ, vt dũ fingimus chymerã, vel aliud monstrũ, in quo non determinamur ad hoc potius, quàm illo modo fingendum; Quẽ dicendi modum optimè suadet Auersa cit. ex consueto loquẽdi modo, illud enim, ꝙ est nobis motiuũ, & occasio aliqid opinandi, dicitur fundamẽtũ nostræ opinionis, & indicia, ac signa, quæ mouẽt ad aliquid iudicãdũ, dicuntur talis iudicij fundamẽtũ, sicut è cõtra cũ quis sine rõne opinatur, & sine talibus indicijs iudicat, dicitur sine fundamento gratis, & temerè opinari, & qa chymeræ, & consimilia monstra ità formãtur, ideò anthonomasticè nomen figmenti sibi vsurparunt.

Ex hoc veteres quidam Scotistæ, & Thomistæ deduxerũt sola entia rationis fundata verè, & propriè esse entia rõnis, quorũ proindè cognitio doctrinalis est, & ad scientias deseruire potest; alia verò minimè, sed potius dici debere entia fictitia, & ꝓhibita, qa eorũ cognitio doctrinalis nõ est, potestq; in infinitũ multiplicari nulla habita rõne rerũ, & naturarũ realiũ, sed pro intellectus cerebro, vt ait Didacus, iuxta quam doctrinam præfata diuisio esset æquiuoci in æquiuocata. Verùm immeritò huiusmodi entia fictitia excludũtur à serie entium rationis, nam si ens rationis illud est, quod esse repugnat à parte rei, & solum habet esse obiectiuè in intellectu, vt supra sãcitum est ex cõi oĩum sensu planè fictitia quoq; erunt entia rõnis, cũ non habeant esse, nisi per opus intellectus; imò vt ait Auersa; hæc videtur quodãmodò magis participare de ente rõnis, vtpotè quę magis pendent à virtute fictiua intellectus, & minus nituntur reb. ipsis, & cõsequẽter magis distant ab ente reali; Neq; huic obstat, quod nequeant ita scientijs deseruire, sicut entia rationis fundata.

In oppositum obijcitur 1. ad probandũ negationẽ, & priuationẽ esse entia rõnis: Tũ quia Arist. ea cõnumerat inter entia 4. Met. 2. & lĩ. 5. text. 14. & planè nonnisi inter entia rõnis cõnumerare potuit. Tũ 2. quia non solùm dãtur negationes reales, quales sũt oẽs, quæ veræ sunt à parte rei, sed etiã negationes rõnis, quales sũt oẽs, quæ sunt falsæ à parte rei. Tum 3. qa nõ tm̃ concipimus id, ꝙ non est, ac si esset, verum etiam id, ꝙ est, ac si non esset, & non solùm affirmamus, quod impossibile est, sed negamus quod necessarium est, ergo non omne ens rationis formaliter est positiuum, sed dari etiã debet negatiuum. Tum tãdem, quia esto negatio, & priuatio, vt sunt à parte rei, non sint entia rationis, tñ quando à nobis concipiuntur, vt formæ positiuę, participãt rationem entis non realis, ergo rationis.

Resp. negationem, & priuationem in se esse entia rationis fundamentaliter tãtum, quatenus intellectui pręberè possunt occasionem efformandi illa in entia rationis illis tribuendo esse positiuũ, vt bene notat Hurt. disp. 19. Meth. §. 87. & in hoc sensu Aristot. illas enumerauit inter entia rationis; vel potius enumerauit inter non entia, ait .n. *quare, & ipsum non ens esse non ens dicimus*, vt aduertit Fuent. Ad 2. ipsa quoque nagatio rationis à nobis apprehenditur per modum formę positiuę, vt magis constabit ex responsione sequenti. Ad 3. negatur sequela, siuè enim affirmemus, quod impossibile est, siuè negemus, quod ne-

ens reipsa est, hoc supplendo fingendo, ꝙ non sit, ac si esset, vnde cũ iudicamus hominem non esse animal rationale, cogitamus id, ac si ita esset à parte rei, & fingimus veritatẽ in ista propositione, in qua tamen nulla est veritas, & veritas ista ficta quid positiuum est, sicut veritas realis in propositione quid positiuũ dicit. Ad 4. cum concipiuntur à nobis per modum formæ positiuę, sequitur solum, quoad illud esse positiuũ, ꝙ illis ab intellectu tribuitur, esse entia rationis formaliter, non autem vt sunt negatio, & priuatio.

Secundò obijcitur solum in prædicamento relationis, non autẽ per alia posse ens rationis proportione distribui, rõne D.Th.1.p.q.28. ar.1. quia prædicamentũ relationis constituitur per *esse ad*, cætera verò accidentiũ genera per *esse in*, & inhærere, at hoc interest inter *esse ad*, & *esse in*, seu inherere, ꝙ *esse ad* abstrahit à reali, & rationis, sed inhærere ex proprio conceptu dicit aliquid reale, ergo solũ in genere relationis potest inueniri ens rõnis, non in alijs: ita hãc rõnem declarant ibi Caiet. & alij Expositores D.Th. Cõfirmatur, & declaratur ab alijs in hunc modum, potest intellectus referre vnũ alteri, ad ꝙ re vera nõ refertur, at nõ potest facere inhærere, quod re vera non inhæret, & tãto minus subsistere, quod à parte rei nõ subsistit, ergo inter omnia prædicamenta sola relatio potest in sua coordinatione entia rõnis admittere. Rursus etiã in cõmuni modo loquendi nõ admittitur substantia rõnis, & quãtitas rõnis, vt notat Doct. 5. Met. q. 11. ab initio, sed sola relatio rationis. Dũ licèt aliquid possit fingi ad instar substãtiæ; vt chymera, & quãtitatis, vt vacuũ, nõ ob id sequitur dari posse substantiã rõnis, vel quantitatẽ rationis, quia nõ est substantia, vel quantitas id, quod p rõnem formatur ad instar entis realis, sed negationes substantiæ, vel quantitatis ad instar substantiæ, vel quãtitatis concipiũtur: non dicitur autẽ ens rõnis id, ad cuius instar aliquid concipitur, sed id, quod concipitur ad instar entis, cũ sit non ens.

Resp. rõnem illã D.Thomæ parũ valere, vt enim constabit ex inferius dicendis de Relatione, falsa est maior, quia relatio ex proprio cõceptu intrinseco non solum dicit *ad*, sed etiã *in*, falsa est etiã minor, q̃a *esse ad* verè, ac propriè sumptũ, quo sensu constituit prędicamentũ relationis, quippiam reale est, quare sicut hoc non obstãte potest dari *esse ad* rationis, ita & *esse in*, & quidẽ inhærere diminutè sumptũ, conuenit etiã entibus rationis, cũ suo modo habeant causã materialẽ ex supradictis. Ad confirm. sicut intellectus vim habet concipiendi respectũ inter aliqua, quæ nõ referuntur, ità planè vim habet apprehẽdendi accidens in aliquo subiecto, cui inesse nequit, ac ẽt aliquid in rerum natura subsistere, quod implicet; & quamuis nequeat intellectus virtute sua facere inhærere, quod non inhæret, cogitare tamen potest illud, vt inhærens, sicut quãdo irreferibilia adinuicem refert, vtique non facit illa referri à parte rei, sed illa apprehendit, vt relata; idem dicatur de subsistere. Ad aliam confirm. frequentius nominatur relatio rationis, quã substantia rationis, quantitas, &c. quia illa magis in scientijs deseruit, & aptior est ad nostros conceptus explicandos. Doctor autem loc. cit. ait quantitatem rationis non resultare in intellectu ex vi actus collatiui, vt ibi est videre. Ad vltimam, si valeret, concluderet etiam non dari relationem rationis, vt constat, si de ipsa argumentum formetur, sicut igitur in formatione relationis rationis, neque relatio realis, ad cuius instar efficitur, nec negatio relationis est relatio rationis, sed forma relatiua ficta, ita in formatione substantiæ, & quantitatis rationis, nec ipsa realis substantia, vel quantitas, ad cuius instar efficitur, nec eorum negatio est substantia rationis, vel quantitas rationis, sed præcisè forma absoluta ficta ad eorum similitudinem, hæc enim est, quæ habet præcisè esse obiectiuum,

ctiuum in intellectu, & nullo alio modo existit.

Tertiò arguitur ad idem. Tum quia nō debemus ponere tantā distinctionē inter ea, quæ finguntur ad modum entiū, quāta est inter entia ipsa simpliciter, ergo nō debent distribui per omnia prędicaméta. Tum 2. substantia, quantitas, &c. differūt genere generalissimo, & habent decem modos essendi ptimò diuersos, sed omnia entia rationis habēt vnum, & eundē essēdi modum, s. fictum per rationē, & diminutum. Tum 3. quia hac ratione Doctor q. 11. prædicam. constituit peculiare prædicamentū entiū rōnis, quod postea Scotistæ omnes amplexati sunt, & appellarūt vndecimū prædicamentū. Tum tandē qa diuisio entis rōnis in sua inferiora nō est vniuoci analogi in sua analogata, ergo non potest esse alicuius transcendentis in plura genera, qualis est diuisio entis realis, ꝓbatur assumptū, quia vnū ens rationis non dicitur tale per analogiā ad aliud ens rationis, sed omnia dicuntur talia per analogiam ad ens reale.

Resp. non debere poni tantā distinctionem simpliciter, & absolutè, sed tantā secundum quid, & proportionaliter, sicut inter hominem, & leonē pictos vtiq; simpliciter non tanta distinctio reperitur, quanta est inter illa animalia vera, reperitur tñ tanta secundum quid, & proportionalitet ad illa vera. ¶ Ad 2. iam superius dictum est ex Scoto q. 6. vniuers. in fine, quòd sicut intra latitudinem entis realis dantur varij gradus essendi, ità proportione dicēdum est de ente rōnis, ità quod substantia rōnis sit perfectius ens accidēte rōnis, quia nimirū concipitur ad instar perfectioris entis: & cum dicitur, quod omnia habent vnum, & eundem essendi modum, s. fictum per rationem, verum est de communissimo, & transcendenti, non autem de specifico, sicut etiam entia realia dicuntur habere vnum, & eundem essendi modum, quatenus omnia præter opus intellectus existunt, vel existere possunt. Ad 3. Doctor ibi mouet dubium, an entia rōnis reducantur ad prædicamenta realia, num potius proprium constituant prædicamentū, nec aliquid resoluit, sed ꝓ vtraq; parte disputat: & quāuis Scotistæ passim peculiare illis assignent prædicamentū, tamen ne prædicamenta multiplicentur sine necessitate, reduci possunt ad illa prædicaméta realia, ad quorū instar, concipiuntur, sicut vmbra reducitur ad corpus: Potest tamen quoq; constitui vnū prædicamentū pro omnibus entibus rationis sub eodē genere generalissimo, ꝙ sit ens rōnis in tota sua amplitudine, inquantum constitui etiā potest vnū prædicamentum pro omnibus entibus realibus sub vno, & eodē genere generalissimo. ꝙ sit ens reale finitū: sed siuè hoc, siuè alio modo entia realia distribuantur, de quo inferiùs suo loco, .i. siuè in vno, siuè in pluribus predicamentis, certè entia rōnis eodem modo distribui, ac diuidi debent, sicut illa seruata proportione; de hoc vide Fabrum cit. c. 6. & Vallonum in formalit. pag. nobis 93. & Zerb. 5. Met. qu. 8. Ad 4. negatur assumptum cum sua probatione, sicut. n. accidens reale habet attributionē ad substantiam realē, sic accidens rationis habet attributionem ad substantiā rationis secundum quid, & proportionaliter, estò deindè verum sit ista omnia vltimatè attributionem habere ad ens reale, & ex tali attributione vltimatè dici entia rationis, neque hæc vltimata attributio impedit illam: sic dicere solemus qualitatem dependere proximè à quantitate, vtrumque verò vltimatè à substantia.

Quartò obijcitur, quod omnia entia rationis sint fundata, quia sēper ad illa effingēda occasionē intellectus sumit a rebus, ꝙ etiā in ipsis chymęris experimur, nō. n. eas ex incōpossibilibus partibus cōstitutas figere possemus, nisi partes illas se iūctī, & in diuersis reptas intelligeremus.

Resp. negando assumptum, estò. n. per fundamētum entis rationis intelligamus occasionem, vndè mouetur intellectus

ad fingendum, non tñ quamcunque, sed occasionẽ proximã, & vrgentem, nam si leuis sit, & remota, propriè, & ex cõmuni modo loquendi non censetur fundamentum, sicut in moralibus, qui iudicat aliquid de proximo suo, etsi id nõ faciat absq; motiuo, si tñ motiuũ non est vrgẽs, sed parui momenti, iudicium illud vocamus temerariũ, & sine fundamento; talis autem est occasio, vndè mouetur intellectus ad fabricandas chymeras, leuis nimirũ, & remota, sicut remotè tm̃ fundatur in rebus. s. ratione suarũ partiũ, nõ rõne totius. Imò P. Brasauola q. 4. vniuer. in fine exponẽs dictũ Doctoris dicentis figmento nihil extrà correspondere, inquit Doctorẽ loqui de figmento ea rõne, qua est figmẽtũ, & ꝙ per ly *nihil* intẽdit excludere oĩa; Quod si obijcias partes correspondere figmento. Negat hoc esse verũ de figmẽto ea rõne, qua tale est, qa rõne partiũ nõ est figmentũ, sed tm̃ rõne vnionis earum, cui vnioni nulla penitus possibilitas correspondet à parte rei, & ideò concludit figmentum, vt tale, nullã prorsus occasionem habere in rebus, nec proximam, nec remotam.

QVÆSTIO OCTAVA.

De præcipua specie entis rationis, quæ dicitur secunda intentio.

IN hac materia de secundis intentionibus Auctores extremi sunt, quidã. n. Thomistarũ, & Scotistarũ integros ediderunt tractatus de secundis intẽtionib. vt Heruæus, Mengus, Sarnanus, Rocch. Billeus, & alij; Neoterici verò, vel nihil, vel parũ de illis tractãt, vt est videre apud Suarez, Ruuium, Hurt. Did. Blanc. Cõpl. Arriag. & alios: Nos mediã tenentes viã superflua omittemus, & illa solũ trademus, quæ necessaria videbũtur ad cognoscendã naturã, & affectiones secundarũ intẽtionum, quas non adeò aspernari debemus, vt Neoterici, cum circa ipsas versetur logica, vt est ab Arist. contexta, omnia verò duobus articulis complectemur, in quorum primo naturã, & quidditatem earum, affectiones in altero explicabimus. Et vt à nominis explicatione exordiamur, aduertẽdum est non sumi hic intentionem presse pro tendentia volũtatis in suum finem, sed latè pro tẽdentia intellectus in rem cognitam, seù pro cõceptu intellectus; sed qa cõceptus intellectus est duplex, formalis, & obiectiuus, sic etiam duplex erit intentio, formalis, & obiectiua; formalis est actus ipse intellectus tẽdens in obiectum, obiectiua est ipsa res, in quam tendit intellectus, & vtraque duplex est, prima, & secunda; dum instituitur quæstio in præsenti de secunda intentione, non instituitur de formali, hanc. n. fatentur omnes esse ens reale, quia est actus ipse intellectus, quo secundariò tẽdit in rẽ, sed instituitur de secũda intentione obiectiua.

At circa hunc communem loquendi modum, & accipiendi intentionem primam, vel secundam oritur difficultas, quia res ex eo dicitur prima, vel secunda intentio, quia terminat primariam, vel secundariam tendentiam intellectus ad ipsam, sed res vt intellecta dicitur intenta in concreto, nõ intentio in abstracto, ergo communis hic loquendi modus nõ videtur rectus, quia prędicatio in abstracto semper est per se, & essentialis. Varias ad hoc responsiones afferunt Heruæus, & Mengus trac. cit. Sed breuiter dici potest ex Scoto q. 14. vniuers. in corpore etiam hoc nomen *intentio* esse concretum, intentio. n. inquantum intentio est applicabilis rei, inquit Doctor, atque ideò significat quidditatẽ intentionis in concernentia ad rẽ ipsã, vt ibi Brasau. exponit; vel saltim oẽs eo nomine vtuntur, ac si concretũ esset, in adhibẽdis autẽ vocabulis cõmuni loquẽtiũ vsui standũ est, vt monuit Doct. 4. d. 1. q. 2. explicato quęstionis titulo, & quid nominis intẽtionis secundæ, nunc explicandum est quid rei.

AR-

ARTICVLVS PRIMVS.

Quid sit secunda intentio, quomodo fiat, & à prima differat.

IN explicanda natura, & quidditate secundarum intẽtionum varij sunt dicendi modi; Mayron. in primis p. d.23. q.1. & 2. quol.7. ait primas intentiones esse rerũ quidditates, secundas verò esse earundẽ aptitudines, vt v.g. ratio speciei in homine nõ est, nisi aptitudo cõmunicabilitatis pluribus indiuiduis naturaliter humanitate inexistens, & ratio differentiæ in rationali est virtus quædã, qua natũ est animal diuidere, & hominẽ cõstituere; vndè cẽsere videtur secũdas intẽtiones esse potius entia realia, quã rationis; quia vniuersalitas, quæ ab oĩb. ponitur secũda intentio, in homine, & animali aliud non importat, quàm harũ naturarum aptitudinẽ, vt pluribus communicentur, & hæc aptitudo vtique illis naturis conuenit citrà opus intellectus.

Verùm hæc opinio reijcitur ex sola terminorũ declaratione ab oĩbus recepta primæ, & secundæ intentionis, tã formalis, quã obiectiuæ; nã cum intellectus, tendens in obiectũ exprimit illud in suo ordine .i. cognoscit in illo ea attributa, quæ ipsi conueniunt ex natura rei citrà omnẽ intellectus negationem, adeò vt si nulla daretur fictio intellectus, adhuc illa attributa ipsi obiecto cõuenirent; talis cognitio dicitur prima intẽtio formalis, & obiectũ illud sic cognitũ dicitur prima intẽtio obiectiua, vt v.g. quãdo intellectus cognoscit naturã humanã participari à Petro, & Paulo, natura humana cognita cum hoc attributo dicitur prima intẽtio obiectiua, & cognitio, qua intellectus tẽdit in naturã humanã sub ea ratione, dicitur prima intẽtio formalis. Cũ verò hac occasione motus intellectus, quia.s. videt naturã humanã cõmunẽ Petro, & Paulo, concipit illam vniuersalẽ, & illam veluti speciem actu de illis prædicat, hæc vniuersalitas concepta in ipsa est secũda intẽtio obiectiua, & cognitio eã exprimẽs sub tali formalitate est secũda intẽtio formalis, quæ licèt sit realis, id tñ, ꝙ ei correspõdet ex parte obiecti, reale non est, quia vniuersalitas non datur à parte rei, sed fit per opus intellectus, vt dicemus disp. seq. & incõsultò ꝓrsus cõfundit Mayrõ fundamẽta, & occasiones secundarũ intẽtionũ cũ ipsis intẽtionib. nã aptitudines illæ naturarũ, vt pluribus cõmunicẽtur, sũt radices, & occasiones fundãdi secũdas intẽtiones nõ ipsæ secũdæ intẽtiones, vt ex eadem disp. cõstabit; Cũ igr̃ secundæ intẽtiones terminent secũdarias animi cõceptiones, cõsequẽter entia rõnis erũt, & nõ realia; nã vt colligitur ex discrimine posito, prima intentio ideò dicitur prima, & alia secũda, q, a cũ obiectum cõsiderari possit in duplici statu, primò secundũ ꝙ est in se, & secũdũ attributa ei cõueniẽtia ex natura rei; secundò vt est in apprehẽsione, & secũdũ attributa ei cõueniẽtia ex intellectus operatione, qui status, vt liquet, posterior est illo; meritò cognitio, quę exprimit obiectũ sub primo statu, dr̃ prima intentio, & quæ illud exprimit sub posteriori, dr̃ secunda, & cõsequẽter quæ talẽ cõceptionẽ terminant, entia rationis erunt.

Secundò Zabar. lib.1. de natura logicæ cap.3. inquit primas intentiones esse nomina res ipsas significantia medijs animæ conceptibus, vt nomen homo, animal, seù esse conceptus ipsos, quorum hæc nomina signa sunt. Secundas verò intẽtiones ait esse alia nomina his nominibus imposita, vt genus, & species, quæ sunt nomina imposita animali, & homini, seù esse conceptus ipsos, qui per hæc nomina significantur, & subdit primas intentiones ideò non esse animi nostri figmẽta, quia significant res prout sunt, vt homo, & animal naturam hominis, & animalis in se, at secundę intentiones res significant, prout à nobis mente concipiuntur, non prout extra mentem sunt,

vnde potius cõceptus conceptuum significãt,q̃ rerum,& ideò iure meritò secundæ intẽtiones appellãtur,atq;animi nostri opera,& figmẽta,quæ fuit opinio Nominaliũ,vt refert Tatar.q.3.præãb.log.du.2.

Sed neque hic modus dicendi est admittendus:nam vt docet Mauritius qu.3: vniuers. aliud est loqui de primis, & secundis intentionibus, aliud de terminis primarum, & secundarum intentionum, nam prima,& secunda intentio, vt cõstat ex ipsis vocabulis,importãt cõceptus mẽtis,& quæ conceptibus illis exprimuntur, termini verò, seu nomina earum, vt homo,animal,genus,species solas voces important significãtes illas ad placitum: cõfundit ergo Zabarel.cũ Nominalibus nomina secundarũ intẽtionũ, & primarum cum intentionibus ipsis,ꝙ est cauendum.

Tertiò,alij explicant secundam intentionem omninò, vt ens rationis, putant .n.hæc duo esse adęquatè idẽ,ita Zerbius 5.Met.q.8.ad 2. Mengus, & Rocchus tr. de secund.intent. ꝙ probant, nam ipsum ens rationis,quodcunq;sit,secundariò intelligitur, nunquã .n. circa ipsum potest intellectus operari, nisi prius rebus realibus intellectis,ergo in vniuersum ipsa entia realia sunt ptimę intentiones,& entia rationis secundæ. Alij ita explicant,vt secunda intentio latius pateat, quã ens rationis:ità Didacus cit.q. vlt. quẽ sequitur Fuẽt.q.2.diff.2.art.2. & probat,q̃a secunda intentio obiectiua includit omnia illa, quæ rebus non conueniunt ante operationem intellectus,vnde etiã includit denominationẽ extrinsecam ab actu rõnis prouenientem,vt esse cognitum, q̃a hæc licet ens rationis non sit formaliter, non tamen cõuenit rei ante opus intellectus, & consequenter est secunda intentio.

At vtriusque modi dicendi Auctores valdè decipiuntur, quia tantum abest, ꝙ intentio secunda æquè pateat, vel magis, ac ens rationis, quod potius è contra res se habet, nam secunda intentio semper est ens rationis relatiuum, cum fiat per collationẽ rerum adinuicem in attributo rationis, vt mox dicemus, ens verò rationis,vt sic,abstrahit ab absoluto, & respectiuo,vt cõstat ex dictis,atq;ideò consultò in titulo quæstionis diximus secundã intentionem esse speciem entis rõnis.Ratio verò primorum probat quodcunq;ens rationis posse dici secundam intentionem, quatenus in omni inuenitur secunda intentio supponens priorem cognitionem de ente reali,ad cuius instar concipitur, quæ secundæ intentionis acceptio valdè fusa est,& impropria,vt notant Complut. q.5.n.44.& Suarez sec. 6.n.10. ad secundam verò intentionem propriè dictam hoc non sufficit, sed vlterius requiritur, quòd fundetur supra rẽ, secundum quod cognita est, & comparata cum alia in attributo rationis, quod non reperitur in omni ente rationis, & ideò nõ quodcunque est secunda intentio: Ratio etiam aliorum parum roboris habet, nam q. 2. ar. 1. satis apertè demonstrauimus denominationem extrinsecam etiam ex actu cognitionis desumptam pertinere ad illa, quæ rebus conueniunt ante operationem intellectus, non quidem illa, ex qua desumitur (sic enim & actus, & habitus ipsi intellectus secundæ intentiones dici deberent,cum non habeãt esse ante opus intellectus) sed illa, qua fiunt entia rationis, & à Recentioribus dicitur fictio, ab antiquis autẽ negotiatio intellectus: Accedit, quòd secundæ intentiones supponunt ꝓ fundamento esse cognitum,sicut genus supponit rem esse ab inferioribus abstractã, ergo formaliter non sunt ipsæ denominationes cogniti, & cogitati, sed aliquid aliud super illas fundatum.

Quartò, concedunt alij secundam intentionem esse speciem entis rationis, illam nimirum, quæ constituit ens rationis relatiuum, vnde asserunt consequenter omnem relationem rationis esse secundã intentionem,& è contra,inquiunt enim omne ens rationis ex actu collatiuo resultans esse secundam intentionem,

sed

sed tale est omne ens relatiuum rationis, ergo &c. ita Scotistæ quamplures. Neque iste modus dicēdi recipiendus est, duo.n. pfertim manifestè falsa cōtinet; primum est, quòd omnis relatio rationis sit secunda intētio, docet vtique Scotus in 1.d.23. q.vn.§. *Contra istud*, omnē secundā intentionem esse relationē rationis, sed nō q̃cunque, signū euidens relationem rōnis magis patere secunda intentione, vt ibi notat Bargius, & in 1.d.8.q.3. in §. *Vlterius probo*, Brasauol.q.quol.19.& sequuntur Recentiores omnes Suarez, & Complut.cit.cū alijs,& manifestè probatur, q̃a secunda intentio est talis relatio rationis, quæ denominat ré, vt cognitā, & illā exprimit in aliquo attributo rationis, vt genus,& species, quæ naturam denominát, vt ab inferioribus abstractā,& illis collatā in rōne superioris, vndè esse sic cognitū, præcedit in re velut ratio proxima fundādi secundā intētionē, quæ ideò dicitur exprimere rem extra suum ordinē,& in statu secundo, qualis est esse cognitum; sed multæ relationes rōnis, licet ex cognitione resultēt, tamen nō supponunt esse cognitum, velut rationē fundādi, sed potius vt merā conditio é sine qua nō,& immediatè fundātur su ra esse reale rei,& ideò rem exprimunt in suo ordine, non autem in aliquo attributo rationis, q̃ ei cōpetat, quatenus cognita est, ergo nō omnis relatio rationis est secunda intentio, maior patet ex cōmuni conceptu, quem omnes habent de relatione, probatur minor de relationē creatoris in Deo, dextri in colūna,& alijs, quia licèt relatio creatoris in Deo fiat effectiuè à cognitione, ipsum tñ esse cognitum in obiecto non se tenet ex parte fundamenti, vt ratio rscipiendi talē relationem, non .n. ideò Deus fundat relationem creatoris, quia cognitus est, sed quia est omnipotens, vel creaturas produxit,& ideò exprimit Deum secundum id, quod est à à parte rei,.i. secundum habitudinem realem, quam dicit creatura ad ipsum, ac proindè non est secunda intētio, de cuius ratione est exprimere rem extra suum ordinem, hoc est, in secundo statu, qui ei cōpetit, quatenus cognita est. Rursus secunda intentio est relatio rōnis in vtroq; extremo ex Scot.cit.q̃a derelinquitur per rationem in obiectis cōparatis adinuicē in attributo rōnis, vt patet de secūdis intētionibus logicalibus, sed relatio Dei ad creaturā, licèt sit rationis, tamen relatio sibi correspondés in alio extremo est realis, ergo nō quæcunque relatio rationis est secunda intentio.

Alterū, quod falsū assumebatur ab illa opinione, est ex quocunq; actu collatiuo duorū obiectorū cognitorū resultare relationem rationis, quæ sit secunda intentio, nā vt docet Scot.1.d.3.q.7.infra E. arguens contra Gotfred. intellectus cōferés vnū obiectū ad aliud secūdū talē habitudinem, qua lis est ipsorum ex natura rei, non causat relationes rationis, quæ sunt secundæ intētiones (de his.n.ibi loquitur) sed tantū quando cōparat in habitudine, quæ non sequitur illa ex natura rei, sed tantū eis conuenit ex negotiatione intellectus, at per multas relationes rationis solent explicari res in suo ordine.i.in habitudine, quam vna ex natura rei dicit ad aliam, vt modo dicebamus de relatione creatoris in Deo, quę licet sit rationis, adhibetur tñ ad exprimendam realē habitudinē creaturæ ad Deum, ergo non quodlibet ens rationis ex actu collatiuo resultans est secunda intētio: ex quo etiam infertur non semper primā intentionē esse ens reale, sed interdum esse rōnis, vt rectè notauit Amic.tract.3.q.1.art.3. in fine,& ità euenit, quotiescunq; per ens rōnis res exprimitur in suo ordine, hoc .n. spectat ad cōceptū rei primariū, & per cōsequēs limites non egreditur primæ intentionis.

Quintò hac de causa Recentiores cōmuniter ponunt secundam intentionem esse vtiq; relationem rationis, non tamen omnem, sed illam solum, quæ supponit aliquam priorem cognitionem, & intentionem, in qua fundetur, quæ proindè non

non solùm in fieri ab intellectu depēdet, vt est relatio rōnis in Deo, sed ēt in fundari, fundatur .n. specialiter in priori cognitione, vel in obiecto, prout denominato à priori cognitione, atq; ità cū concipitur esse cognitū, esse p̄dicatum, esse subiectū per modū relationis fundatæ in obiecto prius cognito, dicunt fieri secūdas intētiones; ità Suarez, Auersa, Complut. Ioa: de S.Th. & alij passim: & ratio eorū potissima est, quia secundæ intētiones illæ dicuntur, quæ secundæ notioni, seù intētioni formali objiciūtur, appellātur .n. secundæ intētiones, quasi resultātes ex secunda attētione, vel cōsideratione intellectus, sed non solū esse prædicatum, esse subiectum, &c. sed etiam esse cognitum, esse apprehensum, cum reflexè concipiuntur per modum relationis, objiciuntur secundæ notioni formali intellectus, ergo propriè erunt secundę intentiones, & tales vniuersaliter erūt oēs relationes rōnis, quæ fundantur in priori cognitione, vel in obiecto resultant, prout denominato à priori cognitione.

Quamuis iste modus dicēdi multū habeat probabilitatis, & propius alijs accedat ad veritatē, tñ nec ipse attingit formalitatē secundæ intentionis, nā de rōne secūdæ intētionis est, vt p eā exprimatur res extra suū ordinē, .i. quoad attributa rōnis, quæ ei cōpetunt in secūdo statu, in quo non ponitur, nisi ab intellectu negotiante, sed per relationes rōnis ēt fundatas in priori cognitione, seù in obiecto, quatenus prius cognito sæpè exprimūtur res in suo ordine, & secūdū ꝙ sunt à parte rei, ergo nō oēs huiusmodi relationes sunt secundæ intētiones, maior patet, qa quandiu res exprimitur in suo ordine, & secundū ꝙ est à parte rei, illa expressio p̄tinet ad conceptū rei primariū, non secundariū, probatur minor, quia sicut per relationē creationis in Deo exprimimus, ꝙ est à parte rei, licèt sit relatio rōnis, nā exprimimus habitudinē realem creaturę ad ipsum, ità per relationem cogniti in obiecto ad potentiā cognoscētem exprimimus id, ꝙ est à parte rei, .s. habitudinē cognitionis ad obiectū, & obiectū à parte rei terminare actum mētis, ergo sicut hac rōne exclusimus à numero secundarū intētionū relationē creatoris in Deo, sic in proposito excludere debemus relationē cōceptā in obiecto cognito ad potentiā cognoscentē; & ratio est, quia oēs istæ notiones nō egrediuntur limites cōceptus primarij rei, cū explicent rē in suo ordine. Rursus ideò relationē creationis in Deo diximus nō esse secundā intētionē, quia non est rōnis in vtroq; extremo, cū in creatura sit realis, secunda verò intentio est relatio rōnis mutua in vtroq; extremo, ꝙ clarè innuit Doctor 1. d. 23. q. vn. cū inquit, ꝙ est relatio rōnis pertinens ad extrema, & suadet manifesta ratio, quia cū resultet in extremis per mutuā cōparationē in attributo rōnis, sequitur debere esse mutuam in ambobus, sed sic est, ꝙ in proposito relatio cogniti in obiecto ad potentiā cognoscentē non est rōnis in vtroq; extremo, quia habitudo intellectus ad obiectū est realis, ergo &c. Neq; Recentiorū ratio conuincit oppositū, quia per secundam intentionē formalē, seù secundariā conceptionē intellectus nō debemus intelligere quācunq; cognitionē reflexā, quæ cadit in aliā cognitionem, vel in obiectum, prout denominatum in priori cognitione, vt ipsi putant, constat .n. non solùm obiectū, quatenus cognitum, sed etiam ipsam intellectionem realem posse reflexè cognosci, & in hoc sensu obijci secundę intentioni formali; sed per secundam intentionem formalem intelligi debet actus res exprimens extra suum ordinem, quod fit per actum collatiuum illarū in aliquo attributo rationis, in hoc autem sēsu esse cognitum, & esse apprehensum non objiciuntur secundæ intentioni formali, sed primæ, nam sicut pertinent ad illa, quæ rebus conueniunt ex natura rei, hoc est, ante negotiationem intellectus ex dictis

q. 2.

q.2. art. 1. ita non terminant, nisi primarias animi notiones.

Obijcies cũ obiectum cognitum recogitatur esse cognitũ, concipitur extrà suum ordinẽ, & ponitur in secũdo statu, quia intelligitur sub aliquo attributo, quod non est aliquid eius ex natura rei, nempè sub relatione rõnis ad potentiam cognoscentẽ, ergo conceptus reflexus, quẽ terminat, est secundarius, & esse cognitum huic conceptui obiectũ erit secunda intentio obiectiua. Negatur assumptũ, quia per eã ipsã relationẽ rõnis obiecti cogniti ad potentiã cognoscentẽ aliud exprimere non intendimus, quam obiectum terminare actum intellectus, quod totũ est à parte rei, & per consequens attinet ad conceptum rei primarium; ad secundam autem intentionem non sufficit, quod sit relatio rationis, sed vlterius requiritur, vt per eam res exprimatur extra suũ ordinem, & in statu secundo.

Sextò tandem hac de causa Scotistæ nõ oẽs relationes rõnis etiã fundatas in priori cognitione, vel obiecto, quatenus cognito, agnoscunt pro secundis intẽtionibus, sed illas tm̃, quæ derelinquuntur in obiectis cõparatis, vt cõparata sunt in aliquo attributo rõnis, quod apertè colligitur ex Doctore 1.d.3.q.7.infra E.& d.23 q.vn.& 4.d.1.q.2.& 5. Met. q.11. & alibi sæpè, quæ sententia ita intelligitur ab Auctore Formalit. & Tromb. in Formal. & alijs Scotistis, quos sequitur P.Fuẽt.cit. vt secunda intẽtio formaliter sit ipsa passiua cõparatio derelicta in obiectis ex actu intellectus cõparãtis, ita.n. loqui videtur Scot.4.d.1.q.2. Sed non assentimur, quia vel per cõparationẽ passiuã intelligitur ipsa denominatio extrinseca derelicta in obiectis ex terminatione actus cõparantis, vel quædã relatio rõnis, quæ resultare concipiatur in obiecto, vel obiectis cõparatis ad intellectum comparantem, sed quocunq; modo accipiatur, pertinet ad conceptum rei primarium, ergo non benè ponitur secunda intentio obiectiua, probatur minor, quia si primo modo sumatur pro denominatione extrinseca, clarè liquet ex loco sæpe cit.q.2.ar.1. huius disp. ptinere ad ea, quæ rebus conueniũt nullo fingẽte intellectu cũ aliud realiter nõ sit, quã ipsemet actus collationis ad illa obiecta terminatus, quod quidẽ verũ est de extrinseca denominatione à quocunq; actu vitali derelicta, vt ibi ostenditur, si sumatur secundo modo adhuc nõ egreditur limites conceptus primarij, quia licet sit relatio rõnis, cũ nõ assumatur, nisi ad exprimendã realẽ terminationẽ, qua obiectũ terminat actũ realẽ mẽtis collatiuũ, planè exprimit rẽ, sicut est in suo ordine, & ita est prima dumtaxat intentio.

Debet igitur hæc sententia sic intelligi, quòd comparatio passiua duorum obiectorum in aliquo attributo rationis concepta ab intellectu inter illa ad instar respectus inter illa duo versantis sit secunda intẽtio, & quatenus per illã obiecta cõparata referuntur adinuicem, non autem ad intellectum conferẽtem, aliud .n. est esse cõparatum, quod habent in ordine ad intellectum cõparãtem, & aliud illud esse cõparatum, quod inter se habẽt ex negotiatione intellectus, & aliud est cõcipere illud esse cõparatũ, & hoc; concipientes.n. illud esse cõparatum obiectorum in ordine ad intellectum cõparantẽ non egredimur limites conceptus primarij, vt nuper dicebamus, conceptum verò secundariũ formamus, cũ illud esse comparatum concipimus, quod obiecta inter se habent ex negotiatione intellectus; quare magnum discrimen est inter conceptum, quo concipitur homo v.g. habere esse cognitum, vel comparatum in ordine ad intellectum concipiẽtem, & comparantem, & alium conceptum, quo comparatus cum Petro, & Paulo intelligitur habere rationem prædicabilis, quia hic vltimus, ex quo nec rem, nec habitudinem realem eius ad aliud exprimit, aut alterius ad ipsam, est conceptus omninò secundarius exprimens

mens hominẽ, & Petrum, non sicut sunt in suo ordine, sed secundũ illud additum ab intellectu ea comparante in attributo rõnis; ille verò prior conceptus est primarius, quia ex quo exprimit realẽ terminatione, qua obiectũ terminat actum realẽ mentis collatiuũ, exprimit rẽ, sicut est in suo ordine; Hinc Scotus 5. Met. q. 2. ait, ꝙ secunda intẽtio inest rei, inquantũ consideratur, & per cousiderationẽ alteri cõparatur, quæ consideratio est collatiua vnius ad aliud, quasi dicere velit secũdã intentionẽ inesse rei, vt consideratur alteri cõparata, seu in ordine ad aliud, cui comparatur, non in ordine ad intellectũ cõparantem, qa talis consideratio collatiua solum est, quæ dat rebus esse omninò rõnis, & inuicem referri relatione rõnis, ꝙ etiã manifestè docuit 1. d. 23. dum dicit secundã intentionẽ esse relationẽ rõnis ptinentem ad extrema (nempe inter quæ versatur) actus intellectus cõparantis, & in 4. d. 1. q. 2. sub B. quando ait, ꝙ secunda intentio est relatio rõnis, seu cõparatio, qua consideratum cõparatur ad aliud per actum considerãtis, & ita intelligunt hãc sententiam Mauritius q. 3. vniuers. §. *Sed quia*, Brasauol. q. quol. 19. Bargius 1. d. 23. qui citat Lichet. & alios: Qui tamen in hoc deficere videntur, quia putant secũdas intentionos necessariò aliquã ꝓprietatem à parte rei exigere, vnde moueatur intellectus ad illas causãdas, ꝙ nobis omninò nõ ꝓbatur, quia cõparatio passiua inter duo obiecta, qualis modo explicata est, potest omninò fingi ab intellectu sine vllo fundamenro in re: Verum est vtique intẽtiones logicales nõ formari sine fundamento, formatur .n. vniuersale v. g: stãte reali cõuenientia plurium in eadẽ natura, formatur prædicatio vnius de alio stante reali identitate vtrorumq: adinuicem, formatur illatio, vel cõsequentia stãte reali emanatione vnius ab alio, vel saltim concomitãtia, & sic de alijs: Ast hoc nõ impedit, quin possint aliæ excogitari secundæ intentiones omninò phãtasticæ: quibus intellectus comparet ad libitum obiecta cognita in attributis rationis, vnde non est de ratione secundæ intentionis vt sic, habere fundamentum in re.

Ex dictis infertur definitio primę, & secundæ intentionis, & discrimen inter illas, Nã *prima intentio est obiectũ actu cognitũ, vel absolutè per actũ rectũ, aut reflexũ, vel in ordine ad aliud per actũ collatiuum secundũ aliquod attributũ conueniens illi ex natura rei ante intellectus negotiationẽ.* Ratio huius definitionis est, quia p actum rectum, & reflexum res cõcipi solet in suo ordine, & hoc etiam fieri potest actu collatiuo, si res cõferãtur adinuicem secundũ aliquod attributum reale: si quis .n. hominẽ, & animal cõcipiat actibus absolutis, & rectis intelligendo quid sint, ac etiã reflexis intelligẽdo se illa intelligere, vel illa vt à se cognita, adhuc & actu collatiuo intelligendo hominem essentialiter participare naturam animalis, animal autem non includere naturam hominis, nihil tale concipiet, quod homini, & animali in suo ordine non conueniat. Verum si actu collatiuo alterius generis cõcipiat animal dictum de homine esse genus hominis, eo quod intellectus cognoscens hominem participare naturam animalis sumpsit occasionem prædicandi animal, & subijciendi hominem dicendo *homo est animal*, tunc vtique in obiectis sic comparatis diuersæ comparationes passiuæ per talem actum collatiuum derelinquuntur, quæ ex parte extremorum secundum diuersas eorum proprietiates diuersimodè nominantur, & intẽtiones secundę dicuntur prædicati, subiecti generis, speciei, &c. Specificauimus autem primam intentionem esse obiectum actu cognitum, vt cõtra quamplures Scotistas doceamus non sufficere, ꝙ sit cognoscibile, vt prima intentio dicatur, & ratio est, quia sicut obiectum nõ dicitur cognitum, & intellectum, nisi quã do actualiter terminat actum intellectus, sic non habet esse primò intentum, vel

primam

primam intentionem, nisi quatenus primò terminat actū intellectus, vnde obiectum, vt cognoscibile, dici nequit prima intentio, nisi remotè, actu verò cōstituitur talis, cum terminat actualiter primā intētionem formalem intellectus, vt benè notarunt Tromb. 7. Met. q. 9. Sarnanus, & Fuentes cit. *Secunda vero intentio est cōparatio passiua, quæ reperitur inter duo, vel plura obiecta adinuicem cōparata in aliquo attributo rationis ficto ab intellectu per modū relationis mutuæ inter illa*, quæ definitio colligitur ex Scoto 1. d. 23. q. vn. cuius intelligētia ex dictis facilè deducitur quoad omnes eius particulas.

Quomodo autē, ac per quē actum fiāt secundæ intentiones, facilè deducitur ex dictis q. 4. art. 2. nā iuxta principia ibi tradita de formatione entis rōnis dicere debemus secundā intentionē materialiter fieri, hoc est derelinqui per actum collatiuū intellectus, non quidē omnē, sed illū duntaxat, quo res cōparantur in aliquo attributo rationis: formaliter verò fit per actum reflexū, quo talis cōparatio passiua concipitur in obiectis comparatis ad modū veræ relationis, & mutuæ inter illa; ità insinuat Doctor 2. d. 1. q. 1. art. 2. dū loquens de secundis intētionibus ait nō habere esse sine actu comparatiuo, estò fiant per intelligentiam in vero esse suo, his .n. verbis, vt P. Vulpes cit. disp. 2r. vlt. adnotauit, significat secundas intētiones per actū cōparatiuum habere tantū esse materiale, & derelictū, & per intelligentiā reflexā suscipere postea esse verū rationis fabricatū, & formale, & probatur breuiter, quia talis cōparatio passiua antè actū reflexum, quo concipitur ad modum relationis, est tantum denominatio extrinseca in obiectis comparatis derelicta ex terminatione actus collatiui, ergò ante talem actū nō habet esse actuale, & formale rationis, sed tantum materiale, & fundamentale, cum verò tali actu concipitur ad instar veræ relationis inter illa obiecta, tūc suscepit formale esse rationis; ità sentit Bargius cit. 1. d. 2. 4. vbi notat, quod si interdum inquit Doctor secūdas intētiones produci per actū cōparatiuū, id debet intelligi nō formaliter, sed præsuppositiuè, inquantū pduci non potest secunda intētio, nisi præsupposito actu cōparatiuo, quo habito intellectus nouo actu producit intētionē in re cognita, & non producit eam ipso actu cōparatiuo, hæc Bargius ibi, p quo modo dicendi citat etiā Lich. 2. d. 1. q. 1. idē habet Maurit. cit. q. 3. vniuers. vbi in formatione ētis rōnis ponit multa signa, & cū in decimo signo dicat intellectum habere actum comparatiuū pluriū obiectorū in attributo rōnis, postea subdit in vndecimo habere actū productiuum secundæ intētionis cōsurgentē ex comparatione prædicta, & idem docet Brasaul. q. quol. 19. Et quia hic actus apprehēdendi illā cōparationē per modū veræ relationis spectat ad primā operationē, ideò p hāc solum operationē fiunt secundæ intentiones in suo esse formali. Quia verò actus collatiuus omnib. & singulis operationibus cōuenire potest, ideò poterit per oēs fieri materialiter, & derelinqui peculiaris secunda intētio, sic per primā operationē intellectus cōferēdo animal rationale in rōne definitionis ad hominē in rōne definiti, & è cōtra absq; aliqua affirmatione, quæ nō est de essentia definitionis, derelinquitur in his obiectis secunda intētio definitionis, ac definiti; p secundā operationē conferentē animal, & hominē in rōne superioris, & inferioris, generis, & speciei, prædicati, & subiecti, prædicādo. s. animal de homine, derelinquūtur in huiusmodi obiectis cōparatis cōparationes illæ passiuę prędicati, & subiecti, copulæ, propositionis, & c. & tādē per tertiā operationē conferēdo vnā propositionē in rōne antecedētis ad aliā in rōne cōsequentis derelinquūtur in illis propositionibus cōparationes passiuæ pertinentes ad argumētationem, maioris, minoris, sequelæ, &c. quæ omnia satis

tis liquent ex dictis q. 4. art. 2. & in hoc sensu dixit Zerbius 5. Met. q. 8. ad 3. secundam intentionem non tantùm reperiri in prima operatione, quando est cõparatiua, quod vtique potest illi conuenire, vt docet Scot. 2. d, 6. q. 2. sed etiã in secunda, & tertia, quando per eas vnum alteri comparatur in attributo rationis.

Quæres, an solus intellectus efficere possit secundas intentiones; num potius etiam voluntas, & dubium pertinet solũ ad Scotistas concedentes ens rationis etiam à voluntate fieri posse. Bargius cit. negat, & est doctrina communis apud Recentiores, idque non probat, sed velut manifestũ supponit, imo hac de causa, inquit, non omnes relationes rationis esse secundas intentiones, quia multæ relationes rationis fiunt à voluntate, quę tamen non sunt intentiones secundæ Sed alij Scotistæ concedunt, vnde passim definiunt secundam intentionem, ꝙ sit respectus causatus ex actu collatiuo intellectus, vel alterius potentiæ collatiuæ, vt comprehendant respectus rationis à voluntate causatos, & Tatar. præsertim lib. 1. Elench. q. 1. §. *Quarto sciendum* inquit, quod significatio, quę in vocibus est relatio rationis vocis significatiuæ ad rem significatam, est secunda intentio facta per voluntatem, quia hæc comparatio vocis in ratione signi ad rẽ in ratione signati fit à voluntate, non ab intellectu, & tales videntur esse omnes relationes rationis, quæ in vtroque extremo fundantur ratione denominationis extrinsecæ ab actu voluntatis procedente, vt sunt relationes dominij, & seruitutis, ementis, & vendentis, &c. quæ omnes oriuntur ex contractibus, & voluntatibus humanis; neque in hoc dubio videtur esse maior difficultas, quam in illo, an possit efficere ens rationis, quare si defendatur posse ens rationis efficere, facile etiam defendi poterit, posse formare secundas intentiones.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vbi conferuntur secundæ intentiones cum primis, & ad se inuicem.

Conferri solent intentiones secundę tum cum primis, quibus innituntur, & applicãtur, tũ ad se inuicẽ, quatenus se inuicẽ denominãt, ex qua collatione variæ dignoscuntur affectiones earũ.

Primò itaque conferuntur secundæ intentiones cum primis, sicut imagines cum rebus imagatis, inuentæ enim sunt ad repræsentandas res ipsas secundum methodum, & breuitatem, eo modo, quo declarauimus q. 3. huius disp. explicando causam finalem entium rationis, & qu. proœm. log. art. 5. & hac potissimum ratione dicuntur directrices nostrę cognitionis, vt ibi explicatum est; & notauit Auersa q. 5. sect. 8. Ex tali verò collatione oritur, quòd quicquid secundis tribuitur intentionibus, etiam de rebus ipsis verificetur, sicut quicquid tribuitur imagini, de re, cuius est imago, verificatur, cum hæc sit facta adinstar illius, illis duntaxat prædicatis exceptis, vt bene Roccus aduertit tract. de secund. intentur. quæ ponunt differentiam inter ipsas secundas intentiones, & primas, non enim valet dicere, genus est ens rationis, seù secunda intentio, animal est genus, ergo animal est ens rationis, vel secunda intentio, quia eiusmodi prædicata sunt illa ipsa, quæ discernunt genus, speciem, & alias intentiones secundas à primis; sicut si diceremus de imagine esse figuram, vel picturam, vtique hæc prædicata de re, cuius est imago, verificari non possent, qa sunt illa ipsa, quæ discernunt imaginẽ ab imagato, & cõueniunt imagini ratione sui, non ratione imagati.

Dupliciter autem hoc contingere potest, sicut bifariam possunt intentiones secũdæ primis applicari, vno modo mediante prædicatione exercita, alio modo mediante signata, quam duplicẽ prædica-

dicationem ita declarat Doctor q. 14. vniuerſ. in corpore quæſiti, & oēs eius expoſitores ibi, ꝙ exercita ſit illa, quę ſit in rebus, vel intētionib. p verbum *ſum es eſt*, vt homo eſt animal, ſignata verò ſit illa, quæ fit per terminos ſecundarū intētionū per verba *dici*, & *prædicari*, vt genus p̄dicatur de pluribus ſpecie differentibus, ex quo infert Maurit. q. cit. hāc poſteriorē nō tā eſſe p̄dicationē, quā ſignū prædicationis, cuius indicium eſt, quia ꝙ deberet poni à parte prædicati, in ea ponitur à parte ſubiecti, vt patet in allata prædicatione ſignata, at talis non eſt propriè p̄dicatio, quia non prædicatur, ꝙ natum eſt prædicari, & nō ſubijcitur, ꝙ natum eſt ſubijci: quā doctrinā non recipit Braſau. illa eadē q. contendit .n. etiam ſignatā prædicationem eſſe in ſuo genere verā, & propriā prædicationē; quæ lis eſt parui momenti, cōcedi .n. pōt eſſe verā p̄dicationē in ſuo genere, abſolutè tñ loquendo negari nequit, ꝙ p̄dicatio exercita non ſit magis propria prædicatio, vt potè illa, quæ primo intuitu ante oculos ponit identificationē prædicati cū ſubiecto; quod non facit prædicatio ſignata; ſed rurſus de hac duplici prædicatione redibit ſermo inferius diſp. 5. q. 1. ar. 1.

Ad propoſitum redeundo, ſi ſecundæ intentiones applicentur primis mediante exercita prædicatione, prædicari nequeunt, niſi accidentaliter, & denominatiuè, nam non ſunt niſi relationes quædam rationis, quas intellectus veluti accidentia quædam intentionalia attribuit primis intentionibus, ac proindè nō niſi denominatiuè de illis prędicari poſſunt, hic enim eſt proprius modus prædicandi accidentium de ſuis ſubiectis, ita docet Doctor q. 10. vniuerſ. & ſicut accidentia realia de ſuis ſubiectis prædicantur in concreto, non in abſtracto, dicimus enim, quod homo eſt albus, non albedo, ita dicendum eſt de his prædicationibus ſecundarum intētionum reſpectu primarū, vnde animal dicitur genus, non genereitas, & ſic de alijs, quia hic ēt eſt proprius modus p̄dicandi accidentiū de ſuis ſubiectis, vt cōcreta prædicentur de cōcretis; Poſſunt autē ſimiles prædicationes animal eſt genus, homo eſt ſpecies, ſumi in ſēſu formali, aut tm̄ fundamentali, & quidē ſi fundamentaliter ſumātur, ſunt veræ à parte rei, ſenſus .n. eſt ꝙ animal eſt fundamentū idoneū, vt ad plures ſpecies referri poſſit in rōne vniuerſalis, quod vtiq; verum eſt nullo cogitante intellectu; at ſi ſumantur in ſenſu formali, nō ſunt veræ, niſi intellectu actu illis fundamētis affigēte tales relationes rōnis, & per eas referente ad plures ſpecies, vel indiuidua in ratione vniuerſalis.

Si verò huiuſmodi applicatio ſecundarū intentionum ad primas fiat media prædicatione ſignata, pōt fieri ēt prædicatio eſſentialis, vt cōſtat, cū dicimus genus prædicari in quid de plurib. ſpeciebus, ſpeciē de pluribus indiuiduis; verum tñ eſt hanc non exerceri, niſi in terminis primarū (poteſt tñ exerceri etiam in ſecūdis, quādo intētiones ſe habēt, vt ſuperius, & inferius, vt notat Tat. q. 1. de genere dub. 1. vnde valet dicere Vniuerſale prædicatur de genere, ergo genus eſt vniuerſale) vt docet Scot. q. 14. cit. vnde iſta p̄dicatio ſignata in ſecundis ſpecies p̄dicatur in quid de pluribus indiuiduis, ita exercetur, & prædicatur in primis, Petrus eſt homo, Paulus eſt homo, & ratio eſt, inquit Doctor, quia ſecundæ intentiones, maximè quando copulantur per verbum *prædicari*, ſupponunt pro fundamentis, & ideò tales prædicationes verificari debent per terminos primarum. Ad cognoſcendum autem, quomodo fieri debeat huiuſmodi applicatio ſecundarum intentionum ad primas præſertim per exercitam prædicationem, attendi debet fundamentum, quod eſt in primis intentionibus, nam ſi inferiora, de quibus natura apta eſt prædicari, differant eſſentialiter, illi naturæ applicari debet intentio generis, ſi verò ſunt indi-

uidua

nidua, applicari debet intentio speciei, & sic de alijs.

Deindè conferendo secundas intētiones adinuicem videmus vnā secundam intentionē alteri applicari,& de illa prędicari tā exercitè, quā signatè, vt genus est species vniuersalis, vniuersale prædicatur de genere. Ratio est, quia vt docet Scot.q.6.vniuers.vbi omnes eius expositores,& q.3.ante prędic.ad 3.& q.2.post prædic.ad vlt.& 4.d.13.q.1.infra T.& quol.6.infra X.& alibi sæpè,potest ab intellectu vna secunda intētio fundari sup aliā,& sic de alia prædicari,quod præsertim pēdet ex virtute reflexiua,quā habet intellectus supra suos actus, hinc.n. potest ipsā secundā intentionē reflexè cognoscere,& ipsā alteri cōparare in attributo rōnis,atq;ità cognoscendo,& comparando super ipsā fundare aliā secundā intentionē, sicut intētio generis,quæ tribuitur animali,fundat intentionē speciei eo ipso,q ab intellectu cōparatur vniuersali,vt inferius suo superiori, & tunc secunda intētio fundata denominat priorē fundantē, & sic in præfato exēplo dicitur,quod genus formaliter est genus, & denominatiuè species, & ideò inquit Doctor,quod in his casibus intētio fundans sumitur,*vt quid*, fundata verò, *vt modus*: hos autem terminos ità explicāt Expositores q.6.cit.ex verbis ipsius,Doctoris præsertim q.8. §.*propter hoc*,vt sumere intētionē fundantē, *vt quid*, sit illā accipere secundū suā quidditatē,& naturā,seù vt est id,q intelligitur, sumere intentionē fundatā,*vt modū*,sit illā accipere,vt determinationē, & modū considerandi alterius,& sic cū in pręfato exemplo dicimus,q genus est species, genus sumitur vt id,q intelligi,species vt modus,sub quo intelligitur,& hoc modo nō incōuenit,quod vna secūdà intētio prædicetur de alia,& signatè,& exercitè:imò eadē de seipsa,vt cum dicimus,*species est species*,in quo casu non est imaginandū, quod eadem met intentio numero sit illa,quæ intelligatur, & sub qua intelligatur,quasi eadē intentio numero sit modus sui ipsius, vt putauit Mauritius, sed est intelligendū eandē intentionē speciei esse modū sui ipsius,itaquod cū dicimus, species est species,tunc species, quæ accipitur,vt modus,& pōnitur à parte prędicati,nō est illa eadē numero,quæ sumitur vt quid,& ponitur à parte subiecti,q idē numero nō potest applicari sibi ipsi, vt adirū, quilibet autem modus est quid additum,quod benè notauit Brasauola contra Mauritium q.6.

Hoc autē interest inter applicationē, quæ fit secundarū intentionū ad primas, & ad seinuicem,q primis sēper applicātur,vt modi accidentales, quia sēper applicārur,vt accidentia subiectis, & ideò cōstituūt prædicationes exercitas accidētales tantū,ac denominatiuas: verùm cū vna intētio secunda alteri applicatur, potest illi applicari tā vt modus accidentalis,quā essentialis,nā si intētio, quæ alteri applicatur,vt modus,sit illi superior, vt cum dicimus genus est vniuersale, cū secunda intētio,est ens rōnis,tunc applicatur,vt modus,& determinatio essētialis,& constituit prædicationē quidditatiuā superioris de inferiori:si verò intētio alteri applicata,sit inferior, vt cum dicimus vniuersale est genus,vel disparata, vt genus est species, tunc applicatur; vt modus,& determinatio accidentalis,qa inferiora accidunt superioribus,& vnum disparatum alteri disparato; q valdè notādum est, qa Scotistæ cōmuniter,& alij vniuersaliter docent absq; vlla limitatione,cum vna secunda intētio fundatur in alia,& illi applicatur,vt modus,eā denominare,seù prædicationē accidentalē, & denominatiuā constituere,q vniuersaliter verum nō est, vt cōstat in allatis exēplis,in quibus intentio superior prædicatur de inferiori; an verò præsertī in hoc casu, cum superior intentio de inferiori prædicatur, possit, nedum in concreto, sed etiam in abstracto fieri prædicatio,

vt ge-

vt genus, vel genereitas est vniuersalitas infra suo loco dicemus, quia est difficultas cōmunis etiā ad alias prædicationes.

Contra prædicta obijcitur 1. probando secundas intētiones de primis prædicari nō posse, quia oppositū nequit prædicari de opposito, sed ens reale, & rōnis sunt huiusmodi, q. habēt cōtradictoria prædicata, ergo &c. Nec dicas interdum posse oppositū prædicari de opposito, saltim per accidēs, & itā esse in proposito. Nā cōtra probatur secundas intētiones, nec etiā accidentaliter posse prędicari de primis, in accidētibus.n. experimur, quæ verè prædicātur de inferioribus, verè ēt prædicari de superioribus, & si verè prędicātur de superioribus, verè ēt prædicātur de aliquo inferiori, vt si de Petro prædicatur cursus, necesse est etiā prædicari de homine, & animali, & si prędicatur de homine, necesse est etiā prædicari de aliquo homine singulari; sed nec secundæ intētiones, quæ prædicātur de inferioribus, posśūt prædicari de superioribus, nā secunda intētio indiuidui prædicatur de Petro, non tamē de homine, & animali, nec quæ prędicātur de superioribus possunt prædicari de inferioribus, nā species dicitur de homine, nō de Petro, ergo &c.

Resp. ens, & nō ens esse propriè opposita cōtradictoriè, non autē ens reale, & rōnis, vnde potius dici debent disparata, velut substantia, & accidēs, & ideò sicut tali disparatione, vel qualicūque oppositione non obstāte, adhuc accidēs prædicatur de substātia denominatiuè, itā à pari poterit eodē modo ens rōnis de ente reali prędicari, & secunda intētio de prima: sed cōcessa minori adhuc sufficiēter soluitur argumentū per responsionē inter arguendū allatā, quiā vt notat Doct. 1.d.2.q.3.C.& 4.d.13, q. 1. infrà T. benè potest oppositum prædicari de opposito saltim denominatiuè, & vt modus. Ad impugnationē, quod neq; per accidens possint secundæ intētiones prædicari de primis, neganda est paritas de accidentibus realibus, & rōnis, q. vt notauit Ruuius tract. de prædic. secund. intēt. ex doctrina Mauritij pluribus in locis, accidētia realia cōueniunt subiectis absolutè, vt sunt à parte rei, sed secūdæ intētiones conueniunt naturis, vt tali modo concipiuntur ab intellectu: hinc est ꝙ secunda intētio indiuidui, quæ Petro cōuenit, nō dicitur de homine, & animali, quia illi cōuenit, vt cōcipitur indiuisibilis in partes subiectiuas, quæ conceptio repugnat homini, & animali: & è cōtra species dicitur de homine, non de Petro; genus de animali, nō de homine, quia tales intentiones cōueniunt illis naturis, vt sunt diuisibiles in tales partes subiectiuas, quæ prorsus repugnāt indiuiduo, & etiā speciei, si pluquam numero sint diuersæ.

Secundò obijcitur è contra probando secundas intentiones prædicari de primis nedum accidētaliter, sed ēt essentialiter, q. homo p se prędicatur de plurib. differentibus numero, ergo per se est species, cōsequētia tenet p locū topicū à definitione ad definitū. Si negetur assumptū, quia prędicari cōuenit per se intētionib. rebus verò tm̄ per accidēs, vt docet Scot. q.14. vniuersalium corpore quæsiti. Contra est, quia si homo p accidens tantū, & nō per se de inferioribus prædicatur, ergo Petrus per accidēs tantū, & nō per se est homo, cōsequentia patet, q. ideò Petrus est homo, quia homo prædicatur de suis inferioribus, & eo modo est homo, quo homo de inferioribus prædicatur; valet .n. consequentia à signata prædicatione ad exercitam, vnde si prædicatio signata non est per se, nec exercita talis erit.

Resp. Doctor q.11. negādo assumptū, si ly p se determinet inhærentiā ob rōnē assignatā in solutione inter arguendum datā, sed verū est dūtaxat, si ly p se determinet inhęrēs [illegible] cuius declaratione nota, ꝙ per inhæretiā intelli[illegible] it vu[illegible] ōnē pdicati cū subiecto, p inhærēs verò ipsūmet prædicatum, in quo fundatur ill. vnio, quando igitur aliqua determinatio, vel

synca-

syncathegorema cōstruitur cum copula verbali determinat inhærentiā, vt si dicatur accidēs per se est ens, nā sensus est, ꝙ ens cōuenit per se accidēti; quando verò construitur cū prędicato, tunc determinat inhęrēs, vt si dicatur accidens est ens per se, quæ est propositio falsa, quia est sensus, ꝙ sit ens nō alteri inhærēs; ita igitur in proposito, inquit Doctor assumptum esse falsū, si ly per se determinet inhærētiā, quia sicut species per accidēs inest homini; ita est pdicari de plurib. numero differentib., cōcedi tñ pōt, si ly per se determinet inhærens .s. ly prædicari, & & tunc sensus est, ꝙ prædicari per se de differentibus numero inest homini non quidē per se, sed solū per accidēs; vnde patet solutionē inter arguendum datā esse sufficientē, si bene intelligatur. Ad impugnationē ibi factam, negatur consequētia, ad probationē dicimus valere vtique consequentiā à signata ad exercitā, quotiescunq; illa fit in terminis secundæ intentionis, quomodo propriè est pdicatio signata, & virtualiter cōtinet exercitam, nō autē quādo fit in terminis primæ intentionis, vt est in argumēto allato; ꝙ si interdum in similibus prædicationibus tenet cōsequētia à signata ad exercitam, hoc planè est gratia materiæ, non gratia formæ, ita Maurit. q. 8. in fine, clarius Brasauol. q. 11. quā doctrinā habet Doctor q. 14. & omnes eius expositores ibidem.

Tertiò obijcitur non posse vnam secundam intentionem alteri, velut modū, applicari, & in ea fundari. Tum quia implicat dari modum modi, non enim datur actionis actio, nec vnionis vnio, & sic de alijs modis, cum ergo secunda intentio, vt sic, sit modus intelligendi primæ intentionis, non poterit per aliam superuenientem intentionem modificari, & denominari. Tum 2. quia secunda intentio dicitur talis, quia primæ superuenit, & in ea fundatur, ergo si intentio vna pōt alteri superuenire, & huic alia, dabitur non solùm prima, & secunda intētio, sed tertia, quarta, quinta, &c. iuxta catenā fabricatā secundarum intētionū. Tum 3. quia fundamētum est maius ens fundato, quia hoc sustentatur in illo, sed vna secunda intentio non est maius ens alia, nā omnes ęquè pēdet ex intellectus operatione, ergo &c. Tum tandem, quia daretur processus in infinitum, qui euitandus est quantum fieri potest.

Resp. ad 1. quicquid sit de modis essendi, in modis tñ intelligēdi, vt sunt intentiones secūdæ, nō implicare dari modū modi, dūmodo alter sumatur, vt quid, & determinabile, alter vt modus, & determinans, & sic cōtingit in casu nostro, cum vna secunda intētio super aliā fundatur, tunc .n. secunda intentio fundans sumitur, vt quid, & induit quasi cōditionem intentionis primæ respectu alterius fundatæ, non quia sit simpliciter prima, sed quia est prior illa, quā fundat, & determinatur per eā, vt modum intelligendi eius. Ad 2. negatur assumptum, non .n. secunda intentio dicitur secunda, quia superueniat primæ, sed quia explicat res in esse secundo, & attributo rationis, vt art. 1. declaratum est, vnde licèt vna secunda intentio fundetur super aliam, & fundantes dicantur secundum quid primæ respectu superuenientium, simpliciter tamen, & absolutè omnes dicuntur secundæ, non autem tertia, vel quarta, quia omnes conueniunt obiecto, vt cognito, & comparato in attributo rationis, quod esse cognitum, & comparatum est status rei secundus. Ad 3. negant aliqui maiorem, vt Masius sect. 3. de rebus vniuersis q. 8. sed quicquid sit de hoc, vera est maior quando fundatio exigit sustentationem, & influxum fundamenti, quod non requiritur in proposito, de secundis intentionibus, quæ sunt meræ relationes rationis, & nullum verum influxum exigunt ex parte fundamenti; sed qualiscunque exigitur ad dādam illis existentiam obiectiuam totus attenditur ex parte intellectus; & adhuc con-

concessa maiori deberet negari, minor, quia vt constat ex q.6. intra sphæram entis rationis inuenitur suo modo gradualis latitudo, vt in ente reali ex Doctore q. 6. vniuers. in fine, & ibi notant Mauritius, Anglicus, & alij. Ad 4. Negant aliqui Scotistæ processum in infinitum, nã tres tm̃ assignant gradus in secundis intétionibus, in primo gradu ponunt secundas intẽtiones fũdatas in primis, in 2. passiones fluentes ab ipsis, & in 3. modos, sub quibus concipiuntur, & hic datur status, quare vsq; ad istũ tertiũ gradũ dumtaxat admittunt progresum in fabricanda catena secundarum intentionũ, & hoc putát esse de mẽte Doct. q.6. cit. in sol. ad 4. vbi expresè admittit vltimum gradum in secundis intentionibus, qui est tertius iam assignatus.

Verùm solutio hæc non est idonea, nã etiam si in ordine entium realiũ processus in infinitũ esset euitandus, tñ non ita cõuenit in relationibus rõnis, vt expressè docet Scot.4.d.6.q.10.sub E.& alibi sæpe, id .n. aliud non significat, quã intellectũ posse successiuè in infinitũ intelligẽdo reflectere se supra obiecta cognita, & illa comparare in attributo rõnis, cum autẽ loc.cit. admittit Doctor vltimũ gradũ in entibus rõnis, loquitur ex suppositione, vt ibi notauit Maurit. quę tñ suppositio est absolutè falsa. Vel dicendum quod etiam tribus illis dumtaxat gradibus admissis in secundis intentionibus, hoc non obstat, quin adhuc vna secunda intentio possit super aliam fundari in infinitum, quia in illo tertio gradu potest institui latitudo infinita secundarũ intẽtionũ, quarũ vna super aliã fũdari possit, & omnes spectabunt ad illũ tertiũ gradũ, quia quatenus vna secunda intentio super aliam fundatur, habet rationẽ modi.

DISPVTATIO QVARTA.

De Vniuersalibus in communi.

EXPLICATA natura entis rationis, & secundæ intentionis, vt sic in genere, nunc ad explicandas in specie descendimus intentiones logicales, & ab eis incipimus, quæ Vniuersalia, seu Prædicabilia dicuntur, eo quia eorum cognitio multum deseruit ad ordinanda prædicamenta; agemus autem de ipsis primò in communi, posteà in particulari. Hæc dici solent vniuersalia in prædicando ad differentiam vniuersalis, tum in causando, cuiusmodi est Deus, & quæcunque alia causa concurrens ad plures effectus, tùm in significando, qualis est vox plura significans, vt hoc nomen animal, *quod omnia significat animalia, tùm in repræsentando, qualis est hominis imago, aut etiam eius cognitio, quæ aliquo modo omnes homines repræsentat, tum denique ad differentiam vniuersalis in essendo, quòd nempè cum aliqualì sua vnitate est, vel esse potest in multis, vt natura animalis in omnibus animalibus, & hominis in omnibus hominibus. Igitur vniuersale in prædicando, de quo hic agere intendimus, nullum horum est, sed tantùm est secunda quædam intentio applicata illi naturæ communi, quæ dicitur vniuersale in essendo, per quam relationem rationis illa natura communis constituitur proximè potens prædicari de multis. Ex quo patet vniuersale in essendo esse fundamentum vniuersalis in prædicando, ex eo .n. quod natura humana est in Petro, & Paulo, prædicatur de illis. Hinc vniuersale in essendo consueuit appellari vniuersale materiale, & fundamẽtale, & pro*

prima intentione, item vniuersale Metaphysicum, quatenus Metaphysicus considerat naturas rerum secundum se; vniuersale vero in prædicando dicitur vniuersale formale in actu, & pro secunda intentione, quia nimirum importat ipsam intentionem vniuersalitatis, quæ est forma rationis, qua aliquid denominatur vniuersale in actu, dicitur etiam vniuersale logicum, quia logicus per se considerat secundas intentiones, naturas vero rerum non, nisi quatenus inseruiunt pro fundamentis illarum, quia agit de secundis intentionibus, vt fundantur in primis. Cum igitur vniuersale in essendo propriè ad Metaphysicum spectet, ad Metaphysicam tractationem eius ex professo remittimus, vt metaphysica à logicis, quantum fieri potest, discernamus; quia tamen fundatur in eo vniuersale logicum, ne fundamentum eius sit tyronibus prorsus ignotum, aliqua obiter initio huius disp. de ipso vniuersale in essendo ex Metaphysica supponemus.

QVÆSTIO PRIMA.

An detur vniuersale à parte rei.

MOuetur quæsitum tàm de vniuersali in essendo, quã in prædicando, & quoad vtramq; partẽ hìc resoluetur, obiter tñ de vniuersali in essendo. Hac de re duæ extant extremæ opiniones, & vna media, quæ est vera, ac tenẽda. Prima est quorundã Philosophorum antiquorum, quã refert Arist. 1. Met. c. 6. & 4. Met. c. 5. de Heraclito, & Cratillo, qui in rerũ natura singularia solũ agnoscebãt, & vniuersalia prorsus negabant; ab hac opinione non multũ distat Nominaliũ placitũ, qui rõnem vniuersalis reponũt solũ in vocibus, & conceptibus concedendo tñ vniuersalia in significãdo, & repræsentãdo, negando prorsus in essendo, vndè & nominales cognominati sunt, ità Ocham p. 1. log. c. 14. & 1. d. 2. q. 4. & quol. 5. q. 12. & 13. Gabriel. 1. d. 2. q. 7. Greg. 1. d. 3. Rubiõ. ibid. q. 7. & ex Recẽtioribus quamplures ex Patribus Societatis, præsertim Hurtad. disp. 5. Met. sect. 10. Arriag. disp. 6. log. sect. 4. Altera opinio ex diametro opposita concedit vniuersale in actu à parte rei, non tamen eodem modo; Plato namque hoc admittebat separatum à singularibus, vt ei impingit Arist. 1. Met. c. 6. & lib. 7. c. 8. itaquod daretur homo, seu humanitas in communi, de qua singuli homines participent, & equus in cõmuni, de quo omnes equi, eo ferè modo quo plures lucernæ ex eodem lumine accenduntur, alij verò admittunt vniuersale à parte rei, non tamen à singularibus separatum, sed in eis realiter inclusum, imò & cum eis realiter identificatum; vocant autem illud vniuersale in actu, quia naturam cõmunem in pluribus indiuiduis repertam, inquiunt, verè, ac propriè debere dici vniuersalem, nec ei aliquid deficere ad actualem vniuersalitatem requisitum, ità Paulus Venet. q. 1. vniuer. & lib. 2. Met. & mordicus tenet Monlorius disp. de vniuer. c. 6. & solet quoq; Scot. impingi, eo quia in 2. d. 3. q. 1. docet naturã à parte rei de se plurib. cõmmunicabilẽ esse. Tertia denùm sententia concedit à parte rei vniuersale in essendo, .s. naturas cõmunes in singularibus existẽtes, nõ quidẽ quasi sit cõpletũ, & in actu, sed inchoatè solũ, & remotè, quatenus fundare põt secũdã intẽtionẽ vniuersalis logici, quod solũ fatetur esse vniuersale cõpletũ, & in actu, at nõ habere esse, nisi per intellectus operationẽ, quæ est vera sẽtẽtia in oĩbus scholis recepta.

ARTICVLVS PRIMVS.

Resolutio quæsiti de vniuersali in essendo.

DIcendum est vniuersalia in essendo reperiri in rerum natura, non quidem à singularibus separata, sed in eis inclusa, & cum eis realiter identificata.

Con-

Conclusio ex Arist. loc. cit. vbi acriter inuehitur in eos, q tm singularia agnoscebãt in toto entiũ ordine 7. Met. ait definitionẽ, per quã explicantur rerũ quidditates, dari de reb. vniuersalibus, & 1. Post. c. 5. & 11. scientiã esse de vniuersalibus, quæ in singularibus existunt, & cũ scientiæ plurimæ sint reales, planè vniuersalia eorũ obiecta erunt aliquo modo à parte rei, & 1. Perhier. rerũ alias ponit vniuersales, & alias singulares, & 1. Post c. 2. & 2. de anim. c. 5. ait vniuersalia intellectu, singularia sẽsu cognosci: certum autem est obiectũ, præsertim motiuũ, antecedere actum potentiæ cognoscentis aliquo modo, ergo hæc cõclusio est peripatetica, quam proindè recipiunt vnanimiter Thomistę, & Scotistę contra Nominales cũ D. Th. de ente, & essentia c. 4. & opusc. 55. & 56. Scoto 2. d. 3. q. 1. & 7. Met. q. 13. Probatur quoq; euidenti rõne ipsã declarando, nã per vniuersalia in essendo hic intelligimus solũ naturas cõmunes, per quas indiuidua à parte rei conueniũt, & assimilãtur, sed tales naturas reperiri ipsa experiẽtia docet, nã per humanitatẽ Petrus conuenit cum Paulo, non cũ Bucephalo, per animalitatẽ cõuenit cũ Bucephalo, nõ cũ lapide, ergo &c. Itẽ per vniuersale in essendo secũdũ cõmunem loquendi modũ nõ intelligitur vniuersale cõpletum, & in actu, sed natura cõmunis quæ possit esse fundamentũ intentionis vniuersalitatis, & ob suã cõmunitatẽ præbere occasionẽ intellectui, vt ipsã concipiat verè, & positiuè vnam in multis, & de multis prædicetur, at admittere vniuersale à parte rei in hoc sensu, inchoatũ nimirũ duntaxat, & incõpletum, nõ solũ absurdum nõ est, sed maximè necessariũ, ne dicamus intellectũ temerè, & abque sufficienti fundamẽto cogitare naturas vniuersales, ergo &c. vide Trõbet. 7. Met. q. 9. & Ant. And. ibidẽ, & initio prædicab.

Secundò probatur eadẽ cõclusio contra Nominales, nẽpè nõ solũ dari voces, aut cõceptus formales cõmunes, sed illis verè correspondere naturas cõmunes, p conceptibus obiectiuis, idq; probatur in primis ex veritate prædicationis, in quã natura cõmunis enũciatur de aliquo singulari, vt cũ dicimus, *Petrus est homo*, hic planè vniuersale quodã enunciamus de singulari, & ostendimus habere cũ eo essentialẽ connexionẽ, & quidẽ nõ indicatur connexio inter illas voces, *Petrus*, & *homo*, neq; inter conceptus formales illarum, quia prædicatio esset omninò falsa, sed inter res per illas voces, & conceptus significatas, ergo cum enũciatio sit vniuersalis de particulari, planè præter singularia, & vniuersalia in significãdo admittendę sunt naturæ cõmuues, quæ dicuntur vniuersalia in essendo, & cõceptibus formalibus cõmunibus correspondent pro conceptibus obiectiuis.

Respondent Nominales neg. conseq. conceptus namque formalis hominis, vt sic nõ significat immediatè aliquam naturam communem indiuiduis humanis, sed immediatè omnia ipsa singularia cõfusè cognita sine distinctione inter illa. Cõtra, vel significat illa copulatiuè, aut copulatim sumpta, vel disiunctiuè, seu disiunctim, non primum, quia cum totum, quod concipitur ex parte prædicati, debeat affirmari de subiecto, si per illum prædicatum *homo* copulatiuè significantur indiuidua omnia, & singula naturæ humanæ, omnia quoque, & singula de Petro affirmarentur, & sic esset propositio falsa. Nec valet quorundam responsio, quòd licèt videantur omnes naturæ singularium de Petro affirmari, re tamen vera non affirmatur, nisi propria eius natura, quia in hoc differt actus copulatiuus cõfusus, per quem fit supradicta propositio, à copulatiuo claro, quod vbi iste de subiecto affirmat totum id, quod ex parte prædicati attingit, confusus non affirmat, nisi partem sui obiecti. Non valet, quia ad veritatẽ propositionis copulatiuę absolutè sũpræ, siue nimirũ sit copulatiua clara, siue confusa, indi-

spensabiliter requiritur, vt totum prædicatum, & quælibet eius pars verificetur de subiecto; nec sufficit, quod aliqua pars tm illi conueniat, & in hoc præsertim à disiunctiua secernitur, vt constat ex Summulis. Si verò alterū afferatur cū Hurtad. §. 179. q. si *homo* in allata propositione significat oïa humana indiuidua disiunctiuè; tunc illa propositio *Petrus est homo*, sic resoluetur Petrus est hic, vel ille homo, sed ista nō est prædicatio vniuersalis de singulari, sed indiuidui vagi, vt cū dicimus *Petrus est aliquis homo*, ita .n. resoluitur, vt eius sensus sit, quod est hic, vel ille homo; tū quia vniuersale debet de pluribus prædicari per modū vnius, ac .n. ratione dicitur unum in multis, & de multis, ergo in prædicatione non pōt significare plura disiunctim. Si tādē dicatur, vt ait Arriag. cit. sect. 6. nu. 31. naturā humanā confusè conceptam esse prædicabilē de quolibet indiuiduo inadæquatè, .i. vnā de vno, & aliam de alio, quod sufficit, vt absolutè illa sit prædicabilis de pluribus, vt ad vniuersale requiritur. Contra, quia tunc in qualibet propositione propria natura prædicabitur de proprio indiuiduo, & ita cum dicimus *Petrus est homo*, non erit prędicatio superioris de inferiori, & vniuersalis de singulari, sed eiusdē de seipso; vt benè vrget Lichet. contra Ocham 2. d. 3. q. 1. §. *Ad responsionem*, quē nodum, vt soluat Arriag. cit. mirabilia dicit, & incredibilia, quæ confutatione non egent.

Deinde principaliter, cognitio vniuersalis non immediatè terminatur ad omnia singularia contenta sub illo, ergo obiectum immediatum talis actus erit aliqua vna natura ita communis à parte rei omnibus illis, vt in ipsa omninò conueniant, & assimilentur, probatur assumptum, quia ille actus omninò præscindit à singularitatibus, cum ex vi ipsius indiuidua cōueniāt, & nō distinguantur, ergo nō immediatè terminatur ad illa, alioquin & singularitates attinguntur. Resp. Hurt. cit. §. 163. per illum actum concipi immediatè oïa indiuidua, vt similia, & ideò præscindere à singularitatibus, quæ ipsa reddūt dissimilia, vndè §. 147. inquit immediatū fundamentū vniuersalitatis esse plura singularia, vt similia. Hæc solutio tā infirma est, vt neq; Arriaga, estò sit eiusdem opinionis, eā recipiat, & quia est quorundā veterum Thomistarum præsertim Heruæi eā refert, & optimè impugnat Zerbius 5. Met. q. 17. §. *Propter secūdum*, nā quæritur, quid sit illud, in quo indiuidua v.g. humana sunt similia, sanè ens rationis esse nequit quia similitudo supponitur esse realis, si est quid reale, planè id esse nequit aliqua natura singularis pluribus cōmunicabilis, quia id tm Diuinis personis reseruatur, ergo communis. Neq; immediatū fundamentum talis similitudinis possunt poni ipsa oïa singularia, vt cōformia, vt dicebat Hurt. nā hoc, quod est oïa singularia, vt cōformia, vel dicit aliquid præter ea absolutè cōsiderata, vel nō, si nō, cum oïa singularia absolutè cōsiderata sint plura, vt plura, tūc oïa singularia, vt similia, erūt plura, vt plura, & sic ratio pluralitatis, īquātū talis, esset ratio formalis cōformitatis, & vnitatis, quod est impossibile; si primū, certè id esse nequit, nisi aliquod reale ipsis cōmune, in quo cōueniant, quod est intentum.

Resp. Arriag. cit. per actum illum cōfusum plura cognosci ex parte obiecti, etiam si ex parte modi attingantur, vt vnum, quatenus per confusionem nō distinguuntur illa plura. Contra, ille actus ob sui confusionem non attingit singularitates omnium indiuiduorum, ergo non attingit plura, vt plura ex parte obiecti, quia indiuidualis pluratitas ex illis solū prouenit, ergo nedum ex parte modi, sed etiam ex parte obiecti plura attingit, vt vnum; Prob. conseq. quia cognitio id tātum repræsentat, quod se tenet ex parte obiecti; si igitur non repræsentat pluralitatem, & distinctionem, certè neq; obiectum, prout est terminus illius cognitionis, distinctionem habebit. Confir. quia

si ex

si ex parte obiecti plura attingit, vt plura, ergo nõ repręsẽtabit illa vt indistincta, & per modũ vnius, nã totũ id repræsentat, ꝙ attingit, cũ ergo non repræsentet plura, sed vnũ, signum est nõ attingere plura, sed vnũ. Tandẽ in lib. de anim. ostẽdemus obiectũ non accipere vnitatẽ à cõceptu, sed potius è contra conceptum ab obiecto, qa potẽtię specificãtur per actus & actus per obiecta ex 2. de an. ergo falsũ est naturã humanã v. g. aliã vnitatem nõ habere, nisi quã accipit à cõceptu formali intellectus confuso; sed contra hoc Nominalismũ fusius agemus in Met. Vide Tat. q. 1. Prædic. dub. 2. Fab. 4. Met. d. 9.

Tertiò quod hæc vniuersalia in essendo, seù naturæ communes poni non debeant à suis singularibus separata, sed in eis inclusa, & cum eis realiter identificata, est etiam communis Peripateticorum sensus, & expressa Arist. sententia contra Platon. vnde 7. Met. ait, ꝙ nullũ vniuersale existit præter singularia separatim, & 10. Met. vniuersalia non sunt præter multa, & 1. Post. domus non est p̃ter has domos, & lateres præter hos lateres, & in prædic. substãtiæ habet, corruptis primis substantijs impossibile esse aliquid aliorũ remanere, hoc est, destructis singularibus vniuersalia quoq; euanescere, vt expositores ibi tradunt, & probatur manifesta rõne ex ipso Arist. deducta 7. Met. contra Platon. quia vniuersalia verè prædicantur de suis singularibus, vt Sortes est homo, sed prædicari verè de alio præsupponit esse in illo, de quo prædicatur, ergo vniuersale est in indiuiduis, non autem separatum ab eis. Imò vniuersalia essentialia, vt sunt genera, & species, non solùm debent esse in indiuiduis, de quibus prædicantur, inclusa, sed etiam realiter identificata, cum sint essentia, vel pars essentiæ illorum. Accedit, implicare in terminis vniuersale existẽs solitariè à singularibus separatum, quia omnis res, quę solitariè existit, & immediatè in vniuerso, singularis est, ac indiuidua, iuxta illud Boetij axioma, *Omne, quod est, ideò est, quia vnum numero est* ꝙ in hoc sensu ab oĩbus intelligitur. Verùm an talis fuerit sentẽtia Platonis qualẽ ei imposuit Arist. valdè dubium est, & quod suspicionẽ auget, est, ꝙ testatur D. Th. (testis planè fide dignissimus, & omni exceptione maior) lib. 4. de reg. Princ. c. 4. Arist. nẽpè nõ planè referre aliorum sententias, maximè Socratis, & Platon. & quidẽ grauissimi Patres, & Philosophi præsertim verò Aug. lib. 83. qq. q. 46. & lib. 7. de Ciuit. Dei c. 28. Seneca lib. 8. & Eugubinus de Perenni Philos. c. 10. Plat. ab hac vindicant impostura, & inquiunt fuisse locutum de Ideis in mẽte diuina, quib. subscribit Scot. 1. d. 35. q. vn. §. *Ad ista*, affirmans Arist. malè retulisse Platõ. sententiã, subdit Mayron. 1. d. 47. q. 3. id fecisse inuidia motũ, sed videãtur Auersa q. 8. log. sect. 2. & Pasqualig. p. 2. suæ Met. disp. 11. sect. 3. de mẽte Platon. optimè discurrentes, & Mayron. loc. cit. pro Platone cõtra Arist. strenuè decertãs. De vniuersali platonico et diffusè dsseritBonet. 7. suæ Met. c. 2. & 3. & postea lib. 8. c. 1. agit de eisdẽ vniuersalib. iuxtà mentẽ Arist. & Contaren. to. 3. q. perip. q. 1.

Hæc igitur est communis sententia Realium contra Nominales de vniuersa lib. in essendo, vt notat Meurisse libr. 2. Met. cap. 3. q. 3. & quidem Scotum illa admittere à parte rei modo iam declarato patet ex loc. cit. 2. d. 3. quæst. 1. vbi totis viribus id probare contendit, quia verò S. Thomas loc. supracit. ità apertè non loquitur, vndè non desunt, qui eum trahere conantur in Nominalismum, vt Hurt. & Arriag. cit. ideò locum alium adducere libet, quem refert Zerbius, ex tractatu de sensu respectu singulariũ; & intellectu respectu vniuersalium, vbi in fine inquit *ipsa natura, quibus accidit intentio vniuersalitatis, sunt in rebus, & propter hoc nomina communia significantia naturas ipsas prædicantur de indiuiduis; non autem nomina significantia in-*

rationes, Sortes.n.est homo, sed nō species, hunc,& alia loca. S.Thom. ex tract.de vniuersalib.& de natura generis,& ex 1. sent.d.18.q.5.art.1.in corp. adducit Zerbius;ex quibus manifestè deducitur Doctor Angel.non à Nominalib. sed à Realib.stare. Verum tñ est Reales postea etiā inter se discrepare in modo ponēdi vniuersalia in essendo;Scotistę namq;docēt, naturā ità existere in singulari,vt quāuis sit illi realiter identificata, maneat adhuc tamē ex natura rei formaliter distincta à singularitate ob diuersitatē suarū rōnū, quas etiā in tali identitate reali seruant impermixtas:natura .n. ex sua rōne formali sēper est plurib. cōmunicabilis, singularitas incōmunicabilis,adeoquod natura ex cōtractione per singularitatē facta,non nisi extrinsecè,& denominatiuè manet singularizata, quā distinctionē ēt agnoscunt inter gradus metaphysicos.i. inter prædicata essentialia naturæ superiora,& inferiora lineæ prædicamentalis eadē ferè rōne,vt v.g.animal,& rationale ita distinguūtur, quia importāt diuersas formalitates, quarum vna est potentialis,altera actualis,vna est ratio, qua homo,& brutum cōueniūt, altera est ratio,qua differūt, citrà qcunq;opus intellectus, cum ergo de eodē secundum idē contradictoria à parte rei verificari non possint,necesse est, q importēt distinctas ex natura rei formalitates, ità videre est apud Scot.7.Met.q.13.& 16. vbi Trōbet. q.4.&Ant.And.q.14.& in 1.d.8.q.3.&2. d.3.q.1.vbi Tatar. Lichet.& alij Scotistæ circa eadē loca. Thomistæ verò, concedunt quidē naturā cōmunē habere esse reale in singularibus, sed nullo pacto ab esse singularium,& differētia indiuidualis ex natura rei actualiter distinctum,sed tm̄ virtualiter, & per intellectum concipiētem cum fundamento in re naturam communem à singularitate abstractam, & ità consequēter loquuntur de cæteris gradibus metaphysicis;vndē ad argumētum illud de contradictorijs respondent ad tollēdā cōtradictionē sufficere distinctionem virtualē, rōne cuius aliqua non sunt omninò idem,& adequatè, & ità fit cōtradictio circa idē, nō sub eadē rōne, nec sub eodem modo. At hæc solutio parum valet, vt cōstat ex dictis disp.1.qu.5. art.2.loquēdo de distinctione formali,& ex dicēdis disp.9.q.1.ar.2.esto.n. sufficiat ad euitandā contradictionē supposita intellectus operatione,& diuersa eiusdē rei apprehensione, quia tunc opposita prædicata non verificantur de re secundum adæquatā ipsius rōnē,sed inadequatā, & aliquid cōuenit vni cōceptui, quod repugnat alteri, tñ præciso opere intellectus nō sufficit,quia ibi non est alia, & alia ratio,vndè absolutè quicquid pdicatur de vno,prędicatur ēt de altero, vt sunt à parte rei: sed de distinctione graduum prædicamentalium, & compositione metaphysica,quam faciunt, quatenus vna est realitas actualis,& cōtractiua,altera potentialis, & contrahibilis ex professo in Metaph.agendum est:quamuis de cōpositione aliqua dicemus disp.seq.q.3.

Præterea neq; ipsi Scotistæ satis inter se conueniunt de communitate reali naturarū,quidā .n. contendunt esse cōmunes per inexistentiā, itaquod vna, & eadē humanitas realiter reperiatur in omnibus hominibus, v. g. humanitas Petri, & humanitas Pauli nō differunt, nisi extrinsecè,ratione .s. differentiarū adiūctarum; quādo autē asserunt vnā esse naturā in omnibus singularibus sanè non intelligunt esse vnam numericè,id .n.diuinis tantū personis reseruatū est, in quib vna,& eadē numero prorsus indiuisa natura reperitur;sed loquūtur de illa vnitate propria naturæ, quæ importat indiuisionē p principia essētialia, vndè dici solet vnitas formalis, & essentialis, quæ ideò est minor vnitate numerali: & ponere in creatis eandē naturā sic vnam in pluribus singularibus nedū non arbitratur absurdum, sed summè necessarium, ità defendunt Canon. 1. Phys. q.6. Baner.

net lib. 1. Met. c. 2. rõnibus sanè non spernẽdis Meurisse loc. c. q. 4. & fusè Pasqualig. to. 2. Met. disp. 15. & etiã ita loqui videtur Faber in Met. loc. c. & in Philosoph. theor. 93. cũ alijs quibusdã. Cæteri verò Scotistæ admittunt naturas cõmunes solum p indifferentiã, nõ autẽ per inexistẽtiã, vnde consequenter volunt quodlibet suppositũ habere propriã naturã cum sua vnitate formali, & aliã esse humanitatẽ Petri, aliã Pauli, etiã antecedẽter ad differẽtias indiuiduales, dicitur tñ vnaquæque natura cõmunis, quia quãtumuis sit extrinsecè cõtracta per differentiam ad hoc, vel illud indiuiduũ, intrinsecè tamẽ semper indifferens manet, vt sit in hoc, vel in illo, sicut. n. constituit modo Petrũ, ita quantum est de se, poterat cõstituere Paulum, si illi à generãte communicata fuisset, & ideò dicitur cõmunis per indifferentiã; ità defendunt Tatar. q. 1. præd. dub. 3. Vallo in Formalit. in explicatione diuisionis entis rõnis, & egregiè Licher. cit. vbi tñ benè notant, quòd licèt sint tot humanitates, quot homines, adhuc tamẽ vna tm̃ est species humana, qa vnaqueq; nõ est nata fundare, nisi secundã intẽtionẽ eiusdẽ speciei, vtpotè entitates eiusdẽ rõnis, idem tenet Rada 2. p. contr. 3. ar. 1.

Et sanè hæc fuisse videtur mens Doctoris, vt patet ex toto processu illius q. 1. dist. 3: secundi, nam præsertim à §. *Sed contra* vsque ad finem quæst. apertissimè docet cõmunitatẽ naturæ esse per indifferentiã, nõ per inexistentiam, & q. 6. eiusdẽ dist. sub D. respõdens ad illud quæsitũ, an vnitas naturæ cõmunis sit alicuius entitatis in vno tantũ indiuiduo existẽtis, an verò alicuius, φ simul est in duobus, inquit *Concedo ergo, quod hæc vnitas formalis nõ est alicuius entitatis existẽtis in duobus indiuiduis, sed in vno*, & in 3. d. 8. q. vn. in fine ait aliã esse vnitatẽ formalẽ humanitatis Christi, & aliã humanitatis Mariæ, & 2. d. 3. q. 7. D. inquit esse distinctas humanitates in pluribus hominibus, sicut vt præcedũt singularitates; hinc tñ inferri nõ debere, φ differãt in humanitate, aliud enim est, aliquid distĩgui, & aliud ipsũ esse primã rõnem distinguendi, vel distinctionis, quia cũ hoc, φ ipsum sit distinctũ, stat, quod ipsum nõ sit ratio distinguendi: concedit ergo Doctor humanitatem Petri esse entitatiuè distinctam ab humanitate Pauli, non tamen esse rationẽ distinguendi Petrum à Paulo, quia quãtum est de se, est etiam communicabilis Paulo, & ideo cum sit entitas cõmunis per indifferentiam, non potest esse prima, & per se ratio distinguẽdi; hæc ergo est genuina mẽs Doctoris, vnde Canon. ipse cit. quamuis probabiliter oppositam tueatur sententiam, subdit tamen hanc secundã esse magis subtilem, & opinioni Scoti consonam.

Et quidem sustinendo dari naturas communes per inexistentiam, euitari nequeunt absurda illa, quæ contra naturæ communitatem vrgebant Aureolus, & Ocham, nimirum quòd vna, & eadem natura erit simul, & semel misera, & beata, quia in Christo existens est beata, & in Iuda damnata: & quòd Petrus nequit annihilari à Deo, quia semper aliqua eius entitas remaneret, nempè illa, quæ communis est illi cum cæteris indiuiduis remanentibus; neque nouus homo creari, quia creatio petit esse ex nihilo, & in hac sententia præexisteret eius natura in indiuiduis iam existentibus: daretur insuper de facto vniuersale in actu à parte rei, ex vna enim parte natura est realiter vna, & ex alia cum tali vnitate reperiretur in multis, quæ duo constituunt vniuersale in actu, vt patebit art. seq. Conantur quidem Auctores alterius opinionis Doctorem explicare, & hæc inconuenientia euitare, vnde ad primam auctoritatem ait Meurisse q. 4. Scotum intelligere vnitatem naturæ nõ esse alicuius entitatis existentis in duobus indiuiduis cum sui diuisione ętherogenea .i. per differentias alterius rationis, quales sunt specificæ, benè tamen

cum

cum sui diuisione homogenea .i. per differentias eiusdē rōnis, quales sunt indiuiduales. Ad 1. inconueniens ait Faber, ꝙ natura Christi est numero diuersa à natura Iudæ, & solū eadē specie nō inconuenit autē aliquā naturā eiusdem speciei cū natura Christi esse miserā. Ad alterum incōueniēs inquit Canoni. sufficere ad anihilationē, si nihil remaneat singulare, & ad creationē, si nihil p̄existat sīgulare.

Sed sunt vani conatus, nā cum ait Doctor vnitatem formalē naturæ non esse alicuius entitatis existētis in duob. indiuiduis, sed in vno, estò exēplificet de natura specifica, tradidit tñ illā doctrinam generatim de vnitate naturæ tàm specificæ, quàm genericæ, de quibus loquitur promiscuè in illis quæst. imò si verū est, ꝙ ibi docet Meurisse naturam humanā esse totùm homogeneum Metaphysicum, & indiuidua naturæ humanæ esse partes subiectiuas illius totius, atq; ideò naturā contractam habere solam vnitatem negantem diuisionem ætherogeneam, non homogeneam (in quo melius loqui non poterat) certè non ampliùs defendere potest communitatem naturæ per inexistentiā, quia nulla eadem entitas est in duobus indiuiduis, alia .n. est entitas humanitatis Petri, alia Pauli, esto omnes sint homogeneæ, sed tantùm per indifferentiam, quatenus quæ constituit Petrum, poterat etiam constituere Paulum. Neque etiam Faber primum subterfugit absurdum, quia argumentum vrget inconueniens esse, quòd vna, & eadem entitas, quomodocunque ponatur vna, siuè numero, siuè specie, dummodo sit vnitas realis, qualis ponitur esse vnitas naturæ, sit simul, & semel misera, & beata, nam in illa opinione humanitas Christi, & Iudæ antecedenter ad singularitates non sunt distinctæ res, vel entitates, ergo licèt non eadem singularitas sit misera, & beata, & simul, & semel, bene tñ eadem natura, quod adeò absurdum est etiam in hoc sensu asserere, vt meritò Tatar. cit. hanc imaginationem appellet merā fatuitatē. Nec etiam candidè Canon. alterum subterfugit absurdum, quia secundum cōem, & sanum sensūad ānihilationē requiritur, vt nihil remaneat in rerū natura entitatis, quę actualis intrinsecè cōponebat rem annihilatā, sicut ad creationē, vt nihil p̄existat entitatis intrīsecè componentis rem creatam, sed de hoc ex professo agemus in Metaphysica.

Soluuntur Obiectiones.

IN oppositū obijcitur 1. pro opinione Heracliti, & Cratilli, quia quicquid est in rerum natura, vel est Deus, vel creatura, sed vnumquodque horum singulare est, de Deo patet, ac etiā de creatura, quia hæc existit ex vi alicuius actionis realis, actiones verò sunt circa singularia 1. Met. text. 1. Tum 2. existentia est actus rei singularis, ergo quicquid existit singulare est. Tum 3. quia omne, quod est, ideò est, quia singulare est ex Boet. Tum 4. si darentur vniuersalia, id potissimum esset propter scientias, sed istæ possunt esse de singularibus, vt constat de Theologia, quæ est de Deo singularissimo. Tū 5. ad vniuersale duo necessariò requiruntur, vnitas, & multitudo, vndè definitur, ꝙ sit vnū in multis, qa si esset vnū, & nō respiceret multa, tunc deesset cōitas, si verò respiceret multa, & nō esset vnū, tunc esset merè simpliciter plura, sed vnitas, & multitudo inter se repugnāt, ergo &c. Tū tandē, quia Arist. ipse 1. Post. 149. loquēs de vniuersalib. ait, *species valeant, figmentū .n. sunt*, & 1. de an. c. 3. ait vniuersale, aut nihil est, aut posterius est. s. p solā operationē intellectus.

Resp. neg. minorem de creatura qualiber vniuersim, licèt enim omnes illæ creaturæ, quæ primariò, & immediatè terminant actionem productiuam, sint singulares, non tamen quicquid producitur concomitanter ad earum productionem, necessę est esse intrinsecè singulare

gulare, & in hoc sensu possunt actiones esse etiã circa vniuersalia, vt ait Doctor 3.d.22.q.vn.G. Ad 2. verũ est assũptũ de existentia perfecta,& vltimata,qualis est existẽtia rei immediatè existẽtis, talis nõ est existẽtia naturæ, quæ existit solũ mediantibus singularib. Ad 3.ideò sic loquitur Boet,quia etiã naturæ cõmunes ideò existũt,quia sunt in singularibus, qua ratione,& ipsæ singulares dicuntur nõ per se,& intrinsecè,sed per accidẽs,& denominatiuè rõne differẽtiç indiuidualis adiunctæ,vt declarat Doctor 2. d.3. q.6. T. Ad 4.data ma.neg.min.vt.n.dicetur ad li. Post.scientia propriè nõ est de singularib. Deus autẽ esto sit singularis,adhuc tñ est sũmè decessarius,& ideò de ipso scientia datur. Ad 5.vnitas, & multitudo nõ repugnant,nisi eodẽ modo sumantur, nempè vnitas numeralis, & pariter numeralis, multitudo,quãdo autem dicimus ad vniuersale in essendo etiã suo modo requiri vnitatem,& multitudinem,loquimur de vnitate formali, & multitudine numerali, quç inuicem non repugnãt, quia vnitas formalis est minor numerali;benè tamen verum est non requiri tãtam vnitatem ad vniuersale in essendo, quanta requiritur ad vniuersale in prædicando, vt patebit ex dicendis. Ad 6. vt omnes expositores aduertunt,ibi loquitur Aristot. de vniuersalibus Platonicis; & loc. cit. 1. de an.loquitur de vniuersali logico,quod vtiq; aut nihil est, cum solũ sit ens rõnis, aut posterius est,cum abstrahatur à rebus per operationem intellectus.

Secundò arguitur pro Nominalibus, quod dẽtur sola vniuersalia in significãdo, quia Arist.6. Met.13.& libr.10.6. inquit genera, & species substantiarum nõ esse substantias; in prædicam. cap.de sub. ait secundas substantias qualequid significare,sed significare proprium est nominum, & conceptuum, ergo hæc omnia sunt voces dumtaxat, & conceptus. Et 4. Polit. cap.2. ait de optimo statu Reipub. differere nil aliud esse, quam de nominibus disputare. Præterea dantur termini vniuersales, & particulares, vt ex Sũmulis cõstat. Tandẽ sciẽtia est de vniuersalibus,at nõ est,nisi de vocib., & cõceptibus,cũ.n.intellectus affirmando,vel negãdo iungit,vel separat extrema,certè nõ iungit,vel separat res ipsas,sed tm cõceptus formales,& voces,dũ foris exprimũtur,ergo inter cõceptus solũ,& voces exercẽtur,& p̃dicatões mẽtales, vocales.

Resp. Aristot. negat genera,& species substantiarum esse substantias separatas, vt aiebat Plato, ità exponunt ibi Scotus præsertim,& D.Thomas; in prædic. sub. vtitur re pro nomine,vt sensus sit secundæ substantiæ .i. nomina secundarũ substantiarum significant quale quid,eodem .n. modo ibi dixit primam substantiam significare hoc aliquid, quç tamen etiam secundum Nominales non est purũ nomen;vel accipit significare pro esse, sicut dicere solemus, quod homo significat animal rationale .i. est animal rationale; 4. Polit. non habentur illa verba, si alibi habentur, dicendum est interdum accipi nomina pro rebus, & quidẽ phrasis est Sacræ Scripturæ satis familiaris accipere verbũ pro re significata, *videamus hoc verbum, quod factum est,*&c, *displicuit hoc verbum in conspectu regis,* &c. Ad 2. illa distinctio conuenit terminis rõne significati vniuersalis, vel particularis, ꝙ optimè docuit Arist.1. Elenc. c.1. cũ ait, nominibus nos vti pro rebus, quia res in disputatione adduci nõ possũt, vnde nec de singularibus ipsis loquimur,nisi vtendo nominib. Ad 3.neg.min. cũ sua ꝓbat. intellctus .n. in ꝓpositione iungit, & separat res ipsas,nõ quidẽ,vt sũt à parte rei sed vt sunt obiectiuè in ipso, & similiter dũ siũt predicõnes vocales nõ enũciatur vna vox de alia,se res significatę p voces.

Tertiò arguitur pro Platonicis, quod si dantur vniuersalia in essendo, debeant poni separata à singularibus; scientia debet esse de obiecto immutabili, incorruptibili, ac æterno, sed vniuersalia admittuntur,

runtur, vt vera de rebus habeatur scientia, ergo hæc statui debent immutabilia, perpetua, & æterna, sed si ponerētur in singularibus, nō essent huiusmodi, qa ad corruptionē illorū interirent, ergo debēt poni ab illis separata. Tū 2. si nullus existeret homo in particulari, adhuc daretur scientia de homine in cōmuni, verū .n. esset dicere hominē esse animal rationale, &c. ergo datur homo in cōmuni, de quo id verè affirmari potest. Tum 3. essentiæ rerū sunt æternæ, cū sēper verum sit dicere hominē esse animal rationale, sed nō sūt ęternę in suis singularibus, ergo extra illa. Tū 4. simile debet generari à simili, at videmus multa à causis particularibus dissimilibus generari, ergo debet dari aliqua causa vniuersalis, quæ suā similitudinē rebus genitis imprimat. Tū 5. si non daretur vniuersale separatū, tūc intellectus falleretur cognoscendo vniuersale nō cognitis singularibus, quia cognosceret extrà illa, cū tñ sit intra. Tum demū si vniuersale esset in singulari, ipsum quoq; redderet vniuersale, sicut albedo existēs in homine ipsū reddit albū.

Resp. nō esse de ratione obiecti scientiæ, quod sit necessarium, & immutabile quoad existentiā, sed tantū quoad cōnexionē prædicati cum subiecto, q; est dicere ad scientiā requiri necessitatē cōplexā, & propositionis, non verò incōplexā; & terminorū, vt docet Doctor 1. d. 3. q. 4. I. & K. Ad 2. neg. conseq. quia ad veritatē propositionū necessariarū nō requiritur quod extrema supponāt pro aliquo existente, sed sufficit, q; supponāt pro aliquo in esse cognito, & q; iungātur adinuicē, quandocūque .n. extrema taliū suppositionū cōponuntur adinuicē, propositiones cōstitutæ ex ipsis sunt semper veræ, quia sēper tunc est cōformitas actus intelligēdi, seu propositionis mētalis ad rē cognitā, ità Tatar. q. vlt. præd. ar. 2. dub. 3. ex Scot. 1. Perhier. q. 8. & fusius 1. d. 36. q. vn. Ad 3. essentiæ rerū dici solēt æternæ, non simpliciter, & incōplexè, qa & ipsæ corrumpuntur ad singulariū corruptionem, vt notat Doctor 3. d. 22. q. vn. G. sed secundū quid, & cōplexè, quatenus propositiones æternæ veritatis de ipsis efformamus, dū eis cōiungimus propria prædicata; dicūtur etiā æternæ, vt notat Doctor cit. quatenus nō sunt proximè corruptibiles, ignis .n. nō est in potētia propinqua ad corruptionem, nisi sit in esse existentiæ. Ad 4. nō est necessaria semper similitudo formalis, & vniuoca inter causā, & effectum: sed multoties sufficit virtualis, vt generatim patet in causis æquiuocis: & saltim in effectibus vniuocis locū habere nequit vniuersale Platonicū. Ad 5. intellectus nō fallitur, quia dū considerat naturā nō cōsideratis indiuiduis, propriè non diuidit, aut separat naturam ab illis, qa nō cōtemplatur naturā sine illis, sed cōsiderat vnum nō considerando aliud, q; est præscindere, & abstrahere, abstrahentium verò nō est mendacium 2. Phys. 12. Ad vlt. negatur sequela, quia natura est in singularibus, vt superius in inferiori, non vt accidens in subiecto, & communitas conuenit naturæ, vt supponit simpliciter, non autem personaliter;

ARTICVLVS SECVNDVS.

Resolutio quæsiti de vniuersali in prædicando.

Dicendum est vniuersale in prædicādo, q; solum propriè est vniuersale, non dari à parte rei, sed tantum per operationem intellectus. Hæc conclusio est communis, quam ità manifestè docuit Scotus, vt immeritò prorsus citetur in oppositum, quamuis .n. 2. d. 3. q. 1. & seq. tribuat naturæ à parte rei quandam vnitatem minorem vnitate numerali, & quādam aptitudinem ad essēdū in multis disiunctim, ibi tamen apertè se declarat hoc non sufficere ad rationem vniuersalis in actu, vndè sub I. sic loquitur, *est ergo in re commune, quod non est de se hoc,*

se hoc, sed tale commune non est vniuersale in actu, cuius dicti rōnem reddit ibidē; imò §. *ad quaestionem* disertè docet naturā de se, nec esse vniuersalē, neque particularē, sed ad vtrūq; indifferentē, & in fine quaest. ait, quòd communitas cōuenit naturae ex se, nō tamē vniuersalitas, & ideò quaerēda est causa vniuersalitatis, nō tamē quaerenda est causa cōmunitatis alia ab ipsa natura, & 1. d. 23. q. vn. versus finē inquit vniuersalitatē nō cōuenire homini, nisi per actū intellectus operantis, & negotiantis, & 1. Met. q. 6. n. 6. item 7, Me . q. 13. n. 19. sic loquitur *Intelligēdū quod vniuersale completū est, quod est in pluribus, & de pluribus, non actu, sed potētia propinqua, & tale nihil est, nisi ex cōsideratione intellectus*, sic etiā loquuntur eius Discipuli circa eadē loca, vnde Trōbet. 7. Met. q. 9. esto vniuersale Metaphysicè sumptū ponat à parte rei, vt fundamentū vniuersalitatis logicae, ipsū tamē vniuersale logicū, inquit, esse tantū in intellectu, & nullo modo extra intellectū; de mente igitur Scoti, & Scotistarum nullus remanet ambigendi locus.

Probatur itaque conclusio auctoritate, Arist. loquens 1. de anim. tex. 8. de vniuersali logico, ait, aut nihil esse in rebus, aut posterius esse, quia nimirū opere intellectus fit per abstractionē ab eis; & Auerroes ipse dixit ibidē intellectū facere vniuersalitatē in rebus, est Philop. 1. Post c. 20. dicentis vniuersale in sola intelligētia habere esse, & omnium denique Graecorū, & Latinorū. Ratio à priori huius cōclusionis est, quā Scotus adducit 2. d. 3. q. 1. H. vniuersale in actu illud est, quod habet vnitatē indifferentē, secundū quā ipsum idem est in potentia proxima, vt dicatur de quolibet supposito praedicatione dicente, hoc est hoc, quia vniuersale 1, Post. 25. est, quod est vnum in multis, & de multis, sed nihil secundū qualibet vnitatem in re est tale, quod secundū ipsam vnitatem praecisam sit in potentia proxima ad talē praedicationē, ergo nulla natura à parte rei dici potest vniuersalis propriè, & in rigore; Prob. min. quia licèt alicui existenti in re non repugnet esse in alia singularitate ab illa, in qua est, nō tamen illud verè dici potest de quolibet inferiori, q quodlibet sit ipsū, quia actu non reperitur, nisi in vno indiuiduo, & à parte rei non constituit, nisi illud, quare de illo solo poterit affirmari.

Pro intelligentia huius rōnis notandū est, quòd in Schola subtilium duplex distingui solet cōmunitas, seu indifferētia, aut aptitudo naturę ad essendū in multis (quae distinctio esto à quibusdā Scotistis soleat paulò aliter explicari, à nobis tamē explicabitur magis ad phrasim Doctoris cit. d. 3. q. 1. vbi illā insinuauit) altera positiua, altera priuatiua, vel negatiua, positiua est illa, secundum quā natura cōcipitur in se indiuisa, & ab omnibus differentijs indiuidualibus abstracta aequaliter oēs respiciens, qua rōne appellari etiā solet indifferentia, seu indeterminatio contraria, quatenus positiuè contrariatur determinationi actuali per differentiam, & eam penitus excludit, si enim illam secum admitteret, iam non esset ab omnibus singularibus abstracta, nec aequaliter omnia respiceret: priuatiua verò, seu negatiua est illa indifferentia, quā adhuc natura in se retinet, quando contracta est, quia non adhuc contracta distinguitur formaliter à differētia, per quam contrahitur, hinc retinet quandam non repugnantiā ex sua ratione formali procedentem, vt possit esse quantum est de se, sub alia singularitate ab ea, in qua est, & dicitur priuatiua, vel negatiua, quia cum simili indifferentia naturae stat extrinseca determinatio eiusdem per aliquam differentiam indiuidualem. Quae distinctio ab alijs adhuc facilius traditur sub nomine aptitudinis, quòd duplex sit aptitudo naturae ad essendum in multis, vna proxima, altera remota, proxima est potentia libera, & expedita, remota est potentia impedita, propter quod impedi-

pedimentũ reduci nequit ad actũ, ſicut materia ſecundũ ſe dicit potẽtiam proximá recipiẽdi formas quaslibet diſiũctim itaut habeat ſimultatẽ potẽtiæ,nõ potentiam ſimultatis, ſed affecta aliqua forma eſt in potẽtia remota ad recipiẽdã alterã.

Rurſus not.eſt,vt ſupra inſinuauimus, rõnem formalẽ vniuerſalis conſiſtere in duobus.ſ.in vnitate,& cõmunicabilitate .i.vt actu, vel ſaltim aptitudine pluribus inſit, nã vtrumq;explica Ariſt.definiens vniuerſale *vnũ in multis*, & quidẽ id intelligendũ eſt de cõmunitate poſitiua, & aptitudine ,pxima, itaut ex æquo oĩa inferiora reſpiciat,& nõ magis vnũ,q̃ aliud; ſed natura nõ poteſt ita ſe habere à parte rei, ſed tantùm per intellectum illam præſcindentem à differentia indiuiduali, ſub qua actu reperitur; probatur hoc, quia à parte rei I n vno tantũ indiuiduo reperitur vna, & in multis multiplex, & ab vna differentia determinata, ac proinde extrinſecè impedita, vt omnia inferiora ex æquo reſpiciat, & omnibus diſiunctim communicari poſſit,vnde à parte rei non eſt indiferens, niſi negatiuè, per intellectum autem aufertur huiuſmodi impedimentum,dum præſcinditur à differentia indiuiduali, & redditur cõmunis poſitiuè,dum concipitur pluribus actu cõmunicata, vel ſaltim cõmunicabilis, vt magis mox patebit, ergo ſolum p intellectũ efficitur propriè vniuerſalis.

In oppoſitum arguitur, quod natura communis ſit propriè vniuerſalis à parte rei, nam habet de ſe propriam vnitatem formalem minorem vnitate numerali, item de ſe habet, quòd ſit pluribus communicabilis, quæ duo ſufficiunt ad conſtituendum vniuerſale. Tum 2.natura vniuerſalis eſt obiectum intellectus, vnde ſcientia dicitur eſſe de vniuerſalibus, ſed obiectum præcedit actum ſuæ potentiæ, ergo &c. Tum 3. multa attributa realia de naturis enunciantur, quatenus vniuerſales ſunt, quòd nempe ſint obiecta ſcientiarum,definibilia,immutabilia, ergo à parte rei ſunt tales. Tum 4. non poteſt vnitas naturæ vniuerſalis attendi ex vnitate conceptus mentis, tunc .n.ſequeretur,quòd multiplicatis numero cõceptibus naturæ humanę in pluribus intellectibus,plures quoq; eſſent naturę humanę vniuerſales, ergo debet attendi ex parte rei. Tum demũ à parte rei datur ſingulare in actu,ergo & vniuerſale in actu,quia relatiua sũt ſimul natura.

Reſp. eſtò natura habeat à parte rei vnitatem formalem ,& communitatem negatiuam,hęc tñ non ſufficit ad vniuerſalitatem propriè dictam,ſed debet eſſe cõmunitas poſitiua, vt nimirum actu ſit in multis, vel ſaltim in potentia proxima ad ſic eſſendum, imò nõ tm̃ maior communitas,ſed etiam maior vnitas requiritur ad vniuerſale, quam habeat natura à parte rei, vt conſtabit ex dicendis. Ad 2. natura vt vniuerſalis materialiter, & remotè ob ſuam indifferentiam negatiuam eſt obiectum intellectus,vt notat Doctor cit.2.d.3.q.1.§. *Ad quæſtionem*, non autẽ vt vniuerſalis formaliter:Inſtabis Scot.1. d.3.q.6.§.*Contra iſtam opinionem*, docere vniuerſalitatem formalem eſſe ſaltim cõditionẽ obiecti intelligibilis, ſed obiectum pręcedit actum ſecundum conditionẽ, quę requiritur ad rõnem obiecti, ergo &c. Reſp.ẽt ibi Doctorem loqui de vniuerſalitate materiali, & remota, vt aduertunt Vigerius, & Lichet. q̃ ſi contendatur loqui de formali, dicemus non eſſe conditionẽ prerequiſitã,ſed tm̃ concomitantem actum intellectus. Ad 3.patet per idẽ, illa namq; attributa enunciãtur de naturis, quatenus vniuerſales sũt materialiter,& remotè,quia nimirũ non pendẽt ex conditionibus indiuiduãtibus, ſed à rõne formali naturę. Ad 4. verum eſt vnitatẽ vniuerſalis pręſertim attendi debere ex vnitate formali, quam habet natura à parte rei, in qua fundatur tamẽ adhuc concedendum eſt naturam vniuerſalem ab actu cognitionis ſuſcipere per extrinſecam denominationem vnitatem

tatem numeralẽ obiecti, vt notat Doctor 2.d.3.q.1.H. quatenus est vnũ de numero intelligibilium; Hinc tñ non sequitur esse diuersa numero vniuersalia, quia cõcretum præsertim accidẽtale non multiplicatur ex multiplicatione formarum, quãdo est idẽ subiectũ ex dict.disp.2.q.6. art.2. at in casu natura, quæ est subiectũ intẽtionis vniuersalitatis, est semper vna sua vnitate formali. Ad vlt. tã singulare, quã vniuersale sumi possunt formaliter, & materialiter, nimirũ pro intẽtionibus superioritatis, & inferioritatis, & pro rebus substratis illis intẽtionib., vniformiter sũpta sunt relatiua, & simul natura; materialiter .n. sũpta ambo sunt à parte rei, formaliter verò solũ per intellectum prædicantẽ, & subijcientem illa inuicem.

Secundò arguitur ad idem; Tum quia prædicamenta sunt entia realia, & extra animã, sed in ipsis cõtinẽtur naturæ vniuersales, ergo &c. Tũ 2. Constans ex materia, & forma est ens reale, compositum naturale etiã in vniuersali est huiusmodi, ergo &c. Tum 3. vniuersale cadit sub sẽsu, vt eius obiectum, ex 2. Post. in fine, estò.n. sensitiua potentia nõ attingat naturã, nisi sub singularitate, non tñ singularitatẽ attingit, vt docet Doctor dist. & q. cit. sub C. sæpè etiam apprehenditur res distans sine cognitione differentiæ contrahentis, vt cum cernimus aliquod esse animal, sed non cognoscimus speciẽ, vel esse hominem, & non cognoscimus indiuiduum, ergo &c. Tum 4. & est argumentum Doctoris ibidem, à parte rei non solũ datur diuersitas numeralis, sed etiam specifica, & generica, ergo etiam à parte rei dari debent vnitas specifica, & generica, quæ sunt vniuersales, patet conseq. quia vnum, & multa, idem, & diuersum sunt opposita 10. Met. toties autem dicitur vnum oppositorum, quoties & reliquum ex 1. Topic. Tum 5. intellectus cõcipit naturam vniuersalem; ergo talis est à parte rei, quia ipse non mutat realiter obiectum, nec verè potest illi tribuere, quod à parte rei non conuenit.

Resp. prædicamenta esse entia realia non ratione vniuersalitatis, sed ratione naturæ, quæ denominatur vniuersalis, quorũ contẽplatio, vt sic, spectat ad Met. esto quatenus vniuersalia ad logicũ pertineãt. Ad 2. cõpositum naturale in vniuersali constat ex materia, & forma obiectiuè, & veluti in esse signato, nõ autem realiter, & exercitè. Ad 3. respectu sensus licèt singularitas nõ sit ratio mouẽdi, est saltim conditio mouentis, itaut ꝙ sentitur, semper singulare est, vt in libris de anim. sic etiã ꝙ à longe videtur, sẽper est aliquod singulare, vt docet Scot. 4. d.8.q. 2.§. *Has omnes conclusiones*, quãuis confusè, & indistinctè; constat .n. semper attingi sub conditionibus indiuiduantibus temporis, & loci, vt animal, vel hominem hic & nunc ambulantẽ. Ad 4. probat solũ dari à parte rei vnitatẽ genericã, & specificã fundamẽtaliter, & ad hoc inducitur à Doct. loc. cit. non autẽ formaliter, quia sic præseferũt secundas intẽtiones, meritò quarum fiunt vniuersales. Ad vlt. neg. conseq. quamuis .n. intellectus non mutet realiter obiectũ, immutat tñ obiectiuè, nec propterea falsum dicit, quia licèt attributũ vniuersalitatis nõ conueniat naturę à parte rei formaliter, & actu aliter, cõuenit tñ fundamẽtaliter, & virtualiter, ꝙ sufficit ad falsitatem tollendã.

Tertiò adhuc fortius arguitur ad idẽ, natura communis est à parte rei vna, & eadem in omnibus singularibus intrinsecè, & solum extrinsecè multiplicata per differentias contractiuas, ergo verè est vniuersalis à parte rei; Conseq. patet quia vt dicebamus art. præced. admittẽdo naturam communem vnam in omnibus per inexistentiã vnitate illa formali, quæ est minor numerali, tenemur quoque à parte rei admittere vniuersale in actu; assumptum verò fusè probatur ab Auctoribus, qui vnitatem formalem naturæ non multiplicant in inferioribus ad multiplicationem vnitatis numeralis, sed

pror-

prorsus ponunt eandem;& fundamentũ est,qa natura humana, quæ est in Petro, & Paulo,caret diuisione formali,& essẽtiali,ergo à parte rei,vt est in pluribus,est formaliter vna,& cõsequẽter vnitas formalis naturę humanæ est vna in omnib., nec multiplicatur ad multiplicationẽ entitatis numeralis: Cõseq.patet,qa vnitas est carẽtia diuisionis 5.Met.11.& quę diuisione carent,eo modo sunt vnum,quo carẽt diuisione.Prob.antec. quia Petrus, & Paulus nõ differunt in natura,& essẽtia,& in rõne hominis non sunt plura à parte rei,quia si Petrus non esset essẽtialiter vnum cumPaulo à parte rei,nõ magis differret à Paulo,quã à Brunello.Imò vnitas formalis naturæ ex hoc capite dicitur minor numerali, qa hæc reperitur tantũ in vno, illa vero in pluribus,& est quædã vnitas cõmunis importans indiuisionẽ p prĩcipia formalia,&essentialia.

Resp.solutionẽ huius difficultatis ,plixã petere disputationẽ in Metaph. differendã,pro nunc dicimus, ens dupliciter accipi, primò formaliter, seu nominaliter,& significat essẽntiã, secundò materialiter, seu participialiter, & significat existentiã, & quidẽ primo modo abstrahit secundum se ab omnibus conditionibus indiuiduantibus,alio modo cõcernit omnes:cum ergo dicitur vnã,& eandem naturã,seu entitatem cõmunem esse in omnibus indiuiduis eiusdẽ speciei,nõ est intelligendũ de entitate in secundo sensu,sic .n. nulla pro[illegible] entitas, quæ est in Petro à parte rei, [illegible]ritur in Paulo, õia enim sunt realiter,ac entitatiuè diuisa,at in primo sensu entitas cõmunis, quę est in Petro,etiã in Paulo reperitur, qa vna formaliter est vtriusq; essẽtia,qa entitas, vt dicit essentiã,nullã dicit determinationem,nec loci,nec temporis, nec indiuiduationis;vnde falluntur imaginatione Aduersarij,qa cũ hæc feratur ad entitatẽ singularẽ, concipiunt particulã aliquã integræ entitatis Petri esse etiã in Paulo; cõcludimus ergo naturã non habere suã vnitatẽ formalẽ adæquatè in omnibus indiuiduis à parte rei,quasi sit eadẽ entitas participialiter in omnibus,sed in hoc sensu in quolibet indiuiduo est vnitas formalis suã cõsequens naturã distincta ab vnitate numerali eiusdẽ indiuidui, & ab vnitate formali naturæ alterius indiuidui:& licet multiplicetur cũ vnitate numerali,adhuc tñ dicitur minor ea, quia quantũ est de se,potest esse in alio indiuiduo ob intrinsecã eius cõmunitatẽ,vnde dici potest stare cũ multitudine numerali,saltim aptitudinaliter.Bene tñ verum est,q dum per intellectũ natura, quæ est in omnibus à parte rei solũ p indifferentiã,concipitur etiã vna in omnibus per inexistentiã (quo actu fit vniuersalis, vt infra dicemus(tũc eius vnitas dicitur minor numerali,qa actu stat cũ multitudine numerali,verũ hæc vnitas nõ est realis,sed rõnis,&dicitur vnitas vniuersalis.

In fine huius art. aduertẽdum est Pasqualig.to.2.suæ Met.disp.18.sec.3.hanc eandem tenere sententiam de vniuersali in prædicando ad mentem Doctoris vbi supra, & eius verba refert, ac ponderat. Verum in duobus errat, primo in hoc, quòd vniuersale in prædicando putat esse vniuersale Metaphysicum: vnde consequenter etiam errat in alio,quia quod Scotus ibi docuit de vniuersali in prædicando, putat docuisse de Metaphysico, quia hoc cum illo confundit: hinc postea ad mentem Doctoris ibidem ponit duplex vniuersale, alterum Physicum, alterum Metaphysicum, per illud intelligens naturam à parte rei in statu realis existentiæ complicatam cum differentijs indiuiduãtibus, per istud eandem naturam in statu præcisionis obiectiuę, quando nimirum per intellectum exuitur differentijs indiuiduantibus, q subindè ait esse vniuersale in actu, & esse prædicabile de pluribus in potentia proxima. Hic loquendi modus admittendus nõ est,quia vniuersale Metaphysicum non est vniuersale in actu, & formali-

maliter,sed in potentia tãtum, & fundamentaliter,& hoc nedum in Schola Subtilium,vt videre est apud Parisiẽses,Trõbet.7.Met.q.8.& 9. sed ẽt in Schol.Thomistarũ,vt testãtur Cõplut.disp.3.log.q.6 in fine, vbi aiunt aliter loqui esse abuti terminis;& quidẽ velle vniuersali metaphysico prędicabilitatẽ tribuere,est prorsus irrationabile,& contra cõmunem loquendi modum, tum quia apud oẽs vniuersale logicum, non autẽ metaphysicũ, est totum potestatiuũ diuisibile in plures partes subiectiuas,de quibus est prædicabile,vniuersale verò metaphysicũ vt fatetur Pasqualig.n.4. potius habet rõnem partis potentialis per differentiã contrahibilis ad constituendum totũ essentiale metaphysicũ:tum quia prędicari est proprium secundarũ intentionũ,ac proindè attinet ad vniuersale logicum, non metaphysicum.Neq;Scotus 2.d.3. q.1.quãdo sub H.ait vniuersale in actu esse id,ꝙ est in potentia proxima ad prædicari de pluribus,loquitur de vniuersali metaphysico,sed logico,superius.n. sub E. de illo verba fecerat, quando dixit naturã de se nec vniuersalem esse actu,nec particularem,&licet realiter nũquã sit sine aliquo istorum, non tñ est de se aliquod istorũ, sed est prius naturaliter omnibus istis, & secũdum istam prioritatem naturalem est quodquid est,& ꝑ se obiectum intellectus,& per se vt sic consideratur àMetaphysico;ità Doctor,quibus verbis apertè significat vniuersale metaphysicum esse naturam secundum se consideratam, vt præscindit à singularitate, & vniuersalitate actuali:non ergo secundum Doctorem vniuersale metaphysicum est vniuersale in actu, sed tantum in potentia.

Quantum verò ad illam distinctionẽ, quam ait esse de menteDoctoris,de vniuersali physico, & metaphysico, vt illud, constituat vniuersale in potentia, hoc in actu;verum est quamplures hanc admittere distinctionem, vt est videre apud Suarez disp.7. sect.8. n. 3. per vniuersale physicũ intelligentes naturã, dũ in esse realis existentiæ cõtracta manet per differentiam indiuidualẽ, per metaphysicũ eandem naturã, q̃do est à conditionibus indiuiduantibus per abstractionẽ intellectus omninò immunis,cõcipiturq;solum in ordine ad sua prędicata essentialia, in quo statu pcisionis dicebat Auicen.à Doctore relatus,quod *equinitas est tantum equinitas*,sed vlterius addunt vniuersale logicum,per ꝙ intelligunt eandẽ naturã affectam secunda intentione vniuersalitatis,per quã ad inferiora refertur in rõne superioris,& prædicabilis:& quidẽ rationabiliter consideratur natura in hoc tertio statu,qa in secundo statu re vera non habet rõnem vniuersalis in actu,seù prędicabilis, quia tunc vel consideratur vt pars metaphysica potentialis per differẽtiã contrahibilis, & sic non habet rõnem vniuersalis,quia non respicit differentiã, vt inferius,de quo prædicari possit;vel in illo statu concipitur, vt quoddam totum actuale.i.in ordine tantũ ad ea attributa, quæ actu continet,nõ verò in ordine ad inferiora,quæ continet in potentia,& vt sic potius natura illa concipitur,vt subijcibilis,quã vt prædicabilis; ergo necessario addendus est tertius status, vt natura fiat vniuersalis in actu: benè verum est, ꝙ in secundo statu est in potẽtia ꝓxima ad recipiẽdã relationem vniuersalitatis, qa tunc intelligitur positiuè indifferens ad multa,sicut in primo statu,quando est contracta per singularitatem, dicitur in potentia remota,qa non habet indifferẽtiã ad multa,nisi priuatiuã,hinc est,quod nostrates passim,vt est videre apudTrõb. cit.q.9.non assignant,nisi vniuersale logicum, ꝙ est in actu, & metaphysicum, quod est in potentia,& fundamentum illius,quod rursus dupliciter accipi potest, vel pro fundamento remoto, & est natura ipsa per differentiam contracta, vel pro propinquo, & immediato, & est ipsa natura per intellectum abstracta à conditionibus indiuiduãtibus; & hic modus

loquendi est magis cõsentaneus, quia per vniuersale, seù genus physicũ cõsueuit significari materia prima iuxta cõmunem expositionẽ illius dicti Arist. 10. Met. 26. corruptibile, & incorruptibile differunt plusq̃ genere, vt refert Doct. 4. d. 6. q. x. M id animaduersione dignũ iudicauimus, ne varietas Auctorum in modo loquendi de Vniuersali confusionem pareret.

QVÆSTIO SECVNDA.

In quo consistat essentia Vniuersalis Logicis.

Communis sententia est, essentiam vniuersalis logici in relatione cõsistere, & per respectum rationis naturæ communis ad inferiora constitui; non defuere tamen, qui naturæ vniuersalitatem in ratione absoluta constituebãt; vndè Suarez disp. 6. Met. sect. 6. nu. 3. refert opinionẽ quorundã asserentium naturã fieri vniuersalẽ in actu per operationem directã intellectus possibilis, qua cognoscit naturã cõmunẽ secũdum suam pręcisã rõnem formalẽ, & essentiã, nihil de inferioribus rõnibus, vel de indiuiduis considerãdo, neq; etiã formaliter, & quasi in actu signato considerando cõmunitatem ipsius naturæ, quia hæc ei conuenit in secundo modo dicendi per se, sed solam essentiam, quæ communis est, quam sententiam deindè etiam ipse Suarez ex parte approbat n. 8. Conimbr. q. 5. art. 3. & amplectitur Tolet. q. 2. vniuers. & videtur fuisse Durand. 1. d. 3. p. 2. q. 5. & in 2. d. 2. quæst. 7. Quamuis autem communis DD. vt dicebamus, constituat formalitatẽ vniuersalis in actu in respectu rationis ad inferiora, quia tñ duplex constitui põt respectus rõnis in natura versus inferiora, nimirum, vel ad essendum in illis, vel ad prædicandũ de illis, dubiũ est quisnã istorum constituat essentiã vniuersalis, cui dubio occasionem dedere plures definitiones vniuersalis, quas assignauit Arist. modò definiẽs illud per *esse in*, vt 7. Met. 45. modò per *dici de*, vt 1. de Interp. c. 5. modò per vtrumq; vt 1. Post. 25. vbi inquit esse *vnum in multis, & de multis*; quapropter DD. diuisi sunt, alij dicentes, q̃ ratio vniuersalis consistat in *esse in*, & *dici de* sit passio, quæ sententia frequens est in schola Thomist. alij è contra, q̃ *dici de* sit definitio, & *esse in* sit passio, quæ apud Scotistas receptissima est, vt est videre apud Expositores super q. 6. vniuer. Mauritiũ, Auglic. Brasauol. & alios, esto Doctor ibi expressis verbis se in hac re problematicum ostendat. Auctores verò vtriusq; sẽtẽtiæ adhuc inter se diuisi sũt quidã .n. sentiunt essentiã vniuersalis cõsistere in *esse in*, vel *dici de*, vt important aptitudinẽ, & nõ actũ; alij è cõtra, vt important actũ, & non aptitudinẽ, cui etiã dubio ansã præbuit Arist. ipse, qui in præfatis definitionibus modò vsus est nomine actus, vt 1. Post. 25. modò aptitudinis, vt alijs duobus in locis, quare ad plenam essentiæ Vniuersalis notitiã tria puncta examinare debemus, an eius essentia sit absoluta, vel relatiua; constituto, quod sit relatiua, in quonam respectu cõsistat ex prædictis; & an poni debeat actualis, vel sufficiat aptitudinalis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vniuersale logicum intrinsecè quid relatiuum esse.

Dicimus vniuersale logicum formaliter cõstitui per relationem rationis naturæ communis, velut superioris, ad inferiora, & subijcibilia. Conclusio est communis, sed præsertim Scoti, & Scotistarũ locis omnib. cit. deduciturq; ex ipsa definitione vniuersalis, quod est *vnum in multis, & de multis* per hoc .n. datur intelligi secundam intentionẽ vniuersalitatis esse relationem rationis ad multa, quod amplius declaratur, quia ad cõstitutionem vniuersalis duo necessariò interueniunt, vnitas, & communitas, seù indifferentia, & aptitudo ad plura;

plura, nõ qualifcunq; fed indifferētia pofitiua, & aptitudo proxima, & expedita, vt dictũ eft q. præc. art. 2. & rõ eft, quia fi natura nõ eft aliquo modo vna, fed prorfus multiplex, iã erit multitudo, feù collectio multorũ, & non vniuerfale; fi nõ fit cõmunicata, vel cõmunicabilis pluribus, iã erit fingulare, & non vniuerfale, ergo vniuerfalitas in natura vniuerfalizata ponit neceffariò hunc ordinẽ ad plura, quo apta cõftituatur ad effendũ in illis, ac prædicandũ de illis. Confir. vniuerfali logico fecundũ oẽs conuenit effe prædicabile de pluribus, vel vt eius formale cõftitutiuum, vel vt propria paffio iuxta diuerfitatẽ opinionum; fi primũ iã habetur intentum, ꝙ erit effentialiter relatiuũ, quia prædicabilitas dicit ordinabilitatem vniuerfalis ad plura; fi fecundũ adhuc habetur intentum, quia talis paffio nõ poteft fluere à natura, vt eft à parte rei, quia nulla natura à parte rei, vt vna, & indiuifa eft in pluribus, aut effe põt in pluribus ob impedimentum extrinfecũ differẽtiæ contrahentis, neq; à natura vt abftracta à fingularitate, qa efto vt fic fit vna, tñ vt fic præfcindit potius à fingularibus, quã ea cõcernat, ergo oriri nõ põt, nifi ab vnitate naturæ cũ ordine ad effendũ in pluribus. Demum vniuerfale logicũ in hoc differt à metaphyfico, ꝙ illud eft vnũ in multis, hoc verò vnũ extra multa, quatenus ab illis abftrahit, neq; illa concernit, nifi vt terminũ à quo, ergo eftò effentia vniuerfalis metaphyfici ftatui poffit abfoluta fine vllo ordine ad ĩferiora iuxta illud Auicen. *equinitas eft tm̃ equinitas*, effẽtia tñ vniuerfalis logici poni debet relatiua.

Sed vt magis dignofcatur hæc fecunda intentio vniuerfalitatis, confideranda eft, ac inueftiganda in natura communi ratio proxima fundandi ipfam; ait Doctor, vbi fupra rationem proximam fundandi effe vnitatem naturę, non illã realem, quam habet natura à parte rei. Ratio eft, qa fola vnitas formalis, quã habet natura à parte rei in fingulis indiuiduis, nõ fufficit ad vniuerfalitatẽ, nã illa multiplicatur in inferioribus, ꝙ vnitati vniuerfali repugnat, tum quia fub iftà debet inferiora vniri, iuxta illud Porph. *participatione fpeciei plures homines funt vnus homo*; tum quia fi vnitas vniuerfalis multiplicaretur in inferioribus, vt formalis, planè tot cõftituẽda effent genera, quot funt fpecies, & tot fpecies, quot indiuidua, quia vnitas genericamultiplicaretur in fingulis fpeciebus, & fpecifica in fingulis indiuiduis; maior ergo vnitas affignari debet pro fũdamẽto proximo vniuerfalitatis, & maioritas confiftit in hoc, ꝙ in hoc ftatu præcifionis obiectiuæ cõcipitur natura habere vnitatem indifferentẽ pofitiuè, vbi à parte rei non nifi negatiuè erat indifferẽs; imò dũ fit vniuerfalis concipitur habere talẽ indifferenriã pofitiuã, vt poffit effe abfq; impedimento in oĩbus, & fingulis inferioribus, non tm̃ disiunctim, fed fimul, & cõiunctim, quia de rõne vniuerfalis eft, vt fic etiã de fuis inferioribus poffit prædicari, vt docet Scot. loc. cit. & adhuc magis exprefsè in 4. d. 43. q. 2. F. ex quo fit poftea, vt quãdo concipitur natura vniuerfalis actu in fuis inferioribus, cõcipiatur in eis vna p inexiftẽtiã, quamuis .n. talis vnitas repugnet naturæ, vt exiftit à parte rei in fingularibus, vt dicebamus q. præced. art. 1. non tamen illi repugnat, vt concipitur in eis per intellectum per modum vniuerfalis; Addit præterea Doctor fub H. debere naturam vniuerfalem habere vnitatem numeralem obiectiuam, feù in ratione obiecti intellecti, non quafi ipfa natura in fe fit vna numero, quia hoc ei repugnat, quatenus vniuerfalis, fed in hoc fenfu, quòd ficut conceptus formalis hominis, vt fic, eft vnius numero, ita obiectum eius in ratione obiecti vnum numero dici poteft per denominationẽ extrinfecam à conceptu mentis, quia vt fic cum tota fua communitate eft vnum de numero intelligibilium, & cum tali numerica vnitate eft communicabile inferio-

ferioribus per contractionē rōnis, est secundū ipsā de omni singulari pdicabile pdicatione dicēte, hoc est hoc, q optimè declarat Lichet.2.d.3.q.1. §. *Ibi sed cōtra istud*, & sequitur Suarez cit.sec.2. nu.12.

Ex his patet, quomodo verū sit, quod superius innuimus q.1.ar.2. vnitatem, & indifferentiam requisitā ad vniuersalitatem esse maiorē vnitate, & indifferentia, q possidet natura à parte rei, nā vnitas, q habet à parte rei, est vnitas per indifferētiam, quæ non stat cum multitudine numerali actuali, qa multiplicatur in indiuiduis secundum propriam cuiusq; naturam; vnitas verò, quam habet per intellectū, quando vniuersalizatur, est p inexistentiā, ita quod eius vnitas stat cū multitudine numerali indiuiduorum, eo quia vna per inexistentiā concipitur in omnibus, & singulis; Indifferentia quoque, seu aptitudo ad essendum in pluribus maior est, qn̄ fit vniuersalis, quā habeat à parte rei, quia à parte rei est indifferētia negatiua, & aptitudo remota ad essendum in pluribus disiunctim, at sub vniuersalitate concipitur indifferens positiuè, & proximè apta ad essendum in multis, nedum disiunctim, sed ēt simul, & coniunctī, ex quo rursus patet tàm vnitatē, q aptitudinē requisitas ad vniuersalitatem nō esse reales, sed rōnis, cū tales nō habeat à parte rei.

Hinc fallitur Suarez cit. dum ait vnitatē vniuersalis logici consistere in indiuisione alicuius naturę in plures naturas similes sub eodē nomine, & rōne cū aptitudine, vt in eas diuidatur, & hac de causa, inquit, nō esse vnitatē realē, sed rōnis, quia talis indiuisio nō cōpetit naturæ in statu realis existētiæ, vbi per varias indiuiduales differētias diuisa manet, sed solum in statu pcisionis obiectiuæ, & vt sub stat conceptibus mētis, hoc .n. modo oēs homines in rōne speciei dicuntur vnus homo, qa in conceptu hominis, vt sic, nō diuiduntur; facta verò diuisione, seu cōtractione vniuersalis ēt per intellectum, statim eius vnitas corruit, quia iā diuiditur in plura eiusdē nōis, & rōnis, vnde vult vnitatē vniuersalis esse solū cōpossibilē cū aptitudine essendi in multis, non tamen cum actu.

Hæc doctrina omninò non placet, arbitramur.n. vnitatē vniuersalis ēt consistere cū actu essendi in multis, ratio est, qa hoc negato nulla amplius daretur pdicatio vniuersalis de inferiori, dū.n. vniuersale actu prædicatur de inferioribus, vel supponitur per intellectū prius cōtractū ad illa, vt de illis pdicetur, vel salt ī sic cōtrahitur in ipsa actuali pdicatione, ergo nisi exterminare velimus oēs huiusmodi pdicationes; fateri debemus vnitatē & aptitudinē vniuersalis manere cū ipso actu essendi in multis, & pdicādi de multis. Accedit aptitudinē nō dari ad actum cū ipsa repugnantē, imò passim videmus actū perficere aptitudinē, & esse cum ea compossibilem, solumq; destrui ordinem prioritatis ad actum, ergo idē suo modo dicendū ēt in aptitudine rōnis, qualis ponitur ista naturæ vniuersalis ad essendū in multis, & prædicandum de multis: igitur fatendum est, vniuersalitatē stare ēt cū actu essendi in multis per rōnem, quia tunc natura cōcipitur habere in omnib. illis adęquatè suā vnitatē formalem per inexistentiam rōne eiusdē cōmunis entitatis in omnibus conceptæ, ac intrinsecè indiuisę. Vltrò quidē concedimus in statu præcisionis obiectiuæ possidere naturam indiuisionē in plura eiusdē rōnis, & eā amittere dum per differentias diuisi concipitur; Verū aliud est loqui de vniuersali, quatenus præcisè est quoddā totum potentiale habēs partes subiectiuas, in quas mente diuidi potest; aliud de ipso loqui quatenus etiā totum qdam actuale est, & secundū hanc actualitatē includitur in omnibus illis, rōne cuius inclusionis ēt prædicatur de ipsis prædicatione dicente, hoc est hoc; sanè, quando vniuersale v. g. animal diuiditur in sua inferiora, vt hominem, & equum, destrui-

tur

tur totalitas potẽtialis, & per consequẽs eius vnitas, quæ in illa indiuisione consistebat; sed adhuc manet vnitas eius, quatenus est totum actuale, secundum q̃ totalitatem est in singulis, licèt non totaliter, & adæquatè, & ideò adhuc diuisum vt notat Doct. 2. d. 3. q. 4. sub H. & 3. d. 2. q. 1. §. *Cum arguitur*) potest in rõne vniuersalis prædicari de omnibus illis, & in hoc sensu dicebat Porph. participatione speciei oẽs homines esse vnũ hominẽ, vtiq; .n. q̃do hoc dixit Porph. loquebatur de homine diuiso in plura indiuidua, & ab oĩbus participato, asserebat tñ adhuc illa oĩa dici vnũ hominẽ, quatenus natura humana cõcipitur in oĩbus vna vnitate formali, quæ est minor numerali, ꝑ inexistẽtiã, & solũ extrinsecè diuisa ꝑ differẽt.

Contra positã conclusionẽ obijcitur vniuersale logicum quid absolutum esse: natura fit singularis per differẽtias indiuiduãtes, ergo tm̃ abest, ꝙ fiat vniuersalis per respectum ad singularia, ꝙ potius singularizatur, & eo ipso ꝙ ab omnibus illis pręscindit per conceptũ abractũ vniuersalizatur. Tũ 2. qa si homo ità in re existeret, sicut illi cõceptui absoluto obijcitur, esset vniuersale in essendo, quale Platoni tribuitur, ergo etiã nunc est vniuersale ꝑ denominationem ab intellectu absq; aliquo respectu ad inferiora. Tũ 3. si intellectus reflectatur supra hominẽ sic conceptum considerãs conditionem, & statum eius, cognoscit illum nõ esse aliq̃ singulare, sed esse quid cõmune omnibus singularibus, in qua reflexione non tribuit intellectus homini sic cõcepto aliq̃ nouum, sed concipit, ꝙ in eo prærerat, ergo ante hanc reflexionẽ iam homo erat vniuersalis ꝑ priorẽ conceptionem directã. Tum 4. quia vniuersale potest cõcipi per modum absoluti non dicentis respectum ad alterũ, sed potentis fundare talẽ respectum, vt album, & quantũ, quę sunt absoluta, & possunt fundare relationem similitudinis, & æqualitatis. Tũ tandem licèt vniuersale regulariter loquẽdo fiat ꝑ cognitionẽ cõparatiuã, itaut abstrahatur à multis ob similitudinẽ inter ea repertam, absolutè tñ loquendo abstrahi ẽt potest natura cõmunis ꝑ purã præcisionẽ naturæ ab vno inferiori abq; vlla cõparatione, vel superioris cõceptus ad aliquem inferiorẽ, vel ipsorũ inferiorũ adinuicẽ, vt q̃do à solo Petro simpliciter ꝑscindimus singularitatẽ, & sistimus in solius humanæ naturæ cõsideratione, quo casu habemus conceptum vniuersalis absolutum.

Resp. ꝑ solã abstractionẽ à conditionibus indiuiduantibus naturã fieri vniuersalẽ metaphysicè, non logicè, licèt .n. sequatur, ꝙ abstracta à propria indiuiduatione se habeat indifferenter positiuè ad hanc, vel illã indiuiduationẽ diuisim, nõ tñ fit, quod virtute istius simplicis præcisionis pössit vna esse in pluribus cõiunctim, qualis est vnitas quæ exigitur in natura ad fundandã proximè logicam vniuersalitatẽ: & q̃uis cũ vnitate præcisionis nõ cohæreat actus essendi in plurib. benè tñ cohæret aptitudo, & sic nõ implicat naturã esse præcisã à pluribus, & adhuc retinere aptitudinẽ essẽdi in plurib. immò art. 3. huius quæst. ostẽdemus actũ ipsum essendi in pluribus per rõnem, esto repugnet cũ vnitate præcisionis, non tñ cũ ipsa vnitate vniuersalis logici, sed actũ dũtaxat essendi in multis ꝑ realem contractionem. Ad 2. patet per idem, ꝙ tale idolũ non transcenderet limites vniuersalis metaphysici. Ad 3. attingeret intellectus in tali reflexione solũ vniuersalitatem quandã negatiuã, quatenus cognosceret hominem, vt sic, non esse aliq̃ singulare, non autem positiuã, qa non cognosceret illum, vt cõmunicabilem pluribus simul. Ad 4. negatur assumptũ, qa vniuersale, vt patet ex eius definitione, dicit formaliter relationem ad multa. Ad vlt. Suarez sect. 6. n. 11. velle videtur ab vno solo abstrahi non posse vniuersale logicum, quod est respectiuum, sed hoc necessariò plura requirere inuicem cõ-

parata, à quibus abstrahatur ob similitudiné inter ea repertã; vult igitur ab vno solo abstrahi tm̃ vniuersale, ꝙ appellat absolutum; in quo reijcitur ab oĩbus, quia natura apta ad vniuersalitatem logicã itã abstrahi põt ab vno, sicut à duobus, alioquin natura solaris vniuersalitaté logicã fundare non posset; ratio est, quia natura postquã est abstracta, etiã si abstractio facta sit ab vno solo, non plus est illius, quã aliorũ quorumcunq; similiũ, & ad oĩa indiuidua manet indifferens positiuè, alioquin abstracta nõ esset, ita Auers. q. 8. sec. 11. Pasqualig. disp. 20. Amic. tract. 4. q. 2. du. 5. in fine, & alij passim; igitur ad argumétũ in se dicimus, ꝙ natura, siuè abstrahatur ab vno solo indiuiduo, siuè à pluribus quousq; nõ cõcipitur cũ ordine ad inferiora, nempè vt illis communicabilis coniunctim, non transcendit limites vniuersalis metaphysici.

Rursus arguitur ad idem; pura relatio rationis nequit constituere naturam vniuersalem, ac de multis prædicabilem, ergo vniuersale logicum nõ est formaliter relatiuum, probatur assumptum, tum quia illa relatio rõnis est singularis quædã secunda intentio, ergo nequit vniuersale cõstituere; tum quia nec ipsã relationé vniuersalitatis prædicamus de inferioribus, nõ. n. dicimus, quod Petrus est species, nec ipsam naturã sub tali relatione conceptam, quia sic est ens per accidens ergo talis relatio merè impertinens est ad constituendum vniuersale logicum.

Resp. negando assumptum, ad primam probationé dicimus, quod sicut species impressa, vel expressa est vniuersalis in repræsentando, esto sit singularis in essendo, sic secunda intétio vniuersalitatis potest naturam denominare vniuersalem, estò entitatiuè sit singularis, vnde ipsa non est vniuersalis, vt *quod*, & in esse exercito, sed solum, vt *quo*, ac in esse signato, ad secũdam pariter dicimus relationem vniuersalitatis non esse predicatum, sed conditionem prædicati, quod optimè Lichet. cit. adnotauit, cum ait, naturã sub rõne relõnis ad inferiora prædicari de illis, nõ quidé quatenus est ens p accidés ex natura, & relatione cõstitutũ, sed tm̃ per rõné naturæ, quæ est vnũ ens per se, quæ tñ prædicari non potest, nisi actu sit sub tali relatione rationis.

Hoc auté probatur euidenti ratione; quia non vniuersalitas, nec aggregatum ex natura, & vniuersalitate, sed natura tantum in rebus vniuersale subiectis, ergo natura erit, quæ propriè prædicabitur de illis, illud .n. prædicatur de subiecto, quod est in eo, & vniuersalitas erit conditio, quæ facit naturam in potentia proxima de illis prædicabilem. Verum tñ est in prædicatione signata, non propriè naturã, neq; aggregatum ex natura, & vniuersalitate, sed vniuersalitaté ipsam, in concreto tñ, .i. vt applicatã naturæ prædicari de pluribus, ratio est, quia prædicatio huiusmodi fit per terminos secundæ intétionis, vt applicãtur primis.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Relatio ineßendi vniuersale constituit, prædicandi est passio.

HÆc conclusio est Scoti in 2. loc. toties citato §. *Sed contra*, cum. n. q. 6. vniuers. §. *Dicendum* de hac re dubius manserit, dicens, ꝙ si definitio vniuersalis tradita 1. Perhier. c. 5. ꝙ est esse ṗdicabile de plurib. sit vera definitio, tunc esse vnũ in multis, per ꝙ definitur 1. Post. 25. erit passio; & è contra si ista est vera definitio, tũc ṗdicabile de multis erit passio; dũ postea 2. sent. loc. cit. vbi maioré habet auctoritaté, acceptat pro vera definitione illã, quæ traditur 1. Post. per *esse in*, tenédũ in sent. Doct. potius *esse in*, quã *dici de* esse vniuersalis esséntiã, & quidé hęc est expressa mens Doctoris ibidem, docet. n. quod vniuersale in actu illud est, quod habet vnitatem indifferentem, secundum quàm ipsum est in potentia proxima, vt dica-

dicatur de quolibet supposito, ꝙ non cõuenit naturæ à parte rei, quia licèt ei non repugnet esse in alio singulari, quantum est de se, tñ quia in vno reperitur, nequit esse simul in aliјs, & ideò de illo solo prædicari põt cũ veritate, non de oĩbus, sed hoc solũ est possibile de natura concepta sub indifferentia positiua ad essendum simul in pluribus, quãdo.n. habet vnitatem sic indifferentẽ, tunc statim est in põtẽtia proxima ad prædicãdũ de pluribus; cum ergo dicat Doctor vniuersale in actu illud esse, ꝙ habet vnitatẽ positiuè indifferentẽ ad essendũ in multis, & ex tali indifferẽtia oriri potentiã proximã ad prædicandũ, seu prædicabilitatem de multis, palã est sensisse, ꝙ vniuersale cõstituitur per *esse in*, & *dici de* est passio, idẽ docuit q. 18. vniu. in fine, vbi ait genus non esse aptũ dici de multis speciebus, nisi prius ab intellectu cõcipiantur multæ species, in quibus sit genus, sed in hac re præsertim testimoniũ Doctoris in q. vniuers. siuè pro vna, siuè pro altera parte parũ debet vrgere, quia ibi fuit dubius; ꝑterquã ꝙ etiã assertiuè locutus esset, stare debemus testimonio scripti sent. dũ ibi dicta alibi reuocat, iuxta regulã datã in q. proę. idẽ deniq; habet 7. met. q. 13. nu. 19. & in text. 45. eiusdẽ lib. Hanc eandem sententiam tradidit Mayron. super vniuers. passu 1. Lichet. in 2. d. cit. Tat. trac. 2. in Petrũ Hisp. in princ. Trombet. 7. M. q. 8. ar. 1. vbi postquam docuit duas cõditiones ad vniuersale in actu requisitas ità cõcludit, ex his sequitur, ꝙ præmissum est, ꝙ ad rationẽ vniuersalis in actu requiritur natura ipsa, quę est actu participata in multis, & ipsa intentio vniuersalitatis attributa naturæ per actum intellectus cõparantis talem naturam, vt prædicabilem ad indiuidua, hæc Tromb. vbi vides ad vniuersale in actu prius exigere, quod natura concipiatur vna in multis, vt de illis reddatur prædicabilis; sic etiam loquitur Bargius de vniuersali in actu 1. d. 3. q. 6. *§. ex alio mẽbro sic arguitur*, ex Recentioribus verò tradit hanc sentẽtiã ex professo P. Fuenter q. 6. diff. 3. art. 3. & quidẽ cũ hæc sentẽtia sit expressissima Doctoris in 2. sent. & oppositã sub dubio solum tradiderit q. 6. vniuers. mirũ est cur Scotistæ tã vnanimiter hanc arripuerint, vt de mente Doctoris; sed antequã conclusionẽ probemus aduertendum est, quod cum dicimus vniuersale constitui per esse vnum in multis, loquimur de illa vnitate indifferenti positiuè ad esse in multis simul, & coniunctim per intellectum, quam art. præced. declarauimus.

Primò itaq; probatur conclusio in hũc modum, ꝙ primò intelligimus de aliquo dicimus esse essentiã eius, sed primum, ꝙ intelligitur de vniuersali logico, & in actu, est esse in multis, ergo hoc spectabit ad essentiã eius; maior patet, min. prob. tum ex Arist. qui 1. Poster. 25. vtrumque attribuens vniuersali logico, prius tribuit *esse in*, postea *dici de*, inquiens vniuersale esse vnum in multis, & de multis, tum ex Scot. cit. vbi ex hoc, quod vniuersale cõcipitur vnum in multis, vel saltim sic aptum esse in illis ob indifferentiam positiuam naturæ, arguit, quòd sit in potentia proxima, vt dicatur de multis; tum tandẽ ratione, quia *esse in* est causa *dici de*, sicut enim, quia hoc est in illo realiter; ideò enunciamus hoc de illo realiter, sic quia hoc est in illo per rationem, ideò enunciamus hoc de illo per intellectum.

Respondent Scotistæ oppositæ opinionis distinguendo de duplici *esse in* reali, & rationis, hoc importat communitatem positiuam, illud negatiuam, verum est *esse in* reale præcedere *dici de*, & esse causam, cur natura sit prædicabilis de inferioribus, sed est causa remota, & non sufficit ad constitutionem vniuersalis logici, sed tantum metaphysici: sed si de *esse in* rationis, & per intellectum sermo fiat, falsa est omninò minor, sic enim *esse in* sequitur *dici de*, & vniuersale est vnum in multis, quia dicitur de multis, vel saltim non præcedit,

sed sunt prorsus idē *dici de*, & *esse in*, in hoc sensu, prædicatio.n. quæ fit superioris de inferioribus per intellectū non est, nisi quædā identificatio rōnis illius cum multis, & vnū prædicari de alio est hoc esse in illo per aliquā identitatē. Hinc ad 1.prob.min.ex Arist.dicunt, ꝙ si loquitur de *esse in* reali, iā non definit vniuersale logicū, sed metaphysicum, si loquitur de *esse in* rōnis, hoc non distinguitur ab ipso *dici de*, quia prædicatio non est, nisi idētificatio rōnis prædicati cū subiecto. Sic ēt ad 2.prob.ex Scot.respondēt, & addūt aliqui Doctorē ibi nō loqui de vniuersali cōpleto, sed incōpleto, & pro fundamēto proximo; Ad 3.aiunt valere in prædicationibus, quæ sunt formaliter veræ à parte rei, nō in illis, quæ sunt formaliter veræ p intellectū, & attributionē alicuius secūdę intētionis, nō verò à parte rei, nisi fundamentaliter, vt est in proposito, cum superius prædicatur de inferiori.

Leuissima quidem responsio, & multa falsa cōtinens, nā Arist. cit. loquitur de vniuersali logico, ac proinde de *esse in* rationis, imò ne quis suspicaretur ibi definire vniuersale metaphysicū, illud definiuit per actū essendi in multis, nō per aptitudinē; dicere verò, ꝙ *esse in* rōnis, & *dici de* sunt idē, est prorsus ridiculū, tunc.n. frustra quæreretur, quodnā sit essētia, & ꝙ passio, quia vel vtrumq; esset de essentia, vel vtrumque passio, certum.n. est, quod dum hæc quæstio instituitur, non est altercatio de *esse in* reali, nam apud omnes est in confesso vniuersale logicū per *esse in* reale non constitui; falsum etiam est prędicari aliquid de aliquo formaliter esse vnum identificari cum alio, vel esse in illo, sed potius est per prædicationem ostendere, quod hoc est in illo, vel identificatum cum illo, itaut inexistentia, vel identitas vnius cum alio sēper aliquo modo præsupponatur, vt causa veritatis prędicationis, hoc innuit Doctor sub lit. I. dum ait indifferentiam positiuam esse illam, secundum quam vniuersale *aliqua idētitate est prædicabile de quolibet indiuiduo*, vbi vides secundū Scotum pdicabilitatē in aliqua idētitate fundari: & ratio ipsa suadet, quia fundamētum, & radix prædicabilitatis est identitas extremorum prædicabilium, quod.n. non est idem cum aliquo, nō prædicatur verè, sed remouetur ab illo, ergo aptitudo ad identificādum est fundamentū aptitudinis ad prędicādum, & actualis idētificatio est causa actualis prædicationis.

Facilè etiam refellitur expositio allata ad auctoritatem Scoti, qui dubio procul loc.cit. loquitur de vniuersali completo, vt patet ex his, quæ habet sub lit. I. vbi ait, ꝙ indifferentia positiua, secundū q̄ natura concipitur vna in multis p intellectū, cōplet vniuersale in actu, ꝙ iāpridē docuerat 7.Met.q.13.n.19. dum ait *vniuersale completū esse, quod est in pluribus, & de pluribus*, ergo Doct. loquitur de vniuersali cōpleto, & per consequens de *esse in* rōnis, loquitur.n. ibi de vnitate in multis, quæ cōstituit vniuersale in potentia pxima, vt possit dici de illis, vnitas autē realis, q̄ habet natura per indifferentiam negatiuam, nō cōstituit naturā proximè prædicabilē de multis, sed tantū remotè. Accedit, quod si vnitas realis in multis est causa remota pdicationis, vt Aduersarij concedunt, debent assignare talem vnitatē, quæ sit causa proxima, & hęc nō est, nisi vnitas rōnis in multis, vt ibi docet Doctor. Confirm. quia ibi ex non repugnantia naturę ad essendum in multis diuisim à parte rei arguit, quod solū remotè est prædicabilis de multis, & ex aptitudine ad essendum in multis simul per intellectum ait, quod est prædicabilis in potentia proxima, quod etiam repetit 4. d. 43. q. 2. F. ergo *dici de* oritur ab *esse in* ratione, seu per intellectum.

Quod tandem dicebant ad 3. prob. est prorsus falsum, & voluntariè dictum, si enim prædicari accidentis de subiecto præsupponit esse accidentis in subiecto, cur idem non erit, de prædicatis per rationem

tionẽ formaliter, ꝙ prius præsupponãtur *esse in*, postea de illis enuncientur, in quibus ab intellectu præconcepta fuere: hāc planè paritatem cōuincunt rōnes adductæ: & adhuc vlterius probatur, nā simplex apprehēsio præcedit cōpositionem, qa hæc spectat ad secundam, illa ad primam operationem, sed per illam natura apprehenditur in pluribus, p istam pdicatur de pluribus, ergo *esse in* pcedit *dici de* in omni pdicatione. Item in prædicatione formali pdicatum debet aliqua idētitate identificari cũ subiectō, sed natura secluso opere intellectus non identificatur singulis indiuiduis, sed illi soli, cuius est ppria; ergo necesse est, ꝙ intellectus aliquam machinetur vnitatem, secundũ quam cum singularibus identificetur, vt proximè possit de quolibet prædicari.

Secundo principaliter prob. concl. si daretur natura communis vna per inexistentiã à parte rei, sicut datur per indifferētiã negatiuã, proculdubio daretur vniuersale à parte rei in actu, haberet .n. simul, & semel, & vnitatē, & cōmunitatē positiuã in multis, quæ duo sufficiunt ad constitutionē vniuersalis in actu; sed natura Petri cum sua vnitate formali in ipso existens redditur communis positiuè multis eo ipso, ꝙ consideratur vt contracta nōn ad solũ Petrum, sed ab omnibus indiuiduis simul, itaq; non sit ppria alicuius, sed omniũ indifferenter, ergo per hanc simplicē apprehensionē naturæ in plurib. simul habetur vniuersale in actu, absq; ꝙ natura affirmetur de hoc, & illo indiuiduo, qa vt dicebamus, hoc pertinet ad secundam intellectus operationem.

Tertiò tandem probatur, quia natura diuina est actu communis positiuè pluribus personis, non potest autem dici vniuersalis, non quia de illis non prædicetur prædicatione dicente, hoc est hoc, sed solum quia est vna numero in illis absq; vlla sui diuisione, & multiplicatione, vt Scot. notat. 1. d. 8. qu. 3. in fine cum cæteris Theologis, ꝙ si esset vna in illis trib. cũ aliqua sui diuisionē, saltē numerali, ita ꝙ esset vna in trib. aliqua vnitate minori, q̃ sit numeralis, sanè esset vniuersalis in actu, ētsi nō conciperetur actu, vel potētia pdicari de illis, ergo vnitas naturæ in multis p inexistentiã, quæ sit min. vnitate numerali, cum cōmunitate positiua sufficit ad constitutionē vniuersalis in actu.

Quartò tandē ostēditur euidēti rōne, vniuersale prędicari, vel pdicabile esse de pluribus aliud non est, q̃ vt superius enũciari, vel enunciabile esse de illis, vt de inferioribus, at inferiora non sunt, nisi per inclusionē superioris in illis, ergo *esse in* semper pcedit *dici de*. Dices, ꝙ sicut superius in rōne superioris intelligitur, eo ipso quod concipitur potēs esse in inferioribus, ētsi non sit actu inclusum, sic è cōtra; inferiora intelligũtur esse talia, eo ipso ꝙ concipiuntur includere posse superius, esto actu nō includãt: & ideò actualis inclusio superioris nō est necessaria ad constituendã formalitatem inferioris. Contra, neq; argumentũ contendit pbare modò esse necessariam actualē inclusionem superioris ad cōstituendam formalitatem inferioris: sed solũ pbare intendit *esse in* semper præcedere *dici de*, si vniformiter sumantur, vndè dato, ꝙ inferiora talia dicantur per solã inclusionē possibilem superioris in eis, & actualis necessaria nō sit, adhuc tamen habemus, quod *esse in* aptitudinale præcedit *dici de* aptitudinale, sicut actuale pcedit actuale, quia inferiora non sunt, nisi superius intelligatur posse in eis includi, sed prædicabilitas vniuersalis non est, nisi de inferioribus, ergo *dici de* sēper necessariò præsupponit *esse in* vniformiter sumpta.

Restat igitur ex dictis, quod *dici de* sit passio, nam quando sunt aliqua duo attributa, quæ eidem rei conueniunt, si vnum est causa alterius, non potest id, quod est causa, esse passio subsequens illud, cuius est causa, sed potius è contra, sed esse in multis, & prædicari de multis conueniunt vniuersali, & primũ est causa se-

sa secundi, vt hucusq; probatum est, ideò ..nhomo prædicatur de pluribus, quia est in pluribus secunda .n. operatio, per quā fit illa pdicatio, supponit primā, qua hoc apprehenditur in illo absq; vlla affirmatione, ergo *esse in multis* erit essentia, & *dici de* erit passio. Confir. ꝙ supponit essentiā rei adæquatā, sed adhuc necessariò sequitur illā, est passio eius, at posse prædicari de multis supponit adæquatā Vniuersalis essentiā iam constitutā per *esse in* rōnis, & adhuc necessariò conuenit ipsi, ergo est proprietas eius. Dum verò dicimus passionē vniuersalis esse posse prædicari de pluribus, intelligendū est verè affirmatiuè, & directè, siuè essentialiter, siuè accidentaliter, siuè in quid, siuè in quale, siuè necessariò, siuè contingenter. Ratio est, quia omne, ꝙ est in alio, verè, affirmatiuè, & directè pōt prædicari de illo, verè quidē, & affirmatiuè, quia reperitur in illo, directè etiā, quia directa prędicatio illa est, in qua prædicatum aliquo modo recipitur in subiecto propositionis, vt hæc homo est animal, nam animal recipitur in homine, vt pars materialis essentiæ ipsius, sicut è contra illa dicitur indirecta, in qua potius subiectū includitur in pdicato, vt animal est homo, vndè hęc dicitur innaturalis, & illa naturalis, vt declaratū est 2.p. Instit. tract. 1. c. 3. cū ergo vniuersale sit in multis, verè, affirmatiuè, & directè pōt, & debet prędicari de illis; Debet autē sic pdicari abstrahendo ab illis determinatis modis pdicādi essentialiter, vel accidētaliter, in quid, vel in quale, necessariò, vel cōtingēter, qa ex quinq; vniuersalibus infrà enumerandis quædā cōueniunt inferiorib. necessariò, .s. genus, species, differentia, & propriū, aliud vero contingenter .s. accidens. Item quędam prędicantur infra essentiam, vt prima tria, quędam extra, vt vltima duo; Rursus quędam prędicantur in quid. nēpè non per modum alteri inhęrentis, sed per modū per se existentis, & quasi aliud sustentantis, vt genus, & species; alia verò in quale. s. per modum alteri inhęrentis, & ex his quoddā pdicatur in quale essentiale, vt differentia, alia verò in quale accidētale, vt propriū, & accidens. Debet tandē posse de oībus prędicari, nedū successiuè, & disiunctim, sed etiam simul, & cōiunctim, nā homo in rōne vniuersalis pōt simul dici de Petro, & Paulo, ac cæteris indiuiduis, vndè dicebat Porphir. ꝙ participatione speciei plures hōes sunt vnus homo, nō quidē à parte rei, sed per intellectū; ratio huius est, qa vniuersale habet indifferentiā positiuā, secundū quā potest descēdere ad plura simul, & cōsequenter de omnibus pari modo prędicari, quia *dici de* proportionatur *in esse*.

Cōtra allatā doctrinā solet obijci, Primo auctoritate Porph. definiētis vniuersalia per prędicari de multis, nō autē per *esse in*; ac etiā Scot. q. 15. vniuers. §. *Dicēdum*, vbi docet rōnem vniuersalis esse *dici de*, & sufficientiā vniuersaliū assignat per *dici de*, ꝙ etiā probat hac rōne, quia in quid, & in quale sunt differētię essentiales diuidētes vniuersale in cōi, & constituentes quinq; vniuersalia, sed in quid & in quale diuidunt, & contrahunt prędicari de pluribus, vt constat ex definitionibus prędicabilium, ergo prędicabilitas est ratio vniuersalis. Deindè obijcitur rōne; Tum quia tunc vniuersale cōcipitur in ordine ad multa, cum cognoscitur cōuenire multis, sed hoc fit per prędicationē, ergo &c. Tum etiā, quia vt passim Dialectici docēt, & ipse Scot. q. 14. vniu. hoc interest inter *dici, & esse in*, quod *dici de* per se cōpetit secundis intētionib., rebus verò per accidēs, è contra verò *esse in* rebus per se cōpetit, & secūdis intētionibus per accidēs, ergo cū vniuersale sit secunda intentio, eius ratio erit *dici de*, non *esse in*. Tum tādem, quia vniuersale logicum, vt à Metaphysico secernitur, dicitur vniuersale in prędicando, & metaphysicum in essendo, ergo *esse in* est ratio istius, & *dici de* illius.

Resp. pmò falsum esse omnia vniuer-

uersalia definiri per *dici de*, quia propriũ, & accidẽs definiũtur per *esse in*, vt videbimus disp. seq. Deinde non tm̃ per *dici de*, sed per ipsum actum prædicandi definiuit genus, & speciem, & tñ certum est actualẽ prædicationẽ non esse de essentia vniuersalis, imò nec eius proprietatẽ, sed accidens cõmune, sicut actus ridẽdi in homine, vt ar. seq. non igitur, quia per *dici de* solent vniuersalia describi, & eorũ sufficientia assignari, inferre debemus esse de essentia, quia & ipse Scot. non tm̃ q. 12. & 19. vniuers. sed etiã q. illa 15. ingenuè fatetur in quid, & in quale, prædicari non esse per se differentias vniuersalis, sed potius modos, qui inquantũ important cõceptus contrahentes dicentes quale, possunt appellari differẽtiæ. Ratio autẽ, cur ita factum sit, est, quia tract. de vniuers. inuentus est, vt ritè cognoscẽtes terminos simplices, absque errore possemus eos adinuicẽ cõiungere secundùm debitã subiectionẽ, & prædicationẽ, vnde cũ vniuersalia deseruiãt proximè ad bene enunciãdũ terminos cões de particularibus, hac de causa per *dici de* fuerũt à Porph. descripta, & per *dici de* eorũ sufficientia tradita, & demũ vniuersale in logicũ hac rõne cõsueuit appellari vniuersale in p̃dicando, vt ideò verũ sit vniuersale in logica potius cõsiderari sub rõne p̃dicabilis, quam vniuersalis, vnde, & illæ quinq; species vniuersalis solent potius prædicabilia nuncupari, quã vniuersalia.

Ad 1. rationem neg. min. potest enim vniuersale, vt qu. sequ. dicemus, cognosci conuenire, multis etiã per primam operationem, quando nempè per simplicem apprehensionem concipitur in multis actualiter, vel saltim aptitudine. Ad 2. Doctor ibi ait *esse* conuenire per se rei, & per accidens intentioni, non autem loquitur de *esse in*, & quando etiam de ipso loqueretur intelligendum esset de *esse in* reali, hoc enim per accidens conuenit intentionibus secundis, quatenus fundãtur in primis. Ad 3. vniuersale metaphysicum dicitur vniuersale in essendo, loquendo de *esse in* reali, per ꝙ non excluditur, ꝙ logicũ nequeat dici vniuersale in essendo, loquendo de *esse in* rõnis, tñ ne æquiuocatio contingeret in vocabulo, & etiã ob rõnem nuper adductã vniuersale logicũ in cõmuni vsu loquẽdi vniuersale in prædicãdo appellari cõsueuit, per p̃dicabilitatẽ metaphysico distingui.

ARTICVLVS TERTIVS.

Esse in actu, & aptitudine constituit vniuersale, dici de aptitudine tantùm est passio.

Dicimus, *esse in multis* spectare ad vniuersalis essentiã, nedum vt dicit aptitudinẽ, sed etiã vt dicit actum, *dici* verò *de multis* esse passionẽ tm̃, vt dicit aptitudinẽ. Conclusio tres habet partes, & quoad oẽs colligitur ex Scoto, & probatur. Et quidem primo, quod aptitudo proxima ad essẽdum in multis simul, & coniunctim sufficiat ad constituendũ vniuersal. in actu, est cõmunis opinio, & eam manifestè tradidit Doctor loc. sæpe cit. dum ait in differentiam proximam ad essendũ in multis simul cõplere vniuersale, probatur ex Arist. qui 7. Met. 45. definiuit vniuersale per aptitudinẽ dicẽs esse illud, *quod aptum est vt pluribus insit*. Nec valet cum quibusdam respondere, ibi definiri vniuersale metaphysicum, & fundamentale; quia vt notauit Doctor in eum textum, & cæteri expositores, loquitur de vniuersali formali, & in actu; probatur etiam ratione, quia per vniuersale in actu illud intelligitur, quod est cõmune, vel saltim communicabile multis cum sui diuisione, remanente tamen adhuc aliqua eius vnitate, sed aptitudo proxima, & indifferentia positiua constituit naturam in tali statu, quem vtique non habet à parte rei; quia licèt, vt ait Doct. natura à parte rei vt ita communis, vt ei intrinsecè non repugnet esse sub alia singula-

gularitate ab ea, sub qua est, disiunctim non tñ est ita communis, vt possit esse in multis simul, ergo talis aptitudo sufficit ad constituendũ vniuersale in actu. Cõfirm. quia quousq; manet natura cõiuncta hæcceitati, nequit dici vniuersalis, q. a vt sic non est omnibus cõmunicabilis, at redditur talis eo ipso, q. à differentia indiuiduali per intellectũ secernitur, vt indifferẽter cõparatur ad omnia indiuidua vt eis cõmunicabilis, ergo &c. Præterea actuali cõmunicationi rõnis, quã vna p inexistentiã cõcipitur in multis cũ sola diuisione numerali correspõdere debet potẽtia, seu aptitudo proportionata, ergo si actualis communicatio constituit vniuersale in actu secũdo, ac velut in exercitio, aptitudo, & potẽtia illi correspõdens cõstituet vniuersale velut in actu primo.

Negat Blanc. disp. 2. q. 2. in natura abstracta talẽ aptitudinẽ, quia in natura, antequã actu referatur ad inferiora, à quibus est abstracta, solum supponitur entitas naturæ, & denominatio extrinseca, à qua denominatur cognita cũ exclusione hæcceitatẽ, atqui neq; entitas naturæ est talis potentia, sic. n. esset potentia realis, cum entitas naturę sit realis, neq; ipsa denominatio extrinseca, nã ab ea solum cognita denominatur, nõ verò apta ad essẽ dum in multis, ergo talis aptitudo rõnis non est admittenda in natura abstracta, sed ad summum nõ repugnãtia. At exilis est hæc solutio, nã quãdo nil aliud suppeteret, dicemus illam non repugnantiã ex intrinseca ratione naturæ procedentem, quando non est impedita consortio hæcceitatis; quomodo se habet in statu præcisionis obiectiuæ, concipi à nobis per modum cuiusdam aptitudinis proximæ, & positiuæ indifferentiæ ad essendum in multis simul. Et sanè non videtur vllo modo negari posse vniuersale in actu cõstitutum per solam aptitudinem rationis ad essendum in multis per diuisionẽ differẽtiarum, nam genus, & species, vt tota quæ iam potestatiua, & per differentias in plures partes subiectiuas eiusdẽ nominis, & rõnis diuisibilia, præcedunt & differentias diuisiuas, & inferiora cõstituta, quia vniuersalia sunt priora natura particularibus, & proculdubio in illo priori antecedenter ad contractionem, & diuisionẽ sunt vniuersalia in actu, ergo &c.

Secundo, q. etiã vniuersalitas cõsistat cum actuali cõmunicatione ipsius vniuersalis, colligitur ex Scoto loc. cit. vbi vult vniuersale in actu dici, dũ est in potentia proxima, vt prædicetur de multis simul, sed nunquã est in potentia magis ꝓpinqua ad sic prædicãdum, nisi quãdo actu cõcipitur vnum in multis, tunc enĩ immediatè potest sequi talis prædicatio, nec vnquã fieri potest talis prædicatio, nisi prius natura cõcipiatur, nedum apta sed et actu existens in pluribus, idem expressius habet 4. d. 43. q. 2. F. dicẽs vniuersale esse *simul dicibile de omnibus singularibus, in quibus saluatur*, vult ergo vniuersale in actu et saluari in singularibus post actualẽ cõmunicationem: & quãuis hoc assertum sit contra cõmunẽ, quæ reponit totã rõnẽ vniuersalis in actu in sola aptitudine ad essendum in multis, tñ viri graues illud recipiunt Blanc. loc. cit. Cælest. disp. 3. vniu. sec. 3. ita et loqui videntur Fuẽtes supracit. & Meurisse, dum ait vniuersale in actu fieri p actualẽ collationem eius cum suis inferioribus: fulcitur quoq; auctoritate expressa Arist. qui 1. Post 25. & li. 2. in fine volens vniuersale in actu definire, illud exprimit p actum, nõ p aptitudinem, vt p hoc indicaret, nedum cum aptitudine, sed etiã cum actu ipso essendi in multis consistere vniuersalitatẽ: ac etiã solidissimis rõnib. quę deducuntur ex dictis ar. 1. cõtra Suarez, nã ꝓprium est naturę vniuersalis esse prædicabilem de multis in ratione vniuersalis, ergo actualis prædicatio de multis, quæ fit, vel fundatur in actuali communicatione naturæ per intellectum ad illa multa simul, non tollit vniuersalitatem: tum quia actus nõ destruit aptitudinem

ad

ad ipsum,vt risus risibilitatẽ, imò potius perficit,& ponit in actu secundo; tum qa nulla alioqui daretur actualis prædicatio vniuersalis de suis singularibus, & certè in hac pdicatione *Petrus est homo*, videmus *ly homo* manere in sua vniuersalitate, qa nõ supponit suppositione singulari, sed cõmuni, aliàs esset sensus *Petrus est hic homo*, & sic nunquã prædicaretur de Petro aliquod sibi commune cũ Paulo in natura, ergo vniuersalitas consistit cum ipso actu essendi in multis, & nõ cũ aptitudine tantum. Confirm. quia naturã esse in pluribus actu communicatã per intellectum sub eadem entitate, ac vnitate formali cum sola diuisione materiali, seu numerali est actus secundus naturæ cõsideratæ secundum esse præcisum ab indiuiduis à parte rei, ita quod natura sub tali præcisione, ac indifferẽtia positiua sit veluti in actu primo respectu actus existendi in pluribus, & per talem postea actum non destruatur, sed potius exerceatur naturæ vniuersalitas.

Nec valet consueta Aduersariorũ respõsio naturam, dum est in inferioribus desinere esse vniuersalem, quia amittit vnitatem, quam habebat in statu præcisionis obiectiuæ, eo qđ diuidatur in plura eiusdem hominis, & rõnis. Non valet, qa diuiditur solum secundum esse materiale, & numericum, nõ verò secundũ proprium esse formale, quia vna, & eadem sibi correspondet formalis vnitas, vt est in omnibus inferioribus adæquatè, vnde valde diuersus est status naturæ, vt extat in indiuiduis à parte rei diffusa, ab eo, quo concipitur in eisdẽ per intellectum, dum facta est vniuersalis, nã in illo primo statu ita diuiditur, vt diuisio redundet etiam in ipsammet formalem naturę vnitatẽ, ita quod natura in statu realis cõtractionis estò habeat suã vnitatem formalem, non tamen quæ sit eadem in omnib. indiuiduis, sed propria vniuscuiusque, quia .s. in ipsis multiplicatur natura, & consequenter etiam vnitas naturę, vnde in tali statu Petrus, & Paulus non sunt vnus homo, sed plures homines ob pluritatem humanitatum; at in altero statu contractionis per intellectum diuisio non redũdat in vnitatem formalem naturæ, sed simpliciter sistit intra latitudinem hæcceitatum: & ideò natura in tali statu cõtractionis remanet vna formaliter in omnibus indiuiduis, & solũ extrinsecè multiplicatur numeraliter, vnde & in tali statu ob eandẽ naturæ vnitatẽ in omnibus Petrus, & Paulus dici possũt vnus homo eo modo, quo Porph. dicebat omnes homines participatione speciei esse vnum hominẽ. Ratio huius diuersitatis est, qa aptitudini respõdere debet actus ei proportionatus, cum igit. aptitudo, q̃ habet natura à parte rei ad essendum in multis, sit remota, & ad plura disiunctim, cõsequenter ita debet ad actum reduci, vt à parte rei sit in vno solo indiuiduo cũ sua vnitate formali, & nõ in alijs; cũ autẽ aptitudo, quã habet natura in statu præcisionis obiectiuæ, ad essendum in multis, sit proxima, & ad plura cõiunctim, vt reducatur ad actũ ei pportionatum, debet assignari vna, & eadẽ natura per inexistentiã in omnibus, & singulis, itá quod vnitas formalis eius illi correspondeat, vt est in omnibus indiuiduis adequatè.

Deindè argumentũ nostrũ non loquitur de illa vnitate importata per indiuisionẽ in plura eiusdẽ rõnis, q̃ natura acquirit ex vi pcisionis obiectiuæ, hanc .n. vtique cõcedimus dissolui eo ipso, qđ diuiditur, & ad inferiora contrahitur, siue realiter, siue per intellectum, vt loc. c. dicebamus, nã talis vnitas est prorsus incõpossibilis cũ differẽtijs, cũ ex suo cõceptu dicat negationẽ actualis cõiunctionis cũ eis, sed loquitur de vnitate formali, q̃ sequitur naturã, vt est totũ qđdã actuale, & essentiale, & de esse, qđ essentialiter dicit, & per pdicationem tribuitur indiuiduis: modò idẽ pdicatũ obiectiuè sumptũ ita intellectus tribuit vni indiuiduo, vt tribuat etiam alteri, ergò licèt per diuisionem,

nem, & contractionem ad inferiora dissoluatur vnitas eius, quæ ipsum sequebatur ante diuisionẽ in ratione totius potentialis, adhuc tamen etiam post diuisionem perseuerat vnitas, quæ ipsum sequebatur in ratione totius essentialis.

Tertiò tādē, ꝙ *dici de multis* sit passio vniuersalis.tm̃ vt dicit aptitudinem, non actũ, docet Doctor 7.Met.45. dũ ait actũ ipsum prædicandi accidere vniuersali; ꝙ etiã manifesta rõne conuincitur, quando homo v.g. de vno solo prædicatur dicendo *Petrus est homo*, sanè pdicatur adhuc, vt vniuersale, quia nõ supponit suppositione singulari, sed cõmuni, vt supra dicebamus, id autẽ nõ habet ex vi actualis istius prædicationis, imò ex vi illius extraneatur relatio vniuersalis, vt notat Doctor q.16. vniuers. in fol. ad 8. quia ex vi illius applicatur vni singulari tm̃, non ad plura, sed præcisè id habet ex vi prædicationis aptitudinalis, nã estò ex vi actualis ad vnum tm̃ singulare maneat coarctatum, tñ ex vi aptitudinalis manet adhuc illimitatum ad plura, ergo *dici de* est passio vniuersalis, vt dicit aptitudinem non actũ. Dices saltim actu prædicari de plurib. posse poni passionẽ. Neque hoc benè diceretur, quia ex vi actualis prędicationis vniuersale non magis applicatur ad plura, quàm ad vnum solum, sed ad vtrũque manet indifferens, at ex vi aptitudinalis necessariò extenditur ad plura. Cõfirm. id etiam, quia vniuersale in actu aptum est proximè, & immediatè prædicari de multis, hæc autem aptitudo nõ competit ei in primo modo, vt probatũ est, ergo in secundo, atq; ita hęc aptitudo pdicandi, seù prędicabilitas de multis erit passio vniuersalis, actualis verò pdicatio, siuè signata, siuè exercita erit exercitiũ illius passionis, vt est ridere risibilitatis.

In oppositum obijcitur 1. probando *esse in* constituere vniuersale, vt dicit ipsum actum essendi in multis pręcisè, non autem aptitudinem, quia vt arguit Blãc. cit. vniuersale metaphysicum tunc tale fit, quando actu cognoscitur natura sine differentijs inferiorum, ergo vniuersale logicũ tunc fiet tale, quãdo actu comparatur ad inferiora, atq; adeò sicut vniuersale metaphysicũ non cõstituitur per aptitudinalẽ abstractionẽ, sed per actualẽ, ita neq; logicũ per aptitudinalẽ comparationẽ, sed per actualẽ; vnde sicut vniuersale metaphysicũ, vt optimè definiatur; debet definiri vnũ actu à multis abstractũ per rõnem, ita pariter, vt optimè definiatur vniuersale logicum, erit definiendum vnum actu in multis per rationem. Deinde vniuersale logicum constituitur tale per actualem relationem ad multa, non aliter, ac album constituitur tale per actualem albedinem, atqui album definitur subiectum actu affectum albedine, non autem potens illa effici, ergo pariter vniuersale logicũ erit natura actu affecta relatione ad multa; tunc sic, non põt cõcipi natura actu relata, quin cõcipiatur actu in multis, ergo nõ põt cõcipi vniuersalitas logicè, quin cõcipiatur vna actu in multis, & cõsequenter vniuersale logicũ definietur vnũ actu in multis secũdum rõnem. Demũ opinio Blanc. sic cõfirmari põt, vniuersalitas est relatio rõnis ad plura inferiora, in quib. est natura vniuersalis, & de quibus prædicabilis est, necesse est ergo, ꝙ si illa plura non sunt à parte rei, saltim per intellectũ accipiant esse, quia relatio nequit esse, vel cõcipi sine extremis, vnde illa plura, quæ à parte rei sunt possibilia, dũ fit vniuersale, sũt in actu p cõsiderationẽ, ergo vniuersale logicũ essentialiter respicit plura, In quibus actu sit, & non aptitudine tantùm.

Resp. hęc omnia argumenta in æquiuoco laborare, concedimus .n. uniuersale logicum fieri per actualem comparationem ad inferiora, non autem aptitudinalem; hæc tamen actualis comparatio uniuersalis non fit semper ad inferiora, in quibus actu consideretur inclusum, sed interdum, in quibus consideratur aptum includi, quare actualitas cadit

utique

vtique semper supra cōparationē, nō autē sēper supra inclusionē, argumenta autē ita procedūt, ac si negaremus actualitatē etiā in cōparatione, & ex actualitate in cōparatione cōtendūt inferre actualitatē etiā in inclusione, ꝙ falsò deducitur, nā ante actualē inclusionē ipsa inferiora sunt, vt potentia includere, inquātū inferiora, sicut ipsū superius, vt potēs includi, & sic termināt relationē superioris & vniuersalis, antequā cōsideretur actualis inclusio in multis. Dices inferiora nō esse, nisi per actualē inclusionē superioris; atq; ideò non terminare relationē illius in rōne vniuersalis, nisi per *esse in* actuale. Negatur assūptū sicut.n. actu est aliquid superius, non tm̄ quando actu includitur in pluribus, sed etiam quando ei conuenit aptitudo, vt sit, & includatur in multis; quia ad formalitatem superioris non est necessaria actualis inclusio in inferioribus, sed sufficit etiam potentialis; ita inferiora sunt actu talia, non tantum quando actu includunt superius sed etiam quando considerantur, quòd actu eis conuenit posse includere, & cōtrahere superius; ex quo patet quid dicēdum sit ad singula argumēta, & hęc doctrina expressè habetur à Doc. q. 18. vniu in corp. q. vers. *Item si aliquid.*

Secundò obijcitur è contra probando *esse in* constituere vniuersale, vt dicit aptitudinem tantùm, non verò actum, quia vt passim Scotistæ docent ex Doct. cit. vt natura sit vniuersalis, requiritur indeterminatio positiua, seù contraria, sed hanc indeterminationem non habet natura eo ipso, quod ponitur contracta, siue id fit à parte rei, siuè per intellectū, ergo vniuersalitas repugnat cū actu essendi in multis, quia hic est status cōtractionis. Tum 2. quia quamuis natura de se indifferens sit ad singularitatem, & vniuersalitatem disiunctim, coniunctim tamē hæc duo in natura repugnāt, sed status contractionis est status singularitatis, ergo repugnat ei vniuersalitas in tali statu. Tum 3. vniuersale formaliter ita habet indeterminationē ad plura, vt sit incapax determinationis ad vnum, at natura in statu cōtractionis est determinata ad vnum per differentiā contrahentē, ergo non est vniuersalis. Tum 4. natura cōtracta non pdicatur, vt indifferens, ac indeterminata, sed vt applicata isti indiuiduo, de quo prædicatur, & vt vnū cum illo, alioquin verè non prædicaretur, ergo nō manet vniuersalis, remota .n. indifferentia tota vniuersalitas ruit. Tum tandē natura non habet vniuersalitatē, nisi in suppositione simplici, nam quando dicitur *homo est species, homo est vniuersalis*, ly homo supponit simpliciter, ita quod nō descēdit ad supposita sub formalitate speciei, & vniuersalis, sed quando per actualē contractionē pdicatur actu de indiuiduis non habet suppositionē simplicē, sed psonalē, verificatur .n. de psonis, & indiuiduis, ergo in actuali pdicatione nō habet vniuersalitatem.

Resp. hæc pariter argumenta in æquiuoco laborare, ità.n. loquuntur pe natura contracta per intellectum, ad actu essendum in multis, ac de natura cōtracta à parte rei, cū tā ambo hi status contractionis sint inter se valde diuersi, quando .n. natura cōtrahitur à parte rei, cū vna, & eadem nequeat esse simul, & semel in pluribus, determinatur ad vnū, & fit illi propria, atq; ideò in tali statu realis contractionis repugnat illi vniuersalitas; quando verò contrahitur per intellectū, cū vt sic obiectiuè cōsiderata non repugnet vna, & eadē in pluribus cū sola diuersitate numerali, tunc nō cōsideratur, vt contracta ab vno solo, sed ab oībus inferiorib. simul, & semel, ità ꝙ licèt hoc, & illud constituat, nequit tamen dici ad unum determinata, aut alicuius propria, quia indifferenter omnia respicit, & omnia constituit; & ideò licèt per contractionem realem amittat natura indifferentiam positiuam, & indeterminationē contrariam, nō tamen per contractionē ratio-

rationis,quæ fit ęqualiter ad omnia inferiora perseuerante vnitate formali eiusdē naturæ in omnibus conceptæ: ex quo patet,quid dicendū ad singula argumenta,nā ad prima tria vera est minor de natura cōtracta à parte rei, falsa de ipsamet contracta per intellectum,Ad 4.estò ex vi actualis pdicationis maneat vniuersale applicatum ad vnū, adhuc tñ ex vi aptitudinalis remanet ad alia indifferens, & ideò retinet vniuersalitatē, vnde dū dicimus *Petrus est homo*,ly homo non amittit vniuersalitatē,vt.n.eā amitteret, opus esset conceptum cōmunem mutari in singularem. Ad vlt.falsa est maior, qa natura retinet vniuersalitatē ēt in suppositione absoluta, sub qua potest ēt ad indiuidua descēdere, & ideò falsa est quoq; minor,quod quotiescunq; natura de indiuiduis prædicatur,sit suppositio personalis,vt constat ex dictis Inst. trac. 1. c. 10.

Tertiò tandem obijcitur ad probandū *dici de* esse passionē vniuersalis; vt dicit actum,non verò aptitudinē,qa passio pportionata vniuersali debet esse rationis, non realis, at sola actualis prædicatio est relatio rōnis, prædicabilitas verò est realis, cum talis aptitudo cōpetat naturæ ēt à parte rei,ergo &c. Resp.naturam esse prædicabilem de multis, posse dupliciter intelligi,vel fundamentaliter,& remotè, & sic est qnid reale, neque hoc modo est passio vniuersalis: vel formaliter proximè,& immediatè,& sic est quid rōnis,& passio vniuersalis, vide rōnem huius in Doct.cit.H.Dices nulla datur relatio rationis aptitudinalis, sed qlibet est actualis, cum ambo extrema habeant actualē existentiā obiectiuā,ergo &c.Resp.quicquid dicat Brasau.q.18.neg.assumptū,nā suo modo dantur aptitudines rōnis, possuntque superius, & inferius inuicē actu conferri in rōne subijcibilis, & prædicabilis,non verò in rōne actu subiecti, & prędicati, & in hoc sensu collatio eorum erit actualis, sed relatio aptitudinalis.

Explicata vniuersalis essentia, facilè est colligere germanam vniuersalis definitionem,quod.s.sit *Vnum in multis cum sui multiplicatione,& diuisione*,ac veram eius intelligentiam,quæ talis est, quod p ly *vnum* intelligere debemus vnitatē rationis, per q excluduntur æquiuoca habentia solā vnitatē nominis, & analoga, quando sunt cum æquiuocatione coniuncta,quia de rōne vniuersalis est, vt sit prædicatum vniuocū de suis inferiorib. .i.habēs rōnem in se vnā quomodocūq; hæc inferioribus cōueniat, siue essentialiter,siue accidētaliter,dantur.n.vt videbimus infra,vniuersalia nedū essentialia; sed ēt accidentalia,& ratio huius est, qa cū de rōne vniuersalis sit, q possit esse in multis,nisi diceret rōnem vnā, secūdum quam reperiatur in illis,iam non esset in multis, sed vna ratio esset in vno, & alia in alio,ly *in multis* indicat, quod vnitas vniuersalis non debet esse numerica, sed communis; tum quia vniuocatio propriè spectat ad terminum communem: tum quia vniuersale directè opponitur singulari: quod adhuc magis declaratur per particulam à nobis additam ad maiorem expressionem *cum sui multiplicatione, & diuisione*, per quam significatur naturam vniuersalem debere quidem pluribus communicari, sed cum sui multiplicitate,ac diuisione numerali, ita quòd estò ratione eiusdem naturæ vniuersalis formaliter, & essentialiter indiuisæ possint humana indiuidua dici vnus homo in communi, vt aiebat Porph. toties cit. ratione tamen diuisionis numeralis etiam in ipsam naturam redundātis possunt quoque dici non tantū plura indiuidua, sed etiam plures homines. Ex quo sequitur, vt docet Doctor hìc sub I. & omnes alij aduertunt naturam diuinam, estò de facto sit tribus personis cōmunicata, dici non posse vniuersalem, quia non est communicata cum multiplicitate numerali,sed vna,& eadem numero est in omnibus tribus suppositis diuinis: qua etiam ratione neque forma

eadem

eadem numero, si poneretur à Deo per replicationem in pluribus subiectis, acquireret vniuersalitatem, quia in eis non esset cum sui multiplicatione numerali.

Facilè ét est ex dictis satisfacere quæstionibus à Porph. excitatis de vniuersalibus in suo proœm. Si.n. primò quæratur an vniuersalia sint in rebus, vel potius in intellectu.i. an sint entia realia, vel rõnis? Resp. si materialiter sumãtur.s. pro naturis, quæ denominãtur vniuersales, sũt in rebus, seù entia realia, si verò formaliter sumãtur, sũt entia rõnis, & tm̃ obiectiuè in intellectu; aduertẽdũ tñ est vniuersale etiã materialiter sumptũ posse interdum esse ens rõnis, cũ.n. vna secunda intentio possit super aliã fundari ex dictis disp. 3. q.8. ar.2. poterit vniuersalitas ipsa applicari ét entibus rõnis, & ita euenit, cum entia rõnis ad instar realiũ à suis inferioribus abstrahuntur, & iterum ad ipsa cõparantur, vnde vniuersale dicimus esse genus ad quinque vniuersalia; vt infra. Si secundo quæratur, an vniuersalia sint corporea, vel incorporea? Resp. formaliter sumpta, nec corporea esse, nec incorporea, cum ita non sint, nisi quædam secundæ intentiones huic, vel illi naturæ affixæ; materialiter verò, quia ratio vniuersalis nõ limitatur ad naturas corporeas, vel incorporeas, consequenter & corporea, & incorporea esse possunt, & etiam ab his abstrahentia, quandoque quidem per indifferentiam, quandoque verò etiam per essentiã; quando naturalis, quæ denominatur vniuersa, est corporea, tunc vniuersale corporeum est, vt homo respectu Petri, & Pauli; quãdo est spiritualis, tũc est incorporeũ, vt angelica natura respectu Gabrielis, & Raphaelis; quãdo nec est corporea, nec incorporea formaliter, sed vtrũq; pmissiuè, vt substãtia, quæ est apex in primo pdicaméto, tũc est abstrahẽs ab vtroq; per indifferẽtiã, qa & hoc, & illud esse potest, estò neutrum sit formaliter; quando tandem natura denominata est ens rõnis; ꝙ nec corporeum, nec incorporeũ esse põt cũ hę sint differentiæ entis realis, tunc vniuersale dicitur abstrahẽs ab vtroq; nõ per indifferentiã, sed per essentiã, quia istæ negationes ei cõueniunt essentialiter. Si tandem quæratur, an vniuersalia sint in singularibus, vel potius ab eisdẽ separata. Resp. materialiter sũpta esse in singularibus, formaliter verò accepta possunt aliquo modo dici ab eis separata, quatenus vniuersalitas est ens rõnis habẽs tm̃ esse obiectiuũ in intellectu; adhuc tñ etiã in isto statu dici possunt cum singularibus coniuncta per intellectum, quia constituuntur per esse in illis actu, vel aptitudine.

Eodem tandẽ modo alijs quibusdam quæsitis de vniuersalibus potest satisfieri; nam si quæratur, an sint substantiæ, vel accidẽtia? Resp. formaliter sũpta nec esse substantias, nec accidẽtia realia, dici tñ posse accidentia rõnis, quatenus sunt secũdæ intẽtiones, quæ sũt relõnes rõnis; materialiter verò accepta, & substãtias esse posse, & accidẽtia, & ét ab his abstrahẽtia, intẽtio.n. vniuersalis fundari põt sup naturas substãtiales, & accidẽtales, & super formalitates ét ab his abstrahentes. Si quæratur, an sint æterna, vel tẽporalia? Resp. formaliter sũpta non esse æterna, tamdiù.n. sunt, quãdiu ab intellectu fiũt; materialiter verò sũpta, quãtũ ad existẽtiam adhuc æterna non sunt, quia cum hanc habeant in singularibus, ad eorum corruptionem desinunt; dicuntur ergo æterna quantum ad essentiam; tum quia nõ sunt in potẽtia propinqua ad corruptionẽ, nisi sint in esse existẽtiæ, vt Doct. docet 3.d.22.q.vn.G. tum quia quantum ad esse possibile semper talia fuerunt, & erunt, vt docet 1.d.36.q.vn.& d.43. tum quia quantum ad prædicata complexa, quæ ab existentia non pendent, semper talia fuerunt, & erunt, quia etiam si non existerent singularia adhuc talia prædicata sibi debita forent, destructis.n. omnibus indiuiduis humanæ speciei, verum adhuc esset dicere hominem esse animal

rationale, vt docet 1.d.3.q.4.I. & K. quia verbũ *est* in his propositionibus nõ dicit existentiã extremorũ, sed necessariã cõnexionẽ inter illa. Sed dices, si vniuersalia ppetua sunt, certè alicubi permanere debẽt, at si nullũ esset singulare, vbi erũt? Resp. ex Doct. cit. nullibi actu erunt, sed obiectiuè solũ in intellectu diuino actu cognoscente eis esse debita huiusmodi prædicata, & cũ his cõiungi debere, quãdo ad extra producãtur in singularibus.

QVÆSTIO III.

Per quam operationem intellectus fiat vniuersale in actu.

Libenter abstineremus ab hac quæstione eò, quod tota animastica sit, sed quia multum confert ad notitiã vniuersalis logici, eam discutiemus non ex professo, sed solũ quantũ patitur logicũ institutũ. Pro intelligentia tituli qu. supponẽdum est ex 3. de an. duplicẽ in nobis cõstitui intellectũ vnũ agẽtẽ, alterũ passibilẽ, seu possibilem (siue formaliter, siue solum rõne distinctos) cum .n. cognitio ex potentia, & obiecto generetur, vt fusè Doctor 1. d. 3. qu. 7. & nequeat obiectum materiale immediatè recipi in intellectu per suam entitatem, necesse fuit, vt in eo reciperetur per sui speciem, & similitudinem intentionalem, vnde dicebat Arist. quòd lapis nõ est in intellectu; sed species lapidis, quæ est accidens quod dam gerens vicem obiecti, & illud repræsentans. Verùm licèt species sensibiles ab obiectis externis totaliter imprimantur in sensibus, tàm exterioribus, quàm interioribus, quia & ipsę sunt adhuc materiales, & corporeæ, ideòque opus non sit aliquo sensu agente, qui cũ illis obiectis species sensibiles comproducat, tamen quia species istæ nõ sunt intellectui proportionatæ, vtpotè qui est potentia mere spiritualis; ac proinde non receptiuus specierum, nisi prorsus immaterialium, ideò vltra intellectum passibilem, qui talis dicitur, quatenus est specierum receptiuus, fuit opus aliã cõstituere intellectiuã facultatẽ, quæ ex speciebus sẽsibilibus spiritualẽ, ac, vt vocãt, intelligibilẽ speciẽ eliceret, & intellectui possibili imprimeret, à quo munere producendi species intellectus agens est appellatus, de quo fusè Doctor 1. d. 3. q. 6. & quol. 15. q. a obiecta sẽsibilia nõ possũt seipsis producere speciem spiritualem saltim totaliter.

Rursus ex dictis disp. præced. q. 4. art. 2. & q. 8. art. 1. recolendi sunt varij actus, quos circa idem obiectum potest habere intellectus possibilis; potest .n. in primis habere actum absolutum, quo supra rẽ absolutè fertur non in ordine ad aliud ipsum considerando, qui etiam subdiuitur in rectũ, & reflexũ, vt ibi dictum est; potest etiam habere actum collatiuum, quo rem aliquam, non ipse, sed in ordine ad aliam considerat, qui rursus subdiuiditur, nam alter terminatur ad res, vt inuicem comparatas in aliquo attributo ois cõueniente ex natura rei in suo ordine, alter verò terminatur ad res, vt inuicẽ cõparatas in aliquo attributo rõnis; & rursus actus collatiuus tã primi, quã secundi gẽneris duplex est, simplex, & cõpositus, simplex est quo cõcipitur vnum i ordine ad aliud sine aliqua affirmõe, & ideò ptinet ad primã operationẽ, pôt .n. & ipsa simplex apprehẽsio esse cõparatiua, vt docet Scot. 2. d. 6. q. 1. ad 2. & benè declarat P. Cauell. q. 8. de anim. n. 3. quomodo relationẽ ipsã sẽper apprehendimus; compositus verò est, quo intellectus ita vnũ ad aliud cõparat, vt per actualem prædicationem vnum de alio affirmet.

Quæstio igitur supponit ad intellectũ duntaxat spectare vniuersalis effectionem, sensus enim, quia est corpori affixus, nequit naturam attingere, nisi sub conditionibus indiuiduantibus temporis, loci, &c. vt dictum est qu. 1. art. 2. in sol. ad 2. ideòque vniuersale efficere nequit, quod abstrahit omninò ab his conditionibus. Nec aliàs posse efficere saltim

tim tale vniuersale, nempe sensibile, abstrahendo quidditaté rerum sensibilium. Quia & ipsa natura rerũ sensibiliũ, si secundum se consideretur, non amplius est sensibilis, licèt sit quidditas rei sensibilis, ratio est, quia sensibilitas nedũ oritur ex tali quidditate, sed ét ex eo, ꝙ sit immersa cæteris cõditionibns indiuiduantibus, vt rectè aduertit Pasqualig. cit. disput. 19. sect. 2. vbi de hac re agit ex professo, supponit igitur quæst. (vt dicebamus) solum intellectũ efficere vniuersale, & quærit, cuius intellectus sit hoc munus, nũ agẽtis, vel potius possibilis, ꝙ si ad possibilem ptinere dicatur, quęrit vlterius, ex multis actib., qb. se põt exercere circa aliꝙ obiectũ, quẽ adhibeat ad vniuersale cõficiẽdũ.

Hinc variæ sunt exortæ opiniones; Quidam .n. asserunt hoc esse munus intellectus agentis, quia putant ipsum cum phantasmate, nedũ speciẽ intelligibilem singularis producere, verũ etiam species magis & minus vniuersaliũ, in quib. proinde natura relucet denudata à cõditionibus indiuiduãtibus, ita Auers. 1. de an. com. 8. D. Tho. 1. p. q. 85. ar. 1. Caiet. ibidẽ, & de ente, & essentia cap. 4. q. 6. Sot. q. 2. vniu. Zumel. 1. p. q. 13. art. 7. Masius sect. 2. q. 5. Flandria 3. Met. q. 3. art. 2. & alij Thomistæ quãplures, & ex nostris Orbellus initio prædicabilium. Faber 4. Met. quæst. 9. cap. 4. citans Doctorem 1. d. 3. q. 6. Alij e contra volunt, hoc esse munus intellectus possibilis, sed adhuc inter se discrepant, nam asserunt multi fieri ab intellectu possibili per actum absolutum, quo naturam præscindendo à suis inferioribus concipit quoad sua prædicata quidditatiua, quem proinde vocant actum abstractiuum, seù præcisiuum intellectus possibilis, vnde hæc secunda opinio parum differt à prima, quia vtraque consentit vniuersale fieri per abstractionem ab inferioribus, & solum discrepant de potentia abstrahente, hæc vult esse intellectum agentem, illa possibilẽ; ita defendũt Auctores cit. q. præced. qui statuebant formalitatẽ vniuersalis in absoluto, & Capreol. 1. d. 8. q. 2. art. 3. Hæru. c. 1. de 2. intent. Conimbr. q. 4. Vallius de vniu. in cõm. q. 4. c. 9. Petron. lib. 4. q. 1, ar. 6. Sern. disp. 1. sec. 4. q. 7. ar. 6. & alij. Tertia sententia docet vniuersale fieri per actũ collatiuum, quo natura facta vna per abstractioné, & positiuè indifferens cognoscitur pluribus inesse cũ tali vnitate, vel saltim sic apta ad in essendũ, ita cõmuniter Scotistæ cum Doctore 5. Met. q. 11. & lib. 7. q. 13. & in 1. d. 3. q. 7. & 4. d. 1. q. 2. & ex professo 2. d. 3. q. 1. vbi eius Expositores pſertim Lichet. §. *Secundo principaliter*, Ant. And. 5. Met. q. 6. Tromb. 7. Met. q. 8. & 9. Zerb. 7. met. q. 17. Barg. 1. d. 3. q. 6. §. *Ex a io membro*, Fuen. q. 6. diff. 3. art. 2. Meur. loc. cit. Meurin. disp. 2. de vniu. q. 1. Itẽ ex Thomistis Complut. disp. 3. q. 6. Io: de S. Tho. p. 2. log. q. 4. art. 2. Sanchez q. 38. vniuers. Soncin. 9. Meth. 27. fauet S. Thom. opusc. 55. & 1. p. q. 28. art. 1. qu. 7. de pot. art. 1. 4. Met. lect. 4. & 2. Perhier. lect. 10. Item Recentiores ex Societate Ruuuius q. 5. & 6. vniuers. Amic. tract. 4. q. 4. dub. 6. concl. 6. qui alios citant. Morisan. disp. 1. log. q. 8. & Blanc. supracit. Verùm neq; adhuc Auctores cit. omninò inter se cõueniunt, significãt. n. aliqui hunc actũ collatiuũ esse primi generis, alij insinuãt esse secũdi generis (nam re vera in hoc puncto nõ se satis explicant) Rursus quãplures volunt hunc actum collatiuũ esse simplicẽ spectantẽ ad primã operationẽ, alij inquiunt esse compositum spectãtẽ ad secundã, & ita defendunt quicunq; contẽdunt essentiã vniuersalis cõsistere in actuali prædicatione de multis.

Demum nonnulli Moderniores volentes relatas sententias concordare, distinguunt, aliud esse vniuersale fieri ab intellectu, & aliud cognosci, vt vniuersale; fit .n. per simplicem abstractionem absque aliqua comparatione, non tamen cognosci potest, vt vniuersale, nisi per cognitionem comparatiuã, quia debet cognosci cum ordine ad inferiora. Sed hęc

concordia parum valet, quia ens rônis, quale est vniuersale, vt hîc de eo loquimur, nõ habet, nisi esse obiectiuum in intellectu, nõ habet antè tale esse, nisi ex vi alicuius cognitionis, ergo tũc fit vniuersale, qñ cognoscitur; tũ qa generatim loquẽdo fieri entis rõnis est cognosci, & in tm̃ fiunt, in quantũ cognoscũtur, vt dictũ est disp. 3. q. 4. ar. 2. ergo prorsus inepta est hæc concordia, ac proinde ipsa relicta.

Dicendum est vniuersale in actu non fieri per actum intellectus agentis, sed possibilis, non quidẽ absolutũ, sed collatiuũ, nõ cõpositum, sed simpliceẽ, & hũc nõ primi, sed secundi generis. Conclusio est Scoti, & Scotistarũ loc. cit. quoad omnes partes, & quo ad singulas probatur. Primò nõ fieri per actũ intellectus agentis, sed possibilis, vt alia loca mittamus, docet Scot. sæpe cit. 2. d. 3. q. 1. sub H. ibi. n. ex pfesso impugnat illud dictũ, q̃ intellectus agẽs faciat vniuersale illis verbis: *ex hoc apparet improbatio illius dicti, quod intellectus agẽs facit vniuersalitatẽ in rebus per hoc, quod denudat ipsum quod quid est in phãtasmate existens*, de quo statim infra cõcludit, q̃ in intellectu agente nũquã *est tale, cui potentia proxima conuenit dici de quolibet, sed tantum est in potẽtia proxima, vt est in ĩtellectu possibili*; & probatur efficaciter, quia opinio aduersa ideò statuit vniuersale fieri per intellectũ agentẽ, quatenus arbitratur ipsũ ita abstrahere species intelligibiles ex phãtasmate, vt naturam depuret, non tantùm à materialitate, sed etiam à conditionibus indiuiduantibus, ita quod in specie sola natura communis repræsentetur, at hoc fundamentum est satis dubium, quia vt dicemus in libr. de anim. probabilius est speciem productam ab intellectu agente repræsentare naturam adhuc cum cõditionibus indiuiduantibus, quæ in phantasmate relucebant, & intellectus possibilis sit ille, qui eam vlterius abstrahat à conditionibus illis, ita quod species, & phantasma nõ distinguantur ex obiecto repræsentato, sed ex propria entitate, q̃ phãtasma sit ens corporale, & species intelligibilis spirituale, vnde intm intellectus agens dicatur abstrahere à concretione materiæ, in quantum producit species spirituales, hæc.n. est magis recepta doctrina de intellectu agente, quã docuit Scot. 4. d. 45. q. 3. Tromb. 7. Met. q. 7. & 8. Barg. cit. & alij Scotistæ, qui passim cum ipso dicunt intellectũ agentẽ vtiq; transferre obiecta de ordine in ordinem, .i. ex ordine materialiũ ad ordinem immaterialium, non tñ ex ordine singulariũ ad ordinem vniuersalium; & idẽ cum Scoto docent alij communiter Amic. cit. art. 3. Pasqualig. sect. 3. Auers. q. 8. Blãc. cit. cum cæteris. Accedit, vt aduertunt oẽs hi Auctores; q̃ etiã dato intellectũ agentẽ ita abstrahere speciem, vt etiã depuret naturã à conditionibus indiuiduantibus, adhuc tñ nõ dicetur efficere vniuersale in actu, quia tota eius efficiẽtia terminatur ad illã speciẽ, quæ est quid singulare; poterit igitur ad summum dici intellectus agens efficere vniuersale in repræsentãdo, quatenus producit speciem, quæ ex hypothesi est repræsentatiua vniuersalis, aut vniuersale in habitu, quatenus præparat medium, quo vniuersale in actu fiat ab intellectu possibili, dum illi per speciem obijcitur, vt docet Bargius cit. & in hunc sensum interpretatur S. Th. & Caiet. cit. pro 1. opin. Complut. Ioa. de S. Th. & alij Recentiores Thomistæ.

Secundò, quòd non fiat per actum absolutum, & præcisiuum intellectus possibilis, sed collatiuum, est Scot. cit. dum ait *vniuersale in actu esse illud, quod habet vnitatem indifferentem, secundum quam ipsum idem est in potentia proxima, vt dicatur de quolibet supposito*, ergo secundum mentem Doctoris tunc fit natura actu vniuersalis, quando iam facta vna, & indifferens positiuè per abstractionem posteà comparatur ad inferiora in ratione participabilis simul ab omnibus, & de omnibus prædicabilis,

quod

quod adeò clarum est, vt nesciamus quo verbo Doctoris ibidē motus dixerit Pasqualig.cit. ipsum initi sentire, ꝙ vniuersale fiat per cognitionē purè abstractiuā; planè si Doctor ibi vult vniuersale in actu esse pdicabile de multis, non poterit hoc fieri per cognitionem purè abstractiuā, quia natura sic abstracta nō est de alio pdicabilis, nō.n.dicimus *Petrus est humanitas*, oportet igitur, vt natura per actū absolutū abstracta ab indiuiduatione, quę ipsā ad vnum determinabat, fiat cōcreta per respectū ad inferiora, ꝙ fieri nequit sine superuenienti actu collatiuo. Neq; dicas posita tali abstractione naturæ statim in ea resultare respectū ad inferiora absque interuētu noui actus, qui collatiuus dicatur. Hoc.n. prorsus voluntariè diceretur; tūm qa ex vi actus abstractiui potius tollitur à natura quilibet respectus ad inferiora, quā ponatur; tū quia relatio rōnis, & secunda intentio, qualis est vniuersalitas, nō habet esse per resultantiam ex vi positionis extremorū, sed ex vi cognitionis, & negotiationis intellectus ex dictis disp.3.q.4.ar.2. Ratio autē à priori huius asserti est, qa vniuersale definitur vnum in multis, ergo nequit naturā hāc vniuersalitatem recipere, nisi concipiatur in ordine ad multa, sed hoc fieri nequit per abstractionem, quando.n. intellectus naturam abstrahit, potius illam segregat ab inferioribus, quàm concipiat illis communem, ergo id fit per comparationem; prob. min. aliud.n. est concipere aliquid in alio, aliud verò concipere aliquid sine illo, vel nō cū illo, per abstractionē intellectus cōcipit naturā nō concepto aliquo inferiori, ergo p abstractionē nequit natura vniuersalis fieri, & hæc ratio vrget tam de abstractione facta ab intellectu possibili, quàm ab agente.

Tertiò, quod fiat per actum collatiuū simplicem, non compositum, sequitur ex dictis q.præced. art.2. & 3. ibi.n.dicimus ex sent. Doct. actum prædicandi supponere naturam prędicabilem, quia ipsę est veluti exercitium prædicabilitatis, & vt aiunt Complut. potius facit pdicatū quā pdicabile; prædicabile verò supponit vniuersale iā actu constitutum, quia est eius passiō, ergo actualis pdicatio, quæ fit per cōpar. tionē cōpositam, supponit iā pridē vniuersale formale cōstitutum. Accedit, ꝙ esto per actualē prædicationē consurgat aliqua relatio ronis, hæc tn̄, ad vniuersalitatē sufficiēs non est, quia vniuersalitas refert naturā ad multa necessariò, alioquin vniuersalitas non esset, at prædicatio actualis ex dictis ibi ar.3. indifferenter refert vniuersale ad vnum, & ad plura, loquendo pſertim de prædicatione exercita, ergo nō est sufficiens ad constituendū vniuersale, imò ait Doctor q.16. vniuers. per hanc pdicationē actualē potius extraneari à natura relationē vniuersalis, quā constitui ob rationem allatam.

Quartò tandem, quòd vniuersale fiat per actum collatiuum secundi generis, non primi, constat ex dictis disp.3.q.8. art.1. vbi diximus secundas intentiones, de quarū numero est vniuersale logicū, per talem actum collatiuum fieri; Et sicut ibi diximus secundam intentionem per actum collatiuum accipere tantùm esse materiale, & derelictum ex illo eodem actu in obiecto comparato, esse autem rationis formale, & actuale recipere per alium actum reflexum, quo illa extrinseca denominatio comparati concipitur in obiecto cōparato per modum cuiusdam relationis ad aliud obiectum, cui comparatur; sic in proposito cum dicimus vniuersale accipere esse per actū collatiuū, id est intelligēdum de esse materiali, ac derelicto rationis, quia esse formale non habet, nisi cū intellectus reflectēs se supra naturā cōparatam in attributo rōnis ad inferiora, concipit talē cōparationē in natura ad modum cuiusdā veræ relationis ad inferiora terminatā.

In oppositum obijcitur 1. vniuersale in actu fieri ab intellectu agente; tū quia vt ait Faber cit. est expressa Scoti sen-

tentia 1.d.3. q.6.§.*Contra istam opinionē* vbi ve ſ. *Non arguitur hic* habet Doctor, ꝙ in ſpecie relucet actu vniuerſale, & 7. Met.q.16.manifeſtè declinat ad hāc partē; Tum quia ita ſuadet ratio,nā vniuerſale eſt obiectū intellectus poſſibilis,ſed tale obiectum præparatur ei ab intellectu agente, dū ſpecies abſtrahit à phātaſmatibus,& præcedit quēcunq; actū intellectus poſſibilis, ergo &c. Reſp.textū à Fabro citatū ſignari pro extra, & quādo ēt cōcedere nas intellectū agentē tales abſtrahere ſpecies, non ſequitur ipsū ob id propriè facere vniuerſale, ſed ꝙ formet ſpeciē, qua mediāte poſſibilis intellectus naturā intelligēs ſine indiuiduatione formet vniuerſale, vt ſupra deductū eſt, & in hoc ſenſu dici pōt in ſpecie relucere actu vniuerſale, quatenus nimirū in ipſa obiectū eſt actu inſpectum ab intellectu poſſibili,nō autē antecedenter, niſi in habitu. Ad locū ex Met.ait Barg.cit. primò, ꝙ Doctor in Met. cōmunem tunc tēporis ſecutus eſt opinionē,ſed in 2. d.3.q.1. ſuā docuit;deinde.ꝙ in Met.loquitur ſecundū tenentes,ꝙ intellectus agens cauſet cognitionē,ꝙ cōmuniter in ſua Schola non tenetur, & in 2.loquitur ſecundū aliam viam probabiliorem; denium ait, quod in Met.loquitur de vniuerſali habituali, quod eſt ſpecies intelligibilis, & in 2.de vniuerſali actuali. Ad rationem iam diximus q.1.art.2.in ſol. ad 1. vniuerſale fundamentaliter tantùm eſſe obiectum intellectus .i. naturam, vt à ſingularitate præſcindit, vel præciſione negatiua, quomodo præſcindit à parte rei, quatenus formalitas naturæ non eſt formalitas hæcceitatis,vel præciſione poſitiua, quomodo præſcindit cum per intellectū ſingularitate denudatur, qua etiā reſpōſione vtuntur Complut. hoc tñ non eſt intelligendum cum præciſione,quaſi intellectus nequeat cognoſcere etiam ſingulare,vt in lib.de anim. dicemus.

Secundò, ꝙ vniuerſale fiat per actum abſtractiuū intellectus poſſibilis, nō cōparatiuū,quia vniuerſale debet eſſe vnū; ſed tale nō eſt, cum concipitur in multis quia ſic eſt multiplicatū, & diuiſum, ſed ſolum quando abſtrahitur ab illis, ergo fit per actū abſtractiuum,nō cōparatiuū. Tum 2. quia niſi natura non præſcinderetur à differentijs,nunquā eam vnitatē, & indifferentiā acquireret,quæ ad vniuerſale deſideratur, ergo actus abſtractionis eſt neceſſarius ad vniuerſalitatem. Tum 3. vniuerſale eſt vnum aptum in multis, at natura habet vtrumque ex vi ſolius abſtractionis, habet vnitatem, vt patet, habet etiam aptitudinem ſine interuentu alterius actus, quia hanc habebat à parte rei, ſed remotam, & impeditam à differentia indiuiduali, tale autem impedimentū tollitur per ſolam abſtractionem, & aptitudo,quæ erat remota, fit proxima. Tum 4.natura fit ſingularis ex vi differentiæ contrahentis, ergo fiet vniuerſalis ex vi actus præſcindentis illam à tali differentia. Tum 5. & 1. Poſt. & 1. de an. vniuerſale dicitur poſterius ſingularibus, quia fit per abſtractionem ab eis, vt omnes exponunt.

Reſp.non ſolùm debere eſſe vnum,ſed vnum in multis, ꝙ non habet natura cū præciſè intelligitur à ſingularibus abſtracta,quomodo autē talis vnitas vniuerſalis cōſiſtat, nedū cum aptitudine ad eſſēdum in multis, verū etiā cum ipſo actu, ſatis explicatū eſt q.præc.ar.3. præſertim in ſol.ad 2.Ad 2. verū eſt actū abſtractionis naturæ à ſtatu exſiſtentiæ, & cōtractionis realis neceſſariū eſſe, vt præuiam diſpoſitionem ad vniuerſalitatem inducēdam, vt nimirum natura,quæ à parte rei erat vna omnium per ſolam indifferentiam, poſt abſtractionem factam concipi poſſit in omnibus vna per inexiſtentiā actu, vel aptitudine ſaltim, per quē actū propriè natura fit vniuerſalis, vnitas .n. naturæ,vt eſt vniuerſalis, non eſt vnitas abſoluta,ſed relatiua,non ergo negamus abſtractionem ſuo modo concurrere ad vniuerſale, ſed dicimus per ipsā

non

non cōpleri, sed potius per cōparationē. Ad 3. aiunt Recentiores naturā à differētia abstractā non esse cōmunē, & aptam ad essendū in multis positiuè, sed tm̄ negatiuè, quatenus non est cōiuncta cū singularitate; atq; ideò non esse vniuersalē, quia ad hoc requiritur cōmunitas positiua; Nos concedere debemus et positiuè esse cōmunē, hanc .n. aptitudinē adscribimus naturæ etiā in statu realis existentię licet remotā, & impeditā à differentia indiuiduali; adhuc tñ actu vniuersalis dicenda nō est, quia nōdū cōcipitur apta ad essēdū in pluribus simul, sed tm̄ disiunctim; cōcipitur autē sic apta per nouā relationē rōnis (quia talis aptitudo nequit esse realis) & tūc dici pōt vniuersalis in actu, vnde ad vniuersalitatē requiritur, vel q̄ sit actu in multis, vel saltim apta ad essendū in illis coniunctim, quæ aptitudo nō habetur ex vi solius abstractionis, sed noui actus cōparatiui superuenietis. Ad 4. patet ex dictis q. præc. art. 1. in sol. ad 1. quomodo natura ex vi præcisionis à differētia contrahente non fit vniuersalis, nisi fundamentaliter, q̄ non transcendit limites vniuersalis metaphysici. Ad 5. patet ex dictis abstractionē concurrere ad cōstitutionē vniuersalis, vt excludit cōcreationē realē naturæ cū singularibus, quia talis cōcretio, & cōtractio vtiq; tollit vnitatem naturæ, qualis exigitur ad vniuersalitatem, non autem concretionem factam per intellectum, & sic loquuntur Expositores in eum locum Arist. dum aiūt vniuersale fieri per abstractionem; alia argumenta ad hoc facientia vide q. præced. ar. 1. cum solutionibus.

Tertiò tandē, q̄ non fiat per actū collatiuū simplicē, sed cōpositum; probatur, quia nequit intellectus comparare naturam ad indiuidua, nisi cognoscat in eis esse, & eis conuenire, sed non cognoscitur eis cōuenire, nisi quatenus prædicatur de illis, ergo fit vniuersalis per comparationem compositam, non autē simplicem, cum hæc non detur, quia nulla rōne fieri pōt naturā cōcipi, vt cōuenietē multis, quin eā de illis multis p̄dicemus, & vnū alteri cōuenire, nisi per affirmationē. Confir. q̄a iste actus cōparatiuus, vel attingit naturam esse in multis actu, vel aptitudine tm̄, non secundum, quia talis aptitudo ponitur in natura per solū actū abstractionis, quæ virtualiter est cōparatio, hoc ipso, q̄ naturā relinquit aptā ad sua inferiora, ergo primū, sed non intelligitur natura actu in multis, nisi per actualē prædicationem de illis, ergo &c. Tandē per hunc actū collatiuū natura comparatur ad singularia, vt superius ad inferiora, sed inferiora constituuntur talia per actualē inclusionē superioris, quæ fit prædicando hoc de illis, ergo &c.

Resp. comparationem simplicem spectantem ad primam operationem distinctam à composita, quæ spectat ad secundā, planè negari non posse, vt diximus ex Scot. 2. d. 6. q. 1. ad 2. cuius doctrinā recipiunt oēs supracit. Auctores, tū quia simplex apprehensio nō solū est terminorū, sed etiā propositionū, vt patet, cū intellectus ad prolationē alicuius propositionis dubiæ concipit vtiq; prædicatū in ordine ad subiectū, sed nō progreditur vlterius, quia dubius est, an debeat affirmare, vel negare, & hæc vocatur cōparatio simplex, vel cognitio vnius in ordine ad aliud absq; affirmatione, vel negatione; tū etiā quia in sensu non est operatio enūciatiua, & tamen oculus cernit per simplicē intuitum albedinem in pariete, æstimatiua ouis cognoscit inimicitiam in lupo, & sensus communis discernit inter obiecta sensuū externorum; at hæc non possunt cognosci sine aliqua saltim virtuali comparatione, tum demum, quia intellectus attingit similitudinem duorum alborum per simplicem intuitum extremorum relatorum absque aliqua affirmatione, ergo simplex apprehensio comparatiua negari nequit: An vero in hac simplici cōparatione plurium adinuicem attingatur conuenientia, vel dis-

conueniētia eorū adinuicē, quidā negār, vnde in proposito cum intellectus efficit vniuersale cōparando naturā ad inferiora cōcedūt intellectū nō attingere cōueniētiā superioris ad inferiora, putāt.n. id fieri nō posse sine cōparatione cōposita, ac enūciatione; Sed adhuc dicendum est in simplici cōparatione pluriū etiā cōueniētiā, vel disconuenientiam eorum attingi posse, nā in exemplis allatis ouis attingit disconuenientiā cum lupo, & intellectus conuenientiā inter duo alba per simplicē intuitum; igitur ad argumentū neg. min. pōt .n. natura abstracta concipi pluribus cōuenire coniunctim, & aptitudinaliter, & actualiter, & vtraq; conceptio sufficit ad vniuersale; & si cū multis teneremus vniuersale constitui per solā conuenientiam aptitudinalem, sanè argumentum nullam vim haberet; constat.n. dari talem conuenentiam superioris cum inferioribus absque actuali prædicatione.

Ad 2. dicimus per actum comparatiuum simpli. ē vtroq; modo facti resultare vniuersale, & falsum est cū attingitur natura actu in multis, id necessariò fieri debere per actualē prædicationē, vt patet ex modo dictis, sicut ēt falsum est, vt attingatur apta esse in multis simul, & cōiunctim, (qualis est aptitudo ad vniuersale requisita) sufficere solū actū abstractionis, quia licèt ex tali actu aptitudo remota, quā à parte rei habebat natura ad multa disiunctim, fiat proxima ex remotione hæcceitatis facta per abstractionē, & in hoc sensu aptitudo proxima ad multa disiūctim di i possit resultare in natura ex vi solius abstractionis, tn̄ aptitudo proxima ad multa coniunctim nō habetur, nisi per superuenientē actum cōparatiuum, vt in præced. argumēto ad 3. dicebamus; nec abstractio dici potest virtualis comparatio naturę ad multa hoc secūdo modo, nempè ad multa coniunctim, quia ea, quæ per cognitionem habent esse, nō sufficit virtualiter cognosci, vt actu dicatur habere esse, sed solum habebunt esse virtualiter, & in potentia. Ad 3. patet ex dict. ar. 3. q. pced. in sol. ad 1. ad formalitatē inferioris nō necessariò requiri actualē inclusionē superioris, vel sufficere aptitudinalē: & quādo ēt actualis necessaria foret, falsum est hanc fieri per actum prædicandi, sufficeret enim solus actus inessendi.

Ex dictis colligi potest, quomodo fiat natura vniuersalis formaliter, primò .n. apprehēdit intellectus singularia, ac realē eorum conuenientiā; deindè abstrahit naturā illā, quæ erat ratio cōuenientiæ inter illa, quæ abstractio, licèt in hunc modū regulariter fiat, absolutè tn̄ fieri etiā pōt ab vno solo singulari, cōsiderādo nēpè naturam, absq; expressa cōsideratione talis indiuidui, vt diximus art. 1. q. pced. in sol. ad 1. ad vt. conf. Tertiò cōparatur naturam sic pcisā ad indiuidua in aliquo attributo reali, quatenus illā nouit ęqualiter participabilem ab oībus disiunctim talis .n. aptitudo in natura ad essendum in multis disiunctim realis est, quia erat etiam in natura ante præcisionem, licèt non proxima, & expedita ob impedimētum differentiæ indiuidualis, & talis est actus collatiuus primis generis. Quartò vlterius progreditur eā comparando indiuiduis, velut omnibus communicabilē coniunctim, & sic cōstituitur vniuersale formale in actu primo, & hic est actus collatiuus secundi gn̄is, quia talis aptitudo proxima ad essendū in multis cōiunctim nō est realis, sed rōnis. Quintò rursus cōparat naturā ad indiuidua cōparatione siplici cōcipiēdo illā, vt vnā formaliter in omnibus per inexistentiā, & solū numericè diuisam, & sic cōstituitur vniuersale formale in actu secundo, & hīc ēt actus est collatiuus secundi generis, quia talis actus inessendi naturæ in oībus per inexistentiā non est à parte rei, sed omninò per intellectum. Sextò tandem, quia in tali statu est proximè prædicabilis de omnibus, quibus in esse concipitur, exercet talem vniuersalitatem comparatione

com-

compositâ, dum illam vnam naturam mente conceptam enunciat de singulis prædicatio.e dicente hoc est hoc.

QVÆSTIO QVARTA.

Quibus naturis possit applicari intentio Vniuersalitatis.

AD resolutionem huius quæsiti duo dubia sunt hic discutienda. Primũ est, an vniuersalitas cõuenire possit naturæ omninò immultiplicabili à parte rei, sicut Thomistæ quamplures ponunt esse naturas angelicas, quas indicãt immultiplicabiles secundũ numerũ. Caiet. p. 1. q. 13. art. 9. de ente, & essentia c. 4. q. 7. & in log. c. de specie. vt adhuc stãte hac opinione defenderet substãtias angelicas varias species cõstituere, ait ad fundãdũ vniuersale logicũ non esse necessariũ, ꝙ natura possit multiplicari naturaliter, vel supernaturaliter, sed sufficere, ꝙ obijciatur intellectui nõ particularizata, qa tunc habet nõ repugnãtiã ad essendũ in multis, vndè postea cõcludit, opus nõ esse, ꝙ cõmunicabilitas, per quam cõstituitur vniuersale, habeat fundamẽtũ ex parte obiecti, sed sufficit, ꝙ habeat ex parte nostri, quatenus intellectus, denudando naturã ab indiuiduatione, illã concipit cũ quadã communicabilitate, & hoc modo defendit naturã cuiusq; Angeli, etsi à parte rei numeraliter immultiplicabilẽ, fieri posse vniuersalẽ, si cõcipiatur sine indiuiduatione; cui opinioni adhęrẽt ẽt illi Thomistę, qui cõcedũt Angelos posse de potẽtia Dei absoluta in eadẽ specie multiplicari, quia dicũt facta ẽt suppositiõe, ꝙ nequeãt multiplicari, posse adhùc naturã angeli à fieri vniuersalẽ modo explicato à Caiet.

Communis sententia oppositum docet, sed non eadem via, nonnulli significant naturã, vt sit idoneũ fundamentum vniuersalitatis logicę, esse debere actu multiplicatam, quod specialiter affirmãt de genere respectu specierum, vt disp. seq. videbimus; alij fatentur quidẽ actualẽ multiplicationẽ necessariã non esse, cõtẽdũt tñ debere esse physicè multiplicabilẽ. i. per potẽtiã naturalẽ, ita Pauesius disp. 2. Met. c. 29. & Zimar. in annotation. cõtra Iand. 3. Met. q. 12. qui proindè negãt incorruptibilia posse fieri vniuersalia, quia nõ possunt multiplicari potẽtia physica. Alij denum docẽt sufficere, ꝙ sit multiplicabilis per potentiã saltim supernaturalẽ, itaq; illi naturæ multiplicabilitas non repugnet, qua rõne dicunt naturã Solis vniuersalẽ fieri posse ẽt si non existãt, neque sint futuri plures Soles, ad hoc. n. sufficit, ꝙ sint merè possibiles, ità Themist. 1. Post. c. 13. Philop. ibidẽ com. 22. & 23. Simplic. 1. Cęli. com. 92. Algazel in log. c. 3. Auicẽ. 5. Met. c. 1. & in log. c. de specie, Alẽsis 7. Met. 43. D. Tho. lib. 1. de Interp. lec. x. & opusc. 56. post medũ, Scot. in 2. d. 3. q. 7. & q. 18. vniu. Ant. And. c. de genere, & sequuntur Recentiores passim, Molin. p. 1. q. 50. art. 4. Vasq. p. 1. disp. 181. c. 3. Suarez disp. 5. Met. sect. 2. n. 28. Amic. tract. 4. q. 2. dub. 5. Pasqualig. in Met. disp. 12. tom. 2. Blanc. disp. 2. sect. 11. & alij.

Dicendum igitur est cum hac cõmuni sententia ad fundandam vniuersalitatem logicam, non quidem requiri, quod natura sit actu plurificata in multis, imò nec necessarium esse, ꝙ sit ità plurificabilis naturaliter, sed benè necesse esse, ꝙ sit multiplicabilis supernaturaliter saltim, itaq; nulla natura à parte rei implurificabilis põt esse vniuersalis vniuersalitate habente fundamentũ in re, qualis est logica vniuersalitas. Cõclusio tres habet partes, & quo ad oẽs pbatur, & quidẽ nõ esse necessariã actualẽ multiplicationẽ oẽs ferè fatẽtur, & ex eo patet, quia alioquin natura Solis, Lunæ, Fœnicis &c. non posset concipi, vt vniuersalis, quod est falsum, nam vno tantũ existẽte indiuiduo adhuc natura potest concipi, vt indifferens ad plura; imò, absolutè loquendo neq; vnius indiuidui necessaria est existentia, vt natura

tura vniuersalis dicatur, nā nullo homine existente, adhuc natura humana posset ab Angelo, vt vniuersalis concipi, & ratio est, quia quatuor saltim vniuersalia, vt videbimus, non indigent existentia subiecti ad hoc, vt prædicentur.

Sed neq; necessarium est, vt sit plurificabilis per potentiā physicā, & naturalē; tum quia eodem modo se habet natura quoad vniuersalitatē, si multiplicetur in pluribus per vnā potentiā v. g. naturalē, ac si per aliā. s. supnaturalem, vt fusè Pasqualig. loc. cit. sect. 3. tū quia adhuc etiam natura Solis, & Lunæ, nō posset cōcipi, vt vniuersalis, quia ab agente naturali plures Soles, & Lunæ produci nequeunt, vnde hallucinātur valde Paues. & Zimar. dū hac rōne dixerūt incorruptibilia nō posse fieri vniuersalia, nā 1. Post. 12. ait Aris. errorē esse circa dēnōstrationē vniuersalis, quādo passio alicuius speciei, cuius est vnum tm̄ singulare, de illo solo demōstratur, & oēs exponūt de Sole, & Luna, Tum quia assignari debet fundamētum adæquatū oībus naturis, quę vniuersales fieri possunt, hæc autē esse nequit plurificabilitas physica, quia ab agēte naturali, nec Sol, nec Luna multiplicari possūt, ergo tale fundamētum potius erit potētia logica, seù nō repugnantia, vt à parte rei multiplicētur, & hinc colligi pōt ratio à priori istius asserti; simplex nō repugnātia ex natura rei orta ad plurificari est fundamētum vniuersalitatis, quia eo ipso pōt concipi sine cōtradictione, vt in pluribus existēs, vel existere potens, sed huic nō repugnātię, vel aptitudini nō est opus, q correspōdeat potētia physica, sed sufficit, q saltim à Deo possit ad actū reduci, ergo &c. hoc innuit Doctor q. 18. vniu. in corpore, cū ait ad naturā genericā sufficere aptitudinē ad plurificari essentialiter, esto non habeat potentiam, quia hęc dicit ordinem ad actū ex viribus naturæ.

[illegible] probatur vltima pars cōtra Caiet. & est ratio deducta ex Scoto cit. 2. d. 3. q. 7. sub A. non repugnantia ad plurificari, & communicari est fundamentum vniuersalitatis, sed natura de se immultiplicabilis talem nō repugnantiam, vel aptitudinem habere nequit, nec etiā ab intellectu, vt excludatur respōsio Caiet. ergo &c. Prob. min. quia si à parte rei competit naturæ talis repugnantia, vt sit in pluribus, certè ex sola cognitione intellectus non potest tolli talis repugnātia, & tribui aptitudo, alioquin, & indiuiduo, & naturę diuinę posset applicari ratio vniuersalis, vt ait Doctor cit. vnde cōcludit huiusmodi conceptionem esse implicatoriam, quia ratio intelligendi repugnat omnino suo obiecto intellecto. Confir. quia vniuersale debet esse vnū in multis, ergo si datur natura, cuius vnicū tm̄ indiuiduū sit possibile, implicat, posse concipi, vt vniuersalis, quia implicat posse concipi, vt vna in multis. Quod adhuc magis declaratur, quia vel illa natura, vt sic, concipitur cū repugnantia ad esse in pluribus, vel sine tali repugnātia, sed potius cū aptitudine, sed vtrumq; implicat, primū quidē, quia tunc cōciperetur vniuersalitas simul cū repugnātia ad esse in pluribus, alterū verò, quia tūc natura in se repugnās ad pluralitatem cōciperetur non repugnās, & apta ad talē pluralitatē, q prorsus implicat, quia intellectus nequit tribuere rei, q eius essētię directè repugnat, non .n. pōt cōcipere hominē rudibilē, quia hoc attributum rationalitati repugnat, etsi homini tribueret, rudibilitatē, non amplius hominē, sed asinū cōciperet, cum ergo natura Gabrielis sit essentialiter singularis secūdū Thomistas, si intellectus tribuit ei vniuersalitatem, quæ singularitati repugnat, nō amplius Gabrielis naturā, sed aliud quidpiā cōciperet; & hæ rōnes sunt ità conuincentes, vt nullus quem viderimus, vel paucissimi, extra familiam Dominicanam hanc sententiam sustineant; & qui sunt ex familia S. Thomę non eadem via gradiuntur, vt ostendant non repugnātiam.

Ferrara 4. contra gentes. c. 35. ait naturam

turam angelicã posse sine cõtradictione cõcipi, vt vniuersalé, quia licèt illi repugnet esse in pluribus, vt talis species est, nõ tñ ei repugnat, vt species est, alioquin repugnatet omni speciei, & naturæ. Ridicula planè solutio, vt ait Didac. disp.7. q.5. quia eadem ratione homo dici posset irrationalis, quia licèt hoc repugnet illi, inquantum tale animal, nõ tamen ei repugnat, inquantum animal absolutè.

Complut. d.sp.6. q.4. inquiunt ex nostro intelligendi modo procedere, quod natura angelica possit sine contradictione concipi, vt vniuersalis, cognoscimus .n. pro statu isto angelicas naturas p species corporum, quæ nõ sunt actu intelligibilia, quousq; intellectus agẽs denudet phãtasmata à cõditionib. indiuiduãtib., ex quo fit angelicas naturas non intelligi à nobis, secundum q in se sunt intelligibiles, & secundũ principia indiuidualia earum, sed secundum nostrum intelligendi modũ, qui est cognoscere naturã specificã pcisã à cõditionibus indiuiduãtibus; q si cognosceremus angelicã naturã, vt in se est cõcedunt non posse tunc suscipere rõnem vniuersalis; & in hoc sẽsu intelligunt distinctionẽ illã Caiet. q duplex est vniuersale, aliud ex parte intellectus tm, aliud ex parte rei & intellectus simul, & inquit naturam implurificabilem fieri vniuersalem ex parte intellectus tãtum, dum concipitur sine indiuiduatione.

Sed hæc responsio passim reijcitur ab omnibus euidenter; tum quia licèt intellectus naturas angelicas intelligat per similitudinem ad corporalia, adhuc tamen intelligit secundùm prædicata, quæ eis non repugnant; tum quia alioqui non verè, sed falsò eas intelligeremus, imò nec illa, sed alia quædam à nobis conficta cognosceremus; tum quia eadem ratione natura diuina posset concipi, vt vniuersalis, quia & ipsa pro statu isto intelligitur per species corporum. Nec sufficit ad hoc euitandum afferre discrimen quod natura angelica cõponatur ex genere, & differentia, non sic diuina. Quia vniuersalitas, & prædicabilitas non oritur ex huiusmodi cõpositione, sed ex ordine ad plura inferiora, nã species subalterna, etiam si componatur ex genere, & differentia, non tñ, vt sic, est vniuersalis, quia vt sic non cõparatur ad inferiora, vnde sola cõpositio ex genere, & differentia efficit quidẽ speciẽ subijcibilẽ, nõ tñ prędicabilẽ; Tũ tandẽ, q ex hoc, q ex nostro cõcipiẽdi modo apprehẽdatur, vt quid commune, & ab indiuiduatione abstractum, non sequitur esse verè, & propriè vniuersalem, sed ita concipi, ac si esset vniuersalis, quæ duo valde differunt, vt bene notat Arriag. disp.7. nu.45. Si dicas vniuersale fieri per intellectum, & ideò si natura angelica concipitur ad modum vniuersalis, verè, & propriè vniuersalis erit. Contrà, falsum est vniuersale fieri adæquatè per intellectũ, q supponit in natura vniuersalizata multiplicabilitatẽ à parte rei, uelut fundamentũ.

Respondent alij, quod licèt in angelis non sit aliud, à quo sumatur species, & aliud à quo sumatur indiuiduatio; quia per eãdẽ entitatẽ simplicẽ habet angelus esse specificũ, & indiuiduale, hoc tñ non obest, quia eãdem simplicem entitatem uno conceptu consideremus, ut cõstituit angelum in sua specie, & habet rõnem differentiæ essentialis, & alio cõceptu, ut indiuiduat, habet rõnem differentiæ numericæ; qua solutione etiã utuntur Cõplut. cit. Cõtra, quia licet Thomistæ possint hãc solutionem adhibere in naturis materialibus, ubi distinctionẽ saltim uirtualẽ agnoscunt inter naturã, & differẽtiã indiuidualẽ, non tñ in spiritualib. habet locũ, quę per eundẽ gradũ secundum ipsos in utroq; esse constituuntur, & si talis obiectiua partitio per intellectum fieri potest in Angelis, sinè etiam in ijs natura non erit de se hæc, sed de se communicabilis, & à singularitate distincta, sicut dicimus de alijs naturis creatis. Confirm. quia ut docet S. Thomas de ente, & es-

& essentia c.4. ideò natura cum veritate concipitur vniuersalis, & à singularitate præscinditur, quia non est de se singularis, sed aliquo modo saltim virtualiter à singularitate distincta, ergo nisi talis distinctio etiã intercedat inter naturã angelicã, & indiuiduationẽ, nunquã fieri poterit abstractio naturæ à singularitate, & sub vniuersalitate cõcipi; vel eodẽ modo poterit quoque diuina natura cõcipi sub vniuersalitate: Hinc benè probat Hurtad disp.5.sect.3. nõ posse in hac sentẽtia fieri talẽ naturæ abstractionẽ, quia hęc supponit distinctionem eius ab hæcceitate.

Respondent alij Thomistæ, quod licet natura angelica sit ex se determinata ad vnum indiuiduum reale, tamẽ adhuc manet indifferens ad plura ficta, & ideò concipi potest vt potentialis ad differentias indiuiduales, & vt vniuersalis, & in hoc sensu explicant Caiet. cũ dicebat talẽ naturã fore vniuersalẽ ex parte intellectus tñ. Sed hoc effugium etiã ab ipsis Thomistis reijcitur, vt inutile prorsus, qa species, pdicatur essentialiter de suis inferioribus, sed natura angelica nequit essẽtialiter prædicari de Angelis cõfictis, qa natura realis nequit de entibus rõnis qdditatiuè pdicari; tum quia respicere plura ficta non est respicere plura, in quibus possit esse, sed potius in quibus repugnet esse, qa repugnat naturã realẽ cõstituere indiuidua rõnis; tũ tandẽ quia eodẽ modo posset naturã diuina fieri vniuersalis.

Respondent alij, tale vniuersale non esse omninò fictum, quia esto nõ habeat fundamentum in re, & in differentia naturę, fundatur saltim in nostro concipiẽdi modo, quò immaterialia per modum materialium concipimus, cum autẽ materialia plurificari possint per diuisionẽ materiæ, quæ est principium indiuiduationis; hinc fit, quod eo ipso, quod Angelus concipitur à nobis ad modum rei materialis, eo ipso eius natura concipi potest, vt plurificabilis. Reijcitur, etiam hoc effugium, tũ ex confutatione secundæ solutionis; tum qa falso innititur fundamento, qp multiplicatio numerica proueniat ex diuisione materiæ, qp disertè refutat Doct. 2. d. 3. q. 6. & 7. & nos in Mer. tũ quia ipso admisso, nõ sequitur intẽtum, qa etsi res spirituales cõcipiãtur, vt materiales, nõ tñ est necesse, qp in oĩbus assimilẽtur illis; tum tandem, quia ẽt hac via posset natura diuina fieri vniuersalis, qa & ipsã ex nostro impfecto cõcipiẽdi modo intelligimus ad instar rei materialis.

Respondet tandem Ioan. de S. Thom. q.8. art.3. tale vniuersale adhuc esse cum fundamento in re, quia licet re vera sub natura angelica nequeãt esse plura indiuidua, adhuc tamen concipi potest indifferentia naturæ, & potẽtialitas ad vnum indiuiduum, talis, quod ex se sufficeret ad plura, si aliunde in re ponerẽtur, quia vt ibi fusè explicat repugnantia ad pluralitatem nõ est ex principijs intrinsecis ipsius naturę angelicæ, sed ex modo, quo ipsa indiuiduatur, quia nimirum non indiuiduatur per designationem materiæ, sed per carentiam illius, vnde in resp. ad 1. princ. concedit, quòd ex vi conceptus naturæ non sunt impossibilia plura indiuidua in eadem specie Angelica; quare concludit, quod si cõcipiatur natura inadæquatè .i. quãtum ad rationem speciei, & non modus iste indiuiduandi naturã, nõ accipitur natura, vt repugnans multiplicationi in indiuiduorũ, & consequenter vt habẽs plura indiuidua possibiliter, licet positiuè non respiciat multa, nõ defectu sui, sed quia illa multa nõ sunt. Hęc solutio, licet eidẽ falso innitatur fũdamẽto, qp diuisio materiæ sit origo multiplicitatis numeralis, tñ cõcedit totum, qp in hac quæstione contendimus, quia cõcedit naturã angelicã non esse de se essentialiter singularem, & immultiplicabilẽ, sed ab extrinseco prouenire, eo modo, quo dicit Philosophus, vt refert Scot. cit. q.7. in fine, & q.18. vniuers. in sol. ad 3. de corporib. cælestibus, quod in vna specie est vnum tantùm corpus, vnus Sol, vna Luna,

Luna; non quia natura illa solaris sit ab intrinseco immultiplicabilis, sed ex defectu materiæ, quia tale corpus singulare fuit ex tota materia illius speciei compactũ, non tm̃ actuali, sed ét potentiali; quare sicut hac rõne adhuc defeditur in sententia Philosophi corpora cęlestia fieri posse vniuersalia, sic etiã hac via idem defendi põt de naturis angelicis; & hic dicẽdi modus fuit Soncin.c.de specie, vbi ait species nõ necessariò habere plura indiuidua actu, quia natura diuiditur in indiuidua per materiã, possibile autẽ est totã materiã actuari per vnã formã, vt patet de natura Solis, sed sufficit esse plura in potentia, vel aptitudine, vt species Angelorũ, in quibus non possunt esse plura indiuidua, cũ careãt materia, sunt tñ plura aptitudine, quia forma de se est apta pluribus cõmunicari, licèt cõtingat, ꝙ nõ possit, quia tota perfectio eius cõtinetur in vno indiuiduo; quod etiam significauit D.Th.opusc.48. de prædic. c.3.

In oppositum obijcitur 1. probando ad fundandã vniuersalitatẽ logicã opus non esse, ꝙ natura sit à parte rei multiplicabilis; Quia vniuersalitas est relatio rõnis, ergo illi sufficiunt inferiora plura solũ apprehẽsa per intellectũ, etiã si aliàs sint ĩpossibilia, nã relationi rõnis sufficit pro termino aliquid rõnis. Tum quia aptitudo essendi in multis coniunctim, vt est de rõne vniuersalis, ac etiam prædicabilitas, non conuenit naturæ à parte rei, sed vt est in intellectu, ergo non est attendenda conditio naturæ in se, sed quã habet in intellectu; Tum 3. quia Arist. dicit corpora cęlestia fieri posse vniuersalia, & tamen in eius sententia sunt perquamcunque potentiam immultiplicabilia, eo quia iudicauit vnumquodq; illorum constare ex tota materia, nedum actuali, sed etiam possibili in sua specie. Tum tandem, quia in entibus rationis, & chymeris, quæ omninò repugnant à parte rei, concipimus rõnem vniuersalis logici, nempe genera, & species; ergo &c.

Resp. quòd licèt vniuersalitas formaliter sumpta sit relatio rõnis, tñ debet habere fundamẽtũ in re, quia nõ põt intellectus verè applicare alicui intẽtionẽ vniuersalitatis, nisi supposito in re fundamẽto, aliàs itã bene posset intẽtio speciei applicari naturę genericę, sicut specificę, & intẽtio generis indiuiduo, sicut naturę genericæ, vt bene Rada notauit loc. cit. & vniuersale respiciẽs plura ficta, vt supra dicebamus, nõ est propriè vniuersale logicũ, sed abusiuè, quia sic nõ est respicere plura, in quib. possit esse, & de quib. possit ꝑdicari, sed potius in quib. esse non possit, de pluribus.n. fictis nõ nisi fictè ꝑdicatur, at ꝑdicationes vniuersalis logici sũt veræ. Ad 2. esto aptitudo ꝓxima ad essedũ in multis cõiũctim cõueniat naturę per intellectũ, hæc tñ habet fundamentũ in re, ꝙ est non repugnãtia, aut aptitudo. remota ad essendũ in multis disiunctim Ad 3. posuit illa corpora immultiplicabilia, nõ ab intrinseco, sed ab extrinseco tm̃ .i. non quia forma, & natura eorũ non sit alteri cõmunicabilis, sed quia nõ est alia materia susceptiua talis formæ. Ad 4. sicut ens rõnis dicitur ens in quantũ concipitur ad modũ veri entis, sic & in entibus rõnis admittitur vniuersale, quia sicut intellectus põt naturas reales ab inferioribus ꝑscindere, & iterũ ad inferiora cõparare in rõne vniuersalis logici, ita põt entia rõnis, seruata proportione, pręscindere à suis inferioribus, & sicut vniuersale logicum fundatũ in naturis realibus dicitur propriè vniuersale, quia respicit inferiora, saltim possibilia à parte rei, sic vniuersale fundatum in entib. rationis proportionaliter dici debet verum vniuersale logicum, quia illa, de quibus ponitur prædicabile, sunt possibilia sub ipso in suo ordine .s. per opus intellectus, & ideò non fictè, sed verè prædicatur de illis; vide Fuent. quæst.7. diff.3. art.2. vbi D.Tho. & Caiet. interprætatur esse locutos de vniuersali logico ficto, non autem propriè dicto; sed an sit assecutus

cutus mentem illorum, iudicent Thomistæ, ad quos attinet, alia arguméta Thomistarum ad hoc spectantia vide disput. seq.q.2.ar.3. contra 1.concl.

Secundò obijcitur è contra probando ad fundãdã vniuersalitatē opus esse multiplicatione actuali naturæ, & nõ sufficere possibilem; quia vt natura vniuersalis fiat, indiget abstractione, at si indiuidua à parte rei nõ existãt, nõ est vnde abstrahatur. Rursus *dici de* sequitur *esse in*, ergo si natura à parte rei nõ est in multis, non poterit præcisa prædicari de multis, nec cõsequēter fieri vniuersalis. Tandem nõ quia natura aliqua est potēs existere, ideò actu existit, ergo à simili, non quia aliqua natura est potens existere in pluribus, debet dici vniuersalis in actu, sed tũc tantùm, quando existit in illis.

Resp. ex dict.q.2.ar.1.in sol.ad 1.ad vl. conf. naturam abstrahi posse ab vno solo indiuiduo existēte, ꝙ etiã si nõ existeret, posset adhuc abstrahi à possibilibus, saltē ab intellectu angelico, qui à sẽsu non dependet in cognoscẽdo, & ideò neg. min. Ad 2. negatur conseq. quia vniuersale ex ex dictis nõ cõstituitur per actũ essẽdi in multis à parte rei, vel pdicandi de multis sed p esse, aut saltim posse esse in multis per intellectum, quæ tñ multa à parte rei sint possibilia. Ad 3. negatur paritas, q.a vt natura dicatur actu existẽs, vtiq; nõ sufficit, ꝙ sit possibilis intra causas, sed actu debet poni extra illas, sed vt actu vniuersalis dicatur, nõ necessariò reqritur existẽtia ĩ multis, sed ꝙ in illis existere possit.

Tertiò obijcitur probando ad fundãdam vniuersalitatem opus esse; quòd natura sit physicè, & naturaliter multiplicabilis, & non sufficere potentiam logicam; Tum ex definitione vniuersalis, nõ .n. dicitur, cui non repugnat, sed quod aptum est esse in multis, ergo non sufficit non repugnantia, sed requiritur potẽtia positiua naturalis. Tum 2. quia Arist. definiuit vniuersale secundum illam potẽtiam naturæ, quam ipse cognouit, sed nõ cognouit, nisi potentiam physicam, ergo &c. Tum 3. quia secundũ Arist. omni potentiæ passiuę naturali correspõdet actiua naturalis, alioquin videretur potentia passiua esse frustra in natura, si per nihil in natura posset reduci ad actum, vt colligitur ex 3.de anim.text.18.

Resp. ly *aptum natum* significare, ꝙ natura ex principijs suis intrinsecis esse põt in multis, siuè id explicatur positiue per aptitudinẽ, siuè negatiuè tñ per non repugnantiã, at quocunq; modo explicẽtur, certũ est hoc non significare tñ potentiã physicã, sed logicã quoq; quia cõtingere põt, vt aliqua natura possit esse in plurib. ex se, sed aliunde sit impedimẽtũ, vt cõstat de naturis colorũ in sentẽtia Arist. Ad 2. definiuit Arist. vniuersale secundũ vtramq; potentiam, quas promiscuè significauit in verbo *aptũ natum*, & falsum est, Philosophũ non agnouisse potentiã logicã in rebus, multa .n. cognouit nõ implicare, quę tamen videbat virtute agentiũ naturaliũ fieri non posse, quod apertè colligitur ex 2.de anim.41. vbi ait ignẽ habere augmentum in infinitum, quoadusq; fuerit cõbustibile, hoc autẽ nõ est possibile virtute naturaliũ agentium, quia naturaliter nõ est cõbustibile in infinitũ; & etiã 6.phys. docet continuũ esse in infinitum diuisibile, & tamen continui diuisio non potest per agens naturale in infinitum protrahi. Ad 3. Doctor q.1.Prolog. §.*Ad argumenta*, & 4. d.43. q.3.ad 1. & d.49. q.11. Resp. neg. illam propositionem esse vniuersaliter veram ẽt secundũ Arist. quia in corpore datur potẽtia passiua naturalis ad animam recipiendam, & tamen tota natura creata non potest eam inducere; ne igitur illa potẽtia passiua naturalis dicatur frustra, sufficit, vt correspondeat actiua in natura .i. in tota coordinatione entium, ait Doctor, puta agens supernaturale, per quod possit reduci ad actum.

Alterum dubium dissoluẽdum ad hoc quæsitum pertinens est; Num omnes adhuc

adhuc naturæ præfato modo multiplicabiles possint fundare intentionē vniuersalitatis?Negant Albert.tract.2.prædic.c.8.Sonc.in.7.Met.q.39.Caiet.in log.c.de genere,Tolet.q. de specie ad 3. cōtendētes solas naturas directè in prædicamento reponibiles posse fieri vniuersale, vndè consequenter excludunt oĩa prædicata transcēdentia,quę sunt super ipsa prędicamenta,& quidē Arist.1.Ethic.c.6. & 4.Met.6.ità significat,dū ait ens, vnū,& bonum non esse vniuersalia,ꝗ etiā sensit Tatar.q.vlt.prædic.dub.1. & Doctor ipse sētire videtur q.12.vniuersf.in fin. Excludunt etiā naturas incompletas,& partiales, vt materiā, formā, & similes,quæ non directè per se,sed tm̃ per reductionē ad totum in prædicamento reponuntur, & Scot.fauere videtur 2.d.1.q.6. §.*Dico tūc*,dū inquit,ꝗ angelus,& anima *distinguūtur species,non quidē sicut duæ species, sed sicut specie,& pars speciei,quia anima non est propriè species ,sed pars speciei.*

Verum opposita sententia, quod in quocunq; genere ex enumeratis entibus, possit reperiri vniuersale est cōmunior, & probabilior ,& proculdubio est de mente Doctoris;nā quoad transcendentia quamuis in 1.d.3.q.3.§.*Contra istam vniuocationem*, & d.8.qu.3. S. & T. neget ens esse genus, non tamen negat esse vniuersale, imo cum ibi omnibus transcendentibus vniuocationem tribuat,& vniuocè inferioribus cōuenire affirmet, clarè significauit esse prædicata vniuersalia; quod etiam clarè significauit Arist. 3.Met.text.10. dum ait ens, & vnum esse maximè vniuersalia. Quo autem ad partes physicas, & entia incompleta id ipsum clarius significauit 2.d.3.qu.6.§. *Ad quæstionem quintam præcedentem*, dum inquit, *quicquid est natura in quocunq; genere totalis ,vel partialis non est de se hoc*, omnis autem natura, quæ non est de se hæc, potest fundare vniuersalitatem, vndè etiam q.7.sub A. ait in vniuersum, quod *qualibet quidditas creatura potest intelligi sub ratione vniuersalis absq;contradictione*, & probatur euidenti rōne, nā formalitas vniuersalis in eo cōsistit, ꝗ sit vnū, & ordinetur ad plura, in quibus esse possit per multiplicationē, & de ipsis prædicari,ergo naturæ oēs etiam incōpletæ, & transcendētes possunt fundare vniuersalitatē,ratio est,quia singulę istæ naturæ habēt vnitatē essentiæ, & reperiuntur in pluribus, vel saltim reperiri possunt cum tali vnitate,& de illis prędicari, vt superius de inferiori, ergo &c. Confir. quia ens, materia, & forma, si secundum propriā naturam considerentur,non sunt quid singulare,sed sūt multiplicabilia, imò multiplicata secundum numerum,seruando vnitatem naturæ in singulis inferioribus, ergo &c. Tandem plures formæ, plures materiæ, & plura entia, si inuicem conferantur, non minus conueniunt in ratione formæ,materiæ, ac entis, vt Doctor ostendit loc. cit. quam plures homines in ratione humanitatis, & equi in ratione equinitatis, nec minus secernūtur proprijs differētijs, ergo ratio formalis vniuersalis seruari potest in omnibus naturis plurificabilib. tā completis, quàm incompletis, tàm limitatis, quàm transcendentibus, quia quod aliqua natura sit apta fundare vniuersalitatem, non oritur ex eius complemento, neq; ex eius limitatione, sed præcisè ex eius multiplicabilitate in plura eiusdē rationis; omnes autem præfatæ naturæ sūt hoc modo ęquè plurificabiles, vt homo in plures homines,ens in plura entia, materia in plures indiuiduas materias, de quib.pdicatur,anima in vegetatiuam, sēsitiuā,rationalē, & hæ rursus in plures numeraliter differētes: dicētur autē hæc vniuersalia incōpleta, nō quidē formaliter,quia habēt oĩa ad vniuersalitatē requisita, & eodē modo respicit inferiora ens incōpletū, ac cōpletum, sed materialiter tm̃, quatenus naturæ fundantes vniuersalitatem sunt partiales, & incompletæ.

Quamuis autem in his omnibus fundari

dari possit vera ratio vniuersalis, adhuc tñ poterit vniuersale distingui,& variari iuxta diuersitatē naturarū,in quibus fundatur, ita sanè distinxerunt Mayr. passu 1.sup.vniu. Maur.q.9.vni.art.3.Ant.And in fin.pdicab. & alij quāplures ex nostris vniuersale in trāscendētale, & pdicamētale,& inquit Ant.And.Porph. non enumerasse oīa vniuersalia, sed limitata tm, & prædicamētalia, qa agit de illis in ordine ad cathegorias,vbi ponuntur solum naturæ limitatæ, & ideò loquitur de illis vniuersalibus,quę aliquo modo inueniūtur in ordine pdicamentali, quæ sunt illa quinq;sed pter ista(ait Ant.And.) est alīq vniuersale trāscēdens, imò multa trāscēdentia;ex quo patet,quomodo intelligēdus sit Arist. & Scot. dum inquiunt ens, vnū,& bonum nō esse vniuersalia, negāt .n.esse vniuersalia, sicut sunt ista quinq; non autē absolutè. Sic etiā ex parte fundamenti distinguendum erit vniuersale in cōpletum, & incōpletū iuxta diuersitatem naturarum,in quibus fundatur, & quando Scot. negat loc.cit. animā nō esse propriè speciē,loquitur cōparatiuè, qa natura incompleta, & partialis deteriori modo fundat rōnem vniuersalis,quā cōpleta,atque ita deficit à rōne speciei propriæ, non ratione vniuersalitatis formalis, quæ æquè bene seruatur in natura tā completa,quàm incompleta, sed ratione fundamenti; quem dicendi modum sequuntur Auersa q.8.sec.4. Pasqualig.cit. disp.13.& alij quamplures.

Adhuc autem pro vniuersali prędicamētali, de quo deinceps locuturi sumus notandum est ex Tromb.7. Met.q.8. art. 1.quòd vniuersalitas non attribuitur naturæ limitatæ vniformiter, nam intra limitationem ipsam naturæ est quædam latitudo, nam secundum maiorē, & minorem cōuenientiam in rationibus formalibus contentis in indiuiduis repertam,intellectus attribuit aliam, & aliam rationem vniuersalis ipsis naturis, vnde quia intellectus non percipit tantam cōuenientiā indiuiduorum, vel specierum eiusdem generis,quantā percipit in indiuiduis eiusdem speciei, ideò naturæ animalis, v.g. attribuit secundam intentionē vniuersalitatis, quæ est genus, & quia maiorem reperit in indiuiduis eiusdem speciei,attribuit naturæ v.g. humanæ intentionem vniuersalitatis, quæ est species,& sic gradatim procedēdum in tota linea prædicamentali.

Quæres, an etiam priuationes, & negationes valeant fundare vniuersalitatē. Negant Conimbr. hìc qu.2. art.1. ex D. Tho.p.2.q.72. art.6. vbi negat peccatum ex parte auersionis, habere speciem, & quidem Arist.4. top.67. ait, non entis nullas omninò esse species, vnde colligunt ad rationem vniuersalis requiri pro fundamento entitatem positiuam, quæ per differentiam sit contrahibilis ad cōstituendam naturam inferiorem, Scotus tñ quol.18. §. *Ex isto sequuntur* concedit negationes,& priuationes posse suo modo denominari à notionibus generis, & speciei, & ideò peccata ēt ex parte auersionis specie distingui; & 1. d.23. G. ait posse ab hac, & illa negatione abstrahi cōceptū communē negationis in cōi, nō merè analogū,vt aiunt Conimb.sed verè vniuocū, cū ab inferioribus secundū cādē rōnem participetur, vt cōstat de conceptu priuationis in cōmuni ad cæcitatem,& surditatem, & notio generis afficiens negationem in communi erit eiusdem speciei cum illa,quę denominat naturam realem positiuam, quia eundem specie habet effectum formalem, & hoc totum fundatur in eo,quod nos de negationibus, & priuationibus discurrimus cum proportione ad formas, quibus opponuntur.Verum tamen est non ita propriè fundare vniuersalitatē, vt entia positiua, & hoc voluit Arist. & D.Th.cit.vt Blanc.notauit disp.3. sect.16.

QVÆ-

QVÆSTIO QVINTA.

An vniuersale rectè, ac sufficiēter in quinque vniuersalia diuidatur, seu prædicabilia.

DIuisit Porph. in sua Isagoge vniuersale in genus, speciē, differētiā, propriū, & accidēs, & quidē vt constat ex dictis in fine q. præc. certū est non diuisisse vniuersale in tota sua amplitudine inspectū, sed tm̄ vniuersale limitatū, & p̄dicamentale; verum tn̄ est sub hac diuisione vniuersalis prædicamētalis cōprehendisse, non tm̄ illa, quæ directè in prædicamēto reponūtur, sed ēt quę per reductionē, & à latere, differētiæ .n. non ponuntur in recto, sed à latere, & propriū reductiuè ponitur in prędicamēto sui subiecti, sicut & nonnulla accidētia cōmunia imperfecta. Quæritur ergo, an hæc diuisio vniuersalis prædicamētalis sit rectè, & sufficienter tradita, & supponitur cōtra nonnullos prædicabile de pluribus, & vniuersale æquè latè patere, cū vnū sit proprietas alterius, sicut æquè patent risibile, & rationale, q̄ est adeò certū ex dictis, quòd probatione indigeat, vnde miramur, q̄ Pasqualig. dis. 12. id cōcedat, & postea dis. 25. asserat quinque q̄dē esse p̄dicabilia, sed vniuersalia tm̄ duo. s. genus, & speciem. Quamuis autē hæc diuisio famosa sit, & passim recepta à classicis Auctoribus, & Expositoribus, Arabib., & Latinis, Auicen. 1. p. suæ log. c. 6. Albert. tract. 2. prædicab. c. 9. D. Th. opusc. 48. c. 1. Scot. q. 12. vniu. & 1. d. 8. q. 3. sub S. item Alexand. & Suessan. 1. Topic. c. 3. & 4. Buridan. initio trac. p̄dicab. vbi Ægid. & alij Latini, quib. subscribit recētiorū torrēs. Non defuere tamē, & quidem magni nominis Auctores, qui ab hac diuisione recesserunt, alij augēdo, alij è cōtra minuendo præfatum numerum; Græci namque potiores tantùm vniuersalia, quæ de rebus essentialiter prædicantur, & inter hæc ea præsertim, quæ prædicantur in quid, vt genus, & speciem agnouisse videntur; pro qua sentētia citantur Dexippus in prædicam. cap. 24. Boetius ibidem com. 6. Simplic. ibidem com. 6. & 9. Porph. ipse ibi interrog. 35. Ammon. in antepræedic. cap. 3. & ex Arab. Auerr. ibi, postremò adducunt Arist. quem aiunt nullibi omnia illa tanquam vniuersalia enumerasse, quin potius sub hoc nomine vniuersalium non nisi genera, & species proposuisse, vt cōstat ex frequenti disputatione, quam instituit cōtra Platon. Idæas, & 1. de partib. anim. c. 5. Fundamentū verò præcipuum huius opinionis est, quia vt cōstat ex dictis hucusq; potissima conditio vniuersalis est, vt sit prædicatū vniuocum, at vniuoca essentialiter dicūtur de suis subijcibilibus, vt cōstat ex eorum definitione in antepradic. data cap. 1. & 2. Topic. c. 2. vnde cōsequenter c. de subst. negat Arist. accidētia de subiecto vniuocè dici, q̄a nō p̄dicātur essētialiter, & in antep̄d. c. 2. distinguit esse in subiecto, & dici de subiecto, aitq; de subiecto dici hominē de hoc homine, in subiecto autē esse, scientiam in anima, albedinē in corpore, solū ergo prædicata essentialia propriè dicūtur de subiecto, & cōsequēter ipsa sola sunt vniuersalia: Suffragatur etiā huic sententiæ cōmunis modus loquēdi de vniuersalib., quādo .n. vniuersale dicitur contrahi per differētias, quādo dicit̄ potestate cōtinere sua inferiora, qn̄ vniuersale dicitur superius respectu inferiorū, non nisi de naturis, quæ essentialiter dicuntur .s. generibus, & speciebus, proferūtur; his rationibus cōuictus Auersa q. 8. sect 6. quāuis nō reijciat prorsus diuisionē, & acceptionē vniuersalis à Porph. allatam, ait tamē non esse ex Arist. desumptam, sed nouiter excogitatam, ac proindè aliam acceptionem vniuersalis, pro eo, quod prædicatur in quid, & essentialiter, esse magis peripatheticam, & etiam magis vtilem, Hanc opinionem sequitur etiam Pasqualig. cit. sed ne à communi recedere videatur,

deatur, distinguit vniuersale à prædicabili, quinque concedens prædicabilia, sed duo vniuersalia.

Alij verò Recentiores ex aduerso numerum pdicabilium auxerunt, vnde Caiet. c. de specie addidit indiuiduum vagũ v.g. quidam homo, pôt.n. dici de Petro, & Paulo, & cæteris, addidit ēt definitionẽ, vt animal rationale, quia pariter, & ipsa pôt dici de pluribus; Quidã etiã Theologi addũt ex mysterio Incarnationis sextũ pdicabile, quo natura substãtialis assumpta dicitur de persona assumente, qua ratione vocarunt hoc prædicabile assumptiuum, verè .n. dicimus, Deus est homo, Filius Dei est homo, & posset etiam hoc prædicatum dici de pluribus, si Pater, & Spiritus Sanctus aliam, & aliã humanitatem assumerent: Neq; videtur hic prædicandi modus ad aliquẽ illorũ quinque posse reduci: non .n. hæc prædicatio est in quid, & essentialis, quia non est superioris de inferiori, & prædicatũ ita cõuenit subiecto, vt possit adesse, & abesse præter eius corruptionẽ; neq; est accidẽtalis, quia prædicatũ dicitur substãtiuè de subiecto, & humanitas cõstituit vnũ substãtiale cũ persona assumẽte, & hac rõne rursus Auers. cit. conuictus inquit, quòd si quintum prędicabile accipiatur pro eo, quod dicitur in quale, & merè accidẽtaliter, addendũ esse sextum prędicabile, nõ ex Philosophia, sed ex doctrina fidei cognitũ, & hunc dicendi modum iampridẽ significauit Bassol. 3. d. 7. q. 1. imò Doctor ipse ibidem §. *Quarto videndum.*

Dicendum tamen est cum communi, præfatam diuisionem exactam esse, & adæquatam, vtpotè quæ exhaurit omnẽ rationem prædicabilitatis; vt hanc conclusionem probemus, supponendum est hic non diuidi vniuersale pro materiali, nempe ratione naturæ, quæ vniuersalitati substernitur, sic .n. vtique non foret adequata diuisio, quis .n. non videt quanta sit copia, & varietas naturarum, quæ vniuersalitatẽ fundare possunt. Sed diuiditur vniuersale pro formali .s. rõne vniuersalitatis, & prædicabilitatis, vnde ad probandã sufficientiam illius diuisionis sumenda est sufficientia cũ Doctore cit. q. 12. vniuers. ex parte vniuersalitatis, & prędicabilitatis, vt quot sunt modi diuersi vniuersalitatis, & prædicabilitatis, totidẽ sint vniuersalia, & prædicabilia.

Primò igitur ex parte vniuersalitatis sic sumitur, natura vniuersalis, vel est in multis essentialiter, vel accidentaliter, si essentialiter; vel tanquã tota essentia, & hęc est species, quæ proinde dicitur tota quidditas indiuiduorũ, vt docet Doct. 2. d. 3. q. 6. §. *Ad argumenta*, quia hæcceitates pertinẽt ad esse materiale, & integritatẽ indiuidui, non ad esse formale, & quidditatẽ, vel tanquam pars essentiæ, & hoc dupliciter, vel tanquã pars materialis, & cõtrahibilis, & hoc est genus, vel tanquã pars formalis, & contractiua, & hæc est differentia, quæ respicit genus, velut forma actuans, ac determinans illud; si verò natura vniuersalis pluribus inest accidẽtaliter, vel oritur, & promanat ad essentia rei, & sic est propriũ, vel prouenit merè ab extrinseco absq; necessaria connexione, vel depẽdentia ab essentia, & hoc est accidẽs. Quia verò ex vniuersalitate oritur prædicabilitas, & eò ipso quod vnum est in multis, est prædicabile de illis, ideò ex sufficientia iã assignata ex parte vniuersalitatis sumitur sufficientia ex parte prædicabilitatis, quam præcipuè assignat Doct. cit. quia vt diximus q. 2. art. 2. in sol. ad arg. Porph. hìc considerat vniuersale præsertim sub rõne prædicabilis; sumitur autem sic, vt innuimus q. 1. Instit. tract. 1. cap. 5. omne, quod prædicatur, vel prædicatur in quid, vel in quale, si in quid, vel dicit totam essentiam, & sic est species, si partem, & sic est genus; si prædicatur in quale, vel prædicatur in quale essentiale, & sic est differentia, vel in quale accidẽtale, & hoc dupliciter, quia vel prædicat accidens conuertibile egrediens à principijs subiecti, & sic est proprium

prium, vel accidens cōmune, & sic est vltimū vniuersale; hæc est sufficientia diuisionis vniuersaliū, quā afferr Scot. loc. cit. alijs quibusdā refutatis, & amplectuntur cōi cōsensu Recētiores, vbi ēt explicat, ꝙ ꝑdicari in quid est prædicari essentiā per modū subsistentis prædicari autē in quale est prædicari per modū denominantis.

Hac eadem sufficientia desumpta ex parte prædicabilitatis vtuntur ex nostris quamplures, sed ineptè, eo quia in quibusdam combinationibus deficiunt; colligūt enim sic, omne, quod prędicatur, vel prędicatur in quid, vel in quale, si in q̄d, vel de pluribus differētibus specie, & est genus, vel de pluribus differentibus numero, & est species, si in quale, vel essentialiter, & est differentia, vel accidentaliter, & hoc dupliciter, vel conuertibiliter, & sic est proprium, vel inconuertibiliter, & sic est accidens. Hic colligendi modus in duplici combinatione deficit, primo in ea, qua distinguit genus à specie præcisè per prædicari de pluribus differentibus specie, vel numero, si .n. hæc sola differentia sufficeret ad ita distinguēdū genus à specie, vt duo vniuersalia cōstituant, eadē rōne differentia generica, & specifica, propriū genericū, & & specificū distincta prædicabilia constituerent, vt bene deducit Tat. q. de differ. dub. 1. deficit etiā in ea cōbinatione, qua distinguit propriū ab accidente cōi in ratione vniuersaliū per prædicari cōuertibiliter, & incōuertibiliter, quia vt innuimus 1. p. Instit. loc. cit. prorsus repugnat vniuersali sub rōne vniuersalis prædicari de inferioribus conuertibiliter; ratio est, quia apud oēs est in confesso vniuersale esse prius suo inferiori ea prioritate, à qua nō cōuertitur subsistēdi cōsequētia, ex post prędic. c. de priori. Et quidē Doct. loc. cit. licèt propriū appellet accidēs cōuertibile, non tamen illud distinguit ab accidente cōmuni in ratione vniuersalis per prædicari cōuertibiliter, sed per hoc, quod est prædicatum proueniens ex proprijs principijs subiecti, ac proinde habēs necessariā connexionē cū eo, accidēs verò cōmune ex extraneis, & cōmunibus, vt constat intuenti textū, in quo puncto Scotistæ quāplures hallucinari sūt. At respondet nonnullus vniuersale ad inferiora posse dupliciter comparari, vel ad oīa collectiuè sūpta, vel ad singula seorsim, licèt secundo modo vniuersale magis pateat, & maioris lōgè aptitudinis sit singularibus, primo tñ modo nō est magis cōmune, & in hoc sensu potest de illis conuertibiliter prædicari; Hæc solutio 1. p. Instit. loc. cit. reiecta est, quia terminus communis, & vniuersalis est ille, qui de inferioribus prædicari debet non tm̄ collectim, sed etiā diuisim, hoc est de oībus, & singulis, estò igitur, quod ex ea parte, qua de omnibus simul est prædicabile, posset cōuertibiliter prædicari, repugnat tamen sic prędicari ea ex parte, qua est de illis diuisim prædicabile.

Sed in hanc communem sufficiētiam inuehitur Auersa qu. 10. sect. 1. & Torreion. disp. vnic. de comp. prædict. q. 1. Species non est tota essentia indiuiduorum, & verè se habet in indiuiduo per modum partis materialis respectu differentiæ indiuidualis, sicut realitas generis in specie, ergo non bene distinguuntur prima dua prædicabilia per hoc, ꝙ species dicit totā essentiā suorum inferiorum, genus verò partē, probatur assumptū, quia etiā species contrahitur ad indiuidua per differētias indiuiduales, & differentia indiuidualis est gradus essentialis, & intrinsecus indiuiduo. Confirm. si species ideò cōpletè prædicatur in quid de suis inferioribus, quia dicit totā naturā cōmunem illorū, ergo eadē rōne genus cōpletè ꝑdicabitur in quid de suis speciebus, q̄a dicit totā naturā cōmunem earum. Rursus ratio vniuersalis sumi debet in ordine ad illa plura, respectu quorum est vniuersalis, & ex modo essendi naturæ in ipsis multis, sed estò differentia respectu generis, quod contrahit, siuè respectu spe-

 ciei

ciei, quam cum genere constituit, se habeat tāquam pars formalis, & contrahēs, tamen si comparetur ad inferiora, respectu quorum est vniuersalis, se habet tanquam pars materialis, non minus, quàm ipsum genus, ergo non benè distinguitur genus à differentia, quòd hoc prædicetur in quid, & per modum partis materialis, differentia verò in quale, & per modum partis formalis; maior patet, min. prob. tū quia differentia superior se habet veluti pars determinabilis per vlteriores differentias: tum quia quando genus subalternum contrahitur per differentias inferiores, totum, quod est in ipso genere, etiam differentia constitutiua eius subit talē determinationem, & contractionem per modum partis materialis.

Mirum est sanè, quomodo præsertim Aueisa audeat hāc sufficientiam reijcere, cum eā libenter receperit, quatenus sumi solet ex parte vniuersalitatis, q. 8. sect. 16. vbi etiam cum cōmuni pleno ore fatetur, speciē dicere totam indiuiduorum essentiam; Ad primū verum est naturam specificam cōtrahi per gradum indiuidualem, hic tamen gradus, licèt spectet ad integritatē entitatis indiuidui, nō tamen spectare dicitur ad eius quidditatem, alioquin, vt ait Doctor hìc, indiuidua inter se essentialiter different; Ratio huius est, quia essētia, & quidditas est illa, per quā respondetur ad quæstionē *quid est*, & ad hanc de indiuiduis motam respondetur per naturā specificam, si .n. quæratur quid est Petrus? respondetur est homo; at per differētiam indiuidualem respondetur solùm ad quæstionē *quis est*, nam si quæratur, quis est ille? respondetur est Petrus, en quomodo species dicit totam essentiā indiuidui, licèt non totam entitatem, genus autem non ita se habet respectu specierū, si enim quæratur, quid est homo? non sufficit dicere, est animal, sed addere debemus *rationale*, vt adæquatè illius essentia explicetur, & ideò negatur paritas in argumēto assumpta de genere, & specie respectu suorum inferiorum. Ad confir. patet per idē, ideò speciē prædicari cōplete in quid de suis inferioribus, quia per eam satisfit quæsito in quid facto de illis adæquatè seclusa differentia indiuiduali, quo quidem modo per genus non satisfit quæsito facto in quid de speciebus seclusa differētia specifica. Ad vlt. neg. min. quia differētia formaliter nō dicitur nisi diuisiua generis, & constitutiua speciei, nec formaliter dici potest contrahibilis per differentias vlteriores, quia de sua ratione formali est quidā actus simplex, & perfectiuus, non perfectibilis, vt notāt Complut. disp. 4. q. 6. n. 54. sed tantum in sensu identico, & materialiter, quatenus scilicet genus, cuiidentificatur, contrahitur, & determinatur per illas, & in hoc sensu dicitur differentia generica; sicut igitur risibile, v. g. eundem modum prædicandi, quem exercet in ordine ad subiectum immediatum, scilicet hominem, exercet etiā in ordine ad subiecta mediata, scilicet hunc, & illum hominem; sic etiam de differentia dicendū est, quod eundē modū prędicandi, quē exercet in ordine ad subiectū immediatū .s. speciē, quam constituit, exerceat etiā in ordine ad subiecta mediata .s. ad inferiora illius speciei, itaut sicut de specie prędicatur per modum partis formalis immediatè, sic etiam de inferioribus illius speciei mediatè, vt dicemus disp. seq. q. 3. art. vlt.

Secundo principaliter probatur sufficientia illius diuisionis excludendo alias opiniones eā minuētes, vel augētes, & in primis excluditur, quæ illā minuebat, non nisi vniuersalia essentialia agnoscendo, quia vt diximus ex Scoto, & cōmuni Scotistarum disp. 2. q. 4. ar. 2. & q. 6. ar. 1. multū interest esse prædicatum vniuocum, & vniuocè prædicari, seu quidditatiuè, nam ad prædicationē vniuocam sufficit, si prędicetur vna ratio præcisa, siue essentialis sit, siue accidentaria illis, de quibus prædicatur, quæ acceptio vniuocæ prædicationis nō est voluntaria, quia vt testatur Simplic. in reg. *quādo alterum de altero prædicatur,*

catur, fuit Andronici, & aliorũ antiquorũ; quãuis ergo sit de rõne vniuersalis, vt prędicetur secundũ vnam rationem præcisã, vt ex eius definitione colligitur, vbi dicitur esse id, quod prædicatur, vt vnũ, non tamẽ opus est, quod etiam prædicetur essentialiter, & quidditatiuè, quia cum nihil tale explicetur in ea, & prædicatio vniuoca abstrahat ab essentiali, & denominatiua, planè in hoc sensu præscindente stabit *prædicari vt vnum* in definitione vniuersalis, quia quando datur ratio aliqua communis pluribus, nomen significans illa, vt conueniunt in illo cõmuni, primò significat illud commune. Conf. vt aliqua natura sit de pluribus prædicabilis, nõ est opus, quod prædicetur essentialiter de illis, ergo neque vt sit vniuersalis, conseq. patet, quia esse cõmune tale, quod sit prædicabile de illis multis, quibus est commune, est esse vniuersale, nec vlterius requiritur, quòd prædicetur in quid, vt cõstat ex eius definitione, probatur assumptũ, quia etiã si natura sit accidens, tamen si consideretur, vt ab intellectu abstrahitur, & cõparatur ad plura subiecta in concreto, est prædicabilis de illis subiectis. An verò opinio illa fuerit re vera Gręcorum supra relatorum, Amic. tr. 10. q. 1. ar. 4. negat, & eorum testimonia partim explicat, partim ait nõ esse fideliter relata, aut non inueniri, sed quicquid sit de Græcis certum est Arist. eius opinionis non fuisse, quia Porph. in procem. Isagoges proponit tractare de illis quinque secundum Arist. sententiam, & Arist. ipse 2. Post. tex. 8. sic loquitur *vniuersale namque est prædicatiuum id, quod monstratur*, sed quod monstratur, est proprium, ergo &c. in antepræedic. verò, dum c. 1. definit vniuoca, quòd essentialiter dicantur de inferioribus, accipit vniuoca presè, vt distingueret contra denominatiua, vt loc. cit. aduertimus, estò illa definitio absolutè loquendo etiam prædicatis accidentalibus possit applicari, vt ibi diximus; c. autẽ 2. non est mirum, si excludit accidens, & proprium à *dici de subiecto*, cum etiam excludat differentiam, quam tamen vniuocè prædicari postea docet c. de subst. hæc igitur vniuersalia excludit à *dici de*, quia accipit ibi vniuersale pro eo, quod dicitur de propriè inferioribus, & ponitur in recta linea prædicamentali; quia vt ibi Expositores aduertũt, hæc erat eius intentio inuestigare nimirum naturas, quæ in recta linea poni debebant, hęc autem sunt genera, & species; Præsertim verò dũ disputat cõtra Platonẽ, specierũ, & generum solummodo meminit, quia Plato non nisi illa agnoscebat, volebat. n. vniuersalia esse de essẽtia particularium, vnde Arist. disputat de illis iuxta subiectã materiam; Denique communis loquendi modus frequentius comminiscitur vniuersalia essentialia genera, & species, quia hæc dicuntur de propriè inferioribus, alia verò de subiectis, aut quasi subiectis, vnde factum est, vt vniuersale in cõmuni principalius dicatur de illis, quàm de istis, vnde quia analogatum stat semper pro principaliori, hinc est; quòd per vniuersalia absolutè intelliguntur vniuersalia respectu inferiorũ. s. genera, & species; ex hoc tamẽ non sequitur, quin etiam dari debeãt vniuersalia respectu subiectorum, cum talis vniuersalitas formaliter sit diuersa ab illa; tũ qa hæc insunt accidẽtaliter illis, de qb. prædicantur, illa essentialiter; tum quia si variatur prædicabilitas ex ordine ad inferiora, & subiecta, variari quoq; debet vniuersalitas, cum illa sit illius passio. Nec valet, quod ait Pasqual. non quamcunq; prędicabilitatem esse passionem, sed illam tãtum, quæ est de inferioribus. Nã prædicabilitas de multis absolutè ẽ passio, siue illa sĩt ĩferiora, siue subiectanaturę p̃dicabilis.

Tertio, neque debet ẽ contra augeri numerus vniuersalium ratione definitionis, quasi sit aliud vniuersale diuersum; non quia sit terminus complexus, ideoque vniuersale esse non posse, vt multi respondent; tum quia potest dici terminus incomplexus, si extra propositionem sumatur, vt dictum est disput. 1. q. 4. art. 2.

 tum

tum quia non videtur necesse terminum complexum à ratione vniuersalis excludere, quia prædicabilia designare possumus tàm per incomplexos, quàm per complexos terminos, ita .n. dicere possumus, quòd homo est discursiuus, vel risibilis, ac quòd est aptus ridere, aptus discurrere, quia idē prorsus prædicatum important, tàm sub cōplexione, quàm sub incomplexione; Ait igitur Doctor q. 12. vniuersal. ad 1. & q. 21. ad 5. definitionē non constituere distinctū prædicabile ab alijs, quia non habet vnum prædicandi modum scilicet in quid, vel in quale, sed ob genus, & differētias, quas continet, duplici quasi modo prædicatur. Nec dicas ita quoque de specie fore dicendum, quia & ipsa constat ex genere, & differentia. Nam species nō dicit genus, & speciem separata, & singillatim sumpta, vt definitio, quæ singula diuidit 1. Phys. tex. 5. sed totum metaphysicum ex illis resultans, quod sicut formaliter distinctum est à suis partibus, ita distinctum habet modū prædicandi ab illis. Vide Brasauol. q. 12. vbi benè reijcit solutionem Mauritij ad hanc instantiā, & declarat quomodo nostra solutio valeat, etiāsi teneretur definitionē dicere tertiā entitatē, vt definitum. Vel demum, inquit Scotus, si definitio constituit vniuersale, sanè distinctū non erit à prædicabili, quod constituit definitum, quia habebit eundē modum prædicandi, quod habet definitū respectu inferiorum; quas solutiones amplectitur Pasq. disp. 2. to. 2. Met. sec. 4. n. 4.

Quarto hac eadē ratione negant quam plures indiuiduū vagū numerum augere prædicabilium, quia non habet vnū simplicem modum prædicandi, sed prædicatur in quid, & in quale; in quid, quatenus dicit naturā, in quale, quatenus dicit modum indiuiduationis, qui extra conceptū naturç est, et à cōditionibus accidētalibus dependet, quæ pertinēt ad hic, & nunc, & ita non reducitur ad vnum tantū prædicabile, sed ad plura, s. accidentale, & essentiale; quę responsio non prorsus displicet, Sed vt omne dubium tollatur, dicendum est, ly *quidam*, aut *aliquis homo* posse dupliciter sumi, vel pro conceptu communi indiuidui absolutè sūpti, quod dicitur de hoc, & illo indiuiduo, & de indiuiduo sic absolutè sumpto differemus inferius disp. seq. non. n. certum est ab indiuiduis, vt talia sunt, posse abstrahi vnum talē communem conceptum, qui sit vniuocus, cum in ratione indiuiduationis sint primò diuersa, vel sumi potest, vt importat aliquod particulare, & nō commune omnibus indiuiduis; indeterminatum tamen, qua ratione dicitur indiuiduū vagum, vt secernatur à certo, ac determinato; & sic non est aliquod vniuersale, quia non importat quid vnum commune pluribus, sed immediatè singularia ipsa sub disiunctione, vnde tantū valet *Petrus est aliquis* homo, quantum si diceres, *Petrus est hic, vel ille homo, &c.* Huius rei signum est, inquiunt Summulistæ, quòd indiuiduo vago nullū apponi potest signum particularitatis, aut vniuersalitatis, non enim dicimus *omnis quidam homo, aliquis quidam homo*, quæ tamen signa passim apponuntur termino communi; dicendo omnis homo, nullum animal, aliquod indiuiduum ergo indiuiduum vagum non est terminus communis, sed potius particularis sub disiunctione sumptus, vt diximus 1. p. Inst. trac. 1. c. 2. ratione cuius indeterminationis potest per prædicationē applicari ad hoc, vel illud indiuiduū, & in hoc sensu dicitur prędicabile de pluribus; Quod confir. etiā ex Arist. qui cap. de subst. exemplificando de prima substantia, inquit, vt aliquis homo, aliquis equus, signū euidens, indiuiduum vagum non importare aliquod commune, & vniuersale; alioquin illud posuisset secundā, & non primam substantiam; & hæc solutio, quæ ceteris prestat, est Scoti q. 12. prædicam. & 1. d. 25. q. vn. §. *Respondeo.* quàm multi amplectuntur, præsertim Auersa cit. q. 8. sec. 16. & Pasqualig. loc. cit. sect. 3. vbi ex professo omnes alias refutat solutiones, quę solēt ad hoc dubiū afferri.

Quin-

Quinto tandem, neque ex Mysterio Incarnationis introducendum est à Theologis sextum prædicabile, quia in Christo Domino prædicatio naturæ humanæ de Deo spectat ad quintum prędicabile, quia prædicatum illi contingenter competit; quod autem prædicetur substantiuè, dicẽdo *Deus est homo*, non impedit, quin hæc prædicatio sit quinti prædicabilis, quia cũ dicimus, *Petrus est suppositum*, *Petrus est persona*, talis prædicatio fit substantiuè, & tamen pertinet ad quintum prædicabile, quia est extrà illius essentiam, & potest abesse per Dei potẽtiam præter eius corruptionem. Accedit, quod illa prædicatio *Deus est homo*, *Verbũ est homo*, potest etiã fieri aliquo modo adiectiuè, dicẽdo *Deus est humanatus*, quomodo fieri nequit prędicatio superioris de inferiorij, signũ euidens, quod illæ prædicationes in rigore logico non sunt essentiales. Et tandem, quod accidens prædicabile ità conueniat accidentaliter subiecto, vt non constituat cum eo vnum substantialiter, vbi natura assumpta constituit vnum substantiale cũ persona assumente, non obstat; tum quia absolutè falsum est hoc assumptum, nam modi substãtiales, qui satis familiares sunt Recentioribus, constituunt vnũ substantialiter cum re, cuius sunt modi, & tamen pertinẽt ad quintum prædicabile eorum prędicatio etiam secundũ ipsos, tum quia esto materia, & forma vnũ per se constituant, & substantialiter vniantur; tamen quæcũq; prædicatio formæ de materia ad quintum spectat prædicabile eo præcisè, quia forma contingenter se habet ad materiã secundũ se consideratam; tum demũ quia concedimus, quod in hoc sensu hæc prædicatio sit substantialis *Verbum est homo*, quatenus natura humana constituit vnum substantiale cum persona assumente. s. Christum, nõ tamen ex hoc sequitur, quod sit per se, & essentialis in rigore logico, quia prædicatũ illi aduenit contingenter, & hæc responsio est Doctoris in 3. d. 7. q. 1. C. & D. vbi ex professo tangit hanc difficultatem, quam postea solutionẽ amplexi sunt Vasq. 3. p. disp. 68. c. 4. & Pasqualig. loc. cit. vbi benè aduertit, quod in distinguendis prędicabilibus non debet attendi res, quæ prædicatur, neque vnio ipsius cum subiecto, de quo prædicatur, sed modus, quo prædicatum se habet ad subiectum, quia si accidentalis est, hoc est, si facit, quod prędicatũ conueniat subiecto contingenter, pertinet hoc etiã prędicatũ ad quintum prędicabile, quia hic est modus proprius prędicandi illius, qua de causa notat Doctor ibid. quod habitudo quinti prędicabilis potest fundari in re, quę sit substantia, quando hęc accidit subiecto, & illi contingenter vnitur, vt ex professo dicemus disp. seq. q. 5.

Non omninò tamen abs re appellauit hoc Bassol. nouũ prędicabile, quia ita etiã Doctor ipse innuit ibid. dũ ait, quod cum nulla vnio sit similis isti propter quã prædicatio dicatur vera, nullũ est prædicatum dictũ de subiecto, sicut in proposito, quãtũ .n. est ex parte eius, quod prædicatur, est species, sed quantũ est ex parte modi prædicandi, est accidens, ità Doctor. Quia tamen, vt sæpè dictũ est, numerus prædicabiliũ auspicari nõ debet ex varietate rerũ prædicatarũ, sed modorũ prædicandi, ideò cũ in proposito *homo* dictus de Deo, estò in se sit species, tamẽ respectu Dei habeat modũ p̄dicãdi accidẽtis nõ debet cõstituere nouũ p̄dicabile, sed ad quintũ reduci.

Soluuntur Obiectiones.

In oppositum sunt adhuc alia quædam argumenta soluẽda augentia, vel minuentia numerum quinariũ vniuersaliũ. Primo itaq; obij. quod sũt plura quinque, quia prædicamenta sunt decem, ergo & prædicabilia, nam diuisio quoque prædicamentorum data est pęnes diuersitatem modorum prædicandi. Tum 2. quia existẽtia, subsistentia, personalitas, vnio substantialis, & similes modi non prædicantur, vt genus, species, & differentia, quia non constituunt rei essentiam, nec vt pro-

proprium, quia non fluunt necessariò ab essentia, cũ sine illis esse possit, nec vt accidens cum sint modi substantiales, ergo dabitur sextum prædicabile, nempè modus substantialis. Tum 3. quia genus diuidi potest in generalissimum, & subalternũ; item differentia in genericam, & specificã, similiter proprium, & accidens. Tũ tandem quia tot modis dicitur vnum oppositorum, quot reliquum 1. Topic. c. 12. sed vniuersale, & singulare sunt opposita, & singularia sunt infinita, ergo &c.

Resp. neg. paritatẽ, cõcesso enim quod numerus prædicamẽtorum sumatur etiã aliquatenus ex diuersitate modi prædicãdi de prima substantia, de quo inferius, nõ adhuc tamen sumitur eo modo, quo numerus prædicabilium, hic. n. numerus sumitur pœnes modum prædicãdi essentialiter, vel accidentaliter, non attendendo rẽ, quæ prædicatur, an sit substãtia, vel accidens, sed attẽdendo solã connexionem essentialem, vel accidentalem, quã res habet cum subiecto, quæ eadẽ esse potest in diuersis prædicamẽtis, nam ità in genere accidentis connectitur color cum albedine. s. vt pars materialis, sicut animal cum homine in genere substãtiæ, & sic de alijs; at in diuisione prædicamẽtorum assignatur numerus, nõ solum attẽdẽdo modum prædicandi, sed præsertim rem ipsam, quæ prædicatur; ex quo factum est, vt numerus prædicamentorũ superet in duplo numerũ prædicabiliũ, quia res, & naturæ prædicabiles in se sunt decem, modi verò prædicãdi sunt quinque, sicut connexio earũ cũ subiectis quinq; tantũ modis fieri potest. Ad 2. in nostra Schola non ità liberales sumus modorũ substantialiũ, vt Recẽtiores, vndè in Phys. disp. 5. q. 9. dicimus vnionẽ materiæ cum forma esse relationẽ prædicamentalẽ, & in Metaph. subsistẽtiam consistere in duplici negatione; ad missis tamen his modis substãtialibus, nõ idcircò addendũ est sextum prædicabile, cũ eorũ modus prædicandi possit reduci ad aliquod istorũ; si. n. sumantur, vt dicunt aptitudinẽ, possunt reduci ad quartum, si vt dicunt actum ad quintum prædicabile, quia abesse possunt absq; præiudicio, & destructione essentiæ. i. cõceptus quidditatiui subiecti, de quo prædicantur, neque id impedit, quod sint modi substantiales, & non accidentia, vt Recentioribus placet, quia aliud est esse accidẽs prædicamẽtale, aliud prædicabile, accidens prædicamentale dicitur illud, quod non est substãtia, vt quantitas, & qualitas, & dici solet accidens nominaliter, quia illud per nomen accidentis explicatur; accidens verò prædicabile est quodcunque prædicatum accidentariũ, non pertinens ad essentiam rei, siuè in se sit accidẽs, siuè substantia, sic vestis respectu vestiti, homo respectu animalis dicuntur accidens, nõ nominaliter, quia in se sunt substantiæ, sed verbaliter, quatenus vestis dicitur accidere vestito, & homo animali; vndè dicebat Scot. loco supracit. quod habitudo accidentis quinti prædicabilis potest fundari in re, quæ sit substantia, quãdo hæc cotingenter vnitur alteri, de quo prædicatur, sic de facto esse bipedẽ dicitur accidens cõmune quintum prædicabile, & tamen res, vndè sumitur, est substãtia. Ad 3. illæ diuisiones nõ multiplicant prædicabilia, quia tàm genus generalissimũ, quã subalternũ ex vna parte, tàm differentia generica, quàm specifica ex alia retinent eundẽ prædicandi modũ, illa per modũ partis potẽtialis, & ista partis actualis, vndè in ratione vniuersalis formaliter non differunt inter se genus supremũ, & subalternũ, differẽtia infima, & subalterna, sed tãtũ materialiter pænes maiorẽ, vel minorẽ multitudinẽ subijcibiliũ. Ad 4. ait Doctor in hac quæst. sensũ illius propositionis esse, quot sunt significata vnius oppositi, tot & alterius esse, nã quot modis accipitur vnũ, tot accipitur, & reliquũ, vt v. g. tot modis dicitur vnum, quot multa, tot modis idẽ, quod diuersũ, genere, specie, numero; non autem est vera, quoad numerum suppositorũ, quia album, & nigrum, iustus, & iniustus sunt oppo-

oppoſita, non eſt tamen opus, vt quot sũt indiuidua nigredinis, tot ſint & albedinis, quot ſunt iuſti, tot ſint iniuſti.

Secundò obijcitur è contra probando quod ſint pauciora quinque. Tũ quia quot ſunt prædicata, tot ſunt prædicabilia, ſed 1. Topic. c. 3. predicata ſunt quatuor, definitio, genus, propriũ, & accidens. Tũ 2. genus, & differentia cõtinentur in ſpecie, quã cõponũt, ergo nec diuiſio bona, quia mẽbra coincidunt, nec prædicabilia quinque. Tum 3. omne accidens, vel eſt genus, vel eſt ſpecies, cũ habeat propria inferiora, de quibus eſſentialiter prædicatur; vt conſtat de colore reſpectu albedinis, & nigredinis, ergo ſuperfluit quintũ prædicabile. Tum 4. quia hæc diuiſio põt ad bimẽbrem reduci, ſi nimirũ tradatur per capita generalia, ad quæ cætera reducatur, quod .ſ. aliud eſt prædicabile eſſentialiter, aliud accidentaliter; ergo ita fieri debet, vt regula ſeruetur bonę diuiſionis, quæ debet eſſe bimẽbris. Nec dicas fuiſſe datam per ſingula illa quinque membra ad maiorẽ rei declarationẽ; Quia potuiſſent, & debuiſſent hac ratione plura alia mẽbra aſſignari, nã diuidi poterat differẽtia in genericã, & ſpecificam, ſic etiam proprium, & accidens, genus in ſupremum, & ſubalternum; & rurſus ſicut diuiditur prædicabile pænes prædicationẽ in quid, & in quale, eſſentiale, & accidẽtale, poterat etiam diuidi pænes prædicari ſeparabiliter, & inſeparabiliter, intrinſecè, & extrinſecè, poſſibiliter, & impoſſibiliter, & alios ſimiles modos, qui diuerſas ſpecies prædicabilitatis cõſtituent.

Reſp. quòd licèt idem ſit ſecundùm rem prædicabile, & prædicatum, tamen differunt ſecundùm rationem, prædicabile enim dicitur, quod poteſt prædicari de pluribus, prædicatum verò dicit illud, per quod terminari poteſt, ac ſolui quæſtio dubitabilis, ſeu problema; Ariſt. autem in Top. docet modum ſoluendi huiuſmodi dubitationes, vnde ibi oſtendit de aliquo, quomodo poteſt ſciri, quod eſt genus, & ſic de alijs, & ponit ibi quatuor pdicata, duo in quid, quæ sũt genus, & definitio, & duo in quale .ſ. propriũ, & accidens, quia oĩs quæſtio ſolui põt, reſpõdendo per aliquod iſtorũ, vel per aliquod reductũ ad illa: quia autẽ non fit quæſtio de indiuiduis, cũ de illis non ſit ſcientia, ſed de ſpeciebus; ideò ſpecies non numeratur inter prædicata, cũ in talibus quæſtionibus ſit ſubiectũ; Nec de differentia ſpecifica fit ſermo ibi, quia idẽ iudicium eſt de illa, ſicut de ſpecie, differentiã autẽ genericã reducit Ariſt. ad genus, cũ in ipſo formaliter includatur, ita reſpõdet Orbell. initio prædic. & colligitur ex Scot. 1. d. 8. q. 3. ſub S. vide tñ aliã reſponſionem apud Doctorẽ q. 12. vniu. Ad 2. ex eodem verũ eſt aſſumptum de genere, & differẽtia fundamẽtaliter sũptis, ſic .n. ſunt gradus metaphyſici ſpeciẽ cõponentes in ratione totius eſſentialis, ſed falsũ eſt, ſi hęc oĩa formaliter ſumantur, ſic .n. ſingula ſunt intentiones diſtinctæ, & cõſtituunt vniuerſalia diuerſa, nec vnum ſpectat ad formalitatem alterius, quatenus eſt totũ vniuerſale. Ad 3. põt accidẽs comparari, vel ad propria inferiora, de quibus eſſẽtialiter prædicatur, vt color ad albedinẽ, vel ad ſubiecta, quæ accidentaliter denominat, vt ad lignum, vel parietẽ, licèt primo modo inſpectum ſpectet ad primũ, vel ſecundum prædicabile, altero tamen modo conſideratum conſtituit quintum prædicabile, vt notat Orbell. ibidem, & Mairon. paſſu 2. Ad 4. verum eſt illã diuiſionem poſſe ad bimembrem reduci, ſi tradatur per rationes generales, & poſſe amplius plurificari, quam in quinque mẽbra, ſi tradatur per ſpeciales; itaquod fatendum eſt diuiſionem illam à Porph. traditam non eſſe ita ex natura rei, vt nõ potuerit alio modo fieri; ordo tamen doctrinæ poſcebat, vt dum hunc prædicabilium tractatum ad prædicamenta coordinanda dirigebat, non niſi illo determinato modo vniuerſale diuideret, cuius rei rationem ſatis congruam aſſignamus

q. ſeq.

q.seq. & plenam solutionem huius argumenti tradimus.

QVÆSTIO SEXTA.

An hæc diuisio sit generis in species, & immediata.

NEgant Boet. & Ammon. in definit. generis Auic. in log. c. 7. Simpl. in prædicam. in definit. æquiu. Albert. tract. 2. prædic. b. c. 9. Niger 2. part. Clyp. q. 16. Bruxell. q. 2. prædicab. Vall. q. 7. de vniu. c. 12. quia hi oẽs negant vniuersale esse verũ genus ad illa quinque; atq; ideò asserunt hãc esse diuisionẽ analogã, licèt diuersimodè explicent talẽ analogiam. Affirmat Scot. q. 8. vniu. quẽ sequuntur cæteri oẽs Latini, tàm veteres, quàm recentiores Scotistæ, ac Thomistę, Maurit. Anglic. & Sarnan. ibidẽ Tatar. q. 2. Ant. And. ibi, Ochã 1. p. log. c. 18. Conimbr. Louan. Complut. Tolet. Ruu. Hurtad. Auers. Serna, Blanc. Pasqualig. & cęteri passim. Quo ad alterã quæsiti partẽ sentiunt aliqui, vt referunt Complut. disp. 4. q. 6. hanc diuisionẽ esse immediatã; alij commmuniter aiunt esse mediatã, pſertim verò Scotist. nostri q. 12. vniu. Tandem Ioa. de S. Th. q. 6. ar. 2. vtrumque ait esse probabile.

Pro decisione quæsiti quoad vtramq; partem, dicendum est, vniuersale esse genus ad illa quinque, ac proinde diuisionẽ eius in ea esse generis in species, nõ immediatã, sed mediatã. Probatur. qa genus ad illa quinq; cõparatum prædicatur de illis secundũ idẽ nomen, & rõnem, vt de pluribus specie differentibus, ergo se habet vt genus ad illa, & in ea diuiditur vt in species; Conseq. patet ex definitione ipsius generis, probatur assumpũ, qa ex vna parte definitio vniuersalis in cõmuni verificatur essẽtialiter de singulis qnque prædicabilibus, vt ꝙ sit vnum aptum esse in multis, vel dici de multis, et hæc particula, vt videbimus, in definitione singulorum stat loco generis, ex alia verò parte intentiones prædicabilium adinuicem non accidentaliter, & numericè, sed essẽtialiter, & specificè distinguũtur, alia .n. species vniuersalitatis est genereitas, alia speciceitas, & sic de alijs. Imò addũt alij esse genus ita vniuocũ, vt nullã prorsus habeat analogiã admixtã, quia singulæ illæ prædicabiliũ intẽtiones primariò, & æqualiter participãt rõnem vniuersalitatis, oĩbus .n. verè, & propriè conuenit esse relationes rõnis, quibus naturę abstractæ referuntur ad plura, nec hanc rõnem participat vna istarũ intentionũ dependenter ab alia, siquidẽ vna quęque earũ esset vera vniuersalitas, etiã si aliæ intẽtiones essent impossibiles. Cæterum, vt docet Doctor q. 8. cit. §. *Ad istam*, necesse non est omnẽ prorsus negare analogiã in vniuersali respectu illorũ quinq; specierũ; tũ quia analogia bene cum vniuocatione est cõpossibilis, vnde asserẽdo vniuersale esse analogũ ad illa quinq; nõ eò ipso excluditur vniuocatio, vt constat ex dictis disp. 2. q. 5. art. 1. tum quia & in ipso genere aliqualis analogia reperiri solet, quatenus perfectius in vna specie reperitur, quàm in alia etiam si hæc inæqualitas prorsus proueniat ab extrinseco, ex inæqualitate .s. differentiarũ contrahentium, vt patet ex dictis ibidẽ; qua ratione aiebat Arist. 7. Physic. 31. multas in genere latere æquiuocationes, vbi æquiuocationem vocat analogiam ex inęqualitate differentiarum desumptam; tũ tandem quia in proposito in participanda ratione vniuersalitatis, videtur inter illas intentiones intercedere illa dependentia, quæ solet inferre veram analogiam, quia nedum vniuersalitas perfectius reperitur in vniuersalibus essẽtialibus, quam in accidentalibus, quia illa prædicantur in quid, ista in quale, illa essentialiter, ista accidentaliter; sed etiam in istis reperitur quodammodo depẽdenter ab illis, quia ista prædicantur de suis subijcibilibus mediantibus illis, rationalitas namque, & risibilitas prius cõueniunt homini in cõmuni, deindè huic, & il-

& illi; Non ergo neganda est qualiscunque analogia in conceptu vniuersalis ad illa quinq; sed concedenda, non tamen talis, quæ vniuocationem excludat.

Quod autem hæc diuisio non sit immediata, sed mediata, euidens est ex sufficientia huius diuisionis q. pced. vt .n. ex ea liquet, vniuersale nō descendit immediatè ad hæc quinq; neq; est genus proximū illorū, quia prius diuiditur in illud, ꝙ dicitur essentialiter, & ꝙ dicitur accidētaliter, quæ duo iterū subdiuiduntur, ergo cū vniuersale diuidatur prius per illas duas differētias, constituit duo gña intermedia, quæ postea subdiuidūtur per alias differentias, deueniendo tandem ad istas quinque species; quod apertè colligitur ex Porph. c. de commun.

Cur autē in proem. vniuersale statim diuiserit in has quinq; species, nec illam tradiderit per rōnes magis generales, vel magis speciales, vt posse fieri dicebamus in fin. pced. q. Ratio est, qa vniuersalia se habēt tanquā forma respectu subiecti, de quo pdicantur, atq; ideò explicare debent aliquē formalē effectū, & determinatum respectu eius, sed si vniuersale diuisū fuisset per rōnes generales .s. in essentiale, & accidētale, nimis adhuc indeterminatus, & cōfusus fuisset effectus, quē vniuersale præberet subiecto, nec ita sensim docuisset Porph. modū applicādi secundas intētiones primis, qui tñ est totalis, & vnicus logicæ scopus, vt ipse facere satagebat, quia illæ primæ species subalternæ sunt remotæ nimis à tali applicatione; si verò ex alia parte diuisum fuisset per rationes adhuc magis speciales, planè diuisio fuisset superflua prorsus vltra hunc quinarium numerum, nec ad rationes magis speciales erat opus descendere, vt doceretur exactus modus applicādi secundas intentiones primis, quia facta quacunque alia subdiuisione vltra hęc quinque adhuc membra subdiuidentia seruarent respectu subiecti eandem formę habitudinem, & eundem prędicandi modum, quē seruaret totum diuisum; vndè si diuidatur genus in generalissimum, & subalternū, differentia in genericā, & specificā, tñ in ordine ad subijcibilia eūdem semper seruant pdicandi modū, quem totum diuisū, nā vtrumq; genus semp prædicatur essentialiter per modū partis potētialis, differētia per modū partis actualis, sic dicendū de proprio, ac et accidēte, q. siuè sit separabile, siuè inseparabile, sēper tñ contingēter vnitur subiecto, nec attinet ad eius essentiā in primo, aut secundo modo, quia non oēs modi variant per rōnem prædicabilis, sed illi tm̄, essētialiter, & accidentaliter se habere, per modum, qd, vel qualis, ad quos alij modi reducuntur: per quam doctrinam plenè satisfieri potest ad vltimum argumētum quæst. præced.

Ex hoc colligitur has quinque species vniuersalis esse infimas, quia hæc, & illa genereitas v.g. quantitatis, & substantiæ, vt docet Scot. quol. 6. sub X. nō differūt à se inuicem, nisi numero, cūm naturæ substratę differant genere generalissimo, sic etiam hæc, & illa specietas v.g. hominis, & equi differūt tm̄ numero, qa licèt naturę, quas denomināt, specie inter se differant intētiones tñ denominantes sunt eiusdē rōnis; & sic pariter dicendum de intentionibus aliorū vniuersalium: tum etiā quia esto genus diuidatur in supremum, & subalternum, differentia in genericam, & specificam, proprium similiter, & accidens, hęc tamen membra non inter se differunt ex parte modi prędicandi, & in ratione vniuersalis, sed materialiter tātum penes maiorem, vel minorem multitudinem eorum, de quibus prædicantur; Ex quo tandem deducitur hanc Porph. diuisionem vniuersalis in genus, speciem, &c. esse ritè traditam, quia diuisio alicuius generis etiam subalterni potest fieri assignando omnes species infimas, quando illæ possunt certo numero comprehendi, vt notauit *Soto* lib. 2. Summul. cap. 4. lect. 2.

In

In oppositũ obijcitur 1. probãdo vniuersale non esse genus ad illa quinque. Tum quia tũc aliqua species directè prædicaretur de suo genere, ꝙ est impossibile,prob.conseq.quia tunc esset verũ dicere,quod vniuersale est genus ad illa quinque, inter quæ numeratur genus primũ prædicabile,velut vna species vniuersalis in cõmuni.Tum 2.quia tunc vna species disparata prædicaretur de alia, quia tunc esset vera prædicatio,quòd genus est vna species vniuersalis,differẽtia alia species, & sic de alijs. Tum 3.non tm̃ disparatum de disparato, sed etiã oppositũ de opposito prædicaretur, nẽpe species de genere, cui saltim relatiuè opponitur. Tũ 4. quia tũc inferius cõstitueretur supra superius, dicẽdo.n.ꝙ vniuersale est genus,tũc vniuersale, ꝙ est superius, ponitur infra genus,ꝙ est eius inferius ; ne igitur hæc inconuenientia sequantur, negandum est vniuersale esse genus ad illa quinque.

Respondet Doctor q. cit. omnes allatas propositiones posse concedi,non quidem essentialiter, sed denominatiuè, potest.n. vna secunda intẽtio fundari super aliam acceptam , vt quid, ac eam denominare , seu de illa prædicari, vt modus, hoc.n.est cõmune oĩbus secundis intentionibus (ait Doctor) ꝙ quælibet põt accipi vt quid, vel vt modus, quando .n. est illud,ꝙ intelligitur,tunc est quid,quando est ratio,sub qua aliquid intelligitur,tunc accipitur,vt modus, quam doctrinam ex professo declarauimus supra disp.3. q.8. art. 2.& docet idẽ Scot. 1.d.2. q.3.C. & 4. d.13.q.1.sub T. Ad 1. igitur vera est illa propositio denominatiuè , *vniuersale est genus*,quia vniuersale sumitur,vt qd,genus vt modus,quatenus est ratio,sub qua vniuersale consideratur , dum ad sua inferiora confertur. Ad 2. pariter non inconuenit,quod genus , differentia , proprium , et accidens sint species denominatiuè, et accidentaliter. Ad 3. ait Doctor locis cit. quòd intentiones non opponuntur, nisi vtraq;accipiatur,vt quid, vel vtraque vt modus,dum verò dicimus genus est species, intentio generis sumitur, vt quid , intentio speciei , vt modus, & ideò,vt sic,non prædicatur oppositum de opposito. Ad 4. vniuersale cõtinet sub se genus essentialiter, tñ neque inconuenit , ꝙ vicissim vniuersale accidentaliter contineatur sub genere , quatenus affici põt modo genereitatis,vnde genus vt qd est inferius ad vniuersale,vt modus esse põt superius ; & hæc est cõmunis doctrina Scotistarum, quam omnes aliæ Scholæ recipiunt,esto sub diuersis terminis.

Dices , nullum genus potest accidentaliter de suis speciebus prædicari , sed vniuersale prædicatur accidentaliter de illis quinque, ergo &c. Prob. min. nam quando vna intentio applicatur alteri , vt modus,tunc efficit prædicationem denominatiuam,& accidentalem, at quando dicimus,genus est vniuersale,tũc vniuersalitas applicatur generi , vt modus, quia est ratio , sub qua consideratur genus,ergo &c. Resp.neg.min.ad prob.patet ex dictis disp.3.cit.q.8.art.2.maiorem esse verã dumtaxat, quando intentio alteri applicata, vt modus, est inferior , vel disparata , non autem quando est superior , vt est in allata propositione , genus est vniuersale,Vide ad hoc alia argumẽta apud Fuent.q.6.diff.6.minoris momenti.

Deinde obijcitur contra alteram concl. partem , quòd diuisio generis in illa quinque non sit mediata , sed immediata , quia diuidendo per duas differentias magis generales constituerentur duo genera intermedia,quæ postea subdiuiderentur per alias differentias,atq;ita darentur alia vniuersalia,quæ inter ista quinque,& vniuersale ipsũ in cõi intermediant , vnde ita diuidẽdo perueniremus ad octo , vel decẽ vniuersalia,vt deducit Brasau.q.12. vniu.cum Maur.q.9. *§. Quinto dubitatur.*

Respondetur ex Brasau. ibid. dimissis Maur. ambagibus , quòd cum propriè loquendo superius non ponat in numerũ cum inferiori,quia inferiora in superiori vniun-

vniuntur, non diuiduntur, ideò genus, & species, & prædicabile in quid nō dicuntur tria vniuersalia, nã pdicabile in quid, seù essentiale est superius ad genus, & speciem, & in illis includitur, atque ideò cum eis nō facit numerum; & sic etiam dicendum est de prædicabili accidetali in ordine ad proprium, & accidens; Vel dicas, φ cum hic asserimus vniuersalia esse quinq; nō plura, nec pauciora, loquimur de speciebus infimis prędicabiliũ, nã dari alias subalternas sanè negari non potest.

DISPVTATIO QVINTA.

De Vniuersalibus in particulari.

POST tractationem de Vniuersalibus in communi ad singula in speciali descendimus, de singulis quæstiones instituẽdo iuxtà ordinem seruatum à Porph. in suo tract. de cuius obiecto non est magna dissensio, siquidem ferè omnes pro adequato eius obiecto agnoscunt cum Doctore nostro q.7. vniuers. Vniuersale, seù Prædicabile commune ad illa quinque, ità Burleus initio prædic. Conimbr. in proam. q.7. Masus sect.5. q.3. Tolet. q. 1. Ruuius qu.8. & alii passim; promiscuè autem assignamus pro obiecto Vniuersale, vel prædicabile, quia pro eodem vtrumque sumimus, nam per prædicabile intelligimus, quod aptum est prædicari de pluribus, tale .n. est prædicabile, de quo Porph. agit in hoc tract. nam cap. de gen. facta diuisione eorum, quæ prædicantur, aliud de vno solo aliud de pluribus prædicari, prosequitur deinceps tractationem eorum, quæ de pluribus prædicantur, diuidens illa in quinq; species, & cap. vlt. colligit, & protestatur se de illis egisse; Et adhuc potius sub ratione Prædicabilis, quam vniuersalis, debet hic vniuersale subiectum poni, quia & ipsa quinq; vniuersalia potius sub ratione prædicabilium, quàm vniuersalium considerauit, cuius rationem reddidimus disp. praced. q.2. ar.2. in sol. ad arg. Vniuersale igitur hoc modo consideratum est hic obiectum attributionis, quia habet omnes conditiones ad tale obiectum desideratas à nobis assignandas inferius disp.12. ex Doct. q.3. vniu. quæ ad tres reducũtur, quod de eo supponatur quod est, & quid est; quod de eo propriè demonstrentur passiones in scientia, & tandem quod omnia ibi considerata habeant attributionem ad ipsum, & in eius gratiam considerentur: has autem omnes habet vniuersale in præsenti tractatu, nam dum initio tract. monet illas quæst. à quarum r[...] abstinet ob arduitatem, an vniuersalia sint in rebus, vel in intellectu, an sint corporea, vel incorporea, &c. sanè supponit vniuersalia esse, & quærit vbi sint, & quomodo, & dum in fine tract cap. vlt. de communitatibus inquit, singula vniuersalia conuenire in ratione communi vniuersalis, quia singula prædicantur de pluribus, planè supponit hanc esse eius definitionem in ratione prædicabilis, & sic habet primam conditionem: dum demonstrat genus, speciem, &c. differre ab indiuiduo per prædicari de pluribus vtique eandem passionem demonstrat de vniuersali implicitè, tanquam de primo, & adequato subiecto, & sic habet secundam; dum tandem cap. vlt. docet esse omnibus commune prędicari de pluribus, manifestè insinuat illa omnia esse species, & vniuersale esse commune genus, ad quod reducuntur; Et quamuis vltra illa quinq; vniuersalia agatur in hoc tractatu de indiuiduo, & specie subycibili, quę tamen vniuersalia non sunt, adhuc tamen, & ipsa reducuntur ad ipsum vniuersale, non quidem vt eius species,

sed

sitâ vt termini specierum eius, indiuidui nimirum, vt subijcibilia speciei, & species subijcibiles, vt termini generetatis, & sic tandem habet tertiam conditionem.

Auersa q.7. log. sect.3. adhærens opinioni quorundam antiquorum Expositorum ait non vniuersale in communi sed partes eius subiectiuas genus, speciem &c. solutè, & singillatim sumptas esse hic obiectum adæquatum, ratio eius præcipua est, quia Porph. non egit de illis quinq; sub conceptu cõmuni vniuersalis, vel prædicabilis, sed statim aggressus est distinctè, & solutè illa singula explicare. Imò neq; de singulis egit, quatenus vniuersalia sunt, nimirum per ordinem ad plura, sic solum genus, speciem, & differentiam considerauit, proprium verò, & accidens non explicauit in ordine ad plura, quod est de ratione vniuersalis, sed potius per ordinem ad subiectum, cui conueniunt. Sed fallitur Auersa, quòd Porph. non egerit de illis quinq; sub aliquo conceptu communi, & de singulis sub ratione vniuersalis in ordine ad plura, nam cum cap. vlt. agit de communitat. b. prædicabilium, agit de aliquo conceptu communi, in quo conueniunt, & omnia definiuit in ordine ad plura, vt infra constabit; & certè tollit Auersa vnitatem huius tractatus, dum illa quinq; soluta hic accipit pro obiecto contra Arist. monitum, qui 1. Post. 25. dixit scientiam debere esse vnius generis subiecti.

Quam verò vtilis sit hic tractatus ad directionem operationum intellectus, qui est finis logicæ ipse Porph. expressit in proœm. cum inquit, iuuare primò ad definiendum, quia definitio essentialis constat ex genere, & differentia, accidentalis datur per proprium, vel combinationem accidentium communium, & sola species definitur. Secundo ad diuisionem, quia in diuisionibus essentialibus diuiditur genus in species per differentias, in accidentalibus subiectum per accidentia propria, vel communia. Tertio demum ad demonstrandum, quia medium in demonstratione est definitio, quæ constat ex genere, & differentia, & quod demonstratur est passio; ad cæteras etiam argumentationes inseruit, in quibus, vel accidentalia prædicata per essentialia comprobantur, vel è conuerso.

QVÆSTIO PRIMA.

De Genere.

PORph. c.2. definiuit genus logicum illud esse, *quod prædicatur de plurib. specie differentibus in eo quod quid*, circa quam occurrunt difficultates quamplures intantum, vt nonnulli eam abiecerint, & aliam ex proprio capite adinuenerint, quod etiam fecerunt de cæteris vniuersalibus; sed quia hæc definitio est ipsius Arist. 1. Topic. cap.4. & lib.4. c. 1. & 2. & 5. Met. cap.8. & vt legitima recipitur à Scoto q.15. vniuers. & in celebrio ribus Scholis, ideò retinenda est, præsertim quia si rectè explicetur, nullam patitur difficultatem; Cæterum quia exacta eius intelligentia multorum exigit solutioné incidentium dubiorũ, quæstionẽ hãc in plures distribuimus Articulos.

ARTICVLVS PRIMVS.

An genus definiri possit; & quo sensu hic definiatur.

PRO intelligentia quæsiti quoad primam partem recolendum est ex dictis disp. 1. q.4. art. 1. definitionem sumi posse dupliciter, vno modo presè pro definitione explicante quidditaté rei per genus, & differentiam, vel saltim aliqua, quæ genus, & differentiam circumscribant, & sic definitio est tantum illius rei, quæ habet genus, & differentiam, alio modo fusè pro conceptu quidditatiuo, & essentiali rei, quo sensu etiam ens dicitur posse definiri, licèt non habeat genus, & differentiam, & hoc modo definiri potest omne id, quod est ens per se intel-

intelligibile, siue habeat genus, & differentiam, siue non. Quando hìc quęritur, an genus definiri poisit, nõ est quęstio de definitione secundo modo sumpta, nam in hoc sensu negari nequit genus esse definibile, sed tantùm primo modo, nam in hoc sensu negarunt Ammon. & Boet. c. de genere Albert. tract. 1. prædicab. c. 3. quos sequitur Villalpan. c. de gen. cũ alijs quibusdam genus esse definibile.

Dicendum tamen est cum communi genus definiri posse ét definitione præsè sumpta. Ita Doctor loc. cit. quem cæteri omnes sequuntur, probatur, quia illud dicitur sic definibile, in cuius integro conceptu assignari potest conceptus genericus, & differentialis, quorum. s. vnus sit alterius determinatiuus, sed de genere primo prædicabili potest talis conceptus assignari, ergo põt præsè, & quidditatiuè definiri; Prob. min. quia vt docet Doctor in 4. d. 1. q. 2. I. etiam in intentionibus logicis habentibus conceptum per se vnum inuenitur suo modo genus, & differẽtia, & in proposito in genere imbibitur ratio communis vniuersalis velut generica. s. esse in pluribus, vel dici de pluribus, & præter hoc imbibitur ratio peculiaris contractiua illius, esse nimirum in pluribus specie diuersis, velut differẽtialis, ergo &c. Accedit, ꝙ genus, vt hìc de eo loquimur, est vnũ ens per se intelligibile, vt mox patebit, qa nõ loquimur de ipso pro aggregato ex prima, & 2. intẽtione, quasi in recto vtrũq; includat, sed vel pro prima intẽtione, vt connotat secundã, cui substat, vel pro secũda, vt cõnotat primã, cui est applicata, iuxta diuersitatem opinionum, hoc autẽ modo genus est ens per se vnum, & intelligibile, ergo est propriè definibile.

Sed instabis; Tũ quia definitio propriè dicta cõstare debet ex genere, & differẽtia, sed generis nõ datur genus, alioquin esset processus in infinitũ, ergo; Tũ ét qa solius speciei est propria definitio 7. met. 4. at genus nequit esse species, ergò &c. Tum demũ, quia genus primũ prædicabile est omnibus generibus commune, ergo nõ habet supra se genus, quod eius definitionem ingredi possit.

Resp. definitionem generis constare genere, non tamen *essentialiter* genere, sed accidentaliter, quia *vniuersale* cõmune ad illa quinq; non est essentialiter genus, sed tm̃ accidentaliter à quadã superaddita notione ex dict. q. vlt. præc. disp nec sequitur processus in *infinitum*; tum quia genus *prædicabile*, nõ quatenus genus, sed quatenus *species subijcibilis* respicit vniuersale in cõmuni, vt suum genus; tum quia semp sistimus in secunda intẽtione generis, à qua velut essentialiter tali, cæteræ oẽs naturæ, siuè reales, siuè intẽtionales illius vniuersalitatis capaces denominãtur tales. Ad 2. neg. min. qa genus est *species subijcibilis* in ordine ad vniuersale, nõ quidẽ esẽtialiter, & vt qd sed accidẽtaliter, & vt modus. Ad 3. verũ est genus primum p̃dicabile non habere aliud supra se, id ꝙ sit essentialiter genus, põt tñ habere aliud. s. vniuersale, ꝙ sit accidẽtaliter tale; & etiã verũ est vniuersale vicissim accidẽtaliter cõtineri sub genere, quatenus est affectũ tali secũda intẽne, vt dictũ est q. vlt. pced. dis. in sol. ad 1. ad 4. conf. vnde genus, vt qd est inferius ad vniuersale, vt modus põt esse superius.

Circa alteram quæsiti partem pro intelligentia eius sciendum est, quòd nomen concretum, vt in proposito est genus, & quodlibet aliud vniuersale postea definiendum, de quo eadem quæstio institui potest, dicit in omnium sententia formam simul, & subiectum, vel vtrumque ex æquo, & in recto, vel vnum connotando aliud. i. formam connotando subiectum, aut è cõtra, iuxta varias de hoc opiniones à nobis relatas disp. 2. q. 6. art. 2. Cum igitur genus, vt à Porph. definitur, importet genereitatem, vt formã afficientem aliquam naturam, atque ideò in concreto non in abstracto definiatur, conueniunt omnes, nec definiri secundum

dam intentionẽ solã, neq; nudã naturam capacẽ illius intẽtionis, sed vel vtrumque ex æquo, vel vnum in ordine ad aliud, nimirũ vel secundã intẽtionẽ in ordine ad naturã substratam, vel è contra vno excepto Pasq. qui 1.p. suæ Met. disp.49. tenet nudã naturam definiri, & intentionẽ non esse necessariam ad prædicari.

Hinc tres exortæ sunt opiniones duæ extremæ, & alia media. Prima extrema asserit in recto, & principaliter definiri naturã, vt tñ connotat secundã intẽtionẽ, cui substat, vnde ait vt *Quod* definiri naturã, vt *Quo* secundã intentionẽ, quia præfata definitio non conuenit naturæ secundum se, quia vt sic nequit prædicari de pluribus, cũ secundũ suã essentiã nõ sit vniuersalis, neq; intentioni, quia nec ipsa secundũ se põt prædicari de pluribus, sed naturæ, vt denominatur genus, & cũ ordine ad intẽtionẽ generis, à qua formaliter habet natura esse vniuersalem, ita Iauel. in log. tit. 4. c. 2. Paul. Venet. c. de genere, Amic. tract. 5. q. 1. dub. 5. Tolet. q. 1. Moris. disp. 2. ar. 2. Auersa q. 10. sect. 2. & alij. Secunda extrema docet hic directè definiri secundã intentionẽ in concreto, vt. s. cõnotat naturã, quã afficit, itaut ipsa secundã intentio sit res definita, natura verò connotetur ex modo definiendi, ita Scot. q. 14. vniu. vbi. Maur. Anglicus, Sarna. Brasauol. Ant. And. c. de gen. Tata. ibidẽ ar. 2. dub. 1. Ioann. de Mag. Fuent. q. 6. diff. 4. ar. 3. Rocc. c. de gen. q. 1. & alij Scotistæ passim, & cuncti ferè Thomistę Caiet. in hoc c. & de ente, & essentia c. 9. Sãchez lib. 3. q. 3. Galleg. cõtrou. 12. Araux. libr. 3. Met. qu. 4. art. 2. Masius hic sect. 1. q. 3. Complut. disp. 5. q. 3. Ioan. de S. Tho. q. 7. art. 2. & alij quamplures, quibus subscribunt Didac. disp. 6. q. 1. & Blanc. disp. 3. sect. 3. Tertia tandem opinio media asserit hic definiri aggregatum, seu compositum ex natura, & secunda intentione, itaut vtrumq; directè definiatur, natura vt materiale, intentio, vt formale, ex quibus vnum per se cõsurgit hic definitum, ita ex Recentioribus quamplures Ruuius q. 2. Murcia q. 3. Hur. disp. 4. sect. 1. Faber hic trac. 3. disp. 2. dub. 1. & alij; dicũt autẽ hæc duo cõficere vnũ ens per se quia natura animalis v. g. vt capax generitatis dicit ordinẽ ad illã tanquã potentia ad suum actũ, q autẽ fit ex duobus sic ordinatis, est vnũ per se, ex actu. n. & potentia fit vnũ per se; De opinione autem Pasqualig. nil dicẽdũ occurrit, satis. n. cõstat ex dictis naturã nõ constitui in statu vniuersalitatis, nisi per secũdã intẽtionẽ.

Dicendum est hic non definiri aggregatum ex vtroque. s. ex re, & intentione, sed vel definiri rem, vt subest intentioni, vel intentionem, vt applicatam rei, itaquod vnum eorum sit directè, & principaliter definitum, aliud autem veluti connotatum, & intrãs definitionem per additamentum. Conclusio duas habet partes, quarum vna damnat tertiam opinionem, vt prorsus improbabilem, altera verò primam, & secundam amplectitur, vt probabiles; Quòd aggregatũ ex vtroque non definiatur, docet Doctor quęst. 14. cit. quia hoc est illud ens per accidens ex rebus diuersorum prędicamentorum, quod, cum nõ sit ens per se vnũ, sed simpliciter plura, nec etiam vna definitione exprimi põt, vt docet Arist. 6. Met. 4. & 5. & lib. 7. 11. & 13. & lib. 8. 13. & 14. cõcretũ. n. accidentale dupliciter sumi põt, vno modo, vt significat æquè primo subiectũ, & formã, & hoc propriè dicitur ens per accidẽs, alio modo, vt non vtrumque ex æquo principaliter significat, sed vnũ primariò, alterum secũdariò, & hoc dicitur ens connotatiuum, quod vtique definiri potest definitione quidditatiua per additamentum data, de qua diximus disp. 1. q. 4. ar. 1. quia id, quod concernit principale significatum, non cadit in intellectu eius, veluti pars, sed vt terminans respectum illius, & ideò nõ destruit vnitatem eius, vt docet Scot. q. 8. vniu. propè finẽ, & 4. d. 1. qu. 2. cit. quamuis igitur genus, quod est accidentale concretum, possit defi-

definiri propriè, vt ens cōnotatiuū; vt docet prima, & secunda opinio, nullatenus tñ definiri pôt, vt aggregatū importans vtrūq; ex æquo principaliter, vt ait tertia.

Respondet Murcia cit. negando hoc concretum esse ens per accidens, quia licèt non sit vnum per se substantiale; est tamen vnū per se accidentale per physicā vnionem, eo modo, quo faciunt vnum per se subiectum, & forma accidentalis. Sed valde vir iste decipitur, dū putat ex vnione accidētali, eo qa est vera, & physica vnio, resultare ens per se vnū, ad hoc .n. non solùm requiritur vera, & physica vnio inter subiectū, & formā, sed etiam substantialis ex per se actu, & per se potētia, quæ quia nō reperitur inter subiectū, & formā accidentalem, ideò negat Arist. loc. cit. ex illis ens per se vnū resultare; Et quando etiā cōcederemus qualemcunq, physicam vnionem sufficere inter formam, & subiectum, vt ex illis fieret per se vnum, cum talis nō sit inter naturam, & genereitatē, quia est solum vnio facta per rōnem, dum intellectus affigit naturę illam intentionē, cōsequenter nequit inferre illud aggregatum esse per se vnum.

Respondent alij concedendo aggregatum illud esse ens per accidens, sed negant id definibile non esse, vnde Blanc. cit. quamuis nobiscum sentiat, inquit tamen, hanc rationem ex ente per accidēs deductam facile dissolui. Cæterum ens per accidens, nec esse definibile, neque scibile monstramus ex professo inf. disp. 13. q. 2. art. 3. vnde ratio inde deducta est efficacissima. Sed adhuc concedendo, quòd sit definibile, euidenter ostenditur non hic definiri aggregatum illud, nā illud hic definitur, quod de pluribus prædicatur, & ad inferiora descendit, at cōflatum ex re, & intentione non descēdit ad inferiora, neq; de illis prædicatur exercitè, aut signatè, quia prædicatio exercita est propria primarū intētionū, signata secundarū, ergo nullo genere pdicationis pôt illud aggregatū pdicari de pluribus.

Vt verò probemus alteram concl. partem, quæ ambas extremas opiniones facit probabiles, & ostendamus esse de mēte Doctoris recolendum est ex dict. disp. 3. q. 8. ar. 2. duplicem esse prædicationem exercitam, & signatam, illa pertinet ad primas, hæc ad secundas intentiones, nā vt inquit Doctor in hac q. omne, quod signatur in secundis intētionibus per prædicationē signatam, exercetur in primis per exercitā, vnde ea, quæ rebus exercitè conueniūt, etiam intentionibus, quæ illis sunt applicabiles, attribuuntur signatè; tunc autem aliquid conuenit alicui exercitè, vt colligitur ex Doctore 4. d. 1. q. 2. quod à parte rei verè inest illi, vt si dicamus, q homo est rationalis, hoc attributū cōuenit homini exercitè, quia realiter in ipso est, signatè verò aliquid alicui conuenire est, cum illi conuenit tantùm, vt signo, per quod significatur attributum illud verè, & exercitè conuenire rei, cuius est signum, v. g. si in pictura repræsentetur nobis aliquis equus, dicere solemus illum equum esse ferocem, dū autē sic loquimur, certè significare nolumus ferocitatē equo picto exercitè conuenire, sed signatè, quatenus dat nobis intelligere, q equus verus, & viuus, cuius signū est, exercitè habet ferocitatē; in hoc igitur sensu multa tribuuntur secundis intētionibus, nā dicimus speciē prædicari de indiuiduis, propositionē constare ex terminis, nō q species, vt secūda intētio, verè, & exercitè dicatur de indiuiduo per verbum *est*, quasi verum sit dicere, indiuiduum est species, vel secunda intentio propositionis constat ex terminis, sed signatè, quia sunt signa, quòd illæ res, quibus tales intentiones applicantur, verè, & exercitè prædicantur de indiuiduo, & constāt ex terminis. Et adhuc Doctor ipse optimè declarat discrimē inter actum signatum, & exercitum, in duobus præsertim similibus per *non* enim exercetur negatio (inquit ipse) per *nego* verò signatur, per *tantum* similiter exercetur

exclusio per *excludo* signatur, & vult dicere, quod si quis diceret *negatio negat* iste ita dicēdo exercitè affirmat, quia propositio est affirmatiua, & tamen signatè negat, vndè hoc prædicatū *negat* tribuitur secūdæ intētioni negationis tamen signatè, exercitium verò negationis fit per *non*, dicēdo, ho no non est asinus, vnde *negatio* in actu signato negat, *nō* verò negat in actu exercito, & hæc doctrina est valde notāda in his rebus logicalibus.

Cum hac doctrina itaq. possumus vtrasque extremas opiniones concordare, & etiā de mente Scoti defendere; nā si sermo fiat de prædicatione exercita, verum est hanc prædicationē conuenire naturę, nō intētioni neq; *vt Quod*, quia non dicimus homo est genus, sed homo est animal, neq; *vt Quo*, vt aliqui respondere solent, quasi secūda intētio sit ratio formalis prædicandi naturæ, quia quod prædicatur de pluribus inferioribus quidditatiuè, ita prædicatur, vt ex vi prædicationis descēdat ad essendū in illis nō solùm secundū id, quod prædicatur, sed etiā secundū rōnem formalē, vnde habet, vt prædicetur, genereitas autē non ita descēdit ad inferiora, ergo in hoc sensu nequit esse ratio formalis, cur genus prædicetur. Accedit, genus definiri esse id, *quod* prædicatur, non *quo*, ergo etiā si concedatur genereitatē esse, *quo*, vel *qua* natura prædicatur, non idcircò Auctores secundæ sententiæ sic respōdēdo defendūt definitionē generis principaliter cōuenire intētioni, sed naturę. Si igitur de pdicatione exercita definitionē Porph. intelligamus, tenemur dicere, quòd sicut talis prædicatio conuenit naturæ, non intentioni, ita illa definitio conuenit naturę, non intentioni, & hunc dicendi modum esse de mente Doctoris in 2. d. 3. q. 1. notat Lichet. ibidem §. *Ibi, sed contra*, vbi docet vniuersale prædicari de pluribus in quid, non quidē quatenus est ens per accidens constitutum ex natura, & relatione, sed tantùm per rationē naturę, quę est ens per se vnum, & in inferioribus essentialiter inclusum; subdit tamen naturā nō esse sic proximè prædicabilem, nisi actu sit sub relatione vniuersalitatis, & indeterminatione positiua ad plura, quia nō est in potētia proxima, vt actu dicatur de illis, nisi per talē relationē, & indeterminationē, quæ ipsā facit actu vniuersalē, & in hoc sensu loquēdo de ista prædicatione intelligendū est, quod hic definiatur natura, vt substat intentioni, non quod principaliter definiatur totum constitutum, nec natura principaliter; & vt *Quod*, intentio autem, vt *quo*, quasi sit ratio formalis, cur prædicetur natura, sed solum quòd definiatur, vt substat intentioni, veluti conditioni eam ponēti in statu vniuersalitatis, in quo sensu non sequitur ipsam esse prædicabilē, nec vt *Quod*, nec vt *quo*, quia est simplex conditio, sicut etiā abstractio ab inferioribus, quia requiritur, vt simplex cōditio præuia ad constituendā naturā proximè prędicabilē de multis, ideò non prædicatur ipsa, nec vt *Quod*, nec vt *quo*, & hoc totū cōsonat ei, quod docuimus q. 2. præced. disp. ar. 1. in sol. ad 2. vbi diximus relationem vniuersalitatis in prædicatione exercita nō esse prædicatū, sed cōditionē prædicati. Si tamen velis intentionē appellare rationem formalem, quatenus est forma denominans naturam proximè prædicabilem, ita tamen quod natura ex se habeat modū essentialiter prædicandi, vt contendit Auersa, qui non vult intentionē appellare simplicē cōditionem; nō repugnamus; hanc eandē sententiā tenet de mēte Doctoris Meurisl. lib. 2. suę Met. c. 3. q. 5. & Orbell. c. de gen. ait esse satis probabilem.

Si verò loquamur de prædicatione signata, & de hac definitionem generis intelligere velimus; tunc dicendum est ibi propriè, & per se intētionem generis definiri, quia talis prædicatio est propria secundarum intentionum, & illis conuenit vt *Quod*, genus enim pro secunda intentione illud est, quod tali genere prædicationis de pluribus specie differentibus

bus prædicatur; Quia tñ signũ respicit signatum, & secundis intentionibus vtitur logicus, vt signis primarũ, ideò dicendum nõ definiri à Porph. solã intentionẽ generis, sed vt concernit naturã, cuius est signũ, ita ꝙ cũ dicitur, *genus est illud, quod prædicatur, &c.* sensus est, ꝙ genus est secunda intẽtio applicabilis illi naturæ, quę verè, & exercitè de pluribus specie differentibus affirmatur. Vtroq; igitur modo põt explicari definitio generis (sicut & aliorũ vniuersaliũ) & fortè hac de causa postquã eius essentiã indicauit per prædicationẽ signatam dicẽdo, *Genus est illud, quod prædicatur*, &c. statim exẽplum attulit in prędicatione exercita, ꝙ homo est animal, equus est animal, vt nimirum per id significaret posse explicari essentiam generis, tàm prędicatione signata, definiendo intentionem in ordine ad rẽ, tàm prædicatione exercita definiendo rem in ordine ad intentionem, Neque Doctor qu. illa 14. recedit à prima opinione, vt à nobis est explicata, licet ad secundam magis inclinet, cuius rei signum est, quia ad argumenta, quæ contra ipsam obijcit, solutiones adducit, nec illas reijcit, vt ibi Expositores aduertunt, vnũ duntaxat non soluit, quia procedit contra illam opinionem sic intellectam, vt res esset, quæ definiretur, intentio ratio, qua definiretur, in quo sẽsu sustineri nequit, vt supra declarauimus; quod vt magis pateat; libet ea hìc producere cum eorum solutionibus ibi à Doctore positis.

Obijcitur ergo probando rem esse nõ posse principaliter definitum in hac definitione generis, & etiam aliorum vniuersalium. Tum quia logicus per se considerat secundas intentiones, primas verò non nisi per accidẽs, quatenus fundamenta illarum, ergo, & illas tantum definit: Tum quia, si rem definiret logicus, & non intentionem, tunc esset artifex realis. Tum 3. Quod hìc definitur, vniuocum est ad omnia, quæ possunt denominari genera, siuè sit ens reale, siuè rationis, siuè substantia, siuè accidens, sed nihil reale ad hæc omnia datur vniuocũ, ergo non res, sed intentio definitur. Tum 4. si res sub intentione definitur, tũc res per accidẽs definitur, quia per hoc, quod intentio sibi accidit, & tunc etiam sequitur, quod si per accidens definitur, absolutè dici debet non definiri, quia definitio conuenit definito per se, non per accidens. Tum tandem formale definitum debet esse, quod ipso nomine formaliter, & per se importatur, sed nomen cõcretum, vt in proposito est genus, non significat formaliter, & per se subiectum, sed tm̃ pro connotato, vt diximus disp. 2. q. 6. ar. 2. ergo genereitas non natura hìc definitur. Confir. quando definitur aliꝙ concretũ accidentale, definitio ita cadit supra formã concreti, vt explicet tm̃ esse formæ, subiectũ verò purè denominatiuè se habeat, & solũ denominetur definiri, ergo ita erit in proposito. Probatur assũptũ, cũ .n. dicimus albũ est disgregatiuum visus, nullo modo explicatur natura subiecti, sed solũ accidẽtis, & ideò definitio q̃dditatiuè cadit tm̃ supra formã, & hoc est p̃cipuũ fundamẽtũ secũdæ sententiæ.

Resp. ad 1. & 2. quòd hìc non definitur sola res, sed res sub intentione sensu iam explicato, adducit Doctor hanc solutionẽ, nec ipsam reijcit, quia vidit sufficienter satisfacere, nam re vera parum refert dicere, quòd logica sit de secundis intentionibus applicatis primis, vel de primis, vt substant secundis, quia quocunque modo dicatur semper saluatur, quod logica sit scientia rationalis, & per se consideret secundas intentiones: ratio est, quia vno, vel altero modo dicendo, nunquam asseritur, quòd res solas, & nudas consideret, sic .n. esset artifex realis, sed vt denominatas, & affectas secundis intentionibus, sub qua formalitate consideratæ non sunt materia idonea facultatis realis, sed rationalis, vt est logica.

Ad 3. dicimus argumentum illud vrgere in omni opinione, nã etiam secunda

asserit non definiri intentionē solam, sed connotando subiectū, vnde adhuc in illa opinione quæri pōt de vnitate illius connotati, vel.n.est aliqua res particularis, & hoc non, quia subiectū non esset proportionatū formæ, quæ sibi applicatur, quia secunda intētio generis hic definita non est genereitas hæc, vel illa, sed genereitas in cōmuni; ergo pariter res cōnotata per hanc secundā intentionē erit communis omnibus, quæ possunt à tali intētione denominari; Ait igitur Doctor, ꝙ res illa, quæ hìc definitur, nō est vna vnitate vniuocationis, sed tantùm habet vnitatem proportionis, modus tñ, quo hic definitur, est vniuocus oībus generibus, quia oēs naturæ eodē modo cōueniūt in modo prædicādi de suis inferioribus; quā responsionē non improbat Doctor, sed sequitur, vt notat ibi Maur. & amplectuntur Recentiores oēs, quos valdè exercuit hoc argumentū, vt est videre apud Hurt. Arriag. & alios hìc, qualis autē sit vnitas ꝓportionis, declaratū est disp.2.q.5.ar.1. Quod si vrgeatur hanc vnitatē non sufficere, vt aliquid sit definibile, quia definitio postulat in definito vnitatē vniuocationis, si.n.definitio est vna, definitū quoque esse debet vnū, vt sit cū ea conuertibile. Dicimus cū Doct.ibidē, saltim adesse vnitatē vniuocōnis ex parte modi, quo naturę diuersę sūt capaces intentionis logicę, & hanc sufficere, vt definitio gñis sit vna, eiq; vnū correspōdeat definitum.

Ad quartum valet illud argumentum contra primam opinionem, vt dicebamus, ità intellectam, quod secunda intētio sit ratio formalis, per quam natura constituatur de pluribus prædicabilis, tunc.n.bene concludit argumentū, quod sicut talis intētio accidit naturæ, ita etiā & prædicabilitas, & definitio generis per accidens tantùm, & denominatiuè conueniret naturæ, sicut definitio albi, ideò per accidens conuenit parieti, quia accidit ei albedo; At iam docuimus cum Lichet. vniuersale prædicari de pluribus essentialiter ratione naturæ in illis inclusæ, intentionem verò esse duntaxat cōditionem, quæ eam in actu proximo cōstituit ad exercitium talis prædicabilitatis, & ideò falsum est definitionem generis conuenire naturæ rōne ipsius intētionis in eo sensu; sic dicimus ignē de se esse potētē ad plura calefaciēda, approximationē tñ esse necessariā, vt fiat in actu proximo ad exercitiū virtutis calefactiuæ; nec tñ licet hinc inferre, quod approximatio sit ratio formalis calefaciendi in igne, quia concurrit tm̃, vt conditio, quā doctrinam etiam recipit Amic. cit.

Ad quintum maior non est vniuersaliter vera, quia concretum accidentale nō solùm definiri potest rōne formæ, vt cum definitur albū esse disgregatiuū visus, sed etiā rōne subiecti, vt si definiatur albū esse substantiā habentem albedinē, quo casu certū est albedinem non definiri, etiā si nomine albi principaliter significetur albedo; sic igitur in proposito genus est vtiq; nomen cōcretum principaliter importās genereitatem, hæc tñ eius definitio, si de prædicatione exercita intelligatur, nō cōuenit huic cōcreto ratione formæ, & intentionis, sed ratione naturæ, vt intentioni substantis, veluti conditioni, per quod etiam patet ad confir.

ARTICVLVS SECVNDVS.

An definitio generis sit rectè assignata.

PRo recta definitionis generis intelligentia not. quod esto concreta accidentalia, vt in proposito est genus, soleant definiri per subiectum, vt cum dicimus, quod album est res habens albedinem, adhuc tamen etiam definiri possunt per proprium genus, & differentiā, vt benè notat Didacus disp.6. qu.2. imò hęc definitio est perfectior illa, ratio est, quia vt notat Tatar. qu.1. antepræd. dub. 2. ex Scoto 1. d.3. q.4. in fine, cum definitur concretum accidentale per subiectum, vt cum dicimus, album est res habens

bens albedinem, talis descriptio non est, nisi quędam nominis explicatio, & nō per se expressio significati, quia nomen concretū de per se significato subiectum non importat, sed tantum de connotato, & de modo significandi; perfectius igitur definitur concretum, si definiatur per rationem eius accidentalem superiorem etiam in concreto, dicendo v.g. album est coloratum disgregatiuum visus, vndè definiēdo concreta in hunc modum, imitandus semper est modus, quo ipsa forma definitur in abstracto (seruata tamen connotatione) vt v.g. si in abstracto definitur albedo per colorem, non per corpus, album etiam definiri debet per coloratum, quod est cōnotatiuū genericum, & superius ad albū, quod totū innuimus disp. 2. q. 6. art. 2.

At inquiunt Thomistæ Sonc. 7. Met. q. 6. Zanard. ibid. q. 3. Ruuius in log. q. 3. Cōplut. cit. q. 2. Masius hic, & alij ex D. Th. 1. de interpret. lect. 4. & de ente, & essentia c. 7. concreta accidentalia definiri per subiectum, tanquam per proprium genus; & ideò in definitione cōcretorum aliud genus ab isto non esse quærendum. Sed hæc doctrina non est recipienda, quia etsi cōcretum accidentale possit, ac debeat definiri per subiectum, tanquam per extrinsecum additum; vt docet Arist. 7. Met. c. 13. non tamen tanquā per genus, quia genus definitionis est attributum intrinsecū, & essentiale rei definitæ, at subiectum non est intrinsecum formæ, Si dicas, saltim intrinsecum esse toti constituto accidentali; Contrà est, quod tale constitutum est ens per accidens, cui definitio non competit; & adhuc subiectum sic consideratum nequit dici genus logicum illius constituti v.g. albi, hoc enim est coloratum; vndè ad summum nequit dici nisi genus physicū, quatenus est subiectum informatum, & denominatum à forma accidentali; vide disput. 11. Phys. q. 2. art. 1. vbi rursus hæc Thomistica doctrina refellitur.

Sed instant Complut. cit. dub. append. nullatenus posse accidens in concreto definiri per concretum superius loco generis; quia tunc idem esset modus significandi, & definiendi concreti, & abstracti, & vtriusq; definitio esset æquè perfecta in ratione definitionis, & vtrūq; æquè propriè collocaretur in prædicamento. Resp. neg. sequelā, quia etiam cōcretū superius ingreditur definitionem inferioris seruata connotatione, ex quo fit, definitionem concreti semper imperfectiorē esse, quia est data per additamentū; & gratis concedimus accidentia in concreto in prædicamentis posse disponi, vt dicemus disp. seq. & in virtute illius dispositionis tenet famosa illa regula arguendi Summulistarū, qua Scotus vtitur q. 1. Vniuers. & q. 16. & quol. 13. & alibi sæpè, quod à concretis ad abstracta tenet consequentia, vbi est prædicatio per se .i. superioris de inferiori, vt album est coloratum, ergo albedo est color; ex qua regula deducitur euidenter, cōcretū superius esse verè genus respectū inferioris, alioquin regula illa nō valeret. Sed adhuc vrgent Complut. connotatiuū, quando prædicatur vt tale, prædicatur in quale, non in quid, ergo implicat ponere concretū superius connotatiuo modo in definitione inferioris per modū generis, de cuius ratione est prædicari in quid, nō in quale. Resp. tale concretum superius in definitione inferioris prędicari in quid de suo inferiori, quia est eius genus, & prædicari in quale de subiecto implicitè connotato, vndè quando dicimus, *album est coloratū*, ly coloratum respectu corporis, siuè subiecti adiectiuè tenetur, sed respectu albi pro formali tenetur substantiuè, & sic respectu subiecti eius prædicatio est denominatiua, & adiectiua, respectu tamen albi, q est suum inferius, est prædicatio qdditatiua ratione formę importatæ.

Hac ergo supposita doctrina de duplici modo definiendi concreta accidentalia, cum art. præced. conclusum sit posse definitionem generis intelligi de re quantum ad exercitam prædicationem, & de intentione quantum ad signatam,

Ee 3 modò

modò consequenter, Dicendũ est, ꝙ si in primo sensu velimus definitionẽ intelligere, tunc definitio generis debet explicari, vt tradita per subiectum, ita vt per ly *quod* insinuetur natura generica, nõ quidem, quatenus coincidit cum definito, sed prout importat materiale definiti, definitum enim est natura, quatenus substat secundæ intentioni, pars verò materialis huius concreti est ipsa natura in se. Si verò definitio generis intelligatur in secundo sensu, ita ꝙ non res, sed intentio definiatur, tũc vel accipi potest in sensu materiali, vt facit Orbellus c. de genere cũ alijs quibusdã, vel in sẽsu formali, si primo modo accipiatur, adhuc censeri debet tradita per subiectũ, itaut per ly *quod* insinuetur fundamentũ relationis genereitatis .s. natura generica, vt sẽsus sit, *genus est id, quod prædicatur* .i. est intentio, quæ fundatur in illo, ꝙ prędicatur, &c. quę quidẽ per suum fundamentũ notificatur; nec inconuenit relationes præsertim rationis (ait Orbel.) definiri per sua fundamenta, cum Arist. 5. Met. distinguat modos, seu species relationum realium per ipsarũ fundamenta.

Si verò definitio accipiatur in sẽsu formali, tunc inueniendũ est aliquod concretum superius ad genus, quod eius definitionem ingrediatur per modum generis; Id autem poni potest *prædicabile de pluribus*, tale namq; concretum ait Scot. q. 15. Vniuers. insinuatur per illa verba in definitione posita, *Quod prædicatur de pluribus*, hæc enim est definitio ipsius prædicabilis in communi, & benè licet loco generis, quod deberet in definitione poni, ponere integrã definitionẽ eius, vt Arist. docet 6. Top. c. 3. cũ definitio, & definitũ quoad rem significatam sint prorsus idẽ; & hic dicendi modus fuit Auicen. c. 6. suę log. quẽ sequuti sunt Caiet. c. de gen. Tolet. q. 3. Villalpand. q. 3. Conimb. q. 1. art. 1. Hurt. disp. 4. log. sec. 1. Nec obstat, quod prædicabile sit passio vniuersalis, ac proinde in definitione allata locum generis obtinere non posse, cum non prædicetur in quid de quinque vniuersalibus. Nam huic obiectioni sæpius dictum est Porph. hìc definire genus, speciem, &c. potius in ratione prædicabilis, quàm vniuersalis; & vt omnis tollatur altercandi occasio, dicemus nos accipere prædicabile radicaliter, nõ formaliter, quo sensu nemo negat prædicari in quid. Nec obstat, ꝙ Porph. ꝑ illã particulã *prædicari de pluribus* distinguat genus ab indiuiduo, ac proindè tenere locum differẽtiæ, non generis. Quia vt notat Doctor 1. d. 11. q. 2. sub C. benè potest etiam genus proximum præsertim distinguere definitum ab his, quę non sub eodẽ genere continentur cum definito, animal. n. distinguit hominẽ à lapide, vndè per *prædicari de pluribus*, velutper genus, poterunt omnia prædicabilia ab indiuiduo distingui, quod manifestè colligitur ex ipsis Porph. verbis, dũ inquit *ab ijs igitur, quæ de vno solo p̃dicãtur, differũt genere, eo quod hæc de pluribus prædicãtur*, declarat igitur se Porph. posuisse illã particulam *prædicari de pluribus* loco generis.

Adhuc etiã probabile est genus in hac definitione esse vniuersale, præsertim si dicamus Porph. illa quinque nedum sub ratione prędicabilis, sed etiam sub ratione vniuersalis considerasse, & tunc sensus definitionis *genus est id, quod prædicatur*, erit, genus est id vniuersale, quod prædicatur, &c. Neque ob id superflua esset illa particula *prædicatur de pluribus*, vt quidã obijciunt, veluti iam contenta in ly *vniuersale*, quia tunc poneretur ad determinandam propriam rationem generis, per vltimam particulam *differentibus specie*, quæ sine illis medijs collocari, & cum ly vniuersali connecti non potest, vt notauit Auersa q. 10. sec. 3. vbi hunc dicendi modum amplectitur, quem docuit Tatar. tract. 2. in Petr. Hisp. Ioan. de Lapide q. 2. Albert. tract. 3. prædic. cap. 3. Soto q. vn. de gen. ad 5. Titelman. c. 7. de prædicab. Louan. c. de gen. Mercat. cap. de proprio. Didacus disp. 6. q. 2. & alij. Verum tamen est, hunc dicendi modum non esse de men-

te Porph. quia vt constat ex textu, illam particulã *prædicari de pluribus* ad aliũ finẽ posuit, vt.s. per eam distingueret genus ab indiuiduo, sic autem posita illa particula, non amplius dici potest relatiuum *quod* referri ad vniuersale, tanquam ad genus, vt perperam Tatar.cit. est arbitratus, quia tunc per *vniuersale* intelligeretur genus ab indiuiduo sufficientissimè distinctum.

Cæterum aliæ duæ particulæ *differentibus specie in quid* stant loco differentiæ, per illas enim distinguitur genus ab alijs prædicabilibus, cum quibus conuenit in prædicari de pluribus, per ly enim *differentibus specie*, distinguitur à secundo prædicabili, quod prædicatur solum de pluribus differẽtibus numero; hæc.n.particula dat intelligere, quòd genus non dicit totã essentiam, sed partem essentiæ, nã id, quòd prędicatur de pluribus speciebus, non potest esse tota illarum essentia, quia species habent diuersas essentias totales, quare vna totalis non potest de omnibus illis prædicari. Vnde genus differre à specie per hoc, quod prædicatur de pluribus specie differentibus, species autem de pluribus differentibus numero, nõ ita debet intelligi, quod sufficiat sola diuersitas specifica, vel numerica inferiorum ad distinguẽda vniuersalia, ita quod constituãtur distincta vniuersalia pęnes maiorem, vel minorem multitudinem subijcibilium præcisè, vt contendit Auersa q.10.sec.1.& q.11.sec.1.hoc.n.est falsum, quia differentia etiam generica, & specifica respiciunt talẽ diuersã multitudinẽ subijcibilium, & tamen distincta vniuersalia non constituunt; & ex alia parte differentia generica, & proprium genericum, differentia specifica, & proprium specificum eãdem respiciunt multitudinẽ subijcibiliũ, & tamen distincta cõstituunt prædicabilia; sed ita debet intelligi, vt vniuersalia constituantur quidem in ordine ad multa, sed attenta qualitate prædicationis, & communicationis ad illa multa, itaut non sola diuersitas illorũ multorum, sed diuersitas præsertim cõmunicationis naturæ eius in illis multis variet formaliter vniuersalia; & quidẽ manifestè videmus vniuersalia essentialia scilicet genus, speciem, & differentiam distingui à proprio, & accidente, non pręcisè per ordinem ad multa, quibus communicantur, quia potest assignari similis multitudo hinc inde, sed per diuersum modum communicationis, & pariter illa duo vltima distinguuntur inter se; eadẽ igitur rõne distinguitur genus à specie, quia species communicatur inferioribus suis, vt tota essentia, & prædicatur completè, genus autem veluti pars, & prædicatur incompletè.

Sed instat Auersa cit. hunc distinguẽdi modũ genus à specie vel nihil valere, vel coincidere cum eo dicendi modo, qui genus, & speciẽ distinguit præcisè per ordinẽ ad multa, in quibus sunt, quia .s. genus est in multis speciebus, species in multis indiuiduis, nam in tantum species dicitur tota essentia suorum inferiorum, nõ quia non dentur in indiuiduis differentiæ indiuiduales pręter naturam specificam intrinsecæ ipsis indiuiduis, sicut sunt differentiæ specificæ speciebus, sed solum quia tales differentiæ indiuiduales sunt infimi gradus nõ amplius communicabiles, naturæ verò genericæ additur differentia specifica adhuc cõmunicabilis, hoc autẽ non est aliud, quàm dicere, genus per hoc à specie differre, quod illud potest esse in pluribus speciebus, species verò solum in pluribus indiuiduis, & ita non ex modo inessẽdi, sed præcisè ex parte eorũ, quibus insunt, genus, & species distinguuntur.

Resp.neg.assũptum, si quidẽ vniuersale genericum habet pro formali termino in suis inferioribus diuersitatẽ essentialem, hoc est, diuersas essẽtias, & per hoc à specifico contradistinguitur, quod autẽ differentiæ, per quas contrahitur, sint vlterius communicabiles, & multiplicationis indiuidualis capaces, est p accidẽs, & materialiter se habet ad rõnẽ formalẽ termini pdicationis ipsiusgeneris; hoc declara-

ri potest in sententia Thomistarũ statuẽtium naturas angelicas incommunicabiles, & inter se specie differentes, & adhuc tamen agnoscunt naturam intellectualẽ, vt genus ad eas, non ergo ex sola communicabilitate ad plura, vel pauciora hæc duo vniuersalia distinguuntur, sed ex modo, quo communicantur per modũ partis, vel totius essentiæ; alia, quæ contra hunc distinguẽdi modũ genus à differẽtia obijcit Auersa ibidẽ, soluta sunt q. 5. præc. disp.

Hic autem aduertendum est, cum genus definitur per prædicari de pluribus specie differentibus, non esse accipiẽdam speciẽ pro formali, quia prædicari de pluribus differentibus specie pro formali idẽ est, quod prædicari de pluribus contentis sub genere, atque ita probando aliquam rationem communem esse genus, quia prædicatur de pluribus specie differentibus, hæc autẽ differre specie, quia continẽtur sub eodem genere, committeretur manifestus circulus, differre enim specie probaretur ex eo, quòd sint sub genere, & esse genus, eo quia sit supra species; debet ergo prædicari de pluribus differentibus specie intelligi fundamentaliter, ac pro materiali, vt idẽ sit specie, ac plusquã numero, seu essentialiter, ita quod differentia inferiorũ generis attendatur ex diuersitate essentiarũ suarũ præciso respectu, quòd sint sub eodẽ genere, vt euitetur circulus in hac definitione; hoc totũ notauit Arriag. disp. 7. log. n. 26 sed superbè nimis, dũ ait fortè nullũ id adnotasse; hoc enim docet Tatar. ex professo q. de specie ar. 1. §. *Secundò sciendum*, vbi ait genus definiri per speciem, & speciem per genus fundamentaliter tantum, & pro materiali, vt euitetur circulus in his definitionibus.

Postremò per aliam particulam in quid separatur genus ab alijs tribus prædicabilibus differentia, proprio, & accidente, nã vltima duo absolutè prædicantur in quale, & accidentaliter, differentia verò prædicatur in quale quid, quia dicit partem essentiæ per modum determinantis, & qualificãtis, & per modum termini adiectiui, genus verò dicit essentiam per modum per se stantis, & termini substantiui, & ideo absolutè dicitur prędicari in quid, & essentiã per modum essentiæ, quia differentia quoque prędicat vtique essentiã, sed per modum qualitatis, quã expositionem tradidit Doctor q. 12. Vniuers. & est communiter ab omnibus accepta. Ratio huius discriminis inter genus, & differẽtiã indicatur ab Arist. 5. Met. c. 28. vbi ait, genus esse, quod primũ inest, & quod est subiectũ, differentiam verò se habere, vt qualitatem eius; quia igitur differentiæ munus est non præbere primum quidditatis fundamentum, sed aduenire generi, illudq; determinare, vt constituatur species, munus verò generis est præbere tale fundamentũ, ideò ad genus pertinet modus substantiuus, ad differentiã verò modus qualificatiuus, & adiectiuus, vnde differentia prædicatur in quid secundum rẽ, non secundũ modũ, genus verò prædicatur in quid secundum rem, & modum; & ex hac doctrina exponendus est Arist. vbicũq; affirmat, tàm genus, quàm differentiã prædicari in quid, vt 7. Top. c. 2. 1. Post. 21. loquitur .n. de prædicari in quid secundũ rem tantũ. Num verò ex natura rei determinatum sit in qualibet specie, quòd hoc prædicatũ sit genus, & dicatur substantiuè, illud differentia, & dicatur adiectiuè, num potius ex arbitrio nostro, vt contẽdit Auersa dicemus disp. seq. q. 4.

Contra allatam definitionem obijcitur, 1. contra singulas particulas, videtur enim in primis malè definiri genus per actum prædicandi, quia vt diximus disp. præced. q. 2. art. 3. actus prædicandi merè accidit vniuersali, & ex vi actualis prædicationis potius extraneatur relatio vniuersalis, quàm ponatur, vt ait Doctor ibi cit. quæst. 16. Vniuers. in sol. ad 8. Secundo animal, quod est in Petro, vel Brunello, non potest quidditatiuè prædicari, nisi de solo Petro; vel Brunello, quia solum est de eorum quidditate, nam ani-

ma-

malitas Petri tñ constituit Petrũ, & Brunelli Bruhellum, non alia Indiuidua, ergo malè dicitur, quòd prædicatur de pluribus. Tertiò è contra, nõ tñ prædicatur genus de pluribus specie differentibus, sed etiã genere, substantia namq; prædicatur de corpore, & spiritu, quæ & ipsa sunt genera, prædicatur etiam de pluribus numero differentibus. Nec dicas genus prædicari de indiuiduis mediatè tantùm, nã ar. seq. ostendemus etiam immediatè prædicari. Nec etiam dicas, speciem prædicari de indiuiduis cum præcisione, sed genus sine præcisione; quia si hoc sufficeret ad distinguendum genus à specie in ratione vniuersalis, tunc etiam differentia generica, & specifica, proprium genericum, & specificum, item & accidens, diuersa vniuersalia constituerent, vt toties inculcatum est. Quartò cap. de substant. & 7. Met. 48. secundæ substantiæ prædicãtur in quale qd; è cõtra verò 2. Post. 79. differẽtia pdicatur in qd, & cũ sit gradus essentialis, sicut genus, immò nobilior, debebit quoq; ei cõcedi pfectior modus prędicandi, scilicet in quid, ergo non bene p hãc paticulã distĩguitur genus à differẽtia.

Resp. ad 1. Mayron. passu 2. logicos verbum *prædicatur* intelligere, vt dicit aptitudinẽ; vel dicendum, quòd sicut ratio vniuersalis, vt sic, seruatur in relatione inessendi, tã aptitudinali, quã actuali; sic in proposito ratio prædicabilis, vt sic, seruari põt in relatione prædicandi tàm aptitudinali, quã actuali, loquendo tñ de prædicatione signata, per hanc. n. semper applicatur ad plura, & quãdo Doctor loc. cit. inquit ex vi actualis prędicationis extraneari relationem vniuersalis, aduertit ibi, id esse intelligendũ de prædicatione exercita, non signata. Ad 2. licèt animalitas contracta per differentiam à parte rei ad constituendum indiuiduum alicuius speciei, nequeat à parte rei prædicari, nisi de illo solo, vt notat Scot. 2. d. 3. q. 1. sub H. quia tamen adhuc natura remanet indifferens intrinsecè ad singularia aliarum specierum constituenda, remotè est prędicabilis ẽ de illis, & quando ab intellectu præcisa ab illa differẽtia accipit indeterminationẽ positiuã, tunc efficitur proximè prædicabilis, vt explicatũ est disp. præc. Ad 3. genera superiora prędicantur de pluribus genere differẽtibus, non quatenus genera sunt, sed quatenus subalterna, quo sẽsu dicuntur species subijcibiles, ũã vt inquit Doctor in hac q. de differẽtibus genere, ĩnqm̃ talia, nihil per se pdicatur; quomodo autẽ genus respiciat indiuidua immediatè ar. dicimus seq. Ad 4. alio modo sumit Arist. ibi quale qd, et hic Porph. sumit. n. ibi Arist. quale quid, vt distinguitur contra hoc aliquid, vt innueret naturas vniuersales esse cõmunicabiles, nõ verò per se subsistentes, & non dixit illas prędicari in quale quid, sed significare quale quid. Patet autẽ ex dictis, quo sensu multis in locis dixerit Aristot. differentiã prędicari in quid, nimirũ quãtum ad rẽ prædicatã, prædicat. n. attributũ essentiale, & partẽ quidditatis specificæ, non tñ quãtũ ad modum, quia prædicat per modũ qualitatis, & adiacentis. Neq; hic modus prædicandi derogat excellentiæ gradus differentialis, quia absolutè loquẽdo modus prædicandi in quale quid perfectior est modo prædicandi in quid per modum partis, sicut. n. forma est perfectior materia, quia illam contrahit, ac determinat, ita in proposito modus prædicandi in quale quid, & per modum determinantis perfectior erit modo prædicandi in quid, & per modum determinabilis, vt bene notauit Didac. cit.

Deinde obijc. contra totam definitionem. Primò, quia conuenit alijs à definito, nam conuenit enti, quod prædicatur de pluribus specie differẽtib. in quid, & tamen non est genus, vt testatur Arist. 3. Met. c. 3. similiter anima in communi, quę dicitur de rationali, vegetatiua, & sensitiua, quæ specie differunt, & tamen non est genus, quia non ponitur in recta linea. Deinde è contra non conuenit

cetur,& duplex esse potest dubium.

Primùm est, an mediatè tm̃ prædicetur de illis .i.mediãte specie,quo sensu dicimus,q Petrus est animal, qa est homo, an etiã possit interdũ immediatè prædicari; Est satis vulgata opinio, genus non prædicari per seipsum immediatè de indiuiduis,sed solũ de specie,& hac mediãte ẽt de indiuiduis,in quo à specie secernitur, quæ de suis indiuiduis immediatè prædicatur,ita Albert. tract.4. de prædic. c.1.Scot.q.17.vniu. Conimb.q.1. de spec. Tolet.q.vn.Onna q.2.art.2. Fuentes diff. 3.q.7.Masius q.2.de genere q.3. & 4. Iauell.tract.de quinque prædic.cap.2.Ioan. de S.Th.q.7.ar.1.& alij passim,q manifestè videtur Porph. ipse docuisse c. de specie,cum ait, *Atque omnino id omne, quod est ante indiuidua, & de ipsis sine medio prædicatur, species erit dumtaxat, & nullo modo generis rationem subibit.* Et hanc sequuntur opinionem, quicunq; negant indiuidua generica.i.immediatè contenta sub genere, de quibus immediatè prædicetur, vt Suarez disp.6. Met.sect.9. vbi asserit nulla rõne posse gradum animalis cõtrahi immediatè per differentiã indiuidualem, sed mediante differentia specifica,atque adeò non dari hoc animal immediatè contentum sub animali, sed Petrum, vel hunc Leonem, in quibus per eandem indiuisibilem differentiam indiuidualẽ contrahuntur omnes gradus superiores;idẽ quoq;asserit Fonsec.5. Met. c.28.q.14.sect.3.& alij apud ipsum.

Alia sentẽtia docet posse genus etiam per se ipsum, & immediatè prædicari de indiuiduis, vt cum dicimus, hoc animal est animal, hoc corpus est corpus, quæ propositiones veræ sunt immediatè, & non solo nomine, nam prædicatum significat naturam corpoream,vel sensitiuam in communi, & subiectum eandem naturam singularizatam: ità ex Recentioribus multi, vt Ruuius cap. de specie q.5. Hurtad. in log.disp.4. sec. 5. & quicunque admittunt indiuidua genericã, & incompleta, vt D.Thom. opusc.55. & Scotus 1.d.3. q.6.vers.*item vltimò*, vt ibi notat Bargius,& 1.d.8.q.3.propè finẽ, & clarissimè in 4.d.8.q.2.O. vbi citat Doct. Auicen.1.suæ phys.qui fuit primus inuẽtor indiuidui generici,sequitur Sanch.q. 56.prædicab. Blanc.disp.3.sect.6. Arriag. disp.7.log.nu.5.& 28.& alij quamplures.

Pro resolutione huius dubij notãdum est, indiuidua dupliciter considerari posse,primò vt sunt à parte rei, & sic verum est nullum dari indiuiduum, quod immediatè sub genere contineatur, quia omne tale continetur immediatè sub aliqua specie infima; secundò prout ab intellectu concipiuntur sub gradu naturæ superioris non considerato gradu specifico,quem re vera participant, quod vulgari exemplo de veniente à longe explicari potest, nam si ex motu, vel aliqua alia animalis proprietate,quam in eo deprehendimus, cognoscamus illud esse indiuiduum aliq animalis,non tñ distinctè sit ne equus,vel asinus,tunc dicimur cognoscere indiuiduũ inadequatè, & incõpletè, in qua acceptione significatur nomine huius animalis; & indiuidua hoc modo cõsiderata dicũtur incompleta, & generica, incõpleta quidẽ quia nõ attinguntur secundũ totã essentiã suã, quã habent à parte rei, generica verò, quia formaliter,& immediatè participant naturã genericã, Et quidẽ hæc indiuidua generica hoc modo debere admitti idest non à parte rei, sed apud intellectum inadæquatè concipientem, docet Scotus aperte loc. cit. cum Auicen. & Varrone Magistro suo, vndè inquit, quòd in singularibus est ordo secundum ordinem vniuersaliũ, & quod prius vniuersale quodcunque potest intelligi descendere in proprium singulare, quàm contrahatur per differentiam aliquam ad aliquod inferius tãquã ad speciem, vt sic habeamus ordinem istorum singularium, hoc ens, hæc substãtia, hoc corpus, & sic deinceps vsque ad Sortem,hoc prænotato.

Dicen-

Dicendũ, quòd licèt de indiuiduis specificis; & completis prędicetur genu: mediа specie, de genericis tamen, & incõpletis per se ipsũ immediatè prædicatur. Cõclusio colligitur ex Scot. cit. eamq; tenent Auctores secundæ sententiæ. Probatur, quia vt dicebamus hæ prædicationes sunt veræ, hoc animal est animal, hoc viuens est viuens, vbi prædicatum significat naturã sẽsitiuam in communi, & subiectum eandem naturam singularizatã; sed inter naturã in communi sũptam, & in singulari nullum potest dari medium, ergo genus immediatè prædicatur de indiuiduis incompletis. Deinde sicut natura specifica in singularibus est indiuidua, ita & generica, sicut enim Petrus, ideò est hic homo distinctus numero à Paulo, quia habet distinctã numero humanitatem, ita est hoc animal, quia habet animalitatem, distinctã numero ab animalitate Pauli, isto igitur animal prædicetur mediatè de Petro, & Paulo, vt sunt homines, immediatè tamen prædicatur de illis, quatenus sunt hoc, & illud animal, quia inter animal, & hoc animal nullum est medium, quo probari possit animal dici de hoc animali. Conf. illud prædicatur immediatè de aliquo, quod cognoscitur illi conuenire nullo alio tertio cognito, & è cõtra illud mediatè prædicatur, quod non cognoscitur alteri cõuenire, nisi mediante cognitione alicuius tertij, sed inter cognitionẽ indiuidui adequatè, & cõpletè cogniti, & cognitionẽ naturæ genericæ mediat cognitio speciei, quæ non mediat inter cognitionẽ indiuidui inadæquatè cogniti, & cognitionẽ naturæ genericæ, ergo genus prędicatur mediante specie de indiuiduo completo, seu adæquatè cognito, immediatè verò de incompleto, seu inadæquatè cognito: minor quoad primam partem patet, ratio .n. cur de Petro (qui sub tali nomine datur intelligi indiuiduũ completũ, & adæquatè cognitũ) affirmetur, quòd sit animal, est, quia cognosco illum esse hominẽ, verè enim Petrus ideò est animal, quia est homo, & participat naturam genericã mediante specifica; probatur etiam minor eadẽ quoad secundam partẽ exẽplo suprapposito de veniẽte à longè, quod percipitur esse animal, sed non cuius speciei, quod quidẽ fuit exẽplum ipsius Auicen. & adducitur à Scoto loc. cit. vbi etiã refellit tacitã responsionem, posset enim quis dicere, quòd cum videmus venientẽ à longè in casu posito, non videmus hoc animal, sed vniuersale; id dici non potest (ait Doctor) quia visus non videt vniuersale, ergo debet intelligi de singulari vniuersalis; Probatur etiam ratione ibi à Scoto allata ex Varrone, quando enim de aliqua re ignoramus, quid sit distinctè, & in particulari, quærimus, quid est hoc, at tunc ibi *ly hoc* non supponit pro aliquo singulari speciei infimæ, vt hoc ligno, vel hoc lapide, quia tunc non ignoraretur, quid sit illud, quod per tale nomen quæritur, quia idem non supponitur, & quæritur, supponit ergo pro singulari entis, & quæritur in speciali, quid illud sit, vnde data responsione, quod est vel lignum, vel lapis, statim quiescit intellectus.

In oppositũ obijcitur 1. gradus ita prædicantur in inferioribus, sicut sunt dispositi in serie prædicamentali, sed in ea serie intergradũ specificũ, & indiuiduũ mediat species, ergo gradus genericus non prædicatur de indiuiduis, nisi mediante specie. Conf. non potest esse immediata progressio de extremo ad extremum, nisi per medium, sed gradus genericus est supremus, indiuiduus est infimus, specificus verò est medius inter vtrumq; ergo nequit genericus prædicari de indiuiduo, nisi prius prædicetur de specifico. R. cũ distinctione minoris inter genus, & indiuiduũ cõpletũ, ac adæquatè cognitum vtiq; mediare speciem, non tamẽ genus, & indiuiduũ incompletũ, seu confusè cognitũ, indiuiduum enim sic sumptum est immediatum generi. Ad conf. conceditur maior, quando illa extrema non sint immediata, at in proposito gradus genericus

&in-

modò consequenter, Dicendũ est, ꝙ si in primo sensu velimus definitionẽ intelligere, tunc definitio generis debet explicari, vt tradita per subiectum, ita vt per ly *quod* insinuetur natura generica, nõ quidem, quatenus coincidit cum definito, sed prout importat materiale definiti, definitum enim est natura, quatenus substat secundæ intentioni, pars verò materialis huius concreti est ipsa natura in se. Si verò definitio generis intelligatur in secundo sensu, ita ꝙ non res, sed intentio definiatur, tũc vel accipi potest in sensu materiali, vt facit Orbellus c. de genere cũ alijs quibusdã, vel in sẽsu formali, si primo modo accipiatur, adhuc censeri debet tradita per subiectũ, itaut per ly *quod* insinuetur fundamentũ relationis genereitatis .s. natura generica, vt sẽsus sit, *genus est id, quod prædicatur* .i. est intentio, quæ fundatur in illo, ꝙ prędicatur, &c. quę quidẽ per suum fundamentũ notificatur; nec inconuenit relationes præsertim rationis (ait Orbel.) definiri per sua fundamenta, cum Arist. 5. Met. distinguat modos, seu species relationum realium per ipsarũ fundamenta.

Si verò definitio accipiatur in sẽsu formali, tunc inueniendũ est aliquod concretum superius ad genus, quod eius definitionem ingrediatur per modum generis; Id autem poni potest *prædicabile de pluribus*, tale namq; concretum ait Scot. q. 15. Vniuers. insinuatur per illa verba in definitione posita, *Quod prædicatur de pluribus*, hæc enim est definitio ipsius prædicabilis in communi, & benè licet loco generis, quod deberet in definitione poni, ponere integrã definitionẽ eius, vt Arist. docet 6. Top. c. 3. cũ definitio, & definitũ quoad rem significatam sint prorsus idẽ; & hic dicendi modus fuit Auicen. c. 6. suę log. quẽ sequuti sunt Caiet. c. de gen. Tolet. q. 3. Villalpand. q. 3. Conimb. q. 1. art. 1. Hurt. disp. 4. log. sec. 1. Nec obstat, quod prædicabile sit passio vniuersalis, ac proinde in definitione allata locum generis obtinere non posse, cum non prædicetur in quid de quinque vniuersalibus. Nam huic obiectioni sæpius dictum est Porph. hic definire genus, speciem, &c. potius in ratione prædicabilis, quàm vniuersalis; & vt omnis tollatur altercandi occasio, dicemus nos accipere prædicabilẽ radicaliter, nõ formaliter, quo sensu nemo negat prædicari in quid. Nec obstat, ꝙ Porph. ꝑ illã particulã *prædicari de pluribus* distinguat genus ab indiuiduo, ac proindè tenere locum differẽtiæ, non generis. Quia vt notat Doctor 1. d. 11. q. 2. sub C. benè potest etiam genus proximum præsertim distinguere definitum ab his, quę non sub eodẽ genere continentur cum definito, animal. n. distinguit hominẽ à lapide, vndè per *prædicari de pluribus*, velut per genus, poterunt omnia prædicabilia ab indiuiduo distingui, quod manifestè colligitur ex ipsis Porph. verbis, dũ inquit *ab ijs igitur, quæ de vno solo p̄dicãtur, differũt genere, eo quod hæc de pluribus præd. cãtur*, declarat igitur se Porph. posuisse illã particulam *prædicari de pluribus* loco generis.

Adhuc etiã probabile est genus in hac definitione esse vniuersale, præsertim si dicamus Porph. illa quinque nedum sub ratione prędicabilis, sed etiam sub ratione vniuersalis considerasse, & tunc sensus definitionis *genus est id, quod prædicatur*, erit, genus est id vniuersale, quod prædicatur, &c. Neque ob id superflua esset illa particula *prædicatur de pluribus*, vt quidã obijciunt, veluti iam contenta in ly *vniuersale*, quia tunc poneretur ad determinandam propriam rationem generis, per vltimam particulam *differentibus specie*, quæ sine illis medijs collocari, & cum ly vniuersali connecti non potest, vt notauit Auersa q. 10. sec. 3. vbi hunc dicendi modum amplectitur, quem docuit Tatar. tract. 2. in Petr. Hisp. Ioan. de Lapide q. 2. Albert. tract. 3. prædic. cap. 3. Soto q. vn. de gen. ad 5. Titelman. c. 7. de prædicab. Louan. c. de gen. Mercat. cap. de proprio. Didacus disp. 6. q. 2. & alij. Verum tamen est, hunc dicendi modum non esse de men-

te Porph. quia vt constat ex textu, illam particulã *prædicari de pluribus* ad aliũ finẽ posuit, vt. s. per eam distingueret genus ab indiuiduo, sic autem posita illa particula, non amplius dici potest relatiuum *quod* referri ad vniuersale, tanquam ad genus, vt perperam Tatar. cit. est arbitratus, quia tunc per *vniuersale* intelligeretur genus ab indiuiduo sufficientissimè distinctum.

Cæterum aliæ duæ particulæ *differentibus specie in quid* stant loco differentiæ, per illas enim distinguitur genus ab alijs prædicabilibus, cum quibus conuenit in prædicari de pluribus, per ly enim *differentibus specie*, distinguitur à secundo prædicabili, quod prædicatur solum de pluribus differẽtibus numero; hæc. n. particula dat intelligere, quòd genus non dicit totã essentiam, sed partem essentiæ, nã id, quòd prędicatur de pluribus speciebus, non potest esse tota illarum essentia, quia species habent diuersas essentias totales, quare vna totalis non potest de omnibus illis prædicari. Vnde genus differre à specie per hoc, quod prædicatur de pluribus specie differentibus, species autem de pluribus differentibus numero, nõ ita debet intelligi, quod sufficiat sola diuersitas specifica, vel numerica inferiorum ad distinguẽda vniuersalia, ita quod constituãtur distincta vniuersalia pęnes maiorem, vel minorem multitudinem subijcibilium præcisè, vt contendit Auersa q. 10. sec. 1. & q. 11. sec. 1. hoc. n. est falsum, quia differentia etiam generica, & specifica respiciunt talẽ diuersã multitudinẽ subijcibilium, & tamen distincta vniuersalia non constituunt; & ex alia parte differentia generica, & proprium genericum, differentia specifica, & proprium specificum eãdem respiciunt multitudinẽ subijcibiliũ, & tamen distincta cõstituunt prædicabilia; sed ita debet intelligi, vt vniuersalia constituantur quidem in ordine ad multa, sed attenta qualitate prædicationis, & communicationis ad illa multa, itaut non sola diuersitas illorũ multorum, sed diuersitas præsertim cõmunicationis naturæ eiusdẽ in illis multis variet formaliter vniuersalia; & quidẽ manifestè videmus vniuersalia essentialia scilicet genus, speciem, & differentiam distingui à proprio, & accidente, non pręcisè per ordinem ad multa, quibus communicantur, quia potest assignari similis multitudo hinc inde, sed per diuersum modum communicationis, & pariter illa duo vltima distinguuntur inter se; eadẽ igitur rõne distinguitur genus à specie, quia species communicatur inferioribus suis, vt tota essentia, & prædicatur completè, genus autem veluti pars, & prædicatur incompletè.

Sed instat Auersa cit. hunc distinguẽdi modũ genus à specie vel nihil valere, vel coincidere cum eo dicendi modo, qui genus, & speciẽ distinguit præcisè per ordinẽ ad multa, in quibus sunt, quia . s. genus est in multis speciebus, species in multis indiuiduis, nam in tantum species dicitur tota essentia suorum inferiorum, nõ quia non dentur in indiuiduis differentiæ indiuiduales pręter naturam specificam intrinsecæ ipsis indiuiduis, sicut sunt differentiæ specificæ speciebus, sed solum quia tales differentiæ indiuiduales sunt infimi gradus nõ amplius communicabiles, naturæ verò genericæ additur differentia specifica adhuc cõmunicabilis, hoc autẽ non est aliud, quàm dicere, genus per hoc à specie differre, quod illud potest esse in pluribus speciebus, species verò solum in pluribus indiuiduis, & ita non ex modo inessẽdi, sed præcisè ex parte eorũ, quibus insunt, genus, & species distinguuntur.

Resp. neg. assũptum, si quidẽ vniuersale genericum habet pro formali termino in suis inferioribus diuersitatẽ essentialem, hoc est, diuersas essẽtias, & per hoc à specifico contradistinguitur, quod autẽ differentiæ, per quas contrahitur, sint vlterius communicabiles, & multiplicationis indiuidualis capaces, est p accidẽs, & materialiter se habet ad rõnẽ formalẽ termini pdicationis ipsius generis; hoc declarari

ri potest in sententia Thomistarũ statuẽtium naturas angelicas incommunicabiles, & inter se specie differentes, & adhuc tamen agnoscunt naturam intellectualẽ, vt genus ad eas, non ergo ex sola communicabilitate ad plura, vel pauciora hæc duo vniuersalia distinguuntur, sed ex modo, quo communicantur per modũ partis, vel totius essentiæ; alia, quæ contra hunc distinguẽdi modũ genus à differẽtia obijcit Auersa ibidẽ, soluta sunt q. 5. præc. disp.

Hic autem aduertendum est, cum genus definitur per prædicari de pluribus specie differentibus, non esse accipiẽdam speciẽ pro formali, quia prædicari de pluribus differentibus specie pro formali idẽ est, quod prædicari de pluribus contentis sub genere, atque ita probando aliquam rationem communem esse genus, quia prædicatur de pluribus specie differentibus, hæc autẽ differre specie, quia continẽtur sub eodem genere, committeretur manifestus circulus, differre enim specie probaretur ex eo, quòd sint sub genere, & esse genus, eo quia sit supra species; debet ergo prædicari de pluribus differentibus specie intelligi fundamentaliter, ac pro materiali, vt idẽ sit specie, ac plusquã numero, seu essentialiter, ita quod differentia inferiorũ generis attendatur ex diuersitate essentiarũ suarũ præciso respectu, quòd sint sub eodẽ genere, vt euitetur circulus in hac definitione; hoc totũ notauit Arriag. disp. 7. log. n. 26. sed superbè nimis, dũ ait fortè nullũ id adnotasse; hoc enim docet Tatar. ex professo q. de specie ar. 1. *§. Secundò sciendum*, vbi ait genus definiri per speciem, & speciem per genus fundamentaliter tantum, & pro materiali, vt euitetur circulus in his definitionibus.

Postremò per aliam particulam in quid separatur genus ab alijs tribus prædicabilibus differentia, proprio, & accidente, nã vltima duo absolutè prædicantur in quale, & accidentaliter, differentia verò prædicatur in quale quid, quia dicit partem essentiæ per modum determinantis, & qualificatis, & per modum termini adiectiui, genus verò dicit essentiam per modum per se stantis, & termini substantiui, & ideo absolutè dicitur prędicari in quid, & essentiã per modum essentiæ, quia differentia quoque prędicat vtique essentiã, sed per modum qualitatis, quã expositionem tradidit Doctor q. 12. Vniuers. & est communiter ab omnibus accepta. Ratio huius discriminis inter genus, & differẽtiã indicatur ab Arist. 5. Met. c. 28. vbi ait, genus esse, quod primũ inest, & quod est subiectũ, differentiam verò se habere, vt qualitatem eius; quia igitur differentiæ munus est non præbere primum quidditatis fundamentum, sed aduenire generi, illudq; determinare, vt constituatur species, munus verò generis est præbere talẽ fundamentũ, ideò ad genus pertinet modus substantiuus, ad differentiã verò modus qualificatiuus, & adiectiuus, vnde differentia prædicatur in quid secundum rẽ, non secundũ modũ, genus verò prædicatur in quid secundum rem, & modum; & ex hac doctrina exponendus est Arist. vbicũq; affirmat, tàm genus, quàm differentiã prædicari in quid, vt 7. Top. c. 2. 1. Post. 21. loquitur .n. de prædicari in quid secundũ rem tantũ. Num verò ex natura rei determinatum sit in qualibet specie, quòd hoc prædicatũ sit genus, & dicatur substantiuè, illud differentia, & dicatur adiectiuè, num potius ex arbitrio nostro, vt contẽdit Auersa dicemus disp. seq. q. 4.

Contra allatam definitionem obijcitur, 1. contra singulas particulas, videtur enim in primis malè definiri genus per actum prædicandi, quia vt diximus disp. præced. q. 2. art. 3. actus prædicandi merè accidit vniuersali, & ex vi actualis prædicationis potius extraneatur relatio vniuersalis, quàm ponatur, vt ait Doctor ibi cit. quæst. 16. Vniuers. in sol. ad 8. Secundo animal, quod est in Petro, vel Brunello, non potest quidditatiuè prædicari, nisi de solo Petro; vel Brunello, quia solum est de eorum quidditate, nam anima-

malitas Petri tñ constituit Petrũ,& Brunelli Brunellum, non alia indiuidua, ergo malè dicitur, ꝙ prædicatur de pluribus. Tertiò è contra, nõ tñ prædicatur genus de pluribus specie differentibus, sed etiã genere, substantia namq; prædicatur de corpore,& spiritu, quæ & ipsa sunt genera, prædicatur etiam de pluribus numero differentibus. Nec dicas genus prædicari de indiuiduis mediatè tantùm, nã ar. seq. ostendemus etiam immediatè prædicari. Nec etiam dicas, speciem prædicari de indiuiduis cum præcisione, sed genus sine præcisione; quia si hoc sufficeret ad distinguendum genus à spec e in ratione vniuersalis, tunc etiam differentia generica, & specifica, proprium genericum,& specificum, item & accidens, diuersa vniuersalia constituerent, vt toties inculcatum est. Quartò cap. de substant. & 7. Met. 48. secundæ substantiæ prædicãtur in quale qd; è cõtra verò 2. Post. 79. differẽtia ꝑdicatur in qd, & cũ sit gradus essentialis, sicut genus, immò nobilior, debebit quoq; ei cõcedi pfectior modus prędicandi, scilicet in quid, ergo non bene p hãc paticulã distĩguitur genus à differẽtia.

Resp. ad 1. Mayron. passu 2. logicos verbum *prædicatur* intelligere, vt dicit aptitudinẽ; vel dicendum, quòd sicut ratio vniuersalis, vt sic, seruatur in relatione inessendi, tã aptitudinali, quã actuali; sic in proposito ratio prædicabilis, vt sic, seruari põt in relatione prædicandi tàm aptitudinali, quã actuali, loquendo tñ de prædicatione signata, per hanc.n. semper applicatur ad plura,& qñdo Doctor loc. cit. inquit ex vi actualis prędicationis extraneari relationem vniuersalis, aduertit ibi, id esse intelligendũ de prædicatione exercita, non signata. Ad 2. licèt animalitas contracta per differentiam à parte rei ad constituendum indiuiduum alicuius speciei, nequeat à parte rei prædicari, nisi de illo solo, vt notat Scot. 2. d. 3. q. 1. sub H. quia tamen adhuc natura remanet indifferens intrinsecè ad singularia aliarum specierum constituenda; remotè est prędicabilis ẽrde illis,& quando ab intellectu præcisa ab illa differẽtia accipit indeterminationẽ positiuã, tunc efficitur proximè prædicabilis, vt explicatũ est disp. præc. Ad 3. genera superiora prędicantur de pluribus genere differẽtibus, non quatenus genera sunt, sed quatenus subalterna, quo sẽsu dicuntur species subijcibiles, ũa vt inquit Doctor in hac q. de differẽtibus genere, inqm̃ talia, nihil per se ꝑdicatur; quomodo autẽ genus respiciat indiuidua immediatè ar. dicimus seq. Ad 4. alio modo sumit Arist. ibi quale qd, et hic Porph. sumit.n. ibi Arist. quale quid, vt distinguitur contra hoc aliquid, vt innueret naturas vniuersales esse cõmunicabiles, nõ verò per se subsistentes,& non dixit illas prędicari in quale quid, sed significare quale quid. Patet autẽ ex dictis, quo sensu multis in locis dixerũ Aristot. differentiã prędicari in quid, nimirũ quãtum ad rẽ prædicatã, prædicat .n. attributũ essentiale, & partẽ quidditatis spec ificæ, non tñ quantũ ad modum, quia prædicat per modũ qualitatis, & adiacentis. Neq; hic modus prædicandi derogat excellentiæ gradus differentialis, quia absolutè loquẽdo modus prædicandi in quale quid perfectior est modo prædicandi in quid per modum partis, sicut.n. forma est perfectior materia, quia illam contrahit, ac determinat, ita in proposito modus prædicandi in quale quid, & per modum determinantis perfectior erit modo prædicandi in quid, & per modum determinabilis, vt bene notauit Didac. cit.

Deinde obijc. contra totam definitionem. Primò, quia conuenit alijs à definito, nam conuenit enti, quod prædicatur de pluribus specie differẽtib. in quid, & tamen non est genus, vt testatur Aristot. 3. Met. c. 3. similiter anima in communi, quę dicitur de rationali, vegetatiua,& sensitiua, quæ specie differunt, & tamen non est genus, quia non ponitur in recta linea. Deinde è contra non conuenit

uenit omnibus generibus,nam genus, ꝙ ponitur in ista definitione,latius patet ipso genere definito;hoc.n. est de ratione eius,quod in definitione ponitur loco generis,ꝙ latius pateat ipso definito.Tandē hæc definitio continet aliqua , quæ non spectant ad essentiā rei definitę,nimirum illa plura,de quibus dicitur genus,hæc.n. vtique non sunt de quidditate generis.

Resp. Thomistæ ens non esse genus, quia est analogum; At in Metaph. ostendemus non ita esse analogum , vt excludat vnitatem conceptus, quæ ad vniuocationē sufficiat,vnde in nostra sententia magis adhuc vrget difficultas;sed optimè respōdet Doctor 1.d.3. q.3. §.*Contra istā vniuocationem* ex ipso Arist. cit. 3.Met.x. quia quidditatiuè includitur in quibusdā differentijs , quod est prorsus contra rationē generis, ꝙ cum sit realitas potētialis ad illas,consequēter omninò præscindit ab illis , quam solutionē adhuc magis declarans d.8.q.3.S.& Y.§.*Ad primū argumentum*,ait conceptum generis necessariò desumi ab aliqua realitate distincta à realitate differentiæ , & per eam perfectibili , & contrahibili , ac proinde limitata , & finita , conceptus verò entis est communis ad finitum, & infinitum; quā doctrinam directè ibi declarat,& nos infra explicabimus, cum Deū à prædicamento excludemus;eadem ratione negat Maurit. q.5. vniuers. §. *Quartò dubitatur* ens esse genus,& cæteri Scotistæ passim; estò illi , qui tenent cōceptū entis desumi ab aliqua realitate adæquatè concepta,vt alios gradus prædicamentales , hunc nodum difficulter soluant,vt fusius in Met.

Sed instat Arriag.disp.7.log. nu.25. ex vi definitionis traditæ necassariò sequi ens esse genus, præsertim in Scholis eius vniuocationem admittentibus,quia tota præfata definitio ei competit, cum prædicetur in quid incompletè de pluribus specie , hoc est, plusquam numero differentibus , quod addit , ne quis dicat ipsū petere principium , quòd illa , de quibus ens prædicatur,.f.Deus, & creatura substantia,& accidens,supponat esse sub genere, eo quia illa appellat distincta specie;cū igitur per nullā particulā excludatur ens ab ista definitione,cur genus dici non debebit , si hæc definitio est bona? Resp.si loquitur de ente, vt solū transcēdit substantiā,& accidēs .i.de ente finito, gratis cōcedimus esse genus,vt magis cōstabit disp.seq.Si verò loquitur de ente,vt transcēdit Deum, & creaturā , negamus esse genus, tum ob rōnem allatā, quia nō præfert realitatē potentialē, & contrahibilē per realitatē differentiæ , ꝙ necessarium est , vt aliquid propriè dicatur genus,vt docet Scot.1.d.8.q.3. propè fin.tū quia de rōne generis est,vt dicat relationē ad plures species, Deus autem non est species , sed essentialiter est substantia indiuidua,& singularis,nullum verò genus constituitur per ordinē immediatum ad rē indiuiduam , vnde formaliter loquēdo excluditur à definitione generis per hoc, ꝙ non prædicatur de Deo,& creatura,vt de pluribus speciebus, sicut neque ad illa contrahitur per veras differentias faciēdo compositionem Metaphysicam , quæ omnia necessaria sunt , vt aliquod commune de pluribus dicibile in quid per modum partis essentiæ dicatur genus. Quòd si Arriag. velit appellare genus quemcumque talem conceptum , etiam citrà illas conditiones erit quæstio de nomine ; re tamen vera non omnem huiuscemodi conceptum esse appellandum genus optimè , demonstrat Pasqualig. 1. p.suæ Met.disp.39.sect.2. vbi aduertit, ꝙ realitas apta fundare intentionem generis debet dicere aliquam rationem entis determinatam, in qua saluetur potius inchoatio huius naturę,quā alterius, nec sufficiat ratio entis,vt sic,quæ ex se nō dicit inchoationē determinatæ naturæ,sed tm̄ esse reale,sed de hoc fusius in Met.

Ad instātiam de anima in eodem primo argumento allatam concedimus habere rationem generis ad illa tria , quod

autem

autem non ponatur directè in prædicamento, solũ infert, ꝙ non est genus completũ, non ex defectu vniuersalitatis, sed naturæ, quæ partialis est, ac incõpleta. Ad 2. iã suprà dictũ est vniuersale, vel prædicabile, ꝙ ponitur loco generis in hac definitione, accidẽtaliter cõtineri sub genere primo p̃dicabili, quatenus .s. quicquid cõuenit generi, vt genus est, cõuenit etiã vniuersali, quatenus à tali intẽtione denominatur. Ad 3. illa plura ponũtur in definitione obliquè tantùm, & connotatiuè, respectus enim semper definitur in ordine ad terminum, & terminus ponitur in eius definitione, vt additum.

Quæres, an ista definitio sit descriptiua, vel quidditatiua? Resp. magnũ hìc absque causa iniri præliũ inter Thomistas, & Scotistas, cum sit ferè lis de nomine; si Porph. loquitur de genere, quatenus prędicabile est, & non potius quatenus vniuersale, vt mens eius fuisse videtur, erit definitio, & nõ descriptio, q̃a *dici de*, licèt sit passio vniuersalis, est tñ de essentia p̃dicabilis; Si verò loquatur de genere, vt est vniuersale, tunc dicendũ est, ꝙ si prędicari sumitur formaliter, est descriptio, q̃a est data per passionẽ; si verò radicaliter, est definitio, sic.n. *dici de* coincidit cũ *esse in*, & altero istorũ modorũ intelligẽdus est Doctor q.15. vniu. quando inquit prædicari de pluribus esse rõnem vniuersalis, cũ in 2.d.3.q.1. aliter sentiat; ꝙ si q̃d amplius contẽdant ex hoc loco Scotistę, dicimus Doctorem maiorem habere auctoritatem in libr. sent. quàm vniuers. in quibus solummodo ea doctrina recipienda est, quæ consonat cum libr. sent. iuxtà regulam generalem, quam tradidimus in quæst. proæm. de recipienda Doctoris auctoritate. Aduertendum tamen est, quòd cum dicimus præfatam definitionem esse quidditatiuam, non loquimur de purè quidditatiua, quæ tantùm constat ex proprio genere, & differentia, sed de quidditatiua per additamentũ data, in qua vltra proprium genus, ac differentiã, inuoluitur quid aliud ab essentia definiti diuersum ob ordinẽ aliquẽ, quem habet ad illud, sine quo definitio illa intellectũ nõ quietaret, quo genere definitionis nõ solùm definiuntur accidentia omnia relatiua, quorum esse totum est ad aliud se habere, & ideò perfectè cõcipi nequeũt, nisi etiam concipiantur fundamentum, & terminus, sed etiam accidentia aliqua absoluta, immò & substantiæ, præsertim incompletæ, vt docet Scot. 4. d.1. q.2. & d.12.q.1.L. & alibi sæpe.

Præter allatam generis definitionem, Porph. affert aliam, dicens *genus est id, cui supponuntur species*, quæ definitio põt dici, tum essentialis, tum accidentalis iuxta duplicem sensũ, quem põt habere; si.n. ita intelligatur, genus est vniuersale, ꝙ refertur ad species, erit essentialis, quia essẽtiale est generi respicere sua inferiora; si verò ita intelligatur, genus est vniuersale, ad quod species referuntur, seù quod terminat respectũ specierũ, erit accidentalis, quia accidit generi, ꝙ respiciatur ab inferioribus; licèt.n. non respiceretur per mutuam relationem, adhuc tamen bene intelligeretur cõstitutum in suo esse per respectum, quem dicit ad inferiora, & quoniam hic posterior dicendi modus est frequentior apud Auctores, & magis intentus videtur à Porph. idcircò communiter docent hanc vltimam definitionem esse accidentalem.

ARTICVLVS TERTIVS.

Quomodo genus prædicetur de indiuiduis.

COmpertum est apud omnes genus de indiuiduis prædicari, propterea enim dixit Porph. genus prædicari de pluribus specie differentibus, non autem dixit de speciebus, vt insinuaret genus non tantùm de speciebus prædicari, sed etiam de earum indiuiduis, quæ propriè abinuicem specie differre dicuntur; solum dubitari solet de modo, quo prædicetur,

cetur,& duplex esse potest dubium.

Primùm est, an mediatè tm̃ prædicetur de illis .i.mediãte specie,quo sensu dicimus,ꝙ Petrus est animal, qa est homo, an etiã possit interdũ immediatè prædicari; Est satis vulgata opinio, genus non prædicari per seipsum immediatè de indiuiduis,sed solũ de specie,& hac mediãte ẽt de indiuiduis,in quo à specie secernitur, quæ de suis indiuiduis immediatè prædicatur,ita Albert. tract.4. de prædic. c.1. Scot.q.17.vniu. Conimb.q.1. de spec. Tolet.q.vn.Onna q.2.art.2. Fuentes diff. 3.q.7.Masius q.2.de genere q.3. & 4. Iauell.tract.de quinque prædic.cap.2.Ioan. de S.Th.q.7.ar.1.& alij passim,ꝙ manifestè videtur Porph. ipse docuisse c. de specie,cum ait, *Atque omnino id omne,quod est ante indiuidua, & de ipsis sine medio prædicatur,species erit dumtaxat,& nullo modo generis rationem subibit.* Et hanc sequuntur opinionem, quicunq; negant indiuidua generica.i.immediatè contenta sub genere, de quibus immediatè prædicetur, vt Suarez disp. 6. Met.sect.9. vbi asserit nulla rõne posse gradum animalis cõtrahi immediatè per differentiã indiuidualem, sed mediante differentia specifica,atque adeò non dari hoc animal immediatè contentum sub animali, sed Petrum, vel hunc Leonem, in quibus per eandem indiuisibilem differentiam indiuidualẽ contrahuntur omnes gradus superiores;idẽ quoq;asserit Fonsec.5. Met. c.28.q.14.sect. 3.& alij apud ipsum.

Alia sentẽtia docet posse genus etiam per se ipsum, & immediatè prædicari de indiuiduis, vt cum dicimus, hoc animal est animal, hoc corpus est corpus, quæ propositiones veræ sunt immediatè, & non solo nomine, nam prædicatum significat naturam corpoream,vel sensitiuam in communi, & subiectum eandem naturam singularizatam: ità ex Recentioribus multi, vt Rubius cap. de specie q.5. Hurtad. in log.disp.4. sec. 5. & quicunque admittunt indiuidua genericã, & incompleta, vt D.Thom. opusc.55. & Scotus 1.d.3. q.6.vers.*item vltimò*, vt ibi notat Bargius,& 1.d.8.q.3.propè finẽ, & clarissimè in 4.d.8.q.2.O. vbi citat Doct. Auicen.1.suæ phys.qui fuit primus inuẽtor indiuidui generici,sequitur Sanch.q. 56.prædicab. Blanc.disp.3.sect.6. Arriag. disp.7.log.nu.5.& 28.& alij quamplures.

Pro resolutione huius dubij notãdum est, indiuidua dupliciter considerari posse,primò vt sunt à parte rei, & sic verum est nullum dari indiuiduum, quod immediatè sub genere contineatur, quia omne tale continetur immediatè sub aliqua specie infima; secundò prout ab intellectu concipiuntur sub gradu naturæ superioris non considerato gradu specifico,quem re vera participant, quod vulgari exemplo de veniente à longe explicari potest, nam si ex motu, vel aliqua alia animalis proprietate,quam in eo deprehendimus, cognoscamus illud esse indiuiduum aliꝙ animalis,non tñ distinctè sit ne equus,vel asinus,tunc dicimur cognoscere indiuiduũ inadęquatè, & incõpletè, in qua acceptione significatur nomine huius animalis; & indiuidua hoc modo cõsiderata dicũtur incompleta, & generica, incõpleta quidẽ quia nõ attinguntur secundũ totã essentiã suã, quã habent à parte rei, generica verò, quia formaliter,& immediatè participant naturã genericã, Et quidẽ hæc indiuidua generica hoc modo debere admitti idest non à parte rei, sed apud intellectum inadæquatè concipientem, docet Scotus apertè loc. cit. cum Auicen. & Varrone Magistro suo, vndè inquit, quòd in singularibus est ordo secundum ordinem vniuersaliũ, & quod prius vniuersale quodcunque potest intelligi descendere in proprium singulare, quàm contrahatur per differentiam aliquam ad aliquod inferius tãquã ad speciem, vt sic habeamus ordinem istorum singularium, hoc ens, hæc substãtia, hoc corpus, & sic deinceps vsque ad Sortem,hoc prænotato.

Dicen-

Dicendũ, quòd licèt de indiuiduis specificis;& completis prędicetur genus media specie, de genericis tamen, & incõpletis per se ipsũ immediatè prædicatur. Cõclusio colligitur ex Scot. cit. eamq; tenent Auctores secundæ sententiæ. Probatur, quia vt dicebamus hæ prædicationes sunt veræ, hoc animal est animal, hoc viuens est viuens, vbi prædicatum significat naturã sẽsitiuam in communi,& subiectum eandem naturam singularizatã; sed inter naturã in communi sũptam, & in singulari nullum potest dari medium, ergo genus immediatè prædicatur de indiuiduis incompletis. Deinde sicut natura specifica in singularibus est indiuidua, ita & generica, sicut enim Petrus, ideò est hic homo distinctus numero à Paulo, quia habet distinctãnumero humanitatem, ita est hoc animal, quia habet animalitatem, distinctã numero ab animalitate Pauli, esto igitur animal prædicetur mediatè de Petro,& Paulo, vt sunt homines, immediatè tamen prædicatur de illis, quatenus sunt hoc, & illud animal, quia inter animal, & hoc animal nullum est medium, quo probari possit animal dici de hoc animali. Conf. illud prædicatur immediatè de aliquo, quod cognoscitur illi conuenire nullo alio tertio cognito, & è cõtra illud mediatè prædicatur, quod non cognoscitur alteri cõuenire, nisi mediante cognitione alicuius tertij, sed inter cognitionẽ indiuidui adequatè,& cõplete cogniti,& cognitionẽ naturæ genericæ mediat cognitio speciei, quæ non mediat inter cognitionẽ indiuidui inadæquatè cogniti, & cognitionẽ naturæ genericæ, ergo genus prędicatur mediante specie de indiuiduo completo, seu adæquatè cognito, immediatè verò de incompleto, seu inadæquatè cognito: minor quoad primam partem patet, ratio .n. cur de Petro (qui sub tali nomine datur intelligi indiuiduũ completũ, & adæquatè cognitũ) affirmetur, quòd sit animal, est, quia cognosco illum esse hominẽ, verè enim Petrus ideò est animal, quia est homo, & participat naturam genericã mediante specifica; probatur etiam minor eadẽ quoad secundam partẽ exẽplo suprapposito de veniẽte à longè, quod percipitur esse animal, sed non cuius speciei, quod quidẽ fuit exẽplum ipsius Auicen. & adducitur à Scoto loc. cit. vbi etiã refellit tacitã responsionem, posset enim quis dicere, quòd cum videmus venientẽ à longè in casu posito, non videmus hoc animal, sed vniuersale; id dici non potest (ait Doctor) quia visus non videt vniuersale, ergo debet intelligi dę singulari vniuersalis; Probatur etiam ratione ibi à Scoto allata ex Varrone, quando enim de aliqua re ignoramus, quid sit distinctè,& in particulari, quærimus, quid est hoc, at tũc ibi *ly hoc* non supponit pro aliquo singulari speciei infimæ, vt hoc ligno, vel hoc lapide, quia tunc non ignoraretur, quid sit illud, quod per tale nomen quæritur, quia idem non supponitur, & quæritur, supponit ergo pro singulari entis,& quæritur in speciali, quid illud sit, vnde data responsione, quod est vel lignum, vel lapis, statim quiescit intellectus.

In oppositũ objicitur 1. gradus ita prædicantur in inferioribus, sicut sunt dispositi in serie prædicamentali, sed in ea serie intergradũ specificũ,& indiuiduũ mediat species, ergo gradus genericus non prædicatur de indiuiduis, nisi mediante specie. Conf. non potest esse immediata progressio de extremo ad extremum, nisi per medium, sed gradus genericus est supremus, indiuiduus est infimus, specificus verò est medius inter vtrumq; ergo nequit genericus prædicari de indiuiduo, nisi prius prædicetur de specifico. R. cũ distinctione minoris inter genus,& indiuiduũ cõpletũ, ac adæquatè cognitum vtiq; mediare speciem, non tamẽ genus,& indiuiduũ incompletũ, seu confusè cognitũ, indiuiduum enim sic sumptum est immediatum generi. Ad conf. conceditur maior, quando illa extrema non sint immediata, at in proposito gradus genericus

&in-

& indiuiduus incompletus sunt immediatè, & gradus genericus dicitur supremus, quia est superior, indiuiduus dicitur infimus, quia est inferior, & non quia inter vtrumque alter intercedat.

Deinde arguitur, hæc indiuidua generica non dantur à specificis distincta, ergo de illis nequit genus immediatè prædicari, probatur assūptū; tum quia quando dicimus hoc animal est animal, idē est, ac si dicamus, Petrus est animal, quia articulus demonstratiuus determinat, & designat aliquod singulare existēs, sed nullū est, vel esse potest singulare, nisi determinatæ speciei, ergo hoc animal significat indiuiduum, non genericum, sed specificū. Tum quia secundū Scotū 2. d. 12. q. 2. quod determinat sibi aliquā speciē in illo genere, & aliquid indiuiduum in illa specie, ergo omnia indiuidua sunt specifica; Tū tandē, quia animal nō multiplicatur, nisi per rationale, & irrōnale, ergo nō datur hoc animal, nisi quatenus datur hic homo hic Leo.

Resp. neg. assumptum, quòd non dentur indiuidua generica à specificis distincta modo iam declarato, ad primam prob. neg. item assumptū, ad cuius prob. occurrit Doctor loc. cit. in 4. quòd licèt illa pronomina *hoc*, & *illud* demonstrent singulare speciei infimę, quia singulare vniuersalis nequit esse in rerum natura, nisi in aliquo singulari alicuius speciei infimæ reperiatur tamen per se supponūt pro singulari entis, & magis vniuersalis, & ratio est, quia non demonstrant singulare speciei infimæ distinctè, & adæquatè, sed cōfusè; vnde argumentum probat solum, q vtique à parte rei nec datur, nec dari potest singulare vniuersalis distinctum à singulari speciei infimæ, non tamen probat, quia prius concipi possit singulare magis vniuersalis, quā minus vniuersalis, cōiungendo nempè per intellectum animalitatem prius cum singularitate, quā cum rationalitate; neque enim oportet, vt inter conceptus singularium, & conceptū genericum animalis obuersentur in mente conceptus specifici. Ad alteram eiusdem assumpti prob. ex Scoti auctoritate patet per idem, quòd considerando indiuidua in statu realis existentiæ, omnia sunt specifica, sed in statu existentiæ obiectiuæ apud intellectum inadæquatè concipientem etiam dantur generica. Ad vltimam patet quoq; per idem, non enim animal à parte rei prius singularizatur in indiuiduis, quàm contrahatur per rationale, & irrationale; oppositum tamen contingere potest per intellectum inadæquatè cōcipientem. Sic denique intelligendi sunt Porph. & Scotus cit. initio dubij, dum dicebant vniuersale immediatè dictum de indiuiduis habere rationem speciei, nō generis, hoc enim dixerunt, tum quia ita est, cum sit prædicatio de indiuiduis completis; tum quia etiamsi genus prædicetur de incompletis, tunc non prædicatur per modum generis, sed speciei, vt mox dicemus.

Tandem arguit Suarez, & eius argumenta probare videntur, nec etiam per intellectum inadæquatè concipientē posse dari indiuidua generica à specificis distincta; quia ratio generica præcise sumpta est indifferens, & quasi in potentia essentiali, vt per differentiam specificam determinetur, ergo donec intelligatur hoc modo determinata, non potest intelligi proximè capax indiuiduationis. Accedit, quòd vnica, & simplicissima differentia indiuidualis sufficiens est ad determinandam in singulari totam, & integram essentiam, prout includit omnia prædicata superiora, frustra ergo finguntur tot differentiæ indiuiduales determinatiuæ propriorum graduum superiorum. Nec valet respondere esse vnicam à parte rei, sed esse multiplicem per intellectum; nam nequit reddi ratio, cur possit eadem differentia indiuidualis partiri in plures per intellectum, quarū singulę singulis gradibus supioribus correspondeant, & nō differentia specifica in plures specificas. Denique nō est minus essentialis connexio, & ordo

& ordo inter differentiam generis specificã, & indiuidualẽ, quàm inter differentias superiores magis, & minus vniuersales vsque ad specificam v.g. non est maior connexio, & ordo inter sentiens, rationale, & Petreitatẽ, quã inter substantiã, corpus, viuens, sentiens, rationale, atqui corpus non potest contrahi etiã per intellectũ per differentiam hominis, nisi media differentia animalis, ex corpore enim, & rationali solo nequit etiã per intellectum aliquid vnũ cõstitui, ergo neq; animal est determinabile p differentiã huius animalis v.g. Petri, nisi media differẽtia hominis.

Resp. ad 1. rationẽ genericam ante determinationem specificam non esse proximè capacẽ pariter indiuiduationis specificæ, quia cum indiuiduum specificum speciem includat, fanè nõ potest genus ad ipsum contrahi, nisi media specie, benè tamen est capax indiuiduationis genericæ, quia cum indiuiduũ genericum speciem non includat, potest vtique immediatè ad ipsum contrahi. Ad 2. vna indiuidualis differentia sufficit ad determinandam speciem immediatè, & media illa omnia prædicata superiora à parte rei; adhuc tamen per intellectũ possunt cõcipi aliæ differentiæ ratione distinctæ, quæ gradus superiores contrahant immediatè modo explicato. Ratio autem, cur indiuidualis differentia possit ita partiri per intellectum, & non specifica, est, quia quilibet gradus superior, etiam ab alio præcisus, est capax indiuiduationis, vnde dicimus hoc ens, hoc corpus, &c. vnde dari possunt plures conceptus eiusdem differentiæ indiuidualis, quorum quilibet correspondeat suo gradui superiori, at nõ quilibet gradus superior præcisus ab alio est capax effectus formalis differẽtiæ specificæ v.g. rationalis, non enim est subiectum capax ratiocinationis, nisi ipsũ animal, & ideò nequeunt distingui plures conceptus eiusdem specificæ differentiæ correspondentes distributiuè gradibus superioribus. Ad 3. negatur paritas, cum.n in gradu specifico infimo essentialiter includantur omnes gradus superioris v.g. in homine, vtiq; rationale nequit hominem constituere, & ad ipsum substantiã, & corpus contrahere, nisi medio viuenti, & sẽtiente; sed quia in indiuiduo generico non nisi genus includitur, potest genus immediatè per singularitatem contrahi; benè tamen currit paritas de indiuiduo specifico, cũ.n. in ipso species includatur, consequẽter nequit gradus genericus ad ipsum constituẽdũ descendere, nisi media specie.

Hæc omnia benè significauit Blanc. cit. ibi tamen valde decipitur, dum ait in hoc tantum sensu posse admitti indiuidua generica, vt sub vno genere non nisi vnum queat assignari, vt sub animali hoc animal, prout idẽ est, quòd indiuiduum animalis, nam hoc animal sic sumptum, sub nulla specie continetur; imò commune est omnibus specierum indiuiduis, nam & Petrus est hoc animal, & Bucefalus est hoc animal .i. indiuiduũ animalis; Præter autem hoc animal sic sumptum, nulla alia dantur indiuidua animalis; nisi hic homo, aut hic Leo, quæ sunt indiuidua specierũ, nec aliud potest mens assequi, inquit ipse. Sed valde fallitur, vt dicebamus, sicut .n. Petrus est hic homo distinctus numero à Ioanne, quia habet distinctam numero humanitatẽ, ita est hoc animal, quia habet animalitatem numero distinctam ab animalitate Ioannis, & sic de alijs indiuiduis, ergo plura indiuidua generica dantur sub eodem genere, non vnicum tantum; & quando hic fit quæstio de indiuiduis genericis, an dentur saltim per intellectum distincta à specificis, est quæstio de indiuiduis signatis, non autem de hoc animali, vt est indiuiduum vagum animalis, quod magis propriè diceretur aliquod animal, hoc enim à nullo negatur; nec etiam est quæstio de conceptu indiuidui generici in communi, qui videtur abstrahi posse à singulis genericis, si admittantur, nam his admissis idem prorsus dici debet de tali conceptu, quod

dici

dici solet de conceptu indiuidui specifici in communi; quare concludimus Blanc. non assecutum fuisse statum quæstionis.

Pasqualig. etiam 1. par. suæ Met. disp. 55. adhuc etiã rẽ magis confundit, dũ distinguit de indiuiduo secundũ esse physicũ, & materiale cõsiderato, quo sensu dicit totã,& cõpletã indiuidui entitatem,& secundũ esse formale, quo sensu dicit solũ esse indiuiduale, vt sic,& postea inquit genus immediatè prædicari de indiuiduis primo modo consideratis,sed mediatè de ipsis altero modo inspectis. Planè hoc est contra omniũ opinionẽ; nam indiuidua primo modo inspecta sunt completa, de quibus tamen fatentur omnes genus non nisi mediatè prædicari; secũdo modo sũpta sunt incõpleta, quia dicũt purã indiuiduationẽ in concreto, vt ipse loquitur, sic autem possunt immediatè substerni, non tantum speciei, sed cuicũq; gradui superiori præcisè sumpto,quia quilibet se solo est capax effectus formalis indiuiduationis,vt sic independenter à specie, licèt nõ indiuiduationis specificæ,vt contra Suar. discurrebamus;sed quæso nõ conteramus tẽpus circa dicteria, & chymeras Recentiorũ, qui vt aliquid noui videantur afferre in mille passim labuntur ineptias.

Aliud autem dubiũ ad hunc articulum spectans est, cũ genus prædicari possit tũ de indiuiduis completis,vt Petrus est animal,tũ incompletis,vt hoc animal est animal, de illis mediatè, de istis immediatè, quæritur,an in his prædicationibus seruet adhuc vniuersalitatem generis,vel potius inducat modum speciei;Hurtad.cit.tenet adhuc prędicari per modum generis,quia adhuc prædicat partẽ essentiæ,& per modum entis incompleti; idẽ defendũt alij, sed ex alio capite, quia nimirũ estò prędicetur de indiuiduis,non tamen pręcisè de illis, cum adhuc etiã de speciebus sit prædicabile,in quo secernitur genus à specie, quæ de solis indiuiduis est prædicabilis, qui dicendi modus Auic. tribuitur, & refertur à Scoto q. 17. Vniuers. in sol. ad 1. sed non sistit in eo immediatè subdẽs aliã solutionẽ. Alij inquiũt prædicari per modum speciei, ita volunt Ruuius, Didac. Blanc. Complut. & Arriag. dum prædicatur de indiuiduis incompletis; quia tunc prædicatur,ac si diceret totam eorum essentiã;idẽ asserit Auersa,dum prędicatur etiam de completis, declarat tamen, id esse intelligendum, cum prædicantur de indiuiduis eiusdem speciei, quia re vera tunc genus non prædicatur de pluribus specie differentibus,sedtantũ numero,& ideò induit modum speciei. Louanienses tandem c. de genere, quibus subscribit Blanc. loquens de indiuiduis eiusdẽ speciei, docent, dum genus ad indiuidua refertur,non habere amplius rationem generis, aut alterius ex quatuor prædicabilibus, sed cõstituere aliã quandã specie n vniuersalis innominatam;quæ sententia etiam absolutè refellenda est, quia absq; necessitate multiplicat vniuersalia.

Dicimus, quòd si genus comparatur ad indiuidua completa, siue diuersæ,siue eiusdem speciei, semper prædicatur per modum generis, si verò ad incompleta, potius induit modum speciei. Hęc concl. quo ad 1. partẽ communis est,quam multi probant ex illo Auicen. fundamento, quia genus prędicatur de indiuiduis,quidẽ,sed sine præcisione,& ideò adhuc manet distinctũ à specie, quæ prædicatur de illis cũ præcisione. Ruuius notauit huius rationis insufficiẽtiã,quia tunc genus, & species differrent per differentiam negatiuã,& non positiuam,nam prædicari de indiuiduis præcisè, & non de alijs magis diuersis est pura negatio; Pasqualig. notauit ex alio capite, quia tunc genus non tantum esset genus, sed etiã species, quia prædicaretur de pluribus numero differentibus, quod est proprium speciei. Ratio Auic. equidem insufficiens est, non tamẽ ex eo capite, vnde dicebat Ruuius, quia adhuc genus haberet suum modum prędicandi positiuũ,quo se extenderet tũ ad species,tũ ad indiuidua, species verò talẽ

ino-

modũ quo se extenderet ad indiuidua tãtũ, & quidē positiuum esto partim per negationē explicaretur; neque ex eo capite, vnde arguebat Pasqualig, nam esto genus prædicaretur de indiuiduis, non sequeretur esse etiam speciem, sed solum esse vniuersale magis illimitatũ specie, quia se extenderet ad quæcunq; se species extendit, & ad alia plura, ac etiam per diuersũ modum prædicandi, sicut etiã nõ quia sensus dicitur esse singularium cum præcisione, intellectus sine præcisione, quia etiam est vniuersalium, deducitur intellectum esse etiã sẽsum, sed solũ, quòd sit potentia illimitatior sensu; sed ratio Auicen. ex hoc refellenda est, quia si discrimen ab eo assignatum esset sufficiens ad distinguendã genus, & speciē, vt diuersa prædicabilia, deberent etiã in ratione vniuersalium distingui differentia specifica, & generica, propriũ specificũ, & genericũ, & sic etiam accidens, quia illa cũ præcisione, ista sine præcisione prædicantur de pluribus numero differētib., vt sæpius ẽt inculcatum.

Ratio igitur, cur genus etiã de indiuiduis eiusdem speciei prædicetur per modũ generis, non speciei, est, quia vt supra diximus hæc duo vniuersalia non distinguuntur per illas particulas *numero, vel specie differentibus* materialiter consideratas, sed formaliter, hoc est, sub tali modo prædicandi de illis multis, nempè cõpletè, vel incompletè, qui prædicandi modus indicatur per illas particulas, vt supra declaratũ est; sed genus etiã comparatũ ad indiuidua eiusdem speciei retinet talẽ prædicandi modũ, ergo verè prædicatur per modũ generis; Prob. min. quia prędicatur de illis mediante specie, nam sermo est de indiuiduis completis, ergo prædicatur incompletè, & per modum partis, Hæc conseq. est euidens, nam eo ipso quod gradus superior pdicatur de indiuiduis alio intermedio, signum est contrahi ad illa mediãte specifica differentia, atque ideò in illa descendere per modum partis materialis essentiæ. Et ideò benè dicebat Doctor q. 17. Vniuersaliũ ad 1. quod genus ad indiuidua collatũ adhuc rationem generis seruat, quia de illis mediatè prædicatur, non immediatè, hoc enim manifestè indicat ipsum prædicari partem essentiæ, non verò totam essentiam. Cõf. quia ex dictis disp. præced. q. 2. art. 3. quando dicimus, *Petrus est homo*, est adhuc prædicatio speciei, licèt .n. ex vi actualis pdicationis restrigatur ad vnũ indiuiduũ, adhuc tñ ex vi aptitudinalis extẽditur ad plura numero, ergo pariter in proposito hę pdicationes, *Petrus est animal, Franciscus est animal*, erunt generis, quia esto ex vi actualis prędicationis coarctetur natura ad plura solo numero differentia, adhuc tñ est apta proximè ad prædicandum de indiuiduis aliarum specierum, quod sufficit ad saluandam vniuersalitatem genericam.

Hinc prob. concl. quoad alteram partem ex contrario fundamento, q nempe de indiuiduis genericis prædicetur per modũ speciei, non generis, ideò .n. prædicatur de specificis per modum generis, quia de illis prędicatur mediatè, hoc est incõpletè, & per modũ partis, ergo è contra cũ de genericis immediatè pdicetur, prędicabitur cõpletè, & per modũ totius, qui est modus prædicandi speciei. Conf. quia respectu illorũ habet rõnem totius, & completæ essentiæ, ergo prædicatur de illis per modum speciei, non generis; Probatur assumptum, quia sicut cum dicimus; *Petrus est homo*, ly homo dicit totã essentiam Petri, quia Petreitas ad essentiam nõ spectat, eum sit potius determinatio essentiæ, ita cum dicimus, *hoc animal est animal*, ly animal dicit totam essentiam illius indiuidui incompletẽ, quia in eo non reperitur, nisi natura sensitiua, & hæcceitas, quæ ad naturam nõ pertinet; & sinè ad prædicationem completam aliud non requiritur, nisi prædicatum explicare totum, quod pertinet ad essentiam subiecti rel cta indiuiduatione, ergo cum totum hoc habeatur in his prædicationibus generis de indiui-

duis incompletis, dicendum est de ipsis prædicari per modum speciei.

Nec refert, quòd secundum rē, & confusè *hoc animal* dicat etiam differentiam specificā. Quia ad distinguenda prædicabilia non attenditur prædicatū, & subiectū, vt sunt in re, sed vt concipiūtur à nobis, alioquin genus non distingueretur à specie, & differentia, cū ergo *hoc animal*, vt à nobis concipitur, differentiam specificam non dicat, esto à parte rei includat, iam ex tali modo cōcipiendi includit gradū genericum, vt totam essentiam contractā per differentiā materialē, & numeralem, non verò vt partē essentiæ contractā per formalē, & specificam. Nec etiam refert, quòd talis natura sit contrahibilis per differentias specificas, atque ideò etiā de indiuiduis genericis incōpletè prædicetur, & per modum partis. Quia talis ordo non consideratur, quando immediatè contrahitur per indiuiduales, imò tunc præscinditur natura à tali contrahibilitate, & solum consideratur vt contrahibilis per differentias indiuiduales, naturæ autem sic consideratæ non potest tribui ratio generis, sed tantum speciei.

Contra hanc partē concl. arguit Hurtad. cit. Quando quis videt quatuor indiuidua animalis, duos .s. homines, & duos leones, & explicitè cognoscit ea esse animalia, sed ignorat, quæ animalia, tunc ab illis quatuor indiuiduis abstrahit immediatè rationē communē animalis, quā illis omnibus eodem modo conuenire videt, sed illa est ratio generica, quia conuenit pluribus differentibus specie, ergo cū ratio abstracta de illis possit immediatè prædicari, à quibus immediatè abstrahitur, illa ratio generica de illis indiuiduis incompletis prædicabitur sub ratione generis. Dices, eā rationē sic abstractā esse specificā non genericam. Contrà, arguit Hurtad. quia ratio specifica solis conuenit indiuiduis eiusdem speciei, non verò indiuiduis alterius. Confir. illa ratio animalis abstracta immediatè ab indiuiduis eodē modo prædicatur de illis .s. in quid incōpletè, ac si abstraheretur à speciebus, & tamē de specie, & indiuiduo prædicatur in quid incōpletè, ergo semper habet rationē generis. Rursus ad prædicationē generis non requiritur, imò est prorsus impertinens cognitio totius essentiæ subiecti, ergo cum dicimus *hoc animal est animal*, nō prædicatur tota essētia de subiecto, & si tota prædicaretur, iā illud indiuiduū esset distinctè, & adæquatè conceptū, quod est contra rationē indiuidui generici. Tandē ideò dicūtur indiuidua generica, quia de illis prædicatur genus per modū generis, alioquin specifica dici deberent.

Resp. solutione inter arguendum data, ad impugnationem dicimus, illa quatuor indiuidua in statu existentiæ realis vtiq; specie differre, at à vidente talē differentiā non percipi, vnde in eius cōceptu solo numero differunt sub genere animalis, quod tamen in ordine ad illa, vt sic cognita, induit modū speciei, quia respicit illa, vt solo numero differentia, quod est propriū speciei. Dices ergo genus generalissimū habere potest genus supra se, quia omnis species prædicabilis est quoq; subijcibilis. Resp. benè Didac. disp. 7. q. 1. negando sequelā, & eius probationē ait esse verā de speciebus vt sūt ordinatæ in prædicamēto, ille n. ordo respōdet naturæ rerū, quæ postulat, vt gradus genericus descēdat ad indiuiduationē per specie, & ita omnis species prædicabilis est subijcibilis, potest tñ intellectus hoc ordine nō seruato facere speciē prædicabilē, quæ nō sit subijcibilis.

Ad confir. neg. assumptum, vt constat ex dictis. Ad aliam, quando de Petro enūciamus esse animal, non sub ratione Petri, quia sub hoc nomine importat indiuiduum specificum, sed sub ratione huius animalis, vtique non enunciatur tota essentia, quam habet à parte rei, quia præter animalitatem includit rationalitatem, sed enunciatur tota essentia illius, vt stat sub nostro conceptu; cum enim à nobis non concipiatur, nisi sub ratione huius

ani-

animalis, sanè cum de Petro sic concepto dicitur *hoc animal est animal*, tota essentia enũciatur, quia tota essentia illius subiecti est esse animal, & sic Petrus sub tali conceptu in ratione indiuidui generici potest dici distinctè, & adequatè cognitus, sed in ratione indiuidui specifici cõfusè, & inadæquatè, q. a nõ attingitur specifica differẽtia explicitè. Ad vlt. hoc animal, & illud animal non dicuntur indiuidua generica, quia de illis prædicetur genus per modũ generis, quia planè ex hoc capite potius specifica dici deberent, sed dicũtur generica, & nõ specifica, quia ex cõsueto loquẽdi modo illa dicũtur specifica indiuidua, quæ genus participant mediante specie, vnde quia ista genus participant immediatè, ideò generica appellari consueuerunt.

Ex dictis colligitur resolutio illius quæsiti, de quo fusè nimis agunt Recentiores nonnulli, quodnã sit correlatiuũ generis, quod ei correspondet in ratione subijcibilis; primũ .n., & immediatũ sunt species, mediatũ indiuidua, ratione .n. specierum prædicatur de indiuiduis, quando de illis prædicatur per modũ generis, quando .n. de indiuiduis incõpletis immediatè, & p seipsũ prædicatur, tunc induit modũ speciei, & talis prædicatio ad secũdũ spectat prædicabile, non ad primũ. Hac de causa alij dicunt species esse terminũ formalẽ genereitatis, indiuidua materialẽ, ille .n. dicitur terminus formalis alicuius relationis, qui propriè & per se illi correspondet, materialis verò, qui eã terminat ratione ipsius termini formalis, cũ quo reperitur cõiunctus, & non tã seipso, quàm interuentu alterius. Neq; tamen hinc inferas cũ Pasqualig. 1. p. suæ Met. disp. 14. sec. 2. n. 12. indiuidua merè per accidens se habere ad genus in ratione subijcibilis, atque ideò adæquatũ correlatiuũ generis esse solã speciẽ, vnde ad indiuidua cõparatũ, siue eiusdẽ, siue diuersæ speciei, nullo modo habere rationẽ generis. Hoc .n. est prorsus falsũ, quia Porph. c. de specie disertè docet, nedum esse genus respectu specierũ sub se contentarũ, sed etiã respectu indiuiduorũ, ad quæ refertur, imò id manifestè colligitur ex eius definitione, per quã dicitur prædicari de pluribus specie differentibus, quod planè non tantum conuenit speciebus, sed etiã earũ indiuiduis, non .n. tantũ equus, & homo specie differũt, sed etiã Petrus, & Bucefalus, ergo si genus propriè sub ratione generis est prædicabile de indiuiduis, indiuidua quoq; propriè erunt subijcibilia respectu illius; & quãuis indiuidua non subijciantur generi, nisi mediante specie, & depẽdenter ab ea, non proindè neganda est eis sua propria subijcibilitas distincta à subijcibilitate speciei, quasi sola species sit vnicũ, & adæquatũ subijcibile generis; quod declarari potest ex doctrina quadã, quam Scotus docet quol. 18. in sol. ad 1. inquit .n. ibi, 'quod licèt actus exterior non habeat rationẽ voluntarij & liberi, nisi mediante actu interiori voluntatis, quando tamen actus exterior coniungitur cũ interiori, & ex illo procedit; tunc ille exterior, vt distinctus, habet rationẽ voluntarij, & distinctã, quia voluntarij mediatè, vnde hoc ipso habet distinctã rationẽ liberi ab interiori, quia interior est liber immediatè, quæ doctrina ex integro potest huic proposito applicari, & per eam probari etiã indiuidua esse propriè subijcibilia generis, licèt mediatè, & dependẽter à specie; & hæc sẽtẽtia est Scoti, q. 17. Vniu. in sol. ad 1. quã passim alij sequũtur.

Vnde si etiam velimus assignare adæquatum, & totale correlatiuum generis in ratione subijcibilis, præter quod nil aliud est, quod habitudinem generis terminare possit, hoc sanè erunt species, ac indiuidua simul; vel si placet, poterit etiã constitui aliquod commune illis importatum per hoc, quod est *plura specie distincta*, quatenus ambo conueniunt in ratione subijcibilis ad genus. Nec obstat, quòd species immediatè subijciatur generi indiuidua verò mediatè, nam ad-

huc stante hac disparitate possunt habere rationem communem, & vniuocam in ratione subiicibilis, sic enim de facto videmus rationem substantiæ vniuocam esse corpori, vt sic, & tali corpori, cum tamen ad tale corpus non descendat, nisi mediante corpore, vt sic; & in ratione actus conueniunt vniuocè forma substãtialis, & accidentalis, esto accidentalis nõ actuet, nisi mediante forma substantiali, quod exemplum valeat quantum potest.

Colligitur etiã solutio alterius quæsiti, An genus eadẽ habitudine respiciat species, & indiuidua in ratione subiicibiliũ, an potius diuersa; dicendũ.n. est, quod habitudine eiusdem rationis refertur ad vtrumque: Ratio est, quia ex parte generis semper est eadem ratio fundandi, siue ad species referatur, siue ad indiuidua, nã de omnibus prædicatur, vt pars materialis, & vt prædicatũ incõpletum; & è contra ex parte specierum, & indiuiduorum ratio terminãdi est eadem, quia terminãt genereitatem vt plura specie distincta, siue specifica, siue numerica, ergo ad vtrũq; refertur relatione eiusdem rationis, & speciei; An verò referatur ad vtrũque eadem relatione etiam numerali, per quam immediatè speciem attingat, & indiuidua mediatè, potest dici, quod si eodẽ actu prædicet intellectus naturam genericam de specie, & indiuiduis, eadem indiuisibili relatione attingit vtrumque, secus autem, si hoc fiat diuersis actibus.

ARTICVLVS QVARTVS.

Expediuntur varia quæsita de genere.

QVæritur 1. quomodo genus possit in quid prædicari exercitè, & in recto de suis inferioribus dicendo, homo est animal, equus est animal. Ratio dubitandi est, quia pars, vt sic, estò possit in obliquo prædicari de toto, verè enim dicimus homo constat anima, habet corpus, caput, &c. in recto tamen enunciari non potest, vnde non bene dicitur, homo est anima, homo est corpus, idq; docuit Arist. 4. Topic. cap. 2. & suadet manifesta ratio, quia hoc prædicatũ *animal* vt pars dicit præcisè in homine gradũ sensitiuũ, & nihil aliud, vnde si prædicaretur, vt pars, faceret hunc sensum, homo est animal .i. homo est tantũ animal, siue homo non est plusquam animal; vnde vt aliquid de alio verè prædicetur in recto, debet aliquo modo dicere totum illud, quod dicit subiectum, hoc enim de rigore importare videtur copula *est* in illa prædicatione *homo est animal*, nempe sensus est, animal est totum illud, quod est homo, cum igitur in proposito, vt constat ex dictis, animal dicat partem essentiæ suorum inferiorum, non videtur posse cum veritate de illis enunciari in prædicatione exercita, & in recto.

Ad hoc dubium dicunt aliqui, vt Auersa q. 10. de genere sec. 3. in fin. Didac. à Iesu disp. 6. q. 5. Blanc. disp. 3. sec. 10. & alii, quod illud axioma, ꝙ pars non prædicatur de toto, verificatur vtiq; de partibus physicis, vt sunt materia, & forma, ac etiã integrantibus, vt caput, & brachium, non tamen de Metaphysicis, huius rationem reddit Didac. quem sequitur Blanc. quia cũ partes Metahhysicę sumãtur à tota rei entitate, nimirum animal, & rationale ab integra humanitate, sub diuersis tamen gradibus concepta, hinc est, quòd etiã in ratione partiũ dicunt totã naturam speciei, cuius sunt partes, & ideò etiã in ratione partiũ possunt prædicari de toto, ꝙ dici nequit de partibus Physicis, quarum neutra dicit totam entitatem rei constitutæ. Hic dicendi modus non sufficit, nisi aliud addatur, quia vt benè notauit Rubius c. de genere q. 5. imò & Scotus ipse q. 16. Vniuers. ratio allata, quòd pars nequeat prædicari de toto, æquè militat in partibus Metaphysicis, & rationis, sicut in Physicis, & realibus, & exempla adducta ad id probandum sunt indifferenter de partibus his, & illis. Ratio etiam discriminis adducta à Didac. nihil concludit,

dit, cũ falso innitatur fundaméto, vt infra videbimus q. 3. estò. n. genus diceretur sumi à tota entitate physica rei, nõ tñ sum'r à tota entitate metaphysica, de qua hic est sermo, quia nõ sumitur à differentia, ꝙ si sumeretur à tota entitate metaphysica; cũ prædicatum dicat quantum actu in se continet, tunc genus totã essentiã suorũ inferiorum prædicaret, cum totam actu importet, quod nec ipse Didac. concederet, cum nobiscum teneat solum dicere partem materialem essentiæ.

Alij dicunt, quod licèt genus, vt pars metaphysica actualis, nequeat cum veritate prædicari de suis inferioribus, vt probat allata ratio, tamen vt potentialis .i. non vt actu componens, sed vt potens componere speciem, potest cum veritate prædicari, sic. n. aliquo modo continet totũ, quod continet subiectũ, quia cum possit proximè cõiungi cũ hac, & illa differétia, continet illas oẽs in potentia, & hoc satis est, vt dicatur continere totum ꝙ cõtinet species, nempè vnã partẽ actu, & alterã in potentia; citatur à Ruuio pro hac opin. Canterus quidã hìc c. de gen. q. 3. Sed ratio allata, quod pars de toto prædicari nequeat per modum partis, æquè probat de actuali, & potẽtiali, vt bene notant Compl. disp. 5. q. 5. repugnat. n. quod pars metaphysica, siuè considerstur, vt actu componit, siuè vt antecedit compositionem, formaliter, quatenus pars est, contineat totum illud, ꝙ continet cõpositum, cuius est pars, vt patet consideráti.

Alij concedunt partem posse prædicari per modum partis, negantes ad veritatem compositionis necessarium esse, quòd prædicatum importet totum esse, subiecti, siuè explicitè, siuè implicitè, sed sufficit, vt importet aliquid de subiecto, seù quod includatur in eo, ita vt sensus sit, homo est animal, idest continet naturam animalis, ita cum quibusdam alijs videtur sentire Pasqualig. disp. 53. sect. 4. nu. 2. Sed hìc dicendi modus passim reijcitur, quia si in prædicationibus in recto sola talis inclusio significaretur, & sufficeret sensus allatus, posset etiã pars physica, tã integralis, quàm essentialis de suo toto in recto prædicari, dicédo, homo est corpus, homo est caput, nã istæ partes verè includũtur in suo toto; at re vera prędicatio in recto aliqd plus significat, nimirum hoc esse illud, vnde cum dicimus homo est animal, non tñ significatur animal includi in homine, sed hominem esse animal, & hoc esse quicquid illud est, nã per ly *animal* nihil excluditur ab homine, quasi homo sit tñ animal, nã prædicatio esset falsa, sed aliquo modo denotatur totũ id, ꝙ importatur per hominẽ.

Hac igitur de causa Thomistæ communiter sentiunt genus, esto sit tantùm pars speciei præscindens ab alia cõparte, quæ est differentia, prædicari tamen de inferioribus per modum totius potentialis; cum enim sub hac ratione contineat implicitè, & confusè etiam differentias, consequẽter cõtinebit totã speciei quidditaté, vnde hac ratione poterit de ipsa in recto prædicari, ita Suarez disp. 15. Met. sect. 11. n. 16. Sot. hic q. vn. art. 2. Cõpl. & Ruuius cit. Masius sect. 2. qu. 2. Caiet. de ente, & essen. c. 3. dicẽtes esse expressam sentent. S. Tho. ibidẽ; docẽt igitur ad veritaté prædicationis in recto, nõ requiri, ꝙ prædicatum actu, & formaliter dicat, quicquid dicit subiectũ (alioquin non foret prædicatio formalis, sed identica) sed sufficere, vt dicat implicitè, virtute, & potentia, & ideò quamuis genus in ratione totius vniuersalis non dicat actu, formaliter, & expresſè quicquid dicunt species, quia tamen dicit totum illud confusè, cum sit totum potentiale confusum includens differentias, poterit cum veritate pdicari in recto de suis inferioribus sub rõne totius vniuersalis, & potẽtialis.

Cæterum neque hæc sententia, quamuis communis, rem bene explicat, cum enim docet genus, quando prædicatur de speciebus, non se habere, vt partem, sed vt totum potentiale, quatenus in cõ-

fuso dicit, ac implicitè totã speciei essentiã, de qua prædicatur; quærimus, in quo sensu id intelligant, vel enim eatenus dicit totam speciei essentiã, quia contineat in actu, & non in potentia tantũ confuso tamen, ac indeterminato differẽtias, quatenus non magis hanc dicit, quàm illam, sed promiscuè omnes, vt Suar. loc. cit. insinuare videtur, & hic sensus est omninò falsus, mox enim ostendemus, genus in potentia tantum continere differentias, non autẽ in actu cõfuso, & implicito, vnde licèt prædicetur tanquã totum potentiale de speciebus, adhuc prædicabitur tãquã pars speciei, si verò dicant non continere in actu confuso differentias, sed tantum significare totam naturã speciei sub gradu vniuersali superiori, vt explicat Ruuius, sic sanè manifestè patet nõ dicere totã naturam speciei, quia dum significat naturã speciei solũ sub gradu vniuersaliori, vtiq; se habet tantũ vt pars speciei abstrahens ab inferiorũ differentijs, & importans solã rationẽ genericã communẽ. Accedit per prædicatum genericum vnã speciem ab alia non discerni, sed prorsus conuenire, & ita enunciari de vna specie, vt nulla prorsus facta mutatione illius prædicati in esse obiectiuo, posset alteri competere, ergò nec explicitè, nec implicitè dicit totum esse speciei, alioquin per ipsũ & vna species discerneretur ab alia, & illud ipsum prædicatum de vna specie enunciatũ non posset alteri cõpetere, ergo etiam in ratione totius potentialis verè prædicatur tantùmodo, vt pars speciei.

Dicendum igitur est cum Scoto q. 16. Vniuers. quòd estò genus, etiam vt totum potentiale dicat tantum partem essentiæ, dum tamen prædicatur de specie dicendo, homo est animal, verè prędicatur, quia nõ significat illam per modum partis, sed per modum totius, quatenus prædicatum in concreto ex consequenti significat totum illud, quod importatur per subiectũ, in ratione habentis, quod ita explicari potest; ad hoc vt sit vera propositio prædicatum debet esse idem cum subiecto, sed quando vniuersale prædicatur de inferiori in concreto, prædicatum est idem cum subiecto in ratione habentis, dum enim dicimus, homo est animal, sensus est, habens humanitatem est habens animalitatem, quare prædicatum idem est cum subiecto in ratione habẽtis, quatenus idem est suppositum habens humanitatem, & animalitatem, in hunc modum faciliter rem hanc declarauit Doctor loc. cit. in sol. ad 1. & 2. dum ait animal prædicari de homine non per modum partis, sed totius, quia etsi genus primariò importet materiam, & differentia formam, secundariò tamen important totum, quòd connotant, quod explicat exemplo Auicen. 5. Met. de manuato, & capitato, quæ diuersa significant primariò scilicet manũ, & caput, vtrumque tamen ex consequenti significat totum in ratione habentis, nã manuatum exponitur per habens manũ, vbi habens non est de significato manuati, sed de modo significandi per modum totius, vnde licèt dicere non possimus, homo est manus, est caput, dici tamen potest, est manuatus, est capitatus, & explicatur, est habens manũ, est habens caput.

Contra hunc modum explicandi, quomodo genus prædicetur in recto de inferioribus arguitur, quia omne concretum est denominatiuum, si igitur genus, vt verè prędicetur de specie, debet prędicari in concreto, iam de illa prædicaretur denominatiuè, quod est falsũ, quia prædicatur vniuocè. Tum 2. quia vt vrget Blanc. cit. falsũ est, quod animal sit habens animalitatẽ, quia potius est animalitas subsistens, concretũ enim substantiale solũ dicit naturam cũ subsistentia, ergo non benè explicatur illa propositio, homo est animal, in ratione habentis, probat assumptum exemplo ex diuinis deducto, Deus enim non est habens Deitatem, sed Deitas subsistens, aliter cũ sint tres habentes Deitatem, tres essent Dij. Tum 3. Si est vera illa prædicatio, quia prędicatũ ex consequẽti,

to-

totum dicit esse subiecti, ergo prædicatio generis de specie, vel esset idẽtica, vel nugatoria, quia idem bis poneretur. Tum 4. partes physicæ, & integrantes magis distinguũtur à toto, quam metaphysicæ, illę enim realiter distinguuntur à toto, istæ non, sed illæ in concreto prædicantur de toto dicendo, homo est animatus, est corporatus, est capitatus, ergo istæ velut magis intimæ poterunt verè prædicari de toto, etiamsi sumantur, vt partes. Tum tandem, quia 1. Post. cap. 4. Arist. docuit partes definitionis prædicari de definito.

Resp. Doctor hic neg. assumptum, licèt enim omne denominatiuũ sit concretũ, non tamen omne concretum est denominatiuum, quia denominatiua propriè sunt illa, quæ cadunt ad subiectũ, vel quasi subiectũ, & ideò nomine adiectiuo significantur, & prædicantur in quale, quod totum constat ex eorũ definitione, vt explicuimus disp. 2. q. 6. animal autem non cadit ad subiectũ, vel quasi subiectum, sed propriè ad inferius, nec nomine adiectiuo significatur, sed substantiuo, & prædicatur in quid. Ad 2. si Blanc. intelligat, quòd animal de principali significato nõ dicit habens animalitatem, sed animalitatẽ subsistentẽ, verum est assumptum cum eius prob. quia nec Deus de per se significato importat habens Deitatem, vt Scot. docet 1. d. 4. q. 1. ad 4. Si verò intelligat, ꝙ neque illud dicat ex cõsequenti, ac de cõnotato, neg. assũptum, quia Damascenus à Doctore inibi allegatus, in hoc sensu inquit, quòd Deus est diuinam habens naturã; nec ex hoc sequitur tres esse Deos, quia ad multiplicationem concretorum substantialium non sufficit multiplicatio suppositorũ, sed requiritur etiam plurificatio formarũ, vt diximus loc. cit. disp. 2. q. 6. ar. 2. in diuinis autem sunt vtique tria supposita, sed vna singularis natura in omnibus. Ad 3. negatur consequentia, nugatio enim, & identica prædicatio sequũtur tantũ ex identitate principalis significati, non autem ex identitate connotati, nã dicimus musicus albus currit absq; vlla prorsus nugatione, licèt vtrumq; idem subiectũ cõnotet, quæ respõsio innuitur à Doctore hìc q. 16. ad 1. Ad 4. quia partes metaphysicæ sunt intimiores physicis, & integrantibus, sequitur solum, quòd possint prædicari de toto in concreto nomine substantiuo, vt facit genus, vb partes physicę, & integrales prędicari nequeũt, nisi adiectiuè, & per modũ denominãtis, non sequitur tamen, quòd vnquam prædicari possint per modum partis. Ad 4. ait Aristot. vtiq; partes definitionis prædicari de definito, quod concedimus, non tamen ait prædicari per modum partis.

Quæritur secũdò, quomodo genus cõtineat species, & differentias, an actu saltim confuso, & indeterminatò, an potestate solũ. Certũ est apud omnes, species, & differentias non contineri in genere formaliter, & explicitè, tũc enim de nulla specie posset genus cũ veritate prædicari, nã dicendo homo est animal, sensus esset, homo est animal rationale, & irrationale; nec potest etiã implicitè continere genus aliquã differentiam determinatè, quia tũc non esset indifferens ad omnes. Quamuis autẽ cõpertũ sit apud omnes genus actu in hoc sensu differẽtias non continere, nõ defuere tamen, qui dixerint cõtinere omnes implicitè actu confuso, & indeterminato, quatenus non magis hanc dicit, quã illam, vt dubio præcedenti insinuauimus; cui sẽtentiæ cõsẽtit Auersa q. 13. sec. 5. dũ ait necesse nõ esse, vt genus perfectè pręscindant à differentijs, de quo infrà.

Dicendum tamen est cum communi, nullo prorsus modo genus continere in actu species, & differentias, sed potestate solum. Ita Doctor q. 25. Vniuers. probatur, tum quia genus importat gradum superiorem ad illum, quem important species, & differentia, & ab illis abstractũ scilicet ab homine, & ab equo, à rationali, & irrationali, ergo actu illa non includit, alioquin actu ab eis non præscinderet, tum quia hac ratione Doctor 1. d. 8. q. 3.

ad conf. primi arg. pro Henrico inquit, quod conceptus generis, & alter quicunque communis duobus est neuter formaliter ad illa; tum quia vt arguit Arist. 7. Met. 42. si actu differentias contineret, cum hæ sint omninò diuersæ, & oppositæ, tunc actu eidem opposita inessent, nec refert, quod continentia sit confusa, & indeterminata, modò sit actualis; tum tandem quia genus, & differentia sunt conceptus diuersorum graduum eiusdem naturæ, ergo neutrum includit actu alterum, sicut in composito physico vna pars nõ includit aliam; remanet ergo, quod solum potestate contineat, quatenus est natura susceptiua omnium differentiarum diuisim, & per eas contrahibilis ad hanc, vel illam speciem constituendam, quod clarè docuit Porph. c. de diff. dum dixit de genere *potestate quidem habet omnes, quæ sub se sunt differentias, actu verò nullam*, & Arist. ipse 2. Post. c. 8. dicens *Supponatur tale esse genus vt sit secundum potentiam in plus.* Imò hac ratione dicitur totum potentiale, quia nimirum actu nõ includit, nec species, nec differentias, sed potestate tantum.

Respondent aliqui genus esse abstractum à speciebus, & differentis, secundum conceptum explicitum, nõ autem implicitum, & ideò implicitè importat differentias, & totam essentiam speciei. Contrà, sic vrgemus, vel in abstractione generis à speciebus, & differentiis, intellectus relinquit differentias, vel secum trahit, si relinquit, ergo nullo modo actu eas includit, si secum trahit, ergo ab illis nõ est facta abstractio. Dices, relinquere explicitè, sed secum trahere implicitè. Contrà, nihil potest genus dicere in tali esse obiectiuo, nisi quod manifestatur in tali cognitione, nam genus, vt sic, aliud esse non habet, nisi quod exprimitur in intellectu ex vi talis cognitionis, vel ergo genus in tali esse obiectiuo includit differentiam, vel non, si secundum, habetur intentum, si primum, ergo non tantùm implicitè, sed etiam explicitè genus differentiam dicit, vis huius rationis eò tendit, vt demonstret, quòd respondere genus in esse præciso dicere differentias implicitè est asserere, quod absolutè illas non importet, quia nihil potest genus dicere in illo esse obiectiuo, quod non manifestetur in cognitione, vnde nequit defendi, quod eas includat implicitè, nisi ratione identificationis, quam cum ipsis habet à parte rei, nõ autem secundum esse præcisum.

Quamuis autem genus potestate solum contineat species, & differentias, hæc tamen continentia potentialis non est eiusdem rationis, species enim continet, velut suas partes subiectiuas, de quibus est prædicabile in quid, vnde respectu earum dicitur totum potentiale, nam tale totum illud est, quod ita continet suas partes, vt tamen ex illis non componatur, sed tamen de illis sit prædicabile, ac proinde illas potius componat, & consequenter singulæ partes sint ipsum totum, vt docet Scot. 2. d. 3. q. 4. H. & ideò nõ est propriè totum, sed metaphoricè tantum, & similitudinariè, vnde Arist. 1. physic. 4. non appellauit illud absolutè totum, sed quodammodo totum respectu verò differentiarum non dicitur totum, sed pars potentialis per illas perfectibilis, & determinabilis, & eius continentia est in genere causæ materialis eo modo, quo materia dicitur potentialiter continere formas ex ipsa educibiles, nam sicut materia quaslibet suscipit formas, cum quibus constituit varias species, ita genus diuersarum differentiarum est susceptiuum cum quibus metaphysicè componit diuersas species.

In oppositum solet obijci 1. quia Aristot. 1. phys. 4. ait, vniuersale totum quoddam est, multa enim comprehendit, vt partes s. species, & 7. phys. 31. ait, in genere latere æquiuocationes, quia s. actu continet diuersas differentias, quæ pariunt æquiuocationem. Tum 2. cum genus prædicetur de specie, debet actu continere totum id, quod dicit subiectum, alioquin falsa esset prædicatio, non enim pars potest prædicari de toto. Tum 3. genus vel est pars actu, vel totum actu, non

non primum, ergo secundũ; non est autẽ totum metaphysicũ, ergo logicum; quod cõsequenter continet actu species, & differẽtias saltim in cõfuso. Tum 4. quia hac rõne genus dicitur à Boetio tenuis similitudo specierum, φ non esset, nisi saltim actu implicito eas contineret, ac earum differentias. Tum 5. genus cõtinet actualiter vnitiuè, & non tñ potẽtialiter, quod est ei realiter idẽtificatum, sed differẽtiæ realiter idẽtificantur cum genere, vt omnes fatentur, ergo &c. Tum tandem quia genus est relatiuum ad species, ergo actu dicit illas, & earum differentias.

Resp. Arist. primo loco loqui de comprehẽsione potẽtiali, nõ actuali, & loquitur de vniuersali in ordine ad partes subiectiuas, non in ordine ad differẽtias, & vocat illud totũ quodãmodo, & similitudinariè, vt diximus, & similitudo cõsistit in hoc, φ sicut totum talẽ habet latitudinẽ; vt non à singulis adæquetur partibus, sed ab oĩb. simul, singulas autẽ excedat, ita vniuersale põt inesse pluribus inferioribus, & de plurib. prædicari, ita tñ, quòd eius inexistentia, vel prædicatio nõ adæquatur à singulis inferioribus; nã licèt totum sit in singulis, non tñ totaliter, & adæquatè, nisi in omnibus simul; in alio loco ait in genere latere equiuocationes, quatenus quæ sub eodẽ genere continẽtur, non in eo rigoroso gradu vniuocationis coueniunt, sicut quæ continẽtur sub eadẽ specie athoma, vt notat Doctor 1. d. 3. q. 3. Q. Ad 2. satis cõstat ex dubio præced. ad veritatẽ propositionis non requiri, φ prædicatum actu contineat, quicquid cõtinet subiectum, sed sufficit, quòd sint idẽ in ratione habentis, & sic in proposito, cum genus prædicatur de specie in concreto, prædicatum est idem cum subiecto in ratione habentis, licèt non sint idẽ formaliter in ratione totius, & partis. Ad 3. totum genericum, vt tale est, nec esse totum actuale, nec partẽ actualem, sed actu esse totum potentiale, quia non dicitur totum potentiale, quasi potẽtiam habeat ad hoc, vt sit totum; sed quia potentia, non actu, suas continet partes. Ad 4. dicitur genus tenuis similitudo specierũ, quatenus importat rõnem genericã, in qua oẽs inadæquatè cõueniunt, & ex hac inadæquatione procedit tenuitas similitudinis, nõ autẽ quia implicitè inuoluat oĩum differentias, vt ex Scoto colligitur q. 1. vniu. in fine. Ad 5. negatur differentias identificari realitati genericæ in se spectatæ, solum. n. ei realiter idẽtificantur rõne tertij. i. speciei, quã constituũt, vt notat Brasau. q. 24. vniu. in hoc. n. distĩguũtur genus, & differẽtia à materia, & forma, quòd nõ vniũtur inter se vnione aliqua ab ipsis distincta, & separabili, sicut materia, & forma, sed vniuntur seipsis, & per identitatẽ in tertio. Ad vltimum, probat tñ genus respicere species, & differẽtias, velut terminũ suę aptitudinis, nõ autẽ tanquã partes intrinsecas, & formales.

Quæritur 3. An genus sit species infima vniuersalis? Auers. q. 10. log. sec. 2. putat genus esse capax vniuersalitatis secũdũ esse formale vniuersalitatis, & ideò nõ esse vnã speciẽ athoma; sed diuidi posse in diuersas species, ita vt diuersitas proueniat ab ipsa natura, & redundet etiam in ipsam genereitatem.

Dicendum tñ est cum cõmuni genus esse speciẽ athomã in rõne generis, ita φ non datur plures species genereitatis, sed vna sola infima, ita Scot. q. 14. vniuer. vbi oẽs eius Expositores, & quol. 6. X. & sequitur ex dictis disp. præced. q. vlt. vbi statuimus diuisionẽ vniuersalis in cõmuni in genus, speciẽ, &c. esse diuisionẽ generis in species infimas, & probatur ex ibi dictis, quia genereitates fundatæ in naturis, etiam diuersissimis, vt substantia, quantitate, &c. quoad rationem denominandi illas, & prædicandi de ipsis omninò conueniunt, & solum ratione connotati distinguuntur, sicut albedo hominis, & equi eiusdem sunt speciei, & solum specie differunt materialiter, & ratione fundamenti. Confir. quia species vniuersalis

talis per diuersum modũ essendi in multis, vel prędicandi de multis discernũtur, sed oĩa genera, siuè suprema, siuè subalterna, siuè substantialia, siuè accidẽtalia, & quæcunq; excogitari possunt, habent eundẽ modum essendi in multis, & prædicandi de illis, nẽpe per modũ partis materialis, ergo oĩa illa sub specie infima generis continentur, & ratio generis in cõmuni oĩbus illis conuenit, tanquã indiuiduis naturę genericę formaliter acceptę.

Sed vrget Auersa cit. diuersitas relationis, & aptitudinis, non solùm sumitur ex diuerso modo respiciẽdi, sed etiam ex diuersitate subiectorum, & terminorum, nam de ratione relationis, & aptitudinis non solùm est talis, vel talis modus respiciendi, sed etiam ordo ad talem, vel talem terminum, & ordo talis, vel talis subiecti, ergo ex reali diuersitate eorum resultat etiam formalis diuersitas in ipsa relatione, & aptitudine, atque ita diuersitas quantitatis, & substantiæ redundabit in ipsas genereitates formaliter.

Resp. hanc, & alias rationes eiusdem tenoris, quas ibi Auersa congerit, non inferre in pluribus generibus diuersorum prædicamentorũ secundum esse formale generis, sed tm̃ secundum materiale, cõtingit .n. tm̃ secundum naturã, quæ substernitur genereitati; quod ex eo colligitur, quia hæc diuersitas non importat diuersam habitudinẽ ad inferiora, sed solũ diuersam rem, quæ referatur, vt ꝙ sit substantia, vel accidẽs; igitur ad arg. distinguidebet assumptũ, quod fundamentum remotum non diuersificat relationes, sed fundamentũ proximum, seù ratio fundãdi, similiter terminus materialis non diuersificat relationes, sed terminus formalis, seù ratio formalis terminandi, & in proposito licèt fundamenta remota sint diuersa, & termini materiales, ratio tñ fundãdi, ac terminãdi in oĩbus est eiusdẽ rationis, vt probatum est, quia omnes naturæ fundant relationem genereitatis, quatenus aptæ sũt esse in multis per modum partis materialis essentiæ, & omnes naturæ terminant talem relationẽ, quatenus sunt plura specie diuersa.

Rursus vrgebis adhuc fortius, quia genus sub se continet generalissimum, & subalternum, sed hæc specie distinguuntur, ergo non est species infima; maior est certissima apud oẽs, ita quod plusquam pueriliter errauit Fuentes, cum dixit q. 17. diff. 1. art. 1. genus primũ prædicabile esse dũtaxat genus intermediũ, prob. min. tum quia illa specie differunt, quæ diuersas habent definitiones, & passiones, sed genus supremum, & subalternum sunt huiusmodi, vt patet ex Porph. c. de specie, ergo &c. tum quia plus differunt inter se, quã duo genera subalterna, sed hæc tm̃ numero differunt, ergo illa differũt specie, quę inter distinctionẽ numericã, & specificã, non datur medium.

Resp. quòd licet genus supremum, & intermedium, quatenus talia specie distinguantur (de quo tamen est aliqua difficultas apud nonnullos Scotistas q. 12. Vniuers.) non tamen essentialiter discriminantur in rõne generis, & vniuersalis, cum eodem modo sint in multis, & prædicentur de multis, quòd enim genus supremum nulli alteri subijciatur generi, sed intermedium vtique, accidit illis quatenus genera sunt, & vniuersalia, quia hæc relatio subijcibilitatis nihil attinet ad rationem vniuersalitatis, quæ constituitur per ordinem ad inferiora, de quibus prædicetur, non ad superiora, quibus subijciatur; adhuc etiam quòd genus supremum plura habeat inferiora, quàm intermedium, merè per accidens se habet ad illa, quatenus genera, quia eodem modo de illis multis prædicantur, & illa respiciunt, nimirum vt multa essẽtialiter diuersa, vnde nonnisi differentiam accidẽtalem inter ea potest inferre, quemadmodum lineam decem palmorũ per excessum quantitatis intra eãdem lineæ speciem infimam dicimus à bipalmari accidentaliter tantum differre.

QVÆ-

QVÆSTIO SECVNDA.

De Specie.

CVm de illo vniuersali egerimus, quod in quid de pluribus specie differentibus prædicatur per modum partis materialis .s. de genere, nunc agendum est de illo, quod prædicatur in quid vt totum de pluribus numero differētibus .s. de specie, & meritò quidē, cū genus, & species relatiua censeantur; & quāuis cognitio totius pēdeat ex partib., vnde videtur prius de differētia tractari debuisse, vtpotè quę est altera pars speciei, & principalis; tñ qa hic nō agimus de specie, sicut neq; de alijs vniuersalibus secūdum esse reale, & metaphysicū, sed intētionale, & logicū, quomodo species prius refertur ad genus, vt correlatiuū, quā ad differētiā, vt ad partē, ideò immediatè post genus de ipsa disputamus Tractat autē Porph. c. de specie nō tm̄ de specie specialissima, & infima, quæ tm̄ cōstituit hoc secūdū vniuersale, sed ēt de specie subalterna, qa licèt hæc in rōne vniuersalis, & p̄dicabilis à specie omninò discriminetur, quia p̄dicatur de pluribus specie differētibus, & ideò ad primū vniuersale spectat; tñ quia in rōne subijcibilis in ordine ad genera superiora omninò conuenit cū specie secundo p̄dicabili, ideò de ipsa agit in c. de specie, quatenus est subijcibilis, cū eius naturā explicuerit in ratione vniuersalis c. de genere; Diximus autem speciem subalternam in ratione subijcibilis omninò essentialiter cōuenire cum specie infima, quia genus relatione eiusdem rationis refertur ad species, siuè sit supremum, siuè intermedium, ex eo solum, quia refertur ad inferiora, in quibus est, vt pars materialis essentiæ, vt in fine præced. quæst. & art. dicebamus, ergo è conuerso in proposito eiusdem rationis erit relatio subijcibilitatis speciei infimæ, & subalternæ, cū ad ea referantur, vt ad partem materialē suæ essentiæ; imò hac ratione possumus dicere subijcibilitatem speciei, & indiuidui esse eiusdem rationis, vt bene notauit Didac. disp. 7. q. 1. in fine.

Ex quo constat, non rectè Auersam distinguere has species essentialiter etiā in ratione subijcibilis q. 11. log. sect. 3. ex eo quia subijcibilitas subalternæ fundatur in vniuersalitate generica, & subijcitur generi, quod habet sub se alia genera, subijcibilitas verò infimæ fundatur in vniuersalitate specifica, & ideò subijcitur generi, quod sub se habet tantùm species, quare cum fundamenta, & termini subijcibilitatis vtriusque sint diuersi, diuersa quoque erit subijcibilitas. Sed hæc omnia nō nisi accidentalem diuersitatem inferunt inter speciem subalternam, & infimam in ratione subijcibilis, & vt supra notauimus diuersitas fundamentorum, & terminorum materialium non diuersificat essentialiter relationes, sed formalium, hìc autem eadem est formalis ratio fundandi subijcibilitatem ex parte specierum, & eadem terminandi ex parte generum, quia omnes ad ea referuntur, vt ad partem materialem suæ essentiæ; & diuersitas, quam ostendere conatur Auersa, nō est, nisi materialis; vt patet considerāti. Hæc autem quæstio, quia diuersas continet difficultates, in varios secabitur Articulos.

ARTICVLVS PRIMVS.

An species subijcibilis, & prædicabilis rectè definiantur.

SVpponendum est pro intelligentia quæsiti, quòd eadem omninò natura intra seriem prædicamentalem secundū diuersos respectus dicitur prædicabilis, & subijcibilis, prædicabilis quatenus respicit sua inferiora, subijcibilis respectu superiorum, quod etiam concedendum est in ipsa specie specialissima, quamuis enim Porph. cap. de specie dicere videatur, vnicam in ea esse habitudinem simul attingentem, & genus, sub quo est, & in-

& indiuidua, quæ sub ipsa sunt, id tñ intelligendũ est de vnitate nominis, vt notãt ibi Ant. And, Maur. ex Scot. q. 21. vniu. ad 1. Caiet. Soncin. & alij Expositores, quatenus in specie infima vnũ est nomẽ vtriusq; habitudinis, nã cuicunq; cõparetur, siuè superioribus, siuè inferioribus, sẽper est species; vbi in specie subalterna vtraq; habitudo diuersimodè naturã denominat, nã respectu superiorum species dicitur, respectu inferiorum genus. Sunt igitur diuersæ istæ relationes, nõ tñ numeraliter, sed & essentialiter, imò, & oppositæ, sicut relationes Patris, & filij, Domini, & subditi, sunt autẽ essentialiter diuersæ, licèt in vno, eodẽq; subiecto vniãtur, quia relationem diuersitas à formali diuersitate fundamenti, & termini attẽditur, talis autẽ diuersitas interuenit in proposito, quia terminus prædicabilitatis sunt inferiora, de quibus natura prędicatur, fundamentũ verò ipsa naturę cõmunitas, in qua illa inferiora cõueniunt; terminus autẽ subijcibilitatis est ipsum superius, cui eadem natura subijcitur, fundamentum verò inferioris, seu dependentia ab illo; adhuc tñ bene possunt oppositæ relationes eidem cõuenire respectu diuersorum, & sub diuersa ratione.

Ex quo deducitur, vt bene Mayrõ adnotauit passu 3. & 4. vniuers. & sequuntur Complut. disp. 6. q. 1. Sot. c. de specie Masius sect. 1. q. 4. Sanch. q. 53. Auersa q. 11. sect. 3. & alij. Speciem respectu subijcibilis, & prædicabilis æquiuocum nomẽ esse, quia isti respectu sunt oppositi, & ita diuersi, vt sub nomine speciei in nullo conueniant, quia non potest dari vna definitio communis vtrique speciei formaliter sumptæ; conueniunt ergo species prædicabilis, & subijcibilis tantum in nomine speciei, cum aliqua tamẽ analogia, quia vt aduertit Orbell. cap. de specie, nomen speciei verius conuenit speciei specialissimæ, quam subalternæ, dicitur namque species à specificando, seu determinãdo, genus autem magis determinatur in specie specialissima, quæ non potest vlterius specificari, & determinari per differentias formales, quã in specie subalterna, quæ adhuc est specificabilis, & determinabilis essẽtialiter. Hac igitur de causa Porph. distinctas de vtraque specie tradidit definitiones; & speciẽ prędicabilẽ definit per ordinẽ ad inferiora dicẽdo *Species est, quæ de pluribus numero differentibus in quid prædicatur*, subijcibilem verò in ordine ad superiora dicẽdo *species est, quæ subijcitur generi, & de qua genus in quid prædicatur*, probabile .n. est hãc esse vnicã, & integram definitionẽ, vt innuit Scot. q. 21. in sol. ad 3. nõ verò plures, vt quidã sunt arbitrati; Quęritur ergo in pñti, an istæ definitiones sĩt rectè assignatę.

Dicendum est vtramque esse rectè assignatam; ita communiter Doctores, & Scotus præsertim q. 21. vniuers. & probatur, quia vtraque harum definitionum explicat adæquatè essentiã definiti, ipsũque distinguit à quocunq; quod non est ipsũ; vt patet discurrẽti per singulas; & quidẽ definitionẽ speciei prędicabilis, quantum ad eas particulas, in quibus conuenit cũ genere, explicare non est modò necesse, cum satis liqueant ex explicatione definitionis generis; vnde solũ restat explicare particulã distinguẽtẽ speciẽ à genere, quæ est illa *de pluribus numero differentibus*, & expositiuè debet intelligi, vt &t de illa particula *pluribus specie differentibus* diximus circa definitionem generis quatenus exponit, & dat intelligere propriam differentiam, quæ est prædicari totam essentiam indiuiduorum, sicut enim id, quod prædicatur de pluribus specie differentibus, necessariò dicit solum partem essentiæ illorum, ita quod prædicatur in quid de pluribus numero differentibus, eo ipso dicit totam essentiam illorum, differentia enim numeralis sola non est essentialis, sed materialis; Vnde numerus hic accipi non debet pro numero prædicamentali, qui spectat ad prædicamentum quantitatis, atque ideò

dicitur

dicitur quantitatiuus, & fit ex diuisione cōtinui; sed pro numero trāscendētali, ac entitatiuo, qui resultat, & cōstituitur ex pluralitate quarūcunq; rerum, & per res numeratas intelligimus illas, quæ sunt multiplicatæ per differentias intrinsecas indiuiduales, quæ dici solēt hæcceitates, ac proinde sunt vlterius incōmunicabiles, hæc.n.sunt ea, quę propriè numeraliter differre dicuntur, & dicuntur indiuidua; Parum autē refert, quod hæc indiuidua sint ęqualis perfectionis, vt aliqui exposcunt, quia apud admittentes talē inæqualitatē indiuiduorū sub eadem specie, non ob inde faciunt illa essentialiter diuersa, sed solū indiuidualiter, q.a inęqualitas illa cōtinetur infra latitudinē graduū indiuidualiū; qualis autē debeat esse numeralis multitudo, de qua species dicatur, an actualis in re, vel saltē in intellectu, an sufficiat tū aptitudinalis, vt dicis de Sole, Luna, Phęnice &c. dicemus ar.3.

Definitio etiam speciei subijcibilis est exactè tradita, vt patebit discurrēdo per eius particulas; Cum n. dicitur *species est, quæ subijcitur generi*, possct ita explicari, vt fecimus in Inst. cū cōmuni; vt sit illud subijcibile, q̄ generi immediatè subjcitur, per quod excluditur indiuiduū, quod nō subijcitur generi immediatè, sed mediante specie, vnde & ipsa incōpleta, seù generica, esto immediatè generi subdantur, vt q. præced. art. 3. dictū est, adhuc tū ei subduntur sub rōne speciei potius, quā generis. Verū quia pręterquā quod apponendo ly *immediatè* est addere nouā particulā definitioni ad excludendum indiuiduū, data hac expositione sequitur, q̄ homo non esset species substantiæ, vel corporis animati, quia sub nullo istorum immediatè ponitur, vt bene vrget Mayron. pas.4. Ideò cū ipso ibidem pręstat dicere sensum illius definitionis esse, quòd species sit vniuersale, quod generi subijcitur, quia hic solum agimus de eo, quod tanquam vniuersale, seù vnum ex quinque prædicabilibus subijcitur, vnde eo ipso excluditur indiuiduum, quod esto generi subijciatur, nō tū tanquā vniuersale. quā expositionē recipiūt Louanien. & Auers. sect.2. Quod si obijcias, speciem vt subijcibilē non esse vniuersalē, ac proinde neq; vt ponitur sub genere; Occurritur facile, ex dicendis ar.6 q.q. licèt formaliter, & reduplicatiuè species, vt subijcibilis non sit vniuersalis, materialiter tū & specificatiuè talis est; illa verò particula, *ponitur sub genere*, vel *generi subijcitur*, explicat naturam speciei subijcibilis, & relationem subijcibilitatis, per quā constituitur in tali esse, & tandem dum additur, *de qua genus in eo quod quid est prædicatur*, explicatur modus subijcibilitatis nempe subijci in quid, & sic explanatæ manent hæ duæ definitiones.

Ne autem vt conatur ostendere Arriaga disp.7. sect.2. in his definitionibus circulus committi dicatur, dum species per genus, & genus per speciem definitur, obseruandum est cum Tatar. q. de specie §. *secundo sciendum*, quod vnum relatiuum non debet definiri per suum correlatiuum, sed per fundamentum sui correlatiui, vt euitetur circulus, & sic in proposito species non debet intelligi esse definita per genus formaliter captum, sed fundamentaliter, quam doctrinā latè prosequitur Blanc. sect.8. de genere, & sect.2. de specie, & ex eo confirmat, quia genus respicit speciem, & species genus eo modo, quo vniuersale respicit inferiora, sed vniuersale non respicit inferiora, vt relatiua sūt, ergo nec genus speciē, nec species genus, minor patet, nā in definitione vniuersalis nulla fit mētio relationis inferioritatis, definitur namq; q̄ sit vnū aptū esse in multis, ergo vniuersale solū respicit inferiora, vt multa sūt, nō vt inferiora sūt; sed quomodo vnū relatiuū debeat definiri per aliud, dicemus disp.8.

In oppositum obijcitur 1. contra definitionem speciei prædicabilis, quia cōuenit alijs à definito; tum quia conuenit Deo, qui prædicatur in quid de pluribus nu-

numero differentibus.s.de Patre, Filio, & Spiritu Sancto, qui in eadē natura subsistentes cōstituunt numerū trinum personarū. Tū 2. quia etiā persona de illis tribus, vt personæ sunt, prædicatur in quid, talē .n. conceptū esse ab illis abstrahibilē concedit Doctor 1.d.23. q.vn. in fine, & clarius d.26.q.vn.infra Y. & in illis re ipsa multiplicatur, quia tres personæ diuinæ realiter inter se distinguuntur, vt personę sunt, & tñ neq; Deus, nec conceptus personæ diuinæ ad illa tria supposita est species. Tum 3.alia etiā multa prædicantur de plurib. numero differētibus in q.d, quæ tñ non sunt species, vt patet de anima rationali, de materia prima, de pūcto; & alijs quibusdā entibus incōpletis. Tum tandē, quia differentia, proprium, & accidens prædicantur in quid, & vt tota essētia de suis inferioribus, rationale .n., risibile, & albū pdicantur, vt tota essentia, de de hoc rōnali hoc risibili, & de hoc albo.

Resp. negando assumptum, ad primā prob. constat ex dictis disp. præced. q.2. ar.3. prope finem, quod natura diuina in tribus personis existens nequit dici vniuersalis per modum speciei, vt docet Doctor 1. d.8. q.3. prope finem, & Tatar.q. 1. prædicam. dub.3. quia non est in eis cum sui diuisione, ac multiplicitate numerali, sed eadē numero in oībus, vnde licèt dici possint tres numero personę, nō tñ tres numero Dij, qua rōne docet Scotus 1.d.24. q.vn. tria diuina supposita nō posse absolutè, & simpliciter dici numero differentia, sed tm̄ secundū quid .s. cū hac determinatione psonarū, quatenus dici pōt, quòd sunt tres numero personę. Ad 2. difficilior est solutio, si datur talis conceptus communis personæ ad tres diuinas personas, quia talis ratio communis esset verè multiplicata in illis, & ideò variant Auctores; concedunt aliqui habere modum speciei, quia in ratione personæ nonnisi numero differunt. Arriag.disp.7.sect.3. inquit habere modum generis, quia diuinæ personæ in ratione personæ formali specie differunt, q.a Paternitas, Filiatio, & Spiratio sunt relationes diuersæ speciei. Hurtad. id concedit scilicet tres diuinas personas nō solo numero differre, addit tñ nec propriè differre specie, quia sunt prorsus ęquales in perfectione, species autem nequeūt esse æquales; ideò concludit conceptū personæ, vt sic, participare de genere, & de specie, & esse vniuersal quoddā, q. Porph.ignorauit, qui tm̄ cognouit vniuersale rerū creatarū, ita loquitur disp.5. sect. 2.Pasqual.verò disp.74. sect.1. data communitate talis cōceptus, negat habere rationē generis, vel speciei, quia vnusquisque horū cōceptuū finitus est, ac limitatus, at quicquid est in Deo, illimitatū est, sed non explicat postea, qualis esset eius vniuersalitas. Nos dicimus, si admittatur, vt est satis probabile communitas talis conceptus ad tres diuinas personas, cui nulla correspondeat realitas à parte rei per ipsum adæquatè concepta, talē conceptū habere modum prædicādi speciei, tñ non esset verè species, cū hæc debeat præsefetre realitatē potentialem ad hæcceitatē, vt ait Scot.1.d.8.q. 3.in fine, quia licet Paternitas, Filiatio, & Spiratio, quatenus relationes sint alterius speciei, tñ in rōne personalitatū solo numero differunt; constaret etiā suo modo ille conceptus ex conceptu generico, & differentiali, cū abstrahi possit per intellectum adhuc inadæquatè concipientem conceptus communis personis creatis, & increatis, vt Scotus docet loc.cit. qui haberet modum generis, cum hoc tamen stat, quicquid est in Deo à parte rei, esse infinitum, & illimitatum, isti namque cōceptus inadæquati pendent ex nostro concipiendi modo, nec explicant res, vt sunt in se distinctè, & adequatè.

Ad 3. respondent ex Caiet. Complut. Amic. Io.de S.Th. & alij, q. entia incōpleta sicut nō ponūtur in recta linea, ita nec propriè, & sīpliciter sūt vniuersalia gn̄a, aut species, sed tm̄ secūdū q.d. Sed vt cōstat

stat ex dictis disp. præced. q. 4. dub. 2. etiã naturæ incõpletæ fundare possunt verã, & perfectã vniuersalitatẽ, quia eodẽ modo respiciunt sua inferiora, sicut naturæ cõpletæ, nã sicut animal est pars materialis hominis, & leonis, & vt sic de illis prędicatur, sic anima est pars materialis animæ vegetãtis, & sentiẽtis, & vt sic de illis ꝓdicatur, vnde licèt naturæ in se sint incõpletę, vniuersalitas tñ illis cõueniẽs est cõpleta. Nec obstat, ꝙ non sint directè in prædicamento, bene .n. stat, ꝙ aliquid sit directè in prædicabilibus, ꝙ indirectè tm̃ reperitur in prædicamentis, vt patet de differentia, quæ est vnum de prædicabilibus, & tñ non est directè in prædicamẽtis; quare cũ huiusmodi genera, & species dicuntur incõpleta, id debet intelligi fundamentaliter tm̃, non formaliter rõne ipsius vniuersalitatis, cui doctrinæ subscribuntMurcia hic q. 3. dub. 6. Blanc. disp. 3. sect. 16. & alii. Ad 4. concedimus differentiam, proprium, & accidens sic consideratã, in ordine .s. ad propria inferiora, habere rationem speciei; tũc .n. tm̃ gaudent ratione illorum trium vniuersalium, quando cõparãtur ad sua subiecta, vel quasi subiecta, vt notat Mayr. pass. 3.

Vrgebis adhuc contra eandem definitionem, quia homo est species, & tamen prædicatur de pluribus specie differentibus, vt de masculo, & fœmina, plus namque differunt vir, & mulier, quàm duo viri, sed hi numero differunt, ergo illi specie, quia interdifferentiam numericam, et specificam nulla mediat. Hac de causa Rodulphus Agricola lib. 1. de inuent. c. 6. et quidam alij dixerunt speciem infimam posse esse genus intermedium; sed prorsus ineptè, cũ hoc sit omninò impossibile, quantum verò spectat ad argumentum in se, dicendum est masculum, et fœminam non differre, nisi specie accidentali, non verò essentiali, et in hoc sensu verum est plus differre virum, et mulierem, quàm duo viri abinuicem, vnde in differentia numerali admittenda est latitudo accidentalis.

Deinde arguitur cõtra definitionẽ speciei subijcibilis, quia datur aliqua species prædicabilis, quæ nulli generi subijcitur, vt materia prima, quæ iuxta nostrã sententiã in Phys. disp. 2. q. 4. ar. 1. est species infima, & tamen non est sub genere substãtiæ in prædicamento, & idẽ est de puncto quãtitatis, ꝙ nõ est sub genere quantitatis, cũ nõ sit quantitas. Et quod magis vrget, genus generalissimũ substantię respectu huius, & illius substãtiæ induit modũ speciei ex dictis præced. q. art. 3. dub. 2. ergo saltim respectu indiuiduorũ incõpletorũ, q̃ dicitur generica, dabitur species prædicabilis nemini superiori subijcibilis.

Respondent quidam Thomistæ, quòd sicut non inconuenit dari speciẽ subijcibilẽ, quæ non est prædicabilis, vt ipsi tenẽt de speciebus Angelicis, ita nec inconuenit dari speciem prædicabilẽ, quæ non sit subijcibilis, vnde consequenter hanc diffinitionẽ nõ recipiunt, quibus fauet Caiet. c. de specie, & Tatar. q. de differentia in fine. Nos verò vtrumque habemus pro incõuenienti, & quidem in proposito prorsus absurdũ est speciẽ prædicabilẽ admittere, quæ non sit subijcibilis, quia omnis species, vt talis debet esse sub genere, cõponitur enim metaphysicè considerata ex genere, & differentia, ex illo, vt ex gradu superiori, ex hac autem, vt ex ratione particulari, & contrahente genus; dicendum igitur est, quòd sicut omnis species subijcibilis debet esse in se vniuersalis, vt art. seq. itã omnis prædicabilis est etiam subijcibilis, & sub genere aliquo continetur, quod tamen extra prædicamentũ constituitur, non quia aliquid vniuersalitatis ad genus requisitæ ei deficiat, sed quia non fundatur in natura completa, cui soli datur locus in prædicamento, vt modò contextum est; Ratio huius est, quia omnis natura specifica semper conuenit cum aliqua alia natura in aliquo gradu essentiali v. g. in exemplis allatis materia prima conuenit cum forma substan-

stentiali in conceptu substantiæ, prout distinguitur ab accidente, conuenit etiam in conceptu partis physicæ essentialis, licèt quoad modum constituendi compositum physicũ habeant rationes primò diuersas, vt docuit Doctor 2.d.12.q.1.§.*sequitur secundò*. Pariter punctum quantitatis conuenit cũ instanti temporis in cõceptu indiuisibilis continuatiui, & terminatiui partium abstrahendo à quantitate permanenti, & successiua, vnde sicut diximur definitionẽ speciei prædicabilis, etiã materiæ primæ, puncto, & alijs naturis incompletis competere cum omni proprietate, quantum est ex parte vniuersalitatis; sic etiam per hunc dicendi modum, quem sequitur Auersa q.2. de specie cum multis alijs, optimè defenditur definitionem speciei subijcibilis eisdem conuenire.

Ad aliud de genere supremo de suis indiuiduis prædicante per modum speciei, concedimus eo casu dari speciem prædicabilem, quæ non est subijcibilis, vt etiam loc. cit. diximus ex Didac. disp.7. q.3. qui benè aduertit, cum dicitur, omnẽ speciẽ predicabilem esse quoque subiicibilem, id debere intelligi de speciebus prædicantibus de suis indiuiduis, vt sunt à parte rei, & seruato ordine, quem postulat natura rerũ, cui correspondet ordo prædicamẽtalis; iuxta quem genus non descendit in indiuidua, nisi per speciẽ; quare si interdũ indiuidua immediatè subijciuntur generalissimo, nõ est connaturaliter, & secũdũ quod indiuiduis debetur, sed per intellectum immediatè indiuiduantẽ naturam genericã spreto ordine naturali; itaq; argumentum (etsi subtile) non officit, quia Porph. definiuit speciẽ subijcibilẽ, vt spectat ad seriem prædicamentalem, quę cõtexta est iuxta exigẽtiam naturæ rerũ.

Sed rursus obijcies cõtra eandem definitionem, quia potest etiam indiuiduum immediatè contineri sub genere, ergo illa definitio competit etiam Indiuiduo. Probatur assumptum in illis speciebus, quæ sunt immultiplicabiles indiuidualiter, vt sunt species angelicæ in sententia D.Thomæ, & relationes diuinæ, neq; .n. possunt esse duo Patres, aut Filij æterni, cũ igitur in his speciebus ratio indiuidualis sit eadẽ formalissimè cũ specifica, ponetur vtiq; immediatè sub genere. Hoc argumentũ existimat Arriag. disp.7. sect.2. difficilis solutionis, & re vera difficile est apud admittẽtes illas species, & distinguentes speciẽ subijcibilem ab indiuiduo per hoc, quod immediatè ponitur sub genere, at neutrũ horum nos tenemus, negamus.n. has species, vt cõstat ex dictis disp. præced. q.4. dub.1. & magis patebit ex dicendis art. seq. neq; per illã positionẽ immediatã sub genere præcisè distinximus speciẽ subijcibilem ab indiuiduo, sed per hoc, quod species subijcibilis semper est in esse vniuersalis, licèt non quatenus subijcibilis, vt mox dicemus.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Per quid constituatur species in esse secundi vniuersalis, num vt subijcibilis, vel prædicabilis.

Cum in specie infima, quæ est secundũ vniuersale, concurrat hæc duplex habitudo s. subijcibilitatis ad superiora, & prædicabilitatis ad inferiora; nunc indagandum est, per quam habitudinem formaliter constituatur in esse vniuersalis; & hæc quæstio potest etiam agitari de specie subalterna, quatenus in ea concurrit etiam eadem duplex habitudo; in qua singularis est opinio Caiet. c. de specie, vbi significauit speciẽ in rõne speciei, & secundi vniuersalis constitui per subijcibilitatẽ ad genus; vnicum eius fundamentũ fuit, quia propria ratio speciei est esse correlatiuũ generis, hãc autẽ rõnem correlatiui non habet per ordinẽ ad inferiora, de quibus dicitur, sed per ordinem ad genus, sub quo ponitur.

Dicendum tamen est cum communi speciem constitui intrinsecè, & formaliter in esse vniuersalis, non per ordinem

ad

ad superiora, quib. subijcitur, sed ad inferiora, de quib. prædicatur, & ea quidē solo numero differētia. Conclusio est apud oēs vnanimi cōsēsu cōtra Caiet. recepta, & est Scot. q. 21. cit. in sol. ad 4. vbi ait, secundā definitionē de specie datā, q. s. pdicatur de pluribus numero differētibus, esse propriā eius, inquantū est vniuersale; & probatur rōne tam valida ab ipsomet Caiet. existimata, vt loc. cit. eā insolutam reliquerit. Species ideò est vnū de numero vniuersaliū, qa participat rōnem vniuersalis in cōmuni, ergo cōnstitutiuum eius debet esse infra latitudinē formalis constitutiui ipsius vniuersalis in cōmuni, implicat. n. quòd relatio quædā in cōmuni tendat ad vnū terminū, & relatio sub ea cōtenta, veluti species tēdat ad oppositū, ergo cum vniuersale in cōi constituatur in esse tali per habitudinē ad inferiora, consequenter quodlibet vniuersale sub eo contentū debet in esse tali cōstitui per relationē eiusdē rōnis magis coarctatā, & non per oppositā relationē. s. ad superiora. Quod autē vniuersale cōstituatur per habitudinem ad inferiora in esse tali, patet, quia respectu sui termini, se habet vt superius, vnde illū sibi subijcit, non autem ei subijcitur; ergo species non constituitur in esse vniuersalis per esse subijcibilem superioribus, sed per esse prædicabilem de inferioribus. Accedit subijcibilitatem speciei, & indiuidui formaliter esse eiusdem rationis, esto ex parte materialis fundamenti differant, vt diximus initio quæstionis, ergo per subijcibilitatē constitui nequit in esse vniuersalis, cū eadē subijcibilitas cōpetat indiuiduo.

Fundamentum verò Caiet. facilè diruitur ex doctrina, quam habet Scot. in hac qu. cit. ad 4. vbi docet, quod vtique species secundum suam propriam rationem formalem dicitur ad genus, velut ad eius primum correlatiuum, at secundum rationem sui generis, sub quo continetur. s. vniuersalis dicitur etiam relatiuè ad inferiora, de quibus prædicatur, vniuersale enim refertur ad subijcibile; ex quo infert, quod species per se primò refertur ad genus, per se autem non primò, ad indiuidua, velut inferiora, quæ ratione sui generis. s. vniuersalis; vnde tandē concludit, quòd esto definitio eius in ratione subijcibilis. s. data in ordine ad genus, sit speciei propria secundum se, quia datur per eius primum correllatiuum, secunda tamen, quæ datur per ordinem ad inferiora, licèt detur per posterius correlatiuum. s. per indiuidua, adhuc est magis ad propositū, quia est propria speciei, inquantū est vniuersale, quo modo præsertim hìc consideratur à Porphir. ex quo patet ad argumentum Caiet. falsū esse, q genus sit correllatiuum speciei, quatenus est vniuersale quoddam.

In oppositum tamen adhuc vrgeri potest; quia quod immediatè subijcitur generi est vniuersale, sed species quatenus subijcibilis immediatè subijcitur generi, ergo quatenus subijcibilis est vniuersalis. Tum 2. quia species ideò est vnum de numero vniuersalium, quia continetur sub vniuersali in communi, vt eius pars subiectiua, sicut homo dicitur animal, quia continetur sub animali, sed species, quatenus sub vniuersali continetur, est subijcibilis, ergo &c. Tum 3. vt species subijciatur generi, opus est, vt abstrahatur ab indiuiduis, ergo vt sic est vniuersalis. Tū 4. species subijcibilis pdicatur de hac, & illa specie subijcibili, ergo inquantum subijcibilis est formaliter vniuersalis. Tū 5. qa species subijcibilis sēp est vniuersalis, & ē cōtra, vt dictū est. & adhuc magis patebit ex dicēdis, ergo &c.

Resp. quod immediatè subijcitur generi esse vniuersale materialiter, & specificatiuè, & sensus est, naturam, quæ ponitur sub genere, esse vniuersalem, nō tamen formaliter, & reduplicatiuè, quasi sit vniuersalis, quia illi subijcitur, quia respectu eius vniuersalitatem non exercet, seù superioritatem, sed inferioritatē. Ad 2. patet per idem, speciem, quatenus

 con-

continetur sub vniuersali, esse vniuersalē materialiter, & specificatiuè; vel potius neg. assūptū cū eius probatione, homo.n. non dicitur animal, quia subijcitur animali, vt generi suo, sed potius è cōtra subijcitur animali, quia est animal, & participat rationē ipsius, hoc.n. est fundamentū relationis subijcibilitatis, quæ illi accidit per intellectū, sic igitur in proposito, nō ideò prædicabilia sunt vniuersalia formaliter, quia sub vniuersali continentur, sed potius ideò vniuersale de his quinque prædicatur, quia hæc sunt vniuersalia, & rationē participāt ipsius vniuersalis; quæ cōsistit in ordine ad inferiora. Ad 3. in eo statu abstractionis est solum vniuersalis metaphysicè, non logicè, & quando concederemus etiam logicè vniuersalē esse, tunc dicere præstaret possidere vniuersalitatē ex vi abstractionis ab inferioribus, non ex vi subiectionis ad superiora. Ad 4. neg. conseq. quia ex cōparatione speciei ipsius subijcibilis ad hanc, & illam resultat in ipsa vniuersalitas, à qua formaliter denominatur vniuersalis, & sic induit modum speciei prædicabilis, vnde talis species erit subijcibilis, vt quid, prædicabilis, vt modus. Ad 5. negat. sequela, verū quidē est speciē, quæ subijcibilis est, esse vniuersalē, non tamen talis est, quatenus subijcibilis, sicut è contra species, quæ est prædicabilis, est etiam vtiq; subijcibilis, non tamen talis est, quatenus prædicabilis.

Sed adhuc fortius vrgebis, genus subalternum non constituitur in esse vniuersalis subalterni per prædicabilitatem, sed per subijcibilitatē, ergo, & species poterit quoque per propriam subijcibilitatē constitui in esse vniuersalis infimi, prob. assumptū, quia non constituitur in tali vniuersalitate per prædicabilitatem de pluribus specie differentibus, quia hæc etiam conuenit generi supremo, nec per eam, quæ est de pluribus numero differētibus, quia hæc etiam conuenit speciei infimæ, ergo per nullam prędicabilitatem constituitur, sed præcisè per subiicibilitatem. Resp. hîc committi fallaciam, quæ fit secundū plures interrogationes, vt vnā, petitur enim per quid constituatur genus subalternum in tali esse, quasi quid vnum sit in eo esse genus, & esse subalternum, quæ tamen duo valde diuersa sunt, nam esse genus cōuenit ei per habitudinem ad inferiora; de q̄bus dicitur, esse verò subalternū conuenit ei per ordinē ad superiora, quibus subiicitur, & quatenus species subiicibilis, non quatenus genus; itaque ad arg. dicimus, ꝙ esto genus subalternū, quatenus subalternum, cōstituatur per subijcibilitatē, nihilominus quatenus genus constituitur per prædicabilitatem de pluribus specie differentibus, nec obstat, quòd talis prædicabilitas competat etiam generi supremo, quia vt diximus ar. vl. q. præced. in fine genus supremum, & subalternum non differunt essentialiter in ratione generis, & vniuersalis.

Instabis adhuc, genus generalissimū nō cōstituitur in hac suprema vniuersalitate per ordinē ad inferiora, sed præcisè p hoc, ꝙ supra se aliud genus nō habet, ergo genus subalternū in sua coarctata vniuersalitate constituetur præcisè per hoc, ꝙ supra habet aliud genus; prob. assūptū, tū ex Porph. tū ex Sc. 1. d. 8. q. 3. O. vbi docet nō esse de rōne generis generalissimi plures sub se habere species, & dat exēplū de q̄do, ꝙ cōstituitur vnū ex 10. generibus supremis, licèt sub se paucas habeat species, aut nullas, eo præcisè quia nō habet aliud supraueniens genus. Resp. similiter, vt ad p̄cedens, aliud esse loqui de genere generalissimo, vt genus est, & vt generalissimū est, verū enim est assūptū, si consideretur vt generalissimum est, non autē vt genus est, & in hoc sensu loquuntur Porph. & Sco. qui optimè dixit generalissimo, vt tali, prorsus accidere, ꝙ habeat sub se species, quia non cōstituitur in tali esse per ordinem ad inferiora, sed per negationem ordinis ad aliud superius, sicut è contra si generalissimum, & subalternum considerentur, quatenus vniuersalia.

ita protsus accidit eis habere, vel non habere genus supraueniens, vt notat Brasau. cum Maurit. q. 12. Vniuers.

Pro complemento huius articuli restat dubium dissoluendū, ꝙ hic agitari solet, quia eius resolutio multū iuuat ad cognitionē speciei secundi prædicabilis; cum. n. videamus has duas habitudines subijcibilitatis, & prædicabilitatis concurrere in specie infima, & subalterna, quæritur an concurrant per accidens, & veluti disparatæ, an potius concurrant, vt per se connexæ, ita quod vna sit de ratione alterius, siue vna fundamētum alterius, & origo. Circa ꝙ dubiū tria præsertim reperimus Auctorum placita, duo extrema, & aliud mediū cū distinctione procedens. Prima itaq; opinio extrema absolutè asserit esse disparatas, itaut vna veluti per accidens se habeat ad aliā, quia nec subijci generi est per se de ratione vniuersalis, ac prædicabilis de multis, nec è cōtra esse prædicabile est de ratione subijcibilis, potest. n. & de facto vna harū rationū reperitur sine alia, cū in generibus supremis reperiatur prædicabilitas sine subijcibilitate; & in indiuiduis subiicibilitas sine prædicabilitate, ita Albert. tr. 4. prædicab. c. 2. Cōplut. disp. 6. q. 3. Masius sec. 1. q. 4. Didac. disp. 7. q. 2. Runius q. 2. Galleg. controu. 14. & alii.

Altera opinio extrema docet esse per se connexas, & vnā originari ab alia, nimirū vel subiicibilitatem ex prædicabilitate, vel è contra; Caiet. cit. postquā constituit essentiā speciei in subiicibilitate, ait deindè prædicabilitatē sequi ad rationē subiicibilis, vt eius propriā passionem, itaut dicere valeat, ideò species est apta de indiuiduis prædicari, quia subiicitur generi. Tolet. è contra q. vn. de specie, & Sanch. q. 33. log. significāt subiicibilitatē sequi ad vniuersalitatē, velut eius passionem, itaut dicere valeat, species, ideò subiicitur generi immediatè; quia est quid vniuersale in se, indiuidua. n. nō imediatè subdūtur generi.

Tertia opinio media cum distinctione procedit, & ait, quòd si fiat sermo de his rationibus subiicibilitatis, & prædicabilitatis præcisè consideratis, vtiq; non sunt per se connexæ, vt benè demonstrant rationes primæ sententiæ, nec vna per se consequitur ad aliā, cū sint respectus oppositi, ex vi. n. prædicabilitatis v. g. sequi solū potest id, quod est superioritatis, non quod est inferioritatis, & subiectionis. Si autē sit sermo de vniuersalitate limitata, & coarctata, qualis est vniuersalitas speciei, vtiq; in hoc sensu dicendū est ex ipsa oriri subiicibilitatē immediatā ad genus, vt eius propriam passionē, licèt enim ex vniuersalitate, vt sic, nequeat oriri subiicibilitas, quatenus tamen limitata, & determinata benè sequi potest; concludit igitur prædicabilitatē, & subiicibilitatem in hoc sensu esse per se connexa in specie, quatenus eius vniuersalitas nō est suprema, sed limitata, & subordinata, hoc enim ipso quod prædicabilitas, quæ pertinet ad rationē speciei, non est prædicabilitas suprema, sed inferior, per se, & non disparatè petit fundare relationē subiicibilitatis, sine qua ratio inferioritatis nequit intelligi, omne enim inferius subiicibile est; Conf. quia secundū prædicabile non habet esse vniuersale quomodocunque, sed vniuersale subordinatum, & non minus altero scilicet genere, ergo id, quod conducit ad hoc, vt sit vniuersale minus amplum altero, non potest disparatè se habere ad constitutionem talis vniuersalis, siquidē de intrinseca ratione eius est, quòd sit vniuersale subordinatū, & inferius, sicut non disparatè se habet ad constituendā causā secundā hoc quod est subordinari causæ primæ, & in ordine politico ministro inferiori non est per accidens, & disparatū, quod subordinetur superiori; ita Ioann. de S. Th. q. 8. ar. 1. idemq; sentire videtur Auersa q. 11. log. sec. 3.

Dicendum est pro resolutione dubii subiicibilitatem, & prædicabilitatem vtique in specie necessariò connecti, non tamen velut causam, & effectū, quasi quod vna per se oriatur ab altera, sed potius

veluti duos effectus ab eadē causa procedentes, sub diuersis tamen causandi rationibus. Cōclusio sequitur ex dictis, & mox dicendis, estque consona doctrinæ Scoti q.21.cit. & quoad omnes partes probatur, & primò quidem illas duas rationes in specie necessariò connecti ex eo constat, ꝙ in serie prædicamētali, & iuxta ordinē à natura institutum nulla est species prędicabilis, quæ non sit subiicibilis, quia species essentialiter constituitur ex genere, & differētia, ergo necessariò alicui subiicitur generi, & quando genus supremum prędicatur de suis singularibus immediatè per modū speciei, constat ex dictis in fine præced. ar. id esse præter ordinē cōnaturalē rerū, & ex mero intellectus beneplacito, & re vera tūc genus supremū, vt substātia, adhuc habet rationē generis, licet induat modū prædicādi speciei, vnde est genus, vt quid, species vt modus, quare cū re vera species non sit, mirū non est, si generi non subiicitur, ex alia etiam parte non est dabilis species subiicibilis, quæ nō sit prædicabilis, vt constat ex dictis disp. præced. q.4. dub.1. & adhuc dicemus iterū, ergo hæ duæ rationes subiicibilitatis, & prædicabilitatis necessariò coniungūtur in specie, etiāsi quātū est de se possint seiunctæ inueniri in diuersis subiectis, vt benè demōstrant rōnes primæ sententiæ.

Deindè ꝙ nō cōnectantur velut causa, & effectus, probatur, quia istæ habitudines sūt oppositæ, vnū autē oppositū non per se oritur ex alio, nec physicè, nec metaphysicè; tū quia tota ratio subiicibilitatis sita est in relatione inferioris ad superius, ratio prædicabilitatis è contra, ergo ab his relationibus nequeunt deriuari nisi relationes ad eosdem terminos, non autē ad oppositos. Si dicas cū 3. opin. ꝙ licèt subiicibilitas nequeat deriuari ex prædicabilitate, vt sic, nam ita sunt opposita, benè tamen ex prædicabilitate, quatenus limitata, & subordinata, nā hoc ipso ꝙ prædicabilitas non est suprema, sed subordinata, tunc prædicabilitas petit fundare relationē subiicibilitatis. Contra hoc est, ꝙ illa limitatio, & subordinatio nō tollit oppositionē ꝑdicabilitatis cū subiicibilitate, ergo adhuc obstat, ne vna ex alia deriuetur; tū quia non videtur maior ratio, cur subiicibilitas potius oriatur ex prædicabilitate limitata, & subordinata, quā è cōtra, imò subordinatio prędicabilitatis videtur supponere subiectionē ꝑdicabilis potius, quā præcedere, ita ꝙ sit verū dicere, ideò prædicabilitas animalis, vel hominis est limitata, & coarctata, quia animal nō est supremum genus, sed subalternum, non ergo subiicibilitas ex prædicabilitate etiā limitata, & coarctata deriuatur; sed potius è cōtra dici deberet, si inuicē sub ordinarentur in ratione causæ, & effectus.

Si dicas iterum cū Auctoribus tertiæ opinionis, ideò potius subiicibilitatē ex ꝑdicabilitate limitata oriri, quā è cōtra, quia prior, & essentialiter est in specie habitudo ad inferiora, p quā cōstituitur in rōne vniuersalis, quā habitudo ad supiora. Cōtra hoc est, ꝙ res potius opposito modo se habet, ꝙ nimirum in specie, vt species est, prior, & essētialior est subiicibilitas, & ordo ad superiora, quā ad inferiora, vt Scot. docet q. cit. in sol. ad 4. vbi proindè genus appellat primū correlatiuū speciei, indiuidua verò correllatiuum posterius, quem sequuntur Cōplut. cit. Blanc. disp. 3. sec. 3. Fuent. q. 8. diff. 1. ar. 3. & alii quāplures, & probatur manifesta ratione, quia prius est rē cōstitui in sua essentia, quàm aliud cōstituere, vel alteri communicari, dū enim communicatur, iam in suo esse constituta supponitur, sed species per subiectionem ad genus intelligitur illud participare velut rationem superiorem, & partē essētiæ eius: per prædicationem verò intelligitur aliis communicari, ergo in specie subiicibilitas re vera prædicabilitatem præcedit; Et adhuc magis declaratur, prius naturam specificam intelligimus contrahere genus, quam contrahi ab indiuiduis, quia per contrahere genus media differentia constituitur in esse speciei, sed

qua-

quatenus genus cōtrahit, intelligitur subijcibilis, quatenus cōtrahitur ab indiuiduis, intelligitur prędicabilis, ergo subijcibilitas praecedit praedicabilitatem.

Respondet Io. de S.Th. aliud esse speciē contrahere genus, & aliud subijci generi, illud .n. pertinet ad cōstitutionē naturae in se, quae fit per genus, & differētiā, subijcibilitas autē dicit relationem rōnis, qua coordinatur species generi, & sic pertinet ad secundā intētionem naturae, nō ad cōstitutionē, & in hoc genere intētionis prior est vniuersalitas, & prędicabilitas in ordine ad constituendū secundū praedicabile, ꝙ est species, quā subijcibilitas, licèt respectu naturę secundū se prius intelligatur contractio generis, quae est fundamentum subijcibilitatis, quàm contrahibilitas ad indiuidua, quae est fundamentū vniuersalitatis; sed haec solutio ex ipsius dictis reijcitur; nā si verum est, vt ipse fatetur, cōtractionē generis in specie esse fundamentū subijcibilitatis, & pręcedere cōtrahibilitatē ab indiuiduis, quę est fundamētū praedicabilitatis, sanè sequitur etiā secundā intentionem subijcibilitatis praecedere debere intentionem praedicabilitatis, nā istae intētiones eundem rōnis ordinē fundant inter se, quē habēt à parte rei fundamenta, alioquin non dicerētur fieri cū fundamento in re. Quòd autē inquit relationē praedicabilitatis esse priorē quoad cōstituendā speciē in esse secūdi praedicabilis, parū refert, hoc .n. vtique verū est, imò nō solū est prior, sed vnica, & praecisa ratio constituens speciē in esse praedicabilis, at hoc non quaeritur in proposito, sed quaeritur quaenā istarum rationum praecedat in specie, vt species est absolutè loquendo, non vt vniuersale.

Denique quod connectantur potius, veluti duo effectus ab eadem causa procedentes sub diuersis rationibus causandi, quae erat vltima pars cōclusionis, probatur, quia differentia essentialis duo habet, vnum est, quod est determinatiua, & contractiua essentiae generis ad constituendam speciem, alterum est, quod in se importat gradum formalem essentiae adhuc communicabilem, quia licèt rem à se constitutam constituat in esse subijcibili ad genus, quod contrahit, nō tamen eam constituit in vltimo esse subijcibili, vt facit indiuidualis differentia, cum igitur ratione primi muneris, nimirū quatenus contractiua, speciem constituat in esse subijcibili ad genus, quod contrahit, quia speciem constituit sub illo determinato genere, cumque ex alio capite, quatenus non est vltima omninò differētia, & incōmunicabilis, cōstituat naturā vlterius cōmunicabilem, & potentem esse in pluribus, planè constat subijcibilitatem, & praedicabilitatē in specie a differētia specifica oriri sub diuersis rōn rationibus, ex ipsa namq; vt contractiua generis subijcibilitas deriuatur, & ex eadē, vt vlterius cōmunicabili oritur pdicabilitas speciei.

Et ex his facile satisfit fundamentis earum opinionum, praesertim tertiae, quae vtiq; maiorem habebat caeteris apparentiam veritatis, nil enim aliud efficaciter probat, quam duas illas rationes subijcibilitatis, & praedicabilitatis non omninò per accedens, & disparatè concurrere ad cōstitutionē huius secūdi prędicabilis, de cuius intrinseca ratione est esse vniuersale subordinatū, & minus amplū genere. Hoc sanè verum est, & nos quoque vltrò fatemur, atq; ideò hac de causa diximus, illas rationes esse necessariò connexas in specie, verum non probat esse cōnexionē inter illa, velut effectus, & causae ita ꝙ vna dependeat, & oriatur ab alia.

Sed obijcies, quod dari possit, imò de facto dentur species subijcibiles, quę non sint praedicabiles, multi namque tales esse asserunt relationes diuinas, quae sunt immultiplicabiles intra speciem infimā, quemadmodum ponuntur à Thomistis naturae angelicae, neq; enim possunt esse duo Patres, aut Filij aeterni, & tamen hae relationes sunt inter se veluti specie distinctae ex D.Thom.1.q.32.art.2.& q.10

de potent.ar.2.ad 12.Resp.prorsus implicare species,quę vnũ duntaxat indiuiduũ sub se habere possint,atq; ideò sint solum subijcibiles,nō verò prædicabiles,vt asserit Arriag.disp.7.n.35.ob rõnem allatam, quia si talis species constat ex genere,sub quo ponitur,& differentia specifica contrahente,non apparet, vnde repugnet illi communicabilitas ad plura ex principijs eius intrinsecis,quia nec rõne gradus generici illi repugnaret, vt de se patet,neq; differentialis,quia hic etiā est adhuc vlterius communicabilis, cum non sit indiuidualis.Relationes autem diuinæ,vt diximus ar.præc.in sol.ad 1.quāuis vt relationes, specie inter se differant, qua rõne sunt multiplicabiles,vt cernimus in creatis, cũ quibus conueniunt in præcisa rõne relationis,quatenus tñ personalitates diuinæ,quo sensu sũt immultiplicabiles, nō specie differunt, sed quasi numeraliter, quatenus in conceptu communi diuinæ personalitatis ab eis abstrahibili specificè conueniunt,vt ibidem explicuimus.

ARTICVLVS TERTIVS.

An species in vnico indiuiduo, & genus in vnica specie conseruari possint.

GEnus, & species ex dictis considerari possunt, vel vt tota quædam actualia .i. secundum sua prædicata essētialia, vel vt tota quędā potētialia suas partes subiectiuas respiciētia, & hoc vel metaphysicè,vel logicè; difficultas nō est de ipsis primo modo inspectis, sic .n. oēs concedunt, & genus in vnica specie, & speciē in vnico indiuiduo cōseruari posse, quia secundũ totā suā essentiā cõmunicantur cuilibet suo inferiori, qua rõne dicimus totum animal esse in specie humana, & tota humanitatē in Petro, sed non totaliter ; & hoc significare voluerunt Parisienses, cum c.de gen.dixerunt posse genus secundum existentiam saluari in vnica specie, quia destructis omnibus speciebus sola humanā remanēte, adhuc homo esset animal. Est ergo difficultas de ipsis,vt tota potentialia, seu vniuersalia,tā metaphysica,quā logica;& sēsus est, an ad conseruandā totalitatē suā potentialē secundũ statũ ei cōnaturaliter debitũ exigat genus plures actu species, & species plura indiuidua, an potius sufficiat aptitudinalis respicientia, & ꝙ illa plures species respectu generis,& plura indiuidua respectu speciei sint possibilia.

Quoad genus, tres extant opiniones, duæ extremę,& vna media.Prima extrema docet totalitatem potentialē, seu vniuersalitatē generis tā metaphysicā,quàm logicā in vna sola specie cōseruari posse, etiā si aliæ forent impossibiles,ita Cælest. disp.5.log.sec.2.cũ alijs quibusdā;Fundamentũ huius opinionis est, quia ad hoc, vt genus sit vniuersale metaphysicũ, sufficit,vt veniat in cōpositionē speciei,tanquā pars materialis illius, hoc autē haberet in illa specie, etiā si aliæ implicarent. Rursus de ratione vniuersalis logici est, quod sit vnum in multis, velut pars materialis eorum, sed relatum ad indiuidua illius speciei actualia, vel possibilia, iam habet esse vnum, nam ab illis omnibus indiuiduis abstrahi potest ratio animalis, item habet esse in multis, nempè indiuiduis, & tandem dicit solam partem materialem ipsorum,quia si illa esset species humanā, tunc adhuc animalitas non diceret totam essentiā hominis, ac indiuiduorum eius, sed partem, & hāc quidem materialem, ergo nihil re vera illi deficeret requisitum ad vniuersalitatem tam logicam, quam metaphysicam. Hinc inferunt non ita posse de specie dici, quod in vnico conseruetur indiuiduo quoad suam vniuersalitatem logicam,vel metaphysicam, si alia indiuidua implicarent, qa de rõne vniuersalis est, ꝙ plura respiciat inferiora, in illo autē casu nō posset illa species plura inferiora habere,ꝙ non cōtingit de gñe admissa vna specie,qa haberet ꝓ īferiorib.indiuidua illius speciei.

Alte-

Altera opinio extrema afferit genus pro sua vniuersalitate conseruanda, tàm logica, quàm metaphysica plures species requirere, non solùm possibiles, sed etiam actu existentes; Fundamentũ huius sententię est ex ipsa natura generis deductũ, cum .n. hæc sit essentialiter incõpleta, vt existat secundũ suũ statum connaturalẽ, petit essentialiter perfici per differentias, quia perfectus status potẽtiæ attenditur ex actu sibi adæquato, sed vna differentia non est actus adæquatus potẽtię generis, cũ possit perfici per alias, vndè deducunt genus nõ posse saluari, nisi in duabus speciebus adminus actu existentibus, & aliqui insinuãt, oppositũ nec per Dei potẽtiã fieri posse, quia duæ adminus species sunt necessariæ, vt intelligatur genus esse totũ potẽtiale, nec põt genus intelligi per vnã differentiã diuidi, & ad vnã speciem contrahi, nisi simul ab alia condiuidatur, & in alia specie reponatur, vndè inquit Arist. 3. Met. 10. *necesse est vniuscuiusque generis differentias esse*. Hinc inferunt, nõ ità de specie posse dici, quia licet dicat potentiã per differẽtias indiuiduales perfectibilẽ, quia tñ hæ non sunt essentiales, sed materiales, & quasi accidentariæ, ad suũ perfectũ statum connaturalẽ non indiget natura specifica, vt actu existat in pluribus indiuiduis, sed quoad totã suam perfectionẽ essẽtialẽ, & statũ perfectũ illi debitũ conseruari põt in vnico indiuiduo, vt patet de Sole, Luna, &c. quare ad vniuersalitatem speciei conseruandam sufficit pluralitas indiuiduorum possibilis, ita Boet. lib. de diuis. Alexand. lib. 1. natural. q. c. 11. D. Th. 1. Post. c. 5. lect. 12. Fõs. 5. Met. cap. 28. q. 15. sect. 3. Sot. in log. q. de specie. Tolet. ibidem, Niger q. 41. Flãdria lib. 1. de demonstrat. q. 17. art. 2. Cõplut. disp. 6. q. 2. Ioan. de S. Tho. q. 8. art. 4. & alij Thomistæ passim. Immò vniuersalitatem præsertim logicam speciei aiũt conseruari posse in specie, sub qua non nisi vnum indiuiduum sit possibile, & ità loquuntur de speciebus angelicis.

Tertia sententia media afferit vtique requiri pluralitatẽ specierũ ad seruãdam vniuersalitatẽ generis, itemq; indiuiduorũ ad seruãdã vniuersalitatẽ speciei, tã logicã, quã metaphysicã, negat tñ hãc debere esse necessario actualẽ, & hæc videtur cõmunis Scotistarũ, vt est videre apud Parisiensẽs c. de genere, Ant. And. ibidẽ, sic .n. Scotus insinuasse videtur q. 18. vniu. hoc idẽ asserũt ibi eius Expositores Maurit. Anglic. & alii, & sequũtur ex Modernis quãplures Ruuius in log. q. 4. de spec. Auers. q. 10. sect. 4. Gratiadei sect. 4. dub. 3. Louan. c. de gen. Hurt. dis. 5. sect. 4. Blanc. disp. 3. q. 5. de gen. & sect. 6. de specie, qui tamen specificat ad vniuersalitatem logicam requiri existentiam actualẽ plurium inferiorum per intellectum, non tamen à parte rei. Didac. à Iesu disp. 7. q. 4. Pasqualig. tom. 1. Met. disp. 56. Roccus c. de gen. q. 4. & alij quamplures.

Dicendum 1. quod hæc vniuersalia, si formaliter cõsiderentur, quantũ ad logicã vniuersalitẽ, licèt nõ requirãt plura inferiora à parte rei actu existẽtia, requirũt nihilominus illa actu existẽtia obiectiuè in intellectu, ita tñ vt quãuis à parte rei nõ existãt, sint tñ possibilia illa plura; Cõclusio est Doctoris q. 18. vniu. in fine, vbi dũ ait genus multas actu species requirere per intellectum apprehẽsas, explicat Maur. ipsum loqui de vniuersalitate logica, & docet quoq; Barg. 1. d. 3. q. 6. Prob. quoad omnes partes, & quidem quoad primam, quod nempè plura inferiora actu existentia non requirant, constat ex dictis disp. præced. q. 4. quia hæc sunt vniuersalia essentialia, ac proindè quidditatiuè prędicantia de suis inferioribus, ad veritatem autem prædicationis essentialis, nec subiecti, nec attributi existentia requiritur, vt patet ex Summul's; Neq; dicas esse necessaria illa plura, vt ab eis abstrahant ur illæ vniuersalitates, vt videtur innuere Doctor q. cit. quia licèt regulariter, ita fieri soleat abstractio naturæ ab inferioribus, quo sensu ibi loquitur

Scot. absolute tñ pôt vniuersalitas tota ab vno solo inferiori existête abstrahi, sicut à plurib., imò ēt si nullū existeret, posset adhuc abstrahi à possibilibus saltim ab intellectu angelico à sēsib. nō depēdēte, vt ibi diximus., & fusè ꝓbat Pasqual. cit. sec. 4.

Quòd autem requirant illa inferiora actu existentia obiectiuè in intellectu, probatur, qa vniuersalitas est relatio cōueniens naturæ per opus intellectus, sed nō pôt esse, neq; cognosci relatio sine suo termino, ergo cum adæquatus terminus vniuersalitatis sint inferiora, nō pôt hæc relatio fundari in natura, nisi intelligatur terminata ad illa plura per intellectū apprehēsa, q̄ est habere existentiā obiectiuā; & hæc præcisè sufficit ad terminandā vniuersalitatē, nam relatio non maiorem actualitatē requirit in termino, quā ipsa habeat, cū ergo genus logicū, vt sic, obiectiuè solū in intellectu existat, ad summū requiret in termino existentiam obiectiuā. Hìc tñ aduertēdū est, cū dicimus hęc vniuersalia logicè inspecta requirere pro termino vniuersalitatis plura inferiora obiectiuè existētia, nō est intelligendū, q̄ illa sic actu exigāt, vt in eis actu esse cōcipiantur, sed vt concipiātur actu illis inesse, vel saltim proximè potētia in eis existere, & ratio est, quia vt vidimus disp. pręced. q. 2. ar. 3. non necessariò constituitur vniuersale per actū essendi in multis, sed etiā per aptitudinem proximā: quia verò & ipsa aptitudo rōnis suū terminum exposcit obiectiuè existētem in intellectu, vt benè probat Doctor quæst. cit. ideò diximus vniuersale plura actu inferiora exigere, non tamē in quibus necessariò actu concipiatur in esse, sed vel actu, vel aptitudine, quod manifestè Doctor innuit in fine quæst. cum ait *Nota, quod simpliciter teneri potest, quod genus non est aptum natum dici de multis, nisi quæ concipiuntur ab intellectu*, en quomodo, esto ponat illa plura actu concepta, relationem tamen vniuersalis ad illa ponit aptitudinalem, nam benè potest esse, quod ambo extrema ambo conferantur adinuicē .s. inferius, & superius, in rōne subijcibilis, & prædicabilis, non verò actu subiecti, & prædicati, & sic collatio, & conceptio extremorum erit quidem actualis, sed relatio inter ea versans erit aptitudinalis.

Postremo, quod illa plura actu concepta debeāt à parte rei sub illis naturis esse possibilia, satis constat ex dictis qu. 4. præced. disp. vbi contra Thomistas latè probauimus naturas nō esse capaces vniuersalitatis logicæ, nisi sint à parte rei plurificabiles, ac proinde vniuersalitatē specificam, quam ipsi fabricant super naturas angelicas, sub quibus nō nisi vnum indiuiduum possibile agnoscūt, esse prorsus chymericam, & cōmentitiam, quod etiam adhuc probatur, nā de rōne naturę vniuersalis est, vt sit, vel possit esse vna in multis, sed natura angelica, vt ponitur à Thomistis, nequit esse vna in multis, ergo nequit esse vniuersalis. Prob. min. qa vel illa multa sunt actu existentia à parte rei, & hoc nō, qa vnū tm̄ extat indiuiduū sub his Thomistarū speciebus, vel possibilia, & hoc nō, vt ipsi concedūt, vel saltim sūt ab intellectu cōficta, vt possibilia, vel actu existentia, & neq; hoc, quia respectu taliū indiuiduorū fictorū nō ꝓdicaretur quidditatiuè natura angelica, qa ens reale nō dicitur quidditatiuè de ente rationis.

Respondent Complut. disp. 6. q. 4. angelicam naturam conceptā, vt logicè vniuersalem esse vnam in multis, ad hoc tamen necessarium non esse, quando natura est vniuersalis secundum rationem tātum, vt est in proposito, quod illa multa sint actu existentia, vel actu possibilia, vel actu ab intellectu conficta, sed sufficit, quod ex nostro concipiendi modo ità comparetur ad proprium indiuiduum, ac si haberet alia plura, quod tunc fit, cum à nobis apprehenditur, vt superior ad illud, & indifferens, nam illi, vt sic conceptæ, non repugnat multiplicatio in illis indiuiduis, si possibilia forent. Sanè hæc solutio incapibilis est, cum .n. vniuer-

uersale dicat ordinē ad plura, quando natura angelica concipitur vt vniuersalis, vtique plura, ad quæ referatur, assignari debēt, neq; assignari possūt, nisi in aliquo statu illorū trium, vt discurrenti patebit.

Contra hanc concl. stant Thomistę, inquantū constituunt aliquas species vniuersales in ordine ad multa, etiamsi illa plura non sint à parte rei possibilia sub illis speciebus, quod probāt, Tum quia natura Gabrielis præscindi potest per intellectum à differentia indiuiduali, sub qua actu est, & vt sic accepta non est singularis, ergo vniuersalis, quia sub tali pręcisione concipi potest, vt apta ad essendum in multis. Tum 2. quia conceptus naturę sic præcisè considerate, quando prædicatur de indiuiduo, in quo est, fit prædicatio superioris de inferiori, nā conceptus ille nō est ita determinatus, sicut conceptus indiuidui. Tū 3. indiuiduū Gabrielis ponitur in prædicamento substantiæ, & non ponitur immediatè sub genere, ergo sub aliqua specie athoma, quæ erit prædicabilis de ipso. Tū 4. ipsæ naturæ angelicæ sunt in prædicamento, vt secundæ substantię, sed hæ sunt vniuersales c. de subst. ergo &c. Tū tandē, q̄a natura Gabrielis, & Michaelis differūt specie, & cōstāt ex genere, & differētia, ergo sūt species p̄dicabiles.

Resp. ad hæc omnia vno verbo, esse vera, quia naturæ angelicæ verè sunt multiplicabiles à parte rei in plura indiuidua eiusdem rationis, quo principio negato tunc data hypotesi; Ad 1. negandum est fieri posse talē præcisionem, quia talis abstractio naturæ ab indiuiduatione, vt benè notauit Hurt. disp. 5. sec. 3. fundatur in distinctione naturæ à singularitate vel formali, vel saltim virtuali, quæ cum in naturis angelicis non reperiatur, quia quælibet est de se hæc in sententia Thomistarū, consequenter in eis talis abstractio fieri non poterit sine mendacio; qua etiam admissa, tunc adhuc negandū erit naturam sic abstractam esse formaliter vniuersalē, tunc enim solū ad abstractionē sequitur vniuersalitas, quando natura abstracta non est de se determinata ad talē singularitatē, vt euenit in naturis materialibus, quia .n. nulla istarū de se est ad hæcceitatem determinata, ideò abstracta dicitur vniuersalis; at natura angelica ponitur de se determinata ad talē singularitatem. Dices, natura sic abstracta non est singularis, quia nihil est singulare sine singularitate, ergo est vniuersalis. Negatur sequela, quia & ipsi naturas reales à singularibus abstractas aiunt cum Caiet. neque esse vniuersales, neque singulares, sed esse naturā secundū se, & in suis prædicatis essentialibus. Nec dicas esse vniuersalem, quia tunc conciperetur, vt indeterminata, & indifferens. Hoc enim est falsū, quia talis conceptus de natura illa esset omninò fictitius, velut omninò repugnans eius connaturali conditioni, quę est esse determinatam ad vnū singulare, vnde quando etiam sic conciperetur, tūc dici non posset natura verè vniuersalis, sed tantum concepta ad modum vniuersalis. Ad 2. si conceptus ille est indeterminatus ex ipsa formali ratione naturæ, tūc vtique prædicatio erit superioris de inferiori, quia natura de se multiplicabilis erit; si autem indeterminatio solum venit ex opere intellectus cum repugnantia ex parte obiecti, iā ille conceptus erit implicatorius, & solū fictè esset illa prædicatio supioris de inferiori, verè aūt foret ęqualis de ęquali, q̄a licèt natura cōciperetur cū maiori latitudine, quā indiuiduū, tamē à parte rei forēt æqualis ambitus natura, & hæcceitas. Ad 3. data hypotesi, poneretur Gabriel immediatè sub genere, ideò .n. regulariter ponūtur idiuidua mediatè tātū sub genere, quia aliquo modo ex natura rei distīguūtur natura, & indiuiduatio; vel si poneretur sub specie athoma, illa foret subijcibilis tantū, non verò prædicabilis, nisi de vno solo. Ad 4. essēt secūdæ substantiæ, quia vniuocè prædicarētur de primis, non quidē eo modo, quo genera, & species, cum à parte rei non forent

ampliores primi, sed eo modo, quo ait Arist. cap. de sub. etiam differentias vniuocè prædicari de primis substantijs. Ad vlt. neg. conseq. quia illa compositio ex genere, & differentia solum facit, vt sint species subijcibiles; vt auté forét etiã pdicabiles, opus esset, vt illa differentia esset possibilis in plurib. indiuiduis à parte rei.

Nec etiam nostræ conclusioni obest fundamentum primæ sententiæ, quo cõtendebant seruari posse vniuersalitatem generis in sola specie, etiam si aliæ implicarent, plura sub se indiuidua habentes, quia nimirũ adhuc prædicaretur de illis incõpletæ, & per modũ partis materialis, ꝙ est proprium generis. Hoc assumptum est penitus falsũ, ideò.n.modò *animal* v. g. prædicatur incõpletè, & vt pars materialis de Petro, quia est indifferés, & contrahibile ad alias species animaliũ; verum si nullũ animal esset possibile præter hominẽ, cũ tunc nõ magis pateret animal, quã homo, & nõ minus per animalitaté, quã per humanitaté distigueretur Petrus ab indiuiduis aliarũ specierũ, planè implicat, ꝙ data illa hypotesi pdicaretur incõplètè, & per modum partis materialis, vt magis adhuc cõstabit cõclusione sequẽti.

Sed dices, adhuc in eo casu dicendo, *Petrus est animal*, non explicaretur tota essentia Petri, sicut si diceremus, *Petrus est homo*, ergo adhuc in eo casu prædicaretur incompletè, & per consequens, vt genus. Probatur assumptum, quia data illa hypotesi adhuc homo haberet principium discurrendi, & sentiendi, sed per illam propositionem solum explicaretur principium sentiendi, quia animal nõ est principium discurrendi, ergo &c.

Resp. negando assumptum, quia cum ex hypotesi animal non esset possibile in alia spetie præter humanam, qui diceret animal, diceret etiam rationale, saltim implicitè, & concomitanter, ob mutuam connexionem, quæ tunc esset inter animal, & rationale, neq;.n.ad faciendã prædicationẽ cõpletã semper est necesse exprimere quẽcunq; gradũ essentiæ, nam cum dicimus homo est animal rationale, hæc est prædicatio cõpleta, & tñ implicitè solũ explicantur gradus superiores viuẽtis, corporis, &c. & hoc totũ satis constat ex supradictis, vbi ostẽdimus præsertim art. 3. q. præced. oẽm prædicationem immediatam de pluribus numero differentibus enunciare totam essentiam illorum. Dices, licèt data hypotesi non posset animal reperiri extra humanam speciem, adhuc tamen dicendo, homo est animal, præscinderetur à rationali, & vt sic præcisum non diceret totam hominis essentiam, ergo esset prædicatio generica. Resp. tunc non dari talem præcisionẽ, modo .n. datur ob distinctionem formalẽ, vel virtualẽ, quæ reperitur inter animalitaté, & rationalitaté, tunc autem nulla esset distinctio, & idẽ esset omninò principiũ sentiendi, & discurrẽdi, oĩs autẽ præcisio fundatur super aliquã distinctionem. Vel si daretur talis præcisio, dicendum, vt nuper, quod adhuc prædicatio foret completa, quia affirmans hominem esse animal, affirmaret ẽt virtute & implicitè esse rationalem, & quando etiam prædicatio foret incõpleta, non tñ esset generica, quia nõ esset per modum partis materialis, ꝙ significat esse contrahibilẽ per plures differentias essentiales.

Dicendum 2. quòd hæc vniuersalis .s. genus, & species fundamentaliter inspecta. s. quantum ad vniuersalitatem metaphysicam requiriunt plura inferiora .s. genus plures species, & species plura indiuidua, non tamen actu à parte existentia, sed solum possibilia, ita quod vniuersalitas metaphysica generis possit seruari in vnica tantùm specie à parte rei existente, & vniuersalitas speciei in vnico indiuiduo ob pluralitatem inferiorũ possibilem. Conclusio colligitur ex Scoto cit. & est communis Auctoribus tertiæ sententiæ, atque probatur quoad omnes partes, & quidẽ vt ab vltima incipiamus, ratio euidens eam conuincit, quia vt natura

tura

tura aliqua sit vniuersa metaphysicè debet esse capax vniuersalitatis logicæ, natura autem generica, quæ solũ vnã speciẽ possibilẽ habet, & specifica, quæ vnũ solũ indiuiduũ, non potest esse vniuersa logicè, ergo nec metaphysicè; Accedit, vniuersale quoque metaphysicũ definiri esse illud, quod est aptum esse in multis saltim remotè, sicut vniuersale logicũ dicitur esse illud, quod est in multis, vel aptũ est esse in multis proximè, ergo vt terminus adæquatus vniuersalitatis genericæ in hoc sensu sunt plures species possibiles, & vniuersalitatis specificæ plura indiuidua possibilia.

Sed quia est præcipua difficultas de genere ob Auctores primæ sententiæ, qui aiunt posse saluari quoad vniuersalitatem genericã in vnica tantum specie, etiam si aliæ implicarent, eo præcisè quia veniret in eius cõpositionẽ per modũ partis materialis, probatur id esse falsũ, quia modò in tantum est pars materialis speciei, quia ad plures species est contrahibile, ergo si vna tantũ esset possibilis, certè non posset cõstitui eius pars materialis; Probatur assumptũ, quia si genus nõ esset cõmunius specie, quam constituit, & differentia, qua cõtrahitur, verè non posset dici contrahi, & coarctari per differẽtiã, quia non esset maioris amplitudinis, quã differentia, neque esset ratio, cur species constituta cum alijs speciebus conueniret, sed potius spectaret ad vltimũ distinctiuũ illius naturę, illud n. spectat ad vltimũ constitutiuũ alicuius rei, quod ei soli conuenit; Hinc autem euidenter infertur, quod nõ esset pars potentialis illius speciei, nã vltimũ constitutiuũ cuiuscunq; rei se habet, vt actus, & differentia talis essentiæ. Confir. quia sicut in composito physico ideò materia dicitur pars potentialis eius, quia est susceptiua alterius formæ ab illa, in qua est, ità in cõposito metaphysico natura generica dicitur pars potẽtialis eius, quia est susceptiua aliarum differentiarum, vnde si aliæ species implicarent, omninò destueretur potentialitas generis, ergo ex hoc, quod venit in cõpositionẽ speciei per modum partis materialis arguere debemus, quod pro sua vniuersalitate seruanda plures necessariò exigat species possibiles.

Respõdẽt aliqui posse saluari adhuc potẽtialitatẽ generis in vna sola specie possibili, quod declarant exẽplo materiæ cęlestis, quæ adhuc per modum potentiæ est vnita formæ Cœli, etiamsi alterius capax nõ sit. Sed falsum est posse dari materiam physicã, quæ sit vnibilis cũ vnica tantum forma, vt latè demonstramus in physicis disp. 2. q. 4. ar. 1. & Doctor disertè ostendit 2. d. 14. q. 1. vbi acriter euellit doctrinam illã de materia cęlesti; sed quicquid sit de hoc, planè repugnat genus posse sic vniri cũ differentia, seruata adhuc sua potẽtialitate, si n. nõ ẽ magis de se indeterminatũ, quã differẽtia, si nõ latius illa, cur magis dicetur genus per differẽtiã determinari, & coarctari, quã differẽtia p genus? Demũ differentia est gradus essentialiter separãs rẽ ab alia idẽ genus Participante, ergo essentiale est generi pluribus differentijs specificis esse contrahibile, & consequenter plures species possibiles respicere.

Deindè probatur altera pars conclusionis, quod nõ requiratur inferiora actu existẽtia pro vniuersalitate metaphysica, & quia est præcipua difficultas de genere propter Auctores secundæ sententiæ, qui contẽdunt genus in ratione totius potẽtialis, & vniuersalis metaphysici plures actu species à parte rei exigere, Probatur hoc esse falsũ, quia vniuersalitas generis metaphysica nõ cõsistit in hoc, quod habeat plures partes subiectiuas, in quibus actu existat, sed tãtum quibus possit in esse, cũ ergo vniuersalitas metaphysica generis consistat in relatione aptitudinali, frustra quæritur terminus actualis, nã solus aptitudinalis sufficit, hic autem est species ipsæ possibiles sub genere; ergo sufficienter saluatur vniuersalitas generis per ordinem, ad solas species possibiles.

Respondent Auctores 2. sent. non propter

pter ipsam vniuersalitatē generis requiri plures species actu existentes, sed solū ad existentiā perfectam naturæ genericæ, & statū connaturalem eius. Sed contrà, tum quia hac ratione non solū pluriū, sed omniū prorsus specierū sub genere possibiliū existentia requireretur, vt genus esset vndequaq; perfectū; si igitur modò de facto genus existit, & conseruatur, quantū sufficit ad statum eius connaturalem sine tot speciebus sub eo possibilibus, poterit etiam sine istis, quas de facto sub se habet, conseruari vna duntaxat incolumi; Tum quia gratis damus, quod genus existens in vnica specie non haberet omnē perfectionē, quā haberet in pluribus, sed propter hoc non desineret esse genus, quia talis perfectio est prorsus ei extrinseca, vndè animalitas hominis dicitur perfectior, quam equi, ratione tantum differentiæ adiunctę, sicut etiam de facto non desinit esse genus, etiamsi non existat secundum illam perfectionem, quā posset habere in alijs speciebus perfectioribus possibilibus, tum quia idem suo modo dicendum esset de specie, vt benè notat Hurt. disp. 4. sect. 4. si admittatur inæqualitas quoad gradus indiuiduales intra latitudinē eiusdem speciei., Tum tandem, quia quando etiam hæc omnia admitteremus, non probant necessarium esse simpliciter naturam genericam tali modo existere, sed ad summum naturaliter ità esse debere.

Et hoc modo satisfit fundamento secūdæ sententiæ; non enim necessitatē ostēdant, sed solā congruitatem, quod genus actu sub se habeat plures species, hoc .n. iuxtà naturalem rerum dispositionē vtique magis debitum est generi, quam speciei, quia naturaliter loquendo sub omni genere nobis noto inueniuntur plures species existentes, vbi sub quibusdam speciebus non nisi vnum dūtaxat indiuiduū reperitur, vt patet de Sole, & Luna; tum quia multò magis confert ad splendorem vniuersi, & ad varietatē rerū multiplicatio specierum, quàm indiuiduorum; & in hoc sensu locuti sunt veteres illi Auctores, qui pro secūda sentētia adducebātur.

Contra hanc cōclus. instant 1. pluribus Arist. testimonijs, quibus docet generis plures debere esse differentias necessariò, pluresq; species, ità loquitur 1. Topic. c. 3. loc. 29. & cap. 6. loc. 71. & 3. Met. 10. & 7. Met. 42. & 10. Met. 14. & alibi sæpè. Deindè rationibus, tū quia nequit intelligi genus p vnā differētiā diuidi, & ad vnā speciē cōtrahi, nisi simul ab alia condiuiduatur, & in alia specie reponatur. Tū 2. quia differentiæ specificę sunt oppositæ, & veluti contrariæ, existente autem vno contrariorū debet existere, & aliud 2. Cęli 18. Tū 3. genus nequit esse sine differētia cū qua constituit speciē, sed differentia facit actu differre speciem constitutā ab omni alia specie, quod esse nequit, nisi aliæ species actu existant. Tum tandē quia potētia generis ad plures species ē potētia naturalis, q̄ debet reduci ad actū, ne frustra sit.

Resp. Arist. velle dumtaxat, quod genus plures respiciat species possibiles, q.a hoc sufficit ad eius vniuersalitatem metaphysicā; quòd si alicubi requirit existentiam actualē earum, tunc vel loquitur de genere physico, hoc est, iuxta naturalē rerum dispositionē, quo sēsu concedimus plures exigere species in existentia reali, vel loquitur de genere logico, quod plures etiā actu exigit species in existētia obiectiua. Sic etiam dicitur ad rationes. Ad 1. ex diuisione generis facta per differentias vtique infertur genus necessariò respicere, debere plures species, non tamen necessariò existentes, nam poterunt concipi plures species possibiles, quæ inuoluant naturam genericā, tanquam partem materialē constitutiuam ipsarum. Ad 2. negatur differentias specificas esse propriè contrarias, quia earum oppositio potius reducitur ad priuatiuam, quatenus vna semper est perfectior, alia imperfectior; Aristot. autem 2. de Cęlo locutus est de contrarijs propriè dictis, & non de omnibus oppositis, de quibus potius dixit

in

in Post prædicam. vt notauit Auers. q. 10. sect. 4. non esse necessariũ hoc existere, si existit illud. Ad 3. quæ cõcludit de specie, ꝙ nequeat conseruari in vnico indiuiduo, quia ẽt talis differentia numeralis distinguit numericè indiuiduũ, ꝙ constituit, ab omni alio; negatur itaq; minor quoad secundã partẽ, quia differentia distinguit speciẽ, quam constituit, non solùm à speciebus actu existentibus, sed etiã possibilibus distinctione reali negatiua. Ad vlt. illud plus probat, quã velit Aduersarius, cũ .n. potẽtialitas generis non sit ad duas differentias tm̃, sed ad syncathegorematicè infinitas concludit genus debere sub se cõtinere de facto species infinitas; patet igitur ex dic. q. 4. præc. disp. dub. 1. quomodo potẽtia generis, & cuiuslibet vniuersalis sit naturalis ad sui multiplicationem; & ne potẽtia ipsa naturalis dicatur esse frustra, inquit Doctor 4. d. 49. q. 10. §. *Ad primum argumentũ*, sufficit, vt sit reducta ad actum in aliqua specie, vel indiuiduo, sic .n. non frustratur potẽtia secũdũ totũ genus, vel speciẽ; & ideò si genus vnã dũtaxat haberet sub se speciẽ in actu eius potentia naturalis nõ diceretur frustra; Imò illud cõmune dictũ, *frustra est illa potentia, &c.* explicari solet de potentia naturali physica, nõ autẽ logica, quæ cõsistit in sola non repugnantia, qualis præsertim est potentia vniuersalium ad sui multiplicationem ex dictis ibidem.

ARTICVLVS QVARTVS.

Quo sensu, & an rectè hic definiatur indiuiduum à Porph.

PORphirius c. de specie sub fine agit de indiuiduo, quia est propriũ eius correlatiuũ; notat autẽ Tat. c. de subst. q. 2. §. *Tertio sciendum*, esse discrimẽ inter indiuiduũ, seu singulare aut vnũ numero (hec .n. sunt synonima) & suppositũ, ac personã, indiuiduum .n. seu singulare, & vnum numero est, cui repugnat diuidi in plures partes subiectiuas .i. in plura inferiora, vt hæc albedo, hic lapis, & in quolibet prædicamẽto reperitur, tàm .s. substãtiæ, quã accidentis; suppositũ verò reperitur tm̃ in prædicamento substantiæ, & dicitur illud, ꝙ est alteri incõmunicabile, tã *vt quo* .i. sicut forma subiecto, quã *vt quod* .i. sicut superius inferiori, vt explicat Doctor in 1. d. 2. q. 7. §. *Ad primam quæstionem*. Persona tãdẽ reperitur tm̃ in genere naturæ intellectualis, vnde vt notat Doctor 1. d. 23. q. vnic. §. *Ad quæstionem*, definitur ex Ricar. 4. de Trin. c. 22. quod sit intellectualis naturæ incõmunicabilis existẽtia, ita ꝙ suppositũ addit supra indiuiduũ, ꝙ sit substantia, & persona supra suppositũ, ꝙ sit substantia intellectualis, & sic ista tria se habent, vt magis amplũ, vel minus amplũ, nã oĩs persona est suppositum, sed nõ è cõtra, & omne suppositũ est vnũ numero, seu indiuiduum, sed non è contra.

Rursus, vt notat idem Tatar. q. de specie §. *Quartò sciendum*, indiuiduum, vt sic, potest sumi pro secunda intentione attributa illi, cui repugnat diuidi in plura seipsa .i. in plura inferiora eiusdem rationis, quorum quodlibet sit ipsum, eo modo quo diuidi solet vniuersale; alio modo primò intentionaliter .i. pro denominato ab illa relatione rationis; Primo modo sumptum duplicem potest fundare relationem rationis, vna dicitur subijcibilitatis, per quam constituitur correlatiuum speciei, sub qua ponitur immediatè, altera prædicabilitatis, qua constituitur potens prædicari, non de aliquo inferiori, sed de seipso; Iuxta hanc triplicem considerationem tres quoque assignat Porph. indiuidui definitiones. Prima est indiuidui primò intẽtionaliter capti, quæ talis est, *Indiuiduum est, cuius collectio proprietatum in nullo alio eadem erit*, quæ proprietates illis carminibus designantur, *Forma, figura, locus, tempus cum nomine, sanguis, Patria, sunt septem, quæ non habet vnus, & alter.* Alias duas tradit de indiuiduo pro secun-

secunda intentione, vnam quidē ex parte prædicabilitatis dicens, *Indiuiduum est illud, quod de vno solo prædicatur*, alteram ex parte subijcibilitatis, sic *Indiuiduū est, quod continetur sub specie.*

Dubitatur ergo in præsenti, an per has definitiones explicetur aliqua ratio cōmunis, in qua vltra conuenientiam specificā cōueniant quoq; vt indiuidua sunt; deinde an sint rectè assignatæ; Quo ad primū dubiū Caiet.c.de specie, Albert.Soto, Tolet.Louā.ibidē, Morisan.& Pasqualig.to.2.Met.disp.24.n.11. Martinez c.de specie.q.3. negant indiuiduū hîc describi sub aliqua rōne cōmuni, quia nulla talis assignari pōt, cum indiuidua inter se sint primo diuersa, vt indiuidua sunt, vt etiam frequēter docet Scot.1.d.3.q.3.F.& 2.d.3.q.6.& 7.& alibi, ac proinde volunt hîc definiri indiuiduū cōfusè sumptū, ita ꝙ oīa immediatè describantur, nullū tñ eorum exprimatur determinatè, sicut de indiuiduo vago dicere solemus, ꝙ non significat rem vnam communem, sed particularem, sumptā tamen indeterminatè.

Dicendum tamen est, posse per has definitiones explicari rationem indiuidui, vt sic, vniuocè communem oībus indiuiduis, & de singulis prædicabilē in quid, quæ ratio cōmunis habebit modū prædicandi speciei. Conclusio proculdubio est de mēte Doctoris, qui cōcedit ab vltimis differentijs, & constitutis per eas abstrahi posse ab intellectu inadæquatè cōcipiēte rōnem cōmunem in quid, vt constat 1.d.23.q.vnic.in fine, & clarius d.26.q.vn.Y. vbi, & eius Expositores præsertim Lich. idē colligitur ex 1.d.2.q.3.§. *Ad illa*, vbi docet hanc propositionē esse concedendam *singulare est vniuersale*, quia licèt quod concipitur sit singularitas, modus tamen, sub quo concipitur est vniuersalitas, quia quod concipitur, vt cōcipitur, habet indifferentiam ad plura, quod etiā repetit in 4.d.13.q.1.infra T.Idem quoq; asserit q.12. Vniuers.in sol.ad 3.vbi ait, ꝙ indiuiduum, vt sic, est species respectu intentionis, & sequuntur eius Expositores ibidem, vbi Brasauol. præsertim explicat indiuiduum, vt sic esse vniuersale denominatiuè, & esse aliꝗ illorū quinq; nēpè speciē, quia exercitè prædicatur de hoc, & illo indiuiduo, sic etiā Tatar.loc.cit. & Barg.1.d.24.in fine §. *Ad quæstionem*, & ait esse mentē Doctoris q.7.& 8.Vniu.& Fuent. q.8.n.33. sequuntur Recentiores passim Ruu. c.de specie q.6. Hurt.disp.5. sect.7.Arriag.disp.7.n.53. Cōplut.disp.6. q.6.& fauet S.Th.1.p.q.30.ar.4.quem sequitur Caiet.ibi sui immemor alibi, vbi et S.Doctor bene aduertit, quod non detur iste conceptus cōmunis indiuidui secundū rem, sed solū secundum rōnem, quatenus à parte rei nulla ei correspondet natura cōmunis, quæ per talē cōceptū adęquatè exprimatur, sicut regulariter correspōdere solet gñi, & speciei, vt animalitas, & humanitas, sed correspōdent solū oēs singularitates reales cōfusè, & inadęquatè cōceptæ, qua de causa cōceptus indiuidūis, vt sic ꝑcisus dicitʳ inadæquatus.

Probatur autem, tunc quia definitio indiuidui, vt sic, est communis omnibus indiuiduis, ergò aliꝗ commmune ipsis per eam exprimitur, & quidem commune vniuocum, quia æquiuocum definiri non potest. Tum quia si hîc non definitur ratio aliqua communis indiuiduorū, nec definiri potest, ergo tot assignandę erunt definitiones, quot sunt indiuidua; Tum quia indiuiduo, vt sic, apponuntur signa quantitatis, omnis, nullus, aliquis, dicimus enim omne indiuiduū, aliquod indiuiduum, ergo est terminus communis, quia hæc sunt signa termini communis. Tum etiam, quia hic syllogismus est bonus, vt ait Ruuius, Omne indiuiduū est incommunicabile, Petrus est indiuiduum, ergo &c. Sed si nihil commune datur indiuiduis vniuocum, etiam vt indiuidua sunt, erit vitiosus, quia medium erit æquiuocum, aut taliter analogum, quòd eius vnitas non sufficiet ad vnitatem medij, qua ratione Scotus 1.d.3.q.3.

de-

demonstrat vniuocationem entis. Tum tandem, quia possumus indiuidua concipere, quatenus sunt similia in hoc, ꝙ non sũt vlterius diuisibilia in plura inferiora, ergo vniuocè cõueniũt in rõe indiuidui.

Sed contra obijci solet 1. quia si ab vltimis differentiis abstrahi potest talis ratio communis, quæ hic definiatur, iam non erunt primò diuersæ, quia in aliquo quidditatiuè conuenient; item non habebunt cõceptum simpliciter simplicẽ, & vltimò determinantẽ, quia adhuc resolui poterunt in cõceptũ cõmunẽ, & propriũ; & tandẽ dabitur processus in infinitum, quia si vltimis differẽtijs assignari potest id, in quo cõueniũt, & per ꝙ differũt, eadẽ erit ratio de istis differentijs, per quas differũt, quæ sunt rõnes, quibus Doctor probat 1. d.3.q.3. vltimas differẽtias non includere conceptũ entis quidditatiuè; & hoc est vnicũ fundamẽtũ Aduersariorũ.

Resp. has rationes probare solum, ꝙ ab vltimis differentijs nequeat abstrahi conceptus communis adæquatus, & realitatem importans, nam si talem conceptũ cõmunem haberent, tunc vtiq; non forent à parte rei primò diuersę, quia cõuenirent in realitate, vt Petrus, & Paulus in humanitate, & per consequens non essent vltimæ differẽtiæ, quia hæ rursus debent alijs differẽtijs differre, item non haberet conceptũ simpliciter simplicẽ, quia esset resolubilis in vlteriores conceptus, quibus propriæ realitates correspõderẽt, vnde nec realitas differẽtiæ esset præcisa ratio differendi, sed deberet dari vlterior processus, & sic in infinitũ erit processus in realitatibus; at ponẽdo, ꝙ talis conceptus abstractus, in quo conueniunt, sit inadæquatus, cuitatur talis processus in cõceptibus, quia indiuidua considerata sub illa ratione cõmuni nõ distinguũtur rursus per alias differẽtias indiuiduales, sed per easdem adæquatè, & clarè consideratas, vt bene notat Ruuius, Hurt. & Arriag. cit. Sed instabis adhuc secutnrum processum in infinitum in conceptibus inadæquatis, quia cũ ab hac, & illa hæcceitate abstracta est ratio indiuiduationis, vt sic, possunt rursus rationes differẽtiales illã contrahentes inadæquatè concipi, & sic rursus indiuiduatio præscindi, & sic in infinitũ. Negat Hurt. §.69. cõseq. qa ratio, quæ per primũ actũ abstrahitur ab hac, & illa indiuiduatione, est ratio indiuiduationis, vt sic, in qua sunt similes, abstracta verò semel hac rõne, non remanet in illis ratio indiuiduationis, quę abstrahitur, sed tm̃ remanent conceptus differẽtiales, qui sunt primò diuersi, & ideò nõ datur processus in infinitũ, sed in prima abstractione datur status. Hæc respõsio supponit vnũ falsũ; ꝙ nimirum cum sit abstractio superioris ab inferioribus, quodámodo separetur ab eis in esse obiectiuo, ꝙ est falsũ, sic .n. fieret abstractio mendax, vt docet in simili Doctor 1. d.2.q.7.§. *Tenẽdo*, vers. *cum autem infers*, quòd manifestè patet, cum .n. animal pręscinditur ab homine, sanè nõ ob id homo pręscinditur ab animali, licet .n. hæc mutua præcisio fieri possit inter superius, & differentiam illud contrahentem, non tamen inter superius, & inferius, quia inferius essentialiter includit superius.

Quare potius concedendum est facta abstractione indiuiduationis ab hac, & illa hæcceitate, manere adhuc rationem cõueniendi in illis ob allatam rationem; hinc tamen non sequitur processus in infinitum, sed adhuc debet dari status in prima abstractione obiectiua, quia ratio conueniendi, quæ manet in illis, est eadẽ, quæ semel abstracta fuit, vnde si secundò, vel tertiò redeat intellectus per varias reflexiones ad illam abstrahendam, dabitur vtique processus in infinitum in precisionibus formalibus, sed est in actibus intellectus, non tamen in obiectiuis, quia ratio, quæ abstrahitur per secũdũ, & tertium actum, est eadem, quæ abstracta fuit per primum; nullum autem est incõueniens admittere processum in infinitũ in præcisionibus formalibus, quia potest intel-

intellectus ad libitũ redire ad huiusmodi abstractiones faciẽdas;sed bene inconueniens foret, si daretur in obiectiuis, quia tunc admitterẽtur in indiuiduis infinitæ rõnes communes,& gradus conueniẽdi.

Secundò obijcitur ad idem; Tum quia indiuiduũ definitur à Porph.esse id, q̃ de vno tm̃ prædicatur, & cuius proprietatũ connexio in nullo alio reperitur,ergo nõ est cõmune pluribus. Tum 2.quia formalis ratio differendi nequit esse ratio conueniendi, sed indiuiduatio est formalis ratio differendi, ergo in ea nequit esse cõueniẽtia. Tũ 3.quia talis ratio cõis implicat,esset.n.simul, & semel cõis, & singularis, cõmunis quidẽ, quia conuenit omnibus indiuiduis,singularis autẽ, quia est singularitas ipsa. Tum 4.quia tunc cõcipi posset natura humana cum indiuiduatione illa cõmuni,quę facerent cõpositũ, quod nõ esset cõmune,nec singulare, nõ cõmune,quia sic natura illa nõ esset indiuiduata , nec singulare, quia sic ratio indiuiduationis nõ esset cõmunis, sed propria. Tum 5. si indiuidua vt talia, habent aliquam rationem ipsis communem , ergo etiam species , vt species .i. quoad differentias specificas , non considerando, q̃ sint huius,vel illius generis,habere poterunt talem rationem communem, quæ sit media inter proximum genus, & species. Tum 6.quia si daretur talis ratio cõmunis,hæc deberet esse contrahibilis per differentias indiuiduales, hoc autem implicat,nam quod est contrahibile per differentias indiuiduales , non est intra rationem indiuiduationis, sed essentię specificæ. Tum 7. si ratio indiuidui esset cõmunis omnib. hæc esset prædicatio mediata,Petrus est homo,quia mediaret ratio indiuidui humani inter Petrũ, & hominem. Tum 8. postquam Porph. tradidit præfatas definitiones , subiungit hęc exempla, *Socrates hoc album*, ergo hæc omnia indiuidua immediatè descripsit, & confusè , non autem aliquid commune ipsis. Tum tandem, quia si dari potest cõceptus indiuiduationis dictus in q̃d de vltimis differẽtijs,idẽ quoq; de conceptu entis poterimus, & debebimus asserere contra expressã mentẽ Scot. in 1.3.q.3.F.pręsertim, cũ nõ importet realitatẽ adæquatè cognitã, vt docet 1.d.8.q.3.prope finẽ.

Resp.ad 1.Tatar.in Petr.Hisp.c.de specie,§. *Tertiò sciendum*, indiuiduũ secũdò intentionaliter captũ prædicatione exercita prædicari de plurib. numero differẽtibus .s. de hoc , & de illo indiuiduo per modũ speciei,sed prædicatione assignata dici de vno solo. At hæc solutio nõ satisfacit , quia si pro secunda intentione induit modũ speciei,nõ solùm exercitè, sed etiã signatè p̃dicari debet de pluribus, immò hic est proprius modus p̃dicandi specieitatis,præstat ergo dicere, q̃ sicut talis ratio cõmunis indiuiduorũ, vt indiuidua sunt, est solũ cõmunis, vt modus,sed singularis, vt quid,ita ẽt vni soli cõuenit, & de vno solo prædicatur, vt q̃d, sed de pluribus, vt modus, tã exercitè,quã signatè; nec repugnat indiuiduũ confusè, & inadæquatè cognitũ prædicari de pluribus, sed tm̃ illi repugnat, quando est clarè , & adæquatè cognitũ. Ad 2 dicimus ad min. quod indiuiduatio in cõi,& cõfusè cognita nõ est ratio differendi, sed ipsamet perfectè , & adæquatè cognita , quo modo explicatur per Petreitatẽ, & Pauleitatẽ, & ideò quãuis indiuiduatio,vt q̃d, sit ratio differendi, tñ cõfusè cognita est ratio conueniendi,vt modus, seu denominatiuè. Ad 3. esset communis, & singularis, sed non eodem modo, nã esset singularis vt quid, communis vt modus. Ad 4. natura concepta cum indiuiduatione illa communi nõ efficeret compositũ in aliquod vnum in intellectu nostro, quia indiuiduatio nõ concipitur in tali statu per modum contrahentis, & determinantis, sed potius per modum contrahibilis , & determinabilis ; quod si cõciperetur adæquatè , & distinctè , vtique efficeret quid vnum , quia tunc conciperetur singularis , vt verè est in se. Ad 5. concedimus

idem

idem iudiciū fieri posse de differētijs specificis adinuicem collatis, ficut de indiuidualibus, ꝙ licèt secundū proprias rōnes non conueniant in aliquo illorū generū, quæ diuidunt, cōueniunt tñ in hoc, ꝙ habent similē modū diuidendi genus, & cōstituendi speciē, quā rōnem communem descripsit Porph. c. de diff. cum ait differētiā esse, quæ est diuisiua generis, & cōstitutiua speciei, & talis ratio cōmunis specierū, vt species sunt, nō mediat inter proximum genus, & species, quia non est illis communis, vt quid, sed tantùm vt modus.

Ad sextum dicimus ad min. quod est contrahibile per differentias indiuiduales, vt quid, & velut realitas potentialis ad illas, vtiq; re vera esse essentiam specificam, quia species propriè dicta talem realitatem præseferre debet, vt supra diximus ex Scot. 1. d. 8. q. 3. circa finem; non autem, ꝙ est cōtrahibile tñ, vt modus, & veluti cōceptus inadæquatus eiusdē realitatis cōfusè cognitæ, vt est indiuiduatio in communi, hoc n. dicitur species tñ, vt modus. Ad 7. non est inconueniens inter indiuiduum, & speciē infimā dari mediū per rōnem, licèt sint immediata à parte rei, sicut etiam q. præcedar. 3. dicebamus inconueniens non esse indiuiduum esse generi immediatum per rationem, esto sit mediatum à parte rei; verum tamen est, quod indiuiduum humanum, vt sic, non ponitur in prædicamēto, vt medium inter Petrum, & hominem, quia ibi ponuntur naturæ, & realitates, non autem modi naturæ, & puri conceptus inadæquati, qualis est indiuiduatio. Ad 8. tradit illa exempla, non quia immediatè definiantur Socrates, & hoc album, sed quia omne, quod signatur in secundis intētionibus, exercetur in primis, vt suprà dictū est de exemplis adductis à Porph. pro explicatione definitionum generis, & speciei. Ad vlt. concedit Lichet. loc. cit. ens posse vniuocè dici etiam de vltimis differentijs eo modo, quo dicitur de Deo, & creaturà, quia vt sic dicit conceptum inadæquatum nullā præseferens realitatē, non tñ eo modo, quo dicitur de decē prædicamentis, quia vt sic dicit conceptū adæquatū, & realitatē, repugnat autem vltimis differentiis cōuenire in realitate, cū in ea sint primò diuersæ, & in hoc sēsu ait procedere rōnes Scoti 1. d. 3. q. 3. Sed quia de hoc agendum est in Met. pôt pro nunc dici non esse eandē rōnem de vltimis differentijs ad cōceptū communem hæcceitatis ab illis abstrahibilē cōparatis, & ad conceptū cōmunē entis, etenim ad istū cōparantur, velut contrahens ad cōtrahibile, ad illū verò vt inferius ad suum superius, prædicatio autē superioris de inferiori sēper est quidditatiua, at prædicatio contrahibilis de contrahente est denominatiua, vt cū dicimus rationale est animal, quia contrahibile est sēper extra rōnem contrahentis, vt patet de genere, & differentia, quare neganda est paritas.

Quoad 2. dubium, vt constet de sufficientia definitionum, quas ex Porph. retulimus, notādum est, quòd per eas Porphir. non definit indiuiduum vagum, sed signatum, vt patet in exēplis ab ipso adductis *Socrates*, & *hoc album*, id enim indiuiduum propriè dicitur de vno solo prædicari, quia illud determinatè significat, indiuiduum verò vagum non significat quid vnum, sed immediatè plura sub disiunctione, nam v.g. *aliquis homo* idē sonat, quòd hìc, vel ille homo, & hic est proprius modus significandi indiuidui vagi, vt diximus quæst. 5. præced. disp. ex Scot. q. 12. prædic. & licèt interdū in propositione eius significatū restringatur ad suppositionem determinatam iuxta exigentiam prędicati, vel subiecti, ꝙ requirit illā restrictionem, aut ex intentione proferentis, vt cum quis dicit *quidam homo fuit occisus*; nā ex intentione sic loquentis ly *quidam* determinatè supponit, absolutè tamen, & ex natura sua semper plura significat indeterminatè.

Sed quamuis hìc definiatur indiuiduū signatum, non tamen definitur particu-

Hh lari-

lariter tētū .s.pro Petro, aut Paulo, qa sic nō est definitionis capax, vt dictū est disp. 1.q.4.ar.3. sed vniuersaliter tētū, nimirū pro conceptu indiuidui in cōmuni, quem ab eis etiā, vt indiuidua sunt, abstrahi posse iā demonstrauimus, sic.n. indiuiduū est capax definitionis, cū induat modū vniuersalis. Dices, hic definiri indiuiduū, vt sic, ergo non sub rōne vniuersalis. Resp. verū esse assumptū, quatenus ly *vt sic* excludit conuenietiā indiuiduorum in illa specie, quorū sunt indiuidua, nō autē conuenientiam in aliqua rōne cōmuni rōne indiuiduationis praecisè. Dices rursus, hic definitur indiuiduū, prout est praedicabile quoddā de vno solo dicibile distinctū ab alijs vniuersalibus, ergo no pōt definiri sub rōne indiuidui in cōmuni, quia sic praedicaretur de pluribus, sicut alia vniuersalia, & praesertim non distingueretur à specie, quia praedicaretur de hoc, & illo indiuiduo, vt de pluribus numero differentibus. Resp. concesso antec. neg. conseq. adhuc enim benè stat, quòd à specie, ad quam reducitur, & ab alijs vniuersalibus indiuiduū in communi distinguatur, quia species, & alia vniuersalia de pluribus praedicantur, vt quid, indiuiduū verò nō nisi vt modus, sicut singulare nō est vniuersale, nisi vt modus, ex Scot. cit.

In illa igitur prima definitione indiuidui, qua definiebatur indiuiduum primò intentionaliter captum, & dicebatur esse, *cuius collectio proprietatum in nullo alio eadem erit*, definitur ratio indiuiduationis realis in communi in concreto, non est autem intelligenda haec definitio de eisdem numero proprietatibus, in hoc enim sensu non solùm tota collectio, sed neque aliqua ex illis potest esse in eodem subiecto, quia non potest idem numero accidens naturaliter esse in duobus subiectis, sed est intelligenda de accidentibus omninò similibus, quia secundum communem naturae cursum nullū indiuiduum est alteri simile in omnium proprietatum collectione, siuè sit accidens indiuiduum, siuè substantia, q addimus ob multos, qui dicunt hāc definitionē non cōprehendere, nisi indiuidua humana, & bruta, quia inquiunt indiuidua rerū inanimatarū nō habere proprietates cōtentas in illis carminibus, & quia aliquādo ita inter se sunt similia, vt inter illa discerni nequeat, vt patet de duabus partib. aquae, albedinis, aut ligni inter se. Sed quāuis verū sit ex illis proprietatibus magis inter se distingui, & discerni indiuidua animata, quia plures earū participāt, quā inanimata, tñ negari nequit, etiā inanimata ex quibusdā earū, quas participant, sufficiēter inter se nō discerni, vnde notat Doctor 2.d.3.q.1.C duo quanta quantumuis inter se similia in alijs accidentibus, vt duo radij Solares, duo oua, duae portiones aquae, sufficienter à nobis discerni per diuersitatē situs, vel loci, potius ergo dicendum est illā definitionem etiam aliquo modo comprehendere indiuidua inanimata, & homogenea; Quamuis autē haec definitio non sit essentialis, & quidditatiua, quia res non sunt indiuiduae per accidētia, sed per proprias differētias indiuiduales eis intrinsecas, ac realiter identificatas, vt probat Doctor 2.d. 3.q.4. & seq. est tñ sufficiēter descriptiua, quia optimè insinuatur differentia numeralis intrinseca per accidentia extrinseca collectim sumpta, vt ait Doctor loc. cit. §. *Ad auctoritates*, glosans illud Boetij 1. de Trin. c. 1. *Varietas accidentium facit in substantia differentiam numeralem*, & ratio est, quia vt dicebamus, nequit naturaliter vnum indiuiduum esse alteri simile in omnium prorsus accidentium collectione, quia tñ licèt hoc sit naturaliter impossibile, tamen non repugnat de potentia Dei absoluta, ideò illa descriptio non est in toto rigore exacta.

Altera definitio indiuidui, quae erat illud esse, *quod de vno solo praedicatur*, afferebatur de indiuiduo sub rōne praedicabilis, vt diximus, & consequenter secundo intentionaliter capto; Vt autē intelli-

telligatur modus prædicandi, indiuidui, aduertendũ est ex infra dicẽdis disp. 10. duplicẽ esse prædicationẽ, vnã formalẽ, & directã, alterã identicã, prima est, in qua prædicatũ est aliquo modo à subiecto diuersũ, vel in re cõcepta, vel saltim in modo concipiendi explicitũ, vel implicitum, dicitur autẽ directa, quando in ea est subiectũ, quod ex natura rei natũ est subijci, & prædicatum, quod natũ est prædicari, vnde hæc prædicatio, homo est animal rationale v. g. dicitur formalis, quia licèt subiectũ, & prędicatũ in re significata non differant, differunt tñ penes modũ significandi explicitũ, & implicitũ, nã prædicatũ dicit explicitè, quod subiectũ confusè, & ideò dici solet prædicatio doctrinalis, & scientialis, quia facit scire aliquid, quod prius nõ sciebatur, vel saltẽ nõ sciebatur tali modo, nẽpè distinctè, qua rõne etiã dici solet prædicatio artificiosa, quia fini artis inseruit, qua aliquid ignotũ notificatur; est etiã illa prædicatio directa, qa definitio nata est prædicari de definito. Identica verò prædicatio est, in qua vtrũq; extremũ in eodẽ modo cõcipitur, nec distinguuntur, nisi rõne ratiocinãte, vt cum dicimus *homo est homo*, *Petrus est Petrus*, & hæc prædicatio dicitur naturalis, quia ex natura rei significatæ non põt verior esse, nã vt aiebat Boet. nulla est verior prædicatio, quàm eiusdem de seipso; adhuc tñ dicitur prorsus ad scientiã inepta, quia per eã nihil notificatur ignotũ.

Hoc supposito, Tolet. Sot. & alij ita explicant hãc definitionem, vt prædicabilitas, quæ conuenit indiuiduo, cum sit tantùm de seipso, non sit, nisi identica, & naturalis, ac proinde ad scientiam prorsus inepta, & hac de causa inquiunt Aristot. in antepręd. & c. de subst. & 2. Prior. c. 27. docere indiuiduum de nullo prædicari, quia nimirum prædicabile propriè sumptũ, vt sic, de alio dicitur, & eius prędicatio est aliquo modo doctrinalis. At quia hæc explicatio sic absolutè sumpta non est sufficiens, nã prædicatio identica etiã cõuenit rebus in vniuersali acceptis, dicimus .n. hõ est homo, animal est animal, addunt alij, vt hæc definitio soli indiuiduo applicetur, quòd id, quod solũ identicè, & non alio modo prędicari põt de vno, illud est indiuiduum, res .n. in communi, etsi identicè prædicari possint, tamen etiam alio modo prædicari eis conuenit scilicet formaliter, & directè de suis inferioribus.

Sed hic dicendi modus, quocunq; modo explicetur, si intendat negare indiuiduo oẽm formalẽ prædicationẽ, admittendus nõ est, nam in primis certum est indiuiduũ accidẽtis verè, & propriè prædicari de indiuiduo substantiæ, vt docuit Alexand. 1. Priorum. sec. 2. & certè negari nequit hanc esse prædicationẽ formalẽ, qa dũ dicimus *Petrus est hoc albũ ly albũ* tenet locũ formæ respectu subiecti, & explicitè dicit aliquid, quod non dicit subiectũ; neque ista prædicatio est nugatoria, vt putauit Tolet. quia aliquid amplius explicatur per prædicatum, significatur .n. Petrum habere rationem subiecti respectu huius albedinis, & quãdo Arist. in antepræd. dixit *hoc album* de nullo prædicari, intelligebat tanquam de inferiori, non tanquam de subiecto, vt ex ipso contextu colligitur. Imò cum verũ sit, quod docet Scotus 1. d. 8. q. 3. prope finem cuiuslibet vniuersalis dari proprium indiuiduum, nimirum hoc animal, hoc rationale, hoc risibile, hoc album, quæ dici solent indiuidua incõpleta, sanè sicut hæ rationes in communi sumptæ prædicantur formaliter, & directè de indiuiduo completo, & specifico. s. de Petro, quod sit animal, quod sit rationalis, risibilis, albus, sic etiam sumptæ cum propria singularitate possunt adhuc formaliter, & directè prædicari de eodem indiuiduo cõpleto, non quidẽ tanquã de inferiori, sed tanquã de subiecto, respectu cuius habent rationem formæ, omnia namque indiuidua incompleta sũt communicabilia, vt quo, vnde istæ prædicationes erunt formales, & directæ, Petrus est hoc animal, est hoc rationale, hoc risibile.

sibile, hoc albū, quā Scoticā doctrinā passim recipiūt Recētiores q. de indiuiduo, Co. nimb. Amic. Hurtad. Blanc. Didac. & alij quāplures; & illę pdicationes suo modo reducentur ad illa vniuersalia, quorū singularia incōpleta pdicantur de cōpleto, & specifico, nā ista pdicatio *Petrus est hoc animal* erit in quid, illa verò *est hoc rationale* erit in quale quid, & sic de alijs; imò similes pdicationes poterūt dici doctrinales, & artificiosę in respectu ad pdicationę omninò identicā. f. Petrus est Petrus, quia per pdicatū aliquid magis explicatur, quā per subiectū; vnde restat solū indiuiduū cōpletum esse illud, q nonnisi idēticè prædicari pōt de seipso, vt dicendo *Petrus ēst Petrus*, vel *Petrus est hic homo*, sumēdo ly *hic homo* signatè, & particulariter, non autem pro conceptu humani indiuidui singulis indiuiduis humanis communi, quatenus, & Petrus est hic homo, & Paulus est hic homo, sic enim non habet rōnem indiuidui, sed vniuersalis, vt modus ex dictis supra. Quare cōcludēdum est, cum negat Arist. indiuiduum de aliquo prædicari loquitur; vt de inferiori, ac etiā interdum speciatim loquitur de indiuiduis substantiæ cōpletis, quæ nō nisi identicè prædicari possunt.

Vltima definitio, quæ erat, *indiuiduum esse, quod continetur sub specie*, tradebatur de ipso in rōne subijcibilis, debet autē intelligi de indiuiduo specifico, & subiectione immediata, nā indiuidua generica immediatè et generi subijciuntur ex dictis q. prec. ar. 3. & specifica ipsa sub ijciuntur eidē mediatè, verum tñ est, quòd cū genus nō pdicetur de suis indiuiduis genericis, nisi per modum speciei, vt ibi dictum est, absolutè dici potest omnia indiuidua immediatè contineri sub specie; subdit autem Porph. postquam dixit indiuiduum contineri sub specie, speciem quoque cōtineri sub genere, dicēs, *Indiuiduum continetur sub specie, species autem sub genere*, quasi hæc particula spectet ad integritatē definitionis indiuidui sub rōne subijcibilis, vt ostenderet indiuiduum esse vltimum subijcibile, vtpote sub genere, & specie contentū, & nullū dari indiuiduū sub aliqua specie, q consequenter non sit sub aliquo genere; Et quia indiuiduū opponitur vniuersali, sicut inferius superiori, hic est aduertendū subijcibilitatē, quæ est relatio indiuidui, vt inferioris ad sua superiora, esse præcipuū, q in indiuiduo importatur, quia principalis ratio indiuidui est ratio inferioritatis ad vniuersale.

QVÆSTIO TERTIA,

De Differentia.

EXpeditis vniuersalibus in quid prędicantibus, accedēdum est ad vniuersalia, quæ prædicantur in quale, & primò agendum de differentia; quæ prædicatur in quale essentiale, cum omne essentiale præcedat accidentale. Differentia ex vi nominis dicitur forma faciens differre; pro quo notandū, vt colligitur ex Doctore 1. d. 3. q. 3. §. *Ad quæstionem*; & nostris Formalistis in tract. Formal. non esse idē differens, & diuersū, illa .n. dicuntur differentia; quæ prius in aliquo cōmuni cōueniunt, deinde per aliquid illi communi superadditū differunt; illa verò dicuntur diuersa, quæ nō per quid superadditū, sed seipsis, & se totis secernuntur, quam doctrinam ait Doctor esse Arist. 10. Meth. 12. Loquitur igitur hic Porph. de differentia, non de diuersitate, & eam diuidit in communem, propriam, & magis propriam, seu proprijssimam, quæ sola constituit hoc tertium vniuersale. Quamuis autē hæc diuisio nō sit bimēbris, facile tñ est reducibilis ad bimēbrē, vt notat Orbel. c. de diff. Differētia nāq; vt ait ipse Porph. vel facit aliud, vel facit alterū, seu alteratū, .i. vt cōmuniter exponūt, vel facit differre essentialiter, vel accidētaliter, si primo modo, habetur differentia proprijssimas, & in hoc sensu dicimus hominē per rationalitatē à bruto differre, si secundo

mo-

modo, hoc adhuc pōt contingere dupliciter, vel per accidens propriū, & inseparabile, & sic habetur differētia propria, & in hoc sensu Sortes simus differt à Platone aquilo, vel demū per accidēs cōmune, & separabile, quo modo dicimus Sortem sedentē differre à Platone stāte, & sic habetur differentia cōmunis, quæ ideò talis dicitur, quia attēditur penes accidētia rei prorsus extrinseca, & separabilia; sicut è contra proprijssima talis dicitur, quia facit differre essentialiter, propria verò differentia, quæ est quasi media inter vtrāque talis dicitur, qa magis accedit ad naturā verę differentiæ, quàm cōis, vt notat Orbell. qua de causa q. 1. inst. tract. 1. c. 5. absolutè diximus ipsā desumi ab accidēte proprio, quāuis Porph. eā quoq; desumat ab accidente communi inseparabili.

Sed circa hanc diuisionem triplex cōtingit difficultas. Prima est, an sit adæquata diuisio, nam plures formæ facientes differre ad hanc diuisionem non videntur posse reduci; differentia enim indiuidualis non videtur aliqua ex assignatis, non enim est communis, vel propria, quia non conuenit accidentaliter indiuiduis, neque proprijssima, quia non facit indiuidua essentialiter differre, item ipsa generā rationem habent differentiæ, quia animal v. g. distinguit hominem à lapide, substantia ab accidente, &c. & tamen non continentur in membris istius diuisionis; proprietates item ab essentia manantes sunt veræ differentiæ, nam risibile differre facit hominem à rudibili, & tamen non sunt differentia cōmunis, vel propria, cum non sint accidentia separabilia, vel inseparabilia, sed cum subiecto, vnde oriuntur, ac dimanant realiter identificata, vt infra dicemus; sed neque proprijssima, cum non faciant essentialiter differre; demum formæ substantiales physicæ faciunt differre, nullo tñ istorū modorum, quia licèt sint intra essentiam compositi, tñ non diuidunt aliquod genus, vt facit differentia magis propria.

Dicendum tñ est, esse diuisionē adæquatā, quia datur per mēbra exhauriētia totū diuisū, oīs. n. differentia, vel facit differre essentialiter, seù intra essentiam, vel accidentaliter, seù citra essentiā, & ad hos modos debent reduci formæ oēs faciētes aliqua differre, etiā illæ, de quibus dubitabatur; Differentia namq; indiuidualis pōt dici, ꝙ faciat differre accidentaliter, non accidentalitate prædicamentali, quia est gradus substantialis penetrās per realem identitatē totā substantiā, ac essentiā rei, cuius est vltima determinatio, sed accidentalitate prædicabili, quatenus differre facit indiuidua, non specificè, sed indiuidualiter, & citra essentiā, vnde contineri poterit sub differentia propria, quia pdicatur in quale extra essentiā necessariò, atq; ideò nō facit aliud in essentia specifica; verū tñ est, vt hìc oēs aduertunt, non esse Porph. intentionē sub hac diuisione cōprehendere differentiā indiuidualē, nā ipse agere intendebat solū de illis differētijs, quę possunt vniuersalitatē fundare, & de pluribus prædicari. Genera verò propriè sortiri nequeūt rōnem differētię, nā differentia, vt diximus, est illa formalitas, quæ concipitur superuenire rei, quatenus cōueniēnti cū alia re per aliquam rōnem prius conceptā, & ita est ratio differendi, vt nō sit ratio cōueniendi, vt magis constabit ex infra dicēdis, itaq; genera suprema defectu primi, nequeūt sibire rōnem differētiæ, subalterna verò defectu secūdi, & ideò non mirum, si ad hanc diuisionem non pertinent; verum tamen est, ꝙ si differentia amplè sumatur pro ratione quocunque modo faciente differre, tunc possent genera reduci ad tertium membrum, quatenus faciunt essentialiter differre. Passiones spectant ad differentiam propriam, non autem proprijssimam, vt quidam arbitrantur, quia non faciunt essentialiter differre; Nec obstat, ꝙ Porph. dixerit differentiam propriam suscipere magis, & minus, & esse inseparabilé per accidens, quod non conuenit pas-

 sioni-

ſionibus,quæ ſũt inſeparabiles per ſe,nec ſuſcipiunt magis,& minus. Nam non de oĩbus eiuſmodi differẽtijs illud prius dictũ pronũciauit,plura naq; ſunt accidentia,quæ magis,& minus nõ ſuſcipiunt, vt locus,figura,&c.& cũ dicit eſſe inſeparabilẽ per accidens,intelligit extra eſſentiã, vt multi Expoſitores interpretãtur, quo ſenſu conuenit ẽt proprietatibus. Formæ tandẽ ſubſtãtiales ſpectãt ad differentiam proprijſſimã, quia faciunt differre eſſentialiter, non diuidunt autem genus,quia id tantum cõuenit formis metaphyſicis, de quibus eſtò Porph. hic tantum agere intendat, abſolutè tamen & ipſæ formæ phyſicæ ad hoc mẽbrũ attinere poſſunt.

Altera difficultas eſt, quidnã hic diuidatur, nũ quid reale, vel potius intentionale. Cõplut.diſp 7.q.1.cũ Caiet. ibidẽ, & quãplures alij Thomiſtę inquiunt tã diuiſum, quã mẽbra diuidẽtia eſſe quid intẽtionale;tũ quia agere de differẽtia primò intẽtionaliter eſt munus metaph. non logici; tũ quia alioquin membra diuiſionis coinciderẽt, quia vna, & eadẽ res põt facere differre tribus illis modis,nã v.g.eſſe diſgregatiuũ viſus eſt differẽtia proprijſſima albedinis,propria niuis, & communis parietis; at intentiones fundatæ in illis modis ſemper ſunt diuerſę,ergo non res, ſed intentio diuiditur, & ſenſus erit, ſecunda intentio differentiæ alia eſt, quæ facit differre communiter, alia propriè, alia proprijſſimè;tum tandẽ,quia differẽtia p̄proprijſſima, vt eſt tertiũ mẽbrũ huius diuiſionis,tertiũ cõſtituit prędicabile,ſed hoc prædicabile nõ conſtituit, niſi ſecundò intentionaliter ſumpta,ergo &c.

Dicendum tñ eſt, rem, non intentionem hic diuidi, & membra huius diuiſionis eſſe differẽtias reales. Ita communis opinio, & probatur, quia entia inter ſe differunt per veras formalitates, non per intentiones, hic autem diuiditur id, per quòd entia inter ſe differunt, tũ quia ſecluſo opere intellectus reperiũtur tres illi modi differendi, & tota ipſa ratio differentiæ in entibus realibus eſt realis,neque vlla intentio videtur oriri ex hoc, ꝙ intellectus intelligat rationale eſſe principium differendi hominis à bruto, ſicut nulla intentio conſurgit ex hoc, quòd intelligat calorem eſſe principium calefaciendi; tum tandem quia Porph. ipſe aſſignando membra huius diuiſionis affert exempla realia. Neque rationes in oppoſitum vrgent,ſicut.n.Porph. ad indagandũ verũ genus,& verã ſpeciẽ logicã præmiſit diuiſiones, & acceptiones varias reales,ita ẽt facit in propoſito, vt tandem conſideret differentiã proprijſſimam ſub rõne vniuerſalis, ꝙ eſt munus logici. Et quãuis hæc mẽbra interdũ coincidãt materialiter,nunquã tñ formaliter,ꝙ ſufficit ad bonã diuiſionẽ, nec aliquid plus probat ſecunda ratio, nã illi tres modi faciẽdi differre ſẽper manent inter ſe diuerſi, etiã cũ reperiũtur in eadẽ re. Falsũ deniq; eſt aſſumptũ in tertia rõne, quia ſecunda intẽtio, quæ conſtituit differentiam proprijſſimã in eſſe tertij prædicabilis, nõ ſumitur in ordine ad actũ faciendi differre, ſed in ordine ad p̄dicationẽ de illo, quod differre facit; vnde in differentia proprijſſima duplex reſpectus conſiderari poteſt,vnus ad ſubiectum,ſeù rem, quam facit differre, alter ad terminum, ſeù extrema; à quibus differre facit, eſt .n. differentia ſeparatio quædam duorum, & ideò habet ſubiectum, quod ſeparat, & terminum, à quo ſeparat; reſpectus ergo differentiæ ad ſubiecta,quibus conuenit, facit tertium vniuerſale, quia conſtituit differentiã p̄dicabilẽ de illis,reſpectus verò ad ea, à quibus facit differre, conſtituit differentiam quantũ ad munus ſeparãdi vnum ab alio, ꝙ pertinet ad quidditatem differentiæ metaphyſicè conſideratam.

Vltima difficultas eſt; qualis ſit hæc diuiſio,an vniuoci in ſua vniuocata, vel potius analogi, aut æquiuoci? Et eſt valde communis opinio eſſe analogi in ſua analogata præſertim tenẽdo diuiſionem iſtam eſſe primò intentionaliter datam,

quia

quia differentia essentialis facit simpliciter differre, sicut rẽ cõstituit in esse simpliciter, accidentalis verò facit differre tm̃ secundũ quid, sicut hoc modo tm̃ rem in esse cõstituit; modus.n. faciendi differre fundatur in modo cõstituendi, ergo in cõmuni rõne differentiæ nequeunt vniuocè cõuenire, sed tm̃ analogicè, quia ei, ꝙ est simpliciter tale, & ei, ꝙ est secundũ quid tale, nihil esse põt cõmune vniuocũ ex Doctore 1.d.29.q.vn. & hoc est vnicũ fundamentũ huius sententiæ. Quod etiã confir. quia differẽtia essentialis verè cõtrahit genus, & cũ eo vnũ per se constituit, accidẽtalis verò minimè, nã ꝙ per eã perficitur, & determinatur, habet rõnem subiecti, nõ generis, & ideò cũ ea constituit vnũ per accidens; & in hãc sententiã inclinat Doct. ipse q.23. vniu. in corpor. & Tatar. q. de differ. & videtur fuisse sensus ipsius Porph. qui afferendo exẽpla differentiæ cõmunis inquit, idẽ à seipso differre ex eo, quia modò habet vnum accidẽs, modò oppositum, quo quidem modo Sortes sanus differt à seipso ægroto; per ꝙ manifestè significauit differentiã accidentalem non esse simpliciter differentiam, sed tantùm secundum quid, & abusiuè, quia talis modus differendi exerceri potest in eodem subiecto secundum aliũ, & alium statum, vel accidens ipsius.

Sed quamuis hic dicendi modus sit satis probabilis, adhuc tamen dici posset hanc esse diuisionem vniuoci in sua vniuocata, estò negari nequeat, quod non sit cum analogia admixta; neque pro hac parte desunt Scotistæ, ita .n. probabiliter censent Rocc. c. de diff. q.1. & Fuent. diff. 1. ar.3. & sequtur Pasqualig. to.1. Met. disp. 62. & fortè Scot. ipse idipsũ sentit loc. cit. nã quãuis dicat esse diuisionẽ analogi in sua analogata, non ob id negat esse diuisionẽ vniuoci, quia in sentẽtia ipsius analogia vtiq; cũ vniuocatione compossibilis est, imò id ipsemet ib. in sol. ad 1. manifestè significat, vt notat Fuent. cũ ait differẽtiam in cõi, quæ hic diuiditur, posse in aliquo sensu vniuocam dici, vnde licèt in corpore quæsiti videatur loqui de analogia proportionis, quæ non stat cũ vniuocatione, tñ ex his, quæ subdit in sol. ad 1. potius colligi debet, locutum fuisse de analogia attributionis, quæ vtiq; stat cum vniuocatione; Ratio aũt, quæ nos vrget ad asserẽdũ posse à differẽtia essẽtiali, & accidentali abstrahi cõmunẽ differentiæ conceptũ illis vniuocũ, est illa eadẽ, quæ conuincit vniuocationẽ entis ad substãtiã, & accidens apud Doctorẽ 1. d.3. q.2. *§. Secundò.* Neque rõnes oppositæ aliud probant, quã differentiã in communi ad essentialẽm, & accidentalem esse nõ posse purè vniuocam, sed cum analogia admixtam; vnde sicut non obstante, quod substantia dici soleat ens simpliciter, & accidens ens secundũ quid, adhuc tamen conceptus entis ponitur vtrisque vniuocus, quia illud pronunciatum non intelligitur de substantia, & accidente absolutè consideratis, sed tantum comparatiuè, nã ex comparatione accidentis ad substantiã talis analogica denominatio resultat, ita in proposito dicendum est, quia differentia accidentalis dicitur talis secundũ quid solum per comparationem ad essentialem, absolutè tamen ipsa quoque in suo genere dici debet differentia; quod innuit Porph. ipse, cum ait differentias communem, & propriã absolutè, & simpliciter posse dici differentias; & tandem vt vno verbo dicamus, ꝙ differentia essentialis, & proprijssima sit perfectior cõmuni, & propria, qa facit aliud, & aliud, & eius modus faciendi differre nequeat exerceri ĩ eodẽ subiecto, sicut modus differentiæ cõmunis, hoc non destruit vniuocationem, sed puritatẽ vniuocationis, & infert analogiã, alioquin nullũ genus vniuocum esset, quia sub ipso vna species est essentialiter perfectior altera.

Peres, an stante, quod hæc diuisio sit alicuius vniuoci, possit dici aliquo modo generis in species. Negat Fuent. cit. quia differentiæ reales formaliter, & vltimatè lo-

tè loquendo sunt cōceptus simplices, & vltimæ rerū actualitates; sed si differentia cōi esset genus, differentię nō esset sīplices, sed adhuc cōstarēt ex gñe & alia differentia. Verū & ipse tenetur hoc argumentū soluere, cū concedat conceptum differentię incōmuni esse vniuocū ad cōmunē, propriā, & magis propriam, & ad eas aliquo modo cōtrahibilē per modos, vel differentias; Quare de differentijs specificis idē dicendū est, ꝙ de indiuidualibus dicebamus ar. vlt. q. præc. nimirū importare conceptus simplices, qa non sunt resolubiles in vlteriores realitates, & differentiā in cōi ad illas tres nō habere rationē generis, vt quid, sed tm̄, vt modus.

Itaque differentia essentialis, & propriissima est primū analogatū, de qua sola hìc agitur, vtpote quæ tertium obtinet locū inter vniuersalia, quia alię duæ differentiæ nēpe propria, & cōmunis pertinēt ad duo vltima prædicabilia .s. propriū, & accidens. Tres autē, vel quatuor munera præstat hæc differētia, vt notat Doct. q. 27 vniu. in fol. ad 5. & Tat. q. de diff. §. *Tertiò sciendum*, nā diuidit genus, constituit speciē, easdē distinguit à quocumq; alio, & tandem prædicatur de specie constituta, & omnibus contentis sub illa; quæ singula munera exprimit, ac declarat Porphir. per quatuor definitiones, quas affert de differentia; quinta .n. non est, nisi declarat ina aliarū, vt inquit hìc Tatar. & quāuis prima tria considerare potius ad metaphysicum spectet, vtpote quæ conueniūt speciei pro prima intentione, quam ad logicum, cui propriè incumbit dumtaxat contemplari quartum, quod eam constituit in ratione vniuersalis; adhuc tamen quia multum conferunt ad benè dignoscendum quartum munus, ideò de illis tribus quoque differentiæ muneribus hìc agemus in ordine ad quartum, & quatuor articulis rē expediemus, quod eò magis rationabiliter factū erit, quia etiam illa tria munera non sic præcisè competunt differentiæ pro prima intentione, quin etiam aliquo modo possint applicari eidem secundo intentionaliter captæ, vt mox patebit ex dicendis seq. art.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quomodo differentia diuidere genus dicatur.

TErtia definitio differentię, quam tradidit Porph. est talis, *differentia est id, quod suaptè natura ea, quæ sunt sub eodē genere separat*, & vt insignes notant Expositores, tradita est per primum munus differentiæ, quod est diuidere genus, si.n. eā intelligere velimus, vt explicet tertiū munus, ꝙ est distinguere species abinuicē, vt verba eius sonare vidēr, tūc tertia definitio nō differret à quarta, quæ & idē munus explicat, cū sic assignetur *Differētia est id, quo singula differunt*, vt ergo de damus esse distinctas definitiones traditas in ordine ad munera diuersa differētiæ explicanda, debemus tertiā intelligere in ordine ad munus diuidendi genus, præsertim cū nulla alia illarū definitionū ita manifestè exprimatur munus illud, ac per illā; & quidē rationabiliter sic pōt exponi, differentiæ namq; separādo ea, quæ sub eodē sūt genere, multiplicant species, & mediāte hac multiplicatione habet genus, vt essentialiter diuidatur, seù ponatur in pluribus essentialiter diuisis; dixit autē Porph. per differentiā potius diuidi ea, quæ sunt sub genere, nēpè species, quā ipsū genus, vt ostenderet genus nō habere, nisi diuisionē extrinsecā specierum, & species esse, quæ propriè diuiduntur, nam genus adhuc in speciebus propriā retinet vnitatē formalē illæsam; & hāc doctrinā docuit Arist. 6. Top. c. 3. loc. 8. illis verbis, *Omne genus ijs, quæ è diuerso diuiduntur, differentijs diuiditur; vt animal gressibili, & volatili, & aquatali &c.*

Cum igitur genus in duplici statu spectari possit, & in statu realis existentiæ eo modo, quo nunc in speciebus reperitur

turdispersũ, & in statu existẽtiæ, obiectiuè eo modo, quo à nobis cõcipi solet, vt totũ quoddã vniuersale multa sub se cõtinẽs inferiora, & cũ in vtroq; statu dicatur esse diuisioni obnoxiũ, quæritur in præsenti, quomodo differentia exerceat hoc munus diuidendi circa genus tã in statu realis existẽtiæ, quã obiectiuę, an scilicet exerceatur reali modo, an potius per intellectũ, & quidẽ huius rei resolutio tota depẽdet ex dict. disp. de vniuers. in cõi, pręsertim q. 1. ar. 1. vnde cõsequẽter ad sic dicta.

Dicimus 1. si natura generica cõsideretur in statu realis existẽtiæ, differentia circa ipsã exercet munus diuidendi reali modo, nõ quasi illã scindendo, sed potius determinãdo, & limitãdo. Prob. ac declatur, quia cõtractio naturæ per differẽtias in statu realis existentiæ nõ est aliud, quã diuisio, & multiplicatio ipsius naturæ pcedẽs abstractionẽ intellectus, sed hęc diuisio, & multiplicatio verè datur à parte rei, ergo primũ munus differentiæ circa naturã genericã in statu realis existentiæ reali modo exercetur; Maior patet, prob. min. quia alia est animalitas, quæ in equo reperitur, & alia, quæ in homine, & quidẽ alia, & alia realiter, & nõ rõne tm. Hęc autem diuisio animalitatis à parte rei per differẽtias, esto sit realis, nõ tñ fit eo modo, quo diuisio vnius cõtinui v. g. ligni in plures partes, vt bene notauit Tat. q. de differ. §. *Quartò sciendũ*, & ratio est, quia animalitas à parte rei non habet rõnẽ totius in ordine ad species, sed potius partis materialis, & contrahibilis, ac re vera determinabilis per differentias; Nec dicitur diuidi, quasi q vna essent entitas realis ante aduentũ differentiæ, & postea p ipsã scindatur, & amittat vnitatẽ suã realẽ, vel è cõtra eã retinendo solũ extrinsecè distinguatur per differentias additas, quia nõ habet natura creata talẽ vnitatẽ realẽ in oĩbus per inexistentiam, vt innuimus disp. præced. q. 1. art. 2. solum igitur dicitur diuidi, quatenus vna, ac eadem manens, ita contrahitur per hanc differentiã v. g. rationalis ad constitutionẽ huius speciei sc. hominis, vt eadẽ, quantũ est ex se contrahi posset, differentiam tñ, ad cõstituendã aliã speciẽ v.g. equi per hinnibilitatẽ; ita .n. re vera natura generica metaphysicè cõtrahitur, & determinatur per realitatẽ differentiæ, sicut materia physicè cõtrahitur, & determinatur per formã, & dicitur ẽt re vera diuidi extrinsecè per differentiã, quatenus animalitas hominis per rationalitatem specificè distinguitur ab animalitate equi, & in hunc modũ explicat Doctor diuisibilitatẽ naturæ per differẽtias in esse realis existẽtiæ in 1. d. 5. q. 2. §. *Tertiò*, & quãuis ibi loquatur de natura specifica, idem tñ dicẽdum est quoque de generica, proportione seruata.

Sed obijcies, tota naturæ essentia v. g. integra animalis natura est in homine, & equo; ergo non est verè diuisa per differentias, quia tũc nõ esset integra in quolibet; Cõf. quia natura est verè vna in omnibus, cũ oĩa sint eiusdẽ naturæ, ergo nõ diuiditur re vera per differentias, quia p diuisionẽ destruitur vnitas. Res. illud probare solũ, q non sit quædã realis diuisio, velut totius actualis in suas partes, quod verũ est, quia à parte rei natura animalis intantum dicitur diuidi ab hac, & illa differentia, inquantum per ipsas contrahitur, & determinatur ad hanc, vel illam speciem. Ad conf. dicimus esse vnam in omnibus per indifferentiam, non per inexistentiam, eo modo, quo explicatũ est disp præced. q. 1. art. 1. nec per talem diuisionem tollitur hæc vnitas, quia non est vera diuisio, vt alicuius totius in partes, sed potius contractio partis potentialis, & ideò non destruitur illa vnitas per indifferentiam, sed tantùm ab extrinseco determinatur, & limitatur. Dices, si natura non est vna in omnibus per inexistẽtiam, sed potius in multis multiplex hoc modo, ergo erit realiter, ac entitatiuè diuisa in multis ante differentias, atque ita re vera non diuidetur per differentias. Resp. quocunq; modo se habeat natura ante

ante differentias,nã hoc non est præsentis negotij,hoc certũ est,ante differẽtias non posse dici vnã in multis,nec multiplicem, qa cũ differẽtijs ipsis cõstituit illa multa, & qa in tali cõstitutione se habet per modũ realitatis potẽtialis, & determinabilis p differẽtias hoc sensu dicitur diuidi p illas,ac ẽt in alio sẽsu, quatenus extrinsecè meritò differẽtiæ adiũctæ animalitas hominis specie differt ab animalitate equi.

Dicimus 2. si natura generica consideretur in statu existẽtiæ obiectiuæ, tunc propriè concipitur diuidi ad modum totius in suas partes, totius nimirum potẽtialis in suas partes subiectiuas, licèt talis diuisio non fiat,nisi per opus intellectus. Hanc ẽt concl. ponit Tat. loc.cit. vbi ait, genus in hoc statu diuidi per differentias diuisione logicali,hoc autẽ aliud non est, vt ipse ibi explicat,quã genus manifestari à posteriori quoad eius cõmunitatẽ per eius partes subiectiuas; Sed adhuc melius, & clarius explicatur conclusio, quia genus in tali statu abstractionis cõcipitur per modũ cuiusdam totius vniuersalis,vt Scot.docet 1.d.1.q.2.D.& quatenus totũ potentiale cõcipitur diuidi in plures partes potestatiuas .s. in plura inferiora v. g. in animal hominem, in animal equum per diuersas differentias,ergo in tali statu propriè diuiditur per differentias; Fit autem talis diuisio, & contractio per intellectum,quia supponit naturam per intellectum abstractam, & ita vnam, qualis non est à parte rei, quia in tali abstractione supponitur habere vnitatem per indifferẽtiã positiuã, & concipitur diuidi per differẽtias in plures species vna,& eadẽ manẽs per inexistẽtiã in illis, vt dictũ est disp.pc.q.3.art.1.quã certè vnitatẽ nõ habet à parte rei diuisa, & multiplicata.

Sed obiicies 1. si natura animalis vna concipitur per inexistentiam in suis inferioribus,ergo nõ cõcipitur diuisa per differẽtias in illis, ac multiplicata, quia vnitas destruit multitudinem, & multitudo impedit vnitatem. Resp.neg.conseq. quia generatim loquendo vnitas compossibilis est cum diuisione non sibi opposita, & quo minor est,stat cum diuisione maiori,quare sicut vnitas specifica stat cum multitudine numerali, sic vnitas generica stat cum multitudine specifica. Dices, diuisio tollit aliquam vnitatem, nec diuisum post diuisionem manet indiuisum, sicut antea, ergo si genus per differentias diuiditur in species, cum diuidi non possit,nisi secundũ vnitatem genericam, vtiq;per illas diuisum talẽ vnitatẽ non retinebit. Resp. q sicut species, cũ diuiditur in indiuidua,non vtiq;cadit diuisio super vnitatẽ specificã,quia secundũ hanc indiuisibilis est, cum hæc nõ tollatur, nisi per differẽtias essẽtiales,& formales, ad quas est impotẽs species infima, sed super vnitatem numeralem rationis, quam acquirit eo ipso, quod ab indiuiduis abstrahitur,quo sensu verum est,quòd contracta per intellectum, & diuisa nõ remanet sic vna, & indiuisa, sicuti prius erat in statu abstractionis; sic à pari cum genus v. g. animal diuiditur in species per differentias,non vtiq;cadit diuisio super vnitatẽ genericã generis proximi, quia hæc tolli nequit, nisi per differẽtias subalternas, secundũ quas prorsus indiuisibile est genus proximũ,& infimũ,sed super indiuisionẽ specificã,quã ope intellectus acquisiuit, cũ à speciebus abstracta fuit; & in hoc sensu etiam de genere verũ est dicere, quòd contractum per differentias, ac diuisum per intellectũ non remanet sic vnum,vt prius erat in statu abstractionis.

Secundò,si eadem simplex natura existeret realiter in pluribus, sicut de facto natura diuina est in tribus personis, & si vna albedo esset in pluribus subiectis collocata hæc vtiq; non esset diuisio naturæ in multis, aut contractio ipsius ad multa, sed potius esset quasi applicatio quædam naturæ ad plura subiecta, ergo hæc diuisio generis in species per differentias non benè assignatur,quod vna, & eadem per inexistentiam in pluribus cõcipiatur spe-

speciebus, quia sic propriè nõ concipitur cõtrahi ad plura, & diuidi in multas naturas eiusdẽ rõnis, sed potius quodã modo eandẽ naturã pluribus subiectis applicari Resp. neg. paritatẽ, nã licèt in casu nostro natura generica cõcipiatur vna per inexistentiã in pluribus speciebus, & specifica in pluribus indiuiduis, tñ quia hęc vnitas non est numeralis, sed minor ea, benè cõcipitur sic vna manẽs propriè diuidi in plura seipsa per differentias, vt hominẽ v. g. in plures homines, & animal in plura animalia.

Tertiò, hæc duo pugnare videntur, naturam v.g. animalis esse diuisam per differentiam in singulas species, & esse totã essentialiter in singulis, & non potius per partes distractam in illis, ergo talis diuisio generis per differentias, non põt modo iam explicato fieri; Prob. assumptum, quod .n. diuiditur in partes diuiditur, & quod est totũ in singulis, nõ põt esse diuisum, sed vnum, & idem erit in omnibus.

Resp. benè explicari, quomodo hæc totalitas cum diuisione cohæreat, si aduertamus, quod animal v. g. potest considerari, vt totum essentiale respectu suorum prædicatorum essentialiũ, quæ formaliter, & intrinsecè in se continet actu; & vt totum potentiale respectu suorum inferiorum, quæ dicitur continere in potentia, eo quia nõ sunt de conceptu essẽtiali illius; vniuersale igitur animal, & quodlibet aliud diuiditur in sua inferiora, non quatenus totum essentiale, quasi in plures partes suæ essẽtiæ, quarum vna contrahatur ad hoc inferius, & alia ad illud v. g. ex homine animal contrahatur ad Petrum, & rationale ad Paulum, quia si tota essentia hominis non esset in vnoquoque, quilibet esset quasi dimidiatus homo, vel potius nõ homo, sed diuiditur quasi totũ potentiale in plures partes subiectiuas .i. plura inferiora, atq; ità nõ repugnat naturã vniuersalẽ esse in suis inferioribus diuisam, & simul totã secundũ essentiam in singulis manere, quia diuiditur solũ secundum totalitatẽ potẽtialẽ, nõ verè actualẽ, & essentialẽ, & hoc est, quod vulgò dicitur, vniuersale esse totũ in quolibet suo inferiori, sed non totaliter; dicitur esse totũ in quolibet inferiori quoad totalitatẽ essentialẽ, & actualẽ, nõ autem totaliter, qa ab illo inferiori nõ adæquatur totalitas eius, seu latitudo potẽtialis.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quomodo differentia simul cum genere speciem constituat, vbi de compositione Metaphysica.

HOc secundum differentiæ munus, quod est constituere speciem per modũ partis actualis, sufficiẽter insinuauit Porph. per primã definitionẽ eius cũ dixit *Differentiã esse, qua species excedit genus*, vel *abundat à genere*, vt alij legunt, vt .n. notat Doct. q. 27. cit. in sol. ad 5. conuenit differẽtiæ, vt est cõstitutiua speciei, sensus .n. eius est, quod differentia est, quæ cũ genere cõstituit speciẽ, itaquod ibi ponitur species, vt correlatiuũ differentiæ, inquantũ species est cõstituta, & differẽtia cõstitutiua; *abundat à genere* ponitur pro censtituere, & propria rõne constituẽdi, quia non vt genus cõstituit speciẽ, ità explicat ibi Doctor præfatã definitionẽ, vndè immeritò eam carpit Petrus Greg. in Syntaxi tom. 1. lib. 2. cap. 10. quod differentiæ munus adhuc ẽt magis explicuit Porph. per quintã definitionem, quæ est aliarum præcedentiũ declaratiua, dũ ait, differẽtiã esse id, *quod ad substantiam, rationemque cõfert, & quod pars eius est rei, cuius differentia dicitur esse.* Et quidem differẽtiam cum genere speciem cõstituere adeò verum est, vt nemo de hac re dubitauerit vnquam, id .n. disertè docet Arist. 7. Met. solum dubium est, de modo, quo munus hoc à differentia exerceatur in speciei cõstitutione, an .s. exerceatur modo reali, itaut quando dicimus differentiam addi generi ad cõstituendam speciem, sit hæc additio, & constitutio ex natura rei, & realis

realis an potius sit additio rõnis .s. quoad rõnem aliquã conceptã, vel quoad maiorẽ explicationẽ in modo concipiendi eãdem rẽ, & talis constitutio similiter sit p nostrũ intelligendi modũ; Et quæstio procedit de speciebus naturarum realiũ, non autẽ de speciebus, quæ fingi solent in entib. rõnis, cũ.n. istæ sint mera entia rõnis, certũ est nõ posse illis reperiri cõpositionẽ realẽ ex genere, & differentia; Similiter quæstio non est de specie formaliter sumpta, & pro secunda intẽtione, si.n. exploratũ est, relationẽ illã non constitui ex relatione genereitatis, & differentiæ, qa huiusmodi relationes sunt inter se diuersæ essẽtialiter, & singulæ cõstituũt p̃dicabile distinctũ, igitur quæst. de specie materialiter .i. de natura specifica rerũ realiũ.

Qua in re, Prima opinio est Nominalium, qui sicut non admittunt vniuersalia vllo modo in essendo, sed tãtùm in significãdo, ita negant cõpositionẽ speciei ex genere, & differẽtia factã siuè realẽ, siuè rationis, ità Ocham 1.d.2. q.6. & ibidem Gabriel, & 1.p.log.cap.16.& 17.& quol. 5. q.11. & 13. Adam 1.d.33.q. 8.art.1. & sequitur Hurt.5. Mẽt. sect.3. & 10. & ex parte consentit Auersa q.13. log. sect. 6. vbi ait constitutionem speciei ex genere, & differẽtia non semper esse per modum cõpositionis, sed interdũ per modũ solius explicationis, quando nimirũ genus non perfectè præscindit à differentia. Secũda opinio est Thomistarũ, qui sicuti negant genus, & differentiã, aliosq; gradus metaphysicos esse ex natura rei actualiter distinctos, affirmãtes sola rõne distingui cũ fundamento in re, quatenus intellectus virtute p̃cisiua, qua pollet, eandẽ simplicẽ entitatẽ partitur in diuersas formalitates obiectiuas, quarũ vna habeat rõnem determinabilis, & alia determinatiui, ità in proposito docent compositionem speciei ex genere, & differentia esse tantummodò rõnis cum fundamento in re, itaquod cum dicitur speciem cõponi ex genere, & differentia, sensus sit, cõceptum obiectiuũ speciei cõponi ex cõceptu obiectiuo generis, & differentiæ; ità significat S. Th. de ente, & essentia c.4. vbi Caiet. Capreol. 1.d.8.q.2.ar.3. Soncin.7.Met.q.36. Iauel.ibi.q.18. Morisi disp.1. q.9. Cõplut. disp.5.q.5. Sot.q.1. vniu. Ruuius t.de diff. q.4. Murcia c.de spec. q.4. Did.c.de gen. q.3. Blanc.disp.3.sect.13. Suarez disp.15. Met.sect.11. Pasqualig.disp.70.& alij Recentiores passim. Tertia demũ est Scotistarũ, qui sicuti inter genus, & differentiã agnoscunt distinctionem ex natura rei formalẽ, quẽadmodũ ẽt inter cæteros gradus prædicamentales, ità cõsequenter asserunt talẽ cõpositionem esse aliquo modo realem, si non ex diuersis rebus, vt est physica cõpositio, saltim ex diuersis realitatibus eiusdẽ rei ante operationẽ intellectus abinuicẽ distinctis; ita ex professo docet Scot.2.d.3.q.6.& 1.d.8.q.3. §.*teneo opinionem meam mediam*, vbi fusè Lich. & Barg. itẽ 7.Met.q.19. vbi Ant. And.q.14. Zerbius q.14.& 15. Faber ibidem disp.18. Canon.1. phys.q.7. Tromb.in Formal. p. 2.ar.2. ex exteris verò Fonsec.4.Met.c.2. q.4.sect.3.& 5.Met.c.7.q.3.sect.3. Molin. p.1.q.50.ar.2. Amic.tract.4. log.q.3. dub. 4.art.3.& tribuitur Ferrar.1.contra gentes c.24.& 42.pro resolutione.

Dicendum est, quod compositio speciei ex genere, & differentia, quæ dici solet metaphysica, licèt non sit realis ex re, & re, vt physica, est tamen formalis ex natura rei ex realitate, & realitate, nõ autem solum rationis ex diuersis conceptibus obiectiuis. Ità Scot. & Scotistæ cit. Concl. hæc fundatur in distinctione formali actuali, quam diximus disp. præced. q.1. art.1. versari inter gradus metaphysicos præsertim genericum, & differentialem, quia iuxtà modum distinctionis horum graduum explicandus est modus constitutionis, & compositionis speciei; & quidem hìc possemus vrgenter ostendere talem distinctionem, quia nimirum gradus genericus est ratio conuenientiæ à parte rei, non autem differentialis, item

gra-

gradus genericus, vt ratio magis cōmunis dicitur in compositione metaphysica differentialē præcedere ex natura rei, & per ipsū cōtrahi; rursus gradus genericus suapte natura est perfectibilis per differētialem, non è contra, quæ vtriq; saluari nequeunt sine aliqua distinctione ex natura rei inter illos, nā si hæc munera cuicūque formalitati tribuerentur ex libito intellectus, tunc non minus posset cum veritate concipi rationalitas, vt prior animalitate, & vt cōtrahibilis, ac perfectibilis per eam, quam è contra; Sed quia hæc distinctio inter gradus metaphysicos in vniuersū ostendēda est in Met. & interim ipse Doctor satis eā demonstrat loc. cit. 7. Met. q. 19. vbi probat conceptibus obiectiuis generis, ac differētiæ distinctas correspondere debere realitates, vt verè sua munera exercere dicantur, ideò Lectorē ad ipsum pro nunc remittimus, & solum ex ratione ipsius cōpositionis metaphysicæ conabimur demonstrare ipsam non posse esse rationis, & ex solis conceptibus obiectiuis cum fundamento in re.

Probatur ergo sic, Cōpositio metaphysica ex gradu generico, & differentiali talis est, q Deo repugnat, & eius summæ simplicitati, vt passim fatētur omnes, ergo est aliquo modo realis, & nō rationis tantum, quia hæc non tollit simplicitatē à parte rei. Et confir. quia ad saluādā cōpositionē metaphysicā in natura creata nō sufficit ipsā esse resolubilē in conceptum cōmunē, & propriū cum fundamento in se ab intellectu inadæquatè concipiente, quia tūc Deus etiā esset metaphysicè cōpositus, cū etiā ipse resolui possit ab intellectu sic concipiente in cōceptū cōmunē, & propriū, quia etiā Deus conuenit cum creatura in gradibus transcendentalibus entis, substantiæ, spiritus viuentis, &c. quę similitudo, & conuenientia poterit esse fundamentū talis abstractionis; Tandem si compositio speciei ex genere, & differentia non est à parte rei, sed tantū rōnis, sequitur speciē essentialiter in re esse ita simplicem, sicut essentia diuina.

Resp. Morisan. cit. ad hoc arg. & ad pcedēs deductū ex distinctione graduū, & inquit, q licèt hæc cōpositio sit rationis, nō inde sequitur posse ad libitū cōcipere intellectū gradū hunc, vel illū promiscuè potentialem, vel determinantē, quia non est omninò conficta, sed habet fundamētū in re, ratione cuius potest, ac debet intellectus hunc gradū, qui. s. est principium conueniendi cū pluribus, vt potentialē, illum verò, qui est principiū differendi, vt actualē, & determinantē, non è conuersò. Subdit etiam hanc compositionē repugnare Deo, non quia sit aliquo modo ex natura rei, & supponat distinctionem formalem inter hos gradus, sed ex alio capite, s. ex illimitatione, & infinitate naturæ diuinæ, ratione cuius fit, vt nullus in ea possit concipi gradus communis, qui nō includatur in ratione particulari propter sūmam simplicitatem, & sit potentialis ad illam ob eius summam actualitatē.

Vtraque solutio facile refutatur, prima quidē, nam petimus, an stante tali fundamento, & exigētia à parte rei, vt hic gradus cōcipiatur, vt potentialis ille verò, vt determinans, possit intellectus inuertere ordinē, vel non, si primū, ergo talis distinctio, & compositio non est cū fundamento in re, quia per fundamentū in re intelligitur motiuum, seu occasio necessitans intellectum ad sic, & sic concipiendū, & non alio modo, si secundum, ergo illi cōceptus supponunt realitates à parte rei formaliter distinctas, & non vnā tantum inadæquatè conceptam, quia ordo requirit distinctionem inter extrema inuicem ordinata, nihil enim ad seipsum omninò ordinatur, & qualis est ordo, talis est distinctio, cum igitur ordo sit ex rei ipsius exigentia præfixus, non immutabilis ab intellectu, distinctio quoq; & compositio erit ex natura rei. Nec etiam solutio ad argumentum ex compositione deductum satisfacit, & à Deo sufficienter expellitur, si est rationis, nam falsum est, q in

in Deo nequeat concipi gradus cōmunis entis substantiæ, &c. perfectè præscindēs à particulari, neq; huiusmodi præcisio tollit sūmā simplicitatē, quia ad ipsā sufficit summa identitas à parte rei inter illa, quę abinuicē præscinduntur, nec potētialitas concepta in illa ratione cōmuni ad particularem tollet actualitatē, quæ à parte rei reperitur in illa ratione, vnde cū tota imperfectio compositionis metaphysicæ, vt ponitur ab Aduersarijs, pēdeat ex nostro imperfecto concipiendi modo, & non ex natura obiecti, sanè nō repugnabit Deo, vnde hac ratione Vasq. 1. p. disp. 22. nō est veritus eām in Deo admittere, qua in re certè aliis est magis cōsequenter locutus.

Respondet Ruuius cit. talē cōpositionē non posse poni in Deo, tū quia cōceptus genericus debet esse vniuocus, à Deo autē nequit præscindi conceptus sibi vniuocus, & creaturis; tū quia cōceptus generis est limitatus, & ex natura rei perfectibilis essentialiter per rationē differentiæ. Sed neq; hæc responsio valet, quia falsū est nō posse à Deo præscindi cōceptum entis, & substantiæ sibi vniuocū, & creaturis, vt in Met. dicemus; ꝙ autē gradus genericus sit sumptè natura perfectibilis per differentialē, ideoq; repugnet in Deo reperiri, corroborat argumentū, & infert aliquā distinctionem ex natura rei inter hos gradus, quia nihil potest cū veritate concipi, vt à seipso perfectibile, & consequenter concedit aliquā compositionem ex natura rei ab ipsis resultare.

Respondet proinde Auersa cōcedendo essentiā creatā non habere maiorē cōpositionē, quā rationis, adhuc tamē nō adæquare simplicitatē diuinā, quia licèt in essētia creata cōpositio ex prędicatis essentialibus nō sit realis, tamen reperitur cōpositio ex natura, & subsistētia, ex substātia, & accidēti, aliisque modis Deo repugnantibus. Sed hæc solutio ex eo solū satis absurda conuincitur, ꝙ concedit creaturam omnē carere compositione essentiali quoad gradus metaphysicos, & quātū ad hanc adæquare simplicitatē diuinā; parum autem refert non adęquare ob cęteras compositiones, quas ipse commemorat, quia illæ potius sunt accidentales, vnde creaturę spirituales materia, & forma carētes in ordine ad compositionem metaphysicam erunt purissimi actus.

Deinde conclusio nostra demonstratur à priori, quia ad cōpositionē realē, vt distinguitur à compositione rationis, duæ conditiones requiruntur; prima est distinctio realis cōponentiū, vt in compositione physica liquet, vbi materia, & forma realiter distinguūtur, vel saltim quòd non sint perfectè idē inter se, ꝙ tunc contingit, quando illa nō ex suis rationibus idētificantur, sed quatenus vniuntur in tertio, cui realiter sunt idē; secunda est, quòd altera pars ex componentibus habeat rationē potentię, & altera rationē actus; sed ambas istas conditiones habent conceptus generis, & differentiæ; habent primā, quia licèt gradus isti non distinguantur realiter in illo, in quo inueniuntur, tamē eorū identitas non debet attendi ex eorū rationibus formalibus, sed tantū ratione illius tertii, in quo vniuntur, & identificantur, itaut intantū sunt eadē inter se, quatenus sunt realiter idētificata illi tertio, à quo si abstrahantur, non remanet sufficiens ratio identitatis, vt directè docet Doctor 1. d. 8. q. 4. ad 1. prin. vnde non valet dicere, animalitas est rationalitas, sed bene in homine animal est rationale, habent quoq; secundam conditionē, quia secundum Arist. 7. Met. 42. & 43. ideò ex genere, & differētia resultat species per se vna, quia gradus genericus habet rationē potētialis, & cōtrahibilis, gradus autē differentialis determinantis, & contrahētis.

In oppositum arguit Didac. ex Aureolo; si genus esset distinctum à parte rei à differentiis, cū quibus proinde realē efficeret compositionem, tunc transmutari posset de vna differētia specifica in aliam, quia quando res potentialis, & prior respicit plures actualitates oppositas, potest illam

illam Deus de vna transmutare in aliam, vt constat de materia habente potentiam ad oppositas formas; & ratio huius est, quia omnis realitas absoluta prior alia, & ab ea distincta realiter, potest separari ab illa, quia non dependet ab illa, vt Scotus ipse concedit 2.d.12.q.2. at dari genus sine differentiis est prorsus impossibile 2. Met.c.16.& 3. Met.c.3.Confir.quia idem cum seipso nequit realem efficere cōpositionem, sed genus est idem realiter cum differentia, ergo nequibit cum ea realem efficere compositionem, sed rationis.

Resp.neg.conseq. quæ teneret, si inter genus,& differentiam realem poneremus distinctionē, at solam formalem admittimus, quæ minor est reali,& maior distinctione rationis tàm ratiocinante, quàm ratiocinata ex dictis disp.1.q.5. ar.2.& de entitatibus realiter distinctis, vt sunt materia,& forma, loquitur Doctor loc.cit.& est solutio eiusdem 7.Met.q.13. n.20. Ad confir. vtiq; ꝙ est idem realiter perfectè cum alio, nequit cum eo efficere compositionē, vt patet de perfectionibus diuinis, quæ quia ob propriā cuiusq; infinitatem sibi inuicē perfectissimè identificantur, ideo nullā prorsus efficiunt cōpositionē, at quæ identificantur imperfectè, nimirū solum ratione tertii, in quo vniuntur, vt est in proposito de genere,& differentia, possūt aliquā ex natura rei efficere cōpositionē, vt mox adhuc magis declarabitur.

Secundo arguitur ex Ocham, genus nō est verè, & realiter potētiale ad differentiā, sed tantū per nostrū concipiendi modū, ergo nequit cū ea efficere compositionē vllo modo realem, sed tantū rationis; Probatur assūptū, tū quia nulla res est in potentia ad seipsam, nec à seipsa perfectibilis; Neq; dicas ad id sufficere distinctionē formalē. Quia re vera hæc nō sufficit, vt vnum dicatur potētiale ad aliud, quia per Scotum essentia diuina, eiusque attributa sunt ex natura rei formaliter distincta, & tñ nō est pfectibilis ab eis realē ob identitatē. Tū quia, si genus esset verè potentiale ad differentiam, tunc, quantū est de se, nō minus posset esse sub hac, quam sub alia, & sic distingueretur realiter ab illa, quod enim esse potest sine alio, vtique realiter distinguitur ab illo, ergo cum implicet genus esse sine differentia, sub qua est, fatendum est non esse verè potentiale ad illam, sed tantum per nostrum concipiendi modum.

Resp. negando assūptum, esto.n.genus nō sit verè potentiale ad differentiā, vt ad quid realiter distinctū, sicut est materia ad formā, est tamē potentiale ad illā, vt ad id, cū quo est imperfectè idētificatū .s.ratione tertii, vt.n.diximus, sufficit imperfecta identitas, vt vnū dicatur potentiale ad aliud; & per hoc patet ad primā prob. assūpti, concludit.n.vnum non posse dici potētiale ad illud, cū quo est perfectè idē, alioquin foret in potentia ad seipsū, neq; nos dicimus genus esse potentiale ad differētiā ob solā distinctionē formalē inter ea repertā, alioquin & essentia diuina dici posset potentialis ad attributa, vt benè probat illa instantia, sed asserimus esse potentiale ad illā ob imperfectā eius identitatē cū ea, quia est identitas mendicata à tertio, à quo si abstrahantur, nō sunt idem realiter, vndè realitas generica, vt præcedit differētialē, erit verè potētialis ad illā, & perfectibilis per illā, vt docet Doctor 1. d.8.q.3. infrà I. Alia verò probatio tangit arduā difficultatē examinādā in Met.disp. de natura communi, de qua videri potest Lichet. 2.d.3.q.1. vbi pro eius solutione multa dicit; interim dicimus saluari potentialitatē generis ad differentiā ob imperfectam identitatē eius cū differentia in tertio, ꝙ cū ipsa cōstituit, ratione cuius imperfectæ identitatis dicitur, quantum est de se, posse esse sine illa, nō quidem potentia naturali,& ad actum reducibili, sed logica, quatenus si consideretur, vt prius naturaliter differentia contrahente, nihil in ipso inuenitur, per quod ei repugnet esse sub alia; estò si consideretur, vt coniunctum cum differentia in tertio; impli-

cet

cet separari posse ab illa ob realē idētitatē acquisitā ex cōbinatione amborum in tertio, cui identificantur, ità disertè docet Doct. 7. Met. q. 13. cit. n. 20. vbi ait, *quod cō traditio includitur, quod separetur propter vnitiuam continentiam*, cuius reddēs rationē subdit, *quædam naturæ in se non repugnant, & tamen repugnant naturæ positæ in esse, vel factæ*. Dices, si extrà tertium non sunt realiter idē, ergo per vnionē in tertio nequeunt fieri idē, quia talis vnio non habet vim tollendi realē eorū distinctionē, vt patet de materia, & forma, quę etiā in cōposito vnitæ, adhuc inter se distinguuntur realiter. Resp. ꝙ aliqua possunt vniri in aliquo tertio dupliciter, vt innuit Doctor 2. distin. 2. quæst. 2. ad 1. princ. vel sola identitate vnionis, vel etiā vnitate identitatis transeundo nimirum in realem identitatem ipsius, vnio primi generis non tollit distinctionē realē vnitorū, quo genere vnionis vniūtur materia, & forma in physico cōposito, in quo etiā vnitæ realiter ab eo distinguuntur, vt fusè demonstramus in phys. disp. 5. q. 13. ar. 1. benè tñ vnio secundi modi, qua quidē genus, & differētia vniuntur in compositio metaphysico, vndè cū illud constituant seipsas illi realiter identificādo, illa quoq; realis idētitas in ipsa redūdat, quatenus quæ sunt eadē vni tertio, etiā inter se eadem cēsentur, quatenus vnita in eo.

Tertiò vrget Auersa, si natura generis distinguitur à differentia, petendum est, num animalitas, quę est in homine, secūdum illam entitatem, qua dicitur distingui à rationalitate, sit à parte rei determinata, & distincta ab animalitate, quæ est in equo, vel indifferens, & indistincta, hoc secundum dici nequit, quia entitas animalitatis, quæ est in homine, non est intrinsecè entitas animalitatis, quæ est in asino, videmus. n. asinum interire, & hominem remanere secundum omnem suā entitatem; si primum ergo in ea formalitate dicit differentiam determinantem, & distinguentem, atq; adeò ab ea non distinguitur à parte rei. Confir. quia si natura generis in se differt à differentia sua, ergo iam in se includit differentiam, per quam distinguitur à differentia sua.

Resp. hoc esse satis molestum argumētū, ꝙ solet vrgeri contra Scotistas in materia de natura cōmuni, de quo etiā multa Lich. loc. cit. illudq; optimè soluit Doct. 7. Met. loc. cit. vbi quærens, an natura Sortis realiter distiguatur à natura Platonis seclusis hæcceitatibus, inquit, ꝙ natura Sortis, sicut differentia numerali circūscripta, nō manet vna maxima vnitate in se, sed tm̄ illa vnitate minori, quę est cōis, sic nec est diuisa ab humanitate Platonis diuisione numerali, nec aliqua, q a nō specifica, ita Doct. quā ēt responsionē applicat ibi naturis gñcis, nā circūscriptis differētijs specificis nulla remanet esśētialis differētia inter hōem, & asinū, quia animalitas hominis, & asini præcisis illis sūt eadē entitas, & essentia, sumēdo ens formaliter, & nominaliter, sed de hoc ex professo dicemus in Met. interim, vt benè hāc Scoti responsionē percipias, vide, quæ diximus disp. præced. q. 1. art. 2. ad 3. Ad confir. dicimus, genus, & differētiam non dici propriè differentia, quia in aliquo quidditatiuè nō cōueniunt, nisi fortè in ente, de quo in Met. sed propriè dicūtur diuersa. i. se totis dissimilia, & non per aliquid sui, vt docet Arist. 3. Met. 10.

Tandem obiicitur, quia Arist. 7. Met. 31. ait, quod genus nihil est præter eas, quę sunt generis species, ergo gradus genericus nihil dicit à parte rei vltrà specificum, & differentialem. Tum quia vt abstractio horum graduum fiat ab intellectu sine fictione, non indiget pro fundamēto distinctionem ex natura rei plurium realitatum illis conceptibus correspondentium, vt Scotus vult 7. Met. qu. 19. cit. sed sufficit distinctio virtualis, & eminētia eiusdem simplicis entitatis, ratione cuiu possit ab intellectu partiri sine mendacio in diuersas formalitates obiectiuas, vt maior pars Scotistarum

con-

concedũt de conceptibus transcendentibus, quibus nõ ponũt correspõdere realitates integras à parte rei, ne admittant cõpositionẽ in Deo, quibus expressè fauet Scot. ipse 1. d. 8. q. 3. propè finẽ. Tũ demũ, quia oẽs gradus metaphysici, vt plurimũ fundantur in vna simplici entitate, vt patet in Angelis, & accidentibus, quæ sũt formæ simplices, ergo nõ supponunt distinctionem realitatum, vnde sumantur, & cõsequenter non efficiunt compositionem, nisi rationis.

Resp. Doctor 7. Met. q. 19. & 4. d. 11. q. 3. Cũq; auctoritas illa adducitur trũcata, ait .n. Arist. q̃ genus, aut non est aliquid præter eas, quæ sunt generis species, aut si est, vt materia est, & secunda pars distinctionis est vera. Ad 2. neg. assumptũ, ad prob. dicimus non esse eandem rõnem de gradibus prædicamẽtalibus, & trãscẽdẽtibus, his .n. cõceptibus, nimirũ trãscẽdentibus, vtiq; nulla debet correspondere realitas à parte rei per ipsos adęquatè explicata, alioquin poneretur cõpositio in Deo, vt benè Doctor cit. 1. d. 8. q. 3. ostendit, & Barg. ac Lich. ibidẽ; gradibus verò prædicamentalibus correspõdere debent realitates adæquatè, vt facere possint verã cõpositionẽ metaphysicã, vt benè docet Doctor cit. 7. Met. q. 19. ac ẽt 2. d. 3. q. 1. ex professo; quã disparitatem inter gradus prædicamentales, & trãscendẽtes fusius declarare muneris est metaphysici. Ad 3. licèt gradus metaphysici generis, ac differẽtiæ sæpius fundẽtur in vna entitate simplici physicè, prout simplicitas excludit cõpositionẽ ex re, & re, illa tamen entitas erit multiplex, & cõposita metaphysicè. s. ex realitate, & realitate, vna potẽtiali, à qua sumatur genus, altera actuali, à qua sumatur differentia, & talẽ cõpositionem habent angeli, & accidentia.

Sed ad maiorem compositionis metaphysicę notitiam occasione præcedentis argumenti venit hîc declarandum axioma illud ex Arist. sumptum 7. & 8. Met. q̃ genus sumitur à materia, & differentia à forma, non .n. videtur verificari posse in illis rebus, quę carẽt materia, & forma, & tamen habent proprium genus, & differentiã, cum sint in prędicamẽto, vt sunt Angeli, & accidentia; Cũ igitur esse metaphysicũ sumatur ab esse physico, à quo abstrahitur indagandum est, an hæc duo principia cõpositi metaphysici sẽper desumi debeant, & abstrahi à partibus physicis, genus quidẽ à materia, differentia à forma. Cõmunis opinio est in nulla re genus desumi à materia, & differentiam à forma, sed vtrũq; gradũ promiscuè à tota natura, & entitate rei desumi, diuersimodè tñ concepta, genus à tota entitate, vt vlterius perfectibili, & determinabili, seu vt cũ alijs in aliquo gradu conuenit, differentiã verò ab eadẽ tota entitate, vt cõtrahẽte, & determinãte, seù vt ab alijs in aliquo gradu discrepat, ità Vasq. p. 1. disp. 179. c. 3, Ruuius q. 3. de diff. Sanch. in log. q. 45. Auersa q. 13. sect. 2. Suarez disp. 6. sect. 11. Pasqualig. tom. 1. Meth. disp. 69. Blanc. disp. 3. sect. 14. Didacus, Complut. & alij passim; vndè inquiunt, illud Arist. dictum non debere intelligi propriè, sed per quãdam analogiã, & similitudinem; & quidẽ ità loquitur Arist. nã 8. Met. c. 2. ait, *oportet hoc quidem, vt materiam, illud verò, vt formam esse*, eadẽ ferè verba habet c. 3. & sic ẽt loquitur Porph. c. vlt. *genus praterea simile est materiæ, differẽtia formæ*, quare cõcludunt, axioma illud sic esse intelligẽdũ, genus sumi ab eo, q̃ habet rõnẽ materiæ, i. potẽtiæ, & perfectibilis, differẽtiã verò à forma, i. ab eo, q̃ habet rõnem actus, & perficientis; põt autẽ vtriusq; rõnem subire tota natura sub diuersis cõceptibus, atque ita à tota illa diuersimodè concepta sumi vterq; gradus.

Hic tamen dicendi modus recipiendus non est; cum .n. hucusq; probatũ sit conceptibus generis, & differẽtiæ necessariò respondere debere in eadem natura distinctas realitates, consequenter dicendum est non sufficere eandẽ naturam diuersimodè conceptibilem, vt ab ea su-

mantur conceptus generis, & differētię, sed in ea assignari debere diuersas realitates, vnā quidē suapte natura potētialē, à qua sumatur genus, alterām actualē, à qua sumatur differētia; adeò ꝙ estò opus non sit genus, & differentiam sumi sēper ex diuersis partibus physicis, imò frequēter sumantur ab eadē natura simplici, vt in angelis, & accedētibus, sēper tñ sumi debeant ex diuersis partibus metaphysicis, ità docet Doctor loc. cit. 7. Met. q. 19. & q. 16. vniu. vbi eius Expositores, & 1. d. 3. qu. 3. O. & 2. d. 3. q. 6. G. & alibi sępè; & quidē hoc indicasse videtur Arist. 7. Met. 37. vbi ait partes definitionis, quę sūt genus, & differentia, correspondere partib. definiti, ergo per Arist. sēper desumi debent ex distinctis partibus definiti, non physicis, quia nō omne definitū tales habet, ergo metaphysicis. Nec pōt dici, ꝙ tm fundamentaliter in re definita huiusmodi partes metaphysicè correspōdeāt partibus definitionis. Quia Arist. ipsū definitū vocat formaliter, & actualiter totū, ergo formaliter, & actualiter habebit partes metaphysicas; & cum ex huiusmodi partibus debeat fieri vnū per se totū metaphysicū, necesse erit, vt vna realitas habeat rōnē partis potētialis, à qua sumatur rō generis, & alia rōnem partis actualis, à qua sumatur rō differētiæ, vt docet Arist. 8. Met. 9. & 7. Met. 42. & 43. & hac rōne, inquit Doctor, dicitur genus sumi à materia, differentia à forma, non quidē propriè, sed p quandā proportionē ad partes cōpositi physici. Subdit tñ Doctor loc. cit. interdū in physicis cōpositis contingere posse, vt genus aliquod, & differentia sumantur à diuersis partibus v. g. in corporibus animatis corpus, ꝙ est genus, sumitur à corpore pro altera parte cōpositi, ꝙ habet rōnē materię, vt ostēdimus in phys. disp. 2. q. 1. art. 2. animatū verò ab anima.

At obijcit Auersa, opus non esse genus sumi semper ex realitate potētiali, & differentiam ex actuali, nam vel differentię intermedię sumuntur à forma, seù realitate actuali, & sic solū genus generalissimū sumetur à materia, seù realitate potentiali, subalterna autē sumentur à forma, & ita non saluatur gradus potentiales sēper sumi à materia, vel sumuntur à materia, & sic sola differentia vltima sumetur à forma, & habetur intentum, quod non oīs differentia sumitur à realitate actuali. Resp. oēs differentias subalternas, vt differentiæ sunt, desumi à realitate actuali, & genera subalterna, vt sic, à realitate potētiali, nec apparet, quomodo ex hoc, ꝙ differentiæ constitutiuæ generū subalternorū sumātur à forma, sequatur ēt ipsamet genera subalterna constituta sumi à forma, quia animal v. g. constituitur ex viuente tanquā ex genere, & sensibili, tanquā ex differentia, viuens sumitur ex realitate potentiali istius speciei subalternæ, sensibile ex realitate actuali, ex quibus realitatibus resultat hæc species subalterna. s. animal, ꝙ iterū cū venit in cōstitutionē infimę speciei. s. hominis cū rationali, animal importat realitatem potentialem istius speciei, rationale realitatem actualem, & sic de singulis; & sic patet semper differentias omnes sumi ex realitate actuali illius speciei, quam constituunt, siuè sit infima, siuè subalterna, & genera similiter ex potentiali.

Postremò ex mō iā declarato, quo genus, et differentia concurrunt ad constitutionē cōpositi metaphysici cōcludēdū est cōtra Murc. q. 4. de specie, et Blāc. disp. 3. sec. 12. et alios quosdā, differētiā sēp esse pfectiorē genere, ꝙ contrahit, vt rectè docēt Cōplut. q. 5. Ruu. q. 5. et Pasqualig. disp. 65. cuius rō deduci pōt ex Doct. 1. d. 8. q. 1. ad 1. prin. vbi docet, ꝙ quādo aliqua duo cōparātur in pfectione, pēsandū est, quænā illarū perfectionū simpliciter, et absolutè magis excellat, et ex hoc cōcludit, quòd quamuis materia sit simplicior composito, tamen quia compositum est actualius materia, absolutè dicendum est compositum esse perfectius materia, quia actualitas est perfectio absolutè præstantior

tior simplicitate,cum igitur in proposito differentia séper excedat genus in actualitate, quãtúcúq; perfectioné inueniamus in genere, tñ séper maior erit perfectio differentiæ, quia habet magis de actualitate, est .n. gradus determinatiuus generis,illudq; essentialiter perficiens. Accedit, ꝙ vt ait Porph.differẽtia est, qua species excedit genus,vtique in perfectione; ergo séper est perfectior illo, non solũ in ratione partis,quia est pars actualis,vt ait Blanc.sed ẽt in rõne entis,quia magis accedit ad actualitaté ; & quidem si species excedit genus in perfectione, vt oẽs cõcedunt,etiã Aduersarij ipsi.sanè hunc excessum à suis principijs habere debet, ex quibus constituitur,cumq;nequeat habere à genere,vtiq; habebit à differentia.

Sed obijciunt, quòd licèt differentiæ eleuantes genus ad gradũ altioris naturę sint séper ipso nobiliores, vt rationale respectu animalis, ꝙ eleuat ad gradũ intellectiui, quæ tñ ipsum cõtrahũt intra propriũ gradũ, vt se habet irrationale respectu eiusdé,nõ sũt nobiliores,sed vel equè nobiles, quia non constituunt specié habenté perfectioré operationem sensitiua, quæ gradui generis propria est, & ẽt non nunquam ignobiliores, quia constituunt speciem, quæ habet minus perfectũ gradum sentiendi ipso genere animalis, vt patet de talpis,ostreis,& alijs, quæ præter tactum nullum alium sensum habere videntur,ergo in his minus perfectus reperitur gradus sentiendi,quàm in genere ipso animalis significante naturam sensitiuam abstractam ab his defectibus.

Resp. argumentum, si quid habet roboris, probare non solùm differentias secundi generis, sed etiam species constitutas per eas esse ipso genere imperfectiores; bene igitur inquit Ruuius, quòd præter eleuationem ad perfectioré operationem,vel perfectiorem modum operandi, reperitur perfectior modus essendi actualis, & determinatus, ad qué omnis differentia eleuat genus,& ideò semper est perfectior illo;vnde ẽt ex hoc capite in animalibus imperfectis perfectius reperitur gradus sentiendi, quàm in ipso genere,quia in ipsis reperitur determinatus,& specificus,in genere cõfusus,& indeterminatus abstrahẽs à perfecto,& imperfecto; ꝙ auté determinatũ est, atq; distinctũ, perfectius est indeterminato, & confuso; Addimus tñ, ꝙ estò animalia illa imperfecta careant aliqua operatione vitali, id est per accidens, vt bene notat Pasqualig. quatenus anima nõ reperit in tali corpore organa requisita ad tales operationes; Quod si ex defectu operationũ valeret arguere imperfectioré differentiam, etiam argui deberet genus imperfectius, quia desunt operationes genericæ; alia quædam argumenta adducunt Cõplut.cit. quæ eodem modo soluuntur.

Ad cõpletã notitiã huius metaphysicę cõpositionis spectaret ẽt resolutio illorũ dubiorũ;Quomodo in qualibet specie debeant genus,& differẽtia designari,& an differentia cõstitutiua speciei debeat esse ei, eiusque generi propria, adeò vt alteri cõuenire nequeat,sed opportunius eã tractam⁹ disp. seq.q.4. occasione declarõnis 2.reg.antepræd.diuersorũ generum,&c.

ARTICVLVS TERTIVS.

Quomodo differentia distinguat essentialiter speciem, quam constituit, ab alijs, & de mutua præcisione generis, & differentiæ; ac etiam differentialis superioris, & inferioris.

PORph. per quartam definitionem à se correctam, & explicatam ita definit differentiam, quod sit id, *quo differunt essentialiter inter se singula* .i, singulæ species, vel singula indiuidua vnius speciei à singulis alterius, species enim non differunt secũdum genus, cum in ipso conueniant; sed per proprias differentias genus illud contrahẽntes;itaque quarta differentiæ definitio data est iuxta tertium munus eiusdem, quod erat distinguere

 essen-

essentialiter vnā speciem ab alia; pro cuius declaratione hic disserendū est, an differentia includat in suo conceptu genus, ꝙ diuidit, & differentiā superiorē cui subordinatur, vt v.g. num rationale includat in suo conceptu animal, vel sensibile, si enim includit, non magis dici poterit ratio differendi, quàm conueniendi, & sic allata definitio recta non erit, quod si non includit, erit præcisè ratio differendi, & sic illud erit verè munus differentiæ, ac allata definitio bona; & cū hac quæstione coincidunt aliæ sub alijs titulis propositæ, an s. differentia subalterna per se prædicetur de infima, & an genus includatur in differentijs vltimis, & tandē an per se prædicetur de differentijs, per quas diuiditur. Non est autem quæstio de differentia in sensu materiali, ac identico, prout nimirū significat rationale, seu rationalitatē habens, sic enim explorarū est includere genus, & differentiam superiorem illud cōstituentem; sed quæstio est de differentia pro formali, nimirum secundum perfectionem illam, seu gradum, per quem cōstituit hanc, vel illam speciem, vt notauit Doctor 1. Post. q. 24. §. *Ad quæstionem*.

Tres opiniones hic inuenimus, duas extremas, & tertiā mediā. Prima extrema est affirmatiua, quæ asserit differentiā inferiorē includere superiores, quibus subordinatur, ac etiā genus ipsum, quod diuidit, tribui solet Themistio, & Nominalibus, sed præsertim quantū ad inclusionē differentiarū superiorū eā tuētur Soncin. 7. Met. q. 37. Iād. 2. Met. q. 12. Barthol. Spina 7. Met. defens. 16. Canterus c. de differ. Altera extrema id prorsus negat tā de genere, quā de differentia superiori, ꝙ includatur in inferioribus, & est cōmunis intèr Scotistas, & Thomistas, ita docuit Doctor ex professo 4. d. 11. q. 3. §. *Ad rationes*, & 1. Post. q. 22. & q. 9. & 13. Vniuers. vbi Mauritius & 7. Met. q. 17. vbi Ant. And. q. 15. Faber disp. 19 Canon. 1. Phys. q. 7. & sequuntur Thomistæ passim Capreol. Ianel. Ferrar. Complut. Sot. Fonsec. Tolet. Suessan. Hurt. Blanc. Didac. Pasqualig. Cœlestin. & alij oēs. Tertia sententia media est Recētiorū quorundā distinguentiū de duplici genere differentiarū, aliud. s. quod non est propriū alicuius generis, sed potest etiam in alio reperiri, & genus quoq; esse potest sine tali differentia, & hoc genus differētiarū inquiunt perfectè præscindere à genere, ꝙ contrahit, & genus quoq; perfectè præscindere à differentijs; aliud verò genus differētiarū est, quod est proprium alicuius generis, & cū illo tantùm reperitur, & hoc aiunt non perfectè præscindere à genere, neq; è contra genus à differētijs; ita loquitur Auersa q. 13. log. sec. 5. sic etiā Arriaga disp. 8. log. sec. 1. distinguit de duplici genere differentiarū, quædā enim extrahunt rationē genericam ad aliquam aliā operationem, quæ fit extra genus, vt *animatū*, quæ eleuat mixtū ad operationē vitalē, & *rationale*, quæ eleuat animal ad operationē intellectiuā, & has differētias concedit nō includere rationē genericā formaliter, ꝙ si differentia talis sit, vt non respiciat operationes, nisi formaliter contentas sub genere ad modū quo visio materialis est quædam sensatio, auditio, olfactio, &c. inquit in sententia nostra admittente præcisiones obiectiuas omninò tenēdū esse genus, ac differētias supiores in talibus inferioribus formaliter includi.

Dicendū est cū secunda sententia, nec genus in suo conceptu obiectiuo differētias formaliter includere, neq; è cōtra; neq; pariter differentiā inferiorē includere superiorē. Et quidē quòd genus non includat differentias, sed omninò in suo conceptu præscindat ab illis, deducitur ex dictis antè, vbi diximus genus, & differētiā sumi à diuersis realitatibus ex natura rei, adeò vt realitas, quæ respondet cōceptui generico, distincta est ab ea, quæ respondet differentiali; & probatur experientia ipsa, quando enim cōcipimus animal, vel tunc menti obuersantur rationalitas, & irrationalitas, vel non, non primū ꝗa tunc mēti nihil aliud obijcitur, quā substantia

ftantia animata ſenſitiua,ergo ſecúdum, hoc auté eſt vnum ab alio obiectiuè præſcindere.i.cognoſci ſine illo, aut illo non cognito;ſed hæc pars cõcluſionis ſufficiẽter probata eſt q.1.huius diſp.ar.4. dub.2. vbi oſtendimus differentias nullo modo actu,& formaliter cõtineri in gñe,nec explicitè,nec implicitè,ſed poteſtate ſolum.

Sed ꝙ neq; è cõtra differentia includat genus, aut differẽtias ſuperiores, quibus ſubordinatur,eſt Ariſt.4. Topic.c.2. & li. 6.c.3.& 3.Met.10.& lib.11.c.1. his .n. locis diſertè docet genus nõ eſſe de eſſentia differẽtiarũ;ex quo ſequitur, neq; differentiã ſuperiorẽ eſſe de conceptu inferioris, ſi.n. ſenſibile eſſet de eſsẽtia rationalis, etiã animal eſſet de eſſentia eiuſdẽ, ſicut cui intrinſecè cõuenit rationalitas, intrinſecè ẽt conuenit eſſe hominem, & probatur rationibus euidẽtibus ex Scot. loc.cit.Tũ quia ſi differentia inferior cõtinet ſuperiorẽ eſſentialiter, & genus, ꝙ diuidit, iã ſpecies non differt à differẽtia, quia in ſpecie nihil continetur quidditatiuè præter genus,& differẽtiã. Tũ 2.differentia ſimpliciter eſt principium diſtinguendi ſpeciẽ, quã conſtituit ab illis,quæ ſub eodẽ genere continẽtur; ergo nequit eſſentialiter includere genus,aut differẽtiã genericã ſuperiorẽ,quia ſi includeret, ſicut eſt principiũ differendi, eſſet etiam principiũ cõueniendi cũ illis ipſis, à quibus ſpeciem diſtinguit, quia includit eſſentialiter illud,in quo cõueniũt; Tũ 3.ſi ta eſſet,hæc definitio *homo eſt animal rationale*, eſſet vitioſa, quia bis repeteretur genus, & differẽtia generica ſuperior, ſemel quidẽ per ſe loquendo de genere, & iterũ,vt incluſũ in rationali, ſic & ſenſibile bis diceretur,ſemel in animali,& iterũ in rationali,quã rõnem adduxit Ariſt. 6.Topic.c.6. Tum 4. ſi rationale includit ſenſibile, aut animal, adhuc aliquid aliud addere debet ſup illa,rõne cuius hẽm cõſtituat,& ſpecificè diſtinguat ab equo, & aſino,cũ quibus conuenit in ratione animalitatis,& ſenſibilitatis, tũc de illo gradu præciſo, quod ſupra animal, & rationale addit rationale,quærendum eſt, an in eo vt ſic includatur animal,& ſenſibile & quidẽ repugnat dicere, ꝙ includatur, ſi.n.eſt aliquid ſupreadditum animali, & ſenſibili,aliquid aliud eſt præter illa, ergo &c. Tum 5. quia tunc daretur proceſſus in infinitum,ſi.n. rationale, & irrationale,vt ſic, includunt sẽſibile, vel animal, in quo conueniunt per alias differentias ſecerni debebunt, de quibus reddit eadem quæſtio,ergo dicendũ eſt differentiã inferiorem eſſe gradum ſimpliciter ſimplicẽ non reſolubilem in vlteriores conceptus generis, quod diuidit, & differentiæ ſuperioris, cui ſubordinatur. Tum tandem quia ſi genus, & differentia non dicunt duos gradus perfectè præciſos in mente noſtra,itaut genus non includatur in cõceptu differentiæ, neque è contra, ſequitur, ſpeciem nullo modo eſſe metaphyſicè compoſitam etiam per noſtrum intelligendi modum, quia cõpoſitio eſt duarum partium, quarum vna non includit aliam,ſed ambæ in conſtituto, qualiſcunque ſit talis compoſitio,imò hoc eſt de rõne partis non includi in altera, neq;illã includere, & hæ rõnes probãt in vniuerſum de quocunq;genere differentiarum.

Auerſa cit. ſec.6. gratis concedit conſtitutionem ſpeciei ex genere, & differẽtia non ſemper eſſe per modum compoſitionis, ſed interdum per modum explicationis, quia genus, & differentia non ſemper ſe habent, tanquam duæ partes condiſtinctæ, quarum vna addatur alteri, ſed ſe habent nonnunquam per modũ conceptus expliciti, & impliciti eiuſdem eſſentiæ, quatenus .ſ. quod in conceptu generis implicitè, & indeterminatè continebatur,in conceptu differentiæ poſteà explicatur, & determinatur. Sed oppoſitũ conuincunt rationes allatæ, probant enim differẽtiam addi generi, vt aliquod ab ipſo perfectè condiſtinctum ; quid adhuc magis declaratur, nam genus in ſuo conceptu reſpectu differentiæ ſe habet,

bet, vt subiectū, differentia verò vt forma illi adueniens, ergo secundum suas rōnes formales seinuicē excludunt, quia secundū suas rōnes formales vna aduenit alteri. Neq; dicas cū Auersa, ad id sufficere, ꝙ genus sit explicitè extra differentiā, cum quo stat, ꝙ adhuc implicitè inuoluatur in ipsa. Nā quærimus, quid intelligatur per hoc, ꝙ genus includitur implicitè in differentia, vel.n. significatur id, ꝙ concipitur, quando differentia cognoscitur, esse realiter, etiā genus, seù esse entitatē illā, quę ēt genus includit, & hoc nō est includi implicitè in cōceptu formali differētiæ, sed potius includi in conceptu materiali, rōne identificationis, non autē secundū esse præcisū, & sic non sumus in casu, q̃ loquimur de conceptibus formalibus, & obiectiuis, non de materialibus, ac identicis; Si dicat Auersa includi in ipsa formalitate differētię, sed implicitè tūc iterū rogamus, an includatur in ipsa, vt est à parte rei, vel vt est obiectiuè in intellectu, non primū, quia sic recurreret ad sensū materialē, & identicū, neq; secundū, quia si includitur in ipsa secundū illud esse, ꝙ intellectui repræsentatur, ergo includetur in ea explicitè, non autē implicitè solum, ꝙ.n. attingitur à cognitione, & per ipsā repræsentatur, explicitè dicitur esse in intellectu, quia per ipsā cognitionē explicatur, & expanditur illi, si autē non includitur in ipsa secundum illud esse, quod intellectui repræsentatur, ergo absolutè nō relucet in conceptu obiectiuo differentiæ, & sic differentia perfectè præscindit ab ipso genere, nec implicitè dici potest genus in ea inuolui, nisi ratione idētificationis, q̃ habet cum ipso à parte rei.

Zerbius 7. Meth. qu. 16. estò cum Doctore teneat conclusionem, ait tamen etiam oppositam partem, ꝙ .s. differentia inferior includat superiorem, esse probabilem, & rationes Doctoris faciliter solui posse, vnde ad illam de processu in infinitum negat consequ. cum sit deuenire ad aliquas differentias, quæ non includunt alias, & quæ seipsis distinguūtur, sicut sunt differentiæ, quibus diuiditur genus generalissimū; Sic ēt ad illā rōnem, qua cōcludebatur, ꝙ differentia esset species, negat conseq. nā illud, ꝙ includit differentiā, sicut constitutū includit constituens, illud est vera species, nō autē illud, quod includit aliud per modum contrahentis genus, qualis est differentia.

Sed certè non ita facile soluuntur rationes allatæ, vt putauit Zerbius; & quidē quantū spectat ad illā de processu in infinitū, aduertendū est Doctorē per ipsā nō absolutè concludere processū in infinitū, sed disiunctiuè, vel ꝙ daretur talis processus in infinitū, vel daretur tādē aliqua differentia, quæ non includeret priorem, per quod vult cōcludere nō esse de ratione differentiæ, vt sic, includere gradum sibi communem cum differentia opposita, atque ideò estò quod dentur differentiæ subalternæ, non esse de ratione illarum, vt differentiæ sunt, quòd inferiores includant superiores, sed solum quòd eas supponant, quatenus subalternæ, in communi constituto; sed quando etiam Doctor per illam rationem absolutè concluderet processum in infinitum, adhuc bene argueret, nec ratio soluitur à Zerbio, quia si rationale v. g. & irrationale includunt differentias superiores .s. sentiens, viuens, &c. oportet assignare alias differentias, quibus secernantur, de quibus redit eadē q. nec vnquā deueniemus ad supremas, quæ seipsis distinguantur; in illis namq; quæ diuidūt genus generalissimū, cōueniunt rationale, & irrationale; nō ergo illas, sed alias debet Zerb. assignare p quas ita distinguantur, vt rursus ipsæ non distinguātur per alias; Accedit ēt de supremis diuidentibus genus generalissimū redire difficultatē, si non de differētia alia superiori, saltim de ipso genere, ꝙ diuidunt; nam si illud includunt, rursus aliæ differentiæ assignari debebunt, quibus differant. Nec etiam bene soluitur alia ratio, quod data hypothesi, tunc differen-

ferentia esset species; Quia si semel conceditur differentiã superiorẽ essentialiter includi in inferiori, statim sequitur, ꝙ in ea includatur, vt cõstituẽs in suo cõstituto, nã prædicatũ essentiale habet rõnem cõstitutiui respectu illius, cui essẽtialiter cõuenit, ergo erit verè species, cũ in specie nil ieludatur pter genus, & differẽtiã.

Respondent alij; has rationes non cõcludere, quia eodẽ modo conuincerẽt ẽt transcendentia, vt v.g. ens, non includi in differentijs suorũ inferiorũ, vt constabit discurrẽti per singulas. Sed in primis adducere incõueniens nõ est soluere; Deinde fortè hoc non est incõueniens, & eisdẽ rationibus sustineri posse videtur ens nõ includi quidditatiuè in suis vltimis differentijs, ac modis cõtrahentibus, imò hæc videtur esse mens Doctoris expressa 1.d. 3. qu. 3. §. *Ad quæstionem*, sed quia huius pũcti decisio ad præsens nõ spectat, adhuc admissa opinione cõmuni de essentiali inclusione entis in vltimis differentijs, passionibus, modisque omnibus realibus rerum, dicendum est, non esse tantam necessitatem, vt ens excludatur ab illis, sicut genus à suis differentijs, quia genus, & differentia faciunt cõpositionem metaphysicam, ergo necessario debet habere rationem compartis cum differentia, atque adeo excludi debet ab illa, de rõne nãq; partis est, ꝙ nõ includatur in altera, ens autem cũ suis contrahentibus cõpositionem nõ facit, vt patet in Deo, & bene Doctor ostendit 1.d.8.q.3.ad princ.

In oppositum 1. obijci solet Arist. 7. Met. 43. vbi tria docet de vltima differẽtia; Primum, quòd in definitione parum refert, si vltima tantùm differentia ponatur, vel etiam omnes superiores, quia vltima includit omnes. Secundum quod vltima differentia est tota rei substantia, & ideò si ea ponatur in definitione, non licere aliam superiorẽ addere, quia committeretur nugatio. Tertium, quod ad inueniendam differentiam vltimam alicuius speciei debemus diuidere superiorem per duas inferiores oppositas, vt bipedẽ, quæ est differentia animalis per fissos, & nõ fissos pedes habentẽ, clarũ autẽ est, ꝙ diuisũ formaliter sumptum includitur in in singulis mẽbris diuidentibus, & tandẽ inquit ibi Arist. ꝙ *fissio pedis est quædam pedalitas*, quæ prædicatio cũ sit in abstracto, est essentialis, & quidditatiua.

Respondet ad hæc omnia Doctor cit. quòd Arist. ibi assignat duplicẽ modum definiendi, vel per supremum genus, & omnes differentias, vel per proximũ genus, & vltimam differentiam, & subdit postea parum referre, quòd in definitione, quæ datur per proximum genus ponantur differẽtiæ superiores, quia omnes includuntur in genere proximo, non autem dicit, quòd includantur in differẽtia vltima, nisi in sensu identico, & materiali. Et cum dicit vltimam differentiã esse totam speciei substantiam, ait Doctor id non esse intelligendum totaliter, sed cõpletiuè, quia complet substantiam rei, & determinat in vltimo esse specifico. Tertiũ verò, ꝙ ait de diuisione superioris differẽtiæ per inferiores, nõ propriè, & formaliter intelligi debet, quasi ꝙ differentia superior verè diuidatur per inferiores oppositas, sed materialiter, & identicè, ratione generis, ꝙ cõstituit, ipsũ .n. propriè diuiditur, non quidẽ in differẽtias oppositas, sed in species per illas, vnde mẽbra diuidẽtia, alia sunt *in quæ*, & in his includitur diuisũ, alia sunt *per quæ*, & in his nõ includitur; cũ verò pdicat ibi superiorẽ differẽtiã de inferiori, illa pdicatio nõ est formalis, & propria, itaut vna in altera formaliter includatur, vnde non dixit absolutè *fissio est pedalitas*, sed *fissio est quædam pedalitas*, vbi ly *quædam*, vt notant pcipuè Expositores, dicit improprietatẽ quandã; voluit igitur tñ Philosophus per illũ loquendi modũ indicare, ait Doctor, fissionẽ pedis esse differentiã per se diuisiuã pedalitatis in sensu explicato, & nõ per accidẽs, vt esse alatũ, & non alatum.

At contra hanc expositionem vrgebis

quòd Arist. declarans ibi modũ definiẽdi, ait nõ debere dici animal habẽs pedes bipes, quia faceret hunc sensum, animal habens pedes duos habẽs pedes; sed debet dici, animal bipes, quia dicendo bipes, quæ est differentia inferior, dicitur ét habens pedes, quæ est superior. Resp. non debere sic exponi illũ textum; alioquin sibi cõtradiceret, cũ dicit ibidẽ, ꝙ licèt definire per primũ genus, & oẽs inferiores differentias, igitur per ly *pedes habens*, intelligi debet genus per talẽ differentiam constitutũ, vnde vult dicere Philosophus, quòd cum tot species animalis pedes habentis sint, quot differentiæ pedum non debet definiri per hęc omnia genera subalterna, v.g. Homo est corpus; viuens, animal rationale, qa vnũ includitur in alio.

Secundò arguitur rationibus, non potest concipi rugibile formaliter, quin formaliter concipiatur sensibile, & viuens; ergo hæ differentiæ superiores includũtur formaliter in illa inferiori; Probatur assumptum, quia rugitus Leonis est formaliter quædam sensatio, & quidã actus vitalis, & hoc argumentum putat esse insolubile Arriag. in sententia nostra admittente præcisiones obiectiuas. Resp. tñ facile negãdo assumptũ cũ sua probatione, differẽtia.n. inferior, præsertim quę nõ eleuat genus ad altiorẽ gradũ naturę, nõ est simpliciter, & adæquatè principiũ operationũ, quæ sũt propriæ talis speciei, quia hæ operationes depẽdent à tota natura, quatenus importat talẽ essentiã cõpletã, quare differentia inferior solum est principiũ talium operationum, quatenus tales sunt, vnde differentia v.g. rugitus nõ addit nouam actionem à sensatione distinctam, sed tantùm nouam formalitatem; per quam sensatio determinatur ad talem sensationem, quæ dicitur rugitus; ex quo colligitur, quod licet sensatio necessario præsupponatur formalitati rugitus, vtpotè ratio determinabilis per eã, non tamen in ea intrinsecè, & formaliter includitur, quia ratio eius formaliter cõsistit in determinãdo sẽsationẽ, & eius principiũ ad hanc speciem; at in rõne formali determinatiua, non continetur formaliter id, ꝙ determinari debet, sed tñ præsuppositiuè; ꝙ igitur rugibile nequeat concipi sine sensibili, non oritur ex continentia formali sensibilis in rugibili; sed ex præsuppositione necessaria ad illud, sicut non põt intelligi formam determinare materiã, quin materia præintelligatur.

At contra instat Arriag. actio Leonina est formaliter sensatio, ergò differentia Leonina est formaliter principiũ sentiendi, & nõ tñ taliter sentiendi, probat assumptũ exẽplo oĩum actuũ sensus interni, & externi, qui formalissimè sunt materiales cognitiones, & sensationes, vnde sicut non põt præscindi formalitas, quæ sit productiua alicuius materialis cognitionis, quæ eo ipso non sit formaliter animalitas, ita nec rugibilitas, quæ sit prĩcipiũ determinatæ sensationis, & non eo ipso sit formaliter virtus sentiendi. Resp. actionẽ Leoninã, sicut & dẽm cognitionẽ sensitiuã, posse dupliciter sumi, vel secundum se totã, & adæquatè, vel inadæquatè, & secundũ modum specificũ, primo modo inspecta est formaliter sensatio, sed sic cõsiderata non est adæquatè à differẽtiã Leonis, sed à tota natura, vt dicebamus; secundò modo nõ formaliter, se tantum præsuppositiuè est sensatio, & ideò rugibilitas non est principium formale rugitus, vt est sensatio, sed vt talis contracta ad rugitum; Quare falsum est, quod ait Arriag. principium determinatæ sensationis esse formaliter virtutẽ sentiendi, vt sic absolutè, quia nõn est necesse, vt ꝙ est principium actionis secundũ determinationẽ speciei, sit ét prĩcipiũ illius secũdũ gradũ genericũ, nã experimur speciẽ intelligibilẽ esse qdẽ prĩcipiũ talis intellectionis, nõ tñ intellectionis, vt sic.

Tertiò arguit Auersa formans inductionem in diuersis prędicamentis, substantia diuiditur in spiritualem, & corpoream, & hæ rationes spiritualis, & corporei

porei debent dici substantiales, quia si à tali ratione praescinderent, essent etiam communes accidentibus; sic in praedicamento quantitatis, cum quantitas diuiditur in permanentem, & successiuã, pariter, & discreta, si differentiae sumi debeant, prout sunt propriae talis generis, necessario includere debent quãtitatem, quam diuidunt, ꝙ constat, cũ magnitudo, vel extensio diuiditur in superficiem, lineã,& corpus,longitudo.n.,latitudo, & profunditas, essentialiter dicunt, rõnem ipsã extensionis,& magnitudinis,quę inductio ẽt fieri põt in praedicamẽto qualitatis,& relationis,nã si in genere relationis assignẽtur differentiae propriae, debẽt esse essentialiter relatiuae,atq;adeo includere ipsũ genus. Confir. Id totũ Auersa, intãtũ.n. põt aliquod praedicatũ praescindi à subiecto, de quo dicitur, inquantum põt etiã dici de alio,vt animal põt praescĩdi ab homine,quia põt etiã dici de Leone, & alijs, ergo si datur propria differentia alicuius generis, ita ꝙ nequeat alteri applicari, sanè non poterit ab eo praescindi. Demum ait Auersa q.8. sect.8. id nõ posse à Scoto negari de haecceitate in communi in ordine ad hanc, & illã;non enim dici potest, nisi imperfectè ab illis praescindere, quia sine dubio quicquid est in singulis haecceitatibus essẽtialiter inuoluit talem conceptum, nec sunt cogitabiles aliae differentiae extra latitudinem eius.

Responderi solet communiter differentias generis substantiae nõ esse substãtiã formaliter, si sumatur pro substantia, quae est apex in praedicamento,& dicitur substantia cõpleta, sed esse substantiã latè sũpto vocabulo substantiae, prout distinguitur ab accidente, sic.n.cõprehendit ẽt partes,& substantias incompletas,quales sunt differentiae, vt indicauit Arist.c.de subst. & sic seruata proportione dici debebit de differentijs aliorũ generũ. Verũ haec solutio multis reijcitur ab Auersa cit. & re vera non subsistit, quia eadem difficultas fieri potest etiam de illo conceptu substantiae, vt etiam comprehendit incompletas, nam & substãtia, vt sic, diuidi potest per spiritualem, vt est anima,& corpoream,vt alia quęlibet forma substantialis, respectu quarum non inanaloga esset,vt excluderet rationem generis vniuoci,vt patebit disp.7. qu. 1. Potius ergo dicendum est, quòd rationale v.g. formaliter loquendo non est substantia, nec accidens, sed aliquid substantiae, quatenus est determinatio illius, nec potest dici substantia, nisi realiter, & identicè,vnde ẽt &in cõi modo loquẽdi differẽtiae illius praedicamẽti dicuntur substãtiales, non autẽ substantiae, qua rõne ipse Auersa quosdã modos v.g.subsistentiam, vnionẽ materiae,& formae &c.vocare solet substantiales, non autem substantias, quia formaliter substantia non sunt, sed tm̃ eius modificatio;sic ergo de differentijs dicendũ est esse substantiales,nõ quia inuoluant rationem formalem substantiae,sed quia sunt intra eundem ordinem, in quo est substantia,& eam determinantes, & contrahentes sub eodem ordine; sic etiam dicendum erit de differentiis aliorum generum seruata proportione, vnde differentiae relationes erunt relatiuae, non formaliter, & essentialiter, sed identicè tantùm,& realiter, quia nõ sunt formaliter relationis, sed talitates relationis;verum quidem est frequenter differentiam tali nomine nuncupari, ꝙ necessariò ex vi nominis videtur essentialiter includere genus, quod diuidit, vel differentias superiores, vt est de longitudine, latitudine, & profunditate in genere quantitatis continuae, quę necessariò videntur includere extensionem, sed id totum euenit oĩu nominum penuriã. Ad confir. neg.assumptum esse vniuersaliter verum, nam & passionem pręscindimus à proprio subiecto, & è conuerso, & tamen passio nequit dici de alio subiecto, valet igitur assumptum solum in illis formalitatibus,quae sunt communiores illis, à qui-

à quibus præscindunt. Ad vlt. cōcedimus inter hæcceitatē in cōi,& hanc,& illā in particulari non posse intercedere mutuā præcisionē, quia cōparantur sicut superius,& inferius,& licèt superius possit ab inferiori præscindi,non tñ è contra, quia inferius sēper inuoluit essentialiter superius,vt dictū est q.præced.ar. vlt.dub.1. in sol. ad 1. aliud autē est cōparare inferius ad superius, ꝙ includit, aliud comparare differentiā ad genus, ꝙ contrahit, cōtractiuū.n.vtiq; præscindi pōt à superiori, ꝙ contrahit,nō tñ inferius, ꝙ si Auersa loquatur de differentijs rōnis, quibus cōcipitur cōtrahi cōceptus hæcceitatis incōmuni ad modū cuiusdā naturæ cōis, tunc de illis differentiis rationis debemus proportionaliter loqui,sicut de realibus.

Demum obijcitur; tum quia tunc realitas differentiæ esset omninò simplex, & purus actus; tum quia tunc differētia vltima esset suprema, nā differentia suprema dicitur, quæ nullā aliā habet supra se, quā includat, sicut supremū genus illud dicitur, ꝙ nullum aliud habet supra se,ꝙ includat,tū tandē quia hæc propositio est essentialis,& per se,rationale est sēsitiuū, est animal,ergo prædicatū essētialiter includitur in subiecto.Resp.ad 1.neg.cōseq quia cū sit pars, potētiā includit ad componendum totum, & participandum esse totius, quod est communi omni parti, vt Scotus docet quol. 9. M. & imbibit intrinsecam imperfectionem in ratione partis ei prouenientem, & eadem difficultas fieri posset de genere supremo, quod non habet conceptum resolubilem in vlteriores realitates, quarè dicendum hos gradus supremum, & infimum, non esse puros actus, quia licèt careant compositione ex his metaphysicè, non tamē compositione cum his, quia sunt cū alijs componibiles. Ad 2.neg.item sequelam, quia non ex eo differentia dicitur suprema, quia non habeat superiorem, quam includat, sed quia in constituto per eam non supponit priorem differentiam, cui subordinetur, quarè oīs illa dicetur inferior,quæ priorem supponit in constituto, cui subordinatur. Ad 3.tunc rationale sumitur materialiter,& in sensu identico.i. pro habente rationalitatem,non autem formaliter.

Sed dices, sumendo rationale formaliter, vel illæ prædicationes sunt per se, vel per accidens,nō secūdū, quia tunc ex animali, & rationali fieret vnū per accidens, ergo 1. Resp. prædicari per accidēs stat dupliciter, vel per accidens prædicabile,vel per accidens prędicamentale,genus prædicatur per accidens de differentia primo modo, quia est extra rationem illius, non autem secundo modo, quia spectant ad idem prædicamētum,& ideo ex eis adhuc fit vnū per se. Sed dices iterum,hęc consequentia est optima in *Darapti*,oīs hō est sensibili, oīs homo est rationalis, ergo aliꝗ rationale est sensibile; sed in præmissis maior,& minor extremitas includuntur, & prædicantur formaliter,& per se de medio,ergo in cōclusione maior extremitas.s.*sensibile* includitur,et prædicatur formaliter, & per se de minori .s. *rationali*. Respondent communiter Auctores, & responsio est Scoti 1. Post. q.23. vt benè notat Amic. quod ex virtute formæ syllogisticæ solum extremitates vniuntur inter se in conclusione ob vnionē earum in præmissis, non tamē ex vi eiusdem formæ opus est,quod vniātur eodem modo, sicut in præmissis, &c. quod propositiones eandem habeat perseitatem, & sic cōtingere potest, vt est in proposito,quod præmissæ in sensu formali sint veræ, conclusio verò solum in sēsu materiali,& identico; vndè inquit Doct. loc.cit. hunc syllogismū nō tenere, homo est per se animal,homo est per se rationalis, ergo rationale est per se animal, quia licèt ex necessariis sequatur cōclusio necessaria, nā alias posset ex vero seq falsū, tñ ex per se nō sēper sequitur per se,quia nō oportet, ꝙ sit tanta vnio extremorum ad inuicem, quanta est cū tertio; sic igitur

tur etiam non est necesse, quod ex præmissis in sensu formali verificatis inferatur cōclusio vera ēt in sensu formali, sed sufficit, q in sensu identico, q multis exēplis demonstrari pōt, præsertim in tertia figura, vt omne lac est album, omne lac est dulce, ergo aliquod dulce est album.

ARTICVLVS QVARTVS.

Quomodo differentia prædicetur de pluribus.

SEcunda definitio differentię, quod sit illa, *quæ prædicatur de pluribus differentibus species in quale quid*, tradita est de differētia in ratione vniuersalis, vt de se cōstat, nā in ordine ad ea, de quib. prędicatur, in rōne vniuersalis constituitur; Supponimus autē hìc, q ferè oēs docent Auctores cū Doct. q.27. vniu. Ant. Andr. Tat. & alijs Scotistis contra Caiet. & Sot. in hoc c. Porph. per secundā illā definitionē solū genericas definisse, non autē infimas, sola.n. generica est illa, quæ pdicatur de pluribus specie differētibus in qualequid. Quod autē ait Caiet. definitionē illā ēt infimis cōuenire, quia illis ex præcisa rōne differentiæ, vt sic, quæ est facere differre, nō repugnat esse in multis speciebus, licèt vt infimæ solū esse possint in vna. Sanè prorsus ridiculū est, q a res definiri debet secundū ea, quæ actu habet, non secundū ea, quæ ex rōne cōi illi non repugnant, alioquin ità benè definiretur asinus, q sit animal rationale, nā licet asino, quatenus asinus est, repugnet esse rationalē, id tñ non repugnat ei, quatenus animal, & generaliter, si hic modus definiendi, quē Caiet. appellat per non repugnantiā, conueniens esset, tunc definitio vnius speciei cōueniret alteri, vt benè inferunt Cōplut. q.3. siquidē differentia cōstitutiuà vnius speciei nō repugnat alteri ob rōnem communem, & genericam, sed ob rationem propriam, & specificam; tū quia si specificis non repugnaret prædicari de pluribus specie differentibus, ad huc definitio pro[illegible] qa ēt prędicātur de pluribus numero differētibus.

Cur autem has sortis definierit, nō est exploratum satis, quidam enim dicūt ità fecisse, quia putauit omnes prorsus differentias esse genericas, & nullas dari specificas proprias vni soli infimæ speciei, sed omnes tales esse compositas ex pluribus, quarum singulæ alijs speciebus essent communes. Alij verò in Porph. propensiores dixerunt, quod vtrãq; differentias vltimas agnouit, saltim quantum ad se est, sed solum genericas definiuit, tanquā notiores, & frequentiores; Sed quicquid sit de Porph. de cuius mēte sint, qui velint, sollicitī, constabit ex dicendis disp. seq. q. vlt. omninò dari debere vltimas differentias, & simplices, quę prædicari possunt de pluribus numero differentibus in qualequid; & ideò cū Porph. non assignauerit definitionē, istis etiam communē, consequenter non definiuit differentiā, prout est tertium prædicabile, vt sic.n. cōprehendit tàm subalternā, quā infimā, vt docet Doctor loc. cit. quare videndū est in hoc ar. quomodo definiri possit, ac debeat differētia tertiū prædicabile, quæ est communis vtriq; & respectu quorū constituatur in esse vniuersalis, an .s. constituatur in esse tali per ordinem ad speciē, quam constituit, vt indicant Caiet. Sot. & Tolet. in hoc c. & sequitur Petron. q.3. de diff. ar.4. an potius per ordinē ad inferiora illius speciei, vt passim cæteri docent.

Ratio autem, cur ad hæc tantum duo capita reducatur hoc secundum dubium, est, quia ad quatuor, vel quinque comparari potest differentia. Primo ad genus cuius est differentia, vt rationale ad animal, & certum est per hanc comparationem in esse tertij vniuersalis non constitui, vt notat Doctor q.19. vniuers. ad 1. tum quia de illo non prædicatur essentialiter, sed merè in quale; vnde est prædicatio quinti vniuersalis, tum quia vniuersale constituitur tale per ordinem ad infe-

inferius, genus autem respectu differen- potius habet rõnem superioris, ꝙ per eã cõtrahitur, et limitatur. Secundò ad alias differentias inferiores, vt corporeum ad animatũ, & inanimatũ, & sic ẽt certũ est ex hac cõparatione non constitui in rõne vniuersalis, quia cũ non includatur in illis essentialiter, vt visũ est ar. præc. nequit de illis essentialiter prædicari, quo tñ modo prædicari debet differẽtia in rõne tertij vniuersalis; vnde qui oppositũ tenent vt consequẽter loquatur, debẽt concedere differentiã superiorẽ respectu inferiorũ habere rõnem cuiusdã vniuersalis essẽtialis, & sic sentit Auers. q. 12. sec. 3. vbi ait in toto rigore habere rõnem generis, aut speciei, si sumatur ad modũ per se stãtis. Tertiò cõparari põt ad propria inferiora, vt rationale ad hoc, & illud rationale; & neq; sic habere vniuersalitatẽ differentiæ cõcedunt oẽs, quia de illis nõ prędicatur in quale, sed merè in quid, vel per modum per se stantis, vnde ẽt prædicatur in abstracto, & vt tota essentia, vt hęc rationalitas est rationalitas. Quartò tãdem cõparari põt & ad speciẽ, quã constituit, & cuius est pars formalis, vt sentiens ad animal, & rationale ad hominẽ, ac ẽt ad inferiora illius speciei, vt sentiens ad hominẽ, & equũ, rationale ad Petrũ, & Paulũ, & quia respectu ambotũ, tã .s. speciei, quã inferiorũ eius seruat eundẽ modum ꝑdicandi .s. in qualequid, hinc ad hæc tantùm duo capita reducitur difficultas.

Dicimus 1. differentium tertiam vniuersale, quæ est communis infimæ, & subalternæ, ita definiri debere, esse id, *quod prædicatur de pluribus in qualequid* est Scot. loc. cit. q. 27. vniu. vbi eius Expositores Mauric. Anglic. Sarnan. Brasauol. item And. And. Tat. & alij Scotistæ in hoc c. & sequuntur Auctores aliarũ Scolarũ, præsertim Hurt. Arriag. & Cõplut. & probatur, quia omittendo illã particulã *specie differentibus* ampliatur definitio, itaut adæquatè cõprehẽdat, tã differẽtiã subalternã, quã infimã, & facile possit vnicuique applicari, ẽt in specie addendo particulã *specie, vel numero differentibus*. Per hãc etiã definitionem optimè explicatur essentia differentiæ, vt est vniuersalis, nã eius essentia in rõne vniuersalis consistit in hoc, ꝙ sit in pluribus per modũ partis formalis essentiæ, hoc autẽ totũ explicatur per illã particulã in *qualequid*, per hoc enim, quod prædicatur in quid, ostenditur pertinere ad essentiã rei, & per hoc, quod adiungitur *in quale*, ostenditur esse partem formalem essentiæ, & qualificantem, quia prædicari in quale est prædicari per modum informantis, & alteri adiacentis, vt frequenter dictum est; Poterit tandem in hac definitione assignari, quod tenet locum generis; & quod differentiæ, vt in definitione aliorum vniuersalium seruata proportione, licèt .n. differentia materialiter sumpta, & pro prima intentione non includat genus, & differentiã, sed sit forma simplex, secundò tamen intentionaliter capta, & quatenus est tertium vniuersale, constat ex genere, & differentia, inquantum concipitur, vt species quædam vniuersalis in communi, in hoc sensu .n. definibilis est.

Quod aliquam posset hìc ingerere difficultatem, est modus iste prædicandi *in qualequid*, nam videtur modus prædicandi impossibilis, & sibi repugnãs, prædicari .n. in quid est prædicari, vt quid essentiale, & quidditatiuè, prædicari in quale est prædicari, vt quid extra essentiam, & denominatiuè, at istæ rationes sunt inuicem incompossibiles, ergo, &c. Confir. quia disp. præced. q. 5. ideò negauimus definitionem constituere vnum vniuersale à cæteris distinctũ, quia prædicatur *in qualequid*, nã rõne generis prędicatur *in quid*, rõ ne differentiæ prædicatur *in quale*, atq; ita nõ habet vnum prædicandi modũ, sed duplicẽ, ergo idẽ erit in proposito de differentia dicendum.

Pasqualig. 1. p. suæ Met. disp. 59. sect. 3. vt hanc soluat difficultatem, concedit respectu eiusdem non posse idem esse præ-

dica-

dicatũ in quid, & in quale; neq; reſpectu eiuſdẽ id conuenire differentiæ, nã ſe habet vt prædicatũ in quid reſpectu ſpeciei, cũ ſit pars eſsẽtialis ipſius, & eſt prædicatũ in quale reſpectu generis, quia eſt extra quidditatẽ illius, & illi adiacet, & quia mediãte genere etiã hoc modo .ſ. per modũ adiacẽtis prædicatur de ſpecie, & eius inferioribus, ideò adæquatus modus prædicandi eius dicitur *in quale quid*. Hæc ſolutio aliquid continet veritatis, ſed ſi melius nõ explicetur, nõ ſufficit, nã reſpectu eiuſdẽ debet differentia exercere hũc prędicandi modũ; & præſertim in ordine ad ſpeciẽ, aut inferiora eius, reſpectu quorũ conſtituitur in eſſe vniuerſalis; hoc igitur explicandum eſt, quomodo non repugnet differentiã hoc modo prædicari reſpectu eiuſdẽ, & quomodo poſſit præſertim ita prædicari de ſpecie, vel eius inferioribus, quibus tamen certũ eſt non adiacere, ſed potius intrinſecè, & eſſentialiter includi; Hoc autẽ poteſt explicari exẽplo compoſiti phyſici; ſi enim forma cõparetur cum materia, vtiq; eſt omninò extra eſſentiam eius, ac merè illi adiacet, ſi verò comparetur cum cõpoſito, ſanè non eſt extra eius eſſentiã, adhuc tamen dicitur illi adiacere, quia adiacet vni parti illius, quod etiã ſuadet cõmunis loquendi modus; animam .n. ſolemus dicere formã hominis, etiamſi re vera ſit forma ſolius materiæ, ſiue corporis pro altera parte compoſiti; ſic igitur eſt in compoſito metaphyſico, differẽtia, etiamſi ſit de illius eſſentia, adhuc tamen dici poterit illi adiacere, quatenus adiacet alteri eius cõparti, & ſic poterit de ipſo in quale quid prædicari; in quid, quatenus eſt intra eius eſſentiã, in quale, quatenus ei adiacet ratione alterius compartis; ratio huius eſt, quia ad veritatem prædicationis, nedum requiritur, quod per ipſam explicetur prædicatum ineſſe ſubiecto, ſed etiam modus, quo ipſi inſit.

Ex hoc autem bene deducitur, quomodo hi duo modi prædicandi non ſint incompoſſibiles reſpectu eiuſdem, quia non eodẽ modo prædicatur differentia in quale de genere, & de ſpecie, de genere enim propriè, & ſecundũ rẽ prædicatur in quale, quia re vera eſt extra eius eſſentiam, at de ſpecie, & eius inferioribus prædicatur in quale tãtũ ſecundum modũ, quatenus per terminũ adiectiuũ ſignificatur adiacere alteri eius comparti; vnde concludit Doctor q. 28. Vniuerſ. ſub finẽ in differẽtia, vt prædicatur de ſpecie, rationes prædicandi in quid, & in quale non eſſe oppoſitas, quia prædicari in quid ſecundum rẽ, & in quale ſecundũ rẽ, vtiq; opponuntur, at prædicari in quid ſecundũ rem, in quale verò tantũ ſecundũ modũ, nõ vtiq; opponuntur, ſicut plurale, & ſingulare nõ opponuntur, ſi illud ſumatur, vt quid, hoc verò, vt modus. Et cum dicebatur, quòd prædicari in quale eſt prædicari denominatiuè, quod opponitur prædicationi eſſentiali, reſpondet per idem, quod prædicari in quale ſecundũ rem, hoc eſt in quale accidentale, vtiq; opponitur prædicationi eſſentiali, & eſt propriè prædicatio denominatiua, non tamen prædicari in quale ſecundum modũ tantum, modus .n. prædicãdi in quale poteſt etiã conuenire formæ ſpecificæ, in quo ſenſu Ariſt. eam appellat 5. Met. cap. de quali. & 5. Phyſ. 18. qualitatẽ eſsẽtialẽ, vt notat Doctor ibidẽ, nec tamen conſtituit prædicationẽ denominatiuam, niſi ſecundũ modum, quatenus nomine adiectiuo ſignificatur; ſed quomodo cõcretis etiã ſubſtantialibus, dũ nomine adiectiuo ſignificantur, ratio denominatiuorũ conuenire poſſit, explicuimus ex ipſomet Doctore diſp. 2. q. 6. ar. 1.

Ad confir. neg. paritas, ideò enim excluſimus ſupra definitionem à numero prædicabilium, quia cum explicitè contineat genus, & differentiam, & illas partes importet etiã quoad habitudinem, quam habent inter ſe, vt .ſ. vna habet modum informãtis, & alia modũ ſubſiſtẽtis, hinc eſt, quod habet modũ prędicãdi duplicis vniuerſalis .ſ. in quid ratione generis, & in quale quid ratione differentiæ, at differẽ-

tia

tia non prędicatur, nisi p vnicũ terminũ, qui nec perfectè in quid, nec perfectè in quale prædicatur, sed simul vtroq; modo indiuisibiliter, & ideò vnum constituit prædicabile à cæteris distinctum.

Dicimus 2. differentiã non constitui in rõne vniuersalis per ordinẽ ad speciem, quã constituit, sed per ordinẽ ad inferiora speciei. Conclusio est cõis Scoti & Scotistarũ loc. cit. qui differentiã definierunt in rõne prædicabilis, nõ per prædicari de specie, q̃ constituit, sed per p̃dicari de pluribus inferioribus, q̃ ẽt fecit Porph. ipse, & ideò eã sequuntur Recẽtiores oẽs Sãchez, Onna, Ruuiu. Didac. Auer. Compl. Arriag. Pasqualig. Morisan. Fuent. & alij passim, & probatur euidẽti rõne, quia respectu speciei, quã cõstituit, differẽtia nõ est superior, sed oĩnò æqualis, sed ęquale nõ est vniuersale respectu æqualis, solũ ergo erit vniuersalis in ordine ad inferiora speciei, respectu quorũ habet rõnẽ superioris in qualeqd p̃dicabilis; Prob. min. tũ qa superius nõ conuertitur cũ inferiorib. in subsistẽdi cõseq. Post p̃dic. c. de priori, benè tñ ęquale cũ æquali; tũ quia superius contrahitur ad inferius, at ęquale nõ cõtrahitur ab æquali, nec differentia cõtrahitur à specie; tũ quia Porph. c. de specie propè finem disertè distinguit prædicationem æqualis de æquali à prædicatione superioris de inferiori dicens, nam *aut paria de paribus, vt hinnibile de equo, aut maiora de minoribus prædicẽtur, oportet*, vbi per prædicationẽ maiorũ de minoribus vtiq; intelligit prædicationẽ vniuersalium de inferioribus, & illa appellat maiora, hæc minora, quia illa latius patẽt istis. Confir. quia vniuersale, vt sic constituitur per ordinẽ ad multa, sed species vt sic importat tm̃ naturã essentialiter vnã, & pluralitas solum habetur ab ipsius inferioribus, ergo solum in ordine ad illa constitui potest in ratione vniuersalis.

Nec valet illa responsio, quę hìc afferri solet, speciem nimirum habere suam virtualem pluralitatem, quatenus continet sub se inferiora, ideòq; prædicationẽ de specie ęquiualere pluribus prædicationibus de indiuiduis, si est vltima. Nã contrà est, q̃ vniuersale constituitur per ordinẽ ad inferiora plura formaliter, in quibus nimirũ sit actu multiplicatũ, vel multiplicabile, vndè respicit simpliciter multa, sed indiuidua, prout continentur in specie, non sunt simpliciter multa, sed potius simpliciter vnũ, vt dicebat Porph. *participatione speciei plures homines sunt vnus homo*. Conf. quia specificatiuũ alicuius debet participare formaliter rõnẽ illã, secundũ quã specificat, vndè ad specificandã visiuã potẽtiam requiritur obiectum, quod sit formaliter coloratum, & non virtualiter tantum, sed multitudo est terminus specificatiuus vniuersalitatis, ergo debet esse formaliter talis, & nõ virtualiter tantùm. Tandem ex eo, quòd species sit virtualiter multa, ad summum sequi potest, quòd differentia respectu eius sit quoq; virtualiter vniuersalis, non tamen formaliter, & actualiter, quia qualis est multitudo, talis est vniuersalitas ipsam respiciens, neq; specificatiuum potest specificare vltra suam virtutem.

Sed contrà obijciunt, quia natura cõstituitur vniuersalis in ordine ad ea, de quibus primò, & immediatè prædicatur, sed differẽtia primariò, & immediatè p̃dicatur de ipsa specie, & mediatè specie de inferioribus, ergo &c. Tũ 2. quia differẽtia prædicatur de specie & non vt singulare, ergo vt vniuersale Tũ 3. quia eodem genere p̃dicationis differẽtia p̃dicatur de specie, & inferioribus eius, si igitur de illis p̃dicatur tanquam vniuersale, sic ẽt de ipsa specie. Tum 4. quia p̃sertim respectu speciei exercet differentia propriũ prædicandi modum *in qualequid*, imò potiori rõne, quã respectu inferiorum, in ordine ad quæ potius habet rationem partis materialis, quam formalis, quia ad illa multa contrahitur per alias peculiares rationes determinantes ipsam. Tum tandem, quia dantur quædam differentiæ, quæ nõ

adæquantur cum vna specie, sed conueniunt pluribus, vt esse continuũ, q̃ nedũ reperitur in quantitate permanenti, sed etiã in successiua, ergo datur aliqua differentia, quæ respectu specierũ de pluribus prædicetur, atque adeò sit vniuersalis.

Resp. non esse omninò certũ, nũ vniuersale debeat necessariò p̃dicari de pluribus immediatè, & Tatar. c. de proprio id negat, genus.n. ẽt respectu indiuiduorũ suam retinet vniuersalitatẽ, de quibus tñ nonnisi mediatè prædicatur; quo etiã dato dicimus vlterius, nõ quãcumq; p̃dicationẽ immediatã constituere vniuersalitatẽ, sed illã tñ, quæ est superioris de inferiori, q̃ non habet differentia in ordine ad speciẽ, sed tñ in ordine ad inferiora eius; & ideò quãuis Petrus, & Paulus sint rationales, q̃a sũt homines, tñ rationale nõest vniuersale, quia respicit hominem, sed quia respicit Petrũ, & Paulũ, vndè vt notat Compl. hæc duo valdè diuersa sũt, quod Petrò conueniat esse rationalem, quia est homo, & quod rationali conueniat secũda intentio vniuersalis, quia respicit hominem; primum est verũ, at secũdum est prorsus falsum, vide aliam solutionem apud Tatar. cit. hic applicabilem. Ad 2. dicimus, quod prædicatur, vt vniuersalis, non formaliter, & reduplicatiuè, sed materialiter, & specificatiuè, vt sensus sit, differentia, quæ prædicatur de specie, est vniuersalis, non tamen respectu illius, sed respectu suorum inferiorũ; sicut species sibi icibilis generi comparata est vniuersalis materialiter solum .i. nõ per talem comparationem, vndè prædicatio ista *homo est rationalis* non erit alicuius prædicabilis, vel superioris de suo inferioris, sed erit prædicati topici de subiecto communi, cum quo reciprocatur, sicut, & illa, *homo est risibilis*, vnde à quibusdam appellãtur prędicationes tertij, & quarti prædicati, non autem prædicabilis. Ad 3. verum est assumptum, quatenus tàm de specie, quàm inferioribus eius prædicatur, vt differentia, & in quale quid, non sub eadem habitudine, quia de specie prædicatur, vt æquale de æquali; de illis verò, vt superius de inferioribus. Ad 4. re vera tã respectu speciei, quã inferiorũ eius differentia dicitur pars formalis eorũ, falsum .n. est differẽtias superiores diuidi, & contrahi per inferiores ad modũ partis materialis, nã id verificatur tm̃ concomitanter, & identicè rõne generis, q̃ cõstituunt, vt satis liquet ex præced. ar. & ideò tàm respectu speciei, quàm inferiorũ eius semper prædicatur in quale quid, vt declarauimus concl. præced. tamen solum in ordine ad indiuidua constituitur in esse vniuersalis, quia respicit illa, vt multa, quare licèt in ordine ad speciem habeat sufficientem modum prædicandi vniuersalis, non tñ habet sufficientẽ terminũ vniuersalitatis, quæ requirit multa inferiora pro termino. Ad 5. concedit ob id Auers. q. 12. sect. 3. aliquas differentias, quæ sint vniuersales respectu speciei; sed q̃a disp. seq. q. vlt. negamus absolutè tales differẽtias constitutiuas, quæ possint in plurib. reperiri specieb. ideò negatur assũptũ, ad cuius prob. ibi dicemus.

Quæres, an differentia infima, & subalterna specie differant in ratione prædicabilis, ita vt duo vniuersalia constituãt, sicut genus, & species. Auersa q. 12. sect. 12. affirmatiuè respondet, & eius fundamentum est, quia intãtum species est tota essentia, & genus pars, inquãtum speciei adduntur differentiæ indiuiduales, quæ non sunt gradus essentiales, generi verò adduntur differentiæ specificæ, quæ sunt gradus essentiales, sed eodem modo penitus se habent differentia infima, & subalterna comparata ad inferiora, quia differentiæ subalternæ adduntur alię differentię, quę sunt gradus essentiales, infimæ verò addũtur aliæ, quæ nõ sunt essẽtiales, ergo tantã diuersitatẽ habent in ratione vniuersalis differentia generica, & specifica, quantã habet genus, & species.

Nihilominus cum Scoto prædicta q. 27. quem alij passim sequuntur, negatiuè est

nè est respondendũ, & probatur, tũ quia tunc sex forẽt prædicabilia; tum quia de rõne differentiæ, vt est tertiũ prędicabile, est solũ prędicari de pluribus in qualeq. d. & per hoc distinguitur à cæteris vniuersalibus, sed hoc vtriq; differentiæ conuenit, ergo &c. Tum tandem, quia genus, & species ideò duo prædicabilia constituebant, quia vnũ prædicatur totã essentiã, & alterum partẽ essentiæ; sed differentia, siuè sit infima, siuè subalterna, sẽper prędicatur partem essentię, & ad hoc omninò per accidẽs est, ꝙ prædicatio fiat de multis specie, vel nu. diff. ergo &c.

Fundamentum verò Auersæ non subsistit, negatur .n. paritas assumpta in minori, quia ex hoc, quòd differẽtiæ infimæ addantur aliæ differentiæ, quæ non sint gradus essentiales, non sequitur, ꝙ dicat totã essentiã indiuiduorũ, sicut sequitur ex eo, ꝙ addantur speciei specialissimę, & ratio est, quia species infima semper dicit conceptũ cõpletum, sed differentia sẽper incompletum, etiam si sit infima.

At instabis, differẽtia infima prædicatur de pluribus in qualequid completæ, & subalterna in qualequid incompletè, ergo sunt diuersa prædicabilia, sicut genus, & species; Prob. assũptũ, q. differentia vltima omninò distinguit essẽtialiter suũ cõstitutũ à quocunq; ꝙ nõ est ipsũ, ꝙ nõ facit differẽtia subalterna, q. in rõne sensibilis v.g. homo cõuenit cũ equo; hac vnica rõne testatur Hurt. disp. 6. sect. 4. ei nõnunquã placuisse oppositã opiniõnẽ.

Responsio tamen facilis est, ꝙ differẽtiam infimã prædicari de plurib. in qualequid complete potest dupliciter intelligi, vel quia dicat totam essẽtiam illorũ plurium, & sic falsum est assumptũ, quia omnes differentiæ sunt conceptus incõpleti, nec magis complet rationale homi nem, quàm sensibile animal; vel quia cõstituit illa multa adæquatè dissimilia ab omnibus indiuiduis cuiuscũque alterius speciei, itaut per eam excludatur omnis ratio conueniendi, & ita verum est antecedens, sed neg. cõseq. quia facere differre cõpletè, & adæquatè in hoc sẽsu nõ est dicere conceptũ rei cõpletũ, quia hic innegratur ex rõne cõueniendi; & rõne vltima differendi, sed est dicere cõceptũ incõpletũ vltimũ, vt benè notat Hurt.

QVÆSTIO QVARTA.

De Proprio.

POst tractationem de Vniuersalibus essentialibus ad vniuersalia accidentalia descendimus, quæ sunt proprium, & accidens; & quia propriũ maiorem habet affinitatẽ cũ essentia rei, quàm accidẽs cõmune, vtpotè ꝙ immediatè fluit ab ea, & cũ ea est realiter idẽ, ideò prius de proprio agimus, quã de accidente; pònãntẽ, vt hic oẽs notant hoc nomẽ *proprium* dupliciter sumi, primò vt opponitur improprio, & dicitur illud, ꝙ propriè & absque vlla metaphora rei conuenit, secundò vt opponitur cõi, & sic significat illud, ꝙ ita conuenit vni rei, vt alijs competere non possit, & hoc modo definitio dici solet propria definitio, differentia dicitur propria speciei, quã constituit, vt rationalitas hominis, & deniq; passio dicitur propria naturæ, à qua dimanat, vt risibilitas hominis, verũ quia prima duo prędicata essentialia habent propria nomina, quibus significentur, nã vnum dicitur definitio, alterũ differentia, hinc factũ est, vt nomẽ proprij approprietur soli prædicato extra essentiã, necessariò tñ, & conuertibiliter conuenienti naturæ, quã insequitur, vt est risibilitas in homine; & de proprio in hoc sensu proponitur quæstio, sed quia rursus potest dupliciter capi, vel pro *ipsa* proprietate reali, quæ realiter fluit ab essentia, & cum essentia reciprocatur, vt est risibilitas, quæ ab humanitate dimanat, vel pro eadem affecta iam vniuersalitate logica in ordine ad speciem, & indiuidua eius; hic agemus de proprio in vtroque sensu, quamuis enim primo modo potius ad metaphysicum spectet, tamen

tiam abs re nõ erit aliqua de ipso, etiã pro prima intentione, differere, quia eius natura explicata constabit magis quále fundamentũ exigat vniuersalitas quarti prædicabilis, quã hìc explanare intendimus; itaq; duobus articulis rem expediemus, in primo tractando de proprio in ratione proprii, seu pro natura reali, in altero de vniuersalitate, q̃ super eã fundari potest.

ARTICVLVS PRIMVS.

Agitur de proprio in ratione proprij, seu pro natura reali, & præsertim de distinctione ipsius à subiecto.

MVlta disputari solent de proprio in ratione proprii, nos hìc quæ magis necessaria sunt, & ad rectã intelligentiam vniuersalitatis eius magis conducunt, seligemus, alia ad Metaph. dimittentes.

Primo itaq; dubitari solet, an ratio formalis proprii, vt propriũ est, sit realis, vel rationis. Didacus à Iesu disp. 9. dub. 3. existimat rationẽ formalẽ omnis proprietatis realis non in indiuiduo, sed in specie esse rationis, & secundũ intentionem, idque probat tali ratione, à qua se conuinci fatetur, à parte rei solum datur hæc, & illa risibilitas fluens ab hoc, & illo homine, nõ tamen risibilitas in cõmuni fluens ab homine in cõmuni, hæc. n. solũ datur per intellectũ abstrahentem proprietatem à differentiis indiuidualibus, similiterq; essentiam, à qua dimanant, ergo licèt dimanatio proprietatis in indiuiduo, eiusque cum indiuiduo adæquatio sit realis, non tamen emanatio proprietatis in specie, eiusque adæquatio cum essentia in speciẽ erit realis, sed rationis.

Sed certè si hæc ratio valeret, non solum probaret rationem formalem omnis proprietatis realis esse rationis, sed etiam rationem formalem cuiuscunque naturæ, humanitatis, equinitatis, &c. quia nec à parte rei dantur naturæ communes extra indiuidua, vt diximus disp. præced. Potius ergo dicendum est, quòd licèt in entibus rationis proprietates illis correspõdentes sint rationis, tamen naturis realibus propriæ passiones debent correspondere reales, quarum formalis ratio sit realis; tũ quia passio debet proportionari subiecto, subiectũ autẽ passionũ est natura, non indiuiduũ subiectũ. s. primum, & adæquatũ, ergo si natura est realis, proprietas quoq;, ac eius formalis ratio debet esse realis, tũ quia indiuidua realia debent sub specie reali contineri, sed hæc risibilitas, & illa sũt indiuidua realia risibilitatis in cõmuni, ergo & ipsa risibilitas in communi debet esse realis ea realitate, quæ tribui solet cęteris naturis entiũ realiũ, bene tñ verũ est, quod docet Tatar. præsenti, proprium etiam sub ratione proprii fundare posse secundam intentionem diuersam ab ea, quã fundat in ratione vniuersalis.

Secundo quæritur, quomodo propriũ in ratione proprii sit definiẽdũ. Resp. illud ab Arist. definiri 1. Top. cap. 4. hoc modo, *propriũ est, quod non indicat quid rei, soli autem inest, & conuersim prædicatur*, quæ sanè definitio datur de proprio sub ratione proprii, non sub ratione vniuersalis, vt notat Tatar. quia definit per ordinem ad vnum solum, & per prædicari conuertibiliter, quæ duo repugnant vniuersali ex dictis art. vlt. q. præc. & licèt Doctor q. 31. Vniuers. in corp. dicat definitionẽ, quam tradidit Porph. de proprio sub rõne vniuersalis, coincidere cum ista Philosophi, non debet intelligi formaliter, sed materialiter tantũ, quatenus definitio Porph. æquiualet illi, vel illã infert, vt Brasau. notauit ibidem. Cum ait proprium non indicare quid rei, intelligendum est à priori, quia à posteriori bene indicare potest iuxta illud 2. de anima, accidentia magnam partem conferunt ad cognitionem substantiæ, & per hoc significare voluit, proprium nõ esse prædicatum intra essentiã, quia tunc illam indicaret à priori, sed extra essentiam; addit verò *soli autem inest*, quia proprium sub ratione proprii opponitur communi, & ideò sicut commune

dicit relationẽ cõmunicatiuã, seu conueniẽtiæ ad multa, ita propriũ dicit relationẽ conuenientiæ ad vnũ cum exclusione cõmunicationis ad extraneũ; additurq́; , *& conuersim prædicatur*, vt per hoc significaret necessariã, & mutuã connexionẽ, quæ inter subiectũ, & eius passionẽ intercedit, ratione cuius seinuicem inferunt in subsistendi consequentia, sicut homo, est risibile, & è contra, quod probat Arist. dicens, *nemo n. propriũ dicit, quod contingit alij inesse, vt homini dormire, neque si forsitan per aliquod tempus inest soli*, per quod significat proprium debere inesse soli, & semper, vt postea magis explicuit Porph. c. de prop. Ex quo colligitur tres conditiones requiri, vt aliquod prædicatum dicatur propriũ, prima est, q̃ non sit prædicatũ intra essentiã; secunda, q̃ conueniat soli, quia si alteri naturę conueniret, iã nõ esset accidens propriũ, sed commune; tertia demũ, q̃ necessariã habeat cũ subiecto connexionem, ita quod vbicunq; talis res inuenitur, & quandocunq; habeat semper annexã talẽ proprietatem ex intrinseca illius exigentia, ac indigentia, & deficiente aliqua ex his conditionibus, nõ datur simpliciter propriũ, nec integrè, vt ibi ait Arist. quia non habet omnes conditiones ad ipsũ essẽtialiter requisitas; quãta autẽ sit necessitas istius cõnexionis, dicemus postea.

Sed dices, calor est propriũ ignis, & tamen conuenit alijs, & risibilitas est propriũ Petri, & tamen non cõuertitur cum ipso, ergo particulę definitionis non benè assignantur; præsertim etiam quia vna illarũ superfluit, nam si conuersim prædicatur iam inest soli. Resp. concedendo ea de causa calorem non posse dici propriũ ignis in toto rigore, quia non conuenit soli: cũ autem dicitur propriũ debere cõuerti cum suo subiecto, id debet intelligi de subiecto adæquato, & primo, quia non est necesse, vt proprium conuertatur cum inferioribus sui subiecti primi, quia ipsa sunt subiecta tantum secundaria, & inadæquata; rationem n. proprij, vt distinguitur à communi, solum habet in ordine ad essentiam, à qua immediatè fluit, nã in ordine ad inferiora talis essentiæ potius habet cõmunitatẽ, quã rationẽ proprij oppositã communi, igitur de ratione risibilis, quatenus propiũ est à cõmuni condistinctũ, est, quòd conuertatur cum homine eius adæquato subiecto, non cum Petro, vel Paulo; Demum nulla particula est superflua, quia conuertibiliter prædicari non ponitur, vt significetur conuenire illi soli, quia hoc per anteriorem particulã explicatũ erat, sed ponitur ad significandam necessariã, & mutuã cõnexionẽ, quã debet proprium habere cũ subiecto, vt diximus, nã ridere conuenit soli homini, sed quia non habet cum eo connexionẽ necessariam, non est simpliciter proprium.

91. Tertiò quæritur, quodnam sit propriũ, quod hac definitione definitur; pro quo recolenda est illa quadruplex acceptio proprij, quã p. p. Inst. tradidimus cũ Porph. & Arist. nã propriũ 1. modo erat, q̃ cõuenit soli, nõ tñ omni, vt homini esse Medicũ; 2. modo; quod conuenit omni, sed nõ soli, vt homini esse bipedem; 3. modo, quod conuenit omni, soli, sed non semper, vt homini canescere; 4. modo, quod conuenit omni, soli, & semper, vt homini esse risibile; quæritur ergo, quodnam proprium ex his modis sit hîc definitum.

Arriaga disp. 8. log. sect. 2. inquit ea accidentia, quæ soli alicui speciei conueniunt, etsi non semper illi conueniant, vocanda esse *propria* absolutè, quia in communi modo loquendi *ridere* dicitur proprium hominis, item *discurrere*, etsi non semper conueniat homini, item quando Petrus v. g. habet phrasim aliquam, aut modum specialem loquendi, vel incedendi, quo nullus alius vtitur, illa phrasis dicitur propria Petri, etsi non semper Petrus illa vtatur: id probat Arriag. ex Arist. cit. 1. Top. cap. 4. vbi solum excludit à ratione proprij id, quod alijs conuenire potest illis verbis, *nemo propriũ alicuius rei dixerit, quod alijs conuenire potest*, quare

con-

concludit proprium in secunda tantū acceptione excludi debere à ratione proprij rigorosè sumpti, quia in illa acceptione tantum vsurpatur pro eo, quod non obuenit soli, sed etiam alijs; atque ideò illud solum ab hac excludi definitione, cętera verò includi.

Verum communis opinio est, propriū rigorosè sūptū esse tantū proprium quarto modo, atq; adeò illud tantū per eā definitionem explicari, ità significat Scot. q. 31. Vniuers. & est expressa mens Arist. & Porph. cit. & probatur, quia prædictæ tres conditiones ad rigorosum propriū requisitę solum inueniuntur in proprio quarto modo, propriis autē aliorū modorum sēper deficit aliqua illarū, nàm propriū primi modi, conuenit soli, sed non semper (omittimus dicere, quod non conuenit omni, vt ait Porph. quia hæc conditio cōuenit proprio in rōne vniuersalis, in quo sensu de ipso loquebatur Porph. non autē in ratione proprii, vt nos hìc de eo loquimur) ratio ē, quia vt notat Tatar. esse medicum ibi accipitur à Porph. vt dicit actū, & ideò est separabile etiā naturaliter, quia esse potest, vt nullus homo medicinā ędificat, & eadē ratione proprium tertio modo non est verè proprium; quia canescere accipitur, vt dicit actū, quomodo nō conuenit sēper homini; proprium autē secundo modo, licet accipiatur, vt dicit aptitudinē, & nō actum, vt notat idē Tatar. quia actu habere duos pedes, non conuenit sēper homini; adhuc tamen non est in rigore proprium, quia nō conuenit soli homini; quare remanet, vt solum proprium in 4. modo sit rigorosè proprium, ꝙ hìc definitur; vnde falsum est, ꝙ assumit Arriag. ꝙ Arist. in Top. excludat solum à verā ratione proprii, & rigorosa id, ꝙ aliis cōuenire potest, nā excludit etiam, ꝙ conuenit rei separabiliter, & contingenter per illā particulā, *conuersim prædicatur de re*, per quā significatur, ꝙ sēper rei coueniat, ita ꝙ seinuicē inferāt in subsistēdi cōsequentia, vnde truncatā adducit auctoritatē; nō negat Arist. tantum esse verè ꝓprium, ꝙ aliis cōuenire potest, sed etiā illud, quòd licèt soli cōueniat, tn̄ nō cōuenit sēper, sic nāq; loquitur: *Nemo. n. propriū dicit, quod contingit ulii inesse, neq; si forsitan per aliquod tēpus inest soli*, vnde alios modos appellat ibi Arist. nō simpliciter propria; *sed aliquando, vel ad aliquid, nā ex dextris quidem esse aliquando proprium est, bipes autem ad aliquid proprium est* .i. respectu alterius, cui non conuenit, vnde subdit ibi bipedem esse proprium hominis, non simpliciter, & absolutè, sed cōparatiuè ad quadrupedia, quare concludimus, *ridere* non esse in rigore proprium hominis, sed accidens commune, quod adest, & abest, vt docet Scot. q. 33. Vniuers. in solut. ad 1. quod etiam expresse Porph. docuit.

Adhuc tamē verum est propria aliorum modorum posse in aliquo sensu reduci ad proprium quarti modi, & præfatam participare definitionē, si nimirum proprium primi, & tertii modi sumantur, vt dicunt aptitudinē; sic. n. erunt propria quarti modi, vt notat Tatar. quod deducitur ex ipso Arist. cit. vbi esse grammaticum dicit esse proprium hominis simpliciter, & in quarto modo, quia sumit illud, vt dicit aptitudinē, nō actum; Hoc tn̄ intelligendum est, quotiescunque tales aptitudines ex principiis essentialibus specierum ortum ducant, & non aliunde, ꝙ ideò dicimus, quia sunt quædā inclinationes, & aptitudines peculiares quorundā indiuiduorum, quæ potius oriuntur ex principiis indiuidualibus eorum, ac vario humorum tēperamento, vt peculiaris inclinatio, & propensio Petri ad arma, Pauli ad scientias, & magis ad hanc, quam illam; quæ proindè aptitudines non verè dicuntur proprietates, sed potius accidentia quædam de secunda specie qualitatis, vt notat Doctor 2. d. 16. q. vn. R. Dices, erunt saltim proprietates huius, & illius indiuidui, quia oriūntur ex principiis indiuidualibus eorum, sicut specifica dicitur ꝓpria speciei, quia ex principiis eius specificis ortum

 ducit,

ducit. Respondit idem non habere aliā verā proprietatē præter illā naturæ, quæ est in singulis contracta, quia quæcunq; alia proprietas assignetur in indiuiduo, potest alia prorsus similis in alio indiuiduo reperiri, quia aliud esse potest eiusdē temperamenti, vndè per accidens est, quod illi soli competat, imò potest ex infirmitate, vel alia causa naturali temperamentū illud aliquatenus variari, & consequenter aptitudo illa destrui. Tandē etiā secundus modus proprij reduci potest ad quartū, si quartus ità amplè sumatur, vt complectatur proprium genericum, & specificū, secundus verò .s. esse bipedem, referatur nō ad naturā humanā, sed ad illam naturam animalis, quæ cōmunis est omnibus bipedibus, vt à quadrupedibus distinguuntur, nam in ordine ad illam dicetur conuenire soli, & semper; Porph. autem distinxit secundum modum à quarto, quia secutus Arist. non est locutus, nisi de proprio specifico quarti modi, fortè quia notius, vel quia vt notat Doctor q. 17. Vniuersal. 2. proprium nullius est, inquantum est genus, sed inquantum est species, quia proprium solum est alicuius, inquantum est aptum natum esse subiectum demonstrationis, & hoc solum est inquantum species, quia solū inquantū species definitur.

Quarto quæritur, an proprium rigorosè dictū, seu in quarto modo, dicat semper aptitudinē, ita quod nequeat dicere actū. Communis opinio nostrorū infrà citand. videtur esse, ꝙ semper dicat aptitudinem, vndè rerū passiones passim in aptitudinibus constituunt, & fauere videntur Arist. & Porph. cit. qui dum quartū proprii modū assignant, de aptitudinibus exemplificant, non de actibus, imò actus excludūt. Dicendū tamen est, ꝙ licèt verum sit proprietates rerum regulariter, ac vt in plurimum dicere aptitudines, interdum tamen non solum aptitudinē, sed etiā actū dicunt, sic v.g. dicimus proprium esse trianguli habere tres angulos duobus rectis æquales non tantum in aptitudine, sed etiā in actu, sic etiam inhærere est proprium accidentis respectiui, non tantū, vt dicit aptitudinē, sicut est in accidente absoluto, sed etiam vt dicit actum, vt docet Doct. 4. d. 12. q. 1. & ratio est; quia huiusmodi naturis non tantū præfatæ aptitudines necessariò connectuntur, sed etiam actus illis correspondentes, ꝙ etiā cernimus in passionibus disiunctis, vt est par, & impar respectu numeri, rectū, & curuum respectu lineæ; conueniunt enim suis subiectis necessariò nō solum in aptitudine, sed etiā in actu; quare si aliquod attributū habet etiam secundū actū necessariā cōnexionem cum aliqua natura, & ei tantū conuenit, non videtur, cur nomine proprietatis appellari non possit, cum habeat omnes conditiones ad eam requisitas, vndè si Arist. & Porph. videntur actus excludere, loquūtur de actibus non habentibus cum subiecto necessariam connexionem.

Quinto quæritur, an necessitas connexionis proprietatis cum suo subiecto tāta sit, vt neq; de potentia absoluta possit ab ea separari. Negant Capreol. 1. d. 3. q. 3. & Caiet. p. p. q. 54. ar. 3. Soncin. 8. Met. q. 1. ad 4. & alii quāplures. Affirmant Ferrar. 4. cōtra gentes c. 65. Soto q. 2. de proprio, Bannes p. p. q. 73. art. 6. Alii verò distinguunt duplex proprietatū genus, quædā .n. à subiecto realiter distinctæ non sunt, vt sunt passiones entis, & appetitus materiæ ad formas, & hæ nequeūt à suo subiecto disiungi; quædā verò sunt realiter distinctę, vt quantitas in materia, calor vt octo in igne; frigiditas summa in aqua, &c. & hę possūt p potētiā Dei absolutā à suis subiectis separari, ità Didac. disp. 9. q. 1. dub. 4. Auersa q. 24. sec. 3. & alii Iuniores passim.

Dicendum tamen est necessitatem cōnexionis proprii cum suo subiecto non solum esse physicam, quatenus secundum communem naturæ cursum nunquam potest subiectum sine suo proprio inueniri, sed etiam metaphysicam, ita quod nec de potentia Dei absoluta possunt separari; imò etiam logicam, adeoquod nec etiam

per

per intellectũ separari possunt intelligendo subiectũ sine passione. Ità colligitur ex Scoto vbicunq; loquitur de propria passione in ordine ad suũ subiectũ q.33. Vniuers. vbi eius Expositores 1. d.3. q.5. ad 2. pro opin.2.d.12.q.2. ad 1. & d.16.q.1. §. *Sed quia via hæc*, & d.25. q.vn. C.& 4.d. 12.q.3.§. *Dico ergo ad quæstionē*,& d.13.q. 1. art.3.in princ. & alibi sæpè, quē omnes sequuntur Scotistæ Tatar. hic dub.3. Canon.1. Phys.q.4. ar.2. Tromb.4. Met.q.4. Lichet.q.3.Prolog.Rocc.q.3. de proprio. Faber4.Met.disp.6.& alij passim,& sequitur Nominalium Schola;& probatur efficaciter sic, conclusio demonstrationis, in qua passio demonstratur inhærere subiecto; est adeò vera, vt per nullam potentiã possit falsa reddi, ergo nequit separari à subiecto,alioquin falsificari posset,nec esset æternæ veritatis.Resp.Didac.hanc cõclusionē,homo est risibilis,esse ęternę veritatis radicaliter, quia in homine necessariò sēper manet radix risibilitatis, quæ est rationalitas, non est autē æternæ veritatis formaliter. Contrà,hoc nõ est aliud, quã dicere solã illã præmissam demõstrationis, quæ pertinet ad primũ modũ, esse formaliter necessariã,conclusionem verò esse formaliter,& in se contingentē,quod omnino dici non potest. Resp. alij proindè,tunc fore verã etiã formaliter,nõ quia actu existat in homine risibilitas,sed quia connexio illius cũ subiecto est in secundo modo perseitatis, & ità semper est risibilitas in homine secundũ connexionē per se,licèt non secundũ existētiã; q̃uis ergo tunc ista esset falsa, *homo existit risibilis*, illa tamē sēper vera foret, *homo ē risibilis*, quia cũ eius veritas sit necessaria, abstrahit ab actuali existentia. Contrà, connexio per se prædicati cum subiecto oritur ex necessaria inhærentia illius cum isto, ergo si risibilitas necessariò non inest homini, non erit vera propositio secundum connexionem per se in 2. modo; Et quãuis veritas propositionum necessariarum non pendeat ex actuali existentia extremorũ,postulat tamē,quod si extrema existũt, prædicatum verè existat in subiecto,vnde earũ veritas ampliatur ad omne tēpus, vt diximus p.p.inst.tract.1. c. 11. & explicatur per hypotheticã conditionalē, vt v.g. *homo est risibilis* .i. si fuit,fuit cũ risibilitate,si est, cum risibilitate existit, si erit,erit cum risibilitate,ergo si homo de præsenti existit,si Deus auferat ab eo risibilitatem, propositio neq; vera erit secundũ connexionē per se.Resp.tandem alij,propositiones secundi modi dici necessarias, quia necessariò competunt subiecto secundũ naturalē facultatem,& innatam eius exigentiã, non tamen absolutè, & in ordine ad potentiã diuinã,ita Arriag.disp.16.log. sect.7.n.61. Contrà,necessitas conclusionis non solum est physica,sed etiã logica, alioquin etiam accidentia naturaliter inseparabilia possent demonstrari de suis subiectis,quia necessitate physica illis cohęrent,ergo prædicata secundi modi debent necessariò competere subiectis absolutè, etiam in ordine ad potentiam diuinam.

Ex quo rursus roboratur assertum nostrum, nam si Deus posset separare propriã passionē à subiecto, ergo nullum erit discrimen inter accidens pro priũ,& accidens cõmune inseparabile, quia vtriusque connexio cum subiecto esset eodē modo necessaria, nempè necessitate physica, & secundũ communē naturæ cursũ, sed per potentiã Dei vtrũq; absolutè posset separari à subiecto. Resp. Didac. neg. cõnseq. quia separata risibilitate ab homine, diceretur radicaliter risibilis,& maneret in eo debitum habendi talē proprietatem, quia maneret in eo rationalitas, quæ est radix illius, & principium exigitiuũ eius, quod non potest dici de coruo respectu nigredinis, si ab eo separetur. Contrà, quia eadem ratione coruus dici posset radicaliter niger, quia maneret in eo principium radicale illius nigredinis, nēpè talis complexio,& tale temperamentum,& consequēter maneret in eo debitum habēdi nigredinem. Resp. idem afferendo aliud di-

scrimen, quod separata risibilitate ab homine, adhuc homini conueniret esse risibilẽ secundum propriam subiecti virtutẽ, & naturalẽ facultatẽ, vnde si Deus separaret ab essentia propriã passionẽ, & postea illa in relinqueret suæ naturæ, statim naturaliter dimanaret ab ea, nõ sic de accidente inseparabili. Contrà, quia in multis accidentibus etiam naturaliter separabilibus experimur, quòd subiectũ illis denudatum, si non impediatur, sua naturali facultate, ea denuò sibi comparat, vt patet de aqua calida se ad pristinum gradum frigiditatis reducente, ergo tanto magis id eueniret in accidentibus naturaliter inseparabilibus, atque ita nulla est disparitas allata in responsione, & ex his manẽt explosæ responsiones Sanch. ad argumẽta allata, nam cum præfatis coincidunt.

Demum, quod necessitas connexionis inter subiectũ, & passionem sit etiã logica, ita quod nequeat subiectum sine passione intelligi, vel sub opposito eius, Probatur, quia vt docet Doctor q. 32. Vniuer. ad vlt. & alibi sæpe, licèt possimus non intelligere hominẽ cum risibilitate, quia abstrahentium nõ est mendaciũ ex 3. Phys. 12. vt ipse docet 1. d. 2. q. 7. infra I. & 3. d. 3. q. vn. G. nequaquã tamen possumus intelligere hominẽ sine risibilitate, vel sub opposito risibilitatis absq; præiudicio essentiæ ipsius hominis, negando nimirum risibilitatẽ de homine, aut affirmãdo eius oppositum, & ratio est, quia sicut ex risibilitate rectè infertur à posteriori humanitas, ita ex negatione risibilitatis rectè infertur negatio humanitatis, & vniuersaliter ex negatione passionis destructio subiecti, ergo necessitas connexionis inter subiectũ, & passionẽ est etiam logica; Assũptum conceditur ab omnibus etiam ab ipsis Thomistis, vt patet apud Complut. disp. 8. q. 1. vbi benè notant per hoc distingui proprium ab accidente cõmuni, etiã inseparabili, quia subiectum sine tali accidẽte diuisiuè potest intelligi, imò sub opposito eius, vt docet ipse Porph. c. de accidẽte, ex quo efficax deducitur argumẽtũ contra Thomistas, quia si accidẽs proprium per hoc distinguitur ab accidente cõmuni, ꝙ nec mẽte potest à suo subiecto diuidi, & separari, quomodo possunt ipsi asserere, ꝙ etiã à parte rei sit separabile?

Sed cõtra obijciũt, quia omne prius, in quantũ prius, est saltim per diuinã potentiã separabile à suo posteriori, sed subiectũ est prius natura passione ex Arist. in postpręd. c. de simul, ergo, &c. Tũ quia p Arist. 5. Met. 16. priora natura dicuntur illa, quæ possunt esse sine alijs, non tamen alia sine ipsis, ergo si subiectũ est prius natura passione, potest esse sine illa de potẽtia absoluta. Tũ 3. quia si subiectũ nequit esse sine passione, iã dependeret ab illa, atq; ita esset posterius ea; ꝙ si non dependet, ergo potest esse sine illa. Tum 4. quicquid est in aliquo instanti, in quo nõ est aliud, potest à Deo conseruari pro quocunq; alio instanti sine illo, sed subiectum est in aliquo priori instanti naturæ, in quo non est sua propria passio, ergo &c. Tum tandem, quia quantitas est passio substantiæ corporeæ, calor vt octo ignis, sicut frigus aquæ, & tamen de potentia Dei absoluta possunt hæc ab illis separari.

Resp. maiorẽ esse veram, cum prius est realiter distinctũ à posteriori, vt docet Sc. 2. d. 12. q. 2. A, ac etiã est vniuersaliter vera sumendo *ly inquantũ* reduplicatiuè, quia prius, inquantũ prius, nõ dependet à posteriori, & ita potest esse sine illo, inquãtũ prius, sed ex alio capite potest esse impedimentũ s. ex identitate reali, vt notat Tatar. cit., & ita est in proposito, ꝙ subiecto nõ repugnat esse sine passione, ea ratione, qua prius est illa, sed quia est idẽ realiter, cũ illa. Ad 2. duplex est prioritas naturæ, vt fusius infra disp. 9. q. 2. vna essẽdi, & explicatur per posse esse prius sine posteriori, alia intelligẽdi cũ fundamẽto in re, quę nõ rectè explicatur per posse esse, vel separari prius sine posteriori, sed tantũ per posse vnũ absque alio, vel prius alio intelligi, quia non includit illud in suo concep-

tu,

tu, vt docet Doctor 3.d.3.q.1.G. Arist. loc. cit. loquitur de prioritate naturæ essendi, sed subiectũ est prius passione solũ prioritate naturæ intelligẽdi. Ad 3. penderet ab ea pẽdẽtia, quã vocant à posteriori, & melius diceretur coexigentia, quo sensu dicere solemus, causã formalẽ pẽdere à suo effectu formali, quatenus nequit esse sine illo. Ad 4. neg. min. qa vt bene notat Canon. cit. esse prius natura nõ est esse prius in aliquo signo, in quo nõ sit posterius, qa nullius rei existẽtia mensuratur per instas naturæ, sic quod aliquo existat id, ꝙ dicinatura prius, in quo nõ existat, ꝙ ẽ natura posterius, sed tantum verũ est, ꝙ in aliquo instanti intelligitur illud, in quo nõ intelligitur illud, vnde prioritas sola durationis explicatur per verbũ *est*, & *in quo*, sed prioritas naturę explicatur solũ per verbũ *potest esse*, & *in quo*, si est prioritas naturæ essẽdi, vel per verbũ *intelligitur*, & *in quo*, si est intelligẽdi, vt fusius infra disp. 9. cit. Ad 5. neg. illa esse propria in rigore illorũ subiectorũ, sed sunt accidentia quędã illis cõnaturaliter debita, quare potius propẽsio eis innata ad talia accidẽtia recipiẽda dicenda est eorum subiectorũ proprietas.

Deinde arguunt ex modo, quo passio causatur à subiecto, omnes .n. concedunt causari ab eo, vel in genere causæ efficiẽtis, vel materialis, vel vtriusque simul; si dicatur primũ, ergo potest subiectum esse sine passione, quia Deus impedire potest omnẽ effectũ in genere causæ efficientis; si dicatur secundũ neq; saluatur necessitas connexionis passionis cum subiecto, qa causalitas materię, siue potẽtię passiuę est cõtradictionis, & contingẽs ex 9. Met. 17. si dicatur 3. præterquam ꝙ tunc materia, & efficiens coinciderent, contra Aristot. 2. Phys. 70. adhuc sequitur propositum, quia nec causalitas materiæ, nec efficientis est necessaria, vt probatum est.

Resp. subiectum esse causam passionis, nedum in genere materialis causæ, quia tunc certè non esset necessaria connexio passionis ad subiectum, vt notat Doctor 1.d.3. q.7. S. & 2.d.25.q.vn.C.& D.Tho. opusc.48.c.de proprio, sed etiam in genere causæ efficientis, non quidẽ physicę, & per verũ, ac realem influxũ, nã in hoc sẽsu aliam causam non habet ab ea, quæ ipsum produxit subiectũ, sed in genere causę efficientis metaphysicæ, quã proinde nostri appellare consueuerunt nomine ebullitionis, ac simplicis pullulationis, vt à causalitate physica secernerent, vt diximus in Physic. disp.7. q. 2. quamuis igitur posset Deus omnem causalitatem physicam efficientem impedire (de quo non curamus modò) non tamen Metaphysicam. Dices, Deus liberè cocurrit cũ subiecto ad emanandam passionẽ, ergo poterit suũ cõcursum subtrahere, alioquin liberè nõ cõcurreret, & sic subiectum sine passione maneret. Resp. si Deus distinctũ concursum adhibet in productione passionis à cõcursu, quo producitur subiectũ, quod nõ credimus, nõ cõcurrit liberè, sed necessariò, non quidẽ necessitate simpliciter, sed necessitate suppositionis, quia producendo subiectum, necessariò tenetur concurrere cum eo ad productionem suæ passionis, ꝙ etiã in multis aliis euenit. Et cũ dicebatur, quod materia, & efficiens non coincidunt 2. Phys. Resp. Scot. loc. cit. dictum Arist. esse verum de materia ex qua, seu materia partis, non de materia in qua, qualis est subiectum respectu suæ passionis; vide Doctorem q.33. Vniuers. ad 3.

Sexto tãdẽ quæritur, quomodo passio sic indissolubiliter vnita subiecto distinguatur ab eo. Thomistæ adhuc nõ obstãte tali necessaria cõnexione, passionẽ realiter à subiecto distinguunt, esto quidam nõ distinguãt; ita Capreol. Caiet. & Sonc. cit. Nominales è cõtra negant vllo modo distingui à parte rei, sed tantũ ratione ratiocinata, ita Greg. 2.d.16.q.3. vbi Gabr. q. 1. Marsil. 1.q.7.ar.3. Durãd. 2.d.3.q.2. Scotistæ cũ suo Doct. loc. cit. mediantes inter has opiniones extremas distinguũt illa distinctione ex natura rei formali, qua frequenter vtũtur in rebus metaphysicis; Et quidẽ

quòd non distinguātur realiter, potest in primis deduci ex dictis in resolutione p̄cedentis dubij, si .n. est tanta necessaria connexio inter illa, vt ne mente diuidi possint, ergo neq; realiter distinguentur, nā in absolutis, quę sunt realiter, & essentialiter distincta, nil obstare videtur, quòd vnum sine alio concipi nequeat. Probatur quoq; ratione ex Scoto inducta in 2. d. 1. q. 5. §. *Ad quæstionem istam*, quia vt ait ibi Doctor, intrinseca impossibilitas separationis duorum ex triplici capite procedere potest, vel quia sunt simul natura, vt est de duobus relatiuis, vel quia vnū est prius, à quo essentialiter dependet posterius, ratione cuius dependentiæ hoc nequit esse sine illo, vt est de toto, & partibus, vel quia sunt idem realiter, vnde postea infert in eodē 2. d. 2. q. 2. A. & B. ꝙ illud, ꝙ si esset distinctū ab aliquo, esset posterius eo naturaliter, necessariò est idē illi, si impossibile est, illud aliud esse sine isto, & quod nihil realiter distinctum ab aliquo, sine quo nequit esse sine contradictione, est prius eo, sed est posterius eo naturaliter, vel simul natura cū eo; sed subiectū est prius natura ipsa passione ex postpræd. c. de simul, quia est causa illius, ergo si subiectū nequit esse sine passione, vt probatum est, & hoc implicat ab intrinseco: nam si inseparabilitas solum ab extrinseco procederet, vt est de Cęlo, & ejus motu, quæ in Arist. sententia sunt inseparabilia, non ex intrinseca cęli natura, sed à causa extrinseca .i. ab intelligētia necessariò mouente, non infert realē identitatē, (vt notat ibi Doctor lit. N.) id erit vtiq; ob identitatē realem inter ea, quia nunquā implicat ab intrinseco prius separari à posteriori, nisi propter identitatē realē. Insuper passiones, vt plurimū, dicunt innatas aptitudines ad aliquid agendū, vel recipiendū, at tales aptitudines nihil reale superaddunt naturæ sic aptæ ex Scoto 4. d. 49. q. 10. ab initio v. g. risibilitas nihil reale humanitati superaddit, ratione cuius sit capax risus, vel aptus ad illū; nam subiectū, ꝙ ponitur ab ista aptitudine realiter distinctū, immò à quibusdā ex Aduersarijs separabile, antecedenter ad illam, & separatū ab ea, vel est naturaliter illius capax, vel non; non secundū, ergo primum, tūc ergo de illa priori aptitudine quærendū est, vtrū sit eadem realiter subiecto, vel non, si primū, ergo præstabat stare in illa sola aptitudine ad actum subiecto realiter identificata, & non ponere anteriorē capacitatē, & aptitudinē ad ipsā; si nō, ergo proceditur, vt prius, & sic in infinitū; vide Trombet. & Canon. cit. 1. Phys. q. 1. ar. vlt. benè hanc rationem pertractantes. Tandē passiones entis sūt idē cū ipso ex Arist. 4. Met. & concedunt ipsi Thomistæ, ergo similiter, & aliæ passiones cum suis subiectis, quia sicut se habet passio entis ad ipsum ens, ita talis passio ad tale ens, nec vnquam poterit afferri sufficiens disparitas.

Quod verò cum tali identitate reali stet distinctio formalis, probatur ex illo generali principio inferius iaciendo disp. 8. ꝙ nullū absolutum idētificat sibi formaliter respectiuū, quia absolutū, vt sic, est ad se, respectiuū ad aliud, siuè talis relatio sit p̄dicamentalis, siuè trascendentalis, parum refert, vt ibi dicemus, sed subiectū, vt plurimū, est quid absolutū, & passio est relatio aptitudinalis ad actū subiecto naturaliter conuenientē, ergo &c. Deindè verificātur contradictoria ex natura rei de subiecto, & passione, ergo ex natura rei distinguuntur, quia contradictio semper arguit distinctionem, vt disp. 9. q. 1. art. 2. dicemus, & quidem talem, qualis ipsa est, Prob. assumptum, nam subiectum dicitur naturaliter prius ipsa passione, passio posterior, subiectum est causa passionis, non è contrà, & tandem passio non est de cōceptu quidditatiuo subiecti, cum de ipso prædicetur tantum in 2. modo, ergo ad minus inter ista requiritur distinctio formalis, & ex natura rei, præsertim quando natura importat veram realitatem, & non tantum præcisionem obiectiuā inadæquatam, vt est de transcendentibus, nā vtiq; inter naturas transcendentes, & earum

rum

rum passiones nonnisi distinctio ratiocinata intercedere potest, vndè de passionibus transcendentium admitti pôt Nominalium opinio, at hìc loquimur de naturis prædicamentalibus.

Sed objiciunt Thomistæ, q̃ distinguãtur realiter, quia causa, & causatũ realiter distinguuntur, sed subiectum est causa passionis, ergo &c. Tũ 2. actus, & potẽtia ponuntur in eodẽ p̃dicamento 9. Met. 13. ergo propria passio, quæ dicit potẽtiam ad actum accidentalem, vt risibilitas ad ridendum, collocabitur in prædicamento accidentis, vt ipse actus, & sic à subiecto, quod est in p̃dicamento substantiæ realiter distinguetur. Tum 3. quia suscipit magis, & minus, nam vnus homo dicitur magis risibilis alio, ergo est accidẽs realiter a subiecto distĩctũ. Tũ 4. actus est nobilior potẽtia ipsũ respiciente, ergo si risus est accidens, ẽt potẽtia ipsũ respiciẽs. Tũ tãdẽ, quia illa cõtradictoria, q̃ subiectũ est prius, passio posterior, &c. non tm̃ distinctionẽ formalẽ, sed ẽt realẽ inferre videntur, quia nihil pôt p̃cedere seipsum.

Resp. assumptum valere de causa physica per verã, & realẽ influxum agẽte, nõ de metaphysica, sicut est subiectum causa passionis, vndè propriè nõ debet dici passionẽ causari, vel effici à subiecto, sed tm̃ pullulare, & ebullire ab eo, hęc. n. vocabula insinuãt actionẽ metaphysicã per simplicẽ emanationẽ, illa verò physicã, & realem; vide Maurit. q. 30. vniu. declarantẽ hanc cõem Scotistarum responsionẽ. Ad 2. ait Doctor 2. d. 16. q. vn. A. verum esse assumptum de actu, & potentia, vt sunt differentiæ diuisiuæ entis .s. pro potentia obiectiua, & actu entitatiuo, non autẽ de potẽtia, vt est principium operãdi, qualis in proposito est propria passio in ordine ad suũ actum. Dices, passio est in p̃dicamẽto qualitatis in tertia specie. Negatur, loquẽdo de passione pro innata rei proprietate, hæc. n. ponitur reductiuè in illo p̃dicamẽto, in quo est eius subiectũ ob identitatẽ realẽ cum illo: quęnã autẽ sit passio de tertia specie qualitatis, dictũ est in Inst p. 1. Ad 3. neg. assumptũ, re. n. vera nõ suscipit magis, & minus illud, q̃ verè est potentia, & aptitudo ad ridendum, sed illa maior, vel minor facilitas ad risum orta ex peculiari tẽperamento indiuidui, quæ quidem facilitas est potentia naturalis de secunda specie qualitatis, vt docet Doct. modò cit. lit. R. Ad 4. verum est assumptũ de potentia respiciẽte actum, qui sit perfectio substãtialis, nõ autẽ si sit perfectio accidentalis, vt est in proposito, nisi accipiatur in sensu reduplicatiuo, sic. n. vniuersaliter actus est nobilior potentia, quod non officit. Dices, proprium vel est substantia, vel accidens, non substantia, vt patet, ergo accidens. Resp. cum Canon. cit. formaliter neutrum esse, sed per identitatem vtrumq; quia in substãtijs est realiter, ac idẽticè substantia, in accidentibus accidens. Ad 5. non quęcunq; contradictoria etiam ex natura rei inferunt talẽ distinctionem, sed tm̃ illa, quæ radicantur in diuersis rebus, quæ. n. radicantur in diuersis formalitatibus, non nisi formalem inferunt distinctionem, vt explicabitur disp. 9. cit. quãuis ergo prioritas, & posterioritas tẽporis semper fundentur in diuersis rebus, atq; ideò sint contra dictoria distinctionẽ realem inducentia, non tamen quęcunq; prioritas naturæ, præsertim intelligendi, qualis est, quæ intercedit inter subiectum, & passionem.

Deinde pro Nominalibus vrgetur, q̃ ratio Canon. & Tromb. allata contra distinctionem passionis à subiecto realem militet etiam contra formalem, nam circumscripta risibilitate ab homine per intellectum, aut homini repugnat risus, & risibilitas ipsa, aut non, non primum, ergo secundum, atque ita subiectum erit capax istius aptitudinis: nec dicas esse tantùm capax fundamentaliter, quia sic etiam responderent Thomistæ; vel igitur ante aptitudinẽ dabitur semper aptitudo in subiecto, vel non est distinguenda passio à subiecto, nisi per rationem.

Resp.

Resp. si illa ratio nō benè percipiatur, non tm contra formalē distinctionē passionis à subiecto, sed ēt contra distinctionem rōnis, videtur posse retorqueri; dicimus ergo cū Tròb. cit. & Brasauol. q. 33. vniu. non æquè militare contra formalē, sicut contra realē, quia formalis aptitudo & capacitas debet vtiq; poni in subiecto respectu illius, ꝙ est sibi coueniens, & ab eo realiter distictū, nec sufficit capacitas fundamētalis; nō autē poni pōt respectu eius, ꝙ est realiter idē sibi, quia nihil dicitur propriè esse in potentia ad seipsū. & capax sui ipsius, quare circūscripta risibilitate ab homine vtiq; ipsi non repugnat risibilitas, quia est fundamētaliter capax, sed nō bene infertur, ergo est formaliter capax, & positiuè talis aptitudinis, qa in tali præcisione quidditatiua nulla capacitas, siuè naturalis aptitudo sibi cōpetit, quia hæc ꝑdicata adueniunt in secundo modo, & posteriori signo, & sic in tali ꝑcisione subiectū est tm̄ capax priuatiuè, seù negatiuè, vt ait Tròb. quatenus non includit aliquid repugnans, sed si pscindat passio realiter à subiecto, vt cōtēdunt Thomistæ fieri posse, tunc subiecto assignati debebit positiua capacitas, & formalis aptitudo ad aptitudinē, quæ pcisa fuit, quia datur formalis aptitudo ad attributū coueniens subiecto, & ab eo realiter distinctū, & ēt quia talis pcisio non esset per intellectū, sed à parte rei, in quo statu subiectū est positiuè capax cuiuscūque attributi sibi naturaliter debiti, manet ergo illa rō in suo robore, adeò vt Cā. testatur à nemine vnquam fuisse solutā.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Agitur de proprio in ratione vniuersalis.

Explicata natura proprij, quæ nata est fundare vniuersalitatē huius quarti ꝑdicabilis, nūc explicāda manet rō istius vniuersalitatis. & qūo natura realis ꝑprij constituatur in rōne quarti prædicabilis.

Dicendum igitur est cū cōi Doct. proprium constitui in rōne quarti ꝑdicabilis per esse *prædicabile de pluribus in quale accidentale necessario, & intransmutabiliter*, seù in secūdo modo dicēdi per se; ita Doctor q. 30. vniu. & Scotistæ ibid. & ꝑsertim Tat. c. de proprio; probatur, & declaratur conclusio, per hoc .n. ꝙ dicitur *esse prædicabile de pluribus*, significatur propriū non esse vniuersale respectu solius speciei, vt aliqui dixerunt, quia vniuersale plura respicit, sed natura cōis, cui propriū adæquatur, consideratur, vt vna, sed in ordine ad indiuidua eius, ex Scot. cit. ad 1. qua rōne ēt art. vlt. q. pc. negauimus differentiā constitui in rōne prædicabilis in ordine ad speciē, quā constituit. Per hoc, ꝙ explicitè non additur *numero*, vel *specie* significatur ad hoc prædicabile, non solùm spectare proprium specificum, vt risibile, quāuis illud tm̄ definierit (quicquid Ruuius dicat) hìc Porph. ob rationē allatā, præced. art. dub. 3. in fine, sed ēt proprium genericum, vt sensibile, eo prorsus modo, quo supra dicebamus de differentia. Per hoc, ꝙ additur *in quale accidentale*, significatur distinctio à tribus vniuersalibus prioribus, quæ dicuntur essentialia, quia spectāt ad essentiam rei, & insinuantur etiā subiicibilia ipsius proprij in ratione vniuersalis, hęc .n. non sunt sua inferiora quidditatiuè, vt hoc risibile, vel illud, hoc, vel illud sensibile, &c. quia de istis non prædicatur in quale, sed in quid ad modū generis, vel speciei, sed subijcibilia eius in ratione quarti prædicabilis sunt inferiora illius naturæ communis, cui proprium adæquatur, de istis enim prædicatur in quale accidentale, vt Scotus docet q. 30. vniuers. in corp. Per hoc tandem, quòd additur *necessariò, & intransmutabiliter*, insinuatur distinctio proprij quarti prædicabilis ab accidente quinto prædicabili, quia proprium de suis subijcibilibus ita necessariò, & intrāsmutabiliter prædicatur, vt de illis omninò negari nequeat; licet enī possimus

non

non intelligere hominē cum risibilitate, nequaquā tñ intelligere possumus hīem nō risibilē, vel irrisibilem absq; præiuditio essentiæ ipsius, nā ex negatione passionis valet inferri destructio, seù negatio subiecti, φ nō est verum de accidente quinto p̄dicabili, ēt inseparabili, quia sub eius opposito pōt intelligi sine repugnātia, nāpūt intelligi coruus sine nigredine, imò sub albedine, vt ait Porph. & Sco. q. 32. ad vlt.

Hinc infertur 1. nō bene distigui propriū in rōne quarti p̄dicabilis ab accidēte quinto p̄dicabili per cōuertibiliter p̄dicari, vt ēt diximus disp. 4. q. 5. rō est, quia vt freqnēter inculcatū est, p̄dicari cōuertibiliter omninò repugnat roni vniuersalis, φ cū cōparetur illis, de quib. p̄dicatur, vt superius suis inferioribus, & sit p̄dicabile de singulis, ēt seorsim sūptis, nunquā cū eis cōuertitur in subsistendi cōsequētia, igitur per conuertibiliter p̄dicari distinguitur ab accidente solū in rōne proprii, aliud autē est loqui de risibili, vel sēsibili in rōne proprij, & aliud in rōne p̄dicabilis, & vniuersalis, vt notat Tat. quia vt propriū respicit solā naturam, cui adæquatur, vt verò vniuersale, inferiora illius naturæ, quia propriū tale dicitur in ordine ad vnū solū, vniuersale verò respectu pluriū, vnde repugnat idē respectu eiusdē esse vniuersale, & proprium, vt docet Doct. q. 30. ad 1. & ita intelligi debet ipsemet Doctor, si quandoq; proprium distinguit ab accidēte per cōuertibiliter p̄dicari, φ nempè illud tunc distinguat in ratione proprij, non in rōne vniuersalis.

Infertur secundò definitionē proprij à Porph. traditam, φ *accidit omni, soli, & semper*, esse ab ipso datā de proprio in ratione p̄dicabilis non autē proprij contra Tat. & constat ex illa particula *omni*, quę nō tribuitur proprio sub rōne proprij, nā sub hac rōne cōuenit vni soli ex dictis ar. præced. ita docet Scot. q. 31. vniu. in corp. vbi ait, quòd per primā particulā *accidit* habetur ratio p̄dicati, & modi p̄dicandi, s. in quale accidentale, per ly *omni*, & *soli* habentur subijcibilia proprij, & per ly *semper* habetur illa necessitas prædicandi, per quā distinguitur à quinto prędicabili; & licet Porph. definierit tantum proprium specificum, potest tamen eadem prorsus definitio applicari proprio generico, si per ly *omni*, & *soli* intelligantur omnes, & solæ species illius generis, cui adæquatur proprium genericū; verum tñ est, quod Arist. 1. Top. c. 4. proprium definiuit sub rōne proprij, & ideò omisit illā particulā *omni*. At instabis etiā Porph. definijsse proprium sub ratione proprii, non vniuersalis, quia illa dictio *soli* respicit speciem; & dicit conuertibilitatem cum illa, nec potest adaptari indiuiduis. Negatur assumptum cum eius prob. sicut enim ly *omni* insinuat indiuidua speciei, ita etiam ly *soli* ad eadem refertur, vt excludantur indiuidua cuiuscunque alterius speciei, vnde facit hunc sensum, proprium est, quod cōuenit *omni*, & *soli*. i. omnibus indiuiduis illius speciei, & illis solis: potest etiam dicī, quod per illam particulam insinuatur ordo ad speciem, quia proprium non prædicatur de indiuiduis, nisi quatenus participant naturam specificam, à cuius principiis emanat.

Infertur tandem decisio illius dubij, φ multos angit, quodnā proprium ex quatuor adductis à Porph. fundare possit notionem quarti prædicabilis, & dubiū est de tribus primis. Nam si sumantur & ipsa, vt dicunt aptitudinem, in hoc sensu fundare possunt, quia sic reducuntur ad proprium quarto modo i, vt art. præced. dub. 3. dictum est; At quia Porphir. proprium primo, & tertio modo sumpsit, vt dicunt actum, palàm est sic sumpta fundare non posse hanc vniuersalitatē, quia primum non conuenit omni; & tertium non conuenit semper, & ideò pertinent ad 5. prædicabile. Tota difficultas est de proprio secundo modo, nam plerique illud excludunt, quia conuenit omni quidem, sed non soli. Alij è cōtra illud includunt,

cludunt, quia q; conuenit omni, & sẽper necessariò cõuenit, quantũ sufficit ad excludendã contingentiã quinti prædicabilis, & parum refert, q; non conueniat *soli*, quia licèt hæc sit cõditio requisita ad ꝓpriũ sub rõne proprij, est tñ omninò impertinens ad proprium sub rõne vniuersalis, nã tale dicitur per ordinẽ ad plura, non ad vnum solũ; & ita de facto esse intellectiuum pro potẽtia proxima, dicimus prædicari de hoc in secũdo modo perseitatis, velut eius proprietates, estò non soli homini conueniat, sed etiã Angelis, ergo propriũ secundo modo sufficit ad fundãdã istã vniuersalitatẽ, ita sentiũt Conimb. q.1.de Proprio, & Louan. ibidem, & fuit sent. Fonsec.5.Met.c.28. q.19.sec.4.

Hæc difficultas decidenda est iuxta dicta art.præced. dub.3. ibi namq; diximus propriũ secundo modo posse participare definitionẽ proprij quarto modo ab Aris. traditã, q; cõueniat *soli, & semper*, si referatur ad gradũ subalternũ, vt esse bipedẽ ad gradũ oĩbus bipedibus cõem, sic .n. diceretur illi soli conuenire, & semper, quo quidem sensu reducitur ad propriũ quarto modo. Sic ergo etiam dicendũ in proposito, quòd in hoc sensu fundare potest hanc vniuersalitatem proprij generici, & quamuis, quòd conueniat soli, non sit conditio requisita ad formalitatem vniuersalitatis huius, prærequiritur tamẽ in eius fundamento, nisi enim illa proprietas conueniret prius alicui gradui subalterno, non vtique necessariò conueniret omnibus indiuiduis alicuius speciei, & etiam alterius, nam intantum habent necessariam connexionem in hac proprietate indiuidua illarum specierum, inquãtum participant eundẽ communem gradum subalternum, qui est principiũ exigitiuum eius, quod patet de intellectiuo, quod dicitur angelis, & hominibus conuenire, vt proprium, rõne gradus intellectualis eis cõis; vnde patet secũdum modũ proprij non fundare vniuersalitatem proprij, nisi genericã, & quatenus reducitur ad quartũ; nã falsum est, q; aiunt Conimbr. aliquas proprietates esse pluribus speciebus cõmunes, & non rõne alicuius gradus generici cõis illis, nã certè si non daretur talis gradus genericus ab illis participatus, nec vtiq; daretur proprietas eiusdẽ rõnis in illis, propriũ .n. semper postulat adæquatã essentiã, à qua promanat, extra quã nõ reperitur, & per quam necessariò cõpetit oĩbus inferioribus illã participantibus, nec videtur in alio posse fundari talis necessitas, nisi in illo gradu subalterno pluribus speciebus cõmuni.

In oppositum objicitur 1. quod proprium non sit vniuersale quia propriũ, & cõmune opponuntur; & ẽt quia nõ prędicatur de pluribus immediatè, quia risibile prædicatur de Petro & Paulo mediãte homine. Resp. propriũ, & cõmune diuerso modo sumpta non esse opposita, dicitur itaq; propriũ speciei, cũ qua conuertitur, & respectu eius concedimus nõ dici vniuersale; dicitur autem commune indiuiduis illius speciei, & respectu quoque illorum dicitur vniuersale, vndè cum Scoto qu.30. ad 1.concedimus propriũ, quatenus propriũ, & respectu cuius est propriũ, non esse vniuersale, sed tantũ respectu illorũ plurium, quibus est commune, vnde propriũ, & quartũ vniuersale sunt idẽ materialiter, non formaliter; posset tñ dici propriũ, ẽt respectu illorũ, quia hæc cõmunitas non est ad extranea, sed ad indiuidua ꝓpriæ naturę. Ad aliud, vel dicimus vt ad 1.cõtra 2. concl. vlt. art. q.præc. vel cũ Tat. hîc, q; aliquid dicitur immediatè ꝑdicari de aliquo dupliciter, vno modo immediatione modi ꝑdicandi, sic videlicet, q; inter ipsũ, & sua subijcibilia nil mediet, q; habeat talẽ modum ꝑdicandi respectu illorũ, & sic risibile immediatè ꝑdicatur de Petro, & Paulo, qa nihil est inter ipsum, & hæc indiuidua, q; habeat talẽ modũ ꝑdicandi. s. in quale accidẽtale necessariò, alio mõ immediatione causæ, vel subiecti, & sic non ꝑdicatur ĩmediatè, sed talis medietas nõ ĩpedit aliquid

quid

quid esse prædicabile propriè sumptum.

Secundò arguitur, ꝙ nō sit vniuersale distinctum ab accidente. Tū quia cōmuniter diuidi solet accidens in pdicamētale,& pdicabile,sub quo cōprehenditur ēt proprium, quia accidens pdicabile est, ꝙ pdicatur extra essentiā. Tum quia pdicari in quale essentiale vnū tm̄ constituit pdicabile,ergo ēt pdicari inquale accidētale. Tū 3.qa accidens diuiditur in separabile,& inseparabile proprium videtur accidēs inseparabile. Tum tandē, quia modus pdicandi est idē in proprio,& accidente,ꝙ aūt res,quæ pdicatur,sit connexa, vel nō cū subiecto, habet se per accidens in ordine ad prædicationem,in qua non explicatur illa cōnexio, nec ratione illius vnū alio modo prædicatur, q̄ aliud, qua rōne Arriag.disp.8. log. in fine tenet ,ppriū nō esse distinctum vniuersale ab accidente.

Resp. ad 1. estò verū sit, ꝙ assumitur, tñ accidens pdicabile subdiuiditur p modos pdicandi diuersos essentialiter,quales sunt pdicari extra essentiā cum necessaria connexione cum ipsa, & sine tali cōnexione. Ad 2.neg.paritas, quia non datur, nisi vnus modus pdicandi in quale essentiale, non autē pdicandi in quale accidētale. Ad 3.neg.Doct.q.32. ad vlt.minorē, quia ēt accidens inseparabile habet rōnē generalē accidētis,f. adesse, & abesse saltim logicè,quia sub eius opposito pōt subiectū intelligi sine repugnantia, vt dicitur in textū de coruo, & Æthiope, sed sub opposito proprij non pōt,& ideò propriū maiorē, & magis intrinsecā connexionē habet cū subiecto,q̄ accidens inseparabile, quia hoc nō habet radicē in principijs naturæ,licèt ex aliqua causa extrinseca separari nōn possit quantū ad existentiā. Ad 4. neg. assumptum, nam rōne necessariæ, vel contingentis connexionis prædicati cum subiecto variantur essentialiter prædicabilia quoad modum prædicādi, cui non obstat, ꝙ in actuali prædicatione non semper exprimatur talis cōditio,vel prædicandi modus,sic.n.genus,& species non constituerent diuersa prædicabilia, quia in actuali pdicatione solus exprimitur modus pdicādi in quid,& per modū termini substantiui,qui est vtrique cōis,non autē exprimitur, ꝙ genus dicat partē essentiæ, species totā; sic ēt differētia, & propriū nō distinguerētur in rōne pdicabiliū, qa in actuali pdicatione solū exprimitur modus pdicādi in quale, & p modū termini adiectiui, q est vtriq; cōis.

Tertiò arguitur, ꝙ propriū sit vniuersale respectu speciei, cum qua cōuertitur potius, quā indiuiduorū. Tū qa species, de qua pdicatur propriū, est vniuersalis, ergo ēt, & propriū, cum in tali pdicatione sit ei æquale; qua rōne tenet Masius propriū ēt respectu speciei esse vniuersale,imò Doct. q. 30. vniu. hac rōne probat ,ppriū esse vniuersale. Tū qa propriæ passiones gñis respectu inferiorū non se habēt,vt ,ppria quarto modo,sed secūdo,vt cōstat de bipede, ꝙ est propriū animalis cōdistincti à quadrupedibus,quod est genus innominatū respectu oīum bipedū, & tñ respectu his est propriū secūdo modo, ergo propriū non dicitur quartū pdicabile respectu inferiorū,sed respectu ipsius naturæ,cū qua cōuertitur. Tū tandē quia si subijcibilia proprij in rōne vniuersalis sunt indiuidua speciei,vel gñis,secūdū.ꝙ ,ppriū est specificum,vel genericū, ergo eadem erunt subijcibilia proprij, ac generis,vel speciei, & sic nō erūt diuersa pdicabilia,qa nō sunt diuersa subijcibilia.

Resp. neg. assumptum, quia species in tali prædicatione habet rationem subijcibilis, qua ratione non est vniuersalis logicè, sed tantùm metaphysicè, vnde neg.etiam conseq;nam ad summum in illa prædicatione proprium habebit rationem prædicati communis, nō prædicabilis, Neq; Doctor loc. cit. ea ratione probauit proprium esse vniuersale, sed id ostendit ex eo, quia prædicatur de pluribus, hoc autem probat, quia conuertitur cum specie, vndè prædicatur in quale de omnibus illis, de quibus species prædica-

tur

tur in quid, quod constat esse medium longè diuersum ab eo, quod tangitur in argumento. Dices, si respectu speciei est prædicatum, ergo alicuius prædicabilis est prædicatum, atque ideo in ordine ad illam erit prædicabile. Resp. esse vtique alicuius prædicabilis prædicatum, sed non per talem comparationem est prædicabile, sicut species subijcibilis respectu generis est vniuersalis, sed non per talem comparationem. Ad 2. constat ex dictis nuper in 3. consectario, qua ratione proprium generis est etiam proprium specierum in quarto modo: vocat autem Porphir. bipedem proprium hominis in secundo modo, non in quarto, quia in quarto posuit tantùm proprium specificum, vndè si proprium in quarto modo paulò latius sumatur, proprium secundi modi ad illud attinet. Dices, quomodo potest dici proprium specierum, si est illis commune? Resp. eandem esse difficultatem de proprio specifico, igitur, quod est proprium alicuius naturæ, licèt dicatur commune omnibus inferioribus illius, adhuc tamen etiam respectu illorum dici potest proprium, non quidem vt proprium distinguitur contra commune, sed contra extraneum, quatenus eius communitas non est ad extranea, sed ad inferiora eiusdem naturæ. Ad 3. neg. conseq. quia licèt sint eadem subijcibilia materialiter, non tamen formaliter, quia generi, & speciei subijciuntur in quid, proprio in quale: alia argumenta contra hoc solui possunt ex dictis in simili superius de differentia.

QVÆSTIO QVINTA.

De Accidente.

VT manus extrema huic imponatur disputationi de vniuersalibus in particulari, remanet hoc vltimo loco agendum de accidente, & quidem rationaliter, vtpotè, quod est omninò extra essentiam illorum, de quibus prædicatur, & merè contingenter illis tribuitur, & duobus pariter articulis rem expediemus.

ARTICVLVS PRIMVS.

An accidens potiatur ratione vniuersalis, & vt tale definiatur à Porph. & rectè.

NOn est hîc quæstio de accidente respectu suorum inferiorum, vt de colore respectu albedinis, & nigredinis, & de albedine respectu huius, & illius albedinis, quia fatentur omnes in ordine ad illa habere rationem generis, vel speciei; sed quæstio est de accidente in ordine ad sua subiecta; respectu quorum propriè dicitur accidens, .i. de albedine v. g. in ordine ad niuem, & lac; cum.n. in concreto sumpta possit verè de subiectis, quibus accidit, prædicari accidentaliter, (nam in abstracto potest tamen de suis inferioribus prædicari essentialiter, vt hæc albedo est albedo) quæritur, an cum de pluribus prædicatur hoc modo, ingerat nouam vniuersalitatem distinctam à quatuor iam declaratis. Recentiores nonnulli arbitrantes cum ipsis stare totam Græcorum cateruam, vt diximus disp. 4. q. 5. negarunt accidens esse verè vniuersale, quibus fauet Suar. disp. 6. Met. sec. 4. n. 4. vbi ait, proprium & accidens non esse propriè vniuersalia, quia propria vnitas vniuersalis est respectu eorum, quæ sub illa essentialiter continentur.

Dicendum tamen est cum communi, accidens quintum prædicabile esse verè, & propriè vniuersale. Ita Doctor qu. 34. Vniuers. deducitur, & probatur ex dictis loc. cit. disp. 4. qu. 5. nam de essentia vniuersalis est, quod sit vnum in multis cum sui multiplicatione, præscindendo ab hoc, quòd sit essentialiter in illis multis, vel accidentaliter, sed accidens in concreto sumptum est vnum in pluribus subiectis, quia Petrus est albus, Paulus est albus, & cum sui multiplicatione, nam non habet idem esse album à parte rei Petrus, & Paulus, ergo accidens est essentialiter vniuersale, licèt non sit vniuersale essentiale, quia quibus conuenit, accidentaliter conuenit, & non essentialiter. Confir. quia accidens hoc modo sumptum .s. in concreto respectu suorum subiectorum habet, quicquid requiritur ad rationem vniuer-

uersalis; vnitatē .s. & multiplicationē in pluribus habet vnitatē per abstractionem intellectus, quādo nēpè abstrahit naturā albedinis, non solùm ab hac, & illa albedine, sed etiam ab hoc, & illo subiecto albo, vndè album in communi, vt spectat ad hoc vniuersale, non solum dicit naturam albedinis pscindendo ab hac, & illa albedine, sed et connotat subiectū in cōi præscindendo à singulis subiectis in particulari, habet etiā cōmunitatē cum sui multiplicatione, quia album sic abstractum concipitur contrahi, ac diuidi in plura alba eo modo, quo supra diximus de diuisione vniuersalis per differētias, ergo &c.

Objic. 1. de rōne vniuersalis est, ꝙ includatur in sibi subiectis essentialiter, & idētificetur cum illis, vndè prędicatio naturæ de inferioribus, vel est quędā identitas rōnis vnius naturæ cū pluribus, vel illā aliquo modo præsupponit à parte rei, cū ergo accidens nō ita se habeat in ordine ad subiecta, quibus accidit, sanè respectu eorū vniuersale nō erit. Resp. neg. assumptū, vt. n. constat ex dictis disp. 4. q. 5. non est de rōne vniuersalis, ꝙ prædicetur de pluribus in quid, & essentialiter, cū nihil tale ponatur in eius definitione, sed sufficit etiā, ꝙ prædicetur denominatiuè, dūmodo ratio prædicans sit in se vna; nec minus requiritur idētitas realis naturæ cū pluribus, in quibus est, sed sufficit etiā identitas quædam accidentalis, seù qualiscunque concretio naturæ ad illa, vndè sicut in prædicationibus essentialibus intellectus prædicando identificat naturā vnam cum pluribus inferioribus essētialiter, etsi in re non sit eadem in illis per inexistentiam, ità in accidentalibus identificat, seù potius vnit naturam albedinis cū pluribus subiectis, licet à parte rei in illis nō sit vna, & eadē albedo, nō solū vnitate numerali, sed nec ēt vnitate minori, p inexistentiā, sed tm̄ per indifferentiam.

Secundò si accidens haberet rationem vniuersalis in ordine ad plura subiecta, quibus inesse pōt, sequitur dari posse vniuersale à parte rei, casu quo poneretur à Deo idem accidens in pluribus subiectis. Resp. cōmuniter neg. seq. quia vniuersale dicitur esse in multis per sui multiplicationē, & diuisionē, at in casu accidens nō diceretur de pluribus per sui multiplicationē, sed potius idē numero indiuisū diceretur de pluribus per solā sui replicationē. Hæc est cōmunis solutio, qua nos quoq; interdum vsi sumus. At sanè non videtur plenè satisfacere, quia in eo casu essent plura alba, ꝙ malè negat hic Blanc. cum ad multiplicationē cęterorum accidentalium sufficiat sola subiectorum multiplicatio ex disp. 2. q. 6. art. 2. & tunc verè ab illis abstrahi posset ratio cōmunis albi nempè subiecti habentis albedinem, quæ ratio multiplicaretur in illis, quia verè essent plura habentia albedinē; non tamē hinc sequitur dari vniuersale à parte rei, quia quod est vniuersale, non est albedo, sed album, album autem non est vnum à parte rei, sed multiplex. Attamen si vis communi adhærere solutioni, dicere oportebit, quod estò illa sint plura alba, album tamen non est vniuersale respectu illorum, quia essent plura alba pręcisè ob solam multiplicationem subiectorum, nō autem albedinis in illis, quod tn̄ necessarium esset, quia forma ipsa accidentalis est, quæ importatur per concretum huius vniuersalis, subiectū verò, ꝙ est habēs illā, solum cōnotatur, & ideò non videtur posse habere rōnem vniuersalis respectu illorū plurium, estò multiplicetur in eis, quia multiplicatur, vt cōnotatum, nō vt principale significatum.

Tertiò vniuersale potest prædicari de multis, antequam à parte rei existat in multis, sed id accidenti cōuenire nequit, ergo &c. Prob. mai. quia in natura sufficit quod præcedat aptitudo pluribus inessēdi, vel si illa plura actu requiruntur, sufficit, quod sint per intellectum apprehēsa, vt cōstat ex superius dictis; Prob. min. quia accidens non potest verè prædicari de subiecto, nisi præsupposita actuali exi-

existētia illius, vt patet ex Summulis, vbi alia prædicari possunt præscindendo ab existentia, & omni temporis differentia.

Resp. hoc argumētum multos vexasse, sed sine causa, nã facilè soluitur dicēdo, ꝙ esto exercitium p̄dicationis accidentalis de pluribus fieri nequeat sine existētia subiectorum, quibus actualiter insit, ob rationē allatā, tñ ob inhærentiā aptitudinalē, quā habet accidens ab subiecta, etiam possibilia, pōt fieri p̄dicatio aptitudinalis de pluribus, quibus inesse aptū est, ꝙ sufficit ad vniuersalitatē (si illa aptitudo cōcipiatur, vt proxima) nã ex dict. disp. 4. q. 2. art. 3. essentia vniuersalis non tñ cōsistit in ipsomet actu essendi in multis, sed ēt saluatur in ipsa aptitudine proxima ibi explicata ad essendū in eis; quarè hoc erit discrimen inter hoc vltimum vniuersale, & cætera ex alia parte, ꝙ exercitiū p̄dicationis in illis fieri pōt verè ēt nullo inferiori existente, at non in accidente; aptitudinalis prędicatio tñ erit vera in omnibus ob aptitudinē naturæ ad essendum in multis siuè essentialiter, siuè denominatiuè. Vrgebis, subiecta nō existētia nequeunt ab accidente respici, nisi per modū possibilium, in quibus possibiliter esse pōt, sed existentia possibilis non p̄dicatur accidentaliter, sed essentialiter, & necessariò, vndè hæc propositio modalis, *Adā possibiliter est albus*, est necessaria, vt cōstat ex dict. in Summulis, ergo vniuersalitas quinti prædicabilis nō benè cōstituitur in ordine ad subiecta tñ possibilia, sed debent esse existētia. Resp. in prædicationibus aptitudinalibus quinti p̄dicabilis nō possibilitatem, aut existētiam possibilem prædicari de subiectis non existentibus, sic .n. concluderet argumentum, sed prędicatur ipsa forma accidentalis, quæ illis inesse potest contingenter, vnde licèt sit necessariò apta ad essendum in illis, non tamen ad essendum in illis necessariò, sed contingenter, & ideò per hanc aptitudinalem prædicationem accidentis de subiectis possibilibus, quibus inesse potest, benè explicatur eius vniuersalitatis, esto exercitium prædicationis requirat realē existentiam subiectorum, vt vera sit.

Quartò tandem vnumquodq; constituitur vniuersale per ordinem ad ea, à quibus abstrahitur, sed album, quod est quintum prędicabile, nō abstrahitur à Petro, & Paulo, vt sic, sed quatenus hæc alba, ergo cōstituitur vniuersale in ordine ad illa tanquā inferiora, quę est vniuersalitas essentialis, nō tanquā subiecta, ergo nō datur vniuersalitas quinti p̄dicabilis.

Resp. Didac. gemina responsione, quarum neutra valet, vt facilè constabit eas ponderanti, vnde eas referre non curamus; breuiter dicendum ad min. quod licèt album non abstrahatur à Petro, & Paulo, vt sic, quia hoc modo sūt inferiora naturæ humanę, nec ab ipsis vt formaliter alba, quia hoc mō cēsentur inferiora albedinis in concreto, abstrahitur tñ ab illis, quatenus sunt denominatiuè alba, & quatenus sūt subiecta ab albedine denominabilia, sic .n. cōueniūt in albo accidētaliter, & denominatiuè, vndè rōne talis cōuenientiæ poterit ab ipsis, vt sic, album abstrahi, ꝙ quintum vniuersale cōstituat.

Circa alteram quæsiti partem Ioan. de S. Thom. q. 12. art. 1. Ruuius q. 3. Arriag. disp. 8. sect. 3. cum multis alijs asserūt per definitiones accidentis à Porph. assignatas, *quod potest adesse, & abesse sine subiecti corruptione*, vel *quod potest eidem inesse, & non inesse*, non definiri secundā intentionem, seù accidēs, vt vniuersale formaliter, nam abesse, & non abesse habet accidens ex natura sua à parte rei.

Dicendum tamen est cum communi hìc definiri accidens secundò intētionaliter captum, & consequenter in ratione vniuersalis saltim implicitè, ità Doctor qu. 34. vniuers. vbi notat accidens sumi posse primò intentionaliter; vt idem sonat, quod inhærens, vel alteri adiacens, & secundò intentionaliter, quomodo nō importat, nisi secundam intentionē, quæ attribuitur alicui, quod sine implicantia

potest

potest affirmari, & negari de subiecto, & subdit Porph. in hoc tantum sensu hìc de accidente loqui. Hinc deindè q. 35. explicans definitionẽ præfatam accidentis ait, ꝙ per nomen subiecti intelligitur subiectum prædicationis, & non inhæsionis, & illa verba *adesse, & abesse* hìc nõ capi realiter, & primò intẽtionaliter, vt sensus sit, inhæret, & non inhæret, afficit, & non afficit subiectum præter ipsius subiecti corruptionem, sed intelligi secundò intentionaliter, vt sensus sit, cuius affirmatio, & negatio nihil derogat essentię subiecti, sic vt subiecti essentia ex huiusmodi affirmatione, vel negatione non destruitur.

Et quidẽ quòd definitio Porph. debeat sic intelligi, Probatur, quia consideratio accidentis primo modo sumpti spectat ad Metaph. & est potius consideratio accidentis prædicamentalis, quã prædicabilis, de quo est hìc sermo; tum quia si definitio traderetur de accidente reali, tunc diuisio accidentis realis in separabile, & inseparabile directè repugnaret definitioni, ex vi cuius quodcunque accidens constituitur separabile absque subiecti corruptione; tum tãdem prob. ex ipso Porph. qui videns difficultatem, quę ex accidentibus inseparabilibus cõtra definitionem oriebatur, respondet præfatam definitionem etiam accidenti inseparabili conuenire, quia rectè intelligi potest subiectũ sine tali accidente, vt Æthiops non niger, imò & albus sine ipsius corruptione, ergo Porph. locutus est in definitione de coniunctione accidentis cum subiecto, vel separatione per intellectum, quæ non fiũt, nisi per secũdam intellectus operationẽ; illa vero particula, &, in definitione posita teneri debet disiũctiuè, si adest, & abest, sumantur pro actu affirmandi, & negandi; si autem sumantur, vt dicunt aptitudinem, ꝙ magis præstat, q̃a non estde essentia accidẽtis, quòd actu affirmetur, vel negetur, sic potest adhuc teneri copulatiuè, q̃a estò affirmari, & negari sint opposita, nõ tamen potentia ad illa, quia non est ad illos actus simul, sed successiuè.

Explicatur etiã accidẽs per eã definitionem in ratione quinti vniuersalis, quia vt ait Doct. cit. per totũ illud copulatũ *adest, & abest præter subiecti corruptionem* insinuatur genus, & differentia, nempe prędicari in quale accidẽtale transmutabiliter; diximus verò explicari in ratione vniuersalis solũ *implicitè*, quia non definitur explicitè per ordinẽ ad plura subiecta vt fieri deberet, vt explicitè in ratione vniuersalis describeretur, sed tantum implicitè, quatenus per subiectum in communi insinuatur hoc, vel illud in particulari, cum quo potest accidens contingenter connecti; & ꝙ diximus de prima definitione, dicatur ẽt de secũda, quæ cũ ea coincidit.

Et hac definitione sic explicata ꝑ terminos secundę intẽtionis tollitur oĩs difficultas emergens ex illis accidentib. quæ vel suo aduentu, & præsentia destructionẽ afferunt subiecto, vt mors viuentibus, cõbustio, lignis, calor sũmus aquæ, & similia, vel absentia sua, vt viuere, calor naturalis debita tẽperies animalibus, & cætera, nã cũ dicitur accidens adesse, vel abesse ꝑter subiecti corruptionẽ, intelligitur quoad essentiã non quoad existentiã, vt sẽsus sit, accidẽs adesse, & abesse, .i. affirmari, vel negari de subiecto citra eius essentiæ ꝑiudiciũ, & in hoc sensu verũ est essentiã his integrè cõcipi posse sine vita, & sub opposito eius, quia neutrũ spectat ad his essentiã, nec mors opponitur essẽtiæ rei, sed existentiæ. At hic vrgetur difficultas de morte, quia quãdo prædicatur de animali, tollit ab eo prędicatũ essentiale, ꝙ est viuens, ergo non põt affirmari, & negari integra manẽte hominis essentia. Resp. hìc sine causa trepidare Auctores Caier. Sot. Sanchez, Complut. Masium, & alios recurrendo ad varias solutiones, quas refert, & reijcit Fuentes q. 11. d. 1. art. 2. & ipse tandem respondet, ꝙ cum definitio sit intelligenda de absentia, & præsentia intentionali, sufficit, ꝙ subiectum possit intelligi sine contradictione sub vita, & sub opposito eius .s. morte,

Sed nec ipse difficultaté soluit, hoc.n.probat argumentũ, non posse concipi hominé sine contradictione sub opposito vitæ, quia viuens est prædicatũ essentiale eius. Facile tamen respondetur, quod viués potest sumi simpliciter, vel verbaliter, seu participialiter, vt dicit actũ, vel nominaliter, vt dicit aptitudiné, & absoluitur à tempore, primo modo est prædicatum contingens, & ei vt sic mors opponitur, non autem opponitur ei secundo modo, quo pacto est prædicatum essentiale, & solutio sumitur à Tatar. q.vl. prædicab. dub.3.

Demum sic explicata definitio conuenit omni definito, quia secundę intentiones dicuntur accidétia primarũ, & adsũt, vel absunt præter earum corruptioné hoc modo, conuenit etiam terminis substantialibus, dũ alijs accidunt, vt patebit ar.seq. hoc auté dici nõ posset, si explicaretur de inhærentia reali, quia hæc nec entibus rationis conuenit, nec substantijs, saluatur etiam hoc modo discrimen inter accidens prædicamentale, & prædicabile, quòd accidens primi generis contraponitur substantiæ, & stat pro accidente inhærente; accidens verò prædicabile contradistinguitur à prædicato essentiali, & sic quicquid non conuenit essentialiter, dicitur accidens prædicabile, siue sit aliquid reale, siue rationis, siue inhærens, siue subsistens, quo sensu dicimus hanc esse per accidens *animal est homo*, quatenus inferius semper accidit superiori prædicabiliter. Hoc autem discrimen penitus ruit iuxta primã sententiã, quia si accidens prædicabile, de quo hìc agitur, constituitur, & definitur per inhærentiam realé, non remanet, vnde distinguatur à prædicaméntali, ꝙ etiã per realem inhærentiã constituitur.

Sed obijcies 1. ꝙ si definitio intelligitur de separatione per intellectũ, ergo nullum erit accidens inseparabile. Resp. neg. conseq. erit .n. accidens inseparabile realiter, de qua separatione loquitur Porph. cum diuidit accidés in separabile, & inseparabile. Dices, si diuidit accidens reale, ergo illud ipsũ definit, quia eodem modo sumitur accidens in definitione, & diuisione. Neg. conseq. cum eius prob. Porph. enim definiuit accidens intentionale, & postea consultò diuisit reale, tum vt facilius possemus eam intelligere definitionem, quomodo .s. accidens possit negari de subiecto, cũ dentur aliqua inseparabilia, subdit enim, ꝙ sũt inseparabilia realiter, separabilia tñ per intellectũ; tũ qa vt magis explicaret accidés 2. intentionaliter captũ, assignauit statim subiecta realia, quæ à tali intentione denominari possunt; ꝙ etiã in alijs obseruauit vniuersalibus, dũ explicuit eorũ definitiones per naturas reales.

Secundò definitio sic explicata etiã cõueniret ꝓprio, ꝙ saltim per intellectũ separari potest à subiecto. Neg conseq. licèt .n. propriũ possit à subiecto præscindi per primã operationé, non tamé sine mendacio separari potest per secundã negando ipsum de subiecto, vel oppositũ affirmando, ꝙ fieri potest de accidente etiã inseparabili, vt ait Porph. & ratio huius patet ex dictis q. præced. Dices, tã falsa est negatio accidentis inseparabilis de subiecto, quàm proprij de natura. Neg. paritas, nam dicendo *coruus non est niger*, propositio est falsa, quia secundum communé naturæ cursum omnis coruus est niger, at dicendo *homo non est risibilis*, est falsa, quia implicat eius separatio, etiã de potentia absoluta, vnde in maiori gradu falsitatis hęc propositio reperitur, quã illa, ita ex Scot. q.35. in fine. Accedit, quod quãuis rebus sic stantibus illa sit falsa *coruus non est niger*, tamen si id dicatur, nihil dicitur contra essentiã corui, imò si faciat hunc sésũ, nigredo nõ est de essentia corui, neq; cum eius principijs necessariè connexa, propositio erit vera. Arriag. cit. arguit contra hanc cõmunem solutionem ostendés, ꝙ estò valeat de proprio realitèr indistincto à subiecto, vt est risibile, non tamen de eo, quod realiter distinguitur; sed cũ nos nullum tale admittamus proprium, non vrget argumentum, curent

qui

qui talia propria admittunt.

Tertio arguit Io. de S. Th. id, quod explicãt istæ definitiones, inuenitur etiã in accidẽti singulari, quia adesse, & abesse à subiecto conuenit etiã accidenti indiuidualiter accepto, sed quicquid inuenitur in singularibus, & ad illa descendit, non pertinet ad intentionem vniuersalitatis, quia hæc non descendit ad singularia, ergo hic prima intentio accidentis definitur, non secũda. Resp. quod explicant definitiones accidentis in cõmuni inueniri etiã in quolibet accidente in particulari secundò intẽtionaliter capto, quatenus s. hæc, & illa intentio, accidentalis huic, & illi reali accidenti applicatæ sunt indiuidua accidentalitatis in communi, & hoc modo non inconuenit, imò opus est vniuersalitatem ad sua inferiora descendere.

Quæres, an præfata accidentis definitio possit explicari de accidẽte reali, ita quod ly *adest, & abest* intelligatur de reali præsentia, & absentia; Ratio difficultatis est, quã mouit Porph. ipse, quia nimirũ tunc ista definitio non videtur posse competere accidẽtibus inseparabilibus. Resp. quod si *adest, & abest* sumatur pro inhærere, & non inhærere, nullo modo applicari potest accidenti reali, de quo hìc est sermo, & est fundamentũ vniuersalitatis huius, quia inhærere, & non inhærere conuenit soli accidẽti prædicamẽtali, at nõ solũ accidens prædicamentale, sed etiã substãtia hanc vniuersalitatẽ fũdare potest vt mox dicemus; si autẽ adesse, & abesse dicat cõtingenter conuenire, & citrà vllã essentię rei exigentiã, sic applicari potest etiã accidenti reali non tantũ separabili, sed etiam inseparabili, quia talis inseparabilitas non spectatur ex principiis essentiæ rei, sed ex principiis indiuidualibus, vndè cum hoc, quod sit necessariò connexũ cum indiuiduo, stat sẽper, quod sit contingenter connexum cum eius essentia, respectu cuius omne accidens dici poterit separabile; itaq; potest tàm definitio, quàm diuisio accidenti reali applicari, itaquod adesse, & abesse sine subiecti corruptione attendatur respectu quidditatis, esse verò separabile, & inseparabile attendatur respectu subiecti ex parte indiuiduationis.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quibus naturis conueniat vniuersalitas accidentis, & respectu quorum.

QVamplures asserunt vniuersalitatẽ quinti prædicabilis fundari solum super accidens commune, quod à substãtia cõdistinguitur, ita significauit Burleus hìc, quem sequitur Tolet. c. de accidente dub. 1. Amic. ibid. q. 1. & ex nostris Anglicus q. 31. & Brasauol. in q. 34. Vniuers.

Dicẽdũ tñ est vniuersalitatẽ quinti prędicabilis fundari posse supra quodcũq; prędicatũ cõtingenter cõueniens alteri, siuè illud sit prædicatũ substantiale, siuè accidens prædicamentale. Ità Scot. in 3. d. 7. q. 1. vbi Lichet. Itẽ D. Tho. 1. Post. 9. & 1. Top. 4. c. & est communiter receptũ; Probatur autẽ, Tũ quia hìc definitur accidẽs prædicabile, non prædicamentale, sed sub eo etiã substãtia continetur, quatenus potest de alio per accidẽs prędicari, ergo &c. Tũ quia numerus prędicabiliũ non sumitur ex varietate rerum, quæ prædicantur, sed ex varietate modi, quo prędicatum cum subiecto cõnectitur, sed prędicata substãtialia possunt alteri contingenter cõuenire, non minus, quã accidentia, ergo poterunt ipsa quoque hanc vniuersalitatẽ fundare; Prob. min. forma n. substãtialis afficit materiã, & de ea prædicatur, non in quid, sed denominatiuè, & in quale, dicimus enim materiam esse informatã, corpus esse animatum, loquendo de corpore pro altera parte, vt docet Doctor 1. d. 8. q. 4. X. & quol. 3. O. itẽ homo denominatur vestitus à vestibus, vas deauratũ ab auro, & è contra solet forma ab ipsa materia denominari dicendo hæc corona est aurea, catedra est lignea, vas argenteum, quę omnes prædicationes ad quintum prædicabile spectant, quia aureum, & argẽteum con-

trahunt figurã coronę, vel vasis, quæ de se indifferẽs erat, vt esset lignea, vel lapidea, atq; ita se habet respectu figuræ per modum formæ; nec ad prædicationem quinti vniuersalis requiritur inhærentia in alio, sed sola conuenientia contingens.

Resp. Tolet. in illis prædicationibus nõ prædicari substantiam auri, vel argenti de vase, & corona, sed tãtũ respectũ vasis, vel coronæ ad aurũ, vel argentum, ex quibus cõflata sũt, qui respectus est accidens spectans ad prędicamentum habitus, sicut n. vas esse album, est habere albedinẽ, vt ibi docet Auctor sex princ. ita esse aureum, vel deauratum est habere aurum circunstãs, vel tãquã materiã sui, vnde inquit has pdicationes, vas est deauratum, homo est vestitus, æquiualere illis, homo est habens vestes, vas est habens aurum, in quibus solum ille respectus habitionis pdicatur de subiecto, nõ verò vestis, vel aurũ. At si hęc solutio valet, sequitur nullũ accidẽs prædicari de subiecto, sed tantũ illum respectum habitionis de prædicamento habitus; Prob. seq. nã corpus esse quãtum, esse album, est habere quantitatẽ, & albedinẽ, &c. Si dicas, in his prędicationibus, quod formaliter prędicatur, esse illa accidentia, quia sumuntur in concreto, quando vero resoluuntur in illas *corpus est habens quãtitatẽ, est habẽs albedinẽ*, quod formaliter prędicatur, esse illum respectũ habitionis, non autẽ accidentia quantitatis, & albedinis, quia sumuntur in abstracto, & in obliquo. Sic nos dicemus in proposito, φ cum dicitur, homo est vestitus, corona est aurea, φ formaliter prædicatur, est vestis, & aurum adiectiuè sumpta, & per modũ formæ accidentalis, licèt in alijs prædicationibus, in quas resolui possunt .s. homo est habens vestẽ, id, quod formaliter prædicatur, sit ille respectus habitionis.

Alij fatentur has prędicationes esse vtique accidentales, non tamen quinti prædicabilis, quia esse aureum, vel argẽteum dicit tñ partem materialẽ compositi artificialis, vt autem sit quinti prædicabilis, debet aliquo modo dicere totum cõpositum. Sed hoc nihil est, quia pars illa prædicatur per modum totius in concreto, & adiectiuè, ac mere cõtingeẽter, atq; ideò similes prædicationes spectãt ad hoc quintum prædicabile, sẽsus. n. earũ est, vas est fabricatũ in argẽti materia, corona est fabricata in materia auri, esse autẽ ex tali, vel tali materia est accidentale vasi, & coronæ. Maneat ergò substãtiã posse fundare modum prædicãdi quinti vniuersalis, nam adhuc habemus exẽpla magis obuia, in quibus nõ videtur afferri posse instantia, quæ valeat, vt cũ dicimus, *animal est homo, animal est rationale*, hic. n. φ pdicatur, substantia est, modus prædicandi accidentalis, & contingens est, quia inferiora, & differentiæ accidunt superiorib.

Sed obiicies 1. id nõ esse de mẽte Porph. qui attulit exempla de accidente prędicamentali, & cũ agit de cõmunitatibus vniuersalium, multa tribuit accidenti quinto prædicabili, quæ substantię repugnãt. Nec etiã de mente Scoti, nã loc. cit. 3. d. 7. videtur dicere, φ de facto nihil, quod est in pdicamento substantiæ, fundat habitudinẽ accidentis, quod est quintum prædicabile. Resp. Porph. afferre exẽpla de accidẽte ipso prædicamentali, & multa dicere, quæ ipsi soli conueniunt, quia modus prædicãdi quinti vniuersalis magis practicatur in illo, quam in substantia, adeoquod vulgariter illi soli conuenire censetur, nullibi tamen negauit, posse etiam conuenire substantiæ. Et quamuis Doctor ita loquatur loc. cit. tamen infra subdit, quòd non est de ratione accidentis, vt est quintum vniuersale, applicari præcisè primæ intẽtioni, quæ à Metaph. dicitur accidens, imò, quod fortè ita est de facto, & licèt vtatur particula dubitatiua, de sententia tamen Doctoris dubitari nõ potest, cum freqnẽter alibi dicat prędicationem formæ substantialis dę subiecto esse accidẽtalem, & denominatiuam.

Deinde arguitur ratione; tũ quia vt ait Anglicus, quòd verè est, nulli accidit ex

Arist. 1. Physic. ergo cum substantia nulli accidat de nullo prædicari pot. per modum accidentis; tum quia vt ait Brasauol. quod pdicatur per modū quinti vniuersalis, debet habere rationem informātis, & inhærētis respectu subiecti actualiter, vel saltim aptitudinaliter: quia prædicatio accidentis de subiecto est solum vera per inhærentiam, sed hoc repugnat substantiæ, ergo &c. tum tandē quia modus prędicandi sequitur modum essendi, sed substantia, & accidens differunt in modo essendi, ergo & in modo prædicandi.

Resp. esse quidē de rōne accidētis prędicamētalis, ꝙ sēper respiciat subiectum inhæsionis actualiter, vel saltim aptitudinaliter, non tñ de rōne accidentis prædicabilis, cuius tm̄ est respicere subiectum prædicationis merè per accidēs, vnde diximus adesse, & abesse in definitione accidentis non sumi pro inhærere, vel non inhærere, sed pro affirmari, vel negari de subiecto absq; eius destructione, vnde ratio Anglici nil aliud probat, nisi ꝙ substantia nequit accidere metaphysicè, non autem quòd nequeat accidere logicè; & Brasauol. falsum assumit, ꝙ accidens prædicabile tale dicatur per ordinē ad subiectum inhæsionis, vt benè notauit Lich. cit. 3. d 7. q. 1. Ad 3. neg. absolutè maior, modus. n. prædicandi nō sequitur absolutè modum essendi, sed vt substat nostro cōcipiendi modo, & secundum habitudinē, quā habet ad subiectum, alioquin tot essent prædicabilia, quot prædicamenta.

Circa alteram quæsiti partem, certum est ex dictis art. præced. accidens constitui quintum vniuersale, non in ordine ad inferiora sua, in quibus quidditatiuè includitur, sed respectu subiectorum, quibus merè contingenter aduenit, quare quantum ad hoc nihil addendum est. Est solum aliqua difficultas, an hæc subiecta, respectu quorum constituitur quintum vniuersale, debeant esse solo numero differentia, itaut respectu specierum pluriū dari nequeat accidens genericum, sed solum respectu indiuiduorū accidens specificum; ita. n. asseuerāt aliqui, inter quos videtur Sanch. q. 80. vnde nolunt album dici prædicabile quintū respectu Cigni, niuis, & lactis, sed propriè respectu huius hominis, huius niuis, huius lactis.

Dicendum tñ est cum cōi posse constitui accidens quintum prædicabile in ordine ad subiecta, nedum numero, sed ēt specie diuersa, atq; adeò dari accidens genericum, & specificum. Probatur euidenter, quia dātur accidētia quædā, quæ non solùm cōia sunt pluribus indiuiduis, sed ēt pluribus generibus, & speciebus, & de his oībus prędicatur accidens cōe modo ab oībus alijs prædicabilibus diuerso, & eodē modo prædicatur de illis. s. in quale accidentale transmutabiliter. Resp. ꝙ licèt eodē modo prædicetur in hoc sensu de indiuiduis, & speciebus, quibus cōuenit, attamen de indiuiduis solum prædicatur immediatè, de speciebus verò mediatè. s. mediantibus indiuiduis, quæ sunt propria accidentium subiecta, vnde Arist. c. de subst. ait, indiuidua magis substare, quā genera, & species, quia substant ipsis generibus, & speciebus, & ēt accidētibus, quibus non substāt genera, & species, nisi quatenus sunt in ipsis indiuiduis, vnde homo intātum dicitur albus, inquantum hic, vel ille homo est albus, & ideò cum accidens non prædicetur immediatè de pluribus speciebus, non poterit respectu illarum dici quintum prædicabile.

At certè hoc non obstat, quin etiam respectu specierum dici possit quintum prædicabile; tum qa licèt subiectum inhæsionis accidentium realium propriè sit indiuiduum, vt ait Arist. cit. c. de subst. species tamen esse potest subiectum prędicationis accidentalis, quod sufficit, vt sit subijcibile huius quinti vniuersalis, tum quia vt constat ex dictis, non est de ratione vniuersalis, quod prædicetur immediatè de pluribus, cum nullum tale ponatur in eius definitione; tum etiā quia prædicatur mediatè de specie mediatio-

ue causæ, vel subiecti, non autem mediatione mod. prædicādi, sic ꝙ inter ipsū, & species med'et aliquid, ꝙ habeat talē modū prædicand' respectu illorū, talis autem medietas nō impedit aliquid esse pdicabile, pptiè sūptū, alioquin nec differentia, nec proprium essent verè pdicabilia, quia prædicātur de indiuiduis mediāte specie, & de speciebus mediante genere; tū tādē quia sunt aliqua accidentia rationis, quæ prædicātur im mediatè de naturis cōibus, vt cū dicimus homo est species, animal est genus, istæ.n. predicationes, & similes sūt quinti pdicabilis, & cōpetunt homini, & animali, non vt quædā naturæ singulares sūt, vt voluit Sanch. cit. sed propriè, vt sūt naturæ cōes ab indiuiduis condistinctæ. Igitur ad summū indiuidua erunt terminus proximus istius prædicabilis, nō autē adæquatus, sed subijcibile adæquatū erit quodcūq; subiectū, cū quo accidēs cōtingentē habet cōnexionē, siuè illud sit genus, siuè species, siuè indiuiduum, hæc.n. differentia subijcibiliū merè materialiter se habet quoad modū pdicandi, quū accidēs exercet respectu illorū, vnde Porp. c. vlt. etiā dixit accidēs prædicari de plurib. specie differentibus, per ꝙ significat se in quinto prædicabili agnouisse nō tm̄ vniuersale specificum, sed etiam genericum

DISPVTATIO SEXTA.

De Prædicamentis in communi, seù Antepredicamentis.

ARIST. suæ Peripatheticæ doctrinæ ab hoc libro de Prædicamentis, seù de decem cathegorijs inscripto sumpsit exordium: in quo de prædicamentis egit, nō quidē materialiter acceptis, & pro substrato, quomodo dicunt res in prædicamento reponibiles, vt sic .n. ad Metaph. spectant, sed formaliter sumptis, quo sensu significant res vt ordinatas adinuicem, & connexas secundum debitam subiectionem, & prædicationem, siuè coordinationes illas in ratione prædicabilis, & subijcibilis, & vt sic quid rationis dicunt, .s. relationes ordinis inter superiora, & inferiora, prædicationes.n. quamuis habeant fundamentum in rebus, formaliter tamen sunt ab intellectu. in hoc quoq; sensu pertinent ad logicum, vt docet Scot. q. 2. prædicam. nam Logici munus est coordinare naturas superiores, & inferiores, vt sciamus, quid ritè de aliquo affirmare possumus, vel negare. Tum quia liber iste valde confert ad trium operationum intellectus directionem; etenim ne promiscuè intellectus res apprehenderet, ad ritè affirmandum, vel negandum, & ad rectè discurrendum, nil vtilius tractatu isto excogitari poterat, in quo tot rerum diuersitas ad decem capita, seù suprema genera reuocatur, naturæ communiores supra, minus communes infra collocantur, & tandem scientes rectè iudicare, scimus consequenter rectè deducere, & inferre.

In hoc tractatu vero de subiecto non agitur de vocibus, vel de rebus, vt notat Doctor q. 1. prædicam. sed de aliquo intentionali, quia subiectum per se consideratum in aliqua parte scientiæ debet habere attributionem ad totale, & adæquatum, quod in logica Arist. est quid intentionale, non reale ex dictis q. proœm. Et quamuis multa, quæ vocibus, vel rebus conueniunt, explicauerit Arist. non vrget, quia de illis egit, vt sunt significatiuæ intentionum, de istis vt fundamenta intentionum, interdum .n. expedit rerum denominatarum naturā inuestigare, vt iuxtà eius exigentiā prædicationes exerceantur. Hoc verò intentionale nō est vniuersale ordinabile in genere, neq; modus prædicandi, quia ordinabili-

tas.

tas, quæ est passio, conuenit alijs, puta indiuiduis, & subijcibilibus, quæ per se ordinantur in prædicamento ex Scot. 3. d. 22. B. & 2. d. 3. q. 4. D. & hic per se considerantur, cum de ipsis demonstrentur passiones, vt de prima substantia significare hoc aliquid, non esse in subiecto, nec dici de subiecto. Erit igitur subiectum hic prædicamentum in communi, vt dicit rationem quandam, qua aliqua ordinantur secundum subijci, & prædicari; ratio est quia præsupponitur quid, & quia, dum hic liber de prædicam. inscribitur, demonstrantur passiones de ipso, nam vt ait Scot. cit. & q. 7. vniu. quando aliquod subiectum paucas habet passiones; sufficit, vt de suis inferioribus demonstrentur non primo, eo. n. ipso de subiecto in communi primò demonstrantur; nec committitur error, quia non demonstrantur de inferioribus, vt de adequatis subiectis; & tandem omnia hic considerata sub ratione prædicandi, & subijciendi traduntur, quæ est prædicamenti ratio, & in gratiam ipsius, vel vt partes subiectiuæ, vt prædicamenta, vel vt necessaria ad ipsius intelligentiam, vt antepredicamenta, & post prædicamenta.

Quapropter in tres partes prĩcipales diuiditur tractatus iste, prima vocatur de antepredicamentis, in qua de quibusdã agitur necessarijs ad collocationem, & ordinationem rerum in prædicamentis pertinentibus, & talia sunt tres definitiones, vniuocorũ. s. equiuocorum, & denominatiuorum, duæ diuisiones, & duæ regulæ. Secunda pars dicitur de prædicamentis, quæ decem enumerantur; Tertia de post prædicamentis, quæ sunt modi quidam, & vel ad omnia, vel ad aliqua prædicamenta consequuntur. Hæc disputatio correspondet primæ parti; & quia de vniuocis, æquiuocis, & denominatiuis satis vidimus disp. 2. q. 4. 5. & 6. solum hic de ijs; quæ ad ipsa prædicamenta in communi, & regulis eorum, quæ in prædicamento reponuntur, agemus.

QVÆSTIO PRIMA.

Quot sint prædicamenta.

PRædicamentum, vt ex præfatione disp. constat, est quoddã artificiosum opus ab intellectu formatum, & cõstructũ ex naturis rerũ in certa, & determinata serie collectarum secũdum dispositionẽ superioritatis, & subijcibilitatis cũ fundamento in re, in quo artificio velut fundamẽtum totius structuræ sunt indiuidua, mox species specialissimę, deinde genera subalterna, si adsunt (nõ enim est de ratione prædicamenti, ꝙ dentur talia genera, vt notat Sco. 1. d. 8. q. 3. O) tãdẽ est genus generalissimum, quod tanquam tectum, & supremum se habet in illa rerum collectione, vt nullũ supra se tanquã genus respiciat; hinc oritur quæstio, quot sint huiusmodi prædicamenta, in quibus tanquam in determinatis mansionibus res Vniuersi collocantur, & habitant.

Plato in Sophista vnum posuit prædicamentum. s. ens; Xenocrates, & Andronicus duo, substantiã, & accidẽs; alij tria statuerunt substantiã creatã, substantiam increatã, & accidens, vel secundum alios substantiã, accidens absolutũ, & accidẽs relatiuum; alij quatuor esse dixerũt, substantiã, quantitatẽ, qualitatẽ, & relationẽ, cætera verò impropriè dici prædicamentã, citãtur Fons. 5. Met. c. 7. q. 8. sect. 3. Ammon. in prædicam. c. de art. Alij quinque. s. essentiam, idẽ, alterum, statum, & motum, ita quidam Platonici. Alij sex enumerant, substantiam, quantitatem, qualitatem, relationem, vbi, & quid actioni, & passioni commune; quibus alij addunt Quando; Peripathetici adiungunt Sitũ, & habitum constituentes numerum denarium: quem numerum excedunt alij ob entia rationis vndecimum prædicamentum cõstituentia, ita quamplures ex nostris, vt vidimus disp. 3. q. 7. ad 3. Quidam dicunt accidentalia prædicamenta esse decem, & octo, nouem ex terminis abstractis, & nouem ex terminis concre-

tis, quibus dantur intelligi termini connotati. Pithagorici tādem viginti assignarunt, docebāt.n. duas esse coordinationes rerū, vnā determinatorū, indeterminatorū alterā, & in vnaquaq; istarū ponebant decem quasi principia, in prima finitum, par, vnum, dextrum, masculū, quiescēs, rectum, lumen, bonum, & quadratum; in secunda infinitum, impar, multitudinē, sinistrū, fęminam, motū, obliquū, tenebram, malum, & altera parte longius; quæ ad decem capita reducebant assignādo vnicuiq; duo opposita, vt par, & impar, &c.

De numero igitur prædicamentorum ingens fuit controuersia, & quamuis cōmuniter vtamur numero denario ab Aristot. assignato, cuius tamē primus inuentor dicitur Architas Tarentinus Pithagoricus, omnes tamen in hoc cōueniunt, ꝙ numerus iste denarius efficaci ratione ostendi nō potest, vt monet Sc. q. 11. prædicam. de quo fusè Suar. disp. 39. Met. sec. 2. & Amic. tr. 18. q. 4. dub. 5. imò vbicunq; Doctor loquitur de hoc numero, inquit recipiendum esse non ob aliquam efficacem rationem, sed propter Philosophorū veterū authoritatē; tum quia iam inoleuit in Scholis, & euasit famosa diuisio, ità quol. 11. ar. 4. & 4. d. 13. q. 1. C. secutus Authorē sex princip. dicentem, nos istius numeri denarij prædicam. habere fidem, nō scientiam, & ideo sæpè sepius dubitat Doctor de ista diuisione, vt loc. cit. & in 4. d. 10. q. 1. K. & 5. Meth. q. 5. & 6. & in comm. 5. Meth. tex. 13. & alibi; idem habet Mayr. passu 8. super prædicam.

Dicendum, in vno sensu vnum dumtaxat prædicamentū debet constitui, in alio sēsu plura, vel pauciora ad libitū; ad maiorē tamē commoditatē, & faciliorē captū communiter constituuntur decem genera: Conclusio tres habet partes, probatur, & explicatur simul; Genus generalissimū potest dupliciter sumi, Primò in rigore, prout est ille gradus supremus, & cōmunissimus, qui non habet alium superiorē habentē rationē generis, quo sensu de eo locutus est Porph. & Doctor 1. d. 8. q. 3. O. alio modo pro gradu generico non simpliciter, & absolutè supremo, sed secundū quid, & in aliquo certo ordine, quo sensu videtur locutus Scot. 4. d. 10. cit. de sūmis decem generibus, vbi ea vocat decem suprema genera, nō quia assignari nequeat gradus adhuc genericus illi superior, sed quia ad ea tanquam ad suprema capita in diuersis coordinationibus reduci possunt omnia, & sufficienter euacuant totum ens creatum, imò in hoc sensu etiam locutus videtur ipse Arist. c. vlt. antep. dum omnia incomplexa ait esse, aut substantiam, aut quantitatē &c. nec ista appellauit genera simpliciter generalissima.

Si ergo generalissimū primo modo sumatur, sic non nisi vnū supremum genus statui potest, & consequenter vnū prædicamentū, cuius istud sit apex; id autē esse nequit ens transcendenter sumptū cōmune Deo, & creaturis, ex dictis disp. præc. q. 1. at. 2. vnde non rectè Auersa q. 16. sec. 2. hoc putat probabile; sed istud supremū genus erit ens finitū, ꝙ veluti genus simpliciter sūmū descendet postea in decem genera, veluti secundū quid suprema, vt clarè docuit Scot. cit. 1. d. 8. q. 3. N. ibi. n. nō obscurè constituit ens finitū genus supremū ad decem genera, vel potius in ea descendat ordine quodā. s. in substantiam, & accidens, & sic deinceps substantia in corpoream, & in incorporā, accidens in absolutū, & respectiuū, hoc in intrinsecus, & extrinsecus adueniens, &c. Tū quia ideo Scotus cit. excludit rationem generis ab ente, quia nō est conceptus limitatus, sed indifferēs ad finitum, & infinitū, ergo cū conceptus entis finiti de se sit limitatus, nulla erit ratio, cur genus non dicatur. Tum quia Scotus 7. Met. q. 1. ait, quòd si inhærentia accidentis esset de essentia ipsius, quantitas, qualitas, & relatio non forent generalissima, quia cum inhærentia videatur eiusdem rationis in omnibus accidētibus, poterit abstrahi vnus cōceptus communis dictus in quid de ipsis, qui

esset

esset inferior conceptu entis, & superior eis, omnis autem talis (ait ipse) est conceptus generis: quæ ratio magis videtur concludere de conceptu entis finiti respectu decem generum, quia dicitur de eis in quid, & est inferior conceptu entis.

Dices, non esse genus, quia non est vniuocum, sed analogū, cū perfectè non præscindat à differentijs; Sed hoc iam fuit improbatū disp. 2. q. 5. ar. 2. & 3. vbi ostendimus cū analogia stare vniuocationem, & dicere conceptū à differentijs præcisum. Dices, ideo ens finitū non esse genus, q̄a non importat realitatē, sed conceptū, vel si hanc significat non erit per se potentialis, & per differētias contrahibilis, sed per modos intrinsecos, ad quos non est verè potentialis, cū sit eadē cū illis, ac proinde non est vera contractio; quod insinuare videntur aliqui Scotistæ, vt Ant. And. 5. Met. q. 7. Faber Theor. q. 7. & 7. Met. disp. 1. c. 1. & disp. 2. c. 1. Hoc tamē est omnino voluntariè dictum, quia tenentur adhuc ostendere, cur hic conceptus finitus, & limitatus non possit dicere realitatē verè potentialē per differentias cōtrahibilem, eò vel maximè, quòd substātia, & accidēs essentialiter differunt inter se, & essentialiter in ente finito conueniunt, ergo cum non sit ens finitum indifferens Deo, & creaturis, nihil videtur obstare, cur nō sit genus. Si dicatur obstare, ne decē genera in aliqua realitate per differentiā contrahibili cōueniant quidditatiuè, ac proinde nec amplius sint primò diuersa, nec genera generalissima. Iam petitur principium, hoc .n. contēdimus modò, illa decē genera nō esse primò diuersa. Si dicatur, conceptū immediatè abstrahibilē à decē generibus esse conceptū entis transcēdentis, vnde ens finitum primò, ac immediatè decē genera significet. Exploditur facillimè, quia conceptus entis finiti est distinctus à conceptu substantiæ, quantitatis, &c. ergo est ab eis immediatè abstrahibilis: nobiscū sentit Bargius 1. d. 8. q. 3. assignans definitionem modi intrinseci, vbi citat Canon.

Secundo quod sumendo genus generalissimū in secundo sensu, possint duo, vel plura assignari prædicamenta, prob. quia possent primò constitui duo, nempè substantia, & accidens, quia ens finitū immediatè diuiditur in substantiā, & accidens, q̄ alteri inhærere natū est; vbi per accidēs nō intelligimus esse in, seu inhærentiam actualē accidentis, vt explicat P. Faber in Met. cit. vt sic .n. dicit respectū quendam informationis ab accidente absoluto realiter distinctū, sed intelligimus ens illud, q̄ immediatè à substantia distinguitur, & in quo cętera prædicamenta conueniūt essentialiter, maiorē .n. conuenientiam habet essentia quantitatis cū essentia qualitatis, vel relationis, quam cum substantia, qui gradus circumscribitur per aptitudinalē inhærentiā. Et certè ridiculum est, q̄ asserunt Ant. And. & Faber cit. diuisionē entis finiti in substantiā, & accidens non esse priorem diuisione eiusdem in decem genera, sed esse omninò eandem breuius explicatam, quia sub accidente intelligūtur reliqua nouē prædicamēta. Nā quam vnitatē, & communitatē habet substantia respectu substantiarum, pariter habet accidens respectu accidentiū: nulla .n. disparitas potest assignari, ergo si ens finitū non immediatè descendit in substantiam corpoream, & in incorporeā, sed in substantiam vtriq; communem, nec etiam immediatè descendet in absolutum accidens, & respectiuū, sed in accidens vtriq; cōmune; quare si substantia habet rationem generis, etiam accidens in serie accidētiū habebit rationem generis supremi.

Deindè sicut accidēs in cōmuni vniuocè dicitur de oībus accidētibus tā absolutis, quā respectiuis, ita accidēs absolutum vniuocè dicetur de oībus absolutis, & respectiuū de respectiuis, & itā tria tantum suprema genera cōstitui posset, substātia, accidens absolutū, & accidēs respectiuū. Rursus quia quā vnitatē, & cōmunitatē, atq; adeò genericam vniuersalitatē habet respectus intrinsecus aduenięs ad omnes

huius

huius generis respectus, pariter habet respectus extrinsecus aduenies ad oẽs eiusdẽ generis respectus, hac rõne quatuor possent constitui prædicamenta, & in eis quatuor genera suprema, substantia, accidens absolutum, respectus intrinsecus aduenies, & respectus extrinsecus aduenies, quæ essent sũma, & suprema, quatenus cõmunissima forent oĩbus contẽtis sub sua peculiari serie, & coordinatione; atq; ita dilatãdo, vel restringendo cõceptus mentis, augeri põt, vel minui prędicamentorum numerus ad libitum.

Dices, accidens absolutũ non posse cõstitui genus, nã est cõmune quãtitati, quę consequitur materiam, & qualitati, quæ formã insequitur, hinc sicut materiæ, & formæ nõ datur cõe genus, pariformiter nec quantitati, & qualitati. Tum quia absolutũ solũ dicit negationẽ relationis, quę cõuenit quãtitati, & qualitati ex proprijs rõnibus formalibus, non propter rõnem positiuã vtriq; cõem, sicut negatio Leonis cõuenit homini, & equo per proprias differentias, non per quid cõne positiuum; cum ergo negatio non possit esset genus ad entia positiua, non poterit rectè accidens absolutum dici genus, & consequẽter nec relatio.

Sed primum non valet; tũ quia materia, & forma habent propriũ genus cõe, vt dicemus; tum quia accidentia illa cõsequuntur totũ cõpositum ex dictis in Phys. disp. 3. q. 1. tũ quia magis differunt in ordine ad principia qualitates naturales, & supernaturales, quàm quantitas, & qualitas, naturales. n. causantur ab ente creato, supernaturales immediatè à Deo, Deus autẽ, & creatura magis distinguũtur inter se, quã materia, & forma, & tñ non ob id sequitur qualitatẽ naturalẽ, & supernaturalẽ non habere cõe genus, ergo neq; ex hoc capite denegandum erit quãtitati, & qualitati. Nec secundũ aliquid prodest, nã absolutũ non dicit simplicem negationem respectus, sed quendã modum positiuum essendi ad se, q̃uis per negationem explicetur, sicut vnitas explicatur per negationem, reuera tamẽ est quid positiuum; imò posset ex opposito quis dicere esse ad aliud esse quid negatiuum, quatenus habet annexã negationem essendi ad se, sed de hoc in Met.

Tandẽ hoc ipsum prob. ex sufficiẽtijs, quibus aduersarij hunc numerũ conãtur ostendere, oẽs. n. sufficientiæ dupliciter peccant, vt aduertit Scot, 5. Met. q. 6. primò. n. ostendunt oppositũ propositi, nam si hæc decem genera essent suprema in rigore, deberet ens immediatè in illa diuidi, & non per multas diuisiones subordinatas, eo enim ipso, quòd ens finitum in duo tantum membra primo diuiditur, & vtrumq; deinde in alia, datur intelligi inter ens finitũ, & ista genera mediare plures conceptus genericos. Peccãt secundo, quia nõ probãt diuisionẽ illã sic præcisè, & non aliter fieri debere, ergo voluntaria est hæc diuisio, nõ necessaria.

Tertiò quod numerus iste denarius sit cõgruus, rationabilis, commodus, & vtilis, atq; ideò retinendus, prob. Tum quia denarius numerus vniuersalitatem significat, quare inquit Hurt. congruè vniuersitas rerum ad decem capita reducitur. Tum quia omnia membra simul sumptã adæquant totum diuisum, s. ens prædicamentale, & finitum, & quia longe maior est copia, & diuersitas accidentium, quã substantiarum, vnde in vnica substantia sæpius inueniuntur omnia illa accidentia, quæ varia constituunt prædicamẽta, hinc optima rõne factum est, vt substãtia vnũ dumtaxat constitueret p̃dicamentũ, accidẽs verò per plura distribueretur, ne tanta accidentiũ varietas pareret confusionẽ. Tũ quia est valde vtilis, & accõmodata captui cuiuscunq; & quasi sẽsib. obuia, quia deducta est ex varijs interrogationibus, quæ cõmuniter fieri solẽt, vt Arist. docuit 6. Met. 14. cuicunq;. n. harũ per specialẽ satisfit p̃dicationẽ, quare singulis interrogationib. singulæ correspõdebant p̃dicationes, & cõsequẽter singu-

la

la pdicamenta. De indiuiduo itaq; substãtiali, vel quæritur quid sit: & respõdetur; ꝙ est homo, & fit pdicamentũ substantię, vel quæritur quale sit, & resp. esse calidũ, albũ, & habetur pdicamentum qualitatis; vel quæritur, quantũ sit: & resp. latũ, longum, & est pdicamentum quantitatis; vel quæritur, quid respiciat: & resp. filiũ si est pater, seruum, si est dominus; & habetur prædicamentum relationis, vel quæritur, quid agat, vel quid patiatur; & respo. per actiones scribit, vel loquitur, vel per passiones, calefit, vapulat, & sunt pdicaméta actionis, & passionis, vel quæritur, vbi sit: & resp. in foro, in lecto, & habetur prædicamentũ vbi, vel quæritur quomodo sit in eo loco: & resp. per situ, stat, sedet; vel quæritur, quãdo sit, & resp. heri, hodie, & habetur prædicamentũ Quando; vel tandẽ quæritur, quõ se habeat: & resp. hoc, vel illo modo se habere, & est pdicamẽtũ habitus, neq; aliqua alia ĩterrogatio fieri poterit, quę ad vnã istarũ nõ reducatur.

Tandem patet, ꝙ rationabilius hęc diuisio assignatur per substantiã, qualitatẽ, quãtitatẽ, &c. quã per illos terminos Platonicorũ, vel Pitagoreorum, hi namq; potius per quasdã passiones cõstituunt pdicaméta, vt sunt motus, status, idẽ, alterũ, par, & impar, &c. & tñ prædicamenta ex generibus, & speciebus debent construi.

Sed cõtra 1. concl. partẽ, & 2. arguitur ostendẽdo decẽ esse suprema genera generalissima in rigore, & consequẽter decẽ in rigore pdicamẽta. Tum quia Arist. 10. Met. 12. & 5. Meth. 12. vocat decẽ illa genera primò diuersa, .i. in nulla realitate generica conuenientia, ꝙ dictum valde familiare est apud Formalistas, & affertur à Sco. 2. d. 3. q. 4. D. qua rõne in 4. d. 13. q. 1. C. veretur concedere rõnem vnã communem quidditatiuè omnibus respectibus. Tum 2. quia 12. Meth. 19. & 28. docet Aristot. principia rerum, .i. naturas prædicamentorum non esse eadem, sed diuersa, & dumtaxat aliquomodo .i. analogicẽ eadẽ. Tum 3. 1. Post. 108. ait propositioné, in qua vnũ generalissimũ negatur de alio, esse immediatã, vt hæc, *substãtia non est quantitas*, quia non datur pdicatũ superius, ꝙ de vno dicatur, & nõ de alio. Tũ 4. 8. Met. 16. docet, ens, cũ diuiditur in decẽ genera, non esse genus, ideoq; nõ esse ponẽdum in definitionibus, quæ ex genere, & differẽtia cõstant; & 3. Met. 10. ait, non esse genus, quia in differẽtijs includitur, ꝙ generi repugnat. Tum 5. in antepd. c. 4. distinguit genera in subalterna, & nõ subalterna, per prima intelligẽs, quorũ vnũ continetur sub alio, vel ambo sub tertio illis superiori, & subdit, animal, & scientiã non esse subalterna, q̃a nec cõtinetur vnũ sub alio, nec ambo sub tertio, sed si ẽs finitũ esset genus ad illa 10. iã illa oĩa possent dici gña subalterna in 2. sẽsu.

Resp. ad 1. locum illũ esse pro nobis, q̃a in illis locis docet alia esse diuersa, & alia differẽtia, diuersa vocat, quæ in nulla realitate conueniunt, differentia, quæ in aliqua conueniunt, aut generica, aut specifica, & inter differẽtia numerat decem genera, ergo secũdum ipsum in aliqua communi realitate conueniunt; & dum dixit genere differre, noluit ob id nẽgare, quin in aliquo superiori genere conuenirent, ad discrimen diuersorum quæ præmiserat, sed solum insinuare voluit, ꝙ non tantũ in specificis differentijs differunt, sed etiam genericis, & his quidem secundum quid supremis; & in hoc sensu locuti sunt Formalistæ, dum ea vocãt primò diuersa, & Scotus in 2. cit. qui verebatur cõcedere rationem respectus cõmunem omnibus quidditatiuè, ne cõtradiceret authoritatibus Philosophorũ vt ibi se explicat, non verò quin oppositum ratio suadeat; & quidem in 2. d. 1. q. 5. P. inquit, quòd præsertim loquendo de respectiuis, negari potest, quòd sint primò diuersa. Ad 2. per principia rerum ibi Arist. non intelligit essentias rerum, sed principia physica, .i. materiam, formam, & priuationem, quę dixit esse eadẽ analogicẽ, .i. proportione in omnibus prædica-

dicametis. Ad 3. vocauit propositioné illá immediatá, si oĩa illa decē ita sumātur vt immediatè subsint enti finito, sic .n. quia in illo gradu superiori oĩa conueniunt, non poterit per illud tanquam per medium vnum ab alio distingui; Si verò illa decē non ita sumerētur, sed subordinatè, itaut ens finitum primò descendat in substantiá, & accidēs, postea in accidēs absolutum, & respectiuum, &c. hoc certè modo illa propositio immediata nō esset, probari.n. posset per hoc, ꝙ substátia nō ē accidēs. Ad 4. in illis locis loquitur Arist. de ente transcendēti, quia ēt ibi loquitur de vno, quæ est adæquata passio entis taliter sumpti, ꝙ concedimus non esse genus, cui accedit, ꝙ in 2. loco solum disputatiuè disserit, nec aliquid assertiuè ponit, vt notat Doct. super illú tex. & in 1. d. 3. q. 3. N. Ad 5. resp. re vera posse dici subalterna; Arist. autē ibi negat animali, & scientię subaternationé illá, quá cōcedit ijs, quę in eadē serie pdicamētali cōtinētur, hæc autē subalternari dicuntur, qa vel vnum ponitur sub alio, vel ambo sub tertio, ꝙ ē determinatū genus in illa coordinatione quo sēsu animal, & scientia subalternari nequeunt, cum in diuersis coordinationibus reperiantur.

Secundò arguitur, ꝙ nō sint decē; Tū quia 5. Met. 14. octo tm̄ enumerat Arist. omittens situm, & habitum, ꝙ non debemus asserere, fecisse breuitatis causa, vt respondent Cōmen. nā ait Doct. ibi, quænā prolixitas fuisset addere dūtaxat duo verba, sitū, & habitum, vel vnum, .s. his similia, vt fecit 1. Ethic. c. 6. vbi sex tantum enumeratis adiecit, *& his similia*, vt cætera comprehenderet. Tum 2. si actio, & passio duo prima genera constituunt, ergo similiter vbi actiuum, & vbi passiuū, situs actiuus, & situs passiuus. Tum 3. Quando non dicit aliquid reale, vt dicemus disp. 8. q. vlt. sed denominationē extrinsecam, ergo plura prędicamenta, quia in infinitum tales denominationes multiplicātur, præcipuè ex actibus vitalibus. Tum 4. multę possunt fieri interrogationes de indiuiduo substātiæ ad genus moris pertinentes, vt esse Regē, Doctorem, bonum, malū, &c. qr ibus nequit fieri satis per pdicationes horum generum, nā entia moralia in nullo horum cōtinētur; idē dicendum de entibus rōnis. Tum 5. sicut à causalitatibus causarum efficientis, & materialis sumūtur duo genera actionis. s. & passionis, ita duo alia assignari debēt à causalitatibus causę formalis, & finalis desumpta. Tum 6. qa motus, & cætera post prædicamenta habent aliquam entis rōnem, ergo debent habere propriā coordinationē; & multa alia reperiuntur ad ista pdicamenta nō reducibilia, vt modi intrīseci, passiones, entia artificialia, & similia. Tandē pdicabilia sunt qninq; pdicata sunt quatuor, cur decē pdicamenta.

Resp. idcircò adamussim ibi decē genera non enumerat, imò nec in tota Metaphysica, vt ibi Doctor aduertit, quia talē numerum denarium flocci faciebat, vtporè qui nonnisi in populari sensu fundamentum haberet, & nō in aliqua solida rōne. An 2. licèt Ant. Andr. illud putauerit insolubile, dicimus tñ nō valere paritatē, & congruitas est, quia actio, & passio verā, & realē rōnem agendi, & patiēdi præseferunt, nō ita vbi actiuum, & vbi passiuum, nā vt notat Orbell. sup. prædic. vbi, circūscriptio actiua, quæ fundatur in loco circumscribēte, quãuis significetur per verbū actiuum grāmaticaliter, nō est tamen vera actio, & idem est dicendum de vbi passiuo, quod veram passionē non significat, & de cæteris prædicamentis. Ad 3. dicimus reuera prædicamentum Quando, esse denominationem extrinsecam, connumerari tamen inter prædicamenta realia, quia cum hic numerus in vulgari hominū æstimatione fundetur, & ex D. Aug. 11. confess. cap. 4. nil sit notius, quàm temporis existentia, videtur hoc, quod est in tempore existere esse aliquid reale, sicut tempus vt qnid reale, & notissimum apprehenditur ab omnibus, cum

tam tñ formaliter sit ens rõnis ex dictis in phys. disp. 13. q. 4. art. 2. quapropter in rigore esset expũgendum de numero p̃dicamẽtorum, tolleratur tñ propter vulgaré opinioné, q̃ sit ens reale; denominationes tñ extrinsecę ex actibus vitalibus vt intelligi, videri, &c. nõ cõstituunt prædicamentum distinctum, quia non sunt entia realia, nec vt sint indicãtur esse, sed potius reducuntur ad p̃dicamẽtum qualitatis, in quo est forma, à qua desumuntur. Ad 4. per idẽ denominationes in moralibus sunt extrinsecæ, vt plurimum ex actibus volũtatis, & humanis legibus p̃uenictes; nõ entia realia; entia deinde rationis nõ debent cõstruere prædicamentũ distinctũ, vt diximus disp. 3. q. 7. ad 3. Ad 5. causalitates causarum ad effectus, quæcunque sint; collocantur in prædicamẽto relationis, cũ sint intrinsecus aduenientes, causalitates agentis ad materiã, & è cõtra const tuunt duo predicamenta actionis, & passionis, causalitates formæ ad materiã, & è conuerso, s. informationis actiuæ, & passiuæ; sunt in p̃dicamẽto habitus, & cum nõ dicunt realé actioné, sed grãmaticalé, nõ constituunt duo, sed vnũ prædicamẽtũ, vt suis locis dicemus. Ad 6. motus non est per se in aliquo p̃dicamento, quia non est respectus simpliciter realis, sed secundũ quid, ideò ad prædicamentũ sui termini reducibilis, vt fusè diximus in phys. disp. 15. q. 1. post p̃dicamẽta potius sunt quædã entiũ attributa, quã entia directè; modi intrĩseci, & passiones, cũ nõ distinguãntur realiter à suis subiectis, nõ sunt in distinct s p̃dicamentis; tandem entia artificialia, quia non sunt vnum per se, sed per accidens, neq; sunt in vno p̃dicamento collocabilia. Hæc oĩa rectè percipientur ex dicendis in hac, & seq. d sp. Ad vlt. ratio discriminis est; quia p̃dicabilium numerus ex dict. disp. 4. q. 5. ad 1. desumitur in ordine ad modos prædicandi in quid, & in quale de subiectis, neq; dicunt quasdam reales essentias, sed intentiones secundas applicabiles naturis diuersorum prædicamẽtorum; prædicata sumuntur in ordine ad dialecticas quæstiones, quæ per quatuor prædicata soluuntur, & sunt etiam secũdæ intentiones applicabiles primis; at diuisio prædicamẽtorũ desumitur per modos varios essendi, quib. diuiditur ens, & p quos in sua inferiora descẽdit, quę diuisio varijs modis assignari põt, vt diximus.

QVÆSTIO SECVNDA.

Quomodo predicamenta sint inter se distincta.

Sensus quæsiti est, an quę in diuersis prædicamentis collocãtur, debeãt distingui inter se realiter, an formaliter, vel sufficiat distictio rõnis ratiocinatæ, ac p̃inde est sermo de p̃dicamẽtis materialiter acceptis. n. p̃ prima intẽtione, nõ formaliter, & p̃ secũda intẽtione, vt sic. n. clarũ é nõ distigui, nisi distinctione numerali rationis, vt docet Doct. q. 11. p̃dic. in corp.

Prima opinio asserit nõ necessariò requiri distinctionem aliquã ex natura rei, sed sufficere distinctionem rõnis ratiocinatæ, ita cõiter Thomistæ, quos ex Neothericis sequuntur Vasq. 1. p. disp. 138. n. 4. & disp. 175. n. 5. Suar. disp. 39. Met. sect. 2. n. 21. Tol. hic in fin. p̃dic. Rui. in antep. c. 4. q. 3. Hurt. disp. 9. Met. sect. 2. Aners. q. 16. Log. sect. 4. Secunda opinio admittit necessariam esse distinctionem ex natura rei actualé, siuè formalem, siuè realem; ità Fonsec. 5. Met. cap. 7. q. 3. sect. 3. Amic. tract. 18. q. 4. dub. 1.

Dicimus, prædicamẽta necessariò debere distingui inter se realiter; ita Doct. in 2. d. 3. q. 4. D. & 5. Met. q. 6. sequuntur Scotistæ oẽs, & Zerb. q. 7. Venet. c. 21. Met Fland. 5. Met. q. 7. ar. 2. Nyphus q. 12. & 4. Met. q. 4. Iand. 3. phys. q. 5. citatur ẽt Caie. p. 1. q. 28. ar. 1. vbi ex hoc, q̃ substantia est in vno genere, relatio in alio, deducit realiter inter se distĩgui, & Moris. disp. 4. Log. q. 7. qui differt solũ, q̃ distinctioné inter respectus, & fundamenta vocat modalé,

non

non realē iuxta vsitatum loquēdi modū recentiorum, vt vidimus disp. 1. q. 5. art. 2. cū hanc distinctionē explicauimus; Prob. ex his, quæ habet Doct. cit. nulla res pōt simul, & essētialiter cōtineri sub diuersis disparatis speciebus, ergo nulla res pōt esse in duob. pdicamētis, sed tm̄ in vno, ergo res diuersorū sūt inter se realiter distinctæ. Antec. patet, qa nulla res habet duas essētias, ergo nulla res cōtinetur in duabus speciebus. Tū quia quæ numero differunt, realiter differunt, res diuersorum prædicamentorum numero differunt, qa distictio generica arguit specificā, & numeralē, & res istæ gñe differunt, ergo &c.

Respondet Auersa verum esse assumptum de re secundum eandem rationem formalem, non secundum diuersas, quia vt sic poterit esse sub diuersis speciebus & habere diuersas essentias non realiter sed ratione diuersas; similiter distinctio numeralis non semper est realis, sed aliquando rationis cum fundamento in re; nam benè possunt in vna re reperiri duæ rationes formales virtualiter distinctæ ante opus intellectus, sed actualiter, vt stant sub duobus cōceptibus inadequatis, itaut vna non sit de essentia alterius; & de ipsis poterit intellectus formare duo prædicamenta distincta per opus intellectus cum fundamēto in re; secūdū quas rōnes dein de pdicamenta dicuntur impermixta, habere diuersa gñā, species, & differentias.

Contra istam responsionem primò argui posset omnibus illis rationibus, quibus ostēditur distinctio actualis ex natura rei ante opus intellectus; maximè quæ desumuntur ex contradictorijs, cum .n. independenter ab opere intellectus prædicamentis cōueniant cōtradictoria, quod præcipuè probatur in actione, & passione (quæ per aduersarios virtualiter distinguuntur) nā actio de sua ratione formali est actus agentis, & terminatur ad passum, non est actus passi, passio non est actus agentis, fundatur in passo, & respicit agens, ergo ante opus intellectus necessariò sunt distincta; Tū quia repugnat, vt ab eadē re abstrahantur duo cōceptus inadequati duarū differentiarum diuidētiū idē genus, vt patet, nequit .n. eadē res esse virtualiter rationalis, & irrationalis, eadē quantitas virtualiter lōga nō lata, & longa simul, & lata, ergo repugnat, vt ab eadē re duo abstrahantur inadæquati cōceptus differentiarū diuersa genera diuidentiū, patet sequela, quia istæ magis inter se distāt, quia diuersorū pdicamētorū, quā illæ, quæ sunt eiusdē prædicamenti. Tū quia talis res esset ens per accidēs, qa in suo adæquato conceptu includeret res diuersorum prædicamentorū. Tū quia ex vno genere, & vna differētia cōstituitur vna species realis, non rōnis, ex ista, & ex differentia indiuiduali constituitur indiuiduum reale à parte rei existens, non per opus intellectus, sed in quolibet pdicamento adest hæc cōpositio ex genere, & differentia, & ex specie, & hæcceitate, ergo in quolibet pdicamēto adest suū indiuiduū reale, sed oīa īdiuidua realia realiter distinguūtur, & cōsequenter specie, & genere, si sunt diuersorum generū, ergo ista pdicamēta realiter distinguuntur. Tū qa data hac responsione si vnus cōciperet inadæquatè rē secundum cōceptū substantialem, alter verò secundum cōceptum accidentalem, res illa esset respectu vnius substantia, respectu alterius accidens, & tamen à parte rei necessariò, vel esset substantia, vel accidens, nō vtrūque. Hūc spectant, quæ infra dicemus de regula illa *diuersorum generum, &c.*

Secundò principaliter pōt probari cōclusio inductione; nam substātia realiter distinguitur ab oī accidente pdicamētali, cū possit ab oī absoluto separari per absolutā Dei potētiā, & ēt ferè ab omni respectiuo iuxta dicta ī Phys. disp. 3. q. 4. ar. 1. quātitas quoq; est realiter à substātia, & qualitatibus distincta, & multò magis à relatione, vt diximus disp. 9. Phys. qu. 1. art. 2. de qualitate nullus ambigit; relatio ex dicēdis infra disp. 8. est realiter à fundamen-

damento distincta, nam quæ est realiter identificata, non est prædicamentalis, sed transcendentalis, idem etiam dicemus de alijs sex prædicamentis, ergo &c.

In oppositum arg. ex Arist. c. de qual. in fine, vbi concedit, idẽ posse ad plura p̃dicamẽta spectare secundũ diuersas rões. Tum 2. quia ex 3. Phys. 22. actio, & passio realiter nõ distinguuntur; relatio nõ ponitur à fundaméto qd realiter distinctũ, nec sex vltima generalissima, cũ sint modi entis; multæ quoq; relationes realiter cũ fundamento idẽtificãtur. Tum 3. p̃dicaméta per artẽ, & rõne in disposita sunt, ergo benè fieri põt, vt distincta p̃dicaméta signentur, & cõstituantur ex rationib. eodẽ modo distinctis. s. per intellectũ. Tũ 4. ex Ruu. gradus essentiales rei nõ distinguuntur, nisi virtualiter, vel saltim non realiter, sed possunt p̃dicamenta in eodẽ reperiri, in quo nõ distinguantur secundũ gradus essentiales, sed tm̃ pænes modos essendi, vt substantia ab accidente p modum essendi per se, accidentia penes diuersos modos essẽdi in, ergo nõ necessario realiter differunt, quia magis distinguuntur gradus essentiales; quã modi essendi; Tum 5. ex eodẽ, quãdo plura in eodẽ reperiuntur, nõ per cõpositionẽ, distinguuntur rõne, nã multa non possunt vnũ cõstituere, si sunt ex natura rei distincta, nisi vnum se habeat, vt actus, alterum vt potentia, sed p̃dicamenta aliqua sunt huiusmodi, vt patet in actione, & passione, quæ sũt in motu absq; cõpositiõe, erg. &c.

Resp. ad 1. vel Arist. ibi locutus est ex sententia aliorum, vt ex Aduersarijs etiã Auersa concedit, quia neq; diuersitatem rationis ibi expressit; vel solum habere voluit, vt ibi in sua paraphrasi notat Rocch. q̃ licẽt nihil essentialiter possit esse in diuersis generibus, põt tñ esse accidentaliter, & denominatiuè, quatenus res essẽtialiter vnius generis, põt rẽ alterius denominare, vt vniuersaliter docet Doct. 4. d. 12. q. 1. D. sic Petrus quatenus substantia est essentialiter in p̃dicamẽto substantiæ, quatenus denominatur pater, est in p̃dicam. relationis accidẽtaliter, vestis est in p̃dicam. substantiæ, quatenus denominatur habitus est accidentaliter in p̃dicã. habitus: Ad 2. patebit ex dicendis suo loco & ex dictis in Phys. qualiter Arist. ibi loquatur de actione, & passione materialiter pro re acta, non formaliter pro respectibus in agente, & in passo fundatis; relatio quoque, & sex vltima genera distinguuntur realiter à fundamentis, (nã quæ relationes sunt realiter identificatæ, non sunt in p̃dicamento) & quãuis sint modi, adhuc debent dici realiter distincti ex dictis disput. 1. quæst. 5. artic. 2. Ad 3. prædicamenta formaliter sũpta sunt coordinationes intellectus, at materialiter dicũt ipsas naturas reales per differentias contractas, & in inferioribus contentas, quo sensu non sunt quid rõnis, sed reale. Ad 4. verum est gradus essentiales subordinatos eiusdẽ rei non distingui realiter, negamus tñ idẽ de prædicamentis dicẽdũ, quia sunt gradus essentiales disparati, & diuersarũ rerum; falsum quoq; est prædicamenta solum per modos essendi differre, hi n. modi circũscribunt nobis differẽtias essentiales; q̃ patet, qa p̃dicamẽta sũt diuersa genera, & species disparata, ergo propria habẽt differentias: tũ quia si penes modos tm̃ substãtia, & accidẽs differrent, cũ modus nõ variet essentiã, cuius ẽ modus, nõ differrẽt essẽtialiter, aliter haberẽt essentiales differẽtias, ergo de quo dicitur substãtia quidditatiuè, dicetur ẽt accidens, et sic valeret dicere homo quidditatiuè est accidẽs, nec p̃dicamẽta essẽtialiter differrent, & cõsequẽter nõ essent gña generalissima; falsũ tãdẽ ẽ p̃dicamẽta posse in eodẽ reperiri, in quo essentialiter cõueniant. Ad 5. patet ex dictis, quicquid sit de ma. q̃ actio, & passio sunt respectus realiter distincti, & in fundamẽtis diuersis, vt disp. 7. phy. q. 3. explicatum est.

Secundò ad idem ex Scot. 2. d. 1. q. 5. P. vbi probabilem putat modum illum ponendi prædicamenta esse primò diuersa

in ra-

in rônibus formalibus, itaut nullũ illorũ formaliter includat alterũ, nec aliquid alterius, quãuis per identitatẽ in existendo vnum cõtineat alterũ, q̃ est dicere, ad p̄dicaméta sufficere distinctionẽ formalẽ. Tum 2. distinctio prædicamentorum sumitur ex diuersis modis p̄dicãdi, ergo illa distinctio requiritur ad prædicamenta, quæ sufficit ad variationẽ p̄dicationis, talis est distinctio rõnis. Tum 3. omnia sunt vnum in ente, sed quæ sunt eadẽ vni tertio, sunt eadẽ inter se, ergo &c. Tandem quãdo vnum infertur necessario ab alio, sunt idẽ inter se, substantia infert accidẽs, & ẽ cõtra, aliter posset separari, ergo &c.

Resp. Scotum ibi non approbare responsionem illam, sed tantùm adducere, eo quia sufficiebat pro solutione illius argumentius, nam si prædicamenta formaliter distinguuntur, relatio creaturæ ad Deum, cum sit à creatura formaliter distincta, posset poni in diuerso prædicamento à creatura; tamen ibi dat aliam responsionem, quod illa relatio est transcendentalis cum sit realiter identificata; ex quo colligitur per Scotum, quæ ponũtur in diuersis prædicamentis, esse realiter distĩcta. Ad 2. falsum est assumptũ, aliter quia diuersimodè p̄dicatur abstractũ à concreto, deberent accidentium p̄dicamẽta multiplicari; quare dicimus p̄dicamenta distingui penes modos prædicandi de prima substantia logicè, & proximè loquendo, at metaphysicè, & remotè penes modos essendi circũscribẽtes ꝓprias differentias. Ad 3. sequitur oĩa esse vnũ in cõceptu entis, & eadẽ idẽtitate, vel trãscẽdẽtali, vel gñca inter se. Ad 4. neg. asſũptũ, vt patet in causa, & effectu, & ĩ relatiuis.

QVÆSTIO TERTIA.

Quæ res, & quomodo reponantur in prædicamento.

Circa primam quæsiti partem supponimus cum Tatar. q. praamb. ad prædicam. dub. 2. res per se propriè, ac principaliter, & nõ voces in prædicamẽto collocari, ex rebus. n. nõ ex vocibus p̄dicamenta sunt cõstructa, & res sunt, quę in prædicamento disponuntur, licèt non ita disponantur, nisi quatenus subsunt mentis nostræ cõceptibus, rem namq; in p̄dicamento reponi aliud nõ est, quã rem à nobis concipi sub rõne superioritatis, vel inferioritatis; voces igitur solum per accidens, & minus principaliter in prædicamẽto ponũtur, quatenus. s. sunt signa eorũ, quæ per se sunt in p̄dicamentis; ista . n. vox, homo, nõ poneretur in p̄dicamẽto substantiæ, nisi substantiã significaret; verùm tñ est, q̃ etiã voces ipsæ, si non velnti signa rerum, sed potius vt quædã res cõsiderẽtur per se locũ habẽt in prædicamentis, & determinatè spectant ad prædicamẽtũ qualitatis, quatenus . s. sũt qualitates passionẽ inferentes sensui auditus

Supponimus deinde cum eodem Tatar. ibidem dub. 3. tripliciter aliquid posse poni in prædicamento, seù in serie prędicamentali, primò dirĕctè, seù in recta linea; secundò indirectè, seù ad latus, tertiò reductiuè: in recta linea ponitur genus supremum & ea, de quibus prædicatur in quid, genera. s. subalterna, species, & indiuidua; ad latus ponuntur differentiæ essentiales, per quas naturæ genericæ diuiduntur, & speciesconstituuntur, eductiuè denique, quæ nec sunt genera, neque species, neque indiuidua, neque differentiæ essentiales, aliquo tamen modo ad aliquid illorum pertinent, quia vel sunt partes integrantes, vt caput, manus, brachia, &c. vel sunt partes essentiales physicæ, vt materia, & forma respectu compositi physici, vel passiones, vt risibilitas respectu hominis, vel sunt termini rerum, vt puncta respectu lineæ, vel negationes earum, vel aliud quid huiusmodi; hic ergo quæritur, quænam directè in prædicamento collocentur, an. s. entia realia, vel etiam rationis, an entia per se, vel etiam per accidens, an cõplexa, vel incomplexa, an completa, vel partia-

partialia, an finita, vel infinita, an vniuersalia tandē, vel particularia, & indiuidua.

Circa secundā partē quæstionis quærimus, an res istæ, cū possint in abstracto, & in concreto sumi, debeāt in pdicamētis collocari sub nominibus abstractis, vel cōcretis, & quidē de substantijs oēs conueniunt sub nominibus cōcretis disponi debere; de accidentibus est difficultas, cui occasionē dedit Arist. ipse, qui secūdū varias versiones pdicā. accidētiū disposuit tā sub terminis concretis, quā sub abstractis Nyph. 5. Met. q. 4. & 7. Tol. q. 2. Postpr Blanc. disp. 5. sect. 3. tuētur in cōcreto disponi debere, q̄ probabilius censet Amic. tract. 18. q. 3. dub. 2. Alii cōiter in abstracto Iauel. 5. Met. q. 16. Onnaq. 3. ar. 4. Sot. q. 1. de quant. Fuent. q. 13. diff. 2. ar. 1. Conimbr. c. 4. prædic. q. 2. ar. 1. Morif. disp. 4. log. q. 4. Did. à Iesu disp. proæm. præd. Cōpl. disp. 11. q. vlt. dub. 1. Arriag. disp. 5. Met. sect. 1. Tandē quidā alij dicūt vtroq; modo posse disponi, ita Auers. q. 16. log. sec. 5. Mas. hic sect. 2. q. 4. Ruu. q. 2. Hurt. disp. 9. Met. §. 17. Caiet. de ente, & essen. c. 7. id autem non in eodem sensu defendunt.

ARTICVLVS PRIMVS.

Conditiones reponibilium in prædicam. assignantur.

Dicimus entia realia, non rationis, incomplexa, non complexa, completa, non incompleta, finita essentialiter, nō infinita, siue genera sint, siue species, siue indiuidua per se, & directè in prædicamentis collocari. Probantur, & explicantur singula; & primò quòd entia realia debeant esse, est Arist. 5. Met. 14. & 6. Met. 4. diuidit ens in ens in anima, seù rationis, & in ens extra animā, seù reale, q; deinde in decē prædicam. subdiuidit. tum quia prædicamenta sunt coordinationes eorū, quæ vera essentia constant, q̄ non solùm de prædicam. vt à Metaphys. cōsiderātur, est verū, sed ēt vt à Logico, n. ō n. alia prædicamenta iste ab illo considerat.

Hic autem per ens reale non est intelligendū ens reale verbaliter, seù ens existens, quia quæ ponuntur in prædicamēto, abstrahunt ab existentia actuali, vt est cōmunis omnium sensus; nec est necesse res actu existere ad cōstructionē prędicamentorū, quia in ipsis ponuntur superiora tanquā essentialia prædicata inferiorū, & hæc vt quidditatiuè includentia illa, existentia autē de nulla creatura quidditatiuè prædicatur, ita Doctor 2. d. 3. q. 3. sumitur ergo ens reale nominaliter, pro eo; q̄ existere pōt in rerū natura. Per hoc excluduntur à prædicamen. negationes, & priuationes, quarū licèt aliquæ dentur reales, quatenus sunt priuationes, vel negationes alicuius formæ realis, & nō intētionalis, nunquam idcircò possunt dici entia realia; & quamuis ab aliquibus entia realia negatiua vocentur, id tam ē est falsum, nam eadem ratione mortem vocare posset vitam priuatiuam, & vitium virtutem negatiuam, vt diximus in Phys. disp. 4. q. 1. art. 1. Excluduntur etiam entia rationis omnia, contra Burid. in fin. prædicam. dicentē entia rationis in prædicam. relationis collocari, & contra illos Scotistas admittentes vndecimū prędicamentum entium rationis, nam cum non sint simpliciter entia, sed entiū vmbræ, nequeunt per se in prædicamentis realibus reponi; & potius reductiuè in prædicamentis illorum, quorum sunt simulacra, & vmbræ, quam in proprio prędicamento, vt diximus disput. 3. q. 7. sicut negationes, & priuationes in prędicamētis illarum rerum, quarum sunt negationes, existentia quoque, & passiones entiū, sicut non sunt quidditatiuè entia, sed idēticè, nō habēt distincta, & propria prędic. sed reductiuè ad prædi. illius essētię, cuius est existētia, & passiones, attinent.

Secundò, quòd sint entia per se, & non per accidens, colligitur ex Arist. 5. Meth. 14. vbi cum diuisisset ens in ens per se, & ens per accidens, diuidit ens per se in

Mm decem

decem predic. Hic autẽ accipitur ens per se pro ente vnius essentiæ, seù essentialiter vno, ꝙ proinde simpliciter, & sine addito dici pōt vnum, vt leo, homo, albedo; ens autẽ per accidẽs importat ens essentialiter multiplex, vel potius plura entia, vt aceruus lapidũ, domus, & etiã concreta accidentalia, album, dulce, vt æqualiter importat formã, & subiectũ, quia licet faciant vnũ, non tñ faciunt vnũ essentialiter, ꝙ dicitur simpliciter vnũ, sed accidẽtaliter ex duabus essentijs simul coniunctis, quarũ vna non est per se potẽtia, nec alia per se actus; ex quo colligitur ratio, quia ens per accidens sicut propriè nō est vnũ, sed plura entia, & non est vnius essentiæ, sed multiplicis, ita poni nequit in vno p̃dicamento, sed in pluribus, vt albũ rõne subiecti, ꝙ est substantia, spectat ad prædic. substãtiæ, rõne verò formæ ad p̃dic. qualitatis. Per hoc excluduntur à p̃dicam. oĩa artificialia, qua talia, constant. n. ex materia v, g. ligno, ꝙ est substãtia, & ex figura artificiali, quæ pertinet ad qualitatẽ, vel relationẽ, & consequẽter non sunt vnum quid, vt notat Doctor 4. d. 1. q. 1. S.

Tertiò quod debeãt esse incomplexa, habetur ab Arist. in antep. c. vlt. vbi diuidit in decem prædicamenta ea, quę secũdũ nullã cõplexionẽ dicũtur, & ratio huius est, quia tractatio p̃dicamẽtorũ, & eorũ diuisio, ac distinctio facta est p̃sertim ad constituenda prima elementa, & inueniendos simplices rerũ conceptus, ergo constitui debent ex rebus incõplexis. Sed cõplexa alia sunt secundũ rẽ, quæ diuersas naturas significant, alia secundũ modũ significandi, licèt secundũ rẽ vnã simplicẽ naturã significent, vt definitiones ex proprio genere, & propria differentia constantes, vt animal rationale (nam quæ sunt datæ per additamẽtum, diuersas repræsentãt naturas) licet. n. animal rationale secundum rem significet vnam naturam humanitatis, quia tamen ipsam diuidit in partes, vnde non habet vnũ modum prædicandi, sicut species, quasi cõplexè illã significat, alia sunt cõplexa tñ secundũ vocẽ, sed incõplexa secundũ rẽ, & modũ significandi, vt Marc. Tull. Cic. Cũ Arist. exclusit à prædicamẽtis oĩa cõplexa, certũ est non esse locutũ de complexis secundum vocem tantum, sed de complexis secundum rem; an verò etiam reiecerit complexa in significando. s. definitionẽ purè quidditatiuam, vt sustinẽt Fonsec. 5. Met. c. 7. q. 8. Rub. hic c. 4. qu. 1. & Amic. tract. 18. q. 3. dub. 3. vel illam directè in prædicam. collocarit, vt communiter asseritur, est dubium; Potest tamen dici, quod si definitio sumitur, vt dicit totum metaphysicum resultãs ex partibus, qua ratione habet vnum modum prædicandi speciei in quid, iuxta dicta disp. 4. q. 5. in 3. probat. concl. cum Scoto q. 12. vniu. ad 1. & q. 21. ad 5. sic posse directè poni in prædicamento, quia vt sic habet rõnem speciei; vnde Porph. c. de specie in coordinatione pr̨edicamẽti quædã genera nominauit per terminos cõplexos, & per definitionẽ, vt corpus animatũ, animal rationale, ꝙ secundũ ipsum erat cõe genus Angelis, & hominibus. At si sumitur definitio, vt explicitè dicit genus, & differentiã, sic quia non habet vnũ prędicandi modũ, nec pōt dici species, vt loc. cit. diximus debebit à p̃dicamẽto excludi.

Quartò quod entia totalia, & completa, est Aristot. 7. Met. 8. vbi expressè materiam reijcit à prædicamento, quod etiã de materia docuit Scot. 2. d. 12. q. 1. D. illã ponens solum reductiuè in prædicam. & 3. d. 22. B. eodem modo loquitur de corpore pro altera parte cõpositi in 4. d. 11. q. 3. Hh. idem asserit de parte formali, & de anima rationali 2. d. 1. q. 6. C. & vniuersaliter de partibus essentialibus id docet ex professo q. 15. prædicam. in corpore, vbi etiam idem asserit de partibus integralibus, & de differẽtijs q. 12. vndè modò ferè cõmuniter in omni schola tenetur per hanc completionis conditionem, & totalitatis excludi partes physicas, imò id aliqui extendunt ad partes metaphysicas

cas

cas, dicentes propterea differentias poni à latere, quia sunt entia incõpleta; φ non placet Hurt. disp. 9. Met. sect. 3. qa inquit, nõ est maior rõ de genere, quã de differẽtia, & ad disparitatẽ inueniendã, cur genus ponatur directè in recta linea, nõ differentia valde laborant oppositũ sustinẽtes, & certè quãdo Scot. q. 15. cit. exclusit partes à præd. nullã mentionẽ fecit partiũ metaphysicarũ, fortè nè etiã per hoc genus excluderet. Et rursus qui partes metaphysicas in præd. reponunt valdè insudant ad inueniendam rõnem, cur partes physicę excludãtur, & rões, quæ communiter adducuntur, vel nihil cõcludũt, vel idẽ de partibus metaphysicis ostendunt. Et præcipuè, φ ait Auers. cit. hoc esse, qa per hoc solũ, φ totum ex his constans per se ponitur in prædicam. eo ipso inueniũtur in prædicam. per inclusionem in illo, & ideò superfluit illas separatim ponere, quia bis ponerentur; Non valet, quia idẽ concludit de genere. Hæc difficultas vel grauis æstimatur ab authoribus, vt est videre apud Ruu. & Amic. vel inanis, & nominalis, vt ab Arriag. disp. 3. Met. sect. 1. & fortè nõ sine fundamẽto, pendet. n. ex acceptione huius termini *directè reponi in prędicamento*, & ab explicatione, & acceptione generis supremi, nam vt videbimus disp. seq. q. 1. substantia potest ita genus supremum constitui, vt sit communis entibus completis, & incompletis.

Vt autẽ à cõmuni nõ recedamus, & rationem assignemus, quæ æque militet de partibus metaphysicis, recolendũ est, quę disp. præc. q. 1. ar. 4. diximus. s. partẽ de toto prædicari non posse per modũ partis, cũ igitur linea pdicamẽtalis directa ex ijs constituatur, quę esse possunt subiectum, vel pdicatũ formalis pdicationis. quia superiora essentialiter pdicãtur de inferioribus, & inferiora recipiũt pdicationẽ illorum, ex hoc sequitur manifestè, nihil φ habeat modũ partis, & incompleti, posse directè poni in prædicamento, sed quicquid ibi ponitur, debere reponi per modũ totius, & entis cõpleti; ex quo sequitur ad hoc vt aliquid ponatur in prædicamẽto, non esse necessariũ, φ sit ens cõpletũ simpliciter, & secundum rẽ, sed sufficit, φ sit cõpletum secundũ quid, seu secundum modũ; quæ ratio concludit de oĩbus, nam sicut materia, anima, pes, caput, vt sic directè non ponuntur in prædic. quia retinẽt modũ partis, sic à pari animalitas, rationalitas, corporeitas nõ ponũtur directè in prædicam. quia sic in abstracto retinent modum partis, sed tantùm ponuntur in concreto, quomodo habent rationem totius. Attamẽ quia vt aliquid sit directè in prædicam. non sufficit, quod prędicari possit de inferioribus (aliter differentia esset directè in prædicam. qua ratione mouetur Hurt. ad id asserendum) sed requiritur etiam, quod possit suscipere prędicationem superiorum graduum, quod nequit facere differẽtia, cum essentialiter illos non includat, idcircò etsi ex primo capite possit in prædic. reponi impedimentũ tñ oritur ex 2. Accedit, φ adhuc vt sic non habet rõnem totius, sicut genus, quia significatur per modũ alteri adiacentis, & in quale prædicatur, nõ per modũ per se stãtis, & in quid vt genus, φ est vnũ ex requisitis secũdum aliquos, vt aliqd dicatur per se, & directè in genere.

Cęterum quia partes similares, & homogeneæ, ęquè recipiũt prædicationẽ essentialẽ vniuersalis superioris, sicut totũ integrales, cuius sunt partes, vt Scot. monet 2. d. 3. q. 4. H. & 3. d. 2. q. 1. H. tã. n. tota aqua, quã quælibet eius pars est essentialiter aqua, & nõ dicuntur aqua essentialiter à toto integrali homogeneo depẽdenter, sed indepẽdenter, φ nõ conuenit partibus æthérogeneis, & dissimilaribus, nã manus nunquã põt dici homo, idcirco cõtra Suar. disp. 33. Met. sect. 1. & 34. sect. 8. Ruu. & Amic. partes homogeneæ sunt directè in prædicam. non æthoerogeneæ, nã quãuis homogeneę sint actu partes totius integralis, cuius pędicationem nũquam possunt recipere, tamen sunt verè

induidua totius essentialis vniuersalis,& per accidens se habet, quod sint actu partes totius quantitatiui, non .n. ex hoc, quod pars aquæ est alteri vnita, idcircò non dicitur essẽtialiter aqua,& indiuiduũ totius vniuersalis, quod tenent Louaniens. Villalpan. Blanc. Fuét.& alij. Ratio verò, quã adducunt, quia istæ partes nõ ordinãtur essẽtialiter ad cõponẽdum aliud, nõ conuincit, nam valeret etiam de etherogeneis.

Secundò, quòd entia essentialiter dũtaxat finita, est Scoti 1.d.8. q.3.H. & d.8. q.3.§. *Teneo opinionem meam*, estq; cõmunis, vt videbimus disp.seq.q.1.pro nũc prob. quia quicquid est in prædic. aut est genus, aut species, aut indiuiduum ens in essentia infinitũ non põt esse genus, quia ex eo, quod est infinitũ, non est perfectibile à differentia, cuius est perficere genus essentialiter; nõ species, quia hęc constat ex genere,& differentia, quæ si non sunt infinita, nequeunt infinitũ constituere, nec tandẽ indiuiduũ, quia hoc cõstat ex specie, & indiuiduali differentia, species non est infinita ex dictis, neque differentia, quia hæc partialis, & incompleta; hac ratione vtuntur Fonseca, Vasq.& alij, quę tamen fuit Tat.q.1.prædicam. dub.3.

Tãdem quòd etiam indiuidua directè in prædicam.collocentur est Scot. 2. d.3. q.4.D. & 3. d.22.B. & sequitur ex dictis, quia indiuiduum est ens per se vnum incõplexum, finitum,& cõpletum, in se cõtinens oĩa prædicata lineæ prædicamentalis, quibus subijcitur. Tum quia Arist. in præd. subst. per se explicauit substantiam primam, & secundã, .i. singularẽ,& vniuersalem; tũ quia radix per se ad arborẽ spectat,& basis ad columnã, indiuiduum est radix,& basis prædicam. ex Scot. cit.

In oppos. arg.1. contra 1. 2. & 3. conditionem. Tum quia prędicamentum fit per se ex generibus,& speciebus, quæ sũt entia rationis. Tum 2. quòd substantia sit prior corpore, & corpus prius viuente, non habetur ex natura rei, sed ex opere intellectus tendentis prius in substãtiam, quã in corpus, ergo talis series, & prędicamẽtum est ens rationis. Tum 3. de ente per accidẽs probatur, quia quãtitas discreta, cum sit ex pluribus quid aggregatum, est ens per accidens, & tamen est in prædicam. quantitas, scientia est in qualitatis prædic. & est vnum aggregatione ex pluribus habitibus, imò est quid ex absoluto, & respectu ad obiectũ intrinsecè constitutum; vestis est in prædic. habitus, & tamen est quid artificiale; quod etiam patet in omnibus concretis accidẽtium. Tandem oratio est quid complexum, & est in prædicamento quantitatis.

Resp. prædicamentum constitui ex generibus, & speciebus materialiter, non formaliter, .i. ex rebus ipsis, quæ dicuntur genera, & speciẽs, non ex ipsa generitate, & specieitate; vnde *Quod* ponitur in prædicam. est res, *Quo* ponitur est intentio, quia non ponuntur res in prędicam. nisi vt substant conceptibus rõnis. Ad 2. arg. vrgere contra Thomistas negãtes distinctionẽ ex natura rei inter gradus prædicamentales, ac proinde ẽt prioritatẽ, & posterioritatẽ ex natura rei, nõ autẽ cõtra nos, qui vtrumq; admittimus. Ad 3. patebit ex dicẽdis in proprijs locis; nã quantitas discreta nõ est vera species; scientia est vna qualitatis species, vt dicit vnũ per se habitum, non vt dicit illã aggregationem, vt explicabimus disp.12.& quãuis dicat respectum realiter identificatũ ad obiectũ, non ob id est ens per accidens, quia non ponimus illum de essentia scientiæ; vestis ponitur in prædicam. habitus tanquã materiale, & fundamentum habitionis passiuæ, quæ est formalitas habitus;& concreta accidentium ponuntur in prædicam. non vt significãt ex æquo subiectum,& formam, vt in seq.ar. dicemus. Tandẽ oratio nõ est vera quantitatis species, vt suo loco videbimus.

Secundò, contra 4.& 5. conditionem; Tum quia accidentia in abstracto sua prædicamenta constituunt, & tamen abstracta significant per modum partis. Tũ 2.par-

2. partes physicæ essentiales habent sua genera, species, & differentias, vnde multis in locis substantiæ vocantur ab Arist. possunt cócipi, vt abstractæ, & cócretæ in suis inferioribus, & habent oẽs passiones substantiæ, ergo per se sunt in pdicamento. Tum 3. genus, & differentia, quomodocunq; sumantur sẽper sunt entia incópleta, ergo si genus est per se in pdicaméto, oẽs aliæ partes debent reponi. Tũ 4. ex 1. Top. c. 7. oĩa pdicata dialectica in prædicamentis reperiuntur, sed dialectica disputat de entibus cõpletis, & incõpletis, ergo &c. Tum 5. totũ non est sine partib. ergo si totũ est per se in prædicamento, partes non possunt excludi. Tandẽ cõtra quintã, Christus est prædicaméto substãtiæ, & tñ habet essentiam infinitè perfectã, & si daretur linea infinita adhuc esset in prædicaméto quantitatis ex d. 8. q. 3. ergo finitas nõ est necessaria conditio.

Resp. ad 1. patebit ex seq. ar. Ad 2. disp. seq. q. 1. ar. 1. dicemus posse quoq. ordinari aliquã seriẽ prędicamentalẽ ex istis entibus incópletis ad instar prædicamentorũ entiũ completorũ, quæ modò sunt in vsu, non tñ sequitur debere in his directè reponi. Ad 3. quãuis sint entia incópleta secundũ rem, sunt tñ cõpleta secundum modum in ratione habentis, q̃ sufficit, vt possint de inferioribus prædicari, & cum genus etiam sit potens suscipere prędicationem superiorum graduum essentialẽ, erit directè in genere. Dices, genus supremum solum de inferioribus per modum totius prædicatur, non autẽ suscipit prædicationem gradus superioris, cum non adsit, ergo differentia, quia essentialiter de inferioribus prædicatur, quamuis non recipiat prædicationes superiorum debet esse directè in genere. Resp. neg. paritatem, quia genus supremum saltim potest recipere prædicationem essentialem entis transcendentis, quod non habet differentia, quia non est formaliter ens; tum quia non prędicatur per modum per se stantis; & si velis cum Hurt. adq; esse per se, & directè in genere sufficere posse de altero essentialiter pdicari, & cósequenter differentiã, quãuis à latere dici tñ per se in genere, est quęstio de nomine. Ad 4. verũ est assumptũ, siuè directè, siuè indirectè, vel reductiuè. Ad 5. solũ probat partes pertinere ad idẽ prædicamentũ indirectè, vel reductiuè, quatenus sunt rõne totius in prædicamento. Ad 6. Christũ esse in prædicamento rõne naturæ humanæ, non diuinæ, vt disp. seq. q. 1. dicemus; deinde negatur paritas de linea infinita, & de infinito in essentia, quia linea esset dũtaxat infinita secundũ quid simpliciter tamen esset limitata, & finitæ naturæ.

Tandem contra 6. arg. Tum quia prędicamentũ est coordinatio plurium prædicabiliũ secundũ sub, & supra, indiuiduũ nõ est huiusmodi. Tũ 2. Porph. claudit pdicamenta genere summo, & specie infima, & ad indiuidua descendere prohibet, quia sũt infinita iuxtà præceptũ Platonis. Tũ 3. indiuidua ad scientiã per se nõ spectant, ergo ad prædicamenta per se non spectabunt, quæ sunt pars præcipua logicæ, & ad scientiam ordinantur. Tũ 4. indiuiduũ non est vniuocum, qa non est de pluribus sm̃ idẽ nomẽ, & rõnẽ, ergo nõ est p se in prædicaméto, quia hæc est vna principalis cõditio. Tandẽ indiuidua sunt entia per accidens, quia cõstant ex rebus diuersi ordinis, vt patet ex secũda definitione Porph. *Indiuiduũ ẽ cuius collectio ꝓprietatũ, q̃ in vno est, in alio nõ potest reperiri.*

Resp. ad 1. prædicamentum est coordinatio non solum prædicabilium, sed etiam subiicibilium, de quorum numero est indiuiduum. Ad 2. imò debere claudi genere summo, & indiuiduo, sicut enim apex ponitur prædicatum, de quo nil aliud dicitur in recta linea, ita basis debet poni subiectum, cui nil aliud subiicitur, vt Scot. docet in 2. cit. Porph. ita fecit, quia enumerare solum curauit prædicata essentialia; & Plato indiuidua in prædicam. recẽsere vetabat, quatenus infinita sunt, non quatenus indiuidua, quo etiam sensu non

est necesse species in prędicamento recēsere singulas numerando; vel Porphir. tñ voluit diuisionē, quæ fit per differentias, non progredi vltra speciē. Ad 3. sicut pertinent ad prædicamētum, vt subiecta participātia oēs gradus superiores, ita ad scientiã prædicamentalē spectant velut id, ex quo, vt ex fundamēto ædificium prædicamēti cōstruitur; nec est necessè, quęcunq; in prædicamento ponuntur, immediatè ad ip̄sum etiā pertinere. Ad 4. illã solū esse conditionē eorum, quæ ponuntur in prædicamento, vt gradus prædicabiles, & communes, non indiuidui, quod solum ponitur, vt subijcibile. Ad 5. ratio indiuidui nō consistit in illis proprietatibus extrinsecis, sed solum includit naturã, & differētia indiuidualē; definitio Porph. est quędam notificatio indiuidui à posteriori.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Constructio prædicamenti in terminis abstractis, vel concretis determinatur.

Diximus in prædicamento substantiæ naturas disponi debere in cōcreto; in prędicamentis verò accidentium in rigore reponi debere in abstracto non vltimata abstractione, sed media, quãuis etiã in concreto possent collocari. Et quidem de substātiali prædicamēto docet ipsemet vsus, videmus .n. in eo genera, & species disponi nominibus concretis substantia, corpus, viuens, animal, homo; & ratio est, quia res nō disponuntur in prędicam. nisi quatenus gradus superior pōt essentialiter dici de inferiori, & inferior talē prędicationē suscipere, at in abstracto fieri nequeunt tales prædicationes, non .n. dicimus humanitas est animalitas. q̄a naturę sic significatæ habēt rōnem partis, & entis incōpleti, at in concreto habent rationem entis completi, & totalis, vt diximus disp. præced. q. 1. ar. 4. & ex professo agemus disp. 10. q. 3. nã cum natura substantialis nata sit esse in supposito, in quo suū habet complementum, .s. subsistentiam, statim, ac à supposito abstrahitur, habet rationem partis, & formæ metaphysicæ.

Secundò, ꝗ accidentia debeant in media abstractione reponi, manifestè fiet ex dicendis disp. 10. cit. nam abstracta media abstractione sunt termini illi, qui à subiecto abstrahunt, ꝗ in cōcreto cōcernunt, sed non ab inferioribus, vt albedo abstrahi à ligno, per album cōnotato, sed nō ab hac, vel illa albedine, vltima verò abstractione abstractū est, ꝗ etiã ab indiuiduis præscindit, vt albedineitas, debent igitur accidentiū prædicamēta in terminis media abstractione abstractis disponi, vt docet Sco. q. 15. vniu. post resp. ad 2. princ. & q. 11. prædic. post resp. ad 3. & prob. auth. Arist. qui multa prædicamenta accidentium ita disposuit, species .n. quantitatis, & qualitatis sub nomine abstracto refert, lineam, superficiem, scientiam, ęgritudinem, &c. Tum quia prædicamentum est coordinatio pluriū in tali statu, quod superiora possint prædicari per modum generis, vel speciei, sed termini accidentales media abstractione abstracti adhuc permanent in tali statu, significantin. formas accidentales per modum per se existentis, & completæ naturæ, quod nō cōuenit terminis vltimatè abstractis, nã vt sic significant formas vt incompletas, & per modum partis, cum ab omni habitudine in rōne habentis prȩscindant. Imò quia coordinatio prædicamenti est ordo quidã essēntialis inter p̄dicata superiora, & inferiora p̄ se accidēs, & habet ordo ad extraneum, potius prædicamenta accidentium disponi debēt in terminis abstractis, quibus præscinditur à quolibet ordine ad extraneū subiectū, & ordo essentialis inter superiora, & inferiora denotatur, quæ in cōcretis, quæ ordinē dicūt ad subiectū.

Tertiò tandem non excludimus omnino concreta ab istis prædicamentis, nam Scotus cit. quamuis simpliciter loquendo dicat abstracta accidentium ordinari in prædicamentis, addit tamen etiam concreta posse per se ordinari sicut superius,

& in-

& inferius,non quidē concretum sub abstracto,vt album sub qualitate,sed cōcretū inferius sub cōcreto superiori, vt albū sub quali,vult itaq; p̄dicamentū accidentiū;vel totum in abstracto,vel totū in cōcreto posse rectè cōstitui:hinc Arist. c.vlt. de antep.oīa accidentium prædicamenta in cōcreto recensuit,& in prædic. qualit. ēt de ipsa egit sub nomine cōcreto. Tum quia si quid obstaret,aut esset,q̄a cōcretū est ens per accidēs,vt vniuersaliter Arist. dixit de quocunque concreto accidentali 7. Met.2. aut quia non pōt per se subijci, & prædicari;sed primū nō obstat, quia licèt sumēdo cōcretum accidētale pro aggregato ex æquo, ex subiecto, & forma, quomodo de illo loquebatur Arist.cit.nō possit definiri,nec poni in prædic. vt notat Sco.q.15. vniu. ad 2. tñ formaliter, vt dicit formā,& pro cōnotato subiectū, nō est ens per accidens, vt sæpè dictum est. Neq. per se vnitas accidentis excluditur per actualē dependentiā ad subiectū,quia subiectum nō pertinet ad intellectū eius vt pars, sed vt terminus talis dependētię, vt Sco.docet 4.d.1.q.2.A & q.8. vniuers. in fine: cum ergo termini sint in prædicam.ratione suorum significatorum formalium, non materialium, vt notat Tat. q.proœm.ad prædicam.dub.2. album erit formaliter in prædicamento qualitatis. Neq; etiā impedimentum oriri pōt ex 2. c.quia etiā in cōcretis accidentalibus dātur prædicationes per se superioris de inferiori,vt albū est coloratū, albū est quale,vt Scot.docet q.1.vniu.vbi etiā notat à talibus cōcretis ab abstracta tenere conseq.vt albū est quale,ergo albedo est qualitas; vnde 1. Top. c.vlt. ait Arist. album contineri sub colorato, tanquam speciē sub genere.

Contra arg. primò, quòd non possint in abstracto disponi; Tum quia vt sic se habent per modum partis, vt sunt abstracta substantialia, pars verò non potest de toto prædicari. Tum 2.accidentia debent poni in prędicam. eo modo, quo de substantia prędicantur, quia prędicamēta accidentium distinguuntur per ordinē ad substantiā,vt diximus, sed prædicātur de substantia in cōcreto;nō in abstracto,ergo &c. Tum 3.formæ quorundam p̄dicamentorum.f.Vbi,Situs,Quando, & habere,si abstractè sumātur, includuntur in alijs prædicamētis,nēpe locus,& tēpus in præd.quantitatis,vestis in præd.substātiæ,ergo hæc saltim necesse est cōstituere in cōcreto. Tum 4.modus inhærētię,quo forma accidētalis inest subiecto, pertinet ad idē prędic.sui accidentis,at hic modus significatur per nomen concretū,q̄ concernit subiectū non per abstractum, q̄ à subiecto præscindit. Tum 5.sicut se habet subsistentia ad naturas substantiales, ita inhærentia ad accidentales, sed substantiales quamuis sint magis entia, & perfectiora, nihilominus, vt abstrahunt à subsistentia,sunt entia incōpleta, multo magis accidentales, vt abstrahunt ab inhærentia; mai. patet, quia sicut natura substantialis cōpletur vltimatè per subsistentiā, ita accidentalis per inhærētiā. Tandē, connaturalius est accidenti esse in subiecto, quā ab illo præscindere, ergo saltim rectius prædicamenta accidētium disponentur per cōcreta,quæ non solū ordinē ad inferiora, sed ēt ad subiecta significāt, quā p abstracta, quæ à subiecto p̄scindūt.

Resp. ad 1. accidens vltimatè abstractum esse quid incompletum, non media abstractione abstractum, quòd licèt in re sit pars concreti ad subiectum, habet tamen modum significandi totius, quia est cōcretum ad singulare, nec prescindit ab ordine in ratione habentis, vt sæpe dictū est, non sic abstracta substantialia, quæ licet dicant ordinem ad propria indiuidua,vnde hæc est vera,hęc humanitas est humanitas, hæc animalitas est animalitas,non tamen ista humanitas est animalitas, nam animalitas totaliter præscindit à speciebus.Ad 2.negatur ma. quia licèt diuisio prędicamentorum accidentium facta sit iuxta diuersum ordinem

nem, qué dicunt ad substantiã, coordinatio tñ eorum in suis predicamentis non est facta, quatenus prædicantur de substãtia in quale accidẽtale, sed quatenus prędicantur in quid de suis inferioribus: tum quia licèt accidentia in abstracto nõ afficiant actualiter substãtiã, afficiunt tñ aptitudinaliter, imò etiã in aliquo sensu actualiter, dicimus.n.ꝙ corpus habet quãtitatẽ, habet albedinẽ, similiter quantitas extendit subiectũ, qualitas afficit, &c. Ad 3. neg assumpt. quia illa etiam quatuor prædicamenta in abstracto sumpta sunt diuersa à prædicamẽto quãtitatis, & substantiæ, cũ præseferant varios respectus extrinsecus aduenientes, vt infra in suis locis videbitur. Ad 4. neg. ma. vniuersaliter, quia inhærentia, quãdo est realiter ab accidente distincta, est in prædic. habitus, vt ibi dicemus, & solũ denominatiuè vagatur per illa prędicam. vt docet Scot. 4. d. 12. q. 1. neg. ẽt mi. quia vtroq; modo significatur, vocatur.n. prædicamentũ habitus, & habere. Ad 5. negatur paritas, qa essentialior est habitudo naturæ substantialis ad propriũ suppositũ, ꝙ est eiusdem prædicamẽti, quã accidentis ad subiectũ, ꝙ est ipsi extraneũ; quare statim ac natura substantialis à supposito pręscindit, cẽsetur incõpletum ens, saltim in modo significandi, non sic accidens, quia adhuc retinet habitudinẽ ad inferiora; neque in hoc attendi debet maior, vel minor perfectio in entitate, nã adhuc humanitas, vt quid incõpletũ est perfectior accidẽte in concreto, ꝙ habet modũ cõpleti entis, respicitur.n. ad modum significandi, non ad rem significatã. Ad 6. patet ex dictis, de ratione.n. prædicamenti est prædicatio, & subiectio essentialis, & quidditatiua, non accidentalis, & qualitatiua; aliter prædicamentum accidentis nõ deberet cõstitui ex generibus, & speciebus accidentis inter se ordinatis secũdũ sub, & supra, sed ex accidente, & subiecto, inter quæ cadit prædicatio accidentalis.

Secundò arg. contra dispositionem in terminis concretis. Tum quia Scot. ipse q. 15. vniu. ait, cõcreta accidẽtalia nõ esse in genere, nisi reductiuè simpliciter loquendo. Tum 2. Arist. 3. Top. c. 1. ait, iustitiã, non iustũ esse in prædic. Tum 3. concreta non possunt esse genera, & species, qa ea solũ possunt genera, vel species denominari quæ significãt naturã per se stãtẽ, & non alteri adiacentẽ, aliter pręducetur in quale, nõ in quid, accidẽtia verò in cõcreto significãt naturã non p se stãtẽ, hinc Arist. 2. Top. c. 2. ait coloratũ non dici de albo tãq̃ genus, sed denominatiuè.

Resp. ad 1. & 2. vel loqui Scotum, & Arist. de cõcreto pro aggregato; vel quia non est in p̃dicamento, nisi rõne formæ significatæ, & quia coordinatio cõcretorũ pẽdet à coordinatione formarũ, sicut vniuersaliter verũ est denominatiua pẽdere à formis denominantibus. Ad 3. dicimus probare solũ in rigore debere ista p̃dicamẽta in abstracto constitui, nã cõcretũ, licèt vt respicit subiectũ; habeat rõnẽ qualis, attamẽ vt respicit inferiora rõne formæ, quam formaliter importat, habet rationẽ quid, nec vt adiacens prædicatur de inferioribus, sed vt essentialiter inclusum; Arist. autẽ sumpsit albũ, non pro formali, sed ꝑ materiali, & subiecto quomodo coloratũ denominatiuè dicitur de illo

QVÆSTIO QVARTA.

De diuisionibus, & regulis antepradicam.

POst definitiones vniuocorũ, ęquiuocorum, & denominatiuorum, quas disp. 2. explicauimus, subdit Aristot. in antep. duas diuisiones, & duas regulas, de quibus erit sermo in hac quæst.

Prima diuisio est eorum, quæ dicuntur, nam alia dicuntur, cum complexione, vt homo albus, alia sine complexione, vt homo, equus; & valet hæc regula ad dignoscendam conditionem eorum, quæ in prædicamento reponi debẽt, quæ est incomplexio, vt diximus q. præced. art.

art. 1. ac proindè Arist. incomplexa postea diuidit in decē prædicamenta. Ex quo deducitur, hanc diuisionē principaliter esse rerum, seu conceptuum obiectiuorum, & minus principaliter vocum, quatenus per eas significantur res, & conceptus, nam scientia prædicamentorū, non est de vocibus; quapropter ly *dicuntur* in præfata diuisione idem sonat, ꝙ concipiuntur, vt etiā dicebamus in definitionibus vniuocorū, & æquiuocorū; atq; ità sensus diuisionis erit; Rerum aliæ significantur conceptibus complexis, aliæ incomplexis; & licèt complexio, & incomplexio sint passiones vocū, conueniunt tamen priùs cōceptibus, & cōplexio, aut incōplexio vocum, attenditur propriè ex complexione, aut incōplexione cōceptuū, itaut illa vox incōplexa censeri debeat, cui vnus tantū correspondet cōceptus, cōplexa verò, cui plures, vt determinauimus i p. 1. inst. tr. 1. c. 3.

Secunda diuisio est eorum, quę sunt, ꝙ alia de subiecto dicuntur, & in subiecto non sunt, vt substātiæ vniuersales, homo, animal, alia in subiecto sunt, sed de subiecto nullo dicuntur, vt accidentia particularia, hæc albedo; alia dicuntur de subiecto, & sunt in subiecto, vt accidentia vniuersalia, color, albedo, alia deniq; nec sunt in subiecto, nec dicuntur de subiecto, vt singularia substātiæ, Petrus, Sortes; in qua diuisione solum est aduertendū esse in subiecto, & dici de subiecto diuersimodè sumi ad Arist. nam esse in subiecto accipit pro vera, & reali inhęsione in eo, quomodo accidentibus conuenit, nā licèt forma substantialis sit in materia vt in subiecto, nō tñ inhæret, vt docet Sc. quol. 9. A. sed per verā informationē, nā inhærere dicit informationem non per se, hoc est, quod inhærens cum nō sit actus simpliciter, sed secundū quid, non facit vnū per se cū subiecto, sed per accidens; at forma substantialis est actus simpliciter, & cum materia facit vnum per se, & ideo non dicitur esse in subiecto per inhærentiam. Dici verò de subiecto sumitur, vt significat prędicari de aliquo vt de inferiori quidditatiuè. Valet hęc diuisio nedū ad dignoscendum discrimen eorū, quæ in prædicamēto substantiæ reperiuntur, ab his, quæ ponuntur in prędicamento accidentis, sed etiam ad cognoscendam constitutionem prædicamenti tam substantiæ, quā accidentiū, qa illud constituitur ex substantijs vniuersalibus, & particularibus, & similiter ista ex accidētibus vniuersalib., & particularib., nec aliud dicēdū occurrit de hisdiuisionib.

Prima regula antepraedicamentalis est; Quando alterū de altero predicatur, vt de subiecto, hoc est, vt de quidditatiuè inferiori, quæcūq; de predicato dicuntur, etiā de subiecto dici necesse est, nam si homo essentialiter includitur in Petro, etiā essētia hominis in eo includetur, ergo si homo essentialiter est animal, etiam Petrus essentialiter erit animal. Valet ista regula ad cognoscendū ordinē eorum, quæ ponuntur in prædicamento, nā quæ in recta linea ponuntur, debent esse essentialiter subordinata, itaut superiora in inferioribus includantur, & de illis quidditatiuè dicantur. Ex his deducitur regulam valere, & tradi solū de prædicatis essentialibus, vt p. p. inst. tr. 1. c. 8. diximus, quia talia sunt superiora respectu inferiorū in linea prædicamētali; & his quidē, quæ prædicato cōpetūt, vt supponit absolutè, non autē vt supponit simpliciter, vel quæ differētiā ponāt inter predicatū ipsū, & subiectū, etsi prædicationes in secūdis intentionibus fiūt p actū signatū, nō vtiq; exerceri debebunt, nisi in primis, vt sæpius diximus: quæ omnia colligūtur ex Sc. q. 9. prædicā, & quibus obseruatis soluuntur oīa argumēta, quæ cōtra hanc regulā fieri solent.

Secunda regula; Diuersorum generū, & non subalternatim positorum, diuersæ sunt species, & differentiæ, vel vt alij legunt, diuersæ sunt specie differentiæ; vt animalis, & scientiæ, subalternorum verò nil prohibet easdem esse differentias, nam superiora de inferioribus dicuntur. Valet hæc regula ad cognoscendum ordinem

dinem eorum, quæ ponuntur in distinctis prædicamẽtis, diuersa .n. pdicamneta, diuersas habẽt species, & differentias. Circa hãc regulã primò dubitari solet qd intelligitur per genera subalternatim, & non subalternatim posita; genera .n. alia sunt, quæ in nullo superiori genere cõueniũt, vt sunt illa diuersorũ pdicamentorũ, alia, quæ sunt sub aliquo genere, inter se verò se habẽt, vt disparata, vt animal, & planta, quæ dicũtur subalterna, quatenus in vno tertiò conueniunt, .s. in corpore, & in viuente, quædam tandem dicuntur subalterna proprijssimè, quia vnum sub altero continetur, vt animal, & viuens.

Soto, & Cõplut. hìc explicant genera subalterna esse, quorũ vnum sub alio cõtinetur, nõ subalterna, quorũ vnum non cõtinet aliud, siuè sub tertio cõmuni cõtineãtur, siuè in diuersis sint p̃dicamentis; fauet Scot. q. 10. præd. fundamentũ sumitur ex ipso contextu, nã explicans Arist. quæ sint genera subalterna, adducit excẽpla de superioribus respectu inferiorum. Tum quia hoc clarè habetur in versione Argyrop. quæ est oĩbus castigatior, *Quãdo genera diuersa sunt, neq; vnũ ab altero cõtinetur, eorũ ẽt differẽtiæ specie differũt; eorũ autem generum, quorum vnum sub altero continetur, nihil prohibet easdẽ differẽtias esse.* Idẽ habet 1. Top. c. 13. ibi à positione generum, vbi explicans Arist. gña subalterna, & nõ subalterna in hoc sensu, tradit hanc eandẽ regulã, & doctrinam.

Communis opinio, quam tradidit Tatar. in summ. in exposit. huius regulæ, per genera subalterna intelligit ea, quorum vnum sub altero cõtinetur, vel ambo sub tertiò, non subalterna verò, quæ in nullo conueniunt; Fundatur in hoc, quòd exẽplificans Arist. de generibus non subalternis mentionem fecit de his, quę prædicamento differunt, vt animal, & scientia; tum quia 6. Top. c. 2. loc. 41. quæ sub tertio continentur, subalterna vocat, de quibus docet, non implicare habere differentiam communem, ergo cum his ait gña subalterna habere easdẽ speciẽ differẽtias, ẽt de cõtentis sub tertio intellexit.

Attamen quia regula ista de generibus sub tertio comuni contentis intellecta in vno sensu est vera, in altero falsa, vt videbimus, vtraq; expositionẽ possumus admittere, & ꝙ per subalterna genera intelligantur, quæ sub tertio cõtinentur quò ad illas differentias, quas possunt habere cões, & ꝙ per nõ subalterna accipiat, quorum vnũ non est sub altero, siuè sint sub tertio, siuè nõ, explicãdo regulã in generibus sub tertio cõtentis quò ad illas differentias, quas nequeũt in cõi possidere; eo vel maximè, ꝙ in textu vtraq; expositio fundamentũ habet, vt vidimus; quapropter explorare debemus quã veritatẽ habeat hæc regula, præcipuè in generib. sub vno tertio contẽtis, de quibus est maior difficultas; nõ quidẽ de cõstitutiuis illius generis cõis, hæ namq; oĩbus inferioribus cõueniunt, vt differẽtiæ cõstitutiuę viuẽtis conueniunt animali, & plãtæ, sed de diuisiuis, an .s. differentiæ diuisiuæ generis communis cõuenire possint indifferenter generibus contentis sub illo cõi.

Prima opinio est affirmatiua, sed Authores istius opinionis diuisi sunt; aliqui .n indifferenter de qualibet differentia loquuntur, eo quia putant nullas esse differentias proprias vnius speciei constitutiuas, & vnius generis diuisiuas, sed quãlibet communiorem esse specie, & solum adæquari cũ illa, quatenus est alteri coniuncta differentiæ, ex qua combinatione resultat adæquatum constitutiuũ speciei; ac proinde admittunt eandem differẽtiam pluribus generibus posse aduenire, illaque diuidere; ita Auersa qu. 13. log. sect. 1. Blanc. disp. 3. vniu. cap. de diff. sect. 8. qui alios citat. Aliqui distinguunt, quòd genera alia sunt adæquata, & ista non possunt habere communes species, alia inadæquata, de quibus concedunt in vna specie reperiri posse in qua descẽdãt per differentias inadæquatas; vndè licèt hęc opinio non videatur concedere ge-

nera disparata habere cões differentias, admittit tñ continere sub se cõem speciẽ, quã inadæquatè constituunt, de quibus non erit verum dicere, ꝙ generũ adinuicẽ non sub ordinatorũ diuersæ sint species; ita Arriag. disp. 8. log. sect. 1. sub sect. 2. Alij distinguunt de differentijs, & generibus, nã quædã differentiæ sunt vniuersales, quæ totam lineã prædicamentalẽ diuidunt, vt corporeũ, & incorporeum in prædicam. substãtiæ, & genera ab illis constituta dicuntur vniuersalia, quia totaliter lineã prædicamentalẽ amplectuntur, vt corpus, & spiritus, & de istis verũ est, ꝙ non habent differrtias diuisiuas superioris generis cõmunes, quia tales sunt illæ vniuersales formaliter oppositę, quę nequeunt in eodẽ reperiri: aliæ sunt differentiæ particulares, particulare genus diuidentes, & de istis verũ est posse pluribus generibus inferioribus cõuenire, respectu quorũ non se habebunt, vt differẽtiæ adæquatè constitutiuæ, has .n. asserũt non posse esse cõmunes, sed inadæquatè, & non vltimatè, ita Ruu. hìc, & Amic. asserunt exẽplum de quantitate, quæ primo diuiditur in permanẽtẽ, & successiuam, quæ genera habent cõmunes differẽtias, .s. continui, & discreti, quæ sunt etiã diuisiuæ quãtitatis in cõmuni, nã datur quãtitas permanens cõtinua, vel discreta, & quãtitas successiua cõtinua, vel discreta.

Secunda opinio asserit, quodlibet genus habere proprias differentias diuisiuas, itaut vna differentia sit vnius tãtum generis diuisiua, & vnius speciei constitutiua, ita Doctor q. 10. prædicam. q. 27. vniu. & 2. Post. q. 58. & alijs in locis infra cit. estq; apud Antiquos communis, quã ex Recentioribus sequuntur Moris. disp. 3. log. q. 6. Complut. hìc, Pasq. tom. 1. Met. disp. 61. 67. & 68. pro cuius resolut.

Dicimus primò, genera diuersa prædicamentorum nullã habere cõem differentiã constitutiuã, aut diuisiuã, neq; cõmunes species; ita Scot. cit. & 2. d. 3. q. 4. D. Probatur, quia prædicamẽta sunt impermixta, itaut vnũ essentialiter non participat naturã alterius, ergo quæ sub ipsis continẽtur, nullã habebunt differentiã cõmem, nec constitutiuã, nec diuisiuã; supponimus .n. nunc decẽ genera nõ habere supra se aliud genus, nam si velimus loqui in sententia admittente vnum, vel pauciora, quã decem prædicamenta, sic de illis idem iudicium faciendum est, ac de generibus sub communi tertio cõstitutis, de quibus in seq. concl. ex quo patet alia pars de speciebus, nã species nonnisi ex genere, & differentia coalescunt, ergo ex diuersis generibus, & differentijs, diuersæ quoque species constituuntur.

Dicimus 2. genera inter se subordinata communes habent omnes differentias superiorum generum cõstitutiuas, quod etiã est verum de generibus sub cõi tertio cõtentis; est cõis cum Arist. hic, & patet, nam animal includit oẽs differentias, .s. corporeã, quæ est cõstitutiua corporis, animatũ, quæ est cõstitutiua viuentis, & sensibile, quæ est propria ipsius animalis: similiter animal, & plãta habẽt differẽtias cõstitutiuas corporis, & viuẽtis; & sequitur ex prima regula, *Quando alterum de altero prædicatur*, &c. hinc cum dicimus horum generum easdem esse differẽtias constitutiuas nil aliud significatur, quã rationem generis superioris inueniri in inferioribus, non verò differentiam constitutiuã generis superioris esse vltimatè constitutiuam generis inferioris, hoc .n. est impossibile. Sequitur etiam genera inter se subalterna participare aliquas diuisiuas superiorum, nam animal ex diuisiuis substantiæ habet corpoream, ex diuisiuis corporis habet animatum, ex diuisiuis viuentis habet sensibile; quod etiam est asserendum de alijs sub tertio contentis, quæ habent communes differentias diuisiuas, quę genera cõstituunt in illis inclusa, pręterquam diuisiuas immediati generis superioris, v. g. animal, & planta habent communes differentias diuisiuas substãtię, & corporis, puta corpo-

porcã, & animatũ, nõ tñ habent cõmunes differentias diuisiuas viuentis, vt est, sensibile, & vegetabile, vt mox dicemus.

Dicimus 3. nulla differentia diuisiua vnius generis potest esse diuisiua alterius generis, sed quælibet determinatũ sibi genus vendicat, ita Sco. cit. quã probat q. 10. præd. si eadẽ differentia, siuè vltima, siuè nõ vltima adueniret pluribus generibus, sequeretur idẽ specie, vel genere inferiori esse in diuersis generibus nõ subalternis, quod implicat, quia idẽ specie, vel genere inferiori habet vnã essentiã, genera autẽ nõ subalterna, sed disparata, etiã eiusdẽ prædicamenti, non faciunt vnam essentiã, vt patet de animali, & planta; sequela probatur, quorũ est vna differentia, vna est entitas specifica, nã vnitas specifica nonnisi à differentia potest prouenire, in casu vna esset differẽtia. Dices adesse diuersitatem generum, ideò constituta non esse eiusdẽ speciei. Contrà, genera sunt rationes cõueniendi in speciebus, differentiæ sunt rationes disconueniendi, hinc genus dicitur à differentia contrahi, esse magis vniuersale, differentia minus vniuersalis, vnde per differentiam magis accedit ad esse indiuiduale, eo quia eius communitas per differentiã restringitur; qua ratione dicitur genus in quid prędicari, differentia in quale, & per modum adiacentis, ergo ab illis generibus non poterit prouenire differentia specifica; imò si hoc asseratur, potius illa differentia se haberet vt genus, quia omnia generis attributa illi competerent, genera verò se haberent vt differentiæ.

Respondet Auersa cit. & sect. 3. nullum esse inconueniens idẽ habere modò rõnẽ generis, modò rationem differentiæ, modò concipi vt communius, modò vt minus commune. quia genus, & differentia non sunt quædam entitates ex natura rei distinctæ, sed tantũ virtualiter, vnde ad libitũ poterit intellectus noster formare diuersos cõceptus secundũ diuersas assimilationes, vel discõueniẽtias, quas habet eadem specifica natura respectu diuersorũ.

Contra istã responsionẽ sũt argumenta probãtia distinctionẽ formalẽ actualẽ inter gradus metaphysicos. Tũ quia admissa fundamentali distinctione, adhuc est falsa, nã distinctio rationis ratiocinatę p hoc differt à distinctione rationis ratiocinãtis, quod illa nõ ad libitum nostri intellectus potest tribui rebus, & inter aliqua cõcipi, sed necessitatur intellectus ad tales, vel tales conceptus formandos ex fundamento reperto in re, non sic euenit in distinctione rationis ratiocinantis; cũ ergo per Aduersarios gradus metaphysici distinguantur ratione cũ fundamento in re, necessariò concipi debent determinato modo, & non ad libitũ intellectus nostri. Tum quia ex 7. Met. 42. & 43. definitio dicitur per se vna, quia vna pars eius est per se actus, altera per se potentia, sed si ex nostro capite vna pars dicitur actualis, altera potentialis, & nõ quia sic exigitur à parte rei, nulla esset per se actus, vel per se potẽtia, sed quælibet esset p accidẽs actus, vel per accidẽs potentia, quia non ex se ipsis, sed quoniã sic à nobis cõcipiũtur. Tũ quia vt arguit Doctor quol. 1. P. qualis ordo per se realis esset inter aliqua, si essẽt realiter distincta, talis per se ordo est inter illa, correspõdens illi distinctioni, quã habent, puta rationis, si distinguantur ratione, sed si genus, & differẽtia essẽt à parte rei distincta, necessariò prior esset ratio generis, & vniuersalior, ratio verò differentiæ posterior, & minus vniuersalis, & hoc ex propriis rõnibus formalibus ipsorũ, ergo & si rõne ponãtur distincta, sẽp rõ generis debet concipi, vt prior, & cõmunior, nõ autẽ ad libitũ nostrũ; ma. patet, nã ideò conceptus diuinæ essentiæ cõcipitur vt prior, quã sapientia diuina (quę per Aduersarios ratione distinguũtur) quia vbi ista realiter distinguũtur, vt in creatis, essẽtia ẽ prior, q̃ sapiẽtia, & quælibet alia attributalis rõ.

Aliter respond. assumptum valere de differentiis constitutiuis vltimatè specierum, non de diuisiuis communibus. Contrà quælibet differentia habet, vt sit diuisiua

uisiua generis, & constitutiua speciei, si est vltima, speciei infimæ, si non vltima, speciei subalternæ, vt seq. concl. dicemus, ergo quælibet necessariò erit minus communis, quã genus, & non poterit nisi vni subalterno generi conuenire, non .n. datur differentia aliqua, quæ sit diuisiua generis, quin etiã aliquã speciem constituat: hoc .n. est diuidere genus. s. facere, vt id, quod erat pluribus cõmune essentialiter, conueniat cum illo addito vni tantum.)

Resp. Ruu. differentiam diuisiuam cum genere constituere propriam speciẽ adæquatè, cum hoc tamen stat, quod inadæquatè constituat illa genera inferiora, quibus conuenit, vt successio aduenicns quantitati adęquatè constituit speciẽ quãtitatis successiuæ, & quia est communis continuæ, & discretæ, ideo constituit illas inadæquatè, adæquatè tamen constituuntur à differentijs proprijs vltimis.

Contrà, vel illa species intermedia adęquatè constituta per differentiã diuisiuã, qualis assignatur quantitas successiua, verè se habet vt quid cõmune potentiale ad quantitatẽ continuã, & discretã, per continuitatẽ, & discretionẽ diuisibile, & contrahibile ad illas species, vt ad inferiora; & in hoc sensu non disputamus, quia esset dicere genera inferiora habere supra se genus, à quo inadæquatè constituuntur, q; est verũ; vel nõ se habet vt genus superius, sed potius vt differentia constituens inadæquatè ex se motũ, qui ẽ species quãtitatis continuæ successiuę, itant simul cũ continuitate diuidat quantitatẽ in cõmuni, & cõstituat simul cum illa motũ, & in hoc sensu coincidit cum illa opinione ponente differẽtiã vltimã non esse vnã simplicẽ differentiã, sed ex pluribus cõbinatã, quã opinionem ipse Ruu. confutat, & nos conclu. s. seq. nã continuitas hoc modo nõ posset esse adæquatè cõstitutiua motus, si ex æquo concurrit successio ad contractionem quantitatis in communi, & constitutionem motus, itaut vna sine altera nõ sufficiat. Tandẽ principaliter conf. q. a sicut in physicis in sententia ipsorum admittentiũ plures materias diuersæ rationis in cęlestibus, & sublunaribus, non potest materia cęlestis informari forma sublunari, nec sublunaris materia forma aliqua cęlesti propter ordinẽ intrinsecũ, quẽ adinuicẽ dicunt, ita quia genus se habet vt materia metaphysica, & differentia vt forma metaphysica, & vnũ genus est alterius rationis ab altero nõ poterit diuidi, & actuari per differentiam alterius generis, sed quodlibet petit propriam differentiam, & hæc proprium genus.

Dicimus 4. quãlibet speciẽ tã infimã, q̃ subalternã nõ cõstitui in proprio esse per pluriũ differentiarũ cõbinationẽ, & vnionẽ, quarũ singulæ alijs speciebus sint cõmunes, sed simul sũptæ non nisi in specie, quã cõstituunt, inueniantur; sed constitui determinata differentia simplici, quæ ita sit propria illius speciei, vt non sit alterius, sed cũ ipsa adæquetur, & cõuertatur: cõstitui quoq; determinato, & certo genere proximo, q; vnũ erit, nõ plura; est Scoti cit. & in 4. d. 11. q. 3. C. vbi docet rerũ differentias simplices esse, & in 1. d. 11. q. 2. C. vult hominẽ per rationalitatẽ nõ solũ ab his distingui quæ sub eodẽ genere proximo continentur, sed etiã à lapide, licèt nõ adæquatè, & clarè d. 8. q. 3. in fine. Prima pars de differẽtia pb. ex 7. Met. 43. vbi docens artẽ construendę definitionis ait, tãdẽ diuidendo genera deueniri ad vltimas differẽtias, & indiuisibiles. Tũ quia quælibet illarũ differentiarũ, ex quibus cõbinatio illa coalescit, nõ est determinata ad hanc speciẽ, cum quælibet ponatur excedens, ergo neq; coniunctæ poterunt dici ad hãc speciẽ determinatæ, Prob. conseq. per istam combinationem differentię illę non amittunt proprias entitates, quarum quælibet ponitur indeterminata, nec per istã combinationẽ aliquid de nouo aducnit, nisi vnio, quæ est respectus quidã non habens vim determinandi, sicut si plura genera disparata simul vnirentur; ex illa vnione non resultaret aliquod determinatum,

natū, sed esset adhuc plura indeterminata vnita, eo quia talia sunt inter se; ergo in cõbinatione differentiarū debet assignari necessariò aliqua determinata differētia, qua constituatur species, & hæc erit conuertibilis cum ipsa, vt euenit in combinatione generis, & differentiæ; ex qua ideo determinata insurgit species, quia & si genus sit quid commune, & indeterminatū, adest tamē ipsa differētia determinās, quæ si non determinaret, quantūcunque vnirentur, nunquam resultaret species.

Hæc ratio, quā fusè prosequtur Pasqual. c't. adducitur à Sc. q. 58. Post. in oppositū, quærens .n. ibi, an quælibet pars definitionis sit in plus, seu communior quàm definitum, pro negatiua parte arguit, quòd si non est aliqua pars conuertibilis cū definito, non esset aliqua causa, cur tota definitio conuertatur. Et si diceretur, ꝙ ex hoc, ꝙ vnū additur alteri, vnū per alterū determinatur. Contra arguit, nihil additū alteri determinat ipsū ad aliquid inferius eo, quod additur, v. g. sensibile additum corpori non determinat corpus ad hominem, qui est inferior sensibili, sed ad animal, ꝙ conuertitur cum ipso; sed si quælibet pars definitionis est communior definito, nulla ipsarum addita potest determinare definitionē ad definitum, ꝙ ponitur inferius, seu minus commune. Deinde resoluendo quæst. tenet affirmatiuam partē, quando definitum definitur p multas differētias circumscribentes vltimam, nam vna determinatur ab alia, & affert exēplum de definitione ternarii, .s. ꝙ sit numerus impar primus, quę definitio cõuertitur cum ternario, & tamē quælibet eius pars est cõmunior sigillatim sumpta, vt patet: quare ad replicā ait, verum esse assumptum de qualibet parte absolutè, & ex se, non tamē vt mutuò, & vicissim aliā determinat, & ab illa determinatur, vt patet in exemplo adducto, nam ly impar est differentia communis ad ternarium, quinarium, &c. ly primus est indifferens ad dualitatem, quæ ex alio numero non integratur, & ad ternarium, qui est primus, quia partes ipsius non sunt numeri, sed simul sumpta determinātur ad innicem, nā ly impar determinat ly primus; vt stet pro ternario, nō pro binario, & ly primus determinat ly impar ad ternarium, nō ad quinarium; quare ex mutua contractione fit totum conuertibile cum definito.

Hæc eadem doctrina potest respondere probationi concl. 5. quòd ex mutua cõtractione differentię illę fiunt cum specie conuertibiles, quamuis seorsim acceptæ in plus se habeant; quod potest confirmari exemplo quantitatis permanentis continuæ, nam hæ differentię, permanentia. f. & cõtinuitas singillatim in plus se habēt, permanentia .n. potest conuenire quantitati discretæ, & continuitas quātitati successiuæ, at vt adinuicem determinantur, & combinantur, conuertuntur cum permanenti quantitate continua.

Sed aduertendum, ꝙ Scotus ibi distinguit de differentia, quod alia sit per se, & essentialis, alia per accidens, & accidentalis; de prima ait, quòd est cum propria specie conuertibilis necessariò, & probat ex Arist. 7. Met. 42. & 43. vbi ait, ꝙ sufficit definire per vltimā differentiā cum genere, quia vltima includit totā substantiā definiti: de 2. concedit posse seorsim excedere definitum, sed coniunctim conuerti; signum euidens doctrinam allatam nō esse vniuersaliter verā, & de differentijs essētialibus, aliter non oportebat distinguere, & diuersimodè decidere quæsitum; quapropter concedimus etiam nos, quando vltimæ differentiæ nos latent, posse plura accidentia simul combinata circumscribere naturam speciei definitione descriptiua, non quidditatiua; sicut cum volumus significare aliquod indiuiduum in particulari, circumscribimus ipsum per plura accidentia extrinseca, quæ simul collecta in ipso tantum reperiuntur, seorsim verò in aliis; at si distinctè, & propriè vellemus ipsum significare, oportet attingere differentiam indiuidualem,

quæ

quæ vna est, & simplex, non plures; ratio verò disparatis est, quia ad definitionem accidentalē descriptiuā sufficit, vt partes illę aliquo pacto vniantur, at in definitione quidditatiua, quia hæc explicat vnum per se, quæ ponuntur in definitione, debent etiā se habere vt per se vnita, quod non fit, nisi cum vnū se habet, vt per se actus, alterum, vt per se potentia, quod nequit reperiri in illis differentijs in vnum combinatis, ergo implicat differentiā constitutiuā vnius speciei esse ex pluribus cōbinatā, sed simplex, & determinata esse debet.

Quòd verò illæ differentiæ nō possint mutuò se determinare, probatur, implicat idē respectu eiusdē esse simul genus, & differentiam, nam qua ratione esset genus, esset per se potētia per ratione esset differentia, esset per se actus, quare simul erit in potentia, & in actu formali, ergo implicat illas differētias inter se determinari; Prob. conseq. quia si cōtinuitas v.g. per se coarctaret permanētiā, cui adnenit, iā esset ipsius differentia, & actus, permanentia verò se habebit, vt potētia, etut quid essent aliter determinabile, & per consequens esset genus; in hoc. n. cōsistit ratio generis, quod sit quid contrahibile per aliquā aliā rōnem essentialē superdditam tanquā quid contractiuū, & actuale. Deinde si cōtinuitas est essentialiter à pmanētia determinabilis, iā erit genus, & permanentia erit differētia. Quibus accedit, quod vel ex ista cōbinatione differentiarum resultat vna per se differentia totalis, & adæquata, vel non, si secundū, ergo erunt quid accidētaliter aggregatum, vnde nec vnā per se speciem poterunt constituere; si primū, præter quā quod talis esset species constituta, vnde non posset poni differētia alterius cōstitutiua, adhuc tñ ipsa poneretur differentia adæquatè cōstitutiua illius speciei. Ex ista doctrina impugnatur respōsio Arriag. ait .n. speciē nō posse cōstitui ex duabus differētijs adæquatis, sed benè ex inadæquatis; Nā quærimus ab ipso, quomodo istæ differentiæ concurrunt ad cōstitutionem vnius adæquatæ differentiæ, non per aggregationem quia non conficerent vnum per se, si per compositionē, iā redit argumentū factū.

Secunda pars concl. est præcipuè cōtra Arriag. & sequitur ex dictis, si .n. species nonnisi ex vnica differentia constitui pōt propria, & adæquata, & hæc dūtaxat vni generi pōt conuenire, iā quælibet species ex vnico genere proximò, & vnica differentia determinatis, & certis, sicut determinatā, & certā habet entitatē, & non ex nostro capite, erit cōstituta. Præterea inquirimus ab Arriag. quomodo alia genera dicuntur adæquata, quorū vnū tm̄ pōt speciei cōuenire, & alia inadęquata, quorum duo, vel plura possunt ad speciē cōstituēdā cōcurrere, an. s. ex ppria natura sint adæquata, vel inadæquata, an verò vnū dicitur inadęquatū ex concursu aliorū, reuera tñ in se esset adęquatū, si solum cōcurreret. Si hoc secūdū asseratur, vana ē ista distinctio; quod species possit in duobus gñibus inadæquatis reperiri, nō vero adæquatis, qua Aris. explicat, dū negat diuersorum generū non subordinatorū easdē esse species; faceret. n. hunc sensū, species non pōt esse sub duobus generibus adæquatis. i. si est tm̄ sub vno genere, nequit tunc esse sub duobus, nā illud dicitur genus adæquatum, quod se solu constituit speciē, quāuis possit cum alio concurrere; quæ est ridicula expositio. Si dicatur primū, quia illa genera possent separari, nam actus, qui ex motiuo obedientiæ, & religionis elicitur, poterat ex solo motiuo obediētię fieri, iā essent distincta realiter, & consequēter nō possent vnā per se speciē constituere, nisi physicè per modum actus, & potētiæ facerent compositionē, quod est falsum. Tum quia genera illa, quæ secūdum ipsum habēt proprias differētias, quibus contrahuntur, constituent proprias species inadæquatas, & sic potius actu illæ esset in duabus speciebus inadæquatis, quam in vna specie, quæ sub duob. inadæquatis generibus cōtineatur.

Ex his patet sensus secundę regulę ante prædicam. nam si est sermo de differentijs constitutiuis superiorũ generũ, sic per genera non subalterna necessariò intelligit Arist. genera quæ nec sub aliquo cõmuni tertio cõtinentur, sed in diuersis sunt prędicamentis, & per subalterna, quæ vel ad se inuicé, vel sub tertio subordinantur. Si verò erit sermo de differentijs diuisiuis, & maximè de diuisiuis generis proximi, tunc per subalterna debent intelligi, quæ ad se inuicé subordinantur, per non subalterna etiã, quæ sub cõmuni tertio continentur, cuius diuisinæ differentiæ nõ possunt illis generibus esse cõmunes; & reuera hic videtur Aristotelicus sensus, præcipuè si legatur, *diuersæ sunt species, et differentiæ*, nã non solũ quæ in diuersis collocantur prędicamẽtis, nõ possunt habere species communes, sed neque illa sub cõmuni tertio cõtenta ex dictis in his cõcl.

Soluuntur rationes in oppositum.

Contra 1. conclus. vrgetur, q. eædem species possint esse in diuersis prædicã. & cõsequenter etiã eædẽ differentiæ; nã corpus est in genere substãtiæ, & quãtitatis; figura est in genere quantitatis, nã per se consideratur à geometria, qui solas quantitates considerat, & est etiã in prædicam. qualit. duplũ, & dimidiũ sunt quãtitates, & relatiua, vnde simul ponuntur ab Arist. in vtroq; prædicam. sic simile, & dissimile sunt relatiua, & qualitates, motus ex 5. Phys. est in tribus prædicamẽtis.

Resp. Scot. q. 10. prædicam. neg. assũptũ, nã corpus in ratione corporis æquiuocè dicitur de corpore substantiæ, & quantitatis, illud nãq; est substãtia capax suaptè natura trinæ dimensionis, hoc verò est ipsamet trina dimensio. Figura potest accipi, vel pro superficie figurata, & terminata, & sic est quantitas, vel pro ipsa figuratione, & terminatione, & sic est qualitas, vel saltim habet modum qualitatis, vt suo loco dicemus. Duplum, & dimidium, æquale, & inæquale formaliter sunt simpliciter relatiua, solũ fundamentaliter in genere quantitatis, quatenus ipsorũ fundamentum est quantitas, pariter simile, & dissimile, quorũ fundamentum est qualitas. De motu autẽ diximus disp. 15. Phys. quod non est directè in prædicamento, sed reductiuè in prædicamento sui termini, cũ non sit respectus simpliciter realis.

Secundo contra alias cõcl. arguitur authoritatibus Arist. nã 2. Post. c. 14. ait, in definitionibus poni debere plures differentias, quarũ quælibet excedat definitũ, sed simul sũptæ cũ illo conuertãtur, & adducit exẽplũ de definitione ternarij, quod sit numerus impar primus; qua regula vsus est Porph. c. de diff. & c. de cõmunit. gen. & diff. dũ definiens hominẽ dixit esse animal rationale mortale, quæ duæ differentię simul sũptę conuertuntur cũ homine, seorsim verò excedũt; Tũ quia 2. de part. ani. non admittit tot differentias vltimas, quot species infimas; Tũ 3. quia 1. Top. c. 7. & 6. Top. c. 3. docet differentiã, quæ definitionẽ ingreditur speciei, in plus se habere, quã species. Tũ 4. quia 6. Top. loc. 41. & 4. Top. loc. 11. ait genera sub communi tertio contenta non esse inconueniẽs habere cõmunes species, & differentias; qua ratione quamuis animal diuidi soleat per rationale, & irrationale, attamen 7. Met. 43. ipsũ diuisit in habẽs, & non habẽs pedes; & hic c. 4. ingressibile, aquatile, & volatile, signũ euidens differentias non necessariò conuenire certò generi, sed ad libitũ secundũ nostrum cõcipiendi modũ, modò vni, modò alteri applicari posse; quapropter nõ implicabit eãdẽ differentiã esse cõmunẽ pluribus generibus, & eandẽ speciẽ sub pluribus generibus contineri.

Resp. ex Scot. q. 58. Post. documentum Arist. obseruandum, cum vltimæ differentiæ nos latent, quæ circumscribi debent per plures accidentales, vt diximus in probat. conclus. & quia Porph. putauit dari animalia rationalia immortalia, idcirco definiuit hominem per mortale, vt sic circumscribens vltimam differentiam hominis

minis ipsi ignotâ. Ad 2. ibi Arist. per differentias vltimas intellexit accidẽtales, quibus vtimur loco essentialiũ, quæ verè excedunt, non essentiales, de quibus loquimur. Ad 3. ibi loquitur de differentijs medijs, non de proprijs, & adæquatis speciebus. Ad 4. intelligi debere illa loca non de differentiis essẽtialibus, sed accidẽtalibus, quo sensu eadẽ species poterit esse sub diuersis generibus, in vno essentialiter in alio denominatiuè, & accidentaliter, vt mox dicemus.

Tertio ad idẽ arguitur multis exẽplis; Corpus. n. diuiditur in viuẽs, & nõ viuẽs, & tñ viuens reperitur in Angelis; Quantitas cõtinua diuiditur in permanentẽ, & successiuã, quæ differentiæ reperiuntur in quantitate discreta. Habitus diuiditur per naturalẽ, & supernaturalẽ, per intellectualẽ, & moralẽ, &c. quæ differentiæ conueniunt etiã actibus intellectus. Potẽtia cognoscitiua diuiditur in corporalẽ, & spiritualẽ, quæ differentiæ cõpetunt etiã potẽtiæ appetitiuæ. Bipes est differentia volatilis, & gressibilis. Incorruptibilitas conuenit substantiæ corporeę, sc. cęlesti, & incorporeæ. Practicũ, & speculatiuũ sunt differentiæ scientiæ in cõmuni, & eidẽ actui scientifico possunt cõuenire. Prudẽtia est sub genere habitus, & sub genere virtutis moralis. Idẽ actus moralis, si fiat ex duplici motiuo duarũ virtutũ, vt charitatis, & obedientiæ, ex æquo mouẽtibus voluntatẽ, erit simul in illis generibus virtutũ essentialiter, non. n. esset maior ratio, cur vna species sit illi actui essentialis, & non alia. Prædicari in quid, & in quale sunt differentiæ diuidentes prædicabile in cõmuni, & vtraq; cõuenit differentiæ tertio ꝓdicabili, quæ in quale quid prædicatur. Propositio affirmatiua diuiditur in verã, & falsã, quæ differentiæ propositioni negatiuæ quoq; cõpetunt; & multa alia possẽt exẽpla adduci. Neq; dicas (ait Auersa) cum differentia magis patet, quã genus, vel species, non debere sumi in tota latitudine, sed in sẽsu magis accomodato, & determinato. Nã vel ista determinatio ꝓuenit ex consortio generis, & habetur intentũ. s. ne in se spectatã differẽtiã esse ad plura genera indifferentem, vel ex aliqua ratione inclusa in conceptu talis differentiæ, & hoc est falsum, quia differentia illa, v. g. viuens, vt à corpore præscindit, non esset quid communius ipso corpore.

Resp. differentiã sẽper restringere genus, & monstrũ est in metaphysica dicere genus etiã restringere differentiã, quãquã id cõcedat Auersa; quare cum differentia addita generi videtur ex vi nominis plus extẽdi, non debet sumi in tota amplitudine, vt nomen sonat, sed sub ratione magis ꝓpria, & determinata; licèt indigeamus nominibus sæpè talẽ determinationẽ exprimẽtibus; v. g. rationale diuidit animal, & scientiam, & attamen vtrobiq; sumitur difformiter. aliud exẽplũ adducit Arist. 1. Top. c. 13. nã acutũ conuenit quantitati, quia datur angulus acutus, & qualitati, s. voci acutæ: non tamen est eadẽ differentia. Nec officit, quod vox, & angulus sint diuersorũ prædicamentorũ, sicut animal, & scientia, nã pręcipuè in sententia Auersæ vnũ prædicamentũ ponentis, hæc genera re vera se habebunt vt duo sub communi tertio contenta. Non ergo est eadẽ differẽtia hìc, & ibi, quãuis eodẽ nomine appellata, vel si est eadẽ, nõ erit essẽtialis, sed accidentalis: per ꝙ posset ad omnia illa exẽpla responderi: & ad impugnationẽ dicimus nunquã differentiã à genere determinari, sed ex se determinatã esse, quia talis est natura differẽtiæ; vnde negamus, vt à genere præscindit, in plus se habere, nã quod tunc cõcipitur, non est differentia illius generis, sed conceptus alterius: hinc ꝑstat ad singula exempla respõdere.

Cum corpus diuiditur in viuens, & non viuens, *ly* viuens non debet sumi in tota sua amplitudine, secundum quam etiam conuenit Angelis, sed sumi debet pro animato, quo sensu non excedit corpus, sed illud restringit. Quantitas continua cũ diuiditur in permanentem, & suc-

Nn ces-

cessiuã, itẽ & discreta, permanens, & successiuũ vtrobiq; non eodẽ modo summuntur, licèt idẽ nomen id significare videatur, quicquid reclamet Auersa; præterquã ꝙ hæc est diuisio accidentalis, nam vt suo loco dicemus, species quantitatis sunt tãtũ tres, linea, superficies, & corpus. Habituũ differentiæ assignatæ, quæ sunt accidentales cõcedimus actibus cõuenire; nõ tamẽ essentiales, quæ diuersæ sunt in actibus, & habitibus; ꝙ præcipuè innotescit, ꝙ alio modo intellectualitas, vel supernaturalitas explicatur in actu, & in habitu, nã cũ ex nostra ignorantia penetrare nesciamus vltimas, & proprias rerũ differentias, sæpè adiungimus generibus quasdã differentias cõmuniores, quas postea per aliquid aliud restringimus; sic rationale importare videtur aliquod cõmune Angelis, & hominibus, circumscribit tamen nobis aliquid homini peculiare, per ꝙ ab Angelo distinguitur, vt docet Sc. 2.d.1.q.6. Idẽ de differentijs potentiæ dicendũ. Bipes est accidentalis differentia; Incorruptibilitas cœli est diuersæ rationis ab incorruptibilitate Angeli, sicut radix est diuersa in cœlo, & in Angelo. Practicũ, & speculatiuum nunquã possunt eidẽ actui conuenire, vel habitui, vt suo loco ostendemus. In prudẽtia ratio moralitatis est accidẽtalis, cum dicat denominationẽ extrinsecã ex ordine ad voluntatem prouenientem, vel si dicit rationẽ practici, quia prudentia est regula directiua operationũ voluntatis, sic est ipsi essentialis, & habitus intellectiuus est gradus genericus sub se continens tanquam subalternas species habitus practicos, & speculatiuos. Actus ex duplici motiuo elicitus potius esset in duplici specie infima, quàm sub duplici genere; ideo dicimus, si motiua sunt subordinata, esse in vna specie essentialiter, in alia accidentaliter, si ex æquo mouerent, in genere physico esset in vna tertia specie innominata, quia à motiuis solũ extrinsecè specificatur actus, non intrinsecè; ideo nõ sequeretur duas differentias specificas simul vnam speciem constituere, in genere moris, vel idem dicendũ, vel quòd nõ implicat, quia ratio moralitatis est extrinseca denominatio in actu, non quid essentiale. Prædicari in quid, vt à prædicari in quale distinguitur, non significat prædicari essentialiter, quomodo differentiæ dicitur cõuenire, vt disp. præced. diximus. Tandem veritas, & falsitas, vel non sunt essentialia prædicata propositionis, vel si sunt essentialia, veritas tamen, & falsitas vtriusq; erũt alterius, & alterius rationis.

Quartò ex eodẽ Auersa, quòd non necessariò differentia determinatum genus, vel speciem debeat respicere. Tũ ex Arist. 7. Met. 43. vbi agens de prædicatis essentialibus ait, *ordo non est in substantia; quo namque modo intelligere oportet, hoc quidem prius, illud verò posterius?* Tum 2. solet genus hominis assignari animal, differentia rationale, at æquè bene potuit assignari substantia intellectualis, quod est ipsi commune cum Angelis, & deinde differentia potest assignari vel corporeum, vel mortale, vel discursiuum. Insuper corpus animatum ponitur genus animalis, seu viuens, in quo conuenit cũ plantis, & differt ab Angelis, at æquè bene potest assignari viuens cognitiuum, in quo conuenit cum Angelis, & differt à plantis, & differentia erit esse sensitiuum, vel corporeum substantia. modò diuiditur immediatè per corporeã, & incorporeã, & substantia corporea est genus, quod diuiditur in viuens, & nõ viuẽs, vbi viuẽs se habet vt differentia, sed pariformiter diuidi potest prius in viuentẽ, & non viuentem, ac postea viuens in corporeã, & in incorporeã, vbi viuens est genus, esse corporeũ est differentia, ergo non plus vna ratio est ex natura rei prior, quàm alia, & cũ quodlibet genus possit diuidi pluribus modis immediatè, pluribus etiam modis genus, & differentia designari poterunt.

Resp. ad 1. ex Scot. 4. d. 11. q. 3. CC. ex hoc loco non colligi, quod non sit per se ordo in prædicatis essentialibus; nam im-

immediatè ante voluit, q̃ si ē nugatio addendo in definitione priorē differentiam posteriori, q̃ pari rōne erit nugatio è cōuerso addendo posteriorē priori, puta si ne dicatur homo est animal rōnale sensibile, vel sensibile rationale, sēper cōmittitur nugatio, nō.n.subiungit,est talis ordo in substantijs, .i.in his, quæ pertinēt ad rationē alicuius definitiuā, q̃ alius, vel alius ordo tollat, vel faciat nugationem; negat igitur ordinē non in prædicatis inter se, sed respectu nugationis inferēdæ, vel tollendæ. Ad 2. neg.æquè bene assignari genus hominis substantiā intellectualem, & differentiā esse corporeū, vel mortale, q̃a de ratione differentiæ est minus patere, quā genus, cum sit contractiua; si igitur corporeū, vel mortale poneretur vt differentia, tunc ratione differentię cū plurib., vel saltim non cū paucioribus conueniręt, quàm ratione generis, nam per genus cōueniret solū cum Angelis, per differentiā cū omni creatura corporea: discursiuū verò assignari non potest, quia Angelus etiam est discursiuus in sententia Scoti, & eadem ratione non bene assignaretur viuens cognitiuum genus proximū animalis, corporeū verò, aut mortale differētia. Neq; substātia potest prius in viuentē, & non viuentē diuidi, quia sicut in Angelo prius est esse spiritum, quā viuentē, & viuētē, quā intellectiuum, quia spiritualitas est radix vitæ intellectualis; & in his inferiorib. prius est esse corpus, quā tale corpus.s.simplex, vel mixtum, attanimatum; ita immediatius diuiditur substantia per corporeā, & incorporeā, q̃ p viuētē, & nō viuentē, & vniuersaliter loquēdo etsi cōcedamus hæc, & similia exēpla, quæ pro se adducit Auersa, non tamen ob ista negabimus esse ordinē naturalē inter prædicata essentialia, sed dicemus hāc variationem contingere, quia iste ordo nos latet.

Quinto ad idem vna, & eadem species potest essentialiter conuenire, vel in vna, vel in alia ratione cum variis speciebus, & etiam variis rationibus ab eisdem differre, ergo iuxta has varias cōuenientias, & distinctiones poterūt varia p̄dicata essētialia p̄ generibus, & differentiis singularū specierū constitui. Tū 2. per eundem gradū corporei, v.g. differt homo ab Angelis, & cōuenit cū omni creatura corporea, ergo idē gradus respectu diuersorum erit genericus, & differentialis, ergo non erunt ex natura rei distincti, & determinati. Tū 3. intellectiuū in cōmuni dicitur de hōie, & Angelo, ergo pōt poni genus cōmune ambobus. Tādem aut substantia intellectualis cōtinetur īmediatè sub corpore, & sub spū, & sic eadē differentia ad plura genera spectabit; aut nō cōtinetur, & sic q̃a est cōmunis homini, & Angelo, poterit diuidi p corporeā, & incorporeā, q̃ differentiæ nūc ponūtur diuidere substātiā in cōi, ergo nullus determinatus ordo reperitur inter prædicata quidditatiua.

Resp. ad 1. conced. totū, sed hinc non sequitur posse indifferenter ex hac, vel illa ratione genus, & differentiam sumi nullo ordine seruato, imò sicut ex rōne cōueniendi vt sic sumitur ratio generis, & ex ratione distinguendi vt sic rō differentiæ, ita ex rōne cōueniendi vniuersaliori, seu cū plurib. sumitur genus magis remotum, ex rōne cōueniendi minus vniuersali sumitur genus minus remotum, et similiter ex rōne minus distinctiua, seu q̃ alijs conuenit à cōstituto, sumitur differentia magis remota, & ex magis distīctiua, & paucioribus cōueniente differentia magis p̄pria. Ad 2. concedimus etiā genus distinguere constitutū ab his, quæ non sunt sub eodē genere, sed negamus ob id dici posse differentiā, quia hæc distinguit illud ab his, quæ sunt sub eodem genere. Ad 3. conceptus ille communis non esset propriè genericus, quia non correspondere à parte rei realitas generica, quia hęc nō esset diuisibilis per corpoream, & spiritualem, cum hæ differentiæ sint priores ex propria natura, nam incorporeum, seu spiritus est radix intellectualitatis, quare ista natā est aduenire spiritui, non è contra;

tra; & intellectuale conueniens homini, & cum corporeo compossibile non est intellectuale in communi, sed corpori proportionatum, & illius informatiuum, quod Angelo non competit. Per hoc patet ad vltimum.

DISPVTATIO SEPTIMA.

De Prædicamentis in particulari, & primò de absolutis.

A Tractatione prædicamentorum in communi gradum facimus ad tractationem eorundē in particulari, & primo loco absoluta proponimus cōsideranda, quia hęc ex natura rei præcedunt prædicamenta respectiua, vtpotè, quæ fundantur, in ipsis, identitas in substantia, æqualitas in quantitate, similitudo in qualitate, vt infra; De his autem prædicamentis absolutis ea solum tangemus, quæ necessaria sunt ad eorū coordinationem contexendam, in hoc. n. sensu ad logicum pertinent, res. n. ipsa illorum prædicamentorum, vt à tali ordine præcisa, spectant ad alias facultates, vndè de substātia, & accidente, vt sic, agitur in Meth. de quantitate agitur in Phys. tract. de continuo ad 6. Phys. de speciebus qualitatis agitur in lib. de Anim. & de gen.

QVÆSTIO PRIMA.

De Substantia.

IVre præmittit Arist. descēdens ad prędicamenta inparticulari substantiam cæteris accidentiū prædicamentis, cū ipsa sit fundamentum, & causa oīum accidentiū, eaq; pcedat tēpore, natura, & cognitione ex 7. Met. c. 1. eo tñ modo, quo explicat Doct. 2. d. 3. q. 4. sub B. Nos igitur quoq; eadē de causa ab ipsa exordiemur, vbi notandū hìc substātiā nō sumi in illa amplitudine, per q̄ extēditur ad significādā naturā, & essentiam cuiuscunq; entis, quia sic etiā accidentibus conuenit, sed prout ab accidente cōdistinguitur, & cū eo adæquatè diuidit ens reale, in hoc igitur significato instituitur quęstio de substantia, quā tribus articulis absoluemus.

ARTICVLVS PRIMVS.

De generalissimo huius prædicam. ac eius speciebus.

SVbstantia, vt hìc de ea loquimur, pōt sumi trifariam, communissimè, cōmuniter, & strictè; primò modo substantia dicitur omne illud ens, ꝙ est per se, siuè per se existit, & non in alio per inhęrentiam, siuè actualiter, siuè aptitudinaliter, siuè talē essendi modum à se habet, siuè ab alio; & in hoc sensu cōprehendit Deū substantias creatas, tā simplices, quā compositas, & partes earum, tā essentiales, q̄ integrales, vt Scot. docet q. 15. prędicam. & 1. d. 8. q. 3. licèt. n. forma sit in materia, & pars integralis in toto, nullū tñ horū est in alio, tanquā accidēs in subiecto, quia inhęrere conuenit tm̄ illi, ꝙ non est per se actus, nec facit vnū per se cum subiecto, cui insidet, vt Doct. notat quol. 3. S. & quol. 9. A. & hoc modo substātia nequit dici à substando, quia Deus in hoc sēsu est substātia, & tñ nulli rei sub est, nulla accidētia suscipit, sed dicitur substātia à subsistēdo. i. à per se stādo, & nō in alio ad modū accidētis; & licèt ista perseitas essendi explicari soleat per negationē essendi in alio adinstar accidētis, non est, quia formaliter in tali negatione cōsistat, vt est cōis oīum sensus contra Soncin. 5. Met. q. 14. tū quia ratio per se existendi, vt cōstituit substantiam, & eam ab accidente distinguit, est ratio positiua, sicut substantia, vt sic est entitas positiua, vt ait Doctor cit. quol. 3. tū quia vniuersa-

ũa, vt ait Doctor cit. quol. 3. tũ quia vniuersaliter nullũ ens reale positiuũ potest in sua essentia constitui per solã negationẽ: tũ tandẽ quia, vt docet Doctor 2. d. 3. q. 2. §. *cōtra ista*, nihil simpliciter repugnat alicui enti per solã negationẽ, ergo inhærentia non potest substantiæ repugnare per solã negationẽ inhærentiæ in ipsa repertã, sed potius per aliquod positiuum, in quo fundatur talis negatio, sicut negatio hinnibilitatis in homine fundatur in rationalitate, igitur perseitas substantiæ explicatur per negationem inhęrentiæ solũ, veluti per quid cōcomitans, quã de causa eã enumerauit Arist. inter substantię proprietates, dicens esse cōmune omni substantiæ in subiecto non esse; & substantia hoc primo modo sũpta simul cũ accidẽte mẽbra sunt entis transcendenter sumpti.

Substantia 2. modo sũpta, s. cōmuniter, est quodcunq; ens pariter in se, & per se existẽs, & nõ in alio ad modũ accidentis, nõ tñ à se, sed ab alio, & in hoc sensu substantia simul cũ accidẽte diuidit ens finitũ, & limitatũ, & comprẹhẽdit omnẽ substantiã creatã, tã cõpletã, q̃ incõpletã, tàm simplices, q̃ cõpositas, & partes earũ, tam essentiales, q̃ integrales, vt notat Scot. cit. quol. 9. A. & substãtia in hoc sensu, nõ solũ à subsistendo substãtia dicitur, verũ etiã à substando, quia omnis substantia creata substare potest alicui accidenti, vt docet Sc. cit. 1. d. 8. q. 3. F. ità tamen vt sola ratio subsistẽdi, vel per se existendi sit essentialis, & primaria, ratio verò substãdi secundaria, & concomitans, quia subiici accidentibus non est primum, ꝙ inuenitur in substãtia, prius .n. est rẽ in se esse, quã aliis subesse, & non ideò substãtia per se existit, & consistit, quia accidentibus subest, sed è contra; quã de causa meritò Arist. rationẽ substandi inter affectiones substantiæ cõnumerauit, cum dixit esse susceptibilem contrariorũ, ꝙ est posse substare accidentibus, inter quæ contrarietas exercetur.

Tertio tãdem modo substantia dicitur omne ens in se, & per se existens (licèt nõ à se) prout per se esse excludit non solum inhærere, & in alio esse per modum accidentis, verũ etiã vt excludit esse in alio, vt pars in toto, vel in alia cõparte per modũ informantis, vt Scot. notat quol. 4. M. & in hoc sensu cõprẹhendit solum substantias creatas cõpletas, tã simplices, quã cõpositas excludẽdo partes earũ, tã essẽtiales, q̃ integrales, in quo sẽsu substantia diuidit ens finitũ descendens in decẽ prædicamẽta, & dicitur substãtia tã à subsistẽdo, quã à substando potiori quodã modo, quã substantia communiter dicta, quia substantia cõpleta magis dicitur ꝑ se subsistere, quã incompleta, quatenus excellẽtiori modo in se, & per se existit, quã illa, & magis etiã dicitur substare, quã illa, quia propriũ subiectũ accidentiũ est substantia cõpleta, vt dicimus in Phys. iuxtà hanc triplicẽ substãtiæ acceptionẽ triplex solet esse opinio de genere generalissimo huius prędicam.

Prima opinio constituit genus supremũ huius prædicamenti substantiã cõmunissimè sũptã, vt in eo etiã Deum ipsũ reponant, ità Nominales omnes Greg. 1. d. 8. q. 3. Gabriel ibi, & Rubion. q. 1. art. 1. & ar. 3. Maior d. 8. q. 2. Marsil. 1. q. 12. ar. 2. Baccon. d. 8. ar. 2. & 3. Bonet. lib. 1. Theol. Nat. c. 1. & lib. 2. c. 1. 2. & 3. quibus ex parte fauent ex Iunioribus Auersa q. 17. sect. 3. Hurt. in Met. disp. 9. sect. 3. & Arriag. disp. 3. sect. 2. quamuis .n. fateantur Auctores isti, Deũ in prædicamento non contineri, vt de facto est in vsu; aiunt tamẽ posse cõstitui in prædicamento substantiæ, si substantia ità amplè sumatur, vt omnem substantiã complectatur creatã, & increatam præcisis imperfectionibus, quæ modo adinueniuntur in prædicamento substantiæ. Addit Hurt. quod si constitui nequit prædicamentum substantiæ, sub quo cum creaturis contineatur Deus, omninò tamẽ posse, ac debere constitui prædicamẽtũ substantiæ increatæ distinctũ à prædicamẽto creatę, nã etiã Deus habet seriẽ ꝑdicatorũ ordine collocatorũ, ẽ .n. ens substantiale, cõpletum, spirituale, æternũ, &c.

Secunda sententia genus supremũ huius prædicaméti cõstituit substãtiã communiter sumptã, vt in prædicaméto recludat etiã partes substantiales, siue essentiales, et physicas; vt sunt materia, & forma, siue integrantes, vt caput, manus, & pedes, ità sẽsisse videntur ex Græcis quãplures Ammonius; Simplicius, Boetius, & alij, qui etiã differẽtias substantiales per se in hoc prædicamento, ac directè posuerunt, pro qua sent. citantur etiã Holc. 1. q. 6. Venet. c. 4. suæ Met. & Zimar. in Theor.

Tertia tãdẽ, & cõmunis sent. constituit supremum genus huius prædicaméti substantiã tertio modo sumptã. i. creatã, & finitã, vt excludatur Deus, & cõpletã, vt excludantur entia incõpleta, quæ reductiuè solum ad prædicamentum spectant. Verũ est non defuisse, qui generalissimũ huius prædicã. adhuc magis restrinxerunt afferẽtes solã substãtiã corporeã esse summũ genus, vt Angelos excluderẽt ab hoc prędicã. vt Plotinus Enead. 6. li. 1. c. 2. Albert. tr. 1. prædic. c. 7. Ægid. ibidẽ, & quol. 1. q. 8. & seq. Honorat. hìc. Imò quidã hoc supremum genus adhuc magis coarctarunt ad substantiam corpoream corruptibilem, vt Cęlos excluderent, & tribuitur Auerr. Nypho. Gandauens. & alijs quibusdam.

Huius q. solutio pendet ex dictis disp. præced. q. 2. ar. 1. vbi assignauimus conditiones entium in prædicaméto reponibilium; & quamuis Arriag. censeat hãc esse merã quæstionẽ de nomine, nã iuxta variã acceptionẽ generis, & prædicamenti potest Deus includi in prædicamento, vel excludi, vnde per hoc explicat auctoritates Patrum excludentium Deum à prædicamento; tñ non est ita, nisi velimus abuti nominibus, & ea ex nostro capite confingere; hinc est, ꝙ Recentiores, sed præsertim Arriag. omnes ferè q̃stiones reducit ad litẽ de nomine, quia nimirum nolunt vocabulis vti secundum vulgarem acceptionẽ, cum tñ Arist. in Top. & Scot. 4. d. 1. q. 2. docuerint vtendum esse nominibus secundum communem vsum loquẽtium; cõcedemus & nos **Deum esse in genere**, si hoc ita accipiatur, vt nullam dicat imperfectionẽ, sed hic labor, hoc opus est, nisi. n. abuti velimus nomine generis, videbimus genus etiã ex vi ipsius nominis imperfectionẽ importare; stando igitur cõmuni loquẽtium vsui de genere, & de esse in p̃dicamẽto, ẽt sapiẽtiũ, & Philosophorum.

Dicimus 1. substantiã communissimè sumptã, vt. s. cõprehendit creatã, & increatam, nec posse, nec debere poni generalissimum huius prædicamenti, quia Deus nullo modo poni potest in hoc prædicaméto. Cõclusio est receptissima in vtraq; Schola Thomistarum, & Scotistarum, q̃ expressè tradiderunt SS. Patres, quorum testimonia affert Didac. disp. 12. q. 2. nobis sufficiat Aug. testimonium pro mille, ꝙ refert Doctor 1. d. 8. q. 3. §. *Teneo opin. meã mediã* ex 7. de Trin. c. 5. vbi disertè docet Deum non esse substantiã huius p̃dicaméti. Resp. Arriag. cum alijs, ibi Aug. accipere substantiam pro ea, quæ accidẽtibus substat, quo sensu verum est nec esse substantiam, nec in prædicamento substantiæ. Vltrò fatetur Doct. in hoc sensu Aug. ibi accipere substantiam, sed ex hoc, ait, colligi in nullo sensu posse poni sub substantia, vt genus est, quia vt est genus, semper est limitata, vt statim probabitur, omnis autem substantia limitata capax est accidentis, ergo si Deus esset in genere substantiæ, posset accidenti substare, in hunc modum ait Doctor tenere rationẽ August. Probat autem ibi concl. Scot. ex triplici capite ex summa Dei simplicitate, ex infinitate, & ex necessitate.

Ex simplicitate diuina sic arguit; quia si Deus esset sub genere, vtique ex illo constitueretur per additionem differentiæ, atque ita esset metaphysicè compositus, quod obstat summæ simplicitati. Nec valet solutio Vasq. 1. p. disp. 22. vbi etsi nobiscum concl. teneat, inquit tamen hanc rationem non valere, quia cum cõpositio ex genere, & differentia sit rõnis, non destruit Dei simplicitatẽ. Non valet;

tum

tum quia cum genus, & differentia dicãt diuersas realitates, afferunt verã compositionẽ metaphysicã, vt probauimus disp. 5. q. 3. ar. 2 tũ quia etiam si ea non distinguamus ex natura rei ante opus intellectus, tamen vt Ruuius aduertit, hæc conceptuum diuersitas, ne sit fictitia, debet habere fundamentũ in aliqua cõpositione, siuè ex materia, & forma, siuè ex actu, & potentia, nã nisi in re sit aliquid se habens, vt potentia, & aliquid se habens, vt actus, absq; fundamento ibi conciperetur genus, & differẽtia, ergo etiã si cõpositio ex genere, & differentia immediatè compositionẽ ex natura rei nõ afferret, & formaliter, illã tamen infert radicaliter, quia illã supponit. Nec etiã valet solutio Hurtad. assignari posse differentiam infinitã, quæ contrahat conceptũ cõmunẽ Deo, & creaturæ, & ꝙ de facto persona diuina in cõmuni ità contrahitur ad tres personas diuinas. Nõ valet, nã tã conceptui generis, q̃ differẽtiæ repugnat infinitas, cũ de sua rõne habeant rõnẽ partis, ꝙ infinito repugnat, vt mox dicemus, de cõceptu autẽ psonæ cõmuni ad tres diuinas personas satis diximus disp. 5. q. 2. art. 1. in sol. ad 1.

Ex ratione infinitatis sic arguit; realitas generis sẽper est potentialis ad realitatem differentiæ, at similis realitas reperiri nequit in Deo, in quo quælibet realitas est infinita, quia realitas infinita, quantũcũq; præcisè sumatur, nequit esse in potẽtia ad aliã realitatẽ, cũ infinitum sit, cui nihil entitatis deest, eo modo, quo possibile est illud haberi in aliquo vno, vt Doctor explicat quol. 5. B. Nec valet cõmunis Nominaliũ solutio Deum esse in genere sublatis imperfectionibus, finitate .s. & limitatione; vndè ait Auersa, admitti posse Deũ esse in genere latè sumpto, & substantiam cõmunissimè sumptã posse appellari genus, sicut & ens communissimè sumptũ, sumendo nẽpè genus pro omni prædicato, ꝙ non solo nomine, sed etiam ratione significata dicitur in quid de pluribus, & non est species, ꝙ vocat genus transcendentale q. 16. sect. 2. At iã disp. 5. q. 1. art. 2. propè finẽ ostendimus contra Arriag. ens non esse genus, & eadem ratione negamus hic posse dici genus substãtiã cõmunissimè sumptam, nisi vocabulo generis abuti velimus, & in tã fusa significatione accipere, vt idẽ sit, quod prædicatũ vniuocũ, nã in hoc sẽsu vtiq; non inficiabimur Deũ esse sub genere; sed si de genere loqui velimus, vt sapientes locuti sunt, certè implicat in adiecto dari genus transcendentale, quia cum genus suaptè natura importet conceptũ potentialẽ, & per modũ partis, sẽper de se quid finitũ est, & limitatũ, transcendens verò cum dicat cõceptũ indifferentem ad finitũ, & infinitũ, vtiq; præscindit à limitatione; non ergo substantia cõmunissimè sũpta poterit appellari genus, cũ sit transcẽdens, & implicabit dicere Deum esse in genere sublatis imperfectionibus. Conf. cõcedamus substantiã sic sumptã esse genus, tunc vel ad Deum contrahitur per differentiã finitã, vel infinitã, non primum, vt patet, neq; secundum, quia cũ substantia vt sic, sit perfectio simpliciter, iam erit imbibita in ipsa differẽtia ratione suæ infinitatis, alioquin infinita non esset, cum ei aliqua perfectio deesset; ꝙ si in ipsa includitur, ergo nõ erit genus, neq; per ipsam contrahetur, quia genus manet sẽper à differentijs exclusũ.

Ex necessitate Dei tãdẽ idipsum cõuincit, q̃ nullum genus est necesse esse, cum omne tale sit in vltima actualitate, genus verò formaliter sit in potẽtia ad vltimam actualitatẽ, at ꝙ est necesse esse, nõ potest constitui ex aliquo, quod non est necesse esse, ergo &c. Nec valet reflexio huius rationis, quã cõtra Doctorẽ facit Greg. ꝙ nempè Deus constituitur ex ente, ac infinito, & tamen ens in se formaliter nõ est necesse esse, Nã Bargius benè negat paritatem, quia communitas entis non est alicuius realitatis, quæ vna, & eadem formaliter per indifferentiam reperiatur in Deo, & in creatura, sed tantum est communitas conceptus inadæquati, vndè realitas,

litas, quam ens dicit in Deo à parte rei, est necesse esse, & non est cõstitutio facta ex ente, & infinito, velut ex duabus realitatibus formaliter distinctis, atcõmunitas generis est communitas realis per indifferentiã, & compositio, quã facit cum differentia, est metaphoricè realis. Alij alijs rationibus id probant; verùm non absolutè probant Deum non esse in genere substantię, sed tantum non esse in eo, vt modò contexitur.

Dicimus 2. neq; substãtiã finitã cõiter sũptã, vt cõprehendit substãtias cõpletas, & incõpletas esse supremũ genus in hoc prædicaméto. Ita Doct. q. 14. & 15. prędic. dependetq; ex dictis disp. præced. q. 2. ar. 1. in explicanda quarta conditione entis reponibilis in prædicamento, ibi .n. assignata est rõ, cur entia incõpleta locũ in prędicamento habere nequeãt. Satis nũc sit adducere Ari. ipsũ, sicut. n. ab ipso accipimus huius prædicamenti texturam, ita eius testimonio stare debemus quoad eius generalissimũ, in hoc igitur c. dũ ait primã substantiæ affectionẽ, .s. non esse in subiecto, conuenire non solũ substantijs, sed etiam substantiarũ differentijs, manifestè discreuit differentias à substãtijs huius prædicamenti; & in 2. de ani. c. 1. loquẽs de partib. essẽtialibus physicis inquit, materiã sm se non esse hoc aliquid, & formã esse, per q̃ fit hoc aliquid, cõpositũ verò esse hoc aliquid, cũ igitur hoc aliquid sit prima substantia, vt in hoc c. docet, restat materiã, & formã non esse substantias huius prædicamenti, nisi reductiuè, quatenus sunt partes primæ substãtiæ. Tandẽ 7. Met. 56. dicens eorũ, quæ videntur substãtiæ, multas esse substantiarũ partes, .s. pedes, manus, caput, manifestè substantiã secernit à partibus integralibus substantialibus; siquidem verò loquitur de partibus integrãtibus animaliũ, quę sũt ęthetogeneę, quia de homogeneis cõclusio intelligẽda nõ ẽ, vt supius loc. cit. notauimus; vnde textus hic non modicã fidem facit dictis ibidem.

Dicimus 3. supremũ genus cathegoriæ substantiæ esse substãtiã 3. modo sũptam, nẽpè finitã, & cõpletã, cõtrahibilẽ per differentias ad omnes finitas substantias cõpletas, tã corporeas, quã incorporeas, ita ut in hoc prædicamento cõprehendantur etiã angeli, & corpora cęlestia; ita Doctor loc. cit. & in 4. d. 6. q. 10. M. & est cõmunis Thomist. & Scotist., & est expresè Arist. 5. Met. 15. & lib. 7. tex. 5. vbi inter species substantiæ numerat demonia, cęlos, & astra, & 8. Met. 1. ponit in prædicamento substãtias ab omnibus cõcessas inter quas cęlos enumerat, & alias cõcessas tm à q. busdã. i. non oĩbus notas, quæ ex ipsius sẽtentia sunt intelligẽtiæ, vt colligitur ex 6. Met. 1. & 12. Met. 5. diuidit substantiam prædicamentalẽ in sensibilem, & insensibilem, per hanc intelligens angelos.

Probatur etiã ratione, quia angeli, & corpora cęlestia habẽt oẽs cõditiones loc. cit. desideratas ad ens reponibile in prædicaméto, sũt .n. entia realia, cõpleta, incõplexa, finita, & vniuocè conuenientia cũ aliis substantiis inferioribus in rõne cõmuni substãtię abstrahentis à corporea, & incorporea, æterna, & incorruptibili. Tũ quia eis cõuenit rõ formalis substantiæ, q̃ cõstituitur apex huius cathegoriæ, oẽsq; affectiones, quas ei assignat Ari. nã rõ formalis substãtiæ, vt supmũ genus huius p̃dicamenti, est p se esse, vt excludit esse in alio, nedũ per modũ accidẽtis, sed etiã per modũ partis in toto, præsertim essẽtialis, quia non oẽs integrales excludũtur, vt diximus, affectio verò præcipua est substare accidẽtibus, vt Aris. docet in hoc c. & Doctor 1. d. 8. q. 3. sub F. ex D. Aug. sed vtrũq; cõuenit cęlis, & Angelis, omnia nãq; sunt substantiæ cõpletæ, de cęlis patet, de Angelis probat vrgenter Doctor 2. d. 1. q. 6. & quol. 9. vbi ostendit non posse informare materiã, & in alterius venire compositionem per modũ partis, substant etiã accidentibus, nõ quidẽ corruptiuis, sed perfectiuis, Angelus nimirũ intellectionibus, & volitionibus, corpora cęlestia quantitati, & lumini; admittunt etiã cõtraria, nã ange-

angelus contrariorũ affectuũ .s. amoris, & odij est capax, & cælũ modò illuminatur, modò lumine priuatur, vt patet de Luna, nunc est in Oriente, nunc in Occidēte secundũ diuersas partes, atq; ita admittit cōtraria, saltim lata sũpta, imò & pręsè, quia afficitur raritate, & densitate, vel saltim opacitate, & diaphaneitate, quæ sũt cōtrariæ qualitates. Tum quia ēt si secundũ cōem ponantur hæ incorruptibiles substantiæ carere physica cōpositione ex materia, & forma, adhuc tñ habēt metaphysicã ex realitate potētiali, & actuali, & hoc est sufficiens fundamentũ, vnde intellectus desumat genus, & differentiã (quæ cōpositio necessaria est ad reponibile in pdicam.) nã in accidentibus habetur genus, & differentia sine cōpositione materiæ, & formę. Tũ tandē, quia si angeli excluderentur, quia naturæ spirituales, tunc ob eandē rōnem à pdicamētis accidentiũ excludi deberent accidētia spiritualia, at Arist. & cæteri Philosophi sciētias, & virtutes collocant in cathegoria qualitatis nō obstante earũ spiritualitate, ergo idē faciēdum de angelis in pdicam. substantiæ, quæ idcircò diuiditur in apice in corporeã, & incorpoream, quæ diuisio vtiq; inanis esset, si aliqua substātia spiritalis ad hoc pdicamentum non ptineret.

Arbor itaq; prædicamenti, substantiæ ita erit coordinanda, q supremum genus sit substantia finita, & completa modo iã declarato. Diuiditur in spirituale, & corporale, spiritualis in varias angelorum species. Corpus in corruptibile, & incorruptibile. Incorruptibile in varias species Cœlorum, & Planetarum. Corruptibile in viuens, & non viuens. Non viuens in elementare, & mixtum, quorum quodlibet varias species habet. Viuens in sensitiuum, vt animal, & insensitiuũ, vt plāta. Planta in varias arborum species, & herbarum. Animal in rationale, & irrationale. Irrationale in varias brutorũ species. Rationale in indiuidua, vt Sortes, & Plato; quã dispositionē cathegoriæ substātię non ita pfectã Porph. assignauit c. de spe- cie, sed quasi mutilam, q nō adamussim oīa enumerauit genera, sed ea tñ, quæ notiora erant, hoc. n. satis erat ibi suo instituto. Diuisimus autē animal in rationale, & irrationale, seù brutũ, & hoc in varias brutorum species, q nō est omninò certũ animal esse immediatum genus respectu brutorũ, sicut respectu hōis, q̄uis .n. ita plerìq; sentiant, oppositũ tñ est valde probabile, & manifestè innuitur ab Arist. 7. Met. 28. vbi inter equum, & animal cōstituit aliud genus innominatum dicēs, *quod. n. cōmune est super equũ, & asinũ, non est nominatum proximum genus*, q̄uis āt illud dicat esse innominatũ, consueuit tñ postea appellari nomine *bruti*.

Satisfit obiectionibus.

IN oppos. obijc. 1. contra 1. conclus. q Deus sit in genere. Tum auctoritate PP. Damasc. lib. 1. fidei c. 9. & lib. 1. Inst. c. 7. vbi dicit, incorporeum esse differentiã substātiæ, & sub se cōtinere Deum, & Angelos, & Aug. 5. de Trin. c. 8. vbi ait, quedã pdicamēta dici propriè de Deo, substātiã. s. relationē, & actionē, cætera impropriè, & metaphoricè. Tũ Aris. nã 12. Met. 50. appellat Deũ primã substantiam, & 1. Ethic. c. 6. & 5. Met. 15. inter exempla eorum, quæ sunt in pdic. numerat Deum, & 4. Top. c. 2. loc. 17. ponit Deum sub genere animalis. Tum 3. rōne, quia infinitas addita quantitati, vel qualitati nō eas extrahit à pdicamētis quātitatis, & qualitatis, s. n. daretur linea infinita, adhuc ad cathegoriã quātitatis spectaret, vt dicemus q. seq. ergo neq; addita substantiæ ipsã extrahet ab hoc pdicamēto. Tũ 4. Christus est substantia simpliciter infinita, cum sit Deus, & tñ est in pdicamento substantię cum simul sit nobiscum vniuocè homo, ergo infinitas non obstat. Tum 5. arguit Auers. substātia amplè sũpta, vt cōprehēdit creatam, & increatam, importat conceptum verè vnum illis communem, ergo constitui potest vna series prædicatorum incipiendo ab huiusmodi conceptu

cem-

communissimo, qui prædicetur essentialiter, & in quid de oĩbus substãtijs, & hoc dicetur vnũ totius substantiæ pdicamentũ. Tũ 6. saltim reductiuè, si non directè, spectabit Deus ad hoc pdicamentũ, tanquã principium, & causa totius substãtiæ creatę, vt dixit Simplic. in hoc c. Tũ tãdẽ, quia saltim, vt vrget Hurt. poterit cõstitui prædicamentũ substãtiæ increatæ distinctũ à prędicaméto creatę, & in ipso Deus reponi, & tale prædicamẽtũ erit, ens substãtiale, cõpletũ, spirituale, à se, æternum.

Resp. ad illas Patrum auctoritates Doctor loc. cit. ꝙ si intelligi deberent, vt referuntur, & sonãt, ponẽda essent in Deo aliqua accidentia, mens igitur Patrũ fuit terminos significantes prædicamenta ex vsu Philosophorũ cõuenire Deo, nõ quidẽ eo sensu, quo vsurpati sunt ab eis ad prædicaméta significanda, quæ sunt res quædã limitatæ, sed in propria sua significatione, q̃ habent præscindẽdo ab imperfectionibus, vnde ijdẽ Patres, Damasc. in elementario c. 8. & lib. 1. de fide c. 1. & 8. & Aug. 7. de Trin. c. 3. Affirmãt Deũ non esse ens .s. prædicamentale, sed supra ens neq; substantiã, sed supra substantiam, qui loquẽdi modus satis apertè ostendit, non fuisse Patrũ intentionẽ Deũ in prædic. reponere, ita Doct. cit. sub V. qua responsione vtuntur Did. & Vasq. cit. sed si Damasc. ita clare loquitur, vt refertur, multũ fauet oppositæ sententiæ. Ad Arist. dicimus illis in locis Dei nomine, vel Deorũ non intelligere verũ Deũ, quẽ vnum esse agnouit, sed intelligit Deos positos ab antiquis, qui dicebãt esse substãtias quasdã superiores, subtilissima corpora habẽtes, similes quidẽ hominibus, sed eis pfectiores, quia immortales, itã notauit Doctor 5. Met. in text. illum 15 Hic tñ est aduertendum, ꝙ licèt Arist. 12. Meth. inuestigãdo naturã primi principij distinguat ens in decem prædicam. & postea distinguat substantiam in sensibilem, & insensibilem, sub qua ponit primũ principiũ; inde tñ non rectè inferri ab aliquibus, Deũ poni in pdicamento substãtiæ, quia sñãtia, quæ ibi diuiditur, nõ est pdicamẽtalis, sed trãscẽdẽs, benè tñ adhuc ad inuestigandã rẽ, quæ est extra pdicamentũ, prædicamenta diuidit, vt nimirũ facilius à sensibilibus ad cognitionẽ insensibiliũ perueniret, & ab his, quæ sunt in genere, ad res, quæ sunt extra genus, gradũ faceret. Ad 3. negat Scot. paritatẽ sub R. aliud est .n. loqui de infinito simpliciter, qualis est infinita substãtia, aliud de infinito secũdũ quid, seù in determinato genere, vt est infinita quantitas, vel qualitas, hæc .n. infinitas nõ tollit oẽm potentialitatẽ, nec aufert oẽm limitationẽ in genere entis, sed tm̃ in tali genere, vndè linea infinita dicetur quidem illimitata quantitas, non tñ illimitatũ ens, & ideò cũ tali infinitate secundũ quid est ratio generis, nõ tñ cũ infinitate simpliciter, quia hæc tollit oẽm limitationem, & potentialitatem, vt probatum est; vide ibi auream doctrinãm.

Ad 4. nolumus hic disputare, qualis sit vnitas Christi Dñi, est .n. negotiũ merè theologicũ; hoc tñ certum est, ꝙ si in hoc reponitur prædicamento, id ei cõtingit rõne humanæ naturæ, non diuinæ, vt oẽs dicunt. Dices, naturæ substãtiales ex dictis disp. præced. nõ ponuntur in prędicamento significatæ in abstracto, sed in concreto; quemodo cõcernunt suppositũ, sed in Christo aliud suppositum non reperitur, quã diuinũ, ergo saltim diuinũ suppositũ, ꝙ est infinitũ, collocabitur in prædicamento. Resp. subsistentiã secundũ se in predicamẽto non poni, sed esse conditionẽ necessariò requisitam, vt natura ibi ponatur, vndè concreta substãtialia dicuntur esse in prædicamento ratione principalis significati .s. naturę non autẽ cõnotati, gerit autẽ hoc munus cõditionis, sine qua non absolutè, quatenus subsistentia est, præscindendo ab hoc, ꝙ sit finita, vel infinita, natura .n. humana, eo ipso cõstituit hominem, ꝙ terminatur subsistentia, siuè hæc sit finita, siuè infinita, vt benè notat Didac. Ex quo deducitur,

tur,nonnisi accidentalissimè, vt sic dicamus,ac merè materialiter suppositū diuinū in Christo ad hoc spectare pdicamētū; tū quia subsistētia diuina est tm̄ cōditio, qua Christi humanitas in hoc reponitur pdicamento;tū quia tale munus gerit, vt subsistētia præcisè,nō vt diuina. Ad 5.cōceditur constitui posse talē pdicatorū seriē,sed negatur, ꝙ pdicatum illud substātiæ cōmunissimū haberet rōnem generis; quia cū sit cōceptus trāscendens, nullā à parte rei præsefert realitatē, vnde neque contrahibilis esset per cōceptus verè differentiales. Dices,talis conceptus cōis est potentialis, & indeterminatus, seu indifferens,& de plurib. specie differentib. diceretur in quid,ergo esset genus. Resp.ꝙ ibi nulla est potētialitas,quia talis præsupponit realitatem à parte rei; vel tm̄ est ibi potentialitas eo modo, quo conceditur cōitas, & indifferētia, nimirū per intellectū inadæquatè cōcipientē,quæ cōmunitas,& potentialitas non sufficit ad hoc,vt aliquis conceptus sit verè genericus, sed tm̄ per nostrū intelligēdi modū,vt notauit Barg.1.d 8.q.3.pag. nobis 180. loquēs de conceptu entis. Ad 6.nec bene diceretur Deū reductiuè pertinere ad hoc pdicamētū, quia id sonat imperfecto modo participare rōnem illius, nec qa est principiū, & causa totius substātiæ,debet reduci ad illud prædicamentū, quia cū etiā sit principiū,& causa accidētium, ad illa prædicamenta reduci deberet, non itaq; Deus ad creaturā, sed potius creatura ad Deū reduci debet,vt ad primam causā, in qua virtualiter, ac eminenter continetur. Ad vlt. illud nouum prædicamentum pro diuinis ab Hurt. inuectum est prorsus chymericum, tū quia reuera series illa prædicatorum non posset dici prædicamentum, qa esset tm̄ ordinatio cōceptuum à nostro cōficta intellectu eandē prorsus rē cōcipiēte per modū magis,& minus cōis, pdicamētū verò accipitur pro coordinatione realitatū, quæ natæ sunt facere cōpositionē metaphysicam, quæ Deo repugnat; tū quia si concedatur esse prædicamentū,planè nequit poni à prædicamento substantiæ creatæ distinctū,vt contendit Hurt.quia prædicata illa ens, substantiale, completum, spirituale, sunt prædicata communia Deo, & creaturis.

Secundò obijc. contra 2. concl. ꝙ etiā partes sint directè in prædicamēto, quia Arist.in hoc c. defendit partes integrātes veras esse substātias, quia nō sunt in alio, velut in subiecto,sed velut in toto,&c.ad aliquid illas computat inter primas,& secundas substātias,caput,quoddam caput, manus quædā manus. Et 5.Met.15.inter substantias enumerat partes, & deniq; 2. de ani.2.& 3.Met.7.& lib.12.tex.12. substantiā diuidit in materiā,formā, & compositū, ex quo arguere licet, superius distinctum in inferiora quidditatiuè prędicatur de illis,ergo substantia quidditatiuè prædicatur de materia,& forma.

Resp.quādo Arist.in hoc c.partes integrales appellauit substantias, solū docere voluit illas esse substantias, nō accidētia, quia non sunt in subiecto, nō idcircò eas directè in prædicamento collocauit;dixit ēt esse veras substātias huius prædicamētis, quia illis nō repugnat esse tales, quatenus sunt partes integrales, nā si sint similares,intrant prædicamentū;c.verò ad aliquid aliud mysteriū voluit nobis aperire Arist.appellauit.n.eas primas,& secūdas substantias,vt indicaret ēt rerū incōpletarū,& partialiū posse nos seriē prędicamētalē constituere ad instar pdicamēti cōpletarū,quatenus ēt in ipsis inueniuntur prædicata superiora,& inferiora, genera,& species,qua ratione diximus disp 4.q.4. in fine quamcumq; vniuersalitatis speciē, ita bene fundari in entibus incōpletis, sicut completis, vnde poterit v. g. assignari vt genus substantia physica partialis, quæ diuidatur in materiam,& formam, & hæc in corporeā,& spiritualem, illa in cælestem,& sublunarem,si in cęlestibus corporibus admittitur materiā, & quidem alterius rationis ab ista inferiorum.

rum. Quod malè inficiatur Sanch.q.5.ad 8.ea rõne fretus, ꝙ hæc sunt entia incompleta, ac proinde inepta ad prædicationẽ. Nã licet re vera sint incõpleta, ea tñ intellectus cõcipere põt p modũ entis, sic cõpleti, sicut requiritur ad ꝑdicationẽ, idq; totũ innuit Arist.cit.fieri posse vocãs manus, & caput secũdas substãtias, & simul partes substãtiatũ, quæ directè sunt in ꝑdicamento. Ad locum ex 5.Met. vtiq; inter substãtias enumerat partes, ibi tñ declarat non dici substantias, sicut cõposita constituta per eas, excipe partes similares, quæ recipiunt prædicationẽ vniuersalis, sicut ipsũ totum. Demũ diuisio illa substãtiæ in materiã, formã, & cõpositum nõ est propriè diuisio substãtiæ in cõi huius ꝑdicaméti, sed potius quædã resolutio substãtiæ ꝑdicamẽtalis cõpositæ, ꝙ ex eo patere potest, qa illã diuisio non cõtinet angelos, qui tñ sunt in hac cathegoria.

At dices, materia, & forma, manus, & pes sunt quidditatiuè substantia, non minus, q̃ cõpositũ, ergo si hoc est in prædicamento directè, etiã & illa. Resp. verum esse assumptum, si substãtia cõiter sumatur, quomodo dici solet substantia analoga, quatenus cõprehẽdit tã cõpletas substantias, quam incõpletas, falsum tñ est, si substantia sumatur, vt est supremũ genus huius prædicaméti, sic.n.non directè, sed lateraliter tm, & reductiuè dicitur de materia, & forma, rõne.s.cõpositi, ac proindè non quidditatiuè, sicut superius de inferiori. Ais, ergo substantia communiter dicta, veluti commune genus erit ad substantias completas, & incompletas, cum talis conceptus substantiæ non sit transcendens, sed finitus, & limitatus. Resp. ità esse, quod in hoc sẽsu partes essentiales physicæ cadunt sub eodem genere cũ composito, ac ẽt partes integrales æthrogeneæ, fe.n. habent ad substantiam sic sumptam, vt modò homogeneæ ad prædicamentalẽ, sicut.n. istæ recipiunt prædicationẽ substantiæ prædicamentalis directè non minus, q̃ totum ipsum, ita vniuersaliter oẽs substantiarum partes prædicationẽ analogæ substantiæ recipiũt nõ minus, quã tota per eas cõstituta; ex hoc tñ non sequitur, ꝙ eodẽ modo recipiant ꝑdicationẽ substantiæ prædicamentalis, atq; ideò directè poni debeãt in hoc ꝑdicamento. Hinc deducitur, potuisse vtiq; fieri prædicamẽtum substantiæ, ꝙ cõplecteretur substãtiãs oẽs creatas, tam completas, q̃ incõpletas, in quo benè discurrit Auers. cit. non tñ ꝙ vlterius complecteretur ẽt increatam, in quo Auers. deficit.

Solet quoque hic afferri difficultas de corpore pro altera parte compositi in viuentibus, cum.n. prædicetur quidditatiuè de viuente vt superius de inferiori, vt cum dicimus, ꝙ homo est corpus; consequenter videtur directè poni in prædicamento, non obstante, ꝙ sit pars. Hæc difficultas vrget solum ponentes in viuentibus formam corporeitatis preter animã, ꝙ ex professo docet Doctor 4. d. 11. q.3. Mairon. passu 40. super vniu. cõcedit assumptum. Dicendũ tñ est cũ Sco.cit.Hh. ꝙ cũ dicimus animal esse corpus, ly corpus nõ stat pro altera parte cõpositi, si accipiatur, vt ꝑdicatio quidditatiua, & formalis, sed pro corpore metaphysico, ꝙ in linea ꝑdicamentali est gradus genericus ad viuens, qui vtiq; gradus desumitur à corpore pro altera parte, vt fusè explicauimus disp.2.phys.q.4.ar.2. ꝑsertĩ in sol. ad 1. & 2. vbi ẽt adducuntur quædã graues difficultates hìc à Mair. tactę, & soluuntur. Rogabis, an saltim post animæ discessum, vel interitũ corpus pro altera parte ponatur directè in genere? Zabar.lib. de pluralit.form.annuit eo, quia tunc nõ habet amplius rõnem partis, sed totius, vndè euadit ens cõpletum, & proportionatũ ꝑdicamento; At potius negare debemus, eo quia ẽt post animalis interitum adhuc manet ens incõpletũ, & animę essentialiter subordinatũ p modũ materiæ, sicut è cõtra anima rõnalis post separationẽ à corpore adhuc manet ens incõpletũ, qa essẽtialiter subordinatã corpori p mo-

modú formæ.tú qa ē qd integratú ex plu rib.formis partialib. ex dict.disp.phys.cit.

Tertiò obijcitur contra 3. concl. probando, nec Angelos, nec corpora cælestia in hoc contineri prædicamento, præsertim in Arist.sententia, nã 10.Met.26.corruptibile, & incorruptibile differunt genere, sed hec sunt incorruptibilia, ergo nõ habent genus cõmune cũ caducis, & eodẽ lib.tex.12.inquit ea differre genere, & pdicationis figura .i. pdicamento, vt oẽs exponunt, quorum nõ est cõis materia, ꝙ etiam habet 5.Met.33.at Cæli, & Angeli non habent communem materiam cum caducis, ergo nec commune genus.

Resp. Doctor 4.d.6.q.10.M. Arist. loqui de genere physico.i.materia, non autẽ logico, quæ est cõis expositio, & vult habere corruptibilia, & incorruptibilia non cõmunicare in materia, qui sensus colligitur ex c.præced.& quidẽ familiare est Arist. nomine generis significare materiã, vt constat ex 1.Post.19.vbi docet in scientijs fieri non debere trãsitum de genere in genus .i. ex subiecto vnius in subiectũ alterius, & 4. Met.2. vbi ait vnius sẽsus vnũ esse genus.i.materiã circa quã. Vel si loquitur de genere logico, nõ vtiq; loquitur de supremo, sed intermedio, ꝙ coincidit cum specie subalterna, alioquin argumẽtum adductũ ibi ab Arist. ad probandum corruptibile, & incorruptibile differre gñe, esset in quatuor terminis, initio.n.textus sic erigit rõnem, *cum contraria specie diuersa sint, corruptibile autẽ, & incorruptibile contraria sint, necesse est diuersum genus esse corruptibile, & incorruptibile*, ergo si in conclusione huius discursus per genus non intelligit subalternũ; esset in quatuor terminis; quomodo autẽ teneat argumentum Arist. intelligẽdo de genere physico, vide ibi Scot.& Alensẽ. Ad alium locum, nõ ita loquitur ibi Arist. sed ait differre genere, quorum non est cõis materia, & quorũ est diuersa cathegoriæ figura, ita loquitur adamussim 5.Met.33. specie verò differre ait, quorum idẽ est genus; loquitur ergo Arist.de genere physico, vt rursus ibi Doctor explicat, & sẽsus est genere physico differre, & quæ sunt in diuersis cathegoriis, hæc.n.adinuicẽ nõ trãsmutantur, qa non fit dulcedo ex superficie, neq; ẽ contra, & quæ sunt in eodẽ pdicamento, sed in materia non cõmunicant; specie verò differre, quorũ idẽ est genus .i. differre ꝑ formã physicã, à qua sumitur differentia specifica, q̃ cõueniũt ĩ materia; aliã ẽt expositionẽ nobis ꝑficuã vide apud Alens.

Dices, vr̃ Arist. posuisse intelligentias actus puros, & simplices, accidẽtiũ incapaces 8.Met.16.9.Met.17.& li.10.tex.30 & li.12.43.ergo nõ solũm physicã, sed ẽt metaphysicam cõpositionẽ negat in eis; quod conf. ex Scot. quol. 15. C. & quol. 7.Gg.vbi docet Arist.in intelligentijs posuisse intelligere idem cum sui substãtia, quia sunt puri actus secundum ipsum. Rx & est solutio cõis Arist. vocare eas actus puros, & simplices, quatenus carent cõpositione physica, & negat in eis potẽtiã cõtradictionis ad essendum, & non essẽdum, quia sunt incorruptibiles, non autẽ negat compositionem, & potentiam metaphysicam, benè .n.nouit nõ esse puros, & simplices, vt intelligentia prima; qua de causa nec etiam credibile est posuisse illas omnium accidentium prorsus incapaces, nã saltim non videtur in eis negasse accidentia respectiua ab ipsis realiter distincta, varios nẽpè respectus ad seinuicẽ, ad orbẽ motum, ad suos effectus; Ais, Scot.2.d.3.q.7.ad 1.princ. docere in sent. Arist. quãlibet intelligentiã esse de se hãc, & non per differentiã indiuidualẽ, ob necessitatẽ essendi, q̃ ei tribuit. Resp.si ita ẽ planè difficile esse tueri intelligentiã, secundũ Arist.in hoc pdica.cõtineri, imò & corpora cælestia cũ eodẽ modo ea videatur posuisse entia necessaria, vndè nõ abs re Auers.in c.de spec.& 10.Met.c.26.negauit hæc in prædicamento substãtie cõtineri. Sed si Arist. prædictam expositionem nõ patitur; curent alij explicare, qui

sinu-

singula eius dicta, vt Sacramenta recipiunt, quãuis minus alacris fuerit ingenij, & multas satis reconditas veritates solo luminis naturę ductu attingerit, fatendũ tñ est ex defectu luminis fidei in multis cæcutire, præsertim cũ de Deo loquitur, & intelligentijs q̃ superãt humanũ captum.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quo sensu diuidatur substantia in primã, & secundam, & vtraque hic definiatur, ac vna alteri comparetur.

Diuisit Arist. in hoc c. substãtiã in primã, & secundã, vtrãq; definiuit, ac deinã ad magis detegẽdã vtriusq; naturã vnam alteri cõparauit; hæc igr̃ tria in hoc ar. nobis sũt explanãda, diuisio substãtię ĩ primã, & secũdã, vtriusq; definitio, & earum comparatio adinuicẽ ab Arist. facta.

Quoad primum dubitatur, quomodo accipiatur substantia, dũ diuiditur in primã, & secundam, an. s. primò, vel secundò intentionaliter; dicunt aliqui diuidi substãtiã quoad primã intentionẽ, vt Suarez disp. 33. Met. sec. 2. quẽ sequitur Faber 7. Met. disp. 7. c. 1. alij asserunt diuidi quoad secundã, vt Sot. in hoc p̃dic. q. 1. art. 1. Sed vtrumq; defendi põt, vt absolutè verũ, ac ẽt de Arist. mẽte, vt docet Doct. q. 4. vniu. in sol. ad 2. vbi inquirens, quo sẽsu diuiserit Aris. substãtiã in primã, & secundã, ait, ꝙ *non tantũ intelligit de his, quæ sunt præter operationem intellectus*, quibus verbis significat Doct. posse vtroq; modo explicari Arist. At quocunq; modo explicetur diuisio; rursus est difficultas, ꝙnã sit diuisũ, & quidẽ Authores in hoc oẽs cõuenire videtur, vt notat Aders. q. 16. sec. 2. substantiam, vt est apex huius prædic. nõ diuidi in primã, & secundam, quasi in suas species, sicut diuiditur quantitas in continuã, & discretam, quia substantia, vt sic, continetur sub altero ex mẽbris diuidentibus, nẽpe sub substãtia secunda, at diuisũ debet esse quid indifferẽs ad primã, & secundã. Sed neq; hoc rectè asseritur, quia bene põt diuisũ aliquod cõtineri accidẽtaliter sub aliquo ex mẽbris diuidẽtibus, vt constat de vniuersali, ꝙ accidentaliter cõtinetur sub altero ex mẽbris diuidentibus, nẽpe sub genere; quãuis igitur si substantia suprema capiatur pro prima intẽtione, nõ possit diuidi in primã, & secundã, vt notat Tat. q. 1. prædic. not. 3. ex Sc. q. 13. prædic. in fine, quia vt sic significat naturã cõem, non autẽ singularẽ, & indiuiduã, qualis importatur p primã substãtiã; tñ si sumatur pro 2. intentione, diuidi põt in eas, vt in suas species, sic. n. vt quid, abstrahit à secundis intẽtionib. vniuersalitatis, & singularitatis, vt à suis specieb. et solum concipitur vniuersalis, vt modus.

Põt igitur in primis accipi substãtia, vt genus generalissimum, & diuidi præfato modo in primã, & secundã, velut in suas species, põt et accipi substãtia pro quocũque directè ponibili in hoc prædicam. ex Tatar. ibidẽ, quo sensu dicitur substantia prędicamẽtalis, & cõprehendit supremã, intermediã, & infimã, & sic diuidi in primã, & secundam. i. in illã, quæ ponitur infimo loco, & hæc est prima substantia, & in illam, quæ ponitur in aliquo superiori loco, & est secunda, seù in illã, quæ solum ponitur in prædicam. vt subijcibilis, quæ est prima, & in eã, quæ ponitur vt prædicabilis, & est secunda; in qua diuisione si substantia prædicamentalis sumatur pro prima intentione. i. pro natura, & essentia reali, quatenus affici potest intentionibus vniuersalitatis, & singularitatis, sic erit diuisio subiecti in accidentia; si verò sumatur prout præsefert illã secundã intentionem ordinabilitatis in prædicamento, sic erit diuisio generis in species, quia ita diuiditur ordinabile in prædicamento in prædicabile, & vltimũ subijcibile, ita docet Tatar. cit. quẽ dicendi modum multi ex Recentioribus sequuntur; iuxta quod talis diuisio põt ẽt suo modo assignari in prædicamentis accidentium sumẽdo substantiam amplissimè pro natura, & essentia rei, & primã pro natura singulari, & subij-

subijcibili secundam pro natura vniuersali, & pdicabili, vt optimè notauit Maurit.q.4.vniu.dub.3. Pōt ēt diuidi substantia in primā, & secundam secūdū rōnem subsistendi, & substandi alijs, primariò, & secūdariò veluti per varios modos, vt volebat Suar. vt faciat hūc sensū, substantia alia est, cui primò, & per se cōuenit subsistere, & accidētibus substare, & hæc ē prima, alia verò, cui conuenit subsistere, & alijs substare mediatè, & secūdariò, & hęc est secunda, & in hoc sensu ēt pōt diuisio explicari p terminos secundarū intētionū, quatenus substantia pōt accidentibus cōparari, nōdū per modum subiecti inhęsionis, verum etiam prædicationis, ꝙ vtique ei conuenit pro secunda intentione.

Ex his patet posse hanc diuisionē explicari primò, & secundò intentionaliter, tàm ex parte totius diuisi, quàm mēbrorum diuidentium; & licet Doctor cit. innuere videatur pfatā diuisionē ex parte membrorum diuidentiū nōnisi p secundas intētiones assignari posse, ea rōne fretus, ꝙ mēbra diuisionis debēt opponi, nō coincidere, at ꝙ est secunda substantia pter operationem intellectus, nō opponitur primæ substātiæ, sed est idē, ergo &c. nihilominus nō ē ita in rigore intelligendus Doct. quasi prima, & secunda substātia à parte rei coincidāt omninò, & realiter, & formaliter, nā certū est in eius sententia naturā cōmunem super quam fundatur intētio vniuersalitatis, distingui ex natura rei ab indiuiduo, sup ꝙ fundatur secūda intentio singularitatis, & ei quodammodo opponi; sed tm̄ voluit indicare maiorē oppositionē cerni inter primā, & secundam substantiā secūdò intentionaliter captas, quā pro prima intentione, qa sic sunt realiter idē, at illo modo sūt intētiones prorsus diuersæ, & oppositæ, vnde per ea membra diuisio magis elucet.

Petes, quo modo ex his magis diuiserit Arist. Resp. Suarez, Faber, Blanc. & alij diuisisse tertio modo, & pro prima intentione, quia hìc explicat substantiam per nō esse in subiecto, & p substare accidentibus, quæ sunt rōnes reales, & iuxta duplicem modū realē subsistendi, & substādi accidentibus diuidit substātiā in 1., & 2., prima est, quæ per se, & primariò subsistit, & accidentibus substat, secunda vero, quæ secundariò. Sed planè falsū est Arist. hìc tm̄ cōsiderare substantiā quoad rationem subsistēdi, & substandi accidentibus, quamuis .n. quoad hanc rationem, illam hìc peculiari quodam modo considerauerit, vtpotè per quā ab accidente secernitur, talis .n. consideratio accidentibus applicari non potest, adhuc tamen ēt ipsam considerauit, vt ponibilis, & ordinabilis in prædicamento, quæ sanè consideratio tota intentionalis est, neque solum distinxit primam, & secundam substantiā p illos modos primariò, aut secūdariò substādi, vel subsistendi, sed pſertim ēt p nō dici, vel dici de subiecto, imò quādo ēt primam substantiam distinxit à secundis, quia subijcitur oībus alijs ēt ipsis secundis, hęc certè subiectio dicit secundam intentionē in prima substantia, sicut *dici de* intentionē oppositam ponit in secūda, & ēt in accidentibus ipsis, qa in ordine ad illa, nedum hic comparatur, vt subiectum inhæsionis, verum etiam prædicationis, vt mox dicemus, quare concludimus cum Doctore cit. q.4. vniu. & q.12. prædicam. in fine præfatam diuisionem potius explicandam esse per secundas intentiones, quam per primas, quia secundum eam considerationem præsertim pertinent prædicamenta ad Logicū; & non tm̄ tertiò modo verū etiam aliis accipi posse ēt de mente Arist. & sic manet breuiter explicata hæc substantiæ diuisio, circa quam tot verba insumūt inutiliter Auctores passim; & forte improbabilis prorsus nō est Amonij opinio hanc nō tā esse diuisionē, q̄ enumerationē, & seriē quandā eorū, quæ in hoc prędicamento ponuntur, veluti cum dicitur, discumbētium hic est primus, ille secundus, &c.

Quoad 2. Arist. eodem cap. definit, vel petius

potius describit primam substātiā esse illā quæ *nec est in subiecto, nec dicitur de subiecto*, secundā verò, quæ *non est in subiecto sed dicitur de subiecto*, vbi p subiectum intelligitur subiectū inhęsionis, & pdicationis, nā quādo vtraq; dicitur nō esse in subiecto, sermo est de subiecto inhæsionis nā per hoc substantia distinguitur ab accidente; vnde per illā negationē circumscribitur modus positiuus pesseitatis substantiā cōstituens, & ab accidente distinguens, quando verò de prima substantia negatur dici de subiecto, & de secūda affirmatur, tunc fit sermo de subiecto prędicationis, & pænes hoc distinguuntur prima; & secunda substantia, quia prima substātia nullū habet inferius, de quo pdicetur, benè tñ secunda, qa hæc ē vniuersalis, illa singularis, quare ēt altera negatio in definitione primæ substantiæ, qua negatur dici de subiecto, circūscribit positiuā hæcceitatē; per quā ei repugnat dici de subiecto .i. de inferiori; hinc patet, quomodo hæ definitiones benè rē explicent, quia estò dētur p negationes, nō tñ p simplices negationes, alioquin definitio primæ substantiæ ēt chymerę cōueniret, sed p negationes indicātes quid positiuū, vt notat Tat. cit. not. 4. patet ēt quomō ambę possint explicari pro prima intētione. Verū qa *esse in subiecto, & dici de subiecto* nō tm̄ primò intētionaliter, sed ēt secūdò intētionaliter capi possunt, ita nimirum, vt *esse in subiecto* idē sit, q pdicari accidētaliter, & denominatiuè, qui ē proprius modus pdicandi accidentiū, & *dici de subiecto*.i. de inferiori, sit pdicari essētialiter, ideò poterunt ēt præfatæ definitiones explicari secundò intentionaliter, ita nimirum, vt secunda substantia dicatur illa, quæ *non est in subiecto, sed dicitur de subiecto*.i. quæ nō accidētaliter, sed essentialiter prædicatur de prima, prima verò substātia sit illa, quæ *nec est in subiecto, nec dicitur de subiecto*.i. nec pdicatur de alio accidētaliter, nec essētialiter; itaq ista duplex negatio indicet oppositā intentionē subijcibilitatis omnimodæ, per quam excludatur omnis prædicabilitas; & hoc manifestè insinuat Arist. per illud de prima substātia pronunciatum, quod accipiunt aliqui, vt aliam primæ substantiæ definitionem *est*, *quæ propriè principaliter*, & *maximè substare dicitur*, per hoc .n. significat, quod illæ non sunt puræ negationes, sed nobis circūscribunt omnimodam subijcibilitatem primæ substantiæ in quacunq; prædicatione, tàm essentiali, q̄ accidētali, adeoquod hoc pronunciatum sit potius declaratio definitionis primæ substantiæ, quæ vt tradita per negationes poterat aliq̄ parere suspicionē q̄ noua, & distincta definitio; vel cū Mairon. passu 9. dicendū, q cū ea vnā constituit definitionē, & est de eius integritate ità p secundas intētiones explicat has definitiones primæ, & secūdæ substātię Io. de Mag. q. 1. huius pdicam. not. 2. quę qdē explicatio est instituto logico multò magis accōmodata, q̄ pcedēs, & ēt magis de mente Arist. qui definit primam substantiā per oppositionē ad secundā, cum ergo secundā definiat per prædicari, cōueniēs est, vt primam definiret per subijci.

Sed dices, ex hoc, quod prima substantia omnibus alijs substat, accidentibus nēpè, & ipsismet secundis substantijs, infert Arist. *destructis primis substantijs impossibile esse aliquid aliorū remanere*, hoc aūt nequit intelligi, nisi quoad esse actualis existētiæ, cū .n. tū accidentia, tum naturæ cōes in se immediatè non existant, sed in indiuiduis, tolle indiuidua, tolluntur ēt & accidentia, & naturæ cōes, oīa .n. corrumpuntur ad corruptionē indiuidui, vt docet Doct. 3. d. 22. q. vn. G. quo autem ad esse obiectiuum, & essentiæ non est vera illa propositio, quia nullo singulari existente, adhuc potest quidditas intelliger, formari de illa propositiones veræ, & necessariæ in ordine ad prędicata essentialia, vt clarè docuit Porph. cap. 7. dicens sublatis indiuiduis nō tolli species, vel genera, quo .s. ad esse obiectiuum, & essentiæ,

tiæ, ergo vt hoc Arist. dictũ verificetur, oportet vt aliud dictũ, vndè deducitur, ꝙ .s. substãtia prima *principaliter, & maximè substare dicitur*, intelligatur de substare realiter, & vera sustẽtatione respectu accidẽtiũ, ac reali inclusione naturę cõis quæ est secũda substãtia, nõ aũt de substare intẽtionaliter, seù subijci ĩ pdicatione.

Resp. ꝙ sicut primũ Arist. dictũ, ꝙ prima substãtia principaliter, & maximè substat, põt explicari tã pro prima, q̃ pro secunda intẽtione, nẽpè de reali, aut intentionali subiectione in prędicatione, ità ẽt consectariũ ex eo deductum, vt benè aduertit idẽ Io. de Mag. cit. dub. 3. vndè ex illo primo dicto realiter intellecto deducitur hoc secũdum realiter intellectũ eo modo, quo demonstratur in argumento .s. ꝙ destructis primis substantijs destruuntur alia oĩa .s. naturæ cões, & accidẽtia quoad esse actualis existẽtiæ, & ex eodẽ logicaliter intellecto deducitur illud idẽ consectarium logicaliter intellectũ hoc modo, ꝙ cũ hìc cõsideretur prima substãtia in ordine ad secundas, & ad accidentia in ratione subijcibilis, hęc verò oĩa in ordine ad primam in ratione prædicabilis, vel essentialiter, vel accidentaliter, quia relatiua posita se ponunt, & perempta se perimũt, planè sublatis primis substãtijs auferũtur ẽt secũdæ, & accidẽtia.

Ex quo patet, quomodo sit verbũ illud Arist. dictum destructis primis substãtijs, &c. tã physicè, q̃ logicè. Dices, destructis oĩbus hominibus adhuc remaneret anima rationalis, & materia, vel corpus pro altera parte cõpositi cũ suis accidẽtibus, ergo falsum illud dictũ. Resp. Louanienses ob id habent pro suspecto hoc Arist. dictũ veluti tẽdens ad animæ mortalitatẽ. Alij explicant de totali destructione primarũ substãtiarum, nẽpè quoad vtrãq; partem, quasi Arist. apertis oculis agnouerit annihilationem; Mairon passu 11. ad 4. ait, per primas substantias hìc Arist. intelligere substantias oẽs singulares, tàm completas, q̃ incompletas, ꝙ sanè textui satis cõsonum nõ est. Facilis tñ est solutio, & ex ipso cõtextu colligitur, nõ .n. Arist. loquitur simpliciter de oĩbus, quasi oĩa prorsus interitura sint destructis primis substantijs, sed loqtur signatè de secundis substãtijs, & accidẽtibus, q̃ substẽtãtur in eis (vt .n. dicimus in phys. cõpositũ est adęquatũ subiectũ accidẽtium, nõ materia prima) nã per hãc propositionem intendit Arist. demõstrare dependentiã tã secundarum substãtiarum, q̃ accidentiũ à primis, patũ autem ad hoc refert, ꝙ facta primæ substãtię destructione adhuc aliqua maneat eius pars superstes, nam siuè maneat, siuè non, certum est naturã, quæ in ipsa extabat, pariter & accidentia in ipsa fundata deleri; ꝙ dictum, sicut verificatur optimè in substantijs integris, & cõpletis, de quibus reuera pcipuè illud pronunciauit hìc Arist. ità cum oĩ veritate poterit applicari quoq; substãtijs partialib. & incõpletis cõstituẽdo, & distinguẽdo ẽt in ipsis primas, & secundas iuxtà superius dicta.

Quæres, quomodo intelligatur aliud Arist. dictũ, prima substãtia *propriè, principaliter, & maximè substat*, ad qd .s. ponãtur illæ particulæ. Resp. Oibel. ꝙ ponitur *propriè*, ad differentiã accidẽtiũ, licèt .n. accidens possit esse subiectũ accidentis, non tñ vltimatè terminat ejus dependẽtiã, vt latè ostẽdit Doct. 4. d. 12. q. 1. ponitur *principaliter*, ad differentiã secundarum substãtiarum, quę nõ substãt accidentibus, nisi prout sunt in primis, homo .n. nõ dicitur albus, vel niger, nisi qa Sortes, vel Plato est albus; Et tãdem ponitur *maximè*, ad ostendendum, ꝙ primæ substantiæ pluribus substant, quam secundę, quia substant omnibus alijs, quibus substant secundæ, & cum hoc ipsis secundis.

Quoad tertiã substãtia singularis vniuersali comparata dicitur prima substãtia, & magis substantia, q̃ illa .i. habet quãdam primitatem perfectionis in participando rõnem substantiæ, q̃ nõ habet substantia vniuersalis. Ità Arist. in hoc cap. ad cuius comparationis declarationẽ re-

colendum est ex dictis substãtiam ità appellari, vel à substãdo, quæ est denominatio relatiua, vt ait Orbel. quia substare sonat sub alio stare, aut alteri subesse, vel vt inferius superiori, vel subiectũ accidenti, aut à subsistẽdo, quæ est denominatio absoluta, quia subsistere sonat p se stare, & non in alio, cui inhæreat, hæc est ratio essentialis substãtiæ, illa vero quasi accidẽtalis, & istã consequens; ratio absoluta, & essentialis æqualiter cõpetit oĩbus substãtijs, cũ æqualiter oĩbus repugnet alteri inhærere, vndè ex hoc capite, nimirũ rõne subsistẽdi, nõ datur prima, & secunda substãtia, nec substãtia particularis est magis substãtia, q̃ vniuersalis, vnde minus rectè aliqui ẽt ex hoc capite. s. quantũ ad rationẽ subsistẽdi, aiunt substantiam primam esse magis substantiam, q̃ secundam, quia perfectiori modo participat subsistẽtiam, q̃ secunda, cum participet illã immediatè; secũda verò mediatè, quia. s. ratio suppositi primò conuenit indiuiduo, & communia nõnisi per indiuidua supponũtur. Minus rectè hoc dicitur, nã vt notat Doctor quol. 4. M. & quol. 5. V. & quol. 9. A. aliud est loqui de subsistere pro p se esse, vt excludit inhærere, aliud prout idẽ est, ꝙ incõmunicabiliter per se existere, ꝙ est proprium suppositi, & personæ; quando hic fit cõparatio inter primã, & secundã substantiã, & quæritur quænam earũ perfectiori modo rõnem substantiæ participet, quæstio esse debet de aliqua rõne, quę sit vtriq; cõmunis, sic. n. fieri solet quęcũque cõparatio, in forma nẽpe cõmuni extremis cõparatis, cũ igitur subsistere pro incõmunicabiliter per se esse, substantiæ primæ dũtaxat cõpetat, ex hoc capite nõ debet dici prima in ratione subsistẽdi, quã secunda, & magis substantia, quam illa.

Potius ergo talis primitas, & maioritas attendi debet penes denominationẽ relatiuam substandi, hæc. n. ratio perfectiori modo participari põt ab vna substantia, q̃ ab alia, quatenus vna substare põt plurib. prædicatis, ac magis independenter, quã alia, & sanè in hoc sẽsu Arist. primas substantias appellauit substantias singulares, secundas autẽ vniuersales, ac illas ẽt magis substantias dixit, ità colligitur ex ipso contextu, vbi sic loquitur, *primæ substantiæ, ideò, quod omnibus alijs subijciuntur, et alia omnia, vel dè ipsis prædicatur, vel in ipsis sunt, propter hoc maximè substantiæ primæ dicuntur*; & ex hoc etiã capite cõparando adinuicem secundas substantias ait, species esse magis substantias generibus, nẽpè quia pluribus substant, quam genera, & ità explicat Tat. cit. dub. 2. At substãtias singulares esse primas substantias in hoc sensu, magisq; substantias vniuersalibus põt adhuc dupliciter explicari, vel realiter, & pro prima intentione, vel logicaliter, & pro secunda. Primo modo substantia singularis dicitur prima substãtia, quia quoad actualem existentiam, & physicam omnia fundãtur in ipsa, quia & naturæ communes, & accidentia ipsa existunt ad existentiam eius, & ea sublata ruunt quoad existẽtiam, quod insinuauit Arist. dicens, non existentibus primis substantijs impossibile esse aliquid aliorũ remanere; cum igitur sit basis, & fundamentum, cui cętera innitũtur quoad existentiã, optima rõne prima substãtia dicetur, quatenus primò, & imediatè existit, & naturæ cões secũdæ substãtiæ dicẽtur, quatenus secũdariò, & mediatè existunt, ad existẽtiã. s. primarũ; itẽ magis substantia dicetur, q̃a plurib. realiter substat, q̃ naturæ cões, quia essentialiter includit naturas cões superiores, & acidẽtaliter plurima suscipit accidentia, à quibus postea mediãte prima denominantur ẽt secũdæ.

Alio autem modo. s. logicaliter substãtia singularis magis substantia dicitur, q̃ vniuersalis, quia pluribus substat prædicatis loquendo de prædicatione tàm essentiali, q̃ accidentali, & dicitur etiã prima substantia, quia in prædicationibus accidentalibus immediatè subijcitur, & primariò, secundæ verò substantiæ mediatè, & secundariò; vbi aduertendum

ex

ex hac præsertim subiectione in prædicationibus accidentalib. attendi denominatione substantiæ, quia in pdicationib. essentialibus, etiā accidentia subijciuntur suis prædicatis superioribus; & ex eo, q̃ ē subiectio immediata, ac independens, dicitur substantia singularis prima substantia, & magis substantia, q̃ vniuersalis, vndè licet homo v. g. pluribus substet accidentibus, q̃ Petrus, quia substat oībus accidentibus Petri, ac aliorum simul indiuiduorum, tñ adhuc Petrus dici debet magis substātia, quam homo in rõne substādi, tū qa pluribus pdicatis substat, loquēdo ēt de essentialibus; tum quia estò loquendo de accidētalibus tm̃, substet paucioribus, adhuc tñ substat nobiliori modo, nimirum propria virtute, quia immediatè, ac independēter ab alio, homo autem substat illis dependenter ab ipsis indiuiduis: quæ expositio ex ipso contextu colligitur, vbi hac ratione dicebat Arist. inter primas substantias, & inter species vnam non esse magis substantiam, quàm aliā, quia æqualiter substant, quod vtique nequit extēsiuè intelligi; quia hic homo, vel etiam homo in cōmuni pluribus accidētibus substat ac prædicatis essentialibus, q̃ hic lapis, vel lapis, sed intelligit in sensu præfato, quod æqualiter substant primę substantiæ, quia vna in substando nō depēdet ab alia, & pariter oēs species specialissimæ ęqualiter à prima dependēt substantia, nec vna dependet ab alia.

Sed obijcies, vniuersalia pręcedere singularia ea prioritate, à qua nō conuertitur subsistendi conseq. ergo debent dici primæ substantiæ, & singularia secundæ Item 8. Met. 2. ait Arist. vniuersalia esse magis substantias, q̃ singularia. Tandem substare accidentibus est proprietas substantiæ, consequens ad rationem essentialem eius, quæ est subsistere, ergo cui cōuenit prius talis ratio substantiæ, eidē quoq; talis proprietas prius conuenit, at illa ratio prius conueniet substantijs vniuersalibus, ergo &c. Et certè quātum ad substare accidentibus proprijs, negari nequit substantias secundas prius, & magis substare primis, nā accidētia pp̃ria prius cōueniunt naturis, & per eas singularib.

Resp. ad 1. hìc Arist. accipere primitatem, non eo modo, sed alio lōgè diuerso, vt explicauimus, & notat Tatar. cit. not. 3. Ad 2. ibi Arist. loquitur secundū mentem Platonis ponētis ideas separatas, vt ibi communiter Expositores notāt, præsertim Scot. Ad 3. neg. sub illata minor, nam ratio substantiæ in communi, vt est prædicamentum à cæteris diuersum, vel æqualiter competit omnibus substantijs primis, & secundis, vt dicebamus, quatenus omnibus ex æquo repugnat inhærere; vel si aliqua intercedit analogia, perfectiori modo conueniet primis, quā secundis, vtpotè quæ includunt totam perfectionem secūdarū, & aliquid amplius. Dices, si æqualiter eis conuenit rō communis subsistēdi, ergo & proprietas substandi, quæ ab ea dimanat. Resp. etiam si aptitudo substandi æqualiter imò prius substantijs secundis conueniret, actus tamen ipse substādi prius exercetur in primis, quàm in secūdis, in quibus exerceri nequit, nisi mediatè, ac dependenter ab illis. Ad illud denique de substare accidentibus proprijs, vltrò cōcedimus prius conuenire naturis, quàm singularibus, & ijs conuenire mediantibus illis, sed iā diximus denominationem primę substantiæ non attendi debere ex subiectione ad huiusmodi prædicata, quia etiam accidētia subsunt suis vniuersalibus, ac eorum passionibus mediantibus illis, sed attendi ex subiectione ad accidentia communia immediata, ac independenti, hæc. n. conuenit dumtaxat substantijs singularibus. Addunt alij, quod etiam ipsa accidentia propria, estò, quoad essētiam, & necessariam connexionem, prius conueniāt naturis, postea indiuiduis, tamē quoad existentiam res è contra se habet, ideò enim risibile realiter existit in homine, qa existit realiter in Petro, vel Paulo, ita Sāch. Complut. & alij.

ARTICVLVS TERTIVS.

Declarantur proprietates, & attributa substantiæ.

SEx proprietates, vel attributa adscripsit Arist. substantiæ, vt dictū est 1. p. Inst. quarū aliquæ ei conueniunt pro prima intentione, aliquæ pro secunda, quædā tandē pro prima, & pro secūda, quatenus vtroq; modo explicari possunt, solet n. Arist. in his pſertim pdicam. multa primarū intentionū admiscere in gratiā secundarū, vt nimirū melius discamus iuxta earū exigentiā secundas fundare intētiones, eas autē vocamus ēt attributa, qa nō oēs cōueniūt substātiæ in quarto mō.

Prima substātiæ affectio est in subiecto non esse. i. in nullo hærere subiecto, si explicetur primò intētionaliter, & hæc nō ē propria substātiæ pdicamētalis in quarto modo ꝓprij, quia cōuenit omni prorsus substantiæ, tū infinitæ, quā finitæ, tàm cōpletæ, quā incōpletæ, iàm primis, quàm secundis, licèt. n. substantiæ secundæ dicātur de subiecto, non tñ sunt in subiecto, qa natura nō inhæret suis inferioribus, sed potius illa constituit in esse quidditatiuo; & forma substantialis, licèt recipiatur in materia, & ab ea in esse, & fieri depēdeat, si est materialis, nunquā tñ dici pōt illi inhærere, qa vt Scot. docet quol. 3. S. & quol 9. A. inhærere dicit nō per se informare, nec facere per se vnū, sed facere vnū per accidens, & dare esse, vel actū secundum quid alicui priori simpliciter enti, at forma substātialis, vt per se actus, p se informat materiā, dat ei actū simpliciter, & cū ea facit per se vnum; partes physicę integrales sunt quidem in toto, non tamē tāquam in subiecto, quia illi nō inhærent, sed potius illud constituunt integraliter, & tandem hæc affectio conuenit ēt differentijs substantialibus, vt ait Arist. in textu, quia neque ipsæ inhærent ei, cuius sunt differentiæ, sed potius cōstituunt in esse specifico, ac determinato. Ex quo sequitur, quòd licèt ista affectio nō sit propria substantiæ prædicamentalis inquarto modo, est tñ sic propria substantiæ in tota sua latitudine, vt contradistinguitur ab accidente; falsū nāq; est, ꝙ inquit Tat. hìc, hanc affectionē conuenire accidenti separato in Eucharistia; quāuis. n. non sit ibi in subiecto actualiter, est tñ aptitudinaliter, dū autē dicimus propriū esse substantiæ in subiecto nō esse, vtroque modo intelligitur. Potest etiam hæc affectio explicari pro secunda intētione, vt idem sit substantiam in subiecto non esse, quod non esse aptam de aliquo accidentaliter prædicari, vt supra dicebamus exponendo secundò intentionaliter eandem particulam in definitione substantiæ.

Sed instabis *esse in subiecto* malè inter affectiones recenseri substantiæ, cum sit de ipsius definitione; & malè etiam explicari per hoc, quod substantia nequeat de aliquo accidentaliter prædicari, cum oppositum ex professo docuerimus disp. 5. quæst. 5. ar. 2. Resp. inter affectiones recenseri, quatenus est negatio immediatè sequens ad rationem positiuam substantiæ, sicut passio sequi solet ad essentiam, vndè dimanat, & ponitur in definitione substantiæ, non secundum se formaliter cōsiderata, sed vt indicat, & circumscribit rōnem positiuā substātię, vndè fatemur notificationē illā substantiæ potius esse descriptionē, quā definitionē; Quando autē disp. cit. q. vlt. diximus posse substantiā quoq; accidētaliter prędicari, loquebamur de pdicari accidentaliter per modū accidentis prædicabilis, hìc autē dicimus pdicari nō posse per modū accidētis prędicamentalis, qa fundamentū huius pdicationis est vera, ac ꝓpria inhærentia formę, quę pdicatur, in subiecto, de quo pdicatur, quę inherentia substātię repugnat, & in hoc nulla ē contradictio.

Secunda, quæ conuenit determinatè secundis substantijs, ac etiam ad earum differentias extenditur, est vniuocè prædicari de primis. i. secundum idē nomen, & rationem in illis essentialiter inclusā;

ex quo patet hãc affectionẽ esse merè intentionalẽ, quia prædicari est secundarũ intentionũ,& intelligi debere de prędicatione signata non exercita, non.n.in terminis secundarum intentionum valet dicere, substantia prima est secunda,benè tñ in terminis primarũ, Petrus est homo, est animal,est rationalis;Vt autẽ hæc affectio solũ in substantiis reperiatur,debent accipi primæ,& secundæ substantiæ in rigore, nã si fusè accipiantur pro quacunq; natura vniuersali, vel particulari, eũ hoc modo possint etiam in prædicamentis accidentiũ distribui, & assignari, vt art.præc. dub.1.diximus,poterit consequenter hæc proprietas etiam ad vniuersalia accidentiũ extendi; cũ ipsa quoq; de suis inferioribus vniuocè prædicentur, vt dictũ est p. p.Inst.tract.1.c.6.at respectu suorũ subiectorũ, estò possint esse vniuoca prædicata, quia dici possunt de eis secundũ idem nomen, & rationem, vt constat de albo respectu niuis, & papyri, nunquam tamẽ possunt vniuocè prędicari,quia talis conceptus non includitur essentialiter in illis,vt declarauimus disp.2. q.6.ar.1. quod alij dicunt pôsse de illis prædicari vniuocè accidentaliter, non essentialiter.

Tertia, quæ determinatè conuenit primis,est,significare *hoc aliquid* .i.significare aliquod determinatũ, & singulare non vlterius communicabile,ad differentiã secundarũ,quæ significant *quale quid* .i.aliquod indeterminatum vniuersale, & cõmunicabile pluribus.Neque hinc inferas, genera, & species in qualequid prædicari contra dicta in disp.5.Nã vt notauimusin Inst. non sumitur hìc *quale quid* in prædicamentis,vt sumebatur in prędicabilibus, quia hìc sumitur,vt contradistinguitur ab *hoc aliquid*, quod significat substantiã ità per se existentem,vt possit digito demonstrari dicendo, hoc est aliquid; è contra verò *quale quid* significat substantiã vniuersalem non per se primò, & immediatè subsistentẽ, sed per primam substantiam, in quo videtur habere modum qualitatis, q̃ non per se,sed p aliud existit; potest etiã dici 2.substantia significare qualequid,nõ actiuè,vt differẽtia, sed passiuè,quatenus significat naturã vlterius cõmunicabilẽ,& qualificabilẽ per essentiales differentias.

Vt autẽ hæc affectio singularibus tãtũ substantiarũ conueniat, cum dicitur prima substantia *hoc aliquid* significare, non sufficit dicere, ꝙ significet aliquid determinatum,& vnũ numero,non alteri inferiori vlterius communicabile,quia in hoc sensu etiã singularibus accidentiũconuenire potest, vt diximus in Inst. sed addere debemus, ꝙ illud determinatũ,ac numero vnũ,ꝙ significat,ità sit incommunicabile, vt alteri nequeat communicari, nec vt superius inferiori,quod est esse incommunicabile, vt *quod*, nec vt forma subiecto,siuè substantialis, siuè accidentalis, ꝙ est esse incommunicabile, vt *quo*,ratio .n. suppositi(quod hìc Arist.intelligit per primã substantiã,vt notat Mair.pass.11. nam ipse non distinxit, vt nos Theologi, inter suppositũ,& singulare substantiæ) cõsistit in hac duplici incommunicabilitate, vt quò, & vt quòd,vt docet Scot.1.d.2.q.7.§. *Ad primã quæst.* Dũ autẽ dicimus primã substantiã hoc aliquid significare,& secũdã qualequid sumitur prima, & secunda substantia intentionaliter, non .n.solum nominibus,sed etiã intentionibus conuenit significare res,seu esse signa rerũ,alioquin si sumantur primò intentionaliter, tunc, vt notat Tatar.actus signatus capitur p actu exercito,vt sensus sit,1.substãtia significat hoc aliqd .i. est hoc aliquid.

Quarta, quæ conuenit omni substantiæ, non solum directè, sed etiam lateraliter, ac indirectè existenti in prædicamento,est,non habere contrarium, quod quidem intelligendum est de contrarietate propriè dicta, quæ versatur inter formas positiuas sibi inuicem oppositas, & ab eodem subiecto se mutuò expellentes, vt sunt quamplurimæ qualitates; hoc.n. modo nulla substantia alteri opponitur, quia esto vna forma substantialis à materia

ria excludatur per aduẽtũ alterius, nõ idcircò contrariæ censeri debẽt, quia cõtrarietas est species oppositionis, at inter formas substãtiales nõ versatur repugnantia opposita, sed tãtũ disparata (de qua duplici repugnantia vide infrà disp. 9. q. 1. ar. 1.) nã absolutè loquendo forma substantialis nõ determinatã formã excludit, & magis hãc, quã illã, q̃ ad oppositionẽ requiritur, sed æquè excludit omnẽ disparatã, & cũ quacunq; eodẽ modo incõpossibilis est, & nõ magis cũ vna, q̃ cũ alia; Quod si dicas, saltim formas elementares sic opponi, nam forma ignis magis repugnat esse cum forma aquæ, quam aeris, vt colligitur ex 2. de Gen. Resp. formã ignis secundũ se sumptam æquè in eadẽ materia repugnare cũ forma aeris, ac cũ forma aquæ, dicitur tamẽ magis pugnare cũ hac, quã cũ illa, ratione qualitatũ illas formas insequentiũ, quæ verè, & propriè inter se contrariantur. Ais, qualitates istæ ab ipsis elementorũ substantijs dimanant, ergo prius in ipsis illa contrarietas reperitur, quã deindè participant. Resp. cũ Tatar. hìc q. 2. in sol. ad 3. prin. quod contrarietas in effectibus non arguit sẽper in causis contrarietatem formalẽ, sed tantũ virtualẽ, & radicalẽ, q̃ vltrò admittimus in elementis, quia vt ait Tatar. aliquid habere cõtrarietatẽ virtualem non est aliud, q̃ illud posse contraria producere. Rursus quãuis priuatio verè opponatur formæ substantiali, oppositio tamen non est contraria, sed solũ priuatiua, cum priuatio nihil reale positiuũ ponat in subiecto oppositũ formæ. Demum neq; differentiæ substantiales idem genus condiuidentes propriè dici possunt cõtrariæ, quia non insunt generi, veluti cõmuni subiecto, à quo vicissim se possint excludere, sed dicuntur contrariæ, quatenus sunt primò diuersæ; ex quo patet errasse Mair. passu 16. dũ his rationibus cõuictus statuit in substantijs veram contrarietatẽ; itaque de contrarietate fusè sumpta, nimirum vel pro notabili diuersitate, & incompossibilitate, aut pro oppositione priuatiua explicandus est Arist. cũ 1. Phys. 50. ait in omni genere vnã esse contrarietatẽ, & 10. Met. 24. differentias specificas substãtiarũ esse cõtrarias, de quo vide Ant. And. c. de subst. quomodo aũt hęc affectio quantitati quoq; cõueniat dicemus q. seq.

Quinta, quæ etiã omni substantiæ conuenit, est nõ suscipere magis, & minus, vt accidentia, quia vel consideramus substãtias quoad rationẽ ipsã cõmunem substãtiæ, prout substantia dicitur, non quidẽ à substando, sic. n. vna substantia dicitur magis substantia, q̃ alia, quia hęc est ratio accidentalis, sed vt dicitur à subsistendo, vel per se essendo, & sic vna substantia nõ potest dici magis substantia, q̃ alia, vt Scot. docet q. 15. prædic. propè finẽ, nec eadem substantia in se potest dici modò magis, modò minus substantia, sicut vnum albũ est magis albũ, quam aliud, vel hodiè in se magis albũ, quã heri; vel etiã considerantur substantiæ secundũ rationes peculiares earũ, & sic neq; substãtia suscipit magis, & minus, vnus. n. homo non est magis homo, quã alter, nec idẽ homo potest successiuè fieri magis, vel minus homo, vt euenit de accidente. Pro cuius rei notitia, ac intentionis Arist. notandũ ex Doctore 1. d. 17. q. 3. formã suscipere magis, & minus aliud non esse, quã ipsã habere latitudinẽ quandã, quæ latitudo aliud non est, quã magnitudo formæ, magnitudo autẽ formæ duplex est, vna secundũ quã plures subiecti partes informat, & dicitur magnitudo extensionis proueniens ex latitudine entitatiua formæ; altera secundũ quã ipsa forma maior, aut minor est in seipsa, & in eadem parte subiecti, & dicitur magnitudo intensionis proueniens ex latitudine graduali formæ; gradus autem formæ duplex est ex Doct. ibidẽ Xx. alius quidditatiuus, & secundum istum gradũ esse rerum in indiuisibili consistit, quia si gradus huiusmodi addatur, vel subtrahatur, mutatur species, non enim est nisi ipsamet differentia specifica, quæ indiuisibiliter speciem constituit; hinc aiebat Arist.

8.Met. 10.rerũ essentias se habere, vt numeros, quibus addita vnitate, vel subtracta statim essẽtialiter numerus mutatur; alter est gradus pfectionis indiuidualis, quæ est quædã realitas formæ nata vniri cũ alia realitate eiusdẽ formę ad integrãdã vnã formã totalẽ sic, vel sic intensam.

Cum igitur Arist. hic negat substantiã suscipere magis,& minus,nõ tm̃ loquitur de substantia secundũ gradũ specificũ,sic .n. neq; albedo suscipit magis, & minus, quia albedo,vt sex, nõ est essẽtialiter magis albedo albedine,vt duo,atq;ita per hãc proprietatẽ nõ distingueret Arist. substãtiã ab accidente,vt ipse ptendit; loquitur ergo de ipsa pſertim secundũ existẽtiã in indiuiduis, & ait etiam in hoc sensu non suscipere magis,& minus; verum non ità absolutè loquitur, vt ex hoc loco videatur penitus præcludi via tuendi substantiã suscipere magis, & minus quoad gradus indiuiduales, vt putauit Mercen. in suis dilucid. nam potius videtur cõparatiuè loqui, ꝙ nempè ẽt quoad istos gradus magis,& minus nõ suscipit, vt qualitates, quia albedo v. g. vel calor secundũ existentiam ità suscipit magis, & minus, vt paulatim, & diuisibiliter acquiratur, ac intendatur, & acquisitus remittatur, ita ꝙ sit modò magis, modò minus intẽsus; at forma substantialis (si habet hanc graduũ latitudinẽ,hoc.n. discutere nõ est pſentis negotij) planè non habebit, sicut forma accidẽtalis, nã tota simul secundũ oẽs dicetur induci,& semel inducta, non amplius successiuè intenderetur,vel remittetur,sed semp cũ eis pmanebit, quousq; corrumpatur, hoc.n.modo Scotistæ quãplures defendunt substãtiã suscipere magis,& minus ex Doct. 8.Met.q.3. vt Fab. Theor.55. sed an fæliciter suo loco videbimus,Scotistæ neq; non ignobiles inuentur substantiã nęq; hoc modo posse magis,& minus suscipere,vt Tat.in hoc c.q. 2.dub.2.Barg.1.d.8.q.2.§.*Ad aliud de attributione*.Maior passu 17.Cauell.in Ani. disp.1.sec.x.& alij. Quomodo aũt hæc affectio ẽt quãtitati cõueniat,dicem. q.seq.

Sexta demũ, ac vltima proprietas est, quòd substantia vna, & eadẽ numero est contrariorum susceptiua successiuè, de qua est difficultas, an competat soli substantiæ, & omni, nempè tàm primæ, quã secundæ, cõmunis ferè opinio affirmat, eo ꝗ a censet hanc esse proprietatem substantiæ prędicamentalis in quarto modo, ac proinde cum ea in tali latitudine conuertibilem,ita.n.cõiter interpretantur illa Arist. verba *maximè verò propriũ substãtia*,&c. ita Auctores passim præsertim Thomistæ,Caiet.Sot.Maſ.Sanch.Cõplut. & alij. Alia opin. negat esse proprium in quarto modo, quia nõ tm̃ cõpetit substãtiæ prædicamẽtali, sed ẽtiã extra prędicamentũ,nã anima separata recipit accidẽtia contraria,ac ẽt materia prima, rursus non solũ cõpetit substantiæ, sed ẽt quantitati,eadem.n. superficies modò est alba, modò nigra, vnde ait Maior. passu 18. ꝙ qui vult hanc proprietatẽ seruare, debet tenere,ꝙ qualitates contrarię immediatè informant substantiã, sicut quãtitas ipsa.

Sed media via tenenda est,quod nimirum hæc proprietas soli vtiq; substantiæ conueniet, non tamen omni, sed primæ dumtaxat, atque adeò illius tantùm erit propria quarto modo, ita docent ex Scotistis quamplures in hoc cap. Delphinus, Io.de Mag.Ant.And.qui proinde notant, quòd cum Arist. ait,*maximè autem proprium substantia videtur*, ly *maximè* accipi debet nominaliter, non aduerbialiter, nimirum pro nomine adiectiuo, ꝙ construatur cum illo genitiuo *substantia*,vt sensus sit maximæ substantiæ.i.primæ substantiæ est proprium, &c. Vt autem hæc affectio soli substantiæ conueniat,& non etiam accidentibus,non tantùm de contrarijs respectiuis intelligenda est, sed de contrarijs absolutis præsertim, vt notant Mair.passu 18.& Ioan. de Mag.hic §.3.*Sciendũ* contraria .n. respectiua suscipit oratio,cum eadem perseuerans ex aliqua dumtaxat accidentali va-

riatione transit de veritate ad falsitatem, aut è cōtra;& hoc significauit Arist.ipse, dū ad hanc obiectionē de oratione respōdens inquit, orationē esse successiuè capacem veritatis,& falsitatis,non p mutationē sui,sed rei; nō.n.vult negare, ꝙ etiā aliquo modo in se non mutetur,sed solū, ꝙ non mutatur eo modo,quo substantia, cū suscipit cōtraria;ipsa.n. p solā sui mutationem cōtraria suscipit,nec necessariò supponit mutationē alterius, quia mutatur mutatione ad se recipiēdo cōtraria absoluta; at oratio contraria suscipit per mutationem alterius, quia mutatur mutatione ad aliud recipiendo contraria respectiua,vt sunt veritas,& falsitas.

Intelligenda est etiam de subiecto vltimato,ac prorsus independenti, nā sic excluditur quātitas, esto.n.possit & ipsa suscipere cōtraria absoluta, & p sui mutationem,nunquā tñ illa recipere pōt,vt subiectū vltimatè terminās eorū dependētiā,sed tm vt subiectū proximū,& minus principale;vt ex professo Scot. docet 4.d. 12. q.2. q.licet in quantitate immediatè recipiatur albedo,calor,&c.tñ,quia ēt ipsa quantitas est accidens, & eadē dependentia dependens,ac qualitas(& idem dicendū esset de intellectu recipiente sciētiā,& errorē,si poneretur accidens realiter ab anima distinctū)nō pōt illa sustētare, nisi beneficio substantiæ sustentantis ipsā,q licèt actu nō pstet substātia in Eucharistia, pstatur tñ à Deo supplente vices illius,& actu sustentāte quantitatē in genere causæ efficientis;vnde sēper verū est dicere, ꝙ quantitas ab alio sustentata sustentat, & in virtute alterius, & quāuis in tali statu actu nō dependeat ad substātiam, vt ad subiectum inhæsionis, adhuc tamen dependet aptitudinaliter, & ideò nunquam dici potest subiectum principale, ac independens; vnde constat opus non esse, vt aiebat Mairon. ad seruādam hanc proprietatem tenere,ꝙ qualitas immediatè inhæreat substantiæ, sicut ipsa quantitas; Nec minus negare quantitatē mediare inter substantiā,& qualitatē, vt subiectū,*quod*, & recipiens, sed tm vt subiectū,*quo*,& rōnem recipiendi,vt asserūt Cōplut.disp.12.q.5.& Io.de S.Th.q.15.ar. 5. Nā quantitatē verè esse subiectū, *quod* immediatū aliorum accidentium, per ꝙ substantiæ inhærere dicuntur,fusè monstramus disp.3.phys.q.3.ar.1.& 2.neq;hic afferunt Cōplut.pro parte opposita aliqd ꝙ ex ibi dictis non maneat pfectè solutū. Tandē benè ēt defendi pōt hanc proprietatē conuenire solū huius prædicamenti substātijs,quatenus nō conuenit,nisi illis, quæ sunt directè, vel saltim reductiuè in ipso, vt sunt anima, & materia prima, & corpus pro altera parte cōpositi;vel si tueri velimus (ꝙ erit difficile) conuenire tm substantijs directè in ipso repositis, negādū est materiā primā esse subiectū accidentiū, vt nos latè tuemur disp.3. phys.q. 1.Corpus autē, & anima rationalis, quādo sunt separata, non amplius censentur partes, sed tota, & habēt quasi rationem suppositi, & ideò bene possunt accidentia suscipere.

Quod verò nō omni substantiæ huius prædicamenti competat,sed tm primæ,ꝙ præter Scotistas cit.tenent Ammon. Cāter.Didac.Ruu.& alij.Probatur in primis Arist.testimonio, qui minimè docuit hāc proprietatē esse cōmunem oī substantię, sed dixit esse maximè propriā, vt soli substantiæ illā tribueret, & accidentibus negaret,quin potius expressit cōuenire substantiæ, quæ est vna numero, hæc autem est sola prima substantia. Nec valet solutio Tat.hic in sol.ad vlt.prin. quæ est cōis Thomist., ꝙ licèt secunda substantia secundum se non sit vna numero, bene tamen denominatiuè,& per accidens dicitur vna numero, vt in singularibus reperitur. Non valet, quia cum talis existētia numeralis sit necessariò requisita, vt subiectum dicatur realiter contraria in se recipere,planè si natura,seu secunda substantia secundum se taliter nō existit, sed tantùm per accidens ex coniunctione cū diffe-

differentia indiuiduali,sic neq; per se dicetur contrariorũ susceptiua, sed tantũ per accidens. Neq; satisfacit, ꝙ alij dicunt, illã particulã *cũ vnũ, & idẽ numero sit*, idẽ sonare,ac vna, & eadẽ numero perseuerãs; quo sensu potest etiã talis vnitas secundis conuenire substantijs. Quia vt diximus, per esse vnum numero intelligit singularem subsistentiam, quæ omninò necessaria est ad subiectum, in quo contraria recipi debent, & non solam perseuerantiam subiecti qualitercũque existentis.

Ratione idipsũ prob.quia Arist. docuit hanc proprietatem conuenire primę substantiæ ob eius singularẽ modũ essendi, & substandi propria virtute,ac independenter ab alio, & ideò negauit cõuenire orationi,quia recipit contraria nõ per mutationẽ sui,sed alterius,at secundæ substantiæ nequeunt hoc modo cõtraria recipere,sed tantũ mediatè,& depẽdenter à primis, quod nõ sufficit, vt eis talis proprietas conuenire dicatur, alioquin etiã orationi, & alijs accidentibus cõpetere posset, quia & ipsa possunt recipere cõtraria in virtute alterius, ac dependẽter à prima substantia, ergo &c. Accedit,quod si hæc proprietas non cõuenit secundis, nisi per primas, ergo re vera solũ est propria primæ substantię;& cũ ea conuertibilis,quia proprietas solũ cũ eo cõuertitur subiecto, cui primò,& immediatè conuenit,nõ cui cõuenit mediatè,& secũdariò,vt patet de risibili respectu hõis,& Petri, vel Pauli.

At dices, suscipere cõtraria nil aliud est, q̃ substare contrarijs,sed substare accidentibus est affectio, sequens substantiã prædicamentalẽ,vt sic,ex Scot.cit. 1. d.8.q.3. §.*Teneo opinionẽ*, ergo suscipere contraria non tantũ primæ,sed etiã secundæ cõuenit substantię. Resp.concedendo min.si substare sumatur quocũq; modo siuè mediatè,siuè immediatè, siuè depẽdenter, siuè independenter, vndè etiã in hoc sensu concedi debet hanc proprietatẽ etiam secundæ cõpetere substãtię,vt benè Ruuius adnotat,sed sicut si substare sumatur propriè,principaliter, & maximè,solũ primæ cõpetit substantiæ,sic à pari,si cõtraria recipere sumatur per se, ac independenter, vt sumitur ab Aris.solũ primę cõpetit substantiæ; notandũ tamen est, ꝙ proprietas suscipiendi contraria non dicit rationem substandi in tota sua latitudine, quia substare non solũ dicitur respectu contrariorũ,sed etiam in ordine ad prædicata superiora,& proprias passiones,quibus omnibus substat prima substantia, hæc autẽ ꝓprietas attẽditur solũ penes cõtraria accidẽtia,quibus substare potest indepẽdẽter.

Vt autẽ hæc affectio cuicũq; primę substantiæ conuenire dicatur, non est necesse, ꝙ susceptiua sit successiuè omniũ contrariorũ,sed sufficit aliqua posse suscipere secundũ conuenientiã suæ naturæ, ita ꝙ esse susceptiuã contrariorũ indefinitè sumatur; neq; debet ità intelligi de contrarijs absolutis, & propriè sumptis, vt prorsus respectiua excludantur,& minus propriè dicta, neque enim in cęlis, & angelis necesse est reperiri contrarietatẽ qualitatũ actiuarũ, & passiuarũ, vt benè hìc notat Orbel. sed sufficit aliquã assignare, cui independenter substent. Et tandẽ cũ dicimus substantiã esse cõtrariorũ susceptiuã successiuè, valdè notandũ est, ꝙ docet Sc. 4. d.49.q.13.§.*Respondeo* hoc non deberet intelligi de quibuscunq; contrarijs acceptis secundũ numerũ,nec de quocunq; eodẽ secundũ numerũ, sed de contrarijs secundũ speciẽ acceptis,& de eodẽ secundũ speciem, & si de eodem secundum numerum,non omni,sed aliquo, quia tunc nullum subiectum determinaret sibi alterum contrariorum, quod constat esse falsum, quia ignis determinatus est ad calorem; quod etiã notauit Doctor q.15.Predicam. in fine, cũ ait ideò quamcunq; substantiã dici contrariorũ susceptiuam, quiã nulla substantia ex ratione substantiæ prohibetur contraria suscipere,licèt aliqua ex sua propria forma determinetur ad vnũ contrariũ; hæc omnia dici debuerunt pro cõpleta notitia huius proprietatis, quæ etiã in-

intentionaliter potest explicari, vt illud dicatur cōtraria suscipere, de quo pdicata contraria successiuè verificari possūt.

QVÆSTIO SECVNDA.

De Quantitate.

QVantitatem molis, quæ hoc pdicamentū cōstituit, esse accidēs realiter distinctū à substātia corporea est vnanimis oīum sensus contra Nominales, & quia id fusè pbamus disp. 9. physf. q. 1. art. 2. nihil hic superest addendū ad ibi dicta, nisi q Arriag. nuperrimè d. sp. 5. sec. 1. tenet quantitatem non distingui à materia prima, idq; tuetur peculiari quadā via, ēt à Nominalibus diuersa, sed certè minus feliciter. Vt.n. respōdeat ad illud ineluctabile argumentū ex Eucharistia cōtra hāc opinionē desumptū, q ibi quantitas panis separata manet ab eiusdē substantia cum hostia consecrata nequeat cū alio corpore cōpenetrari, qui est ē effectus quātitatis, quę corpora extēdit ad impenetrabilitatē; ait q licèt materia recedat ex vi cōsecrationis, manēt tñ vbicationes eius, quæ proximè fundant impenetrationē, quatenus natura sua sūt incōpossibiles cū aliis vbicationib. alterius materię. Sanè hoc est cōtra cōem doctrinā ēt PP. Societatis, qui modos (de quorum numero est vbicatio apud oēs eam à re vbicata distinguentes) passim docent esse inseparabiles à rebus, quarū sunt modū, & p hoc modū à rę distinguunt, q eius essentiā in hoc constituunt, q sēper sit affixus rei modificatæ, nec aliter in rerum natura existere possit ēt de potentia Dei absoluta; Falsū etiam est vbicationem formaliter, & proximè fundare impenetrationem, quia tunc neque Deus posset duo corpora in eodē loco compenetrare, quia vnumquodq; suā petit vbicationem numericam, nec vnū potest in loco constitui per alterius vbicationē, aut ambo p eandē, vt ostēdimus disp. 11. phys. q. 5. art. 1. agimus igitur hic de quantitate, velut de accidēte à substātia realiter distīcto; Quare autē Arist. immediatè post substantiā tractet de quātitate eā pferēdo qualitati, quæ tñ dignior videtur, & nobilior, variæ rōnes ab Expositorib. afferuntur, ea tñ pcipua est, quā reddit Doc. 4. d. 12. q. 2. F. q. cū Arist. substantiā cōsiderauerit in rōne substādi accidētibus cū in hoc munere quātitas magis substātiam imitetur, q̄ qualitas, & sit substantiæ ppinquior secundū hāc rōnē quia est pximū, & immediatū subiectum aliorū accidentiū, hac de causa post substantiam immediatè agit de quantitate.

ARTICVLVS PRIMVS.

An quantitas continua, & discreta sint veræ species huius prædicamenti.

DE quantitate cōtinua nemo vnquā dubitauit esse verè, & propriè speciē huius prędicamenti, quia ratio essentialis quantitatis, prout est accidēs à substantia distinctum, præsertim in quantitate continua reperitur, ea.n. præcipuè est, quæ habet partem extra partem, nedum entitatiuè, sed ēt situaliter, & impenetrabiliter, vnde corporibus inhærēs illa magnificat, & extendit ad occupandum locū ab alterius corporis loco distinctum, ac proinde dicitur quātitas molis, & magnitudinis, imò antonomasticè nomine quantitatis absolutè loquendo ipsa datur intelligi. Tota igitur difficultas deuoluitur ad quantitatē discretā, quæ est numerus, & oratio, qui.n. negant numerū esse eus, & accidens p se vnū, quin potius esse aggregationē multorū sine aliquo vinculo, vel nexu adinuicē, neg. conseq. esse propriē speciē huius pdicamenti, vulgeriter tñ censeri talem ob quandā affinitatem, quam habet cū hoc pdicamento, & analogiam, quam habet ad quantitatem continuam; ita Nominales omnes Ocham 1. d. 24. q. 2. Greg. ibi q. 2. art. 1. Marsil. q. 28. ar. 1. Rubion. d. 24 qu. 2. Aureol. ibidem, quam acriter ex Recentioribus defendunt quamplures Conimbr. c. de quantitate

tate q.2.ar.3.Suar.disp.41.Mer.sec.1.Fõ-sec.5. M.t.c.13.q.4. Auersa q.18. sect.2. Blãc.disp.10.log.sect.1.Morif.disp.6.q.5. & alij. è cõtra verò,qui faciũt numerum ens aliquo modo p se vnũ, consequenter reponũt in hoc pdicamento, vt verã eius spec'e n,ita S.Th.1.p.q.11.ar.1.& 2. & q.30.ar.3. Thomistæ cõiter Capreol.Caiet. Soncin.Iauel Niger, Masius,Sãch. Petrõ. Cõplut.Io.de S.Th.idem tenuit Scotus 5. Met.q.9.& Scotistæ,Tatar. Io.de Magist. & alij Parisienses in prædicam. quantit. Ant.And.Zerb.Faber, & alij 5.Met.

Dicimus, quãtitatem discretã nõ esse verè speciem huius prædicamenti, quia nec numerus,nec oratio sunt aliquid per se vnum,sicut exigitur ad hoc, vt aliquid in prædicamento reponatur. Hæc concl. apud nos est ità certa, vt quãdo etiã Scotus,& Arist.ipse oppositum sentirent,adhuc ab ea recedere nõ deberemus,tãta est euidentia rõnũ,quibus cõuincitur; Neq; tñ desunt pro ea Arist.Scoti,& Scotistarũ testimonia,pluribus.n.locis negat expressè Arist.numerũ esse ens per se vnũ vocãs illud plura entia, & pluriũ vnitatum cõgeriem, ità legitur 3.phys.t.68.8. Met. 10. & lib.10. text.20. & fauet Auerr.3. phys. 68. Sc.aũt quãuis oppositã tenuisset sentẽtiã,quæ tũc temporis cõis erat,q.16. prędicam.& 4.Met.q.2.& lib.5.q.9.postea tñ 1.d.24.q.vn.manet problematicus,neque pro hac, vel illa parte vult sententiã ferre, sed illius dubij decisionẽ pollicetur, quando tractabit de numeris, nec se remittit ad ea, quæ de hoc dixerat in Met. mos autem Doctoris est se remittere in lib.sent. ad ea,quæ dixit in Met. cum illa acceptat tanquam vera,& consonantia cum dictis in libris sen.& ideò cũ in proposito,nõ se remittat ad ea, quę de numero docuerat in Met.certũ esse debet non firmiter adhæsisse illi sententię; & quidẽ ex libr. sent. potius colligitur sensisse oppositum,nam in 4.d.1. q.2. ad 1. loquens de oratione,manifestè docet non esse ens per se vnum,& d.12.q.1. I. loquens de diuisione cõt'nui, ex qua resultat numerus, ait per talem diuisionem (præter indiuisibilia terminantia) nihil positiuum generari de nouo,& in partibus non fieri nisi transmutationem priuatiuam,quatenus acquirunt esse præcisum, seù discontinuatum vnius ab alia, quæ præcisio, & discontinuitas non est, nisi negatio continuationis,& coniunctionis vnius partis cum alia, ex quo manifestè colligitur in sententia Doctoris numerũ nõ esse verũ accidens per se vnum vnitatibus quantitatiuis,ex quibus cõponitur realiter superadditũ: cum igitur iuxta regulã initio log. traditã tueri non teneamur opiniones Doct.in Log.vel Met.quas in lib.sẽt. vbi maiorem fecit auctoritatem, vel retractauit,vel satim in dubium reuocauit, ideò in hac re opinionẽ deserimus,quam illis in locis docuit,& eã amplectimur, in quã expressè inclinat in libr. sent. presertim,quia ẽt pro hac parte nõ desunt Scotistæ, nã de oratione id tenet Io. de Mag. in hoc pd'cam. & de numero idẽ sentire videtur Can.4.phys.q.5.art.2. Bassol.1.d. 2.q.ac ner ex professo,& Paul. Scriptor ibid.

Probatur autem hæc euidenti ratione, quinq; n. assignantur gradus vnitatis, vt docet Doct.1.d.2.q.7.Hh. in primo ponitur vnitas aggregationis,in 2.vnitas ordinis, in 3. vnitas per accidens, in 4. vnitas cõpositi p se, in 5.demũ vnitas simplicitatis,sed non videtur,quinã gradus vnitatis possit numero tribui à parte rei, nisi primus, vel ad summũ secũdus, quatenus à parte rei datur aliquis ordo inter res numeratas,quando nẽpe res ipsę habent inter se cõnexionẽ,vel subordinationẽ quãdã quantũ ad locũ,vel tẽpus, vel dignitatẽ,vel causalitatẽ, aut alio modo; cũ igitur neuter horũ graduũ sufficiat,vt aliqd sic vnum ponatur in prædicamento,alioquin, & cumulus lapidum, in quo reperitur prima vnitas,& respublica,aut exercitus,in quo reperitur secunda,in prædicamento forent reponenda, concludendum est numerum non constituere veram

ram

tam speciem huius prædicamenti.

Conati sunt multi tribuere numero vnitatem in quarto gradu (nam nec tertius gradus sufficit) assignantes in eo vnitates materiales, quę habeāt rōnem potentiæ,& materiæ, & vnitatem formalē, quæ illis adueniens per modum formæ constituit ens per se vnū,ità passim Thomistæ, & Scotistæ oppositum defendentes, qui tamen postea non conueniunt in assignanda hac vnitate formali; Thomistæ namq;hanc vnitatem formalem, quæ cæteris adueniens,vt actus potentię,reddit numerum per se vnum, dixerunt esse vltimam, & postremam vnitatem; Scotistæ verò dixerunt esse potius aliā quandā vnitatē transcendentalē oībus superuenientem, quæ sit forma specifica illius numeri, & in oībus vnitatib. materialib. illius numeri residēs, velut ī sua materia.

At planè incapibilis est hæc Thomistarum doctrina, nam luce clarius patet per vltimā vnitatē supuenientē priores nullo modo à parte rei inter se vniri, ad quid vnū per se constituendum,cum.n.decem nummos numeramus,quā vnionē acquirunt ad inuicē priores ex hoc, ꝙ postremò illis adijcitur decimus? & quomodo hæc vltima vnitas cæteris adueniens illas informat,& actuat?Accedit,ꝙ licèt in rebus numeratis assignari possit prima, secunda, tertia, & vltima vnitas tōne loci, vel tēporis, vel dignitatis, aut ex aliquo alio accidenti,vt diximus,non tñ ꝑ se habetur talis ordo ex rōne numeri, quasi à parte rei determinatū sit hāc esse priorē vnitatē,& illā posteriorē,ac vltimam,sed talis ordo est prorsus ad libitū,nā ex decē nūmis non magis vnus, quàm alter pōt esse primus,vel vltimus in numeratione.

Resp. Complut. disp.13. q.8. hæc omnia probare numerum nō esse ita vnum in quartò gradu, sicut compositum physicum per veram, & intrinsecam vnionē partium,ac receptionem formę in materia, quod verum est, quia cum compositio numeri fiat per partes discretas, solū requirit vnionē ordinis, & quòd vna extrinsecè recipiatur in alia nempè vltima in præcedentibus terminando extrinsecè earum incompletionem; qui est modus informationis, & actuationis proportionatus naturæ entis discreti; & quamuis ex natura rei designata non sit prima,vel vltima vnitas, inquiunt tñ, ex natura rei vnāquamq; ita se habere, vt possit determinare alias, si vltimo loco accipiatur, vel ab alia determinari, si accipiatur antecedenter; quare cōcludunt vnitatē numeri esse vnitatē ordinis, nō qualis reperitur inter partes exercitus, vel reipublicæ;quia in his nō inuenitur aliqua realis, & physica entitas incōpleta,& aliā determinabilis, sicut in numero, vbi vnitates antecedentes sunt per vltimā extrinsecè ꝑ se determinabiles: & hæc est cōis solutio Recentiorū Thomistarū,Sancti Arauxi,Mas.Io.de S.Tho.quam inquiunt esse D.Th.7.Met.lect.vlt.

Hæc solutio ex multis capitibus reijcienda est; tum quia admittit ex natura rei eādē vnitatē posse esse ꝑ se actū, vel ꝑ se potentiam respectu alterius vnitatis,ꝙ prorsus repugnat,nā si est nata esse actus illius, quomodo esse pōt ēt per se potentia ab ea pfectibilis,ex hoc aūt,ꝙ hæc in numerando primò accipiatur loco, & illa vltima, sequitur solū per accidens vnā esse actū,& aliā potentiā; tū quia admittit vnitatem ordinis, quæ sit vnitas per se actus,& potētiæ,ꝙ est prorsus falsū,quia vnitas ordinis attenditur penes prius, & posterius, non penes actū, & potentiam; tum quia forma extrinseca nō constituit vnum per se cum illo, cuius est forma, nam obiectum poni solet forma extrinseca actus,& potentiæ,terminus relationis,&c. ex quibus tamen nemo dicit fieri per se vnum, cum tamen magis pēdeat relatio à termino, actus ab obiecto, quā cæteræ vnitates ab vltima. Dum autem aiunt Complut.determinationem extrinsecam, quæ fit à forma per se ordinata, per modum partis ad actuationem alte-

nlis sufficere ad cõstituẽdum vnum p se, & hoc solum in numero reperiri; manifestam cõmittunt petitioné principii, nã alio exemplo nequeunt hanc portẽtosam per se vnitatem ostendere, nisi in numero, de quo est cõtrouersia. Tũ quia ponẽdo vnitaté numeri esse vnitaté ordinis, labuntur iunctis pedibus in illorũ sententiã, qui statuunt numerũ formã relatiuã, quæ cõiter reiicitur, etiã ab his, qui tenẽt numerũ esse ens per se vnũ, nã vel iste respectus, in quo formaliter consistit numerus, ponitur transcendentalis, & sic in nullo erit p̄dicamento, vel p̄dicamentalis, & sic potius ad prædicamẽtũ relationis spectabit, quàm quantitatis. Tũ tãdẽ quia denarius numerus ita destruitur tollendo vltimã, sicut primã, vel quartã vnitatẽ, ergo in cõstitutione talis numeri vna vicissĩ ab alia dependet, & vna per alterã completur, & non tantum cæteræ omnes per vltimam.

Scotistarũ quoq; solutio allata non subsistit; nam si vnitas illa transcẽdentalis adueniens vnitatibus materialibus, quã vocant formam specificã numeri, residet in oĩbus illis, vt in sua propria, & adæquata materia, vel est hæc forma diuisibilis, & diuisibiliter existens sm̃ plures partes in illis vnitatibus materialibus, vel indiuisibilis, ac proindè tota existẽs in quacunq; materiali vnitate; nõ sm̃, tũ q̃a repugnat quantitati esse indiuisibilẽ; tũ quia repugnat idẽ accidẽs esse simul in pluribus subiectis realiter distinctis, ac loco dissitis, quantũcunq; inadæquata ponantur, nam neq; animæ rationali id concẽditur, quia nõ informat subiectũ a sita partialia, & inadequata, nisi vnitũ; si primũ, iã à capite redit difficultas, nam diuisa per partes, & sic dispersa in singulis vnitatibus materialibus nullam illis præbet vnionem inter se; & per hoc reiicitur cõis responsio Parisiẽsium dicentium nõ esse inconueniens de accidente discreto, q̃ sit in diuersis subiectis, quia natura sua ea est, vt postulet esse in diuersis subiectis. Hoc .n. ipsum ostendit accidens discretum nõ esse quid vnũ, quia vtiq; nõ habet ipsũ quoad informadũ maiora priuilegia, q̃ anima rõnalis; Fabri verò cit. 5. Met. dis. 15. c. 3. solutioné omittimus, q̃a sanè vim argum. p̃cipere noluit.

Resp. aliqui hæc omnia probare quantitaté discretã non esse sic vnam, sicut continua, q̃ verũ est, at non probant, q̃ non habeat vnitaté proportionatam in suo genere, quamuis igitur partes numeri, eo q̃a sunt diuisæ, sint prorsus ineptæ ad constituendum vnum vnitate cõtinuitatis, possunt adhuc tamen vnum cõstituere sm̃ rationé quantitatis discretæ, nam multa in vno sensu possunt esse vnum in alio sẽsu, vt multi lapides sunt vnum ædificium, sic igitur multa continua esse possunt vnum discretum. Hoc totum nos quoq; concedimus; sed negamus, q̃ sint multa in vno sẽsu facere sẽp p se vnum in alio sensu, vt patet in exemplo ab ipsis allato de multis lapidibus, sic igitur cõcedimus vtiq; multa cõtinua facere vnum discretum; sed dicimus hoc vnum, q̃ cõstituunt, nõ esse verè per se vnum, q̃a vnitas ab vnione procedit, quando est vnitas ex pluribus, vt ex partib. cõsurgẽs, cum igitur ĩter partes numeri nulla per se vnio, aut physicus nexus cernatur, non vtiq; aliq̃ per se vnum censeri debebũt, & illud appellare vnũ discretum ẽ cõditio distrahens, nã discretio, & separatio potius tollit vnioné, quã ponat.

Alii igitur fatentur, non posse tribui numero aliquam per se vnitatem in quarto gradu ex quinque allatis, sed tantum vnitatem ordinis in secundo gradu, quatenus habent vnitates quantitatiuæ à parte rei, vt numerari possint, vna prius, altera posterius absque vlla ratione actus, & potentiæ, vnde inquiunt numerum constitui ex vnitatibus secundum aptitudinem, qua numerari, & ordinari possit, nã ĩ hoc distinguuntur vnitates, vt cõponunt cumulũ, & numerũ, q̃ ibi dicãt multitudinẽ confusam, nõ autem hic; ita p̄sertim Rur. c. de quant. q. 6. *Sed* contrà; tum quia hic ordo prioris, & posterioris non est in ipsis rebus à parte rei, nisi ex accidenti,

vt diximus.s. vel rōne loci, vel tēporis, vel dignitatis; tū quia etiāsi in rebus poneret quid reale, nō idcircò numerus ab eo haberet talē vnitatē, per quam constitui debeat ens per se vnū in genere quantitatis, quia alia etiā entia realia quantitate carētia haberent talē numerabilitatē, nec tamen ob id numerus transcendens ex eis cōstitutus ponitur ab istis Auctoribus ens per se distinctū ab illis entibus numeratis; tū quia sola vnitas ordinis, quomodocunque cōstituatur, non sufficit ad constituēdū ens per se vnū in prædicamento; tum quia hæc potius est vnitas relatiua, quàm absoluta, ac proinde impertinens ad constituendam speciem huius prædicamenti; tum tandem quia numerabilitas ad summum constitueret numerum potentialē, non actualem, de quo hìc loquimur, & dicit multitudinē vnitatum, non numerabilem tantum, sed numeratam.

Alii tandē ingenuè fatentur quantitatē discretā nullā prorsus habere vnionem physicā, penes quā eius vnitas attendatur, quia potius ex sua essentia poscit negationē vnionis inter eius partes, vnde aiūt, nodum in scyrpo quærere, qui vinculum physicū quærit in quantitate discreta; adhuc tamen habere vnitatē sufficientē metaphysicā, quia habet vnā essentiā quantitatis .s. genus, & differentiā, ꝙ est habere partes extra partes non vnitas termino cōmuni. Hæc tamē solutio statim refellitur, quia sicut entitas metaphysica rei nō est realiter diuersa ab entitate physica eiusdē, ita vnitas per se metaphysica entis realis fundatur in vnitate p se physica rei, vel cōpositionis, vt in corporibus, vel simplicitatis, vt in Angelis, sed in quantitate discreta nulla talis physica vnitas reperitur, neq; cōpositionis, neq; simplicitatis, imò neq; ordinis, vt hucusq; probatū est, ergo neq; ei tribui potest cū fundamento in re vnitas per se metaphysica sufficiens ad eam constituendam sub vno genere.

Concludendum igitur est cum Bassol. cit. quòd cum numerus, & continuū non differant, nisi sicut vnū; & plura vna, quia numerus fit ex diuisione continui ex 3. & 6. Phys. planè nō amplius differunt, quàm vnum album, & plura alba, atq; adeò sicut albū, & alba non differunt specie, ita neq; numerus, & continuum, Et cum Rubion. cit. ꝙ sicut numerus transcendens nō est ens per se vnum, neq; vna species entis, vt concedunt Aduersarii, sed sunt ipsa plura entia numerata, ita neq; numerus quantitatiuus erit vna per se quātitas, aut vna species quantitatis, sed plures quātitates, nulla siquidē afferri potest ratio disparitatis subsistēs, eodē .n. modo prior numerus est multitudo vnitatum trāscēdētalium, sicut numerus quātitatiuus est multitudo vnitatum quantitatiuarū. Accedit, ꝙ sicut vnitas trāscēdēs prędicatur essētialiter de vnitate quātitatiua, ità numerus transcēdēs de numero quātitatiuo, sed numerus trāscēdēs duarū quātitatū nō est vnū ens, sicut neq; numerus duarū substātiarū, vel relationū, ergo neq; vna quantitas, & vna species eius, sicut ꝙ nequit esse vnū animal, nequit esse vnus homo, à superiori .n. ad inferius tenet destructiuè; Et certè hęc paritas de numero trāscendenti, & prædicamētali est ità euidens, vt à Rubion. vrgetur, vt vel vterq; numerus poni debeat qd p se vnū à rebus numeratis distinctū, vel neuter. Neq; disparitas, quā afferunt Cōplut. q. 6. sufficit ad ponēdū numerum ꝑdicamētalē accidēs realiter superadditū reb. numeratis, vt istā dicemus in sol. ad 4.

Ex dictis infertur etiā, ꝙ sicut numerus trāscendentalis realis (ꝙ etiā applicari pōt entib. rōnis) solū ꝓ materiali ē aliqd reale, vel potius aliqua realia, nempè res ipsæ numerabiles, formaliter verò nō habet esse nisi p itellectū illa plura colligētē i vnū sm ordinē prioris, & posterioris, idē pariter dicēdum de numero quantitatiuo, ꝙ nēpè solum pro materiali sit à parte rei, ab intellectu verò habeat vnitatē formalem, quando illa plura colligit per modum vnius, cum .n. nullā vnionē realē habeat à parte rei, si aliquā habēt, dicendum est ei

ab

ab intellectu deriuari, ꝙ Ari. manifestè significauit 4. Phys. 131. dum dixit, ablata anima, tolli quoq; numerum, p ꝙ noluit vtique dicere auferri ipsas vnitates reales materiales, quæ extāt à parte rei, nec pendēt ab intellectus operatione, sed solā vnitatē formalē, quā extrinsecè illis cōmunicat, cum illas ĩ vnū colligit, atq; ita datur à parte rei numerus p materiali, nō p form.

Adhuc tñ his nō obstātibus, addimus q̄titatē discretā, & pserti numerum rōnabiliter ad hoc ptinere pdicamētum, quia nō est aggregatum per accidens ex rebus diuersorum pdicamētorum, vt homo albus, sed ex rebus eiusdē pdicamēti, ex diuersis nēpè quātitatib. continuis abinuicē diuisis, imò numerus aliud nō est, quā ipsamet quantitas continua in plures partes diuisa, ergo rationabiliter sub hoc pdicamēto cōiungitur cum quātitate cōtinua; vndè cum Arist. dixit, quanti aliud discretum, aliud cōtinuum, nō diuisit quātitatē in cōi, velut in duas species, sed potius ipsā quātitatē cōtinuā, velut in duplici statu cōsiderauit, nimirum, & sub vnione suarum partium, & sub diuisione, in quo statu dicitur discreta. Quia tamē adhuc sub tali statu realis diuisionis, in quo numerū cōstituit, qui oritur ex diuisione cōtinui, solet ab intellectu cōcipi p modum vnius, nō quidē continui, sed discreti, quę vnitas est omninò alterius rationis ab vnitate continui, hinc consueuit de illa loqui, velut de specie condistincta, à quantitate cōtinua, quod etiā nos deinceps obseruabimus, quia loquendum est cum multis, vt ait adagium, at sentiendum cum paucis.

Soluuntur Obiectiones.

IN oppos. obiic. 1. Arist. nedum hic in pdicamētis, vbi frequēter famosè loqtur, sed etiā 5. Met. c. 13. vbi ex mente propria loquitur de speciebus quātitatis, quantitatē diuidit in cōtinuā, & discretā, velut genus in suas species, imò ꝙ ponderādum est, ibi data opera aliquas species quantitatis omisit, quas hic recēserat, vt per hoc demonstraret se in pdicamentis fuisse famosè locutum, & tñ nō omisit quantitatē discretā, ergo signū est re vera putasse esse verā speciē quātitatis. Cōf. nā ratio quātitatis ita bene cōuenit discretæ, sicut cōtinuæ, ratio. n. quātitatis dicitur cōiter esse extensio partiū extra partes, at etiā numerus habet partes extra partes, cū cōponatur ex vnitatibus quātitatiuis, quarum vna necessariò est extra aliam; similiter & proprietates quātitatis, æqualitas, vel inæqualitas, finitas, vel infinitas, esse diuisibile, mēsurabile, &c. æquè bene cōueniūt q̄titati discretæ, ac cōtinuæ. Tādē si ad ens per se vnū in prędicamēto ponibile requiritur vnitas ex p se actu, & per se potētia, & nō sufficit vnitas ordinis ad cōstituēdā speciē huius prædicamēti, quia est vnitas relatiua, sequitur nō solū quātitatē discretā, sed etiā cōtinuā ab hoc prædicā. eliminandam esse, quia nec ipsa constituitur ex suis partibus integralibus vt ex per se actu, & potentia, quia nulla habet rationem actus, vel potentię respectu alterius cum sint eiusdem rationis; item vnitas quoque continuitatis est relatiua, vt notauit Mairon. passu 20. quia intelligitur per copulationem partium ad terminum communem, atque ità ad aliud.

Resp. patere ex pximè dictis, ĩ quo sēsu Ari. diuiserit q̄titatē ĩ cōtinuā, & discretā, & falsū loc. cit. in Met. enumerare species pprias q̄titatis dūtaxat, imò potius explicat ibi oēs modos, & significata, q b. explicari pōt q̄titas, vndè ibidē diuidit q̄ta, ꝙ alia sīt p se, alia p accidēs; & satis cōstat ex alijs loc. initio ar. cit. ipsū nō tribuisse numero vnitatē aliquā realē. Ad Cōf. neg. assūptū; q a in q̄titate discreta vna vnitas nō est pars cū alia cōponēs vnū ens, vndè nō habet partes extra partes, sed potius tota extra tota, neq; quātitas discreta, vt sic, vllā secū affert extēsionē vnitatū, sed solum multiplicationē, & q̄libet vnitas, vt vnum totū cōtinuū, habet ppriā extēsionē, vndè extēsio ex sola q̄titate cōtinua, vt sic, habetur nō ex discreta; sic etiā nō propriè, sed tātū proportione quadā solēt ei tribui passiones

tiones q̃titatis, quo etiã sensu tribui solét multitudini trãscẽdẽtali, quæ tñ ob id non asseritur ad hoc spectare p̃dicamentũ, aut aliquã determinatã speciẽ in genere entis cõstituere. sic.n. ei tribuũtur, vt nõ arguãt aliquã vnã essentiã, à quã oriãtur; vndè finitas cõuenit quantitati cõtinuæ propriè rõne termini præfixi à parte rei, at nõ ità propriè cõuenit numero, quia terminatur per vltimã vnitatẽ, & hæc non est à parte rei determinata, sed tm̃ per intellectus designationẽ qui ex libito magis hanc, quã illã cõstituit vltimã; æqualitas, & inæqualitas nõ sũt relationes aliquæ, quæ in toto numero inueniãtur respectu alterius, sed sunt ipsæ multitudines vnitatũ, quatenus vna est maior, vel minor alia, quo sensu aceruus tritici dicitur æqualis, vel inæqualis alteri, vel si sunt relationes, nõ sunt nisi rationis, quæ benè fundari possunt in pluribus subiectis, etiã distinctis, vt Sc. docet 4.d.1.q.2. in sol. ad 1. prin. diuisibilitas etiã vtiq; nõ cõuenit illi in ordine ad actũ realẽ diuisionis, q̃a hæc supponit vnitatẽ partiũ in re diuisibili, quæ ibi nulla est, sed tãtũ prouenit ei ab intellectu vnitates abinuicẽ separante, quas in vnũ collegerat; Et tandẽ quãuis ratio mensuræ sibi propriè cõpetat, hoc tamẽ magis est attributũ rõnis, q̃ reale, vt docet Doctor quol. 13. ar. 2. Ad vlt. cõcedimus vltrò quãtitatẽ cõtinuã nõ constitui in prædicã. ob solã vnitatem cõtinuitatis, q̃a hæc potest reperiri etiã inter species diuersã, vt suo loco dicemus, sed ob vnitatẽ essẽtiæ, & naturæ ex per se actu, & potẽtia metaphysica cõstitutę, qua q̃a caret numerus, eòq; neq; talis essentię accidentalis proportionatũ reperiri subiectũ, ideò excluditur à p̃dicamento, & censetur potius aggregatũ per accidens. Falsũ est aũt, q̃ Mair. aiebat vnitatem continuitatis esse formaliter relatiuã, continuitas.n. est forma absoluta, vt docet Sc. 4.d. 10.q.6. ad 1. prin. estò p respectũ soleat explicari, q̃ magis explicatur ĩ Phys. disp. de cõtinuo; sic rõnale explicatur p ordinẽ ad discursum, & tñ in se est forma absoluta.

Secũdo obiiciunt Cõpl. rõ vnius per se, quãtũ sufficit, vt quid in prædicamẽto reponatur, nõ cõsistit in indiuisibili, sed habet plures gradus, siquidẽ angelus est magis per se ens, & vnũ, q̃ substantia materialis, & hęc plusquã quãtitas cõtinua, ergo saltim in infimo gradu potest aliquid discretũ esse per se vnũ, si partes eius sint quid incõpletũ, & habeãt inter se ordinẽ; nã talis vnitas ordinis sufficit, vt illud cõpositum dicatur simpliciter vnum, q̃ probãt ex D.Th.7.Met.lec.vl. exẽplò domus, & syllabæ, quę ob ordinem inter illorum partes repertum nõ censentur aggregata p accidẽs, sicut aceruus, q̃a illorũ partes dici possũt inuicẽ vnitæ saltĩ vnitate ordinis.

Resp. iã nos ex Sc. retulisse oẽs gradus vnitatis, & probasse vnitatẽ ordinis, etiã si daretur à parte rei inter vnitates numerales, q̃ nõ est verũ, non sufficere vt aliquid sit ità vnũ, quãtũ sufficit, vt in p̃dicamẽto reponatur, alioq̃n, & Respublica, & exercitus, & domus, & oĩa alia artificialia cõposita in p̃dicamẽto locũ haberent, in his .n. omnibus reperitur aliquis ordo ad vnũ finẽ, vel efficiens &c. Neq; dicas cũ Cõpl. partes horũ compositorũ nõ esse vera, & physicè entia incõpleta essentialiter ordinata ad vnius totius cõstitutionẽ, sicut sũt vnitates numerales. Nã falsũ est hoc, & illud corpus esse entia essẽtialiter incõpleta, immò Ari.5.Met.18. disertè docet partes, in quas diuiditur continuũ, & ex q̃b. dicitur cõsurgere numerus, eo ipso, q̃ sũt abinuicẽ separatę, esse singulas hoc aliq̃d, & ens cõpletũ. Nec dicas esse entia completa in genere continui, sed incõpleta in genere discreti. Nã tunc nullũ ens posset assignari cõpletũ; sed q̃libet incõpletũ foret, & ordinabile ad aliud essentialiter q̃a potest venire cum alio in alicuius numeri cõpositionem; numerus ergo dici nequit ens per se, etiã in infimo gradu, nã q̃ componunt ipsum, sunt entia per se tota, cum habeãt proprios terminos, & sub hac rõne cõstituunt numerum, vndè p accidẽs habent rõnẽ partium, quatenus .s. colliguntur

tur sub ratione numerabili, quę ratio nedű non destruit rationē totius, quæ est in partibus, sed potius illā exigit; quia tamē cōcurrunt ad numeri cōstitutionē aliquo ordine inter se seruato, accedit magis ad vnitatem numerus ex eis cōstitutus, quā aceruus, & aliud quid simile inordinatè collectum.

Dices, concreta accidētalia ponūtur in pdicamēto solū ex eo, quia habēt aliquam rōnē perseitatis, licèt simpliciter, & absolutè sint entia per accidēs, quia includūt accidēs, & subiectū. Resp. vt ponuntur in pdicamento nō esse entia per accidēs, sed cōnotatiua, quia nō significant, æquè primò vtrāq; partē, sed primario significant formā, & secundariò subiectū, vndè ponuntur in pdicamēto tantū rōne formæ; at non sic dici potest de numero, cum nequeat dari à parte rei forma accidentalis, quæ connotet plura, & distincta subiecta, etiam inadæquata, quibus inhæreat.

Tertiò numerus est proprium, & per se obiectū Arithmeticæ, ergo nō potest esse ens per accidens, de quo non datur vera scientia 6. Met. c. 2. cūq; Arithmetica sit scientia realis, statuēdus est numerus ens per se vnū, & reale. Hoc argumētū valdè exagerāt Thomistę, & ex hoc solo putant prælij referre victoriā, cū tamen & ipsi ad eius teneantur solutionē, quia Arithmetica non alligatur numero quantitatiuo, cū proportiones numerorum, ac proportionalitates æquè benè demonstret in numero trāscēdēti, quē tñ ipsi nō distinguūt à rebus numeratis, nec faciunt specię per se vnā in genere entis; si teneatur de ente per accidens, q nō est merè aggregatū, posse dari scientiā, vt tenēt quāplures, statim Achilles iste prosternitur; si verò hoc non teneatur, tūc dicendū est de obiecto Arithmeticæ, sicut dicimus de obiecto Politicæ, & militaris infrà disp. 12. q. 2. ar. 3. quod nimirū cum consideret proportiones inter numeros ipsos, & hæ proportiones nō inueniantur in rebus ipsis numerabilibus, vt fundāt vnitatē, sed potius discretionē, & multitudinē, vt benè notat Suar. cit. n. 19. idcò habet pro obiecto, non formalē vnitatem numeri, sed materiale numeri, ipsas nēpè rerū multitudines, vt adinuicē cōparabiles per habitudines proportionis, & proportionalitatis, vnde neq; erit vnus per se habitus, sed plures aliquo ordine cōgregati; Quòd si cupias aliquā ei vnitatē ex parte obiecti tribuere, tunc dicas cōsiderare numerum velut in actu signato, qūo dicit vnū per se cōceptū, sic. n. dicimus etiā ipsū ens per accidēs, quatenus tale in cōmuni cōsideratū, esse scibile; sed quia talis cōceptus est omninò rationis, non poterit ex hoc capite Arithmetica dici scientia realis; Neq; hìc vocē extollant Thomistæ, nā quando etiā quis assereret Arithmeticā nō limitari ad genus scientiæ realis, fortè non ita irrationabiliter loqueretur, vt ipsi putāt, nam si naturā illius sciētiæ benè perpendimus, planè eius demonstrationes ita benè procedunt in supputatione entiū rationis, sicut realiū, vnde ablatis omnibus entibus realibus adhuc Arithmetica remaneret, & exerceri posset in ipsa multitudine entium rationis; hoc arg. adducit Bassol. cit. sed deest solutio ex defectu (credimus) typographi, non auctoris.

Quarto vrgēt Cōpl. idcò numerus trāscēdēs nō est accidens superadditū rebus numeratis, qa nec vnitates trāscēdētales, ex qbus cōstituitur, illis accidūt, vnde sicut quęlibet res seipsa est trāscēdentaliter vna, ita collecti sūptæ à seipsis sunt multæ, ergo è cōtra quia vnitates quantitatiuæ accidūt rebus corporeis, cū continuū diuiditur cōsequēter numerus ex eis cōstitutus debet poni accidēs superadditū rebus corporeis. Cōf. res nūquā esse possūt sine numero trāscēdentali, quia vna neque trāsire in aliā, benè tamē sine quātitatiuo; vnde duæ guttæ aquæ separatæ, si inuicē continuentur, amittūt dualitatē prædicamentalē, & quantitatiuā, quia nō amplius sūt duæ quātitates, sed vna p cōtinuitatē, adhuc tamen retinent dualitatē transcē-

dentalem, quia adhuc sunt duæ res, non vna per identitatem, sed tantùm per cõiunctionem, ergo numerus quãtitatiuus est accidens superadditum.

Resp. nõ esse extra controuersiã, num vnitas quantitatiua aliquid reale superaddat quantitati diuisæ ab alia, i. nõ si velint Cõplut. pter indiuisibile terminãs aliquid aliud superaddere, hoc est omninò falsũ, qa vt diximus ex Sco. 3. d. 12. q. 4. I. p diuisionẽ quantitatis continuæ in partib. diuisis, pter indiuisibilia terminantia, nihil prorsus de nouo generatur, vnde vnitas quantitatiua vltra illa nihil dicit, nisi purã negationẽ continuitatis, & quando partes ille iterũ reuniuntur, præter illa nihil prorsus amittunt, quã illã negationem, & in hoc sensu dicuntur amittere dualitatẽ, quia sicut quantitas continua intelligitur esse vna præcisè ex indiuisione, ita quantitas discreta itelligitur esse numerus pcisè ex diuisione cõtinuę, ex quo nõ sequitur numerũ aliquid positiuũ superaddere partib. diuisis, nec ẽt vnitates qtitatiuas in pdicto sensu, si verò intelligant Cõplut. hoc additũ partib. diuisis p vnitatẽ quantitatiuam esse indiuisibile terminãs, vt re vera videntur intelligere, verũ dicunt, at deficiunt statim, cũ subdunt illud indiuisibile additũ parti diuisæ reddere illã essentialiter incõpletã, & constituere partẽ essentialiter ordinatã ad cõponendũ numerũ pdicamentalẽ, quia potius res è cõtra se habet, q dum proprios acquirit terminos, efficitur ens in se substinens, & cõpletũ, & hoc aliqd, vt Arist. docet 5. Met. 18. Sed quicqd sit de hoc, an vnitas quantitatiua addat supra quãtitatẽ aliquid positiuum, vel solam carẽtiam diuisionis, nã de hoc ex professo in Met. dicemus, certum est vnũ, vel alterum afferendo semper manere eandem difficultatẽ, admittendo.n. q illæ vnitates singulis partibus diuisis aliquid reale superaddant, adhuc explicandũ manet, quomodo conspirare possint ad cõstituendũ numerũ, velut ens p se vnũ, ĩ quo cõsistit cardo difficultatis.

Quintò tandẽ vrgẽt auctoritates Arist. qui 5. Met. 19. ait numerũ senariũ nõ esse bis tria, sed semel sex volens numerũ habere suã p se vnitatẽ, & non esse vnum p aggregationẽ, sicut aceruus, q ẽt dixit Doctor 3. d. 22. q. vn. L. volens hinc pbare totũ dicere vnã p se entitatẽ realiter à partibus distinctã. Et 8. Met. 10. indicare volens, vnde vnitas numeri sumatur, seù à quo dicatur p se vnũ, ait in singulis numerorũ speciebus vltimã vnitatẽ esse formam numeri, siuè esse differẽtiã dantẽ numero speciẽ, sicut vltimus gradus essentialis rei dr eius forma, & differẽtia. Et tãdem 2. de Anim. c. 6. ponit numerũ sensibile cõmune, at quod sub se sensu cadit, reale est.

Resp. vtiq; per illum loquendi modum noluisse Arist. indicare numerum dicere tertiam entitatem p se vnam à partibus, ex quibus componitur, realiter distinctã, vt dicitur de toto essentiali, qa totũ collectiuũ nõ dicit aliquid aliud præter oẽs partes, vt fusè ostendimus disp. 5. phys. q. 13. ar. 2. sed solum significare voluit, numerũ cõsistere in collectione oĩum suarũ vnitatũ, & esse magis vnũ aceruo, qa habet vnitatem ordinis, qua caret aceruus, vt loco nuper citato magis declaramus, vbi & intentionem Sco. cit. aperimus. Ad aliũ locũ nõ satis constat, quid Arist. intelligat p vltimã vnitatẽ, q ait esse formam numeri, Thomistæ nãq; volũt esse postremã, vt decimã denarij, & centesimã centenarij; Scotistæ verò significãt esse quãdã vnitatẽ formalẽ, & transcendentẽ, quæ bis oĩbus supuenit, & ex illis cõstituit numerũ vnũ, sed quomodocunq; id explicetur, certũ esse debet hãc vnitatẽ esse non posse, nisi rõnis, quia iuxtã primũ explicãdi modũ vtiq; pendet ex numerantis arbitrio sistere in tali vltima vnitate, quæ numerũ cõpleat, vel pficiat, vel vlterius numerare, & infra quẽuis numerũ põt ad libitum illa, quæ fiebat vltima vnitas, fieri prĩma, aut quarta; & ẽt iuxta alterũ explicandi modũ satis cõstat, illã vnitatẽ super ueniẽtem omnibus vnitatibus ex actuali

nume-

numeratione nõ prouenire, nisi ab intellectu illa singula colligentis in vnũ, nõ.n. dici põt prouenire, sicut dicimus de toto essentiali, ex reali causalitate, q̃ exerceant partes cõponentes erga numerum, quia nulla talis adest. Ad locũ ex 2. de Anim. dicimus numerũ esse sensibilẽ in suo materiali .i. in rebus numerabilibus, in quibus videmus, & sentimus negationem cõtinuationis, quo modo est quid reale.

Dices, nullo intellectu cõsideräte sunt tot elementa, tot Cæli &c. ergo etiã quoad formale numerus est à parte rei. Negatur seq. quia solũ à parte rei datur materiale numeri, nẽpẽ illæ res numerabiles, quæ ab intellectu in vnum colligi possunt, & ideò vnitatẽ numeri nõ habẽt, nisi ab intellectu. Ais, intellectus non facit numerũ, sed illũ cognoscit, ergo secundũ suã formalitatẽ pcedit opus intellectus. Resp. ex vsu loquendi materiale numeri dici solere numerũ, quia à parte rei est q̃d numerabile, in qua numerabilitate non pendet ab intellectu actualiter numeräte, & secundũ hoc dicitur numerus esse in rebus etiã actu, quando nõ numeramus, licèt reuera numerus formaliter non sit, nisi quãdo actu numeramus. Dices tãdẽ, ergo saltim ista numerabilitas ponit in ipsis vnitatib. formalitatẽ aliquã, rõne cuius possit dici numerus habere in rebus vnitatem realem, ac p se absq; vllo ordinẽ ad animã. Negatur cõseq; quia reuera numerabilitas illa est tñ denominatio extrinseca proueniẽs ipsis rebus ab intellectu potẽte colligere, aut mẽsurare multitudinẽ earũ, vt Arist. significat 4. phys. 131. dũ ait ablato intellectu numerãte nõ amplius remanere quidq̃ numerabile, cuius rõ est, q̃a hæc numerabilitas attẽditur s̃cũdũ prius, & posterius, quæ nõ cõueniũt vnitatib. ex natura ipsarũ, vt pbatum est.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quid sit quantitas continua, & quæ species eius.

QVoad primam quæsiti partem Cõplut. disp. 13. log. q. 3. essentiã quantitatis cõtinuę in eò ponunt, q̃ sit accidẽs tribuens partes substãtiæ, seù accidẽs substãtiæ extẽsiuum absolutẽ, & simpliciter, quia substãtia materialis antecedenter ad quãtitatẽ nullã prorsus habet extensionẽ, aut partes ẽt entitatiuas actualiter, sedtm̃ aptitudinaliter, & radicaliter, vndè in eo statu nullo modo extensa dici debet, sed tm̃ extẽsibilis, & in hoc inquiũt differre à substãtia spirituali, quę neq; extensa, neq; extensibilis est. Hoc autẽ probãt ex duplici capite, primò ostendẽdo extensionẽ illã entitatiuã in substantia pcedentem ipsã, quãtitatẽ nõ esse necessariã, secundo ostẽdendo esse impossibilẽ; primũ demõstrãt, quia hęc extensio, seù pluralitas partium entitatiua, ideò ponitur à Scotist. in substãtia materiali secundũ se, vt possit recipere quãtitatẽ, nẽ diuisibile recipiatur in subiecto indiuisibili, ad hoc autẽ minimẽ est necessaria, quia accidens reqrit solum in subiecto potentiã passiuã ad illud recipiendum, sicut ergo substãtia ante albedinẽ nõ est alba, sed dealbabilis, sic ante quãtitatẽ non est extensa, sed extensibilis, & sicut dealbabilitas in substãtia non est aliqua albedo entitatiua, sed potẽtia passiua ad recipiendã albedinem, ità extensibilitas non est aliqua extensio entitatiua, sed capacitas ad illã recipiẽdã; & sicut paries nõ recipit albedinem quatenus albus, nec quatenus niger, sed quatenus dealbabilis, nondum autẽ albus, & sic de alijs accidẽtibus, sic substantia nõ recipit quantitatẽ quatenus diuisibilis, vel indiuisibilis, si p diuisibilitatẽ, & indiuisibilitatẽ intelligãtur formę aliquę cõtrariè, vel cõtradictoriè oppositæ, at si per indiuisibilitatẽ intelligatur priuatio, sic substãtia recipit quãtitatẽ, quatenus indiuisibilis, indè ñ non sequitur sẽper manere indiuisibilẽ, quia acquisita forma, statim deperditur priuatio, & ẽt dici põt, q̃ recipiat, quatenus diuisibilis radicaliter; vndè concludunt, si Deus substãtiã materialẽ quãtitate exueret, tunc non amplius mansura diuisibilẽ, nec indiuisibilem positiuè, sicut punctus,

vel angelus, sed indiuisibilē priuatiuè, & ità neq; maneret in loco, neq; haberet sitū, cū situs, & vbi quātitatē supponāt, vndè ex isteret tunc in vniuerso, nō tanq̃ locatū in loco, sed velut pars in toto, q̃ doctrinā ex Caiet. acceperūt p. 1. q. 52. ar. 1. Probant deinde secundum .i. extensionē entitatiuā pcedere nō posse quātitatē in substātia, qa dicunt cōpositionē partium integraliū, ét entitatiuarū, esse accidentalē, nā tales partes dicuntur integrales, vt distinguantur ab essentialibus, ergo cōpositio ex illis coalescens essentialis nō erit; & hæc est cōmunis Thomistarum opinio.

Ioan. de S. Th. q. 16. ar. 1. hāc sententiā moderatur, & ait quantitatem pbere partes integrales substantiæ, nō cōstituendo illas, sed ordinādo inter se, vndè declarat quātitatē pbere distinctionē partium substantiæ, nō quidē vt distinctio opponitur vnitati simplici oīnò, sed vt opponitur cōfusioni; quarè videtur cōcedere substātiæ materiali multiplicitatē partiū antecedēter ad quātitatē, sed in cōfuso, & cōcedit cōpositionē ex partib. sic vnitis resultantē esse substantialē, quæ omnia solent negare alij Thomistę; ait verò quantitatem substantiæ aduenientem illas inter se ordinare tollendo cōfusionem, & vnā alteri vniendo, nō secundū se totā, sed secundum aliqd illius, nempè secundum extremitatem, rōne cuius dicitur ponere vnā partem post aliam, & non secundū se totā illi vniri, vndè in tali extēsione partiū in ordine ad totū videtur statuere formalitatē quātitatis, q̃ sententiā multi tradidere Scotistæ, & sequtur nuperrimè Fab. 5. Met. disp. 13. c. 5. Probat autē hoc Io. de S. Th. ét ex duplici capite, primò ex illo cōi pricipio Thomist. ꝙ materia signata quātitate sit indiuiduationis principiū, ex illo .n. sequtur, ꝙ si quātitas ē designatiua materię quantū ad indiuiduationē, seù distīctionē indiuiduorū ét erit qm̄ ad distīctionē partiū. Probat deidè ex alio capite, qa extēsio partiū in toto nō est q̄cunq; vnio earū inter se, sed vnio penes extremitates tm̄, itaꝗ nō vniatur vna pars alteri se tota, itaut in illa penetretur, & imbibatur, sicut est vnio formæ cū materia; talis aūt vnio facta p extremitates, & indiuisibilia dicitur propriè vnio integralis, & non est substantialis, sed accidentalis, quæ habetur in substantia beneficio quātitatis, cuius effectus formalis primarius est ponere vnā partem substantiæ extra aliā integraliter, & sine penetratione, ꝙ substātia ex se habere nō pōt, quia eius partes citrà quātitatē extremitates non habent, extremitates .n. nō habētur, nisi p indiuisibilia, quæ ex se substātia nō habet v.g. lineā, superficiē, & puncta; tū qa hęc sunt species propriæ quātitatis; tū quia si substātia talia haberet indiuisibilia antè quātitatē, tūc eius partes vnirētur adinuicem impenetrabiliter, quia no vnirentur se totis, sed p extremitates, & sic substantia haberet ex se sufficiēs principium, vt resisteret penetrationi, quoad locum, ꝙ est falsum, quia quātitas sola ponitur ab omnib. tale principiū; Et si dicas talem extensionē impenetrabilē in ordine ad locum ex ordinata vnione partiū in toto prouenire non posse, quia talē ordinē habent partes corporis Christi in Eucharistia, vbi tñ non habent extensionē localem. Resp. ipse vtiq; talē ordinē repertū inter partes corporis Christi esse principiū sufficiens ad impenetrationē, & extensionē in ordine ad locū, nisi diuinitus īpediretur iste effectus, qui ē secūdarius in q̃titate, primarius aūt, & inseparabilis est ponere vnā partē extra aliā in toto sine penetratione vnius cum alia, quā extremitatem vtique habēt partes corporis Christi in Eucharistia.

Postea tamen in solutione obiectionū non videtur sibi constare, ait .n. cum communi Thomistarum, ꝙ ablata quantitate à partibus non manent actu distinctæ, sed confusæ, & vna entitas cum capacitate radicali distinctionis partialis, quia remota quantitate soluitur illa vnio sic ordinata, & extēsa, & succedit alia, qua partes illæ se totis, & confusè vniuntur, seù

potius

potius fiunt vnum in substantia; & rursus φ substantia quantitate exuta neq; est distãs, nec alicubi positiuè, sed solũ haberet existentiã suam sine loco, sicut res extra mundum, & angelus nõ operãs, subdit tñ, φ adhuc differret à substãtia spirituali, qa spiritus caret, partib. negatiuè, & secundũ incapacitatem, substantia autem materialis caret partib. priuatiuè, & cũ capacitate ad illas, sed non dicitur actu illas habere; quia non habet illas plurificatas extésione .s. vnam extra aliam, sed ad modum vnius per confusionem redactas inter se, & non solùm in ordine ad locum, quæ est cõis opin. Thomist. sincerè à Cõpl. relata.

Hæc Thomistarum sentẽtia, siuè vno, siuè altero modo explicata graues semp passa est difficultates, & fusè à nobis refellitur disp. 9. phys. q. 1. art. 1. vbi agimus ex ꝓfesso de essentia quantitatis cõtinuę; si .n. primo modo explicetur, sanè multa cõtinet manifestè falsa; primò nãq; falsum est in substãtia materiali nõ p̃requiri pluralitatem partium entitatiuarũ, in quibus recipiãtur partes quãtitatis, nã sicut forma materialis p̃supponit subiectũ materiale, ita partes formæ supponunt distinctas partes subiecti, è quibus educantur, & in hac pluralitate partium entitatiuarũ fundatur potentia passiua substantiæ materialis ad recipiendã quãtitatẽ, & per hãc à substantia spirituali distinguitur, & certè tali partium pluralitate negata nõ videtur, in quo fundari possit potentia passiua substantiæ materialis ad quãtitatem recipiendam, nã si dicant fundari in hoc, φ substantia materialis habet illas radicaliter, hoc idem ẽt de immateriali dici poterit, vel afferri debebit disparitas, quæ si afferatur hoc modo, φ materialis substãtia caret partibus priuatiuè tm̃, immaterialis verò negatiuè, quia sibi repugnat quantitatẽ recipere; hæc est manifesta petitio principij; huius .n. rõnem quærimus, cur repugnet substãtiæ immateriali recipere quãtitatem, & non materiali, & cur ista radicaliter partes habeat, nõ illa, & plã nè huius nulla alia ratio reddi põt, nisi qa materialis substãtia habet pluralitatẽ partiũ integraliũ, nõ autẽ immaterialis. Exẽplum autem allatum de albedine ex hoc tm̃ capite tenet, φ sicut non supponit subiectũ, in quo recipi debet albũ, sed dealbabile, ita nec quãtitas supponit subiectũ, in quo recipi debet quantitatiuè, seù impenetrabiliter extensũ, sed extensibile, at esse sic extensibile est esse actualiter extẽsũ entitatiuè, & substãtialiter, qa talis extensio actualis est fundamentũ extensibilitatis illius; ex alio autẽ capite non tenet, quia albedo, & nigredo nullo modo pertinẽt ad substantiã materialẽ, vt causatiuã illarum, & ideò nulla albedo, aut nigredo quæ entitatiua dicatur, debet p̃cedere in substãtia receptionẽ ipsarũ, at extẽsio aliqua p̃requiritur in subiecto ad receptionẽ formæ materialis, vt est quantitas, qa vt verè dicatur ex eo educi, forma tota educi debet de toto subiecto p̃supposito, & partes formæ ex diuersis partibus subiecti p̃existentibus, & cum talis extensio p̃supposita in substantia ad recipiendam quantitatem esse nequeat quantitatiua, quia quantitas sibi ipsi supponeretur, debet poni entitatiua, & substantialis. Neq; talis extensio entitatiua habetur merito quantitatis in substantia, vt dicunt Cõpl. quia vt docet Sco. 2. d. 3. q. 4. §. *Contra*, φ ẽ necessaria cõditio causæ in causando, nõ põt habere esse à causato, quia tunc causa inquantũ sufficiẽs ad causandũ esset causata à causato, & esset illud causatũ sui ipsius causa, & pro tanto posset dare causæ causationẽ sui ipsius, sed extensio, & diuisibilitas entitatiua saltim est conditio necessaria materialis causę ad causandũ accidens materiale, alioquin ẽt causari posset à substãtia immateriali, ergo talis extẽsio haberi nequit p quantitatẽ, quia tũc daret suæ causæ causationem sui ipsius.

Rursus non bene dicitur, φ substantia exuta quãtitate nullibi positiuè esset, nec ab aliquo distaret, sed in vniuerso esset veluti pars eius, sicut angelus non opẽrans,

rans. Hoc.n.Thomist. cõmentum, ꝙ fuit Durand.1.d.37.p.2.q.1. efficaciter reijcimus de substantia materiali exuta quãtitate disp.9.cit.phys.q.1.art.2.incõfutatione 2.sol.ad 3.prin.& de angelo nõ operãte disp.11.q.5.ar.2.concl.1. imò nõ posse ẽt de potentia absoluta creaturã in rerum natura existentẽ quacunq; prorsus pśẽtia expoliari probabilius esse demonstramus ead.disp.q.4.ar.1.in fin.Tandẽ falsũ quoque est alterum Cõplut.fundamentum,ꝙ compositio partium integralium accidat rei materiali,& corporeæ, cum potius sit de conceptu eius essentiali, vt sic, talis.n. cõpositio est, quæ essentialiter distinguit substantiã corporeã ab incorporea, nõ aũt cõpositio materię,& formę cum hęc ẽt de facto competat secundum multos substãtijs quoque spiritualibus,quæ sententia veriſſima est, si admitteretur vna materia prima substãtiarum spiritualium correspondens materiæ primæ corporaliũ; vnde & tales partes integrales possunt etiã dici essentiales substantiæ materialis, quatenus talis; non ergo habere plures partes vtcunq;accidit substantię materiali,sed eas habere localiter extensas,vt bene notat Hurt.disp.13.Met.sec.4.§.29.

Neque etiã hæc sententia defendi põt, vt explicatur à Io.de S.Th.vt.n.latè monstramus disp.9.cit.phys.q.1.art.1.substãtia materialis antecedenter ad quantitatem non solum habet suas partes substantiales distinctas, sed ẽt inuicẽ ordinatas, & vnitas per proprias extremitates, ac indiuisibilia,nã si plures illæ partes, quas Io.de S. Th.cõcedit substãtiæ materiali antecedẽter ad quantitatẽ cõciperentur sine vnione adinuicẽ facta per indiuisibilia substãtialia, iam non esset entitas corporea,sed potius in indiuisibilia resoluta, & si concipiuntur cum vnione adinuicem,necessariò cum aliquo inter se ordine concipi debent,quia indiuisibile, ꝙ copulat hanc partem cum illa, planè non eam copulat immediatè cum alia, sed illa mediante, imò nec mente concipi potest substantiã corporea plures habens partes sic confusè vnitas,vt vnaquæq;pars sit oĩbus,& singulis immediatè vnita,& non potius vna mediãte alia,vt ibi fusè ostendimus; solẽt autẽ peculiari quodã mõ hæc indiuisibilia tribui quantitati, etiã si alijs rebus corporeis cõpetant,quia hæc sola est,quæ molẽ facit,& corpora magnificat per longum, latum, & profundũ, & ea reddit occupatiua loci impenetrabiliter,& in hoc sensu de ipsis loquitur Arist.6.phys.vt cõstat ex demõstratione,quã ibi facit de punctis ab initio, qua probat continuũ ex illis cõponi non posse, quia vnum alteri additũ nõ facit molẽ,nec locum petit distinctũ à loco illius, vnde falsũ est, ꝙ aiebat hic Auctor, ꝙ quæcunq; vnio partiũ per indiuisibilia facta reddat eas adinuicẽ impenetrabiles, hoc .n. solum verũ est de vnione partium facta per indiuisibilia de genere quantitatis,quæ est vnicum, & præcisum impenetrabilitatis principium. Id autẽ, ꝙ summè displicet in hoc Auctore,est ꝙ ar. cit.immediatè ante sol.ad arg.duplicẽ impenetrationẽ distinguit vtrãq;à quãtitate prouenientẽ,vna est partium in toto, quatenus vna nõ est se tota vnita cũ alia, sed per suã extremitatem, altera partiũ in loco,quatenus vna est incõpossibilis cũ alia in eodẽ loco, & inquit primã esse effectũ primariũ quãtitatis, alterã verò secundariũ,qui proinde separabilis est à quantitate, vt patet de corpore Christi in Euchar. vbi partes nõ sunt inter se se penetratę in toto,quia caput non est immediatè vnitũ cũ ventre,nec venter cũ pede,sed bene in loco,qa vbi est caput,ibi vẽter est, ibi pedes, &c. Falsa planè est tota hæc doctrina, vt loc.cit. ostendimus in sol. ad 2. vbi eundẽ loquendi modũ reprehendimus in nostris quibusdam Scotistis, quia penetratio corporũ,aut partiũ eiusdẽ corporis adinuicem attenditur solum in ordine ad locũ,non autẽ in ordine ad substãtiã eorum,sic.n.compenetrata dici nõ possent, nisi quando vna transiret in aliã per idẽtitatem, quæ penetratio impossibilis est;

fru-

frustrà igitur distinguitur de penetratione partiũ in toto, & in loco, cum solũ in ordine ad locum attendatur: Falsitatẽ verò alterius principij metaphysici, quòd materia signata quãtitate sit principiũ indiuiduationis, vnde deducebat hìc Auctor alterã probationẽ sent. Thomist. nõ ẽ præsẽtis negotij demonstrare, sed ad Met. spectat.

Dicendum igitur est, essentiam quantitatis continuæ consistere in extensione partium suaptè natura incompossibilium in eodem loco, quam incõpossibilitatem non habent partes substantiæ materialis, quia naturaliter, & citra miraculum possunt inuicem cõpenetrari, & vna substãtia materialis cum alia, quãtitas verò illis superueniens ita illas extendit, vt vnaquæq; distinctũ postulet locum, nec possit oppositũ cõtingere citra miraculum, sicut cõstat in Euchar. vbi partes corporis Christi quãti sunt in eodem loco nõ sine magno miraculo, cum adsit quãtitas, quæ ẽ principium exigitiuum incõpossibilitatis partium in eodem loco, & rõ postulans impenetrabilitatem, quæ sent. colligitur ex Sco.4.d.49.q.16. §. *Alij dicunt*, vbi docet rõnẽ impenetrabilitatis in corporibus à quãtitate pcisè prouenire, itaut hìc sit effectus formalis quantitatis primarius, secũdarius verò ab ea separabilis à Deo est actualis expulsio, & impenetratio, & hoc deducit Doct. ex ipso Arist.4.phys.76.77. vbi ait, quòd si duæ dimensiones à substantia separari possent, adhuc se penetrare non possent, per quod innuit quãtitatem solã esse pcisã radicem impenetrabilitatis, vnde licèt impenetrabilitas nõ sit ipsa quãtitatis essentia, aptius tñ p eam explicatur ratio quãtitatis, quã per cęteras passiones, quia hæc est oĩum prima, & rõni formali proximior, vnde malè aiunt Cõplut. cit. q.2. in fine impenetrabilitatẽ à quantitate separari posse, imò fieri posse penetrabilẽ, et ita de facto cõtigisse in natiuitate Christi Dñi, & quando ad discipulos intrauit ianuis clausis. Nã in illis casib. vtiq; impeditus fuit actus secundus impenetrabilitatis, quia non secuta fuit ad eã impenetratio, & actualis expulsio vnius corporis ab alio, sed nõ ob id ablata fuit impenetrabilitas ipsa, vnde q̃titas in illis casib. dicitur facta fuisse à Deo penetrabilis, vt dicit negationẽ actus secundi. s. impenetrationis, nõ actus primi. s. impenetrabilitatis; Et circa explicationẽ huius sententiæ, quę cõis est in scola nostra, & ab oĩbus Neotericis plausibiliter recepta hic immorari nõ licet, quia ex professo eã tradimus in phys. loc. cit. vbi etiã enucleatè explicamus arcanã, & admirabilẽ quantitatis continuæ cõpositionem constituendo ipsã ex diuisibilibus vt ex partib. componentibus, & integrantibus molem corporeã, ex indiuisibilibus verò, vt partes cõtinuantib. ac terminãtibus, vt docet Arist.6. phys. à qua Peripatetica sententia Arriag. nuperrimè disp.16. phys. esto recedere nõ audeat, valde tñ exagerat contra eam consuetas difficultates, & sine solutione relinquit, sed certè pro earũ cõfirmatione nil noui affert, neq; ita strenuè eas roborat (nã singulas percurrimus) vt adamussim quęcũque dicit nõ diluantur à nobis disp.9. cit. q.2. etiam antequam ipsum viderimus.

Circa alteram quæsiti partem, Arist. c. de quant. enumerans species quantitatis cõtinuæ memorat lineam, superficiẽ, corpus, & locum, vt species quantitatis cõtinuæ permanentis, deinde tempus assignat, vt speciem quantitatis continuæ successiuę, ac etiam in progressu addiẽ motum. Cæterum 5. Met. c.13. vbi accuratè magis, & ex propria loquitur sententia de quantitate, species enumerãs quãtitatis cõtinuæ memorat tantùm lineam, superficiẽ, & corpus, locum autẽ omittit, motũ verò, & tempus ait esse quanta per accidẽs. Hinc ortæ sunt opi. diuersæ, alij nãq; affirmant has oẽs esse veras species quantitatis continuæ, alii negant.

Dicendum est, lineam, superficiem, & corpus esse veras, ac proprias species quãtitatis continuæ, non tamen locum, motum, & tempus. Concl. est ferè commu-

-nis, pſertim quoad primã partẽ, quæ ſupponit dari à parte rei in corporib. lineas, ſupficies,ac ẽt pũcta, velut entitates reales,& non eſſe ibi tm̃ per imaginationem noſtrã,vt contendunt Nominales,contra quos latè agimus diſp. c it. phyſ. & Faber 5.Met.diſp.14. Prob.autẽ quoad ſingulas partes ; & quidẽ ꝙ non tm̃ corpus , ſed ẽt linea, & ſupficies ſint veræ ſpecies quantitatis continuæ contra Durand.2. d.2.q 4.Hurt.diſp.13.Met.ſect.6. Caber.hìc diſput.2. dub.5. Blanc.diſp.8.ſi ct.5. & alios quoſdam paucos. Prob. tum auctoritate Ariſt.qui tàm hìc,quàm 5. Met. c.13.has tres ſpecies aſſignat quãtitatis continuæ ſingulas deſcribendo;tum rõne, quia hæc oĩa rõnem cõem quantitatis eſſentialiter participãt, & inſuper addunt illi eſſentiales differentias, ita vnicuiq; cõuenientes, vt ſingulæ ꝑ illas eſſentialiter ab alijs diſferant,ergo &c. Prob.aſſumptum,hæc.n. oĩa ſunt eſſentialiter extẽſiones habentes partes extra partes modo ſuperius explicato,diuerſimodè tñ,quia linea dicit formalẽ extẽſionẽ lõgitudinis,ſuperficies latitudinis,corpus profundſtatis,vnde linea formaliter eſt quantitas cõtinua extenſa ſecundum dimenſionem formalẽ lõgitudinis , ſuperficies eſt quãtitas cõtinua extenſa ſecũdum dimenſionẽ formalẽ latitudinis,corpus eſt quãtitas cõtinua extẽſa ſecũdũ dimẽſionẽ formalẽ ꝓfũditatis.

Deinde ꝙ locus non ſit ſpecies quãtitatis cõtinuæ, vel ſaltim nõ diſtincta à ſuperficie,vt opinatus eſt Canon. 4. phyſ.q. 1.Sot. Tolet.Fland.Maſ.Villap.& videtur cõſentire Faber 5.Met.diſp.17.ſub fin.vbi ait cõtinentiã,q̃ addit locus ſupra ſuperficiẽ, eſſe modum cõtinentiæ ſpecialẽ conſtituentem peculiarem ſpeciẽ de genere quãtitatis,eſt Sco.q.23.prædicam.& Ant. And.in hoc c.& 5.Met.q.10.ac Tat.Zerbij 5.Met.q.14. & aliorũ communiter; & probatur, quia locus põt ſumi dupliciter, vt Scot.docet quol.11.art.2.& 3. vel materialiter,vel formaliter, materialiter non eſt, niſi ſuperficies concaua corporis cõtinentis,vt docuit Ariſt.4.phyſ.41.formaliter verò eſt ipſamet relatio continentiæ, vel circũſcriptionis actiuæ fundata in ſuperficie concaua corporis locantis,& terminata ad conuexã locati , quæ ẽt dici ſolet vbi actiuum, vt Doct.notat ibidem, & hæc eſt cõmunis doctrina Scotiſt. à nobis ex profeſſo explicata diſp.11. phyſic. q.1. adeò quod mirum ſit, quomodo Faber cit. oppoſitum doceat , vt de mente Doctoris. Si igitur locus formaliter ſumatur iam manifeſtè patet non pertinere ad hoc prædicamentum , quia nullus reſpe ctus pertinet ad prædicamentum abſoluti , ſed propriè ſpectat ad prædicamentum Vbi , vt docet Doctor loc. cit. & 4.d. 10.q.1.ſi autem ſumatur materialiter pro fundamento.ſ.illius continentiæ,ſic vtiq; ad hoc attinet prædicamentum , ſed non conſtituit ſpeciem à ſuperficie diſtinctã, quia nullam peculiarem addit ſuperficiei extenſionem, ſed ſolã continentiã, vel ad ſummum figurã .ſ. concauã,ergo non eſt ſpecies diſtincta à ſuperficie, nam ſi rõne figuræ,vel continentiæ eſſet diſtincta ſpecies, ẽt ſuperficies alba, & nigra diuerſas quantitatis ſpecies conſtituerent; tàm .n. illi accidit continentia , & hæc , & illa figura,ſicut hæc,vel illa qualitas.

Demum,ꝙ neq; motus, aut eius continua ſucceſſio,ſi diſtinguatur ab eo, neque tempus ſint veræ ſpecies quantitatis continuæ, vt hic opinatus eſt Tatar. & Mair. paſſu 24.Zerb.cit.Ant.And.5. Meth.q.10. quos multi ſequuntur Recentiores , probat Baſſol.1.d. 19.q.1.Faber 5.Met.diſp.18. & nos ex profeſſo in phyſ.de motu quidẽ diſp.15.q.1.concl.1.de ſucceſſione autem ead.diſp.q.6.art.1. vbi ẽt ſoluuntur rõnes in oppoſitum; de tẽpore tandem diſp.13. q.4.quatenus ibi oſtẽdimus realiter à motu nõ diſtingui, vnde ſi motus nõ eſt vera ſpecies quãtitatis cõtinuæ, nec ẽt erit tẽpus, & probatur ex ibi dictis , quia tẽpus, vt hìc de eo loquimur , non eſt niſi duratio ipſius motus, hìc.n. non loquimur de tẽpore extrinſeco , quod eſt duratio motus

tus Cœli, per quam mensurantur oés isti motus inferiores per horas, dies, menses, &c. sed loquimur de tempore intrinseco, q est propria, ac intrinseca duratio ipsius motus, sed nullius rei duratiô est quãtitas eius, ergo &c. Probtur min. quia duratio nõ est aliquid realiter distinctũ à re durãte, vt loc. cit. ex professo probamus, & hãc sententiã latè defendit Suar. in Met. disp. 40. sect. 8. vbi q̃plures citat. Et quidẽ hæc fuit expressa mẽs Arist. 5. Met. c. 13. dum tẽpus, & motum ponit quãta per accidẽs, non solũ vt ly *per accidens* idem sonat, q *per aliud*, quatenus s. species motus sumuntur à partibus magnitudinis, super q̃ fit, quemadmodũ tentarunt quidã explicare, sed etiã vt ly *per accidens* idem sonat, q accidentaliter, ac merè ab extrinseco, oés. n. motus saltem de potentia absoluta fieri possunt in instãti, et motus ipse localis, si non accipiatur, vt dicit totam realitatẽ motus, vt explicamus disp. 15. cit. q. 6. ar. 3. Et tandẽ disp. 15. phys. ostẽdimus motũ pro formali quid respectiuũ dicere, ergo nequit spectare ad hoc prædicam.

Soluuntur Obiectiones.

IN oppos. obijc. 1. probãdo nec lineam, nec superficiẽ esse veras quãtitatis cõtinuę species, quia verę species distinguũtur per quid positiuum, sed linea distinguitur à supficie per carẽtiã latitudinis, & superficies à corpore per carentiã profunditatis, ergo &c. Tum 2. prima passio quãtitatis est impenetrabilitas, sed lineæ, & superficies adinuicẽ naturaliter penetrãtur, vt patet, dũ duo corpora plana se tãgunt, tunc. n. supficies ambæ in eodẽ spatio coexistunt, quia indiuisibile nõ habet, quo tangat aliud indiuisibile, & quo non tangat, sed tangit secundũ se totum, ergo &c. Tũ 3. nullum genus pdicatur de suis speciebus denominatiuè, & veluti accidẽtaliter, sed essẽtialiter tm, ac substãtiuè, at quãtitas denominatiuè dr de linea, & supficie, dicimus. n. linea est quãta, ergo &c. Tũ 4. species esse debet qd cõpletũ, at linea, & superficies sunt quid incõpletum, nã linea essentialiter ordinatur ad constitutioné supficiei, & superficies ad constitutionem corporis, sicut punctum ad cõstitutionẽ lineæ, sicut ergo punctũ hac de causa non censetur propria species quantitatis, ita nec linea, & superficies. Tũ tãdem, quia linea secundũ propriã extẽsionẽ includitur in supficie, & vtraq; in corpore, secũdũ q corpus habet trinã dimẽsionẽ, ergo nõ sũt propriè species, q̃a vna species no includitur essentialiter in alia.

Resp. ad 1. neg. min. sicut. n. vnaquæq; species relatæ quantitatis continuæ constituitur per peculiarem positiuã extensionẽ, vt dictũ est, ità per candẽ ab alia essentialiter distinguitur, licèt hoc quãdoq; à posteriori per negationem soleat explicari, vt in proposito. Ad 2. penetrantur lineæ, & superficies ea parte, qua indiuisibiles sunt, non qua diuisibiles, nec. n. linea secundum longitudinem põt cum alia penetrari, nec superficies cũ alia superficie in latitudine, vnde cũ duo corpora se tangunt, eorũ superficies dici debẽt potius esse simul in eodem loco, q̃ cõpenetrari, quia penetratio, vel impenetratio attẽditur in rebus corporeis ex ea parte, qua sũt diuisibiles, vt dicimus in phys. tract. de continuo. Ad 3. æquè probat de corpore, dicimus. n. etiã corpus est qm, dicẽdũ ergo esse speciale priuilegiũ q̃titatis nedũ substãtiuè, sed et sub forma denominatiua (licèt nõ sensu denominatiuo, sed essentiali) de suis specieb. pdicari, imn. & de seipsa, dicimus. n. quantitas est tãta, est extensa, &c. Vel potius negandũ lineã, superficiẽ, & corpus quãta dici propriè, si absolutè sumantur, q̃a sic potius dici debent quantitates, sed quãta dicuntur, quatenus sunt in materia, itaut cõcretum generis prædicetur de concreto speciei, vnde non erit prædicatio denominatiua, & accidentalis, sed essentialis in concreto, quemadmodum in genere qualitatis solemus dicere, album est coloratum, posse autem sic in concreto disponi genera, & species accidentium iã diximus disp. præced.

ced. ita S. o. q. 17. prædic. ad 1. q. 16. Addũt al'j, ꝙ cum dicimus quantitas est quanta, linea quanta, longa, superficies lata, corpûs profundũ, nõ esse rõnem essentialem quantitatis, quæ tunc prædicatur, sed eius affectiones, & attributa .s. esse diuisibilẽ, mẽsurabilẽ tantã, &c. q b. ẽt nomẽ q̃titatis frequenter applicatur, vt docet Arist. 5. Met. 13. vndè sensus earum propositionũ erit, quantitas est quanta .i. est diuisibilis, linea est longa, est breuis .i. est tantæ, vel tantæ longitudinis, & sic de cæteris.

Ad 4. solet cõmuniter responderi lineã non ordinari ad cõstitutionẽ superficiei, & sup̃ficiem ad constitutionem corporis, nisi quatenus indiuisibilia continuatiua, aut terminatiua partiũ eorum, ex q̃uo capite vtiq; nec sunt quãtitates, nec species quãtitatis, & quoad hoc tenet paritas assumpta de puncto, at ex quo capite sunt diuisibiles, sunt propriè species quãtitatis, nec vna ordinatur ad constitutionẽ alterius. Hæc tñ solutio meritò reijcitur à Blãco cit. & ab Auers. hìc sect. 4. vt manifestè falsa, quia reuera linea copulat, & terminat partes superficiei, non tm̃ quatenus nõ lata, sed ẽt, quatenus longa, alioquin posset ẽt terminari per puncta, quæ sunt non lata; & sup̃ficies copulat, & terminat partes corporis, nõ tm̃ quatenus nõ profunda, sic. n. ẽt per lineas, & puncta terminari posset, sed quoq; quatenus lata. Quarè respõdet Auers. diuerso modo genera, & species disponi in p̃dicam. substantiæ, & in p̃dicam. quantitatis, vt nempè ibi reponantur solùm entia completa illius generis, hìc autẽ etiã incõpleta, vndè concedit lineã, & superficiẽ bis in prædicam. reponi, semel directè sub conceptu cõi quantitatis, vt absolutè dicit extẽsionẽ, siuè magnitudinẽ abstrahendo à determinatione vnius, vel duplicis, aut trinæ dimensionis; & iterũ reductiuè per inclusionẽ in specie corporis, neq; id iudicat absurdũ. Sed sanè hæc solutio est peior priori, tum quia statim concedit, ꝙ Aduersarij cõtendunt, lineam, & superficiem esse species incõpletas quãtitatis; tum quia conditio specialis illius, ꝙ directè est ponibile in prædicamento, vt modò constructum est, etiã apud ipsum q. 16. sect. 5. erat ꝙ esset quid completum, vbi ẽt hac præsertim ratione entia incõpleta, & partialia à prædicamẽto extrahebat, quia ipsis esset in eo, semel ratione sui directè, & rursus reductiuè ratione totius, quod constituunt, vndè mirum est, qũo hìc accipiat, ꝙ ibi reiecerat.

Zerbius cit. in sol. ad 3. princ. ait, ꝙ linea, & superficies possũt dupliciter cõsiderari vno modo, vt significãt quãdã p̃fectionẽ quantitatis, p̃scindendo à p̃fectione alterius p̃fectionis quãtitatiuę, quo sẽsũ dicimus lineã significare longitudinẽ sine latitudine, & sup̃ficiẽ latitudinẽ sine profunditate, & hoc mõ consideratæ non accipiuntur, vt termini alterius quãtitatis, sed vt habentes in seipsis certã, ac determinatã rõnem quãtitatis; alio mõ considerari possunt, quatenus vna includitur in alia, & ordinata ad eius cõstitutionẽ, & sic nõ sunt species distinctæ. At neq; hæc solutio satisfacit, sic. n. ẽt defendere possemus materiã, & formã esse species cõpletas, & directè positas in p̃dicam., si considerentur, vt dicũt quẽdã certũ gradũ substantialẽ, incompletas verò, & indirectè, si considerentur, vt essentialiter ordinabiles ad alterius speciei constitutionem.

Itaq; respondendum est, lineam, & superficiẽ, licèt materialiter corpus suo mõ componant, adhuc tñ esse veras, & completas quantitatis species, quia directè recipiũt, ac essẽtialiter illius p̃dicationẽ, sicuti corpus. quando autẽ ita se habẽt partes respectu totius, tunc benè possunt directè poni in eodẽ genere cũ ipso, & dici species cõpletæ illius generis, sicut ipsũ; nec obstat, ꝙ ordinẽtur ad eius constitutionẽ; dũmodo cũ ipso recipiãt p̃dicationẽ eiusdẽ generis, vndè hac rõne dicebamus disp. præced. q. 3. partes homogeneas estò componant aliud, adhuc directè in prædicamento reponi; non possumus autem sic dicere de materia, & forma, quia ipsa

ipsa non recipiunt directè prædicationē substantiæ prædicamentalis, nec etiam de puncto, quia omninò caret partibus, nec vllam prorsus habet quantitatem.

Ad 5. posset responderi per idem, tñ ad maiorē harũ specierum explicationē dicimus, q̃ licèt supficies includat longitudinē, non tñ formaliter, sicut linea, sed materialiter tm̃, & præsuppositiuè, quo etiã sensu corpus includit latitudinē; rõ huius est, quia cum superficies sit dimensio, quæ continuari debet per indiuisibilia secundũ latitudinē, diuisibilia tñ secundũ longitudinē, sicut sunt lineæ, ideò necesse est supficiem habere longitudinē; itē q̃a profunditas est dimensio, quæ continuari debet p indiuisibilia secundũ profunditatē, nõ tñ secundũ latitudinē, quales sunt supficies, necesse est corpus habere latitudinē, non quidem formaliter, quasi longitudo, vel latitudo sit eorũ essentialis extensio, sed materialiter solum, & psuppositiuè, quia. s. supficies indiget lineis, quæ sũt longæ, & corpus supficiebus, quę sunt latæ ad suarũ partium continuationē; hinc est, q̃ iuxta phrasim Arist. 5. Met. 13. non dicere solemus superficiē esse longitudinem, & latitudinem, sed q̃ est latitudo cum longitudine, & q̃ corpus est profunditas cũ latitudine, & longitudine, vnde supficies includit formaliter, & in recto solam latitudinē, & corpus profunditatē, cæteras verò dimēsiones in obliquo, & materialiter; q̃ totũ explicari põt in quãtitate discreta, in qua vnus numerus alium psupponit ad sui constitutionē, & nõ ē ille formaliter, quare cum dicimus corpus est longũ, & latum, erit prædicatio tm̃ materialis; & hæc est communis opinio Suar. d. sp. 40. Met. sect. 6. Pla. disp. 2. q. 2. de quãt Complut. disp. 3. q. 4. & aliorum.

Quidã tñ, vt Blanc. cit. sect. 6. & Auers. sect. 4. estò concedant longitudinē lineæ, & latitudinē superficiei nonnisi præsuppositiuè conuenire corpori, & longitudinem lineæ superficiei, inquiunt tñ concedendã esse aliã longitudinem, quã essentialiter includat superficies citra lineam, & aliam rursus longitudinem, & latitudinē, q̃ essētialiter corpus includat antecedenter ad lineã, & superficiem, & in hoc sensu essentialem esse hanc pdicationem, corpus est longum, & latum, q̃ probant multipliciter; Tum quia superficies non solũ includit lineas longas, sed etiam suas partes, quas habet in latitudine longas, & longitudo harum partium non est longitudo linearum, quia partes sunt vltra lineas, & sunt longæ, & latæ. Tum 2. quia, quantumuis in superficie præscindamus latitudinem à linea, semper in extensione illa lata longitudo etiam quędam est, quia latitudinē hanc possumus linea metiri, quæ non est mensura latitudinis, sed longitudinis. Tum 3. quantum non sumit à continuatiuis extensionem, sed potius extensio in eo supponitur, & p illam cõtinuatur, ergo cũ linea, & superficies sint continuatiua corporis, non erit corpus per ipsa extensum per longum, & latum, sed per se antecedenter ad illa, vnde ex se dici solet trina dimensio. Tum 4. quia res profunda nequit intelligi sine trina dimēsione, si. n. sit ex tēsa solũ versus longitudinē, esset linea; si solũ versus latitudinē, esset supficies. Tũ tandem quia terminus latus nequit terminare dimensionem non latã, ergò cum supficies sit terminus latus, nequibit terminare profunditatem corporis, nisi & ipsa sit lata. Conf. q̃a superficies terminans corpus vtiq; non est immediatè coniuncta cum alia superficie, sed cum parte corporis, quæ erat lata, cũ qua latitudine remaneret etiam separata superficie terminãte; his rationibus Did. disp. 13. q. 1. hanc opin. censet probabilē.

Nihilominus à communi recedēdum nõn est, quia si semel in superficie præter longitudinem lineæ aliam propriam statuamus, sequitur duplici longitudine esse longam, semel propria longitudine, & iterum lõgitudine lineæ, imò corpus ter erit longum, & bis latum, cum tamē vnæ longitudo sufficiat ad extendendã in longitudinem

gũ superficiẽ; & simul eius partes vniẽdũ in latitudine, & vna latitudo ad extendẽdendũ corpus versus latera, & vniẽdas, ac continuandas eius partes per profunditatẽ; Sequitur item corpus habere triplicata puncta, & superficiẽ duplicata, quibus cõtinuari deberent illæ partes longitudinis; Rursus præcisa linea à superficie, adhuc in ea lineã reperiri, quia adhuc in ea reperitur lõgitudo punctis terminata, hæc autem non est, nisi linea, & sic de superficie respectu corporis. Itẽ posse dari superficiẽ sine omni linea, & corpus sine omni superficie, quia adhuc esset longũ, & latum sine illis; Nec iuuat, quod ait Blanc. cum Didac. necessaria adhuc esse, vt continuatiua, lineas quidẽ partiũ superficiei, superficies verò partium corporis. Nã si superficies seipsa est longa, cur talis longitudo non sufficiet ad eã terminãdã, & eius partes cõtinuãdas? & si corpus seipso est longũ, & latum, cur talis latitudo sufficiẽs nõ erit ad eius profunditatem continuandã, ac terminandã? Resp. Blanc. non sufficere, quia longitudo, & latitudo corporis est ꝓfunda nulla carens dimensione, continuatiuum verò, ac terminatiuũ aliqua debet carere dimensione. Sed contrà, quia quãdo etiã admitteretur latitudinem esse essentialiter longam, & profunditatem latã, & profundã, non tamen è contra admitti potest aliqua longitudo, quæ sit essentialiter lata, neque latitudo, quæ sit essentialiter profunda, quia longitudo, vt sic, præscindit à latitudine, & latitudo à profunditate, ergo prorsus irrationabilis est allata solutio; alia quoq; absurda sequuntur ex hac positione, vt discurrenti patebit.

Neq; rationes in oppositũ vrgent. Ad 1. neg. partes superficiei habere propriã longitudinẽ seclusa linea. Ad 2. neg. posse ꝑscindi à superficie omnes lineas remanẽte eius latitudine, sicut præscindi nequeũt puncta à linea remanente eius longitudine. Ad 3. estò corpus non sumat extensionẽ à continuatiuis, quatenus cõtinuatiua, & indiuisibilia sunt, potest tñ aliqua etiã ab eis sumere, quatenus diuisibilia sũt, materialiter nẽpè, & præsuppositiuè, in quo etiã sensu intelligendum est, quod corpus sit trina dimensio, quia s. materialiter est lõgũ, & latũ, formaliter verò profundũ, itaut in sola profunditate eius natura consũmetur. Ad 4. patet per idẽ. Ad 5. posset per idem probari subsistentiam non posse esse terminum naturę substãtialis, quia subsistẽtia nequit esse terminus naturę nõ subsistẽtis; sicut igitur subsistentia dicitur terminus naturæ non subsistentis priuatiuè tantũ, nõ autẽ contrariè sicut est accidẽs, ita in quantitate terminus latus dicitur terminus dimensionis non latæ, non quidem cõtrariè, quo sensu linea dicitur non lata, q̃a est incapax latitudinis, sed priuatiuè tñ; per quod soluitur etiã illa confirmatio; cæterũ intelligentia huius dubii tota pendet ex tr. de cõtinuo, vndè ad illũ differtur exactior cognitio specierũ q̃titatis cõtinuæ.

Secundo principaliter obiic. prob. locum esse verã speciem quantitatis continuę, tũ auctoritate Arist. illum hic enumerantis; tum ratione à Caiet. & aliis allata, quia ratio mensuræ, æqualitas, diuisibilitas, & cæteræ quantitatis affectiones loco conueniunt, locus enim est ęqualis locato, est diuisibilis, mensurat locatum, ergo, &c.

Resp. Doctor q. 23. cit. Prædicam. Tat. Mair. & alij Scotistæ Arist. hic vulgariter esse locutũ de loco iuxtà opinionem, quę tunc temporis vigebat, dicentiũ locũ esse spatiũ dimensionatũ inter latera corporis cõtinentis interceptũ, q̃ opinionẽ postea refellit ex professo 4. Phys. vbi suam tradit sententiã de loco, vndè tãdem 5. Met. c. 13. species quãtitatis ex ꝓpria mente assignãs loci nõ meminit. Ad rõnẽ dicimus probare solũ locũ pro materiali esse in prædicamento quantitatis, sic .n. illi cõueniũt illa ꝑdicata, quæ solent quantitati attribui, nõ tñ probat esse speciem à superficie distinctam; nec item probat locũ formaliter esse in ꝑdicamento quantitatis, sic .n. spectat ad ꝑdicamentũ Vbi; vt dicimus in Phys.

Tertio obiic. de motu, & tempore, nam ha-

habẽt partes nouo modo extẽsas .s. penes diuersas moras, ac successiones, quibus partes fluũt; habẽt etiã diuersas indiuisibilia, quibus partes successiuè copulãtur .s. in motu mutata esse, & in tẽpore instantia, ergo nihil deest illis ad rationẽ quãtitatis per se; neq; .n. requiritur essẽtialiter ad quãtitatẽ extẽsio per spatiũ locale, sed sufficit, ꝙ sit per spatiũ durationis, in hoc autẽ spatio vera extẽsio partiũ successiuarũ datur, quarũ vna non petratur cũ alia, sed succedit ipsi. Neq; etiã ꝙ quãtitas successiua pendeat à continua permanente obstat, quin motus, & tempus sint veræ species, nam corpus depẽdet à superficie, & linea, & tamen est vera quantitas.

Resp. neg. assũptũ, partes .n. motus, non tàm addunt partibus magnitudinis, super q̃ fit, nouã extensionẽ, quã nouũ modum oppositũ permanentiæ, quatenus partes motus non simul existunt; & rursus ista successio, & extreitas partiũ motus in ordine ad spatiũ durationis, nõ tàm prouenit ex natura partiũ motus, quã ex imperfectione agẽtis non valentis simul totũ terminũ inducere, vel ex resistẽtia contrarij in passo, propter q̃ vincendã forma paulatim acquiritur, & ideò non est per se q̃titas; Nec paritas assumpta de corpore in ordine ad superficiẽ valet, quia licèt corpus supponat superficiẽ, tamen addit nouas partes ad illã, sed motus nõ addit nouas partes ad magnitudinẽ spatij, seu distantiæ, in qua exercetur, neq; tẽpus addit nouas partes ad motũ; cũ verò dicebatur tempus, & motũ diuersa habere indiuisibilia, id est intelligẽdũ de tempore extrinseco pro mensura accepto, non autem de tempore intrinseco, hoc .n. sicut est omninò idẽ cum motu, cuius est duratio, ita easdẽ habet prorsus partes, ac indiuisibilia eadẽ cũ ipso, vt dicimus in Phys. disp. 13.

Ex dictis in hoc art. colligitur species proprias quãtitatis continuæ esse permanentes, cum successio continua non sit vera quantitas, & has esse tantũ tres iam commemoratas, lineam, superficiem, & corpus, quia ratio qũãtitatis est extensio, sed hæc extẽsio tribus tantũ modis potest diuersificari .s. in longũ, latũ, & profundũ, nec alius modus potest cogitari, vt Mathematici demonstrant, ergo &c. Sũt etiã omnes huiusmodi species infimæ, quia linea v.g. non diuiditur, nisi in curuam, & rectã, superficies in concauã, & conuexã, corpus in rotundũ, & quadratum, omnes autẽ huiusmodi differentiæ sunt accidentales, quia rectitudo, & curuitas, concauitas, & conuexitas, &c. solũ dicunt varias figuras, figura verò accidit quantitati; idẽ dicendũ de alijs quantitatibus continuis eiusdẽ figuræ, sed inæqualibus, vt est linea bicubita, & tricubita, quantitas .n. continua maior, & minor in eodem genere extensionis nõ differunt essentialiter, sed solũ accidentaliter per maius, & minus, sicut calor vt vnũ, & vt octo per magis, & minus; sic etiam in quantitate successiua differunt biduum, & triduum, biennium, & triennium; vnde malè dixit Zerb. cit. has esse species subalternas, & lineam rectã, & circularẽ, bicubitã, & tricubitã specie differre, hoc .n. falsũ est loquendo de specie essentiali, de qua ibi loquitur; verũ tamen est loquendo de accidentali; dici etiam potest quantitates inæquales specie differre in ratione mensuræ, hoc est, diuersas mensuras constituere.

ARTICVLVS TERTIVS.

Quid sit quantitas discreta, & quæ species eius.

QVantitatẽ discretã definiuit Arist. in hoc prædicam. esse illã, cuius partes non copulantur termino cõmuni, sed sunt abinuicẽ solutæ, neq; circa eius essẽtiã indagandam est amplius hìc laborandũ, quia satis liquet ex dictis art. 1. sed tãtum circa eius species assignãdas, duas .n. assignauit hic Aris. numerũ .s. & orationẽ, & quidẽ numerũ assignauit pro quãtitate discreta permanenti, orationẽ verò pro successiua, vt cõmuniter explicant.

Circa numerũ solet dubitari primò, an hanc speciẽ in tanta assignauerit amplitudine, vt sub ea cõprehendat multitudinẽ, nedum entiũ corporalium, verũ etiã spiritualium; Et communis opinio docet, ꝙ hic per numerũ intelligat multitudinẽ solũ vnitatũ quantitatiuarum, quæ reperiuntur solum in continuis diuisis, & separatis abinuicẽ, vndè consequenter loquens inquit Arist. & 3. & 6. Phys. numerum resultare ex diuisione cõtinui, & sic multitudinẽ taliũ vnitatum vocant numerũ prædicamentalẽ, multitudinẽ vero aliarũ rerum, quatenus quælibet est in se transcendentaliter vna, vocant numerũ transcendentalẽ, & ab hoc prædicamento expungunt, quia per omnia vagatur p̄dicamenta, & etiam ad res spirituales extenditur, nam numerando dicimus, duæ qualitates, tres substantiæ, quatuor angeli, &c. Nominales è contrà numerũ omniũ rerũ etiã spiritualiũ videntur in hoc prædicamẽto reponere, quãuis.n. à rebus spiritualibus quantitatis nomen videatur prorsus ablegatum, inquiunt, id intelligi de quantitate molis, & continua, non autem de quantitate discreta, cuius ratio, & affectiones æquè benè saluantur in multitudine rerũ pluriũ spiritualiũ, ac corporalium, tres.n. angeli non copulantur termino cõi, & sunt numero impares, &c.

Quãuis hæc quæstio sit magna ex parte de nomine, cum.n. numerus, siuè quãtitatiuus, siuè transcendens, nullum accidens per se vnũ, atq; realiter distinctũ ponat prę̃ter res numeratas, idẽ absolutè iudicium posset fieri de vtroq; tamen vt obseruetur rectus loquendi modus, dicendũ est numerũ rerũ spiritualiũ vtiq; ad hoc prædicamentũ non spectare, sed tantum numerũ rerũ corporaliũ, intelligendo per res corporeas non tantũ illas, quæ quantitate præditę sunt inuicem impenetrabiles, vt videtur communiter intelligi, sed etiam illas, quæ antecedẽter ad quantitatẽ habent aliquã materialitatẽ, vt art. pręced. dicebamus de substantia materiali, quæ suã habet materialitatẽ antè quantitatẽ, licèt cum alia penetrabilẽ, ꝙ idẽ asserendũ est de qualitatibus corporeis, hæc .n. omnia suã habent materialitatem, & corporeitatẽ citrà quantitatem, nec ab ea recipiunt, nisi impenetrabilitatem. Ratio huius asserti est, quia illa sola multitudo constituit numerum huius prædicamenti, quæ accidẽtaliter dicitur de rebus numeratis, at multitudo entitatiua, seu rerum, quatenus vnaquæq; est transcendẽtaliter vna, intrinsecè, & quasi essentialiter dicitur de illis, quia vna trãsire nequit in aliã per identitatẽ, & entitatiuè loquẽdo semper vna res est ab alia discreta; cũ igitur multitudo ex vnitatibus transcẽdẽtibus aggregata non dicatur accidentaliter de rebus numeratis, rectè dicitur numerus transcendens, & non prædicamẽtalis, hic.n. prędicatur per modũ accidentis; è contrà verò, quia multitudo rerum extensarum de ipsis dicitur accidentaliter, inquantũ s. sunt sũt abinuicẽ diuisæ, & disiũctæ, ꝙ ipsis merè accidit, cũ ex natura sua continuari possint, vt constat de duabus aquæ guttis, q̃ si cõtinuentur, nõ amplius duæ dicũtur, sed vna p̄dicamentaliter (licèt adhuc duæ maneãt transcendẽter, quia vnitates trãscendentales non pereũt ex cõtinuatione, sed tantũ prædicamentales) ideò talis numerus rectè in hoc prædicamento cõstituitur, & solis rebus corporeis conuenit, nã spirituales, & incorporeæ ità sunt diuisæ, & discretæ, vt nullatenus hoc modo continuari possint. Et quia etiã discretio, & multitudo, quæ resultaret ex diuisione substantiæ, & qualitatis materialis seclusa quantitate, merè accideret illis, quia ex natura sua possent illæ plures partes cõtinuari, cũ substantia materialis, & cætera accidẽtia corporea, etiã citrà quãtitatẽ, propria habere possint cõtinuitatẽ, vt dicimus in Phys. dis. 9. ideò hæc multitudo rerũ, etiãsi nõ sint impenetrabiles suaptenatura, rectè dicetur numerus p̄dicamẽtalis, & erit species quãtitatis discretę huius p̄dicamẽti, & suo modo

do dicetur resultare ex diuisione cōtinui; vide Tat. hìc *§. Tertiò sciendum.*

Secundò dubitatur, an sub hac specie cōprehēdatur sola multitudo rerū corporearum pmanētium, verum ēt succeffiuarum, æquè. n. dicimus duos, vel tres lapides, ac duos, vel tres dies, vel annos, tres item, vel quatuor motus. Negat cōis opinio, quia Arist. numerū recenset pro specie quātitatis discretæ pmanentis, & pro quantitate successiua aliā distinctā speciē cōstituit. f. orationē, & ideò dicunt multitudinē entium successiuorum, cū numeratur, reduci debere ad orationē. Sed planè fatemur, nunquā nos capere potuisse, quo pacto, quouè sensu tres anni, vel mēses, aut tres motus possint dici oratio, & libenter sciremus, quodnā genus orationis cōstituāt; immò asserimus, nihil ineptius, ac insulsius asseri posse; dicendum igitur est ēt multitudinē motuum, & téporū ad hāc speciē ptinere, & vniuersaliter rerum quarumcūq; successiuarū, immò & ipsa quidē oratio numerus quidam est, vt postea dicemus; & quidē falsum est Arist. numerum assignasse pro specie quātitatis discretæ pmanentis pcisē, immò si textus legatur, nō inuenitur eum expressè distinxisse quātitatem discretā in pmanētem, sub qua duntaxat sit numerus, & successiuā, sub qua constituatur oratio; & quidem nec apparens suppetit ratio, cur numerus solis rebus permanentibus debeat cōcedi, & successiuis denegari, cum istę, sicut illę, possint enumerari, & in vnū colligi, quarē autē oratio specialiter fuerit assignata pro specie quantitatis discretæ successiuæ, cūm tamen sub se omnium entium successiuorum multitudinem nō comprehendat, dicemus infrà.

Tertiò dubitari solet, an numerus sit species infima, vel subalterna. Iād. 3. phys. q. 11. & 2. Met. q. 4. tenet esse speciem infimā, vndè inquit, ꝙ sicut in quātitate cōtinua linea maior, & minor nō differunt plusquā numero, ita neq; in discreta maior, & minor numerus, & videtur fuisse opinio Cōment. 8. Met. tex. com. 10. At cōtrarium verius est, & cōi calculo receptū, ꝙ probant optimè Trōb. 2. Met. q. 4. §. *Ad hac respondetur*, & Zerb. 5. Met. q. 14. nam Arithmetica aliam passionem probat, & demonstrat de ternario, aliam de binario, & sic de alijs, ergo per alia principia, quæ sunt per se, & sic nedum indiuidualiter, sed etiā specie differūt; ex quo deducitur, nō valere paritatem assumptam de linea maiori, & minori eiusdem figuræ (vt etiā magis mox explicabitur) quia numeri inæquales potius assimilantur quantitatib. continuis diuersæ figuræ, vndè sicut in quātitate cōtinua addito vno angulo alijs resultat alia species figuræ, sic in discreta addita alia vnitate resultabit alia species numeri; diximus aūt numeros inæquales inter se specie differre, q̄a duo ęquales, vt hìc, & ille ternarius, solo numer. differūt.

At solet obijci, ꝙ numerus minor est pars numeri maioris ex Arist. 5. Met. c. de Colobon. & Euclid. 5. Geometr. ergo non est species ab eo condistincta, sicut neque anima est species cōdistincta ab hōne, sed pars speciei. Hoc argumentū multos diuexat absq; causa, coincidit. n. cum illo, ꝙ fieri solet in quātitate cōtinua de linea, & supficie, quæ includuntur in corpore, cui abundè satisfecimus ar. pced. in sol. ad 4. quæ quidem solutio etiā in pñti sufficeret; sed ad vberiorem doctrinā, & maiorē notitiā cōpositionis numeri addimus ex Trōb. cit. ꝙ numerus minor non est pars numeri maioris, nisi potentialiter acceptus, & quantum ad vnitates materiales, vndè si numerus ternarius cōstituitur ex binario, hoc ideò est, quia binarius geminam continet vnitatem, ex qua cum alia vnitate constituitur ternarius, sed quantum ad formam specificam, quam importat binarius, vt est distincta species ab ipso, & quantum ad vnitatem formalē insequentem formam specificam, secundū q̄ binarius est per se vnus vnitate specifica, binarius non constituit ternarium, sed tantum tres vnitates, qua ratione dixit

Arist.

Ar ft. 5. Met.18. fex fecundum fpeciem, & fubftantiam fuam non effe bis tria, aut ter duo, fed tantum effe femel fex.

Si autẽ quæratur, à quo fuã fumat vnitatẽ quælibet fpecies numeri. Refp. colligitur ex dictis art.1. vnumquẽq; numerum dici vnum fua vnitate formali, quæ omnes vnitates materiales fimul fũptas cõfequitur, vt in binario dualitas, in ternario trinitas, & non ab vltima vnitate materiali, vt cõtendebãt Thomift. ibi citati; hæc autem vnitas formalis numeri nõ eft aliquid reale in rebus numeratis, fed eft vnitas illa rõnis, q̃ illis tribuit intellectus, dũ actualiter numerãdo fingulas in vnũ colligit, ex quo deducitur nullum numerum effe verã fpeciẽ à parte rei, fed tãtum per opus intellectus, vt docet Canõ.4.Ph. q.5. & Doctor infinuat 4. Met.q.2. Et ex hoc rurfus deducitur, cur potius numeri inæquales, quã lineę dicãtur diuerfas fpecies conftituere, cum .n. effentia numeri confiftat in adunatione quã facit intellectus per collectionẽ pluriũ vnitatum, iuxta diuerfas collectiones, & adunationes inęquales, diuerfæ etiã fpecies numerorum conftituuntur, at linea habet veram, & realem effentiã, & ideò nõ poteft re vera vna differre ab alia fecundum magis, & minus in eodem genere extenfionis.

Circa orationẽ verò, quæ cõftituebatur altera quãtitatis difcretæ fpecies, nõ poffumus illos nõ irridere, qui tàm anxij, ac folliciti funt in declarãdo quomodo oratio verã rationẽ quantitatis participet, vt defẽdãt effe verã fpeciẽ huius p̃dicamẽti. Sed fanè oleum, ac operam perdunt, tum quia, vt diximus ar.1.ex Sc.4.d.1.q.2.ad 1. non importat ens per fe vnum, tum quia intantum dicitur quantitas, inquantum cõftat fyllabis lõgis, & breuibus (fermo.n. eft de oratione vocali) at quomodocunq; hoc explicetur, nunquam oftendetur effe quantitatẽ per fe, & conftituere fpeciem effentialiter à numero diftinctam; nam fi cõfideretur, vt eft adunatio plurium fyllabarum aliquem ordinem adinuicẽ feruantium, fic planè nõ trãfcẽdit rationem numeri, vnde in hoc fenfu oratio nõ erit, nifi numerus fyllabarum; fi confideretur, quatenus cõftãt fyllabis, quarum vna breui mora proferri debet, alia lõgiori, fic.n. videtur quanta difcretè ex multitudine morularum, quibus motus ipfi prolationis durãt; Neq; etiã fic oftẽditur effe quãta per fe, quia mẽfurabilitas illa nõ cõuenit illis fyllabis ex natura rei, fed ex hominum voluntate hãc fyllabã corripiẽtium, illã producentium ob loquendi iucunditatẽ, & leporẽ, & morulæ illæ ac motus, quibus proferuntur, non funt quanta nifi per accidẽs ex art.præc. Nec etiam per id faluatur effe fpeciẽ à numero diftinctam, fed tantum effe numerum temporum, & motuum, & ideo Baffol. 1.d.19.q.1.concludit orationẽm non effe quantitatem.

At inquit Ruu., nõ hac ratione cõftitui fpeciẽ quãtitatis, vt cõmuniter cenfetur, quia numerus motuum, vel durationum breuis, & longioris etiã in pulfatione Cytharæ reperitur, & tñ nõ eft oratio de genere quãtitatis, inquit igitur cõftitui fpeciem quãtitatis per corpulentiã foni, aut vocis, qua profertur, quę nõ eft aliud, quã dilatatio, & prolungatio eiufdem; & hæc maior, vel minor corpulentia orationis nõ defumitur ex motu, quo ipfa p̃fertur, vel tempore, quod confumitur in eius p̃latione, fed ex natura ipfarum fyllabarũ, fyllaba.n.q̃ inter plures cõfonãtes interiicitur, lõgã p̃tẽfionẽ, & corpulẽtiã petit, vt firps, trabs, &c.nõ fic, q̃ fimpliciter p̃fertur, & inter confonantes nõ interiicitur.

Cęterùm malè negat Ruuius orationem conftitui fpeciem quantitatis difcretę ratione temporis, quo eius fyllabę pronunciantur tardè, vel citò, quia Arift. ipfe ex eo probat orationem effe quantam, quia menfuratur fyllaba longa, vel breui, at longitudinem, & breuitatem fyllabæ accipiunt à tempore, nam ea dicitur longa, in cuius prolatione plus infumitur tẽporis, illa breuis, in qua minus, ergo tempus non corpulentia foni, aut vocis præ-

ftat

ſtat quātitatē orationi,qualiſcunq;illa ſit; neq;hinc ſequitur pulſationē Citharæ eſſe orationem, quia nō quilibet numerus motuum, vel temporis attinet ad orationē, ſed ille duntaxat, qui inſumitur in loquendo,& proferēdo. Accedit, non bene explicari à Ruuio, quomodo p corpulentiā ſoni,vel vocis fiat oratio vocalis quanta,nā extenſio,& corpulentia vocis, vt ipſe explicat, nō eſt diſtincta ab extenſione aeris verberati ad prolationem vocis, ſed quo pacto quātitas aeris pōt orationē ipsā quantificare?& quomodo ex pluribꝰaeris extenſionibus poteſt componi quantitas diſcreta, quæ ſit oratio? Sed plura contra hoc Ruu.cōmentum videri poſſunt apud Amic. tract.14. q.2. dub.3. & Blanc.diſp. 10.ſect.3. nos ſolū hic addimus, malè etiā Ruu.aſſerere maiorem,vel minorē vocis protenſionē in oratione ex natura ſyllabarū prouenire,hoc .n.prorſus falſum eſt, cū ex ſola hominū inſtitutione id ortum duxerit, & quidē apud Græcos quāplurimæ ſyllabæ inter conſonantes interiectæ (in quibus pſertim vim faciebat Ruuius) breuiātur,vt liqt verſatis in illo idiomate.

Concludendū igitur eſt ex dictis, orationem non eſſe per ſe quantam, ſed tantùm per accidens, ſecundum ꝙ conſtat ſyllabis ſibi diſcretè ſuccedentibus cum certa breuitate, vel longitudine in prolatione,atque ideò materialiter tantùm, & accidētaliter à numero diſtingui, vt curuitas,& ſimitas ex Tatar.loc.cit. ſicut .n. huiuſmodi figuræ; ex eo ſolū diſtinguuntur,quia curuitas in omni materia poteſt inueniri,non .n. determinat ſibi materiā, vel ſubiectū, ſicut ſimitas, quæ determinat ſibi naſum, ſic numerus, & oratio differunt ſolum accidentaliter, & materialiter,quia numerus non determinat ſibi ſubiectum, ſed inueniri poteſt in omnibus continuis diuiſis, & ſeparatis, oratio autem inuenitur ſolum in ſyllabis alicuius vocis, atque ita abſolutè loquendo vna tantùm eſt ſpecies quantitatis diſcretæ .ſ. numerus, ſeu multitudo,quæ vt inuenitur in ſyllabis dicitur oratio,vt in cęteris cōtinuis,dr̄ numerus; Nec refert, ꝙ Doct.q.19.vniu. diſtixerit orationē à numero,ēt eſſentialiter, ibi .n. locutus eſt de oratione, vt ſpecie per ſe vna;at cū aliter doceat in libris ſenten. illa auctoritate nō ligamur iuxta regulam ſæpè traditam.

Sed dices, ſi oratio nō eſt ſpecies à numero cōdiſtincta, ſed numerus ipſe in talibus rebus repertus .ſ. ſyllabis longis, & breuibus, cur illā ſpecialiter memorauit, veluti ſpeciē condiſtinctā? Reſp.vt ſupradictū eſt in ſtructura huius prædicam. ac eius ſpecies conſtituendo Ariſt. ſecutū eſſe vulgarem loqnēdi modum, & in communi loquendi modo quantitas diſcreta ſucceſſiua tribuitur orationi rōne ſyllabarum,vnde apud Grāmaticos extat integer tractatus de quantitate ſyllabarum; at 5. Met.vbi ex propria ſnīa loquitur, ſpecies quātitatis aſſignās orationis nō meminit.

Itaque ex dictis hucuſq. colligitur, in rigore loquendo,genus ſupremum huius prædicam. eſſe quantitatem continuam, permanentem, quæ dici ſolet quantitas molis, non habens ſub ſe aliquod genus intermedium, ſed immediatè ſub ſe continens illas tres ſpecies infimas lineam, ſuperficiem, & corpus, de quibus fuſius tract. de continuo in phyſ. & hoc diſertè docuit Baſſol. cit. 1. d.19. qu.1. vbi notat non dari quantitatem ſucceſſiuam, quæ ſit verè quantitas,imò inquit re vera nūquam Ariſt. diſtinxiſſe quantitatem in permanentem, & ſucceſſiuā, ſed tantùm in continuam,& diſcretam, & neq; hanc eſſe veram quantitatem demonſtrat inferius d.24.vnde concludit, ꝙ Ariſt. ideò hìc poſuit numerum, tempus, & orationem quantitates, quia famoſum ērat tēporibus ſuis,& voluit loqui,vt plures; reſtat igitur ſolam quantitatem permanentem continuam eſſe re vera quātitatem, & ipſam ſolam hoc prędicamentum conſtituere, quam ſententiam communiter tuentur Neoterici, quibus præiuit Suar. in Met.diſp.40. ſect.8.

ARTICVLVS QVARTVS.

Declarantur proprietates, & attributa quantitatis.

ARist.c.de quant. docet eã habere cũ substantia duo attributa cõmunia .s.nõ habere cõtrarium,nec suscipere magis,& minus,quæ ita sunt manifesta,vt pter dicta in Inst.nõ multa sint addenda; licèt .n.in quantitate cõtrarietas illa inueniatur, q̃ ad motum exigit Arist.5. phys. distãtia népè terminorũ motus, q̃ nõ nisi in tẽpore põt mobile pertrãsire, nõ tñ reperitur contrarietas illa propriè dicta, q̃ habent inter se qualitates ab eodẽ subiecto seinuicẽ expellentes, vt docuit Sco.q. 24. pdic. tum qa inter quãtitates nõ versatur repugnãtia formalis, vt idẽ docet 4. d.49.q.16.ad 1. pr.opin. immo nec ppriè virtualis,cũ nõ sint formę actiuæ,& q̃uis ab eodẽ loco quãtitates se pellãt,non proindè dicẽdæ sunt contrariæ,quia vt notat Doct. cir. repugnãtia contraria est in ordine ad idẽ subiectũ; quantitates autem duorũ corporũ nõ respiciunt locũ, vt cõe subiectũ,sed sunt in illis corporibus, vt in pprijs subiectis. Quamuis etiã quantitas continua,& discreta,magnũ, & paruum, multũ,& paruũ,linea pauca,& recta sursum, & deorsũ, quæ sunt differentiæ loci aliquã oppositionẽ inter se habere videãtur,re tñ vera hæc oĩa propriè inter se nõ contrariantur, vel si aliqua sunt cõtraria, planè ad hoc genus nõ spectabũt;cõtinuatio igitur, & discretio erit veluti oppositio differẽtiarũ vnum cõe genus diuidẽtiũ; magnũ, & paruum in quantitate opponuntur, velut intensũ, & remissum in qualitate,vbi tñ calor,vt vnum,& vt octo contraria nõ iudicãtur,vel certè nõ opponũtur,nisi relatiuè, vt docet Arist. in textu, vnde vnum, ac idẽ subiectum dici põt magnum, & paruũ ad diuersa cõparatũ, & idem dici debet de multo,& pauco;rectitudo quoq; & curuitas vel propriè nõ opponuntur, vel si sunt opposita, ad prædicamentum quantitatis non spectant, vt species eius, sed potius ad 4. speciẽ qualitatis;sic tandẽ sursum,& deorsũ, vel non nisi relatiuè opponuntur, vt Sc.docet 4.d. 12.q.2.ad 1.prin. vel siuè sint cõtraria, siuè nõn, parũ refert ad propositum, vt idẽ docet in log. loc. cit.quia locus, cuius sũt differentiæ, non est species huius generis

Aliud attributum, q̃ habet quantitas cõne cum substãtia,est non suscipere magis,& minus.i.nõ posse intendi,& remitti,p intensionẽ.n.plures partes formę sũt in eodẽ situ, & in eadẽ parte subiecti, per remissionẽ verò tolluntur, quantitas autẽ est ratio, vt partes extensionis diuersã loci partem petant, & ideò non est capax intensionis,& remissionis;suscipit tñ maius,& minus,datur.n.linea maior, linea minor,numerus maior, numerus minor, & suscipere maius,& minus in quãtitate cõtinua est esse plus,vel minus extensum, in quãtitate verò discreta est habere plures,vel pauciores vnitates.Solũ difficultatẽ facere põt,q̃ ait Arist.cap.de ad aliquid æquale .s.& inæquale suscipere magis, & minus,sicut ẽt simile,& dissimile, & non nisi rõne fundamẽti, secundum.n.q̃ quis participat qualitatẽ, vel quantitatẽ alterĩ conuenientem, dicitur magis, vel minus similis,& æqualis illi,ergo quantitas,quæ est fundamentũ æqualitatis, suscipit magis, & minus. Facilè tñ occurritur, neg. cõseq. quia vt æqualitas in quãtitate fundata suscipiat magis, & minus sufficit, vt quãtitas ipsa suscipiat maius,& minus,sic .n.secũdũ maiorẽ, vel minorẽ differẽtiã i quãtitate dr̃ maior,vel minor inęqualitas.

Vt igitur veras, ac adæquatas proprietates, omniq;quantitati communes, tàm continuæ, q̃ discretæ declaremus, dicendum est esse quatuor, quas per ordinem recenset Scot. 5.Met. qu.9.§. *Concedo*, & Ant.And.q.10. & colliguntur ex Aristot. 3. phys. & 5. Met. Prima est diuisibilitas in partes integrales (quod dicitur ob diuisibilitatem in partes essentiales, quæ conuenit substantiæ compositæ citrà quantitatẽ) per quam Arist.5. Met.18. explicuit essen-

essentiã quantitatis; sed duplex est diuisibilitas in partes integrales, alia, q̃ importat solã partiũ distinctionẽ entitatiuã, ac separabilitatẽ vnius ab alia, & hæc nõ est passio quãtitatis adæquata, nã cõuenit ẽt substãtiæ, & qualitati materiali ex dict. ar. 1. alia, qua pars est separabilis ab alia parte p incõpossibilitatẽ earũ adinuicem, & fit instrumento corporeo per cessionẽ vnius quanti alteri quãto conãti occupare eũdem locum, & hæc est propria quantitatis ex Doctore 4. d. 1. q. 5. infra F. & substãtiæ, & qualitati conuenit solũ p quãtitatẽ ex eodẽ 4. d. 12. q. 2. B. cum igitur hæc nõ sit ratio cõstitutiua quantitatis, vt demõstramus in phys. disp. 9. q. 1. ar. 1. sequitur esse propriã, & adæquatã passionem, & dici põt diuisibilitas quãtitatiua, vt ab entitatiua secernatur, quæ alijs cõpetit à quãtitate. Hæc itaq; diuisibilitas est ppria quãtitati in quarto modo, quia ei soli cõuenit, vt probatum est, conuenit oĩ, quia nulla continua ab hac eximitur diuisibilitate; licèt interdũ non possit ab agente naturali ad actũ reduci, vt cõstat de quãtitate Cæli, discreta etiam, de qua minus videtur, eã aliquomodo participat, quãuis. n. à parte rei diuisa sit, quatenus tñ ab intellectu numerãte colligitur in vnum, põt sub tali collectione ab intellectu diuidi, & ita de facto diuidit, cũ totalẽ numerũ secernit in duos partiales pares, vel impares, & qñ vnã vnitatẽ secernit ab alijs, & talis diuisibilitas illi sufficit, cum nõ sit vera species quãtitatis. Cõuenit denium semp, quia nunquã quantitas põt ad talẽ statũ reduci, vt in indiuisibile resoluatur, cũ sit in infinitum diuisibilis, vt dicitur 6. phys. vnde & ipsum minimũ naturale, vt minima caro, põt, quantum est de se, adhuc vlterius diuidi præsertim, vt quarta, estò ab agente naturali nequeat instrumento corporeo fieri talis diuisio; vt verò diuisio in infinitũ protrahi possit, debet fieri per partes proportionales, hoc est minores semp, & minores, vt dr̃ tract. de cõtinuo, nã si fiat p æquales, diuisio tãdẽ finiri poterit, si quãtitas, q̃ diuiditur, sit finita, nã si infinita foret, posset ẽt p partes æquales protrahi in infinitum diuisio.

Secũda proprietas est, esse finitum, vel infinitum, colligitur ex Arist. 1. phys. 15. & 3. phys. 36. & ex eius declaratione cõstabit hãc immediatè sequi ad diuisibilitatẽ, & ex illa oriri; finita magnitudo dicitur, quę nõ nisi in tot partes æquales, scũ eiusdẽ magnitudinis diuidi põt, & finita multitudo, quæ in se tot vnitates, & non plures colligit, in quas diuidi possit. Aliud verò membrum intelligi potest, vel de infinito in actu, & simpliciter, seũ cathegorematico, q. s. tot actu habet partes ęquales, q alias habere repugnat, quare ẽ infinitè, extẽsum, si est in quantitate continua, vel tot continet vnitates, q plures habere repugnat, si est in quantitate discreta; vel de infinito in potentia, & sincathegorematico, q quodammodo mediat inter simpliciter finitum, & simpliciter infinitum, vt explicamus in phys. disp. 9. qu. 2. ar. 6. in sol. ad 5. & disp. 10. q. 1. ar. 1. ex professo, numerus. n. v. g. simpliciter finitus est, qui tot continet vnitates, & non plures; simpliciter infinitus verò, qui tot continet, q plures cõtinere nequit, & est in suprema multitudine; infinitus tandem sincathegorematicè dicitur, qui cõtinet plures, & plures vnitates sine termino, nunq̃ tñ in tãta multitudine, vt dici possint simpliciter infinitæ, & additionis incapaces, vnde cum maiorari possit, solet etiã dici infinitum in potentia ex Arist. 3. phys.

Si de infinito sincathegorematico, seũ in potentia sit sermo, nulla est difficultas, quin omni quãtitati cõueniat, quia vtraque quantitas, tàm cõtinua, quàm discreta suo modo hanc infinitatem participat, continua. n. nullum habet præfixũ terminum in diuisione procedendo per partes proportionales, ex quo manifestè deducitur, eas in continuo esse sincathegorematicè infinitas, vt demõstramus in phys. loc. cit. numerus etiam semper augeri potest in infinitum per additionem vnita-

tum ex diuisione continui resultantium; ergo re vera talis infinitas cõpetit de facto quãtitati, & in hoc sensu explicat hoc mẽbrum Sc.2.Met.q.6. & põt finitum, & infinitũ hoc modo conuenire copulatiuè quãtitati, qa nõ repugnat eãdẽ quãtitatẽ esse finitã in actu, & infinitã in potentia.

At si istud membrum in alio sensu intelligatur, nẽpe de infinito in actu, & cathegorematico, dubium est, an possit q̃titati conuenire, tutores infiniti absolutè volunt infinitatẽ ẽt in hoc sensu explicatã esse verã quãtitatis proprietatẽ, qa talis infinitas in quantitate non repugnat, siuè discreta, siuè cõtinua; Qui verò tale infinitũ reputant impossibile prorsus, quibus nos subscribimus in Phys. disp. 10. diuisi sunt, quidã .n. inquiunt hanc infinitatem esse quantitatis proprietatẽ in sensu conditionato, quia si daretur, vel dari posset quãtitas infinita, nõnisi ad hoc p̄dicamẽtũ spectaret; Alij id negant etiam in sensu conditionato, quia infinitas actualis destruit rationem quantitatis, non .n. infinitũ mensurabile foret, nõn esset diuisibile, nõ posset aliquid illi addi, vel detrahi, & alia multa illi repugnãt, q̃ cõiter quantitati tribui solẽt, vt dicimus disp. 10. phys. q. 1. ar. 2. qua de causa dixit Arist. 5. Met. c. 13. de rõne numeri esse numerabilitatẽ, sicut de rõne magnitudinis mensurabilitem. Alij demũ, vt Ruu. hic q. vlt. concedunt, ꝙ si daretur quãtitas continua actu infinita, ad hoc p̄dicamentum spectaret, non tamen discreta; ratio autem huius discriminis est (ait ipse) varia natura vtriusq; quantitatis, nã numerus, cum varietur essentialiter ex additione vnitatis, si additio erit infinita, fiet essentia infinita, nõ quidem simpliciter, sicut est Deus, sed secundum quid, ꝙ satis est, vt excludatur à prædicamento quantitatis; at verò continua, etiam si addantur infinitæ partes, semper manet in determinata essentia.

Dicendũ t̃n est, ꝙ si daretur quantitas actu infinita, siuè continua, siuè discreta, esset in p̄dicamento quantitatis, ita Doct. 1. d. 8. q. 3. R. & est cõis, Suar. disp. 41. sect. 4. Soto hic q. 1. Sonc. 5. Met. q. 15. & Scotist. passim, colligitur ex Arist. 6. Top. loc. 78. vbi docet lineam finitam, & infinitam eiusdẽ esse speciei, si hęc daretur, & ꝓbat Doct. qa si daretur linea infinita, estò infinita foret in certo genere entis. s. infinita quantitas, absolutè t̃n in genere entis foret finita, & limitata, neq; .n. ob id valeret dicere, est infinita quantitas, ergo infinitum ens, quia nunquã ad summũ in inferiori sequitur sũmum in superiori, nisi illud inferius sit nobilissimũ contentum sub illo superiori, vt non sequitur pfectissimus asinus, ergo perfectissimũ animal, sequitur t̃n perfectissimus homo, ergo perfectissimum animal, quia homo est perfectissimum animalium, cum igitur tale non sit, quicquid continetur sub genere accidentium, nunquam sequitur est infinita quantitas, est infinita qualitas, ergo infinitum ens, & consequenter non excluditur à prædicamento; Quæ rõ probar etiã de quantitate discreta, quia vel species numerorum non sunt veræ species, sicut nec numerus in se est verũ ens reale ex dictis, vel si sunt veræ species, tamẽ vt communiter dici solet, non spectãt ad perfectionem vniuersi; & Ruuius ipse fatetur talem essentiam numeri non esse futuram simpliciter infinitam, sed tantũ secundum quid, talis autem infinitas non excludit à prædicamento. Neque omninò euidens est, & adhuc à priori probatũ infinitatem actualem destruere rationem quantitatis, sed tantũ à posteriori id colligere solemus, vt dicimus in physic. disp. cit. & ideò sicut infinita albedo ad predicamẽtum qualitatis attineret (si daretur) ita in proposito linea infinita (si daretur) ad prædicamentũ quantitatis spectaret, quia cum ipso maiorem affinitatem haberet, quàm cum quolibet alio; Neque huic obstat, quòd quædam quantitatis attributa videtur infinito repugnare, quia attributa illa potius quãtitati conueniũt ea ratione, qua finita est, non verò, qua-

quan-

quantitas; vt sic; & sanè in hoc sensu loquebatur Arist. cit. 5. Met. c. 13. declarans nibi, quid intelligeret p multitudinē numerabilē, & magnitudinem mensurabilē, ait se intelligere multitudinem, & magnitudinem finitā; absolutè igitur cōcludēdum est infinitatem actualē nō esse proprietatem quātitatis, quia si nō repugnat rōni formali ipsius quantitatis, tñ in se repugnat rōne ipsius infinitudinis partiū; adhuc tñ cōcedendum est posse dici eius proprietatem in sensu conditionato, nimirū si daretur, vel dari posset, qa esset talis infinitas, quę nō induceret infinitatem in genere entis simpliciter, sed tm̄ in certo genere entis, atq; ideò nō excluderet à prædicamento rem sic infinitam.

Quamuis autē ad præsens non spectet infiniti actualis impossibilitatem ostendere, de hoc.n. agimus ex professo in phys disp. 10. cit. tñ prætereundum nō est, nuper post nostrā impressionē tentasse Arriag. disp. 13. phys. probare infinitum nō repugnare, ex duobus pſertim principijs, quæ iacit sect. 1. primum est, posse vnum infinitum esse maius alio, alterum est infinitū tā in magnitudine, quàm in multitudine posse duobus terminis includi, dummodo illi distent inter se infinitè, nec successiuè ab vno in aliū pueniri possit, ꝙ probat, qa inter hominem, & lapidē clauduntur infinitæ species animaliū inęquales inter se, respectu quarū homo est vltimus, quiā est perfectissimus illarū, & lapis est primus, quia est imperfectissimus illarum; & ex his principijs conatur soluere argumēta in oppositum, vnō duntaxat excepto, cuius se iactat inuentorem, sed fatetur nescire solutionē, quia si Deus produceret pyramidē infinitè longam, & inter illius costas traijcerentur lineæ à costa in costam, quædam essent finitæ, quædam infinitæ, nam aliquas videret Deus interiectas inter costas finitè distantes, & quasdam infinitè; ex finitis autem cognoscit sanè omnium maximam, quia inter omnes finitas necessum est vnam esse maximā; tunc qritur, quæ succedit post hanc, est ne infinita, vel finita, finita esse nō pōt quia est maior, quā maxima oīum finitarū, neq; infinita, q̄a nō habet, nisi dūo pūcta, v.g. plusquā altera finita, cui succedit, finitū aūt additū finito non facit infinitū.

Sed duo illa fundamenta, quibus totam infiniti molem commendauit Arriag. esse pænitus ruinosa, latè demonstramus in phys. disp. 10. cit. primum quidem quęst. 1. ar. 2. alterum verò q. 4. ratione quarta pro conclus. & exemplum adductum de infinitate specierum possibilium brutorum inter lapidem, & hominem non est ad rē, quia talis infinitas est sincathegorematica, & infinito sincathegorematico vtique terminus extrinsecus assignari pōt, ad quem .s. sit in via, nunquam tñ attingat, vnde in allato exemplo malè dicitur homo terminus vltimus illius infinitatis, nā per hoc significatur, ꝙ sit terminus intrinsecus, infinito verò cathegorematico omnis prorsus repugnat terminus, tā intrinsecus, quā extrinsecus, & illa ratio de pyramide ab ipso adducta sanè ostendit manifestè repugnare infinitum præsertim inter terminos quantumcunq; distantes inclusum; & solum à Deo fieri posse infinitum sincathegorematicum, sic .n. pōt à Deo produci pyramis infinitæ longitudinis, & lineæ inter eius costas interiectæ infinitæ latitudinis, nō aūt cathegorematicè; quorum intelligentia pendet totaliter ex ibi dictis; vbi etiā q. 2. art. 2. optimè detegitur fallacia, qua deceptus Arriag. dixit sect. 3. posse Deum producere creatură omnium perfectissimā, supponit .n. ipse, ꝙ tota collectio creaturarum à Deo possibilium sit quid certum, ac determinatum, vt possit totum simul accipi, & ad actum reduci, ꝙ est prorsus falsū, nam dē se est quid indeterminatū, & cōfusū, sicut tota diuisio continui, vt ibi explicamus.

Tertia proprietas est æqualitas, aut inæqualitas, & vt notat Doctor 2. d. 1. q. 3. K. non est proprietas, nisi quantitatis finitæ, maius .n. & minus, æquale, & inæ-

quale soli quãtitati finitæ cõueniũt,qa de rõne quãtitatis maioris est excedere, minoris excedi, & æqualis cõmẽsurari, quæ oĩa videntur finitatẽ arguere,vnde ꝓpriè loquendo vnum infinitum dici nõ posset æquale alteri infinito, ex quo colligit Doctor,hãc proprietatem necessario supponere pcedentẽ,nẽpè prius cõuenire quãto esse finitum,vel infinitum,quã æquale, vel inęquale.Non est autẽ quantitatis affectio æqualitas, vel inæqualitas, vt formaliter relationes important cõuenięntię, vel discõuenientiæ, duorum in quãtitate, sic .n. sunt relationes intrĩsecus aduenientes à quãtitate realiter distinctæ, sed passio quãtitatis est aptitudo ad eas fundandas, vnde cũ dicit Arist. hic maximè proprium esse quantitati secundum eã ęquale,vel inæquale dici iy *secundum* non dicit rõnem formalem, sed fundamentalẽ, seù dicit *Quo* fundamentale, non formale, vt Doct.notat quol.6. A. nõ quidem actuale semp,& proximũ, sed aptitudinale, & remotũ,& in hoc sensu cõpetit omni quantitati tã cõtinuæ,quã discretæ, & semper, vnde si oẽs quantitates, vna sola excepta, destruerẽtur,illa adhuc diceretur ęqualis, vel inæqualis alteri possibili, quatenus si illa ꝓduceretur,nata est illicò fundare respectu eius ęqualitatẽ,vel inęqualitatem, conuenit etiam soli quãtitati, si in rigore sumatur pro cõueniẽtia.s.vel discõueniẽtia in extẽsione,vel discretione, & p quãtitatem cæteris rebus;sed qa nomen ipsũ quantitatis, non solũ significat extensionem,& discretionem rerũ corporearum, verùm etiã translatum est ad significandam perfectionem, & virtutem cuiuscũque rei, idcò etiam nomen æqualitatis, & inæqualitatis translata sunt ad significandam perfectam,vel imperfectam conuenientiam rerum in perfectione, intensione, & virtute, vnde dicimus species esse inæquales in perfectione, vnum calorem alteri ęqualem in gradibus, vel inæqualem, vnum pondus alteri æquale, vel inæquale in grauitate(falsũ.n.est,q. aliqui sõniant,põdus esse quãtitatẽ)& sicut quã titatẽ virtutis;qa in oĩbus reperitur, Doctor appellat trãscendentalẽ,ita ẽt ęqualitatem, vel inæqualitatem in ipsa fundatã transcendentalem vocat 1.d.19.q.1.& 4.d.6.q.10.sub D.& quol.6.& alibi sæpè.

Quarta proprietas est ratio mensuræ, tàm actiua,quàm passiua, vt colligitur ex 10.Met.tex.1. & 2. debet autẽ sumi aptitudinaliter,sic.n. quælibet quantitas mẽsurare, vel mensurari potest, siuè sit continua,siuè discreta,vlna .s. certificare põt magnitudinẽ pãni,numerus,seù numeralis vnitas multitudinẽ nũmorũ, at actualiter n õ est necesse,quia plures sunt quantitates,quæ nec actu mensurãt,nec mensurantur; hæc autẽ ꝓprietas supponit necessariò pcedẽtẽ,oriturq;ex illa, (vnde tñ abest, q. sit ratio formalis quãtitatis ratio ipsa mensuræ, vt qdã aiunt,q. nec est prima,nec secunda eius affectio, sed potius omnium vltima) quia vna quãtitas alteri cõparata ideò illã mensurare põt,vel mẽsurari per eam, qa est ei æqualis, vel inæqualis si æqualis, erit mensura p applicationem, siuè superpositionem: si inęqualis,erit p replicationem,seù repetitionẽ,si quantitas mensurans est minor mensurata, si verò est maior, tunc quãtitas minor mensurari dicitur per accessum maiorem ad eam, vel minorem recessum ab ea, ita notauit Doctor 2.d.2.q.2.§. *Ad secundam partem*, vbi etiam aduertit, q. sicut ratio quantitatis transfertur ad significandam quantitatem virtutis, & rei pfectionem ita etiã ratio mensuræ transfertur ad notificandũ quanta sit perfectio rei, & hoc modo mensura ponitur in quidditatibus rerum, vbi perfectior semper dicitur metrum, & mensura imperfectiorum, iuxta illud *primum in vnoquoque genere est mensura cæterorũ*,vnde mensura in quidditatibus semper exercetur per accessum ad perfectiorem, vel recessum ab ea, vt notat ibi Doctor, & fundatur in ipsarum rerũ natura,nempe in excellentia,& perfectione vnius naturę super aliam, in quo differt

differt mensura quidditatiua à quantitatiua, q a hęc vt cōstituatur in ratione mēsuræ, saltim proximè semper exigit humanam institutionem, quod .n. mensura sit tantæ longitudinis, aut ponderis, planè pendet ex hominum instituto.

Cæterum inter mensuram per applicationem (quam alij vocant p accōmodationem) & p repetitionem, seù replicationem hoc interest, q. illa conuenit propriè quantitati cōtinuæ, sic .n. vna quātitas alteri superimponitur, & eius tantitatē notā facit absq; repetitione; at mēsura p replicationē propriè, & p se primò cōuenit quātitati discretæ, vt docet Arist. 10. Met. c. 2. & nō cōuenit cōtinuæ, nisi quatenus aliquo modo participat rōnem vnitatis, et quātitatis discretæ, sic.n. dicimus magnitudinē esse quatuor, vel sex palmorum; Ad rōnem verò mēsuræ quātitatiuæ plures ex gūtur cōditiones ex Arist. 10. Met. c. 2. 3. & 4. quas hìc referre nō oportet, nā eas ex ꝓfesso recensemus disp. 13. phys. q. 4. ar. 2. agētes de tēpore extrīseco, vbi etiā plura declaramus, & exactius de ratione mēsuræ, de qua plura videri possunt apud Suar. disp. 40. Met. sect. 3. Ruuiu. hic q. 2. et 3. Amic. in log. tract. 14. q. 4. dub. 5.

Postremò aliæ quædam recenseri solēt proprietates, quæ sunt peculiares magnitudinis, seù quantitatis molis, quarum pcipua, à qua cæteræ originem ducūt, est impenetrabilitas, vt colligitur ex Arist. 4. phys. 76. & 77. hæc.n. est ita intima quantitati, vt p principium eius rectè explicetur essentia quantitatis, & ita immediatè essentiā quantitatis cōcomitatur, vt eam necessariò supponat ipsamet diuisibilitas quātitatiua, quia prius est rē esse impenetrabilem, quā quātitatiuè diuisibilem, ideò .n. res est quātitatiuè diuisibilis, & instrumento corporeo, quia est impenetrabilis, vt supra explicabamus, quādo autē supra cum Scō. in Met. posuimus diuisibilitatē esse primā passionem quantitatis, sermo erat de proprietatibus, quæ cōes erant oī quantitati, tā cōtinuæ, quā discretæ, inter eas .n. diuisibilitas vtiq; primū obtinet locum; at impenetrabilitas est passio peculiaris magnitudinis, nā propriè nō cōuenit quantitati discretæ, nisi rōne vnitatū, ex quibus coalescit, quatenus earū singulæ propriè cōtinent quantitatem cū quātitate alterius impenetrabilē. Item ex impenetrabilitate sequuntur aliæ affectiones magnitudinis, nimirum figurabilitas, & vbicabilitas, figura .n. resultat ex ordine, quem adinuicem dicunt partes ordinatæ in toto, & situatæ in loco, & hæc necessariò præsupponit partium impenetrabilitatē, data .n penetratione partium adinuicē, nō amplius consistit figura corporis, saltim extrinseca de genere situs, vt constat de corpore Christi in Sacramento, q. tali figura caret, estò intrinsecam retineat, vt Doctor docet 4. d. 10. q. 1. §. *Dico ergo*, sed de figura agemus q. seq. art. 2. sic etiam vbicabilitas circūscriptiua dicitur conuenire corporibus rōne quantitatis, vnde quantitas cōiter dici solet ratio essendi in loco circumscriptiuè, & colligitur ex Aristot. 1. physic. 15. & 4. phys. 76. & docet Doctor 4. d. 10. q. 3. & quol. 10. H. id autem non debet intelligi de simplici circumscriptione, vt dicit solā locabilitatem diuisibilem, principium .n. sic essendi in loco diuisibiliter est sola corporeitas, vt docet Scot. quol. 11. art. 1. & hæc vtiq; quantitatem pcedit in substātia materiali, q a corpus de gre substātię pcedit corpus de genere quātitatis, sed debet intelligi de circumscriptione impenetrabili, modus .n. essendi in loco impenetrabiliter cōpetit corporibus rōne quantitatis, vt fusius explicamus in phys. disp. 9. q. 1. ar. 1. & disp. 11. q. 5. ar. 1.

QVÆSTIO TERTIA.

De Qualitate.

QValitas omnes præcedit relationes ordine dignitatis, quamplures etiā ordine causalitatis, qua de causa Arist. 5. Meth. immediatè post quantitatem egit

de qualitate, licet alijs quibusdã de causis hic in logica relationẽ p̃miserit qualitati, quia tñ ordo in Met. seruatus rationabilior est, ac absolutè melior, & valde ẽt inseruit ordini doctrinæ, qui planè perturbatur, si inter p̃dicamentum relationis, & alia sex, quæ ẽt nõ nisi relationes extrinsecus aduenientes præseferunt, prædicamentũ absolutum qualitatis interijcitur idcircò eum obseruabimus in præsenti.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quid sit qualitas, vt est supremum genus huius prædicamenti.

QValitas tripliciter sumi põt, vt omnes hic notant ex Arist. 5. Met. c. 14. primò pro cuiuscunq; rei essentiali differẽtia, quo sensu dixit Porph. differentiã p̃dicari de plurib. in qualequid. Secundò pro quocunq; accidente, siuè absoluto, siuè respectiuo, quo sensu idem Porph. dixit acidens omne p̃dicari in quale. Tertiò tandẽ pro speciali quodã, ac determinato accidente, quo quales esse dicimur, & in hoc sensu cõstituit hoc p̃dicamentum, velut supmũ genus; ita declarat Arist. ipse in textu, dum qualitatem describendo dixit esse formam illam accidentalem, qua denominamur quales, vnde per ly *quales* excluduntur primò differẽtia essentialis, per quã quidpiam dicitur qualequid, item accidentia cætera, à quibus subiectum non propriè quale denominatur, sed quantum, vel relatum, vel alio modo, & Porph. quãdo dixit accidens omne p̃dicari in quale, accipit quale in lata significatione, vt hic notat Tat. put p̃dicari in quale cõdistinguitur à mõ p̃dicãdi essentiali, & q̃dditatiuo.

De qualitatis definitione, vt hoc constituit prædicamentum, est maxima inter Auctores controuersia, quia cũ latissimè pateat, & varias sub se contineat species, quæ diuerso modo substãtiã afficiunt, difficile inueniri põt rõ cõis oĩbus illis, vt testatur D. Aug. lib. Categ. vnde Arist. ipse indicauit cõmodius definiri non posse, vt sic in cõi, q̃ per effectũ formalẽ nomine sui cõcreti significatum, vix .n. aliqd clarius, ac nobis notius apparet qualitati in communi adæquatè respondens. Verum plerique irrident hanc definitionem ab Arist. traditam de qualitate, velut omninò vanam; sic .n. facile foret quamcunque formã definire; quãtitas est, secundũ quã quãti dicimur, similitudo, secundum quã dicimur similes, &c. imò inquiunt Arist. manifestum circulum cõmisisse, dum in principio capitis qualitatẽ definit p quale, & postea in progressu quale p qualitatem. Alij contendunt esse bonã definitionẽ, quia datur p effectũ formalem, quem confert subiecto, quomodo definire licet omnem formam, ab alijs siquidem accidentibus substãtia denominatur quanta, relata, agens, patiens, &c. à qualitate verò simpliciter denominatur qualis; & negãt ab Arist. circulum cõmmitti, quia vt hic notat Tatar. §. *Primo sciendum*, definitio qualitatis datur per quale, tanquam per aliquid notius nobis, sed quale definitur per qualitatẽ, tãquã per aliquid notius secundum naturam; circulus autẽ propriè dicitur quãdo vnũ definitur p aliud eodẽ modo, quo aliud definitur per ipsum, q̃ non cõtingit in præsenti; ita Compl. Did. Murcia, & alij in hoc prædicam.

Cæterùm estò præfata definitio tradatur in ordine ad effectum formalẽ ipsius qualitatis, atque ideò vtcunque defendi possit, negari tamen non potest, quòd per eam nonnisi confusè essentia qualitatis explicetur, sicut confusè vtique explicaretur quantitatis essentia, si diceremus esse illam formam, à qua denominamus quanti; nec refert, q̃ effectus formalis, per quem definitur, sit nobis notior ipsa, quia tota adhuc ista notitia est confusa, vnde Arist. definiens quale, definit illud per qualitatem, & hoc ipsum fatentur etiam Auctores citati, vnde nõ solum repudiantes Arist. definitionem, sed etiã illam amplectentes, quia vidẽt esse nimis confusam, & per generalia traditã, aliam

cla-

clariorem inuestigare satagunt, qua magis nota fiat qualitatis natura, quã p definitionẽ ab Arist. allatam, quæ certè magis vergit ad definitionẽ nominis, quã rei; & quidem mirum est, quã varia sint in hoc Auctorũ placita; nã duo Auctores penè, vel tres eandem tradunt definitionem.

Arriag. disp. 5. Met. sect. 2. definit qualitatẽ, q̃ sit *Accidens absolutum*; Probat, quia nullũ est accidens absolutũ, q̃ nõ sit qualitas, si q̃ .n. esset, maximè quantitas, at quãtitas à substãtia per ipsum nõ distinguitur. Sed q̃a hoc eius principiũ est falsissimum ex dictis q. præced. ideò ex hoc ipso satis refellitur eius definitio.

Hurtad. disp. 14. Met. sect. 1. definit, q̃ sit *accidens absolutum à quantitate distinctum*, sicut Arist. explicat materiã primã, q̃ non est quid, nec quale, nec quãtum 7. Met. 8. per negationẽ aliorum. Sed sanè, si aliam non habebat Hurt. definitionem de qualitate prodendam, non est cur ita irrideret loc. cit. definitionem qualitatis ab Arist. allatã, quia reuera illa Arist. definitio plus explicat, quã ista, illa .n. saltim per effectũ communissimum explicat, quid sit qualitas, sed ista significat, quid non sit, licèt igitur hæc definitio cõpetat omni, & soli qualitati, adhuc tñ nimis obscura, & confusa est, quia non explicat, quid sit illud, per quod qualitas à quantitate distinguitur, & cæteris prædicamentis, nec per eam formatur cõceptus distinctus ipsius qualitatis; imò in hunc modũ facile foret cætera quoq; prædicam. definire. s. q̃ quãtitas est accidens absolutũ à qualitate distinctũ, &c. falsũ est Arist. 7. Met. materiã definijsse p simplicẽ negationẽ, talẽ .n. modũ definiẽdi velut imperfectissimũ spernit 1. Top. c. 4. quinimò addit affirmationẽ, p quã explicatur potẽtialitas materię, quę ẽ differẽtia illius cõstitutiua, vt ibi ẽ videre.

Suarez disp. 42. Met. sect. 1 definit, q̃ sit *accidens absolutum ordinatũ ad cõplendã perfectionem substantiæ tã in agendo, quã in existendo*, quã definitionẽ ibi fusè declarat, & acriter impugnant Cõpl. cit. Sed breuiter refellitur, q̃a falsũ est qualitatem esse cõplementum substantiæ in existẽdo, & in agendo, nã cõplementum substãtiæ in existendo est propria eius subsistentia; q̃ si intelligat de complemento in aliquo esse accidentali, neq; adhuc qualitas benè dicitur cõplementum substãtiæ, quia etiã cætera accidentia hoc modo cõplent substantiam, in aliquo. s. esse accidentali; Nec, etiã bene dicitur cõplementũ in agendo quia substantia est immediatè actiua, etiã antecedẽter ad qualitates; tũ ẽt quia plurimæ sunt qualitates, quæ actiuæ nõ sunt.

Blanc. disp. 12. sect. 2. definit, q̃ sit *accidens absolutum ordinatum ad perficiendam substantiam*, quod videtur sumpsisse ex Suarez cit. qui significat qualitatẽ esse à natura institutam, vt sit ornamẽtum substantiæ. Sed hæc definitio competit alijs accidentibus, quæ suo modo propria subiecta perficiunt, nec conuenit omni qualitati, quia nec calor est perfectio aquæ in esse naturali, nec vitium voluntatis in esse morali. Nec respondere iuuat, ita intelligi debere, vt omnis qualitas sit perfectio respectu subiecti, cui est connaturalis, non aliorum, vnde calor, licèt non perficiat aquam, perficit tamen ignem. Nam contra est, q̃ calor, nedum respectu ignis habet rationem qualitatis, sed etiam respectu aquæ, quam tamen nõ perficit, nec explicari potest, quomodo habitus vitiosi sint ornamentum, & perfectio voluntatis.

Auersa q. 20. sec. 1. post longum discursum factũ per plures gradus essentiales, quibus qualitas ab alijs prædicamentis distinguitur, tandem colligit eius definitionem hoc modo, *est forma accidentalis conueniens subiecto secundum certam aliquam denominationem, & indiuisibiliter.* Sed facile reijcitur; tum quia alia quoque accidentia certam quãdam denominationem subiecto præbent; tùm quia estò nõn pertineat ad qualitatẽ reddere subiectum sinũ diuisibile, vt spectat ad quantitatẽ, non adhuc rectè dr̃ conue-

nire

nire illi indiuisibiliter, hoc .n. dici potest duntaxat de accidentibus spiritualibus.

Cõplut.cũ ceteris Thomistis definiunt cũ D. Th.p.p.q.28. ar.2. quod *qualitas est dispositio substantiæ*, seù *accidens dispositiuum substantiæ*, & cũ eodẽ p.2. q.49.art.2.quod est *accidens modificatiuũ, siuè determinatiuũ substantiæ*, quas definitiones aiunt coincidere. Sed certè istæ definitiones non explicãt, quæ sit ista ratio dispositionis propria qualitati ad differentiam aliorũ accidentiũ, neq; q̃ determinationẽ afferat peculiarẽ substantiæ, q̃ illi suo modo non afferant cętera quoq; accidentia. Multis explicare conãtur Cõpl.cit. quęnã sit illa dispositio, quæ est peculiaris effectus qualitatis; Sed quando etiã totã doctrinã, quã ibi de hoc fusè tradunt, admitteremus, adhuc præfatas definitiones nõ reciperemus, quia ex vi illarum definitionum non datur intelligi, quid sit talis dispositio, quod fieri deberet, vt essent exactæ definitiones; immò definitio ipsa ab Arist. longè melius rem explicat, ait.n. itã determinare substantiam, vt per eã dicatur qualis, vnde q̃d amplius dicit, q̃ D.T.

Alii demum definiunt, quod sit *accidens absolutũ consequens formã* sicut è contrà quantitãs dici solet accidens consequens materiã. Sed cõmuniter reiicitur, tũ quia inueniuntur qualitates etiã in substantiis spiritualibus, in q̃bus nulla est forma partis; tũ quia ideò quãtitas dicitur sequi cõpositum ratione materiæ, qualitas verò ratione formæ secundum quandam accomodationem, quatenus quantitas est solum ratio patiẽdi, qualitas verò frequentius est ratio agendi, in quo quantitas imitatur naturam materię, quę est radix omnis passionis, & qualitas naturam formæ, quæ est radix omnis actionis, vt explicat Sco.4.d.12.q.2.sub C. sed certum est non omnes qualitates esse actiuas, ergo in hoc sensu nequit omnis qualitas dici accidens consequens formam.

Quid igitur in tanta varietate resoluemus? breuiter dicimus, quod sicut quæst. præced. dicebamus, benè per radicem impenetrabilitatis insinuari rationẽ formalem q̃titatis, eò q̃a vniuersaliter loquendo solemus per propriã passionem p̃sertim primam, & proximã rerũ differentias circũscribere, q̃ nos vt plurimũ latent; sic in proposito aptior via ad qualitatis essẽtiã indagandã erit, primã, & proximã eius adinuenire affectionem, & indè arguere principiũ eius exigitiuũ esse essentiã ipsã qualitatis; talis autẽ proprietas est suscipere magis, & minus, seu intendi, & remitti, hæc.n. affectio soli conuenit qualitati, vt postea dicemus, cõuenit omni, q̃a nulla est, q̃ sit incapax intensionis, & remissionis, & cõuenit semper; sicut igitur q̃titas definiebatur ĩ ordine ad partes extensionis, & omnes ferè in hoc cõueniebãt, licèt diuersimodè illas partes extensiuas explicarent, sic in proposito qualitas erit definienda p̃ ordinẽ ad partes intensionis, q̃ solent dici gradus, & sicut effectus formalis quãtitatis erat afferre subiecto pluralitatẽ partiũ extensiuarũ, sic ĩ p̃posito effectus formalis qualitatis erit afferre subiecto pluralitatẽ partiũ intensiuarũ. Et certè mirũ est, cur omnes acquescãt definitioni, quãtitatis datæ p̃ pluralitatẽ partiũ extensionis, nec postea videãt eadem facilitate posse, ac debere explicari essẽtiã qualitatis per pluralitatem partiũ intensionis; Maneat igitur qualitatẽ esse *accidens absolutũ ratione cuius subiectum qualificatũ potest intendi, & remitti*, sic.n. benè distinguitur qualitas à quocũq; alio accidente, & eius formalis effectus distinctius designatur, quã absolutè dicendo, q̃ sit forma, à qua denominamur quales.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Explicantur quatuor combinationes, in quas diuiditur qualitas.

DIuisit Arist. in hoc prædicam. qualitatem in quatuor classes, seù combinationes, primò in habitum, & dispositionem, secundò in naturalem potentiam, & impotẽtiam; tertiò in passionem & passibilem qualitatem; quartò in formam,

mam,& figuram, quas perfunctoriè explicuimus p.p.Inst.& quidē mirū est,quanta sit Auctorū varietas in his classibus assignandis,& declarandis,cū tamē res nō sit magni momēti, quia Arist.ipse,postquam ipsas enumerauit, fatetur in textu nō esse enumerationē prorsus exactā;Nos igitur maiori, qua poterit fieri breuitate, rē explicabimus,prout magis consonum videbitur veritati, & Aris. intentioni,non curātes distinctè referre Auctorum placita.

Prima qualitatū classis est Habitus, & Dispositio, & per habitū intelligitur vniuersaliter omnis qualitas subiectū disponens ad operandū, vel patiēdū,ab extrinseco ei proueniēs,quæ tñ ab eo sit mobilis difficulter, quomodocunq; id eueniat, & per dispositionē omnis similiter qualitas ab extrinseco proueniens, & subiectū ad operandū, vel patiendum disponens,quæ tamē ab eo sit faciliter mobilis,vndecunque hoc fit; & ideò membra huius combinationis non distinguūtur essentialiter, sed tantū accidentaliter,& qualitas communis vtriq; mēbro, & primæ huius classis cōstitutiua est qualitas proueniens subiecto ab extrinseco, & illud ordinans,ac præparans ad agendū, vel patiendū,& nō tantū ad sic agendū,vel patiendū,sed etiā ad simpliciter agendum, vel patiendum. Colligitur ex Scot.q.36.prædic.§.ad 2.q.& in 2.d.3. q.10.§.*Ad quæstionē*,& est Tat. Io.de Mag.Ant.And.Mair.Orbel.& aliorū Scotist.in hoc prædic. Probatur,& explicantur singula;in primis .n. non solum qualitates,quę ordinantur ad agendū,sed etiā,quæ ad patiendū,in hac classe recensentur ab Arist.hic.n.ponit ægritudinem, quæ planè non disponit subiectū ad agēdum,sed potius ad patiendum,ergo malè sentiunt,qui solā qualitatē ad operandum disponentē dicunt hanc primā classē constituere. Secūdo in hac classe reponit tantū qualitates aduentitias,& ab extrinseco proueniētes,vt benè Simpl.& Albert.notarunt,non autem innatas,& ex naturali constitutione subiecto debitas, quia istæ ad 2.classē pertinent,& id manifestè constat ex exemplis ab ipso Arist. adductis de scientia,& virtute,cal'ditate,& frigiditate in homine,sanitate,& ęgritudine,ergo fallūtur,qui qualitates innatas ad agēdū, vel patiendū disponentes in hac classe reponunt. Tertiò hic reponūtur,non solum qualitates illæ, quæ ab extrinseco prouenientes subiecto cōferunt sic agere.i.faciliter magis, vel minus, vt sunt omnes habitus,saltim naturaliter acquisiti,sed etiā, quæ dant simpliciter agere, vt est calor in aqua,'quæ dat ei posse simpliciter calefacere,& species in intellectu,cui licèt actiuitatē non conferat in ordine suo, secum tamen simpliciter cōcurrit ad intellectionē efficiendā, & habitus supernaturales iuxtà cōmuniorē, nō solū potentiā iuuāt ad operandū,sed illi conferunt posse simpliciter operari supnaturaliter,ergo malè sentiunt, qui dicūt hanc primā speciē esse illarū qualitatū,quę supponētes potentiā, illi velut coadiuuantes superadduntur ad operandū,nā neq; calor in aqua supponit potētiā ad calefaciendum,nec habitus supernaturalis in anima potentiā ad supernaturaliter operandū nisi fortè obedientialē. Quarto tandē,quia Arist.'habitū hic appellat qualitatē subiecto firmiter adhęrentē; id.n.datur intelligi ex vi ipsius nominis,'q dicit perfectā possessionē,'& radicationem,siuè hæc radicatio proueniat ex actuū frequentatione, vt est de habitibus acqsitis, siuè diuturnitate tēporis, vt est de febri, q̄ lōgiori tēpore fit ethica, siuè ex peculiari rōne subiecti, q è alicuius qualitatis tenax, vt est de specie intelligibili in intellectu,rōne cuius permanentię concedit Doctor in 2.loc.cit.posse habitū appellari, vt hic de habitu loquitur Arist. Et per dispositionē è cōtra intelligit qualitatē ab ea facilè mobilē, vndecunq; hoc pueniat, siuè ex defectu frequentationis actuū, siuè ex breuitate tēporis, vt febris citò transiens, siuè quia subiectū non sit illius tenax, vt est de specieb. sensibilib.sēsuū præsertim externorū, siuè ex alio ca-

ca-

capite;hinc manifestè deducitur membra huius cõbinationis tantũ accidentaliter distingui, nam in hoc sensu eadem specie qualitas in vno subiecto dicitur habitus, in alio dispositio, imò in eodẽ modò habitus, modò dispositio, vnde ait Arist. qualitatem illã, quæ erat dispositio, si in subiecto valde inualescat, dici habitum;& sciẽtiã in tyronibus dispositionẽ vocat, quæ in eisdem prouectis fit habitus.

Ex hoc facile refellitur cõmunis loquẽdi modus Thomist.ex D.Th.p.2. q.49.ar. 3. designantiũ hanc primã speciẽ qualitatis per disponere benè, vel malè subiectũ, vt est videre apud Complut. disp. 15.q.3. Nã vel intelligunt de dispositione bona, vel mala moraliter, & hoc non, tum quia tunc ad hanc speciẽ spectarent solũ habitus morales,non autẽ intellectuales; tum quia etiã in genere moris dari potest habitus indifferẽs nec benè, nec malè subiectũ disponens ex Sc.4.d.6.q.10.O.Vel per benè, & malè subiectũ disponere intelligunt idẽ, ꝙ conuenienter, vel disconuenienter ad naturã subiecti illud afficere, nã scientia, & virtus conuenienter disponunt intellectũ,& voluntatẽ,error, & vitiũ disconuenienter, calor conuenienter disponit ignem,disconuenienter aquam. Et neq; id bene dicitur,quia hoc non tantum huic speciei conuenit, sed etiã cęteris, vnde datur potentia naturalis benè, vel malè disponens subiectũ,nã salubritas bene disponit,insalubritas malè, sic etiam in tertia specie quædã qualitates benè sẽsum afficiunt, quædã malè, imò hoc conuenit omni formę informanti subiectum iuxta inclinationem suæ naturæ, vel cõtra illam, ita quod nequit assignari ratio, cur hoc munus benè, vel malè afficiendi subiectũ magis qualitatibus primæ speciei conueniat,quàm cæteris.Hinc etiam refellitur communis loquendi modus eorundem ex D.Th.cit.ar 2.ad 3. essentialiter,& specificè distinguentium habitum, & dispositionem,quia habitum accipiunt pro qualitate ex natura sua difficulter mobili à subiecto, sicut est scientia, q̃ qa speciem sumit ab obiecto necessariò, & à causa necessaria producitur.s.demonstratione, ideò firmiter hæret in intellectu etiã vnico actu acquisita ob necessitatẽ, & euidentiã causæ; dispositionẽ verò accipiunt pro qualitate ex sua natura leuiter hærente in subiecto, sicut est opinio, quæ q̃a speciẽ sumit ab obiecto cõtingẽti, & habet pro causa argumentum probabile solũ,ideò facile potest ab intellectu diuelli. Quamuis.n.sumendo in hoc sensu habitum, & dispositionẽ essentialiter, & specificè inter se distinguantur, vt patet, tamen sumendo habitum, & dispositio tem pro qualitate quacunque ratione mobiliter, vel immobiliter inhærente subiecto,siue id sit ex natura sua,siue subiecti,siue ex parte temporis,aut frequentatione actuũ,vt sumit Ari.planè in hoc sẽsu accidẽtaliter tãtũ distinguuntur vt cõstat ex dictis;sed de varia acceptione habitus,& dispositionis videatur Sc.&Tat.ci.

Secunda qualitatum classis est naturalis potentia, & impotentia, vbi vt notant Doctor q.36.cit. §. *Ad tertiã quæstionẽ*,& Scotistæ supracit.potentia, & impotentia sumuntur fundamentaliter pro qualitatibus absolutis natis fundare relationes potentiæ,& impotentiæ,& pro facultatibus subiecto innatis, eiq; ex sua naturali constitutione debitis,perquod excluduntur species Angelicæ; esto .n.sint Angelis congenitæ ab initio creationis eorũ, adhuc tamen pertinent ad primã qualitatis speciẽ,quia non erant eis debitæ ex naturali corũ constitutione, vt hìc notat Orbel.Et p facultates innatas huius speciei, non solum intelliguntur qualitates illę, q̃ subiecto naturaliter debitæ, & congenitę conferunt illi sic agere faciliter .s. vel difficulter,verum etiam,quæ dant simpliciter agere,vt calor in igne, frigus in aqua, grauitas in graui, leuitas in leui,calor .n. est potentia calefactiua ignis,frigus aquę, &c. cum hoc tamen discrimine, vt notauimus 1.p.Inst.cum Doctore 2.d.16.quæs. vn.P.

vn.P. & Scotistis omnibus in hoc prædic. ꝙ non omnes facultates innatæ, & à natura datæ ad simpliciciter agendū hîc reponuntur, quia nec potentiæ animæ, nec passiones propriæ ad hoc spectant prędic. sed tantū virtutes actiuæ, quæ à suis subiectis sunt realiter distinctæ; habilitates verò, vel inhabilitates naturales ad vtendū huiusmodi facultatibus à natura datis, siue realiter à subiectis distinctis, siue idētificatis, spectant in vniuersum ad hanc speciē; & sic explicādi sunt Sc. & Scotistę, cū inquiunt in hac secunda specie collocari tātū facilitates, & difficultates naturales ad vtendū facultatibus innatis, non autem ipsas natiuas facultates; per hoc .n. volunt tantū significare solas prædictas habilitates, & inhabilitates vtendi facultatibus innatis vniuersaliter in hac specie reponi, nō autē volunt excludere omnes prorsus facultates innatas à natura datas ad simpliciter agendū, sed illas tantū, quæ cū subiectis realiter identificantur, & in hoc sēsu nos quoq; locuti sumus 1. p. Inst. trac. 1. c. 6. secuti cōmunē loquendi modū Scotistarū. Ex quo constat falli eos, qui dicunt, hanc secundā speciē esse tantū earū qualitatū, q̄ per se primò datę sunt ad simpliciter operandū, vt Suar. disp. 42. sect. 4.

Per naturalē igitur potētiā intelligitur qualitas innata, qua simpliciter, vel facile subiectū ea præditū agit, vel resistit contrario, per naturalē verò impotentiā vtiq; non intelligitur defectus, & priuatio potentiæ, sic .n. qualitas non foret, vt docet Doctor loc. cit. in prædic. in sol. ad 2. q. 3. sed vt ait Doctor ibidē, significat modum qualitatis, secundū quod illa est principiū difficulter agendi, vel faciliter patiendi, vnde non tantum sumi debet pro facultate debili, & imbecilli agendi, & resistēdi, vt passim Expositores accipiunt, sed etiā pro qualitate positiuè retardante, & impediente subiectū ab actione, vel resistentia, neque hoc est alienū ab Arist. vt aiunt quāplures, præsertim Suar. disp. 42. Met. sec. 3. insalubritas enim cuius affert exēplū, non confert vllo modo subiecto potentiā resistēdi contrarijs, imò potius formaliter oppositū præstat, reddit .n. subiectū facile ad patiendū à contrario; pariter mollities non est potentia resistendi diuisioni, nec perfecta, nec imperfecta, sed potius est qualitas reddens subiectū facile positiuè, vt diuisionē patiatur. Hoc autē interest inter hos duos modos accipiendi naturalē impotentiā, ꝙ si accipiatur primo modo, non distinguitur à naturali potētia specificè, & essentialiter, quia in hoc sensu significat virtutem debilē, & imbecillē ad agendū, vel resistendū, vbi naturalis potentia significat virtutē validam, & fortē, vnde sic non differunt, nisi sicut perfecta, & imperfecta potentia intra eādē speciem; at si secundo modo sumatur, nempè pro facultate patiendi aliquid facile, vel retardante subiectū ab actione, vt in quibusdā est naturalis quędā desidia, & inertia, vel totaliter impediente ab aliqua actione quo modo noxius humor in oculo dicitur naturalis impotentia ad videndū, sic naturalis impotentia essentialiter, & specificè à naturali potentia differt, & impotentiā in hoc sensu contra Suar. etiā admittit Amic. tract. 16. disp. 3. q. 3. dub. 3.

Tertia qualitatum classis est passio, & passibilis qualitas, in cuius designatione maior est difficultas, quàm in duabus præcedentibus, sed relictis aliorum placitis, Doctor q. 36. prædicam. cit. ad 4. quæst. inquit, quòd ista tertia species constituitur per comparationem qualitatis ad subiectum natum alterari secundum eam, vel ad sensum, cui infert passionem, si primo modo designetur hæc species, tunc ad eam spectabunt dispositiones materiam præparantes pro receptione formæ substantialis; at si constituatur 2. modo, ꝙ magis videtur ad intentionē Ari. accedere, tūc dispositiones materiam p̄parātes ad primā speciē redigi debēt q̄a diximus ipsā cōstitui per qualitatē, nō tātum disponentem subiectum ad agendū, vt cōmuniter putatur, sed etiā ad patiēdū, & re-

& recipiēdū, designāda igitur erit hęc tertia species ad mētē Aris. per ordinē ad sēsum, quatenus oīs qualitas huius speciei, vel passionē efficit in sensu intentionalē, nam color visū, sapor gustū, sonus auditū, calor & frigus tactum, odor olfactum mouēt, & afficiunt, vnde non ponuntur qualitates actiuæ hic, nisi in ordine ad actionē intentionalē, vel quia efficitur ex aliqua passione, seu intentionali immutatione ipsius sensus, vt rubedo ex verecundia, ex timore pallor, vel quia tandem per se est passio afficiens animam, vt sunt omnes affectus, qui appellantur passiones appetitus sensitiui ira, amor, odium, &c. hæ .n. passiones ad hanc speciē pertinent, vt significat Arist. in textu, & notat Doctor quol. 13. Cc. vbi etiam subdit, nō tātū passiones appetitus sēsitiui, sed etiā intellectiui ad hāc speciē posse, ac debere reduci, & ꝙ Aris. hìc mētionē fecit expresse de passionibus corporalibus, & hāc speciē designauit in ordine ad sēsū, quia istę sūt qualitates huius speciei manifestiores.

Ex quo autem capite, & quo pacto inter se differant mēbra huius cōbinationis, ait Doctor 2.d.13. q.vn. §. *De secundo* per passibilē qualitatē intelligi ipsā qualitatē sensibilē, per passionē verò intelligi speciē, seu intentionē ipsius qualitatis sensibilis; quæ expositio, estò vera sit, non tamen omninò ad mentē Arist. ipse nāq; per passibilē qualitatē intelligit illā, quę firmiter, & diù subiecto inhæret, seu quæ in subiecto se habet per modum permanentis, vt rubor proueniens ex naturali cōplexione, per passionē verò illā, quę de facili transit, vt rubor idē ex verecundia procedens; ex quo constat mēbra cōbinationis huius nō nisi accidentaliter differre; tū quia Arist. ipse significat passionē in passibilē qualitatē posse transire, si ex aliquo accidenti, aut alio modo in subiecto perseueranter maneat; tū quia vbi est idē formalis effectus in specie, non possunt diuersæ causę in specie assignari, quod maximè verum est de qualitatibus, nam quæ eundem effectum formalem natæ sunt causare, eædē specie qualitates sunt, sed taliter se habent passio, ac passibilis qualitas, rubedo enim, & pallor, siuè diù permaneant, siuè citò transeant æqualiter habent rubeum quid, vel pallidum efficere, ac denominare pro tēpore, quo subiecto inhærent, nimirum vel in esse quieto, & permanēter, vel in fieri, & transeunter, qua de causa air Arist. verecundum potius dici debere erubuisse, quā rubeum effectum esse. Neque huic obstat, quod dentur aliquæ qualitates ex natura sua perseuerantes in subiectis, & aliæ suaptenatura transeuntes, vt lumen, & sonus in aere, & ex hoc capite abinuicem differre essentialiter. Sicut .n. in prima specie Arist. non sumit habitū, & dispositionē pro qualitatibus ex natura sua mobilibus, vel immobilibus à subiecto, sed pmiscuè p qualitate quomodocūq; mobili, vel immobili in subiecto, ita & in hac tertia specie per passionem, & passibilem qualitatem intelligit sensibiles qualitates quacunque ratione mobiles, vel immobiles à subiecto, vt constat ex exemplis ab ipso Arist. allatis.

Quarta classis est forma, & figura, vbi p formā nō intelligit quid ab ipsa figura distinctū, vel si quid distinctū intelligit, hoc nequit esse, nisi accidētaliter distinctū, per al ꝙ nēpè accidens figuræ superadditū, ꝙ figurā ipsā reddat pulchrā, vel deformē, vndè Boet. inquit figurā dici, quæ afficit quantitatē, & formā dici pulchritudinē, vel deformitatē; quē dicendi modū Suar. amplectitur explicans pulchritudinē per concomitantiā colorū, vel erunt accidentaliter distincta ex diuersitate subiectorū, vt figura dicatur in artificialibus, forma in naturalibus, vel figura tribuatur rebus inanimatis, forma animatis iuxtà varios dicendi modos Expositorum de hac re; Hoc vnū nobis sufficiat, ꝙ omnes distinguentes formā à figura, nōnisi accidentaliter distinguunt, vno excepto Auersa, qui q.20. sect.4. tot qualitates ad hāc speciē reducit sub mēbro formæ, vt necessa-

riò

riò agnoscere debeat inter ea distinctioné essentialem, ad formá siquidé reducit oés qualitates non operatiuas, & non sensibiles, & nominatim actus omnes vitales sensuū externorū, ꝙ sanè omninò nouitaté sapit absq; vllo prorsus fundaméto, cū actus omnes vitales, tàm externi, quā interni ad primā, vel tertiā speciē cōmodius reduci possint, vt dicemus art. seq.

Cōstituitur aūt hæc quarta species qualitatis ex ordine, qué dicunt adinuicé, & etiā in ordine ad locū partes eiusdé corporis, figura.n.dicitur modus quātitatem afficiens, quatenus certo modo terminatā, vndè alia est figura circularis, alia angularis, quia partes huius inuicé cōparatę alio modò se habent situaliter, quā partes illius; hinc dicebamus p.p.Inst.cū Orbell.posse in re figurata tria considerari, ipsā.s.ré figuratā, vt lignū, 2.quantitatem eius sic, vel sic terminatam linealiter, vel superficialiter, 3. tandé ipsāmet terminationé, vel dispositionem quantitatis, vt est rectitudo, curuitas, triāgulatio, & hęc est, quæ dici solet forma, & figura hāc quartā speciē constituens. Hinc rectè ibidem deducebamus cū Doctore 4.d.1.q.1.S.& d.° 12.q.4.L. qualitates huius quartę speciei non esse propriè qualitates, ꝙ etiam hìc adnotant Tatar.Mayr.& alii Scotistæ cit.quia potius quid relatiuū dicunt, figura.n.vltrā quantitaté(ait Doctor cit.)non dicit nisi relationé terminorū includentiū partes ad se inuicé; dicuntur tamé qualitates, quia habent modū denominandi, vel prędicandi qualitatis, quatenus modo quodā absoluto prædicātur non insinuāte ordiné ad aliud, eo.n.ipso, ꝙ aliquid dicitur simile, æquale, diuersū, &c.illicò insinuatur ordo ad aliud, at dum aliquid dicitur rectū, curuū, triangulatū, nullus certè exprimitur ordo ad aliud, qua etiam de causa sanitas, & ægritudo, deformitas, & pulchritudo qualitates dicuntur, quia népè modū prędicādi, & denominādi qualitatis habent, cū tñ in se relationé, vt relationes importét, vt notat Doct.quol.18.I.

Figura igitur propriè pertinet ad prædicamentū Situs, vt hìc aduertit Tat.hoc tñ intelligendū est de figura positiuè accepta, quia si priuatiuè sumatur, non dicit, nisi terminationé quandā intrinsecā magnitudinis, quę nil positiuū addit vltrà illā, sed priuationé solū vlterioris extensionis, quo sēsu de figura locutus videtur Auctor sex princ.dū ait, ꝙ artifex facit figurā incisionis nil addendo, sed potius remouédo, & in hoc sensu figura nō distinguitur realiter à re figurata, nec ab ea separari potest, nec est in alio prædic. ab ea, ita notauit Tromb.7.Met.q.3.ad 1.princ. Sed adhuc de figura positiuè accepta possumus distinguire, ꝙ vna est intrinseca, quę fundatur in positione de genere quātitatis, & in ordine, qué seruant inuicem partes in toto, alia extrinseca, quæ fundatur in positione de genere situs, & in ordine, qué inuicé seruāt partes in loco, quę distinctio traditur à Tat.2.Phys.q.1.dub. 3.ꝙ colligitur ex Sc.4.d.10.q.1.§.*Dico ergo*, vbi vult Corpus Christi in Sacramento, licet careat figura secundi generis, adhuc tamé illā priorem retinere, quatenus caput non est immediatè vnitū cū pede, sed mediantibus alijs partibus, qui ordo partiū in toto videtur vtiq; aliquā figurā constituire, cum ergo dicimus figurā ꝓpriè pertinere ad prædic.situs, sermo prę sertim est de figura positiua extrinseca. Sed Dices, Arist. postquā posuit figurā sub hac specie, remouet statim densū, rarum, asperū, & lene, vtpote pertinentia ad genus situs, signū euidens figurā de méte Arist.ad situ non spectare; tū quia domus in vacuo figurā retineret, vbi tamen nullus adesset locus, seu superficies ambiens. Resp.Mayr. passū 42.potius dixisse rarū, & densum ad prædicam. situs spectare, quàm rectum, & curuum, quia illa magis exprimunt, & prę seferunt positiones de genere situs, quam ista, vt ferè ipsa nomina ostendunt, vnde figuræ magis significantur per modum qualitatis; Domus verò in vacuo, vel haberet solam figuram

guram intrinsecam, vel etiam extrinsecam in ordine ad spatium imaginarium; videatur Tat. loc. cit. præsertim 2. Phys.

Quæres, an figura sit modus solius quantitatis, vel an etiam conueniat aliis rebus materialibus? Thomistæ negantes in substantia, & alijs rebus materialibus pluralitatē partiū, & omnē prorsus extensionē antecedenter ad quantitatē, consequēter dicunt figurā esse modū solius quantitatis. Scotistæ verò, qui pluralitatem partiū, ac etiā ordinē earū adinuicē agnoscunt in substantia materiali antecedenter ad quantitatē aliquā quoq; ei figurā concedere tenentur, saltim intrinsecam, ex eo .n. in quantitate resultat figura, quia partes quantitatis sunt extensæ, ordinatæ, & proprijs terminis terminatæ, ex eo nāq; definitur figura qualitas, vel relatio resultans ex terminatione partiū quantitatis, ergo si etiā partes substantiæ materialis, & cuiuslibet alterius accidentis materialis habent quantitate seclusa ordinationē, extensionem, & terminationē propriā, planè ex illis aliqua resultabit figura, & sic nobiscū defendit Blanc. disp. 12. sec. 9. & tenet Amic. q. 5. dub. 4. imò vlterius substantiæ materiali tribuit etiā citrà quantitatē figurā extrinsecā, quia etiam nobiscū concedit esse capacē modi situs citrà quantitatē; quare concludit figurā, quocunq; modo sumatur, conuenire cuicūq; rei materiali, & non soli quantitati. Verū quia cōmuniter dicitur figura modus quātitatis, imò inter affectiones eius cōnumeratur, vt vidimus q. præc. dicēdū est, q̄ licèt figura intrinseca possit, & debeat cuicūque rei materiali cōuenire ob rationē allatā pro Scotistis, figura tñ extrinseca poni debet modus quātitatis proprius, & ratio est, quia licèt substātia materialis possit esse in loco diuisibiliter seclusa q̄titate, atq; ideò fūdare in suis partibus positionē de genere situs, adhuc tñ partes illæ possunt inuicē naturaliter penetrari, at figuratio extrinseca, & situalis impenetrationē partiū necessariò postulat, & in ea fundatur, facta .n. tali penetratione cōfundūtur, & cōmiscentur partes inuicem quantū ad locū, atq; ideò figura situalis, & extrinseca euanescit, sola intrinseca remanēte, qa ex cōmixtione, & cōfusione partiū in loco nō destruitur ordo earū inter se; at vbi est quantitas, ibi necessariò reperitur impenetratio partiū, nec naturaliter potest oppositū euenire, atque ideò naturali necessitate ad ipsam quantitatem sequitur figura extrinseca, quæ necessitate non sequitur ad alias res materiales; rationabiliter ergo dicemus figurā extrinsecā esse propriam quantitatis tali modo, vt eodem modo cæteris rebus materialibus conuenire nequeat.

ARTICVLVS TERTIVS.

An præfata diuisio sit sufficiens, & verè generis in species.

QVoad primam quæsiti partem licèt dicere possemus non enumerasse hic Arist. adamussim omnes qualitatis species, sed magis famosas, vt ait Doctor q. 36. cit. prædic. in resq. 6. q̄ manifestè insinuauit Arist. ipse, dum post explicationem quartæ speciei ait, *& fortasse quidam alij apparent qualitatis modi, sed qui maximè dicuntur sunt hi*; tamen quia aliquatenus ampliando species ab ipso assignatas commodè omnes qualitates reducuntur ad illas, diuisio præfata, velut idonea, & sufficiens est amplectenda, hoc autem probabimus, non quidem inquirendo sufficientiam aliquam, qua ostendatur necessitas illius quaternarii numeri, vt faciunt quamplures, cū .n. illa diuisio non sit omninò exacta, & absoluta, nulla talis assignari potest, sed recensendo qualitates omnes, quæ aliquā difficultatem videntur ingerere, & ostēdendo omnes posse aliquo modo reduci ad vnam, vel alteram illarum specierum.

In primis afferri solet dubitatio de pulchritudine, ac deformitate, ægritudine, ac sanitate, quæ non videntur reduci posse ad aliquam illarum quatuor specierū; & si dicatur ad 4. reduci, vt innuit Doct. cit.

cit. quol. 18. I. opponitur statim, quòd qualitates quartæ speciei non suscipiũt magis, & minus, benè t̃ pulchrũ, & deforme, ęgrũ, & sanum. Varias ad hoc solutiones affert Amic. tr. 16. q. 3. art. 2. breuiter tñ dicendũ est illa nõ esse simplices entitates, sed aggregata potius ex diuersis, vt benè hîc Burlæus adnotauit, & tenent Fõsec. Suar. & alii, pulchritudo. n. est quid aggregatũ ex colore, & debita membrorũ ꝓportione, ægritudo, & sanitas ex debita, vel indebita humorũ temperie, eo tñ sensu, quo dicuntur qualitates, reduci debent ad 4. speciem, vt docet Doctor loc. cit. & q. illa 36. prope fin. vbi etiã subdit non negasse Arist. ab omnib. qualitatibus quartæ speciei suscipere magis, & minus, sed à qbusdã tantũ merè Mathematicis; possunt etiã pertinere ad primã speciem, vel secundã sanitas, & ægritudo, quatenus validè, vel debiliter dispõnũt ad opera exercẽda, nã in hoc sensu Arist. ea recensuit in 1. specie, & etiã in secunda, iuxtà quod salubritas, & insalubritas sunt innatæ, vel acquisitæ.

Secundo dubitatur de actibus intellectus, & voluntatis, cũ. n. huiusmodi actus non sint operatiui, vel causatiui, sed potius termini actionũ potentiarũ illarum, vt fusè probat Doctor quol. 13. hac rõne non videntur posse reduci ad primã, vel secundã speciem, in quib. collocari solent qualitates aliquã actiuitatem habentes; ad tertiam licèt reduci possint actus sensitiui, non tñ intellectiui, qui merè spirituales sunt, genus autem tertiæ speciei est qualitas sensibilis, ad quartã tandem constat non posse reduci. Varias quoque solutiones refert ad hoc Amic. cit. sed breuiter cum Scot. quol. 13. Cc. dicendũ posse commodè reduci ad primã, vel tertiam speciem, possunt ad primam reduci sub dispositione, licèt enim per ipsos nihil causari possit, vt per actionem productiuam, quia ipsi non sunt actiones productiuæ, sed termini potius talium actionũ, possunt tamen velut principium *Quo*, & ratio producendi aliquid causare, nempè habitum, hoc. n. sensu dicimus habitum fieri ex frequentatis actibus, vt ex rationibus producendi, vt notat Doctor 1. d. 3. q. 9. in fine, possunt etiã commodius adhuc reduci ad tertiã speciem sub passione, vt diximus p. 1. Inst. si pręcisè cõsiderẽtur, vt termini operati per actiones intellectiuas, & tunc negandũ est qualitatem sensibilem esse adæquatũ genus illius tertiæ speciei, Arist. verò de illis tantũ mentionem fecisse, velut manifestioribus; quomodo aũt intelligendus sit Arist. dum 10. Ethic. c. 3. negat operationes virtutis esse qualitates, explicat benè Doct. lo. cit.

Demum est difficultas de qualitatibus supernaturalibus, vt sunt fides, spes, charitas, lumen gloriæ, character, qui per quædam Sacramenta imprimitur, &c. nã non videtur ad quã istarum specierum reduci debeãt; imò nec videntur posse sub hoc ꝓdicamento reponi, si. n. ex Arist. 10. Met. tex. vlt. corruptibile, & incorruptibile differunt genere, tanto magis naturale, & supernaturale. Resp. Doct. 4. d. 6. q. 10. M. etiam qualitates supernaturales omninò debere in hoc ꝓdicamento reponi, quia illis verè cõuenit ratio generica qualitatis, neq; supernaturalitas põt eas extrahere ab hoc prædic., quia naturalitas, & supernaturalitas non sunt conditiones, nisi per cõparationem ad agens, talis autem cõparatio nõ variat aliquid quãtum ad esse in genere, quia res ponitur in genere s̃m suã ꝓpriã quidditatem formalem circũscripta relatione ad agens, dictũ verò Philosophi explicat de genere physico, vt diximus q. 1. huius disp. ar. 1. Et qdẽ qualitatũ supernaturaliũ maxima pars pertinent ad primã speciem, & ꝑtertim enumeratæ continentur sub habitu, vnde fides, spes, charitas, vocantur habitus theologici, ac etiã ipsũ lumen gloriæ habitus dici solet; solum est aliqua difficultas de charactere; Auersa loc. cit. reducit ad 4. speciẽ, quatenus ẽ figura qdã spiritualis animã cõtigẽs, & Xpo cõfigurãs; sed hoc reijcit Doct. ib. qa nihil collocatur ĩ genere per ꝓprieta-

res metaphoricas, sicut est ista characteris in anima, alioquin Christus esset verè in genere substātiæ inanimatæ, quia dicitur petra, & sic etiā posset species intelligibilis in hac specie reponi, quia configurat animam ipsi obiecto cognito; Ait ergo Doct. quod si character ponatur forma absoluta (de hoc .n. est ibi problematicus) potest in secūda specie reponi, quatenus est potētia quædā supernaturalis; vel melius in prima sub habitu, quia est de difficili mobilis, & est aliquo modo dispositio ad benè agendum, saltim remota, & imperfecta, vt declatar sub lit. P. est etiā aliquo modo præuia dispositio in anima ad gratiā in rōne receptiui, quatenus est forma prior sine qua non reciperetur forma posterior ex pacto diuino, ob hæc igitur munera optimè reduci pōt ad 1. speciem.

Circa alteram quæsiti partē, est ferè cōmunis opin. præfatam diuisionē esse verè generis in species, ita passim Thomistæ. Sr. autē q. illa 36. prędic. quāuis §. *Ad omnes istas.* modū doceat defendendi hanc cōmunē opin., absolutè tamē in præcedētib. docet, sicut & in 4. loc. cit. N. non esse reuera diuisionē generis in species per differētias, sed potius per quosdā modos diuersos, qui eidē prorsus qualitati competere possunt, atq; ideò sentit esse potius diuisionē subiecti in accidētia, & hæc est communis opinio Scotist. in hoc prædic. Tatar. Io. de Mag. Orbel. Rocc. Ant. And. Mair. pass. 42. Fab. 5. Met. disp. 16. Zerb. ib. q. 15. & aliorū in 4. d. 6. q. 10. probatur autē tū Arist. auctoritate, qui tradita qualitatis diuisione in has 4. cōbinationes, inquit illos esse diuersos modos qualitatis; tū ratione, quia nequit res vnius speciei essētialiter trāsire ad aliā speciem, nec simul sub pluribus speciebus essentialiter cōtineri at eadē qualitas ad plures qualitatis classes attinet, quia calor in aqua pertinet ad primā speciē, in igne ad secūdā, vt virtus naturalis eius, inquarū causat passionem in sensu tactus, pertinet ad tertiā, ergo illi sūt diuersi modi accidētalis qualitatis, nō autē differentiæ essentialis, & Fab. ait hāc fuisse opinionē antiquorū interpretū Aris. & præsertim Alberti.

Resp. Thomistę concedendo eidē qualitati cōuenire posse omnes rationes formales specierū illarū, negant tamen inde sequi, quod species essentialiter diuersas nō constituant, quia bene potest eadē res materialiter pertinere ad diuersas species sub diuersis rōnibus formalib., quas habet, imò ad diuersa prædicamenta, vt cōstat de actione, & passione, quæ cum sit eadē entitas realis motus, efficiunt tamē diuersa prædicamenta propter rationes formales diuersas. Hæc tamen responsio explosa est disp. præc. q. 2. vbi ostendimus realē distinctionē prædicamentorū, q̄ doctrina hic deseruire potest, quia si præfata diuisio ponatur generis in species, planè istę species poni debent realiter distinctæ, & non tantū formaliter, seu rōne; Et quidē incapibile est, quomodo eadē entitas caloris possit esse in diuersis speciebus essētialiter, cum vna res nonnisi sub vnā specie essentiali contineri queat; Nec iuuat dicere hoc euenire beneficio diuersarū formalitatū; hoc .n. est, q. impugnatur, non posse eandē rem sub eodē genere constitui simul, & semel sub diuersis speciebus essentialiter, quia vnius entitatis vna tantū est essentialis cōstitutio sub eodē genere, & oppositū asserere est manifestus error in Metaph. nō ergo potest eadem res esse sub diuersis speciebus nisi accidentaliter, iuxta diuersas formalitates illi contingentes, q̄ si ita intelligant Thomistæ, iam à nobis non dissentiunt.

Suar. proindè disp. 42. Met. sec. 4. postquā & ipse reiecit allatam Thomist. solutionē, respondet re vera vnā rē non nisi in vna specie essentiali constitui posse, adhuc tū posse in alijs constitui accidentaliter, & sic in pposito vna qualitas erit in vna tantū illarū specierū essentialiter, poterit tū esse in alijs accidentaliter, si illi cōtingat secūdariò, & per accidens exercere munera aliarū specierū; Et sic etiam re-

respondent Recentiores Thomistæ fatétes illā veterū Thomistarū doctrinā esse prorsus erroneā in Metaph. vnde Io. de S. Th. q. 18. ar. 2. ait nullā qualitatem esse, nisi in vna tātū specie essentiali, sed accidentaliter posse esse in alia; quęnam autē sit formalitas, quæ illi affert speciē essentialem, & quæ accidentalē, ait id iudicandū esse, vel ex effectibus qualitatis, puta si videamus sēper vnā formalitatem inueniri in vna qualitate, vt in calore esse terminum alterationis, aliā nō semper, hæc 2. speciē accidētalē præbebit; vel ex principijs, à quibus causatur qualitas, scilicet ex illis ordinatur ad actionē, vel passionē, côuenientiā, vel discōueniētiā naturæ, &c. tūc .n. id erit essētiale. Suar. verò inquit, quod qualitas est per se ordinata ad tribuendū aliquem effectū substantiæ. s. vel illā perficere in seipsa, vel in ordine ad operationem, non ordinari aūt ad duos effectus tribuendos æquè primò, sed ad vnū tātū, & non nisi secundariò, & concomitāter ad alterum, atq; ideò ex effectu primario attendendam esse speciem essentialem qualitatis, & ex secūdariò accidentalem.

Sed licèt tota hæc doctrina admitti possit, tñ si bene ponderēmus formalitates, quæ ponūtur constituere quatuor assignatas species, videbimus, & æquè semper contra Io. de S. T. & æquè primò cōtra Suar. eidem qualitati côuenire posse, & si hoc nō inuenitur in oīb. qualitatib., inueniri tñ potest in aliquibus, quod erit sufficiens indiciū has nō esse differentias essentiales; quod aūt hoc ita sit, probatur eodem exemplo caloris, ill. n. semper côuenit esse immutatiuum sensus tactus esse principiū naturale calefaciendi, & malè, vel benè disponere subiectū, si sit in aqua, vel igne, ergo erit æquè primò in omnibus illis tribus speciebus, ac essentialiter, sic etiam per se, & æquè primò ordinatur calor ad calefaciendū, & ad immutandum sensū tactus, vel saltim ad hunc effectum non ordinatur per accidens, ergo erit essentialiter in 2. & 3. specie; item licèt accidat calori esse in aqua, tamen siue sit in aqua, siue in igne, æquè per se, & primò ordinatur ad calefaciendum, ergo ex hoc capite saltē essentialiter erit in 1., & secūda specie, pstat ergo dicere formalitates, quę ponūtur illas classes qualitatū cōstituere, esse potius diuersos modos accidentales, quàm veras, ac per se differentias, atq; ita præfatā diuisionem esse potius subiecti in accidentia, quā generis in species; qui verò vellet oppositum tueri vtatur via, quàm docet Doct. loc. cit. quæ planè melior est illa, qua procedunt Thomistæ.

Sed dices, omnes tenentur admittere pdicamentū qualitatis, & hoc est, quod hîc assignatur ab Aris. at pdicamentū est coordinatio ex supremo genere, & subordinatis speciebus, ergo cū genus huius pdicamenti diuidatur ab Arist. per habitum, & potentiā, & sēsibilē qualitatē, & figurā, verè hæc erūt species illius. Accedit quòd qualitas essētialiter pdicatur de habitu, de naturali potētia, & de passione, & nō nisi vt superius de īferiori, ergo verè sūt species.

Resp. neg. cōseq. nā in assignandis specieb. pdicam. in Logica satis constat Aris. secutū fuisse cōmunē loquendi modū tūc tēporis id patet in pdicam. quātitatis ex q. præc. & etiā in hoc pdic. pserti quoad 4. speciem, q certè nōnisi fm. dici spectat ad hoc prædicā. mirū ergo esse non debet si genuinas species non assignauit, nec genus diuisit per proprias differentias. Ad Conf. neg. conseq. nā animal de Petro, & Paulo prædicatur per modū generis, & tamen non sunt species animalis; Vel melius ad vtrumq; dicatur, ne vera Aris. aliquas veras species assignasse huius generis, tales. n. vtiq; sunt habitus, & naturalis potentia, & passibilis qualitas, sed nō assignasse veras, ac pprias differentias huius generis diuisiuas, & illarū specierū cōstitutiuas, sed potius modos accidentales eidem speciei côuenire valētes, & in hoc sensu dicimus veras species nō assignasse; alia qdā leuioris momenti contra hoc obiicit Suar. cit. q soluūtur ex dictis, vel si

 libet,

libet, soluta videri possunt apud Fab. cit. Rogas, quomodo ergo deberet diuidi, vt esset diuisio generis in species? Resp. Mair.pass.42.quē sequitur Amic.hic q.vl. debere diuidi, sicut substātia diuidebatur in spiritualē,& corporalem,corporalis in sensibilē,& insensibilē,sensibilis in visibilē,& inuisibilē,visibilis vt color in disgregatiuum,& congregatiuum,vt sunt albedo,& nigredo,& hæc in sua indiuidua. Dices,quomodo hæ possūt esse differētiæ qualitatis, si sunt substantiæ cū diuersorū generū diuersæ sint differentiæ ex regula antepredic. Resp. Mair. ꝙ corporale, & spirituale dicuntur de qualitatibus secūdū analogiā ad substantiā, non autē vniuocè,& ideò non sunt eędem differentiæ quidditatiuè; vult dicere, ꝙ licet eædem videantur differentiæ,re tamen vera non sunt eędē,quia circūscribunt nobis differentias penitus diuersas, quia alia est essentia substantiæ, alia qualitatis, vt notauimus disp.præc.q.vl.in vniuersū de omnibus illis generibus,quæ per easdē differentias videtur diuidi; vide Mair.loc.cit. vbi circa hoc alias mouet difficultates visu dignas; Nemo autē miretur, si breuib. huius pdicaměti structuram expedimus, cū tñ eius amplitudo sit maxima, & eius cognitio ēt magis necessaria, quā aliorū, quia nō tantū confert ad naturalem philosophiā, sed etiā ad moralē, nec non ad Theologiā ipsā;id nāq; fecimus,quia specierū eius exacta cognitio pendet ex peculiaribus sciētiis, præsertim verò ex lib. de anim. de gener. & corrup.ac etiam ex Morali; vnde consultò hic dimittimus multiplicē diuisionē qualitatū, & psertim habituū intellectus, & voluntatis, quam hic īserūt q̄plures, huiusmodi .n. diuisiones cōmodius tradētur singulę ī suis loc.

ARTICVLVS QVARTVS.

Affectiones,& attributa qualitatis declarantur.

Prima qualitatis affectio est habere contrarium,illique conuenit tàm in concreto,quā in abstracto,frigidū .n. contrariatur calido,& frigiditas caliditati, albū nigro, & albedo nigredini; cum autē contrarietas ponitur qualitatis affectio, non sumitur in toto rigore, quia in hoc sēsu primis dūtaxat cōuenit qualitatibus, quæ ab eodē subiecto seinuicem pellunt actione propria, sed absolutè sumitur pro repugnantia duarū formarum magis inter se pugnantiū, quā cū tertio, & ab eodē cōmuni subiecto se formaliter expellentium, siue id fiat actione propria, siue actione alterius,alioquin iustitia,& iniustitia,albedo,& nigredo cōtraria non benè dicerentur,cùm non se expellant à subiecto actione propria, sed solum actione suarū causarū, quod benè hic adnotauit Tat.§.*Quarto sciendū*.Neq; dicas contrarietatē sic sumptā non posse dici qualitatis affectionē, quia competit etiā formis substantialibus, quæ formaliter ab eodem subiecto se pellunt inuicem absq; actione propria.Hoc .n. assūptū est prorsus falsū, vt diximus q.1.huius disp.ar.vlt.nam forma substantialis absolutè loquēdo nō excludit determinatā formā ā subiecto, nec magis hāc, quā illā (quæ determinata repugnātia ad verā contrarietatē exigitur, q̄ est qualitatis affectio, vt dicemus disp. 9.q.1.ar.1.) sed æquè excludit omnem disparatā,& cū quacūq; eodē modo incompossibilis est, & ideò contrarietas sumpta pro hac determinata repugnantia inter duas formas circa idem subiectū propria est qualitati, & illi soli conuenit, licèt .n. tribui soleat etiā actioni,& passioni,id totū fit rōne qualitatū cōtrariorū, ad quas terminantur, & sic etiam dicitur relationibus conuenire, vt postea dicemus.

Sed dubiū est, an in hoc sēsu competat omni (nā in primo sensu certum est solis primis quatuor qualitatibus conuenire) Aris.negatiuè respōdet,q̄a in colorib.mediis talis etiā cōtrarietas nō repitur,nō.n. pallidū viridi contrariatur. Nihilominus hęc affectio itā pōt ītelligi, vt cōpetat omni qualitati, si ly *oī* distribuit p generibus sīgulorū, inueniri .n. pōt hæc cōtrarietas.

in

in prima specie inter plurimos habitus,& dispositiones inueniri potest in secunda, sumendo præsertim naturalem impotentiam pro positiua ineptitudine ad aliquã actionem, sic in oculo qualitas facilitans vsum potentiæ visiuæ contraria erit humori noxio illum positiuè impedienti;de tertia nemo dubitat;demum prout quarta species spectat ad hoc prædicamẽtum, etiã in ea potest assignari cõtrarietas aliqua inter sanitatem,& ægritudinem,formositatẽ, & deformitatẽ,quo sensu dicebat D.Aug. in Enchir. c.17. nullus cibus, aut potus simul dulcis est,& amarus,nullum corpus simul vbi album,ibi & nigrũ, nullum simul vbi deforme,ibi formosum, Imò cum negauit colores medios habere contrarietatem, intelligit non habere talem, qualis est inter extremos, alioqui ex maiori, vel minori extremorum participatione benè potest medius color extremo contrariari, sic viride dicitur albo cõtrariari, inquantum includit aliquid nigredinis,idq; colligitur ex Arist.5.Phys.c. 1.itaq; medij colores non ratione sui, sed ratione extremorũ,quę formaliter,vel verius virtualiter cõtinẽt, hanc proprietatẽ participare possunt, circa quam non est amplius immorandum;quia eius perfecta intelligentia pendet ex dicẽdis infra disp. 9.cit.q.1. ar.1. de oppositione contraria, ibi namq; ex professo hanc oppositionem explicabimus, contrariorumq; definitionem, & aperiemus, qualis, & quanta sit distantia,quæ dici solet inter contraria versari; hoc solum est hìc aduertendum, qualitates quasdam vtiq; nullum habere contrarium, nam nec lumen, nec species sensibiles, nec intelligibiles contrarium aliquod habent, atque ideò diximus posse dici hãc proprietatem competere omni qualitati,si ly *Omni* distribuat ꝑ generib.singulorũ,nõ autẽ ꝑ singulis generũ.

Secunda qualitatis affectio est, suscipere magis, & minus, seu intendi, & remitti,vna enim qualitas est intẽsior alia, vnum calidum magis calidum alio, quia habet plures gradus caloris, quam illud, & idẽ in diuerso tẽpore modò magis,modò minus calidum;& hæc proprietas,esse nimirum intensibilẽ,&remissibilẽ secundum gradus indiuiduales formæ, est ita qualitati adæquata, vt illi soli competat & omni,& semper;illi quidẽ soli cõpetit, quia etiãsi relationes aliquæ, itẽ actio, & passio,magis,& minus suscipere dicãtur, hoc planè eis conuenit depẽdẽter à qualitate,super quã fundãtur illę relationes,& ad quã terminantur interdũ actio,& passio;cõuenit etiã omni,nã estò Arist.videatur hanc negare figuris Mathematicis 4 speciei, id tamẽ nos cõturbare nõ debet tum quia quę ponuntur in quarta specie, nõ sunt veræ qualitates; tũ quia vt notat Doctor q.36.prædic.in fine,nec etiã oĩb. qualitatibus quartę speciei eã proprietatẽ denegauit,nã pulchritudo,& deformitas, sanitas, & ægritudo suscipiunt magis, & minus, imò & figuris Mathematicis etiã in aliquo sensu cõuenire potest, quia vnã lineã dicimus esse magis rectã, vel curuã alia, cõpetit tandẽ sẽper,nã estò Arist. dicat non conuenire qualitati in abstracto, quia non dicimus vnã albedinẽ esse magis albedinẽ alia, hoc tantum spectat ad modum loquẽdi, quia cum per abstracta nomina denotẽtur quidditates, & essentiæ rerum consistant in indiuisibili, non benè in abstracto diceretur magis,vel minus calor, alioqui de re ipsa non est ambigendi locus, verè.n.ipsa forma,quæ est in subiecto, suscipit magis, & minus, & ideo vnum calidum dicitur magis calidũ alio, quia habet in se magis intensum calorẽ, imò etiã in abstracto solemus dicere magis,vel minus intensã caliditatẽ, ita vt magis,vel minus cadat supra latitudinem graduum indiuidualium, non autem immediatè supra quidditatẽ in abstracto significatam,quæ in diuisibili consistit.Rectè igitur ar.1. huius quæst. essentiã qualitatis explicabamus per habere partes intẽsionis,tũ quia per hoc euidẽter distĩguitur à quãtitate, cuius essentia explicatur

per habere partes extensionis; tum quia hæc proprietas est ita qualitati applicata, vt nullo sensu alijs conuenire possit, nisi per ipsã,& nulla possit qualitas assignari, quæ ipsã non participet;quod enim aiunt Thomistæ,intellectũ, & voluntatem esse qualitates, nec tamẽ magis, & minus suscipere, est prorsus falsum, quia vt in lib. de Anim.dicemus ex Sc.2.d.16.q.vn.sunt potentiæ cum ipsa animæ substantia realiter idẽ, non autem qualitates de secunda specie,vt ipsi opinantur.

Vltima affectio,quæ etiam qualitati in quarto modo cõuenire videtur, est,vt secundum eam aliquid simile, vel dissimile dicatur, sicut secundũ quantitatẽ dicitur æquale, vel inæquale, & eodem prorsus modo hæc proprietas explicanda venit, quo explicata fuit illa in quantitate,quod nẽpè ly *secundũ* dicat rationẽ fundamentalẽ,non formalem,& simile,ac dissimile accipiantur, vt dicunt aptitudinem, non actum & demũ sicut ibi dicebamus equalitatem,& inęqualitatem sumi posse prædicamentaliter, & transcendentaliter, sic etiam in proposito dicimus de similitudine, & dissimilitudine,si namque amplè sumantur, & absolutè pro qualicunque conuenientia, vel disconuenientia,vt accipi solet in cõmuni modo loquẽdi, vtiq; nõ est proprium qualitatis,sed per omnia ferè vagatur,duas .n. relationes dicimus similes,vt duas paternitates,filiationẽ verò,& paternitatẽ dissimiles,& sic de aliis, at si presse,ac determinatè sumantur,sic in isto tantum prædicamento reperiũtur.

DISPVTATIO OCTAVA.

De Prædicamentis respectiuis.

Post prædicamenta absoluta sequitur tractatio de respectiuis: & quia relationum in Philosophia frequentissimus est vsus, nil enim frequentius habent in ore Philosophi, quam hoc referri ad illud, materiam nempè ad formam, actionẽ, & passionem pro formali dicere relationem, &c. ideò de relatione integram hic instituimus disputationem, quæ quamuis re vera ad Metaphysicum pertineat, sicut & exacta tractatio aliorum prædicamentorum,perfecta tamen;& absoluta cognitio relationis potius, quam aliorum prædicamentorum in Logica est anticipanda ob relationum necessitatem ad Philosophiam tradendam præsertim Scoticam,quæ tota relationibus scatet; non igitur hæc tractatio ad Metaphysicam differenda fuit, quia ignorata relationis natura, vix est possibilis ad Philosophiam ingressus, sed hic in Logica ex professo tradenda, prout nunc aggredimur.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid sit relatio realis, & quotuplex, vbi discrimen assignatur inter prædicamẽtalem, & transcendentalem.

QVoad primam quęsiti partem relatio secundũ suã rationem præcisã,siue sit realis, siue rationis,definitur,φ sit *ratio formalis, qua vnum respicit aliud*, & 1.p.Instit.1.c.7. diximus in quacunq; relatione tria considerari debere, subiectum.s.seu fundamentum,φ refertur,rationem fundandi, per quam refertur,& terminũ ad quẽ refertur,hæc nimirũ tria cernuntur in similitudine Petri ad Paulũ in albedine,nã Petrus relatus ẽ subiectũ, seu fundamẽtũ relationis, Paulus est terminus, albedo demũ est ratio ipsã fundãdi, quæ etiã suo modo in relationibus rationis interueniunt (de qua re infra q.4. exactior erit sermo)sed quia de relationibus rationis satis dictũ est disp.3.& 4.hic solũ est sermo de relatione reali,& inquirimus quid sit, quęuè cõditiones ad ipsã re-

reqrantur; Est aũt, vt ibi diximus, q̃ existit in rebus, vel saltẽ existere põt secluso quocũq; ope intellectus, ita q̧ suũ esse non est suũ intelligi, vt est in relationibus rõnis, vnde ibidẽ dicebamus tres cõditiones reqri ad relationẽ realẽ ex Sc. 1. d. 31. q. vn. *Ad quæst.* & quol. 6. Ll. Prima est, q̧ extrema eius sint realia, ita q̧ in rõne fũdãdi, & terminãdi ab intellectu non dependeãt; Secũda, q̧ sint realiter distincta, qa idẽ ad seipsũ realiter referri non potest. Tertia tãdem q oriatur ex natura extremorũ, & nõ per actũ cõparatiuũ intellectus; q̃ cõditiones ab oĩbus recipiũtur, vt est videre apud Cõpl. disp. 14. q. 3. Suar. disp. 47. Met. sec. 9. & alios; verũ tñ est, hic potius p̃supponi debere, quã probari, qa exacta earũ cognitio pendet omninò ex infra dicẽdis de subiecto, & termino relationis. Hic relatio rõnis è cõtra dicitur illa, q̃ nõ est à parte rei ĩter duo extrema, sed eis aduenit p operationẽ intellectus; solet tñ frequẽter appellari relatio rõnis aliqua vera relatio eò p̃cisè, q̃ deficit ei aliqua p̃dictarũ cõditionũ, vt notat hic Tat. ex Sc. quol. 13. N. talis relatio est distĩctio materię à priuatione, & vniuersaliter entis à nõ ente, qa hæc nõ distinguũtur per solã fictionẽ nostrã, sed verè à parte rei, adhuc tñ illa relatio distĩctionis dr̃ rõnis, qa nõ est ad terminũ positiuũ, & realẽ, & hoc ipsũ cõtigit ĩ multis aliis relationib.

Quoad alterã q̃siti partẽ, præcipua relationis diuisio est in prædicamentalẽ, & trãscendẽtalẽ, inter quas nõ idẽ ab oĩbus assignatur discrimẽ. Aliqui posuerunt discrimen ex parte termini, quia p̃dicamẽtalis reqrit terminũ realẽ, & realiter existentẽ, & à fũdamento realiter distinctũ, vnde supradictæ tres conditiones cõmuniter tradi solent de relatione p̃dicamentali; at relatio transcendens non necessariò petit terminum realem, vt constat de cognitione entis rationis, & priuationis; nec realiter existentẽ, vt constat de scientia, & potentia respectu obiecti possibilis; nec realiter distinctũ, vt patet in scientia diuina respectu essentię, inter quæ est relatio trãscendens, nõ tñ realis distinctio. Ceterũ licèt sit verũ illas tres cõditiones esse pręcipuè relationis p̃dicamentalis tñ negari neq;, q̃n etiã suo modo cõpetant relationi trãscendenti, quia & ipsa relatio realis est, nõ rõnis; & q̃dem secũda cõditio, q̧. s. sit inter extrema aliquo modo realiter distincta, æquè necessaria est ad vtrãq; quia esse nequit respectus realis, siue p̃dicamentalis, siue trãscendens eiusdem ad seipsũ, nã respicientia, & tendentia necessario est ad aliud, alioquin idem dici posset sibi ipsi æqualis, & similis, & quoad hoc nulla prorsus afferri potest disparitas inter relationẽ p̃dicamentalẽ, & transcendentalẽ, vnde negandũ est scientiã diuinã trãscendentaliter referri ad diuinã essentiã, vt eius obiectũ, p̃ferti ĩ sententia nullo modo à parte rei actualiter distinguente attributa ab essentia; Imò nõ solũ hæc cõditio, sed etiã aliæ interdũ inueniuntur in relatione trãscendentali, q̃do est actualis, & nõ aptitudinalis tãtũ, nã visio intuitiua creata dicit trãscendentalem ordinem ad obiectũ actu existens, creatio passiua ad Deũ, & demũ ipsum cõstat de vnione, actione, & passione, quę per aduersarios relationes importãt transcendentales, & intelligi nequeunt sine extremis realibus actu existentibus, ergo ex parte termini hac ratione distĩgui neq̃ũt relatio p̃dicamentalis, & trãscendens adæquatè, quia relationes trãscendentes actuales requirunt terminum realem actu existentem, & si interdum nõ requirũt, hoc eis conuenit, quatenus sunt relationes aptitudinales non transcendentes.

Idcircò Thomistæ alio modo colligunt distĩctionẽ harũ relationũ ex parte termini ĩ hoc nimirũ sensu, q̧ relatio p̃dicamẽtalis respicit terminũ sub rõne termini, nullũ munus exercendo circa ip̃sũ, sed omninò gratis; at trãscendentalis nõ respicit ipsũ omninò gratis, & vt purè terminũ, sed aliq̃d efficiendo circa ipsũ, vel .s. p̃ducendo ipsũ, vel amãdo, vel cogno-

ficẽdo, vel vniẽdo, vel recipiẽdo, vel actuãdo, &c. ex quo fit, vt terminus harũ relationum non purè terminus vocetur, sed obiectũ, subiectũ, prĩcipiũ, vel aliquo alio nomine iuxta diuersitatẽ muneris, ꝙ circa eũ relatio exercet; ita Ianel. 7. Met. q. 1. Cõpl. hìc, Io. de S. Th. Masius, & alij Thomistæ cũ Caiet. c. 7. de ente, & essẽtia q. 15. sequũtur Fonsec. 5. Met. cap. 15. q. 1. sec. 4. Suar. disp. 47. Met. sec. 4. Conimb. hìc q. 1. Amic. q. 1. dub. 3. ar. 2. & alij quãplures. Verũ hoc discrimẽ optimè refellit P. Fab. 5. Met. disp. 20. c. 2. nã dicere, ꝙ relationes trãscẽdentales respiciãt aliud, nõ vt purũ terminũ, est destruere in relationib. transcẽdẽtib. verã rõnẽ relationis, q̃ tñ in ipsis agnoscit, pſertĩ Suar., cũ illas ponat relationes sm̃ esse, Prob. asſũptũ, quia essentia relationis est esse *ad*, ergo distinguere relationes trãscẽdẽtales à pdicamẽtalib. penes aliud, q̃ penès *ad* nõ est distinguere illas, quatenus relationes, sed penès aliquã aliã differentiã extraneã, & accidẽtalẽ. Tũ quia etiã hoc modo possemus ipsas relationes pdicamẽtales inter se distinguere, vt paternitatẽ à similitudine, qa paternitas est ad filiũ, vt est suppositũ viuẽs, similitudo ad albũ, vt singulare naturæ accidẽtalis. Tũ qa discurrẽdo per oẽs relationes trãscẽdentales, patet, ꝙ omne illud, ꝙ respiciũt, vtiq; vt terminũ respiciũt, vt cõstat de creatione, qua in omni sententia creatura Deũ respicit trãscẽdentaliter, & tñ respicit Deũ, vt purè terminũ, qa creatura nullũ munus exercet circa Deum. Tum quia è contra relatio paternitatis in omni sẽtẽtia est pdicamẽtalis, & tñ pater aliquid efficit circa filiũ, cũ illũ producat. Tũ tãdẽ quia illud speciale munus, quod ponitur relatio trãscendens circa suũ terminũ exercere, dici potest aliud reipsa nõ esse, quã ipsũ respicere tali, vel tali modo v. g. in vnione vnũ extremũ alteri cõiungere est vnionẽ respicere illud extremum tali modo. s. coniungendo, in actu repræsẽtare obiectũ est, illud respicere tali modo. s. repræsẽtando, quę diuersitates etiam inueniuntur in relationibus prædicamẽtalibus iuxta diuersitatẽ modorũ, quibus suos respiciunt terminos, similitudo. n. dicitur assimilare, æqualitas adæquare, seruitus subijcere, &c. Atq; idcò benè inquit Arriag. disp. 12. sect. 4. nunquã capere potuisse, quid velint significare Auctores cit. per hoc, quod est respicere, vt purè terminum, & non vt purè terminũ, quia nulla relatio, siue prædicamentalis, siue transcendens ex tali respicientia ponit aliquid in termino, sed solum extrinsecè illum denominant terminum, vnde omnes illum respiciunt, vt purè terminum.

Alij proindè distinguunt has relationes ex parte fũdamenti, ita quod relatio trãscẽdens est illa, quæ ita est de essentia subiecti, vt sit illi adæquatè identificata, & essẽtialiter, vnde etiã prouenit, vt sine illa neq; esse, neq; intelligi possit, v. g. relatio actus ad suũ obiectũ, vnionis ad terminũ, creaturæ ad Deũ, potentiæ ad actus possibiles, &c. prædicamẽtalis verò est illa, q̃ subiecto merè accidit, & ab eo separari potest, vt paternitas à Petro, similitudo ab albo, ita Hurt. disp. 15. Met. sec. 1. Arriag. cit. & Recentiores passim qui omnes cõueniunt in hoc, quod relatio transcendẽtalis sit de essentia fundamenti. Sed hoc quoq; discrimen infringitur ex dicendis q. seq. vbi ex professo ostendemus nullam prorsus relationem, etiã transcendentalẽ, poni posse de essentia absoluti, imò hoc manifestam inuoluere contradictionem.

Alij distinguunt has relationes ex parte vtriusq; nẽpè termini, & fundamenti, & inquiunt prædicamentalẽ illã esse, cuius totũ esse est ad aliud se habere ex 2. definitione tradita ab Arist. c. ad aliquid; trãscendentalẽ verò, cuius totũ esse non est solũ ad aliud, seu non est solũ respectiuũ, sed partim absolutum, partim respectiuũ, vnde non solũ gerit munus referendi, sed etiã munus absolutũ ex parte fundamenti, vt scientia v. g. non tantum refert intellectũ ad scibile, ꝙ est munus relatiuũ, sed etiã illũ qualificat, ꝙ ẽ munus absolutum,

cum. At ẽt q.seq. cõstabit ĩplicare entitatẽ p se vnã, q̃ essẽtialiter partim sit absoluta, & ad se, partĩ relatiua, & ad aliud, qa tũc cõtradictoria verificarentur de ea, q. sm̃ eãdẽ suã rõnẽ formalẽ, qua talis est, esset ad se, & nõ ad se, ad aliud, & nõ ad aliud.

Scotistæ verò alia procedunt via, docent .n. illas relationes esse transcendentales, quę per plura vagantur prędicamẽta, qualis est relatio creaturæ ad Deum, p̃dicamentales verò, quæ speciale constituunt p̃dicamentum, vt paternitas, similitudo, &c. ita Tat. & Fabe. loc. cit. & Lich. 2. d. 1. q. 5. §. *Nunc soluenda*, qui proinde aduertunt nõ oẽm relationem fundamẽto realiter identificatã esse trãscendentalem, neq; ẽ cõtra oẽm trãscendentalẽ esse subiecto realiter eandem, fundantur autẽ in dicto Doct. 2. d. 1. q. 5. in sol. ad 2. princ. vbi ex eo docet creationem esse relationẽ trãscendentẽ, quia cõuenit enti, antequã in genera descendat, & oẽ, q. cõuenit enti in tali prioritate, est trãscendens, & non est alicuius determinati generis, vt ipse prius docuit 1. d. 8. q. 4. N. & O. sequũtur plures exteri, vnde Tolet. hìc q. 1. non vocat relationes trãscendentales, nisi eas, quæ ità sunt communes, vt prædicentur de pluribus prædicamentis, sic etiam loquitur Suar. disp. cit. sect. 3. nu. 10.

Sed sanè, quãuis Doct. loc. cit. & ẽt 1. d. 19. q. 1. C. hoc significatum relationis trãscendentis agnouerit; nõ tñ hoc dixit esse pcisum, & adęquatum significatũ eius; alioquin quãplurimę relationes reb. vnius determinati p̃dicamenti cões, illisq; realiter idẽtificatæ, vt sunt oẽs aptitudines, ac peculiares rerũ inclinationes, quę ad illud p̃dicamẽtum determinatẽ spectãt, in quo res illæ inueniuntur, ab hoc membro excluderentur, & prædicamentales dici deberent, q. tñ falsum est, quia per relationẽ p̃dicamentalem intelligi solet, quæ quartum constituit p̃dicamentum, aut saltim vnum ex alijs sex. Conseq. tenet, quia per hãc diuisionem adęquatè diuiditur relatio realis, itaut quælibet sub altero istorũ membrorum debeat necessariò cõtineri.

Vt igitur relationis transcendentalis adęquatẽ rõnem assignemus in tota sua latitudine inuestigandum est, in quo consistat rõ relationis p̃dicamentalis; hinc .n. facile erit deducere rõnem transcendentalis, quæ illi opponitur; planè Doctor cit. 2. d. 1. q. 5. disertẽ docet esse relationes p̃dicamentales, quæ suis accidunt fundamẽtis, ac proinde ab eis separabiles sunt, ergo ẽ cõtra illæ erunt transcendentes, q̃ eis nõ accidunt, sed sunt idẽ, non quidem essentialiter (qa hoc implicat, vt diximus) sed realiter, siuè istæ sint actuales, siuè aptitudinales, ac proinde sunt ab eis prorsus inseparabiles, ex qua doctrina colligitur ratio, quare relationes prioris ordinis dicãtur p̃dicamentales, trãscendentales verò ordinis posterioris, qa .n. illæ reb. omninò accidunt, accidit .n. huic albo esse illi simile, Petro esse filium, vel patrẽ Pauli, hĩc peculiare genus accidentis cõstituere debent; at quia relationes posterioris ordinis, vt relatio creaturæ ad Deum, materiæ ad formã, trãscẽdunt, & qua si peruadunt ipsã rei entitatem, peculiare genus accidentis nõ cõstituunt, sed p reductionem spectãt ad p̃dicamenta rerum, quib. realiter identificatę ponuntur; quãuis ergo quędã relationes speciali quodã titulo trãscendẽtales dicãtur, quia nimirum enti conueniunt priusquã in decẽ prædic. descendat, & ideò p oĩa illa vagãtur, adhuc tñ & istæ, & oẽs illæ fundamẽtis realiter identificatæ dicuntur trãscendentales ea generali rõne, quatenus per identitatem realem totam trãscendunt, & peruadunt entitatem fundamentorum suorum; itaut generatim loquendo omnis relatio transcendentalis sit realiter idem cum fundamento, & ẽ contra, & rursus omnis prædicamentalis accidat fundamento, & ẽ contra, ita ex nostris assignauit discrimen inter has relationes Mair. 1. d. 19. q. 1. art. 3. & Ioan. de Mag. hìc q. 1. dub. 3. vbi dãnt talem regulã, Omnis relatio, quæ non est realiter distincta à suo fundamento, est ex se

ex se transcendens, quia oĩs relatio, quæ est directè in gñe relationis, vel in aliquo aliorũ sex vltimorũ p̃dic. est accidẽs realiter à suo fundamento distinctum; relatio autem, quæ est eadẽ cum suo fundamento,non est accidens sibi,ergo talis relatio non erit prædicamentalis, quare relinquitur,ꝙ erit transcendens.hæc illi;idẽ sentit Zerb.5.Met.q.17.§. *Propter tertiũ*, & Bassol.1.d.30.q.1:ad 3.prin.

Deinde alia præcipua relationis diuisio tradi solet in relationẽ secũdum esse, & secundum dici, quã manifestè assignauit Arist.c.de ad aliquid,non quidẽ de ipsa relatione ĩ abstracto, sed de relatiuis in cõcreto,& reuera hoc mõ assignari debet tũ qa sic eã Arist.indicauit;tũ quia ex eorũ discrimine patebit hanc diuisionẽ applicari nõ posse relationib. ipsis in abstracto,sed tm̃ in concreto, vt alia sint relatiua secundum esse,alia secundũ dici, quãuis autem oẽs huiusmodi diuisionem recipiant, non tamen omnes eodem modo explicant, & eius membra distinguunt.

Thomistæ cit. putant hanc diuisionem coincidere cum præcedenti, & ideò relatiua secũdũ esse confundunt cũ prædicamentalibus,relatiua secũdũ dici cũ transcendentalibus. Sed immeritò, tum quia frustra assignaretur hæc diuisio, vt distincta ab illa; tũ qa relatiua trãscẽdentia essentialiter dependent à suis terminis,& correlatiuis non minus, q̃ p̃dicamẽtalia, ergo vel magis, vel æquè relatiua sm̃ esse dici debent;tandem si hoc verum esset,ita essentialiter referretur creatura ad Deũ vt ala ad alatum, nam ala, vt ait Arist. in tex.refertur ad alatum secundum dici.

Neoterici quãplures opinantur hanc diuisionẽ coincidere cũ diuisione relationis in realẽ,& rõnis,vnde relatiua secũdũ esse cõfundũt cũ relatiuis realibus,relatiua sm̃ dici cum relatiuis rõnis; à qua explicatione parũ differt alia,q̃ tradunt Fõsec.cit.Vasq.1.p.disp.173.n.13.Conim.hic q.1.& Fabe.cit.ꝙ relatiua secũdũ esse sũt illa, q̃ verè à parte rei ad aliud referũtur, siuè p̃dicamentaliter, siuè trãscendentaliter relatiua verò secundum dici,quæ non verè,sed voce tm̃, & secũdũ loquẽdi modũ referuntur ad aliud, vt ala ad alatũ, ꝙ exẽplũ attulit Arist.Sed neutra explicatio recipi debet, nõ prima; tũ qa frustra assignaretur hæc diuisio,velut distincta à diuisione in realẽ,& rõnis; tum qa relationes rõnis cõputari debẽt inter relationes secundũ esse, nã suo modo non solùm dicuntur,sed ẽt sunt ad aliud;Neq;secunda, qa Arist.inter relatiua secundũ dici quædã enumerat, quæ verè dicũnt relationẽ ad aliud,vt sensum,scientiã;&c.ergo non oĩa relatiua secundum dici talia sunt sm̃ vocem tm̃,neq; hac rõne relatiua sm̃ dici appellantur, sed potius, quia accidentaliter, ac denominatiuè sunt relatiua ad differẽtiã relatiuorũ secũdũ esse, quę sũt relatiua essentialiter,vt mox explicabimus.

Alij explicãt illa esse relatiua secũdum dici, q̃ cũ verè absoluta sint, solum apparentiã habent relatiuorum, vnde non dicuntur relatiua, quia ordinem dicant ad aliud verum, vel fictum, sed potius, quia alia referuntur ad ipsa, ita scibile dr̃ relatiuum ad scientiã, nõ quia ordinẽ aliquẽ habeat ad sciẽtiã, sed quia sciẽtia refertur ad ipsum scibile; relatiua verò secundum esse illa vocant, quæ habẽt relationem ad aliud verã,vel fictã. Sed hæc potius est explicatio alterius diuisionis, quã relatiua diuidi solẽt in mutua,& non mutua,vt illa dicantur, quæ adinuicẽ reciprocè referuntur reali relatione, ista verò non, sed vnũ dicitur ad aliud referri, quatenus illud ad ipsũ refertur, seu terminat relationẽ alterius extremi. Accedit Arist. nõ scibile,sed ipsã scientiã,neq;sensibile,sed sẽsũ inter relatiua connumerari,ergo prædicta explicatio non est ad Arist.mentem,

Melius ergo sic distingnuntur, ac ad Arist.mentem, ꝙ relatiua secundum esse sint illa,quæ sunt essentialiter relatiua,ita vt eorum essentia sit ad aliud se habere; relatiua verò secundũ dici, quæ relatiua sunt accidentaliter tm̃, & denominatiuè,

for-

formaliter verò, & essẽtialiter sunt absoluta; ita exponunt oẽs Scotistæ. hic Io. de Mag. Orbell. Tat. Mair. loc. cit. Bassol. 1. d. 30. q. 1. ar. 2. in fin, qua de causa Doct. q. 26 pdic. hæc vocat æquocè relatiua; & colligitur hoc discrimẽ ex ipso Arist. qui prima definitione cõplectẽs relatiua oĩa sm̃ dici, multa enumerat absoluta partes substantiæ, vt manus, caput, &c. habitũ sẽsũ, sciẽtiã, quæ planè ad alia spectãt pdicamenta, neq; in hoc reponi possunt, nisi denominatiuè, quatenus nẽpè relationes aliquas fũdãt, eo mõ, quo albus Petrus sm̃ albedinẽ denominatiuè ponitur in pdic. qualitatis; at secũda definitione explicãs sola relatiua sm̃ esse enumerat duplum, & dimidiũ, melius, & peius, & alia huiusmodi, quæ planè oĩa sm̃ eorũ essentiã ad aliud referuntur, itaut nihil pter ordinẽ ad aliud de ipsis formaliter acceptis itelligere possimus, sic pater refertur ad filiũ, seruus ad dominũ, qa sub rõne patris aliud intelligere neqmus, nisi ꝙ ad filiũ refertur licèt fũdamẽtaliter, & cõnotatiuè ea rõne, qua accidens cõcretũ est, subiectũ insinuet; & hanc explicationem videtur sequi Tolet. cit. Vnũ tñ circa hoc Doct. aduertit quol. 13. ad 1. prin. & cum eo Tat. hic not. 2. necessarium esse ad relatiuũ sm̃ dici, ꝙ importet absolutum, & relationẽ sub eodem nomine annexã, ꝙ patet in ipso nomine sciẽtiæ, ꝙ impositũ est, nõ solùm ad significandã qualitatẽ intellectui inhærentem, verum ẽt relationem ad obiectum scibile illi annexã, & totum hoc aggregatum significatur per illud nomen, licèt vnũ primariò, & aliud secundariò; idem patet de nomine manus, capitis, & aliarum partiũ substãtiæ, de quibus exẽplificat Arist. quare res omnes absolutæ per nomen absolutum importate relatiua secundum dici nõ erunt, ẽt si actualiter relationẽ aliquã fundarent, sed solum quãdo designantur nomine nõ purè absoluto, sed cõnotante relationẽ ad aliud. De hac diuisione fusè agunt Auers. q. 19. log. sect. 3. Amic. tract. 15. q. 1. dub. 2. vbi alios inutiles modos referunt, qui facilè ex dictis refelluntur

QVÆSTIO SECVNDA.

Qualis, & quanta sit identitas relationum transcendentalium cum rebus.

RElationes trãscendẽtales cũ reb. idẽtificari diximus q. præc. imò ex hoc capite auspicati sumus discrimẽ earum à pdicamentalibus; vt autem magis eluceat assignatum discrimẽ, & ipsa natura relationum transcendentalium, qrimus in psenti qualis, & quanta sit talis identitas; vt .n. ibi innuimus, Thomistæ, ac Neotherici passim supponunt huiusmodi relationes rebus identificari, nõ solùm realiter, sed etiã formaliter, & quidditatiuè, vnde concludunt relationẽ trãscendentalem à fundamento suo nullo prorsus mõ ex natura rei formaliter distingui, sed esse penitus eandẽ entitatẽ absolutam fundamẽti, quę nõ est purè absoluta, sed in ipso intrĩseco cõceptu includit ordinẽ ad aliud, ita ꝙ sine tali ordine essẽtialiter, & qdditatiuè nequeat intelligi, & vltrò fatẽtur in entibus creatis nullũ esse ita absolutũ, qn in sua essentia includat aliquẽ trãscẽdẽtalẽ respectũ, saltẽ quatenus est ens p participationẽ, p se, & essentialiter pendens ab ente p essentiã, q̃uis. n. actualis depẽdẽtia esset relatio ex natura rei à creatura distĩcta, aptitudinalis tñ formalissimè est ipsa creaturæ entitas, addunt etiã in rebus quãplurimis ab alijs in aliquo p se pendẽtibus speciales relationes trãscendẽtales includi, ita inquiunt in rõne potentię ordinẽ ad actũ essẽtialiter imbibi, & in rone actus ordinẽ ad obiectũ, & in rõne partis essentialiter incõpletæ ordinẽ ad aliã cõpartẽ, vt sunt materia, & forma, & sic in multis alijs; & hoc est principiũ metaphysicũ apud ipsos ita cõi calculo receptũ, vt de hoc specialẽ dubitationẽ nõ moueant, sed vbiq; in singulis materijs velut indubitatum accipiant, ita Suar. disp. 47. cit. sect. 3. nu. 12. cum Caiet. loc. iam cit.

Scotistæ verò è contrà, licèt concedant idẽtitatem realẽ harum relationum cum

rebus

reb.cum eorũ Doct.2.d.1.q.5.§. *Ad qõnẽ istã*,& 4.d.12.q.1.F.negant tñ constanter formalem,& essentialẽ eum eodem ibidẽ, & quol.1 1.art.4.& quol.13.art.3, & alibi frequẽter, vnde est principium metaphysicum in nostra schola nullũ prorsus respectum includi in cõceptu quidditatiuo absoluti; & quia hic punctus est quã maximè necessarius in reb.Philos.ac Theologicis, ideò diligẽter est hic examinãdus.

Dicimus 1. relationes trãscendentales rebus realiter identificari. Ita Doct.cit. in 2.hãc cõcedunt oẽs Thomistæ, & quãuis quidã Scotistæ cit.q.præc. quasdã relationes à reb. realiter distinctas vocent transcendentales,eo qa p plura ṕdicam.diuagãtur, qualis est actualis inhærentia accidentis, q̃ cõis est nouem generibus, certũ tñ est in sñia Doct.hanc,& consimiles relationes esse p se determinati generis, & solum denominatiuè cæteris cõuenire,& ita docet ipse de inhærentia accidentis 4. d.12.q.1.§. *Ad qõnẽ* D.& ideò formaliter, & quidditatiuè hæ relationes erunt ṕdicamẽtales, quia p se sunt determinati generis, & solum denominatiuè trãscendẽtales, quatenus denominare possunt res aliorũ generũ,& ideò est qõ de solo noĩe; Nostra ãt cõcl. ṗcedit de relationib. verè, & p se trãscendentalib., & solidè ṗbatur à Doct.in 2.loc.cit. hoc mõ. Oĩs illa relatio est realiter idẽtificata cum fundamẽto, sine quã fundamentum esse implicat ab intrinseco; sed nulla res, ẽt de potentia Dei absoluta,esse põt sine ordine, quẽ dicit trãscendẽtaliter ad aliã, vt creatura sine relatione dependentię ad Deũ;accidẽs sine dependentia aptitudinali ad substantiã,materia sine ordine ad formã,& sic de alijs,ergo &c.minor patet ex differentia, quam præced. qõ. assignauimus inter relationes trãscendentales,& prædicamentales, hæc .n. rebus accidunt, & possunt adesse, & abesse ṗter earũ corruptionẽ,vt patet de similitudine, paternitate, &c. at trãscendentales minimè,sed cũ ipsa re incipiunt,& desinunt; Maior prob. à Sc. qa intrĩseca impossibilitas separationis duorũ ex triplici capite ṗcedere põt, vel qa sũt simul natura,vt est de duob. relatiuis, vel quia vnũ est prius; à quo essentialiter dependet posterius, rõne cuius dependẽtiæ nequit esse,sine eo,vt est de toto physico,ac eius partibus,vel qa sunt idem realiter,vnde postea infert in eodẽ 2.d.2.q.2. §. *Contra istud* illud, ꝙ si esset distĩctũ ab aliquo, esset posterius eò naturaliter, necessariò esse idẽ illi, si impossibile est illud aliud esse sine isto, & ꝙ nihil realiter distĩctũ ab alio,sine quo neq̃ esse sine contradictione est prius eo, sed est posterius naturaliter, vel simul natura cum eo; sed fundamẽtũ necessariò est prius natura ipsa relatione fundata,ergo si fundamentũ non potest esse sine tali relatione, & hoc implicat ab intrinseco, id erit vtique ob identitatem realem cum ea,qa nunquam implicat ab intrinseco prius separari à posteriori, nisi ob identitatem realem, vt constat de subiecto, & propria passione.

Consultò autẽ in illa maiori addimus *ab intrinseco*, quia si talis inseparabilitas solũ ab extrĩseco ṗcedit, non infert realẽ identitatẽ inter ea, q̃ sic inseparabilia dicuntur,ita monet Doct.loc.cit.2.d.1.q.5. N.vbi affert exẽplũ de Cælo,ꝙ sm̃ Philos. implicat esse sine motu, nec ob id seq̃tur realis identitas inter illa,quia talis impossibilitas nõ ṗuenit ab intrĩseco, & ex natura ipsius Cæli,sed à causa extrĩseca.i.ab intelligẽtia necessariò Cælũ mouente; est ẽt exẽplũ de partib. vnitis, q̃ sunt priores toto,nec possunt esse sine eo,& tñ distinguuntur realiter ab eo ex Doct.3.d.2.q.2. quia talis impossibilitas nõ ṗuenit ex absoluta eãrũ entitate,sed ab aliquo extrĩseco, nẽpè ex earũ vnione, q̃ illis accidit, & qua supposita nequeunt,nõ causare totũ, cum sint causæ intrinsecæ, vt notat Lich. 2. d.12. q.2. põt ẽt afferri exẽplum de veritate oppositionum necessarium,& contingentium,nam contingentes nequeunt esse sine illa, supposito Dei decreto, nec proinde identificatur cum illis, quia talis

inse-

inseparabilitas prouenit ab extrinseco .s. ex Dei decreto,& e cõtra in necessarijs veritas est illis realiter idẽtificata,qa nequeũt esse sine illa ex earum natura, & ab intrĩseco. In proposito autem incõpossibilitas essendi creaturã absq; depẽdentia ad Deũ est ex rõne intrĩseca eius,sic etiã incõpossibilitas essendi accidẽs sine depẽdẽtia ad subiectum, & iõ hę,similesq; aliæ relationes realiter fundamentis identificantur.

Hic tñ aduertendum est,illã Sco.maximã pro maiori assumptã in argumento à Scotist.cõiter sic vsurpari, *Omnis relatio, cuius fundamento repugnat esse sine termino,est identificata realiter cũ eo*, quo sẽsu prolata graues pat'tur instãtias, primò .n. falsa videtur de oĩ respectu aptitudinali, quia fundamentum cuiuscunq; talis põt existere sine actuali existentia termini,vt homo sine risu, & tñ risibilitas est cũ homine realiter eadẽ, & quilibet talis respectus cũ suo fundamẽto; Deinde humanitas à Verbo assumpta nõ põt esse in rerũ natura,qn ẽt Verbum existat, & tñ vnio hypostatica non est ei realiter identificata, quas instantias Vallo soluere nititur tract. formal.in explic. diuisionis entis in dependens,& independens;sed melius est propositionẽ assumere,vt ponitur à Doct. loc.cit.in 2.& 3.d.1.q.1.K. & 4.d.12.q.1. I.& alibi, ꝙ nempè relatio oĩs est eadem fundamento,sine qua fundamentum implicat esse ab intrinseco,itaut impossibilitas separationis à fundamẽto sit ipsius relationis, sic.n.assumpta cessat oĩs dubitatio,vt rectè notat Gadius noster quol.19.

Contrà hanc cõcl. obijcies, hinc sequi omnia entia mundi esse relatiua,ꝙ veluti maximum inconueniens intulit Arist. 4. Met.contra asserentes oẽs rerum veritates esse apparẽtes.Prob.seq.quia oĩa entia dicunt dependentiã ad Deum. Tum 2.ex Aug.5.de Trin.c.5.in creaturis, quicquid non secundum substantiã dr̃, restat vt sm̃ accidẽs dicatur,& infra c.16.apertè docet relationẽ oẽm in creaturis esse accidens, dũ ait,illa esse accidentia relatiua, quę cũ aliqua mutatione rerum, de quib. dicuntur,accidunt,ex quo deducit ẽt relationẽ creaturæ ad Deum esse accidens,ꝙ ẽt expressius docet in fine c. Tum 3. hmõi relationes spectant ad p̃dicamentum relationis,ergo accidunt reb. Prob.assumptũ, qa relationes istæ sunt relationẽs secundum esse, ex quib. p̃dicamentum relationis cõstituitur, & oĩnò competit secunda relatiuorum definitio tradita ab Aristot. quia eorum esse est ad aliud essentialiter se habere. Tum 4. relatio transcendentalis essentialiter pendet ab extremis, ergo realiter à fundamento distinguitur, quia dependentia essentialis semper infert distinctionem realem inter dependens, & terminum dependentiæ.

Resp. Doct. inconueniens esse ponere oĩa ad aliquid formaliter,& quidditatiuè, vt asserebat opinio ibi ab Arist.reiecta, nõ tñ realiter,& identicè. Ad 2.concedit relationes in creaturis esse accidentia,si sũt ad illa,ad quæ essentialiter nõ dependent, at si sunt ad illa, accidentia non sunt, nisi sumendo accidens pro extraneo à quidditate rei, & in hoc sensu ait Aug. sumere accidens,cum relationẽ creaturæ ad Deũ vocat accidens,ꝙ etiã dicit esse mutabile, nõ tñ manẽte fundamẽto, sed p mutationẽ etiã ipsius fundamenti.Ad 3.neg.assũptum,ordo.n. essentialis rerũ ad suos terminos ponitur p reductionem in p̃dicam. ipsarum rerum;ad prob.dicimus,nõ quascunq;relationes secundũ esse constituere p̃dicam. relationis, & ibi definiri, sed illas tm̃,q̃ reb. accidunt,quales non sunt transcendentales. Ad 4.relatio transcendentalis dicitur essentialiter pendere à fundamento, eo modo, quo passio dicitur pendere à subiecto,quatenus nẽpe est sibi cõsubstãtialis,& realiter idẽtificata, propriè tñ dici nequit essentialiter depẽdere, quia non est ab eo realiter, & physicè causata.

Dicimus 2. relationem transcendentalem formaliter distingui à fundamento suo absoluto, itaut nõ intrat cõceptum formalem,& quidditatiuum eius;ita Doctor

ctor loc.cit. pſertim in 2.quæ ſeq.Smiglec. diſp.10.q.8.log.ꝙ.probat tum auctoritate allata Ariſt.4. Met.vbi contra Heraclit. & Cratill. cõtendentes veritates rerum eſſe apparentes infert,vt abſurdũ,ꝙ oĩa eſſent ad aliquid, nõ incõuenit autẽ oĩa eſſe ad aliquid identicè,& realiter, vt modò probatũ eſt. ergo formaliter, & quidditatiuè, ait Doct.Tum auctorit.Aug.7. de Trin.c. 2.dum ait,oẽ,ꝙ relatiuè dicitur,eſſe aliqd excepto relatiuo, ergo fundamentum relationis eſt aliqua entitas formaliter non includens illã relationẽ, quã fundat, atq; ideò cũ primum,& pĩcipale fundamentũ relationis ſit aliquid abſolutum,hoc vtiq; formaliter nõ includet relationẽ fundatã; Tum quia id apparet in relationib. diuinis,vbi eſt maxima identitas in fundamẽto,& tñ fundamentum nõ eſt formaliter relatio, quia tunc nõ eſſet pfectio formaliter infinita. Tum quia tunc in definitionis hõis,equi,lapidis,&c.poni deberet relatio dependentię ad Deum, qa definitio qdditatiua cõtinet qcquid eſt de eſſentiã definiti,& ſine quo definitum nequit qdditatiuè intelligi. Tum tãdem rõne à priori,qua paſſim vtũtur Scotiſtæ,realitas relationis nõ includit formaliter realitatem abſoluti,nẽq;ẽ cõtra,ergo neceſſariò ſimpliciter entitas abſoluta formaliter diſtinguitur à relatiua.Prob.aſſumptum, quia entitas abſoluta, vt ſic eſt formaliter ad ſe, relatiua vt ſic eſt formaliter ad aliud, ergo vna nõ includitur in cõceptu formali,& pciſo alterius,alioqn eadẽ oĩnò entitas p eundẽ formaliſſimè cõceptum eſſet ſimul ad ſe,& nõ ad ſe,ad aliud,& non ad aliud,ꝙ implicat.Prob.ſeq.qa ea rõne,qua eſt ad ſe,nõ eſt ad aliud,& ea rõne, qua eſt ad aliud,nõ eſt ad ſe.Reſp.arg.probare ſolũ de reſpectu pdicamentali, ꝙ non ſit de cõceptu abſoluti, nõ aũt de tranſcendentali. Contrà, argumẽtum quãtum ad hoc æquè probat de vtroq; & oſtendit, ꝙ talis res in ſuo p ſe cõceptu cõtradictoria clauderet, ex eo .n. ꝙ eſt res abſoluta, eſt formaliter,& quidditatiuè ad ſe nõ ad aliud, & ex eo, ꝙ formaliter ĩcludit reſpectum, eſt formaliter ad aliud, nõ ad ſe, ergo ſm eundẽ cõceptũ formalẽ,qui ei cõueniret, inqtũ tale ens,eſſet ad ſe, & non ad ſe, ad aliud,& non ad aliud; & ſanè parũ refert ad cõtradictionẽ euitandã, ꝙ ſit ad aliud pdicamentaliter,vel trãſcendẽtaliter,quia vtraq;relatio eſſentialiter eſt habitudo ad aliud,& ſolũ in hoc differunt,ꝙ vna accidit merè ſuo fundamento, nõ altera; tum qa vt benè arguit Baſſ.2.d.12.q.1.§.*Cõtra tertiũ modũ*, abſolutum, & reſpectiuũ diuidunt totã latitudinem entis,antequã in pdicamenta deſcendat, ergo pſcindendò etiam à reſpectu prædicamentali, reſpectiuum nequit coincidere cum abſoluto quantum ad conceptus quidditatiuos.

Reſp. nullam ſequi contradictionem, ꝙ eadem res ſit ſimul abſoluta, & relatiua tranſcendentaliter, quia in eã re hmõi rõnes ad ſe, & ad aliud ſunt diſtinctæ ab inuicem, eſtò ſint ambæ de integro conceptu illius rei;& ideò nõ ſm eandẽ rõnẽ, ſed diuerſas dicitur res illa ſimul,& ſemel relatiua,& abſoluta. Contra,q̃uis ponantur formalitates diſtinctæ, ponuntur tñ vnum p ſe conceptũ integrale illius rei, quatenus talis eſt de iſto igr̃ vno p ſe cõceptu, quem conſtituunt,quæritur, an ſit formaliter relatiuus, vel abſolutus, vel vtrumq; & ſi tertium dicant, ecce ſtatim implicantiã.nã licèt ſingulæ illæ formalitates partiales ſint diſtinctæ, tñ cõbinatæ ponuntur efficere vnum p ſe conceptum ſimul relatiuũ,& abſolutũ; Neq; iuuat cũ quibuſdã recurrere ad conceptus diuerſos inadæquatos; quia hic loquimur de conceptu adæquato illius rei abſolutæ, q̃ ponitur eſſentialiter imbibere trãſcendentalem reſpectũ,& illã adæquatè conſtituit in tali ſpecie, & quęrimus, an ſit abſolutus, vel relatiuus, vel ſimul vterq; & hoc vltimum impugnamus,velut conceptum oĩnò implicatorium, quia quælibet res eſt in vna dumtaxat ſpecie athoma per vnicam, & vltimã differentiã ſpecificam, ergo ſicut nulla res conſtare põt

ex pluribus realitatib. ſpecificis, à quibus pdicata contradictoria ſumantur, ita nequeunt duo conceptus partiales illis correſpondentes integrare vnum totalem ſpecificum, ita quod eadem res ſm ſuam rõnem ſpecificam, quæ vnica eſt, ſit ad ſe, & non ad ſe, ad aliud, & non ad aliud.

Reſp. aliqui, q relatio tranſcendẽs non opponitur eſſe abſoluto, ſed tñ eſſe intrãſcendenti, atq; idò bene poſſe eius formalitatẽ ingredi conceptũ entis abſoluti abſq; contradictione, & ſolũ ab eo excludi relationem pdicam., quia hæc ſola opponitur enti abſoluto, qa eſt purus reſpectus. Cõtra, quia relatio trãſcendens duo dicit, & rõnẽ formalẽ relationis, & ipſam tranſcẽdentiã, q̃uis igitur rõne trãſcendentię opponatur eſſe intranſcendenti, tñ rõne relationis opponitur ẽt eſſe abſoluto; & falſum eſt relationem pdicamentalem, quatenus prædicamentalis, opponi eſſe abſoluto, quia vt ſic opponitur eſſe trãſcendẽti, opponitur verò eſſe abſoluto, quatenus relatio, in qua cõi rõne conuenit cum relatione tranſcendenti, & ideò quãtum ad hoc ſemper currit eadem paritas de vtraque, vide diſp, 2. phyſ. q. 5. ar. 5.

In oppoſ. obijc. 1. inueniuntur res quædã ex propria conditione ita impfectæ, vt earũ eſſentia intrinſecã dicat pportionẽ cũ alijs, ad q̃ ex natura ſua ordinãtur, ſic accidẽtia referuntur ad ſubſtãtiã habitus, & potentia ad obiectũ, ad q ita referuntur, vt illorũ eſſentia, & diſtinctio oĩnò intelligi nequeat, nec quidẽ à Deo, & Angelis, niſi p ordinẽ ad illa, licèt ergo actus ad eſſentiã potẽtiæ non ptineat, nec obiectũ ad eſſentiã actus, cũ ſint res prorſus inter ſe diuerſæ; tñ ordo ad illa neceſſariò, & eſſẽtialiter imbibitur in eis. Confir. nõ põt, nec quidẽ à Deo, cõcipi actus vitalis, vt à nõ vitali diſtinguitur, niſi cũ ordine intrĩſeco ad prĩcipiũ vitale, ergo talis ordo ptinet oĩnò ad cõceptũ quidditatiuũ. Rurſus accidens realiter, & eſſentialiter eſt ens aptũ inhærere ſubſtãtiæ, ergo dicit ordinem intrinſecũ ad ſubſtãtiã, & quidditatiuè nequit concipi, & explicari, niſi p talẽ ordinem, q conſtat ex ipſo nomine accidentis, nã accidẽs eſt vtiq; alicuius accidens, & q accidit, alicui accidit, qua de cauſa accidens dicitur entis ens 7. Meth. c. 1. Demũ ſi entitas creaturæ formaliter diſtinguitur à relatione dependentiæ, nec in eius eſſentia includitur, quęritur, ſi vt ſic eſt à Deo dependens, vel independens, non ſecundum, ergo primum.

Reſp. neg. aſſumptũ, ad prob. dicimus, nõ ideò accidẽs definiri p ſubiectũ potentiã p actũ, & actũ p obiectum, quia hi termini, vel habitudines ad ipſos ſint de eſſentia illarũ rerũ, & ad conceptũ quidditatiuũ earũ ptineant, quia tunc magis dependentia eſſentialis creaturæ ad Deũ in definitione cuiuſcunq; entis creati poni deberet, cũ hæc nõ ſit habitudo minus eſſentialis alijs, vt docet Doct. in 4. d. 12. q. 1. L. ſed rõ eſt, quia hæc, & alia huiuſmodi ob impfectã eorũ entitatẽ nõ habent pfectũ conceptũ qdditatiuũ, & quietatiuũ, niſi addatur illud, ad q ordinatur, ſic forma q̃libet, nedum accidentalis, ſed ẽt ſubſtãtialis, pfectè non exprimitur, & quietatiuè, niſi inſinuetur ſubiectũ, cuius ẽ forma; vt notat Doct. ibidẽ; põt igr accidens cõcipi, & definiri ſine ordine ad ſubiectũ, ſed hic non erit conceptus rei quidetatiuus, ſed tñ quidditatiuus, p quẽ perfectè Deus, & fortè ẽt Angeli attingũt quidditatẽ accidẽtis abſoluti. Ob eãdẽ rõnẽ, vel potius ob aſſignatã à Sc. quol. 13. ad 1. prin. potentia neq; pfectè cõcipi, niſi p ordinẽ ad actum, & actus, ſeu operatio p ordinẽ ad obiectũ, q. a. ſ. cõiter voces ĩpoſitę ad ſignificandũ operationes ĩportãt relationẽ abſoluto annexã, quare ſemp oportet cointelligere obiectũ in rõne termini, vndè ſi vox pcisè imponeretur ad ſignificandã entitatẽ abſolutã, q̃ eſt in operatione, & p ſe in gñe qualitatis ſignificatũ illius vocis poſſet intelligi nõ cointelligendo obiectũ in rõne termini. Hinc Doct. quol. eod. ſub Hĩ. & 2. d. 24. q. 1. in ſol. 2. arg. ait auctoritatem Ariſtot. 2. de Anim. 33. *potentia diſtin-*

[...]ngũntur per actus, & actus per obiecta, debere intelligi extrinsecè, & manifestatiuè, obiectorum.n. distinctio manifestior est nobis distinctione actuum, & distictio actuum distinctione potentiarum, non autē intrinsecè, & essentialiter, quia sic proprijs differentijs abinuicem secernuntur, quas vtiq; attingunt Deus, & angeli.

Ad conf. neg. assumpt., sicut.n. ad habēdum cōceptum quidditatiuum accidentis necessaria nō est, immò imptinens inhærentia aptitudinalis, sed sufficit attingere radicē talis aptitudinis, sic in proposito ad cōceptum quidditatiuum actus vitalis nō est necessarius talis ordo, nec actualis, nec aptitudinalis, sed sufficit attingere differētiā absolutā exigitiuam talis ordinis, & ità vniuersaliter dicendum est de quocunq; absoluto dicēte ordinē trāscendētalē ad aliud, quad eius cōceptū qdditatiuū spectat, nō ordo ille, sed rō absoluta postulās illum quomodo solent explicari oĩpotentia Dei à Theologis, & alia attributa ad extra; nō .n. dicēdum est has pfectiones in Deo includere relationes transcendentales ad creaturas, vt aliqui pperam arbitrãtur, qa eadē ratio, quæ excludit à Deo relationes prædicamentales ad creaturas, excludit etiam transcendentales, vt infra dicemus.

Ad aliā accidens pōt sumi dupliciter, vt notat Doct. cit. in 4. §. *Ad qōnē*, vel formaliter, & pro p se significato nēpè pro ipsamet accidentalitate, & inhęrentia accidētis, aut materialiter, & pro denominato ab ista v.g. pro albedine, primo modo vtique est quid relatiuum essentialiter, quia est ipsamet relatio accidentalitatis, ac inhærētiæ, & de accidēte in hoc sensu procedit argumentū, nō autē si accipiatur secundo modo. Dicitur autē accidens esse ens, quia entis 7. Met. non ꝙ ly *quia* notet causalitatē formalē, quasi formalis rō entitatis in accidente sit inhærere tali enti.i. substātię vniuersaliter.n. causatum à quacunq; causa in quocunq; genere causæ est illud, ꝙ est, quia taliter entis .i. talis causę in tali genere, & ordine causandi, nec tñ ista habitudo ad quācunq; causā est formale, vel essentiale in causato, quia tunc nullum causatum esset formaliter absolutū, ita exponit Doct. loc. cit. sub G. Ad vlt. entitas creaturę absoluta pcisè, & secundum se cōsiderata, neq; est depēdens, neq; independens formaliter, sed ē depēdens fundāmentaliter, quia ipsi debetur formalis dependentia, sicut homo formaliter, nec est risibilis, nec nō risibilis in primo modo dicendi p se, sed tantùm radicaliter, quatenus in secūdo signo ei debetur risibilitas.

QVÆSTIO TERTIA.

An relatio prædicam. sit accidens extremis eius superadditum, & ab eis re ipsa condistinctum.

FAtētur oēs, vno, vel altero discrepāte, relationes transcendentales esse veras, & reales formas in rerum natura existētes modo pcedēti q. enarrato, at ingēs est cōtrouersia de relationib. pdicamentalibus, an sint formæ reales accidētales rebus ipsis supadditæ, & ab eis realiter, vel saltim modaliter distinctæ, nam pro parte negatiua adsunt rōnes tanti momenti, vt ab Auctoribus huius sententiæ insolubiles reputētur, & quidē estò nos eas non censeamus insolubiles, fatemur nihilominus magnā p se ferre apparentiā, & fortè maiorem, quàm rōnes pro parte affirmatiua.

Tres itaq; famosæ extāt de hac re opin. duæ extremę, & vna media, prima absolutè negat relationes pdicam. esse veras, ac reales formas accidentales, sed asserit esse tm̃ denominationes extrinsecas desumptas ex collectione, seù cōbinatione rerum, itaut relatio pdicam. aliud non sit, quàm cōcomitātia, & coexistentia duorū extremorum similitudo v.g. duorum alborum cōbinatio, æqualitas duarum quātitatum palmarium, vel bipalmarium, vel alterius certæ mensuræ coexistētia; dissimilitudo verò albi, & nigri cōbinatio, inæqualitas quātitatis palmaris, & bipalmaris coexistētia, & sic de alijs; ita Nominales passim 1. d. 28. 29. & 30. Ocham, Gregor. Gabr. Marsil.

Marsil. Aureol. Maior. Adam. Heruæus, quos sequũtur Recentiores nõnulli, q. ob nauseã, quã illis afferunt sententiæ Arist. D.Th. & Scoti toties in Scholis decãtatę, libenter in Nominalismũ iunctis pedib. ruunt, vndè in logica negãt relationes, in Philosophia indiuisibilia, in Metaph. pcisiones obiectiuas, & naturas cõmunes, quibus principijs negatis planè euertũtur pfatæ scientiæ, pserti vt sunt ab Arist. traditæ, & institutæ, & SS. Patribus; negant igitur cũ Nominal. relationes pdicamentales Hurt. disp. 15. Met. sect. 2. & 3. eius latero Arriag. disp. 12. log. sect. 5. & seq. Auers. q. 25. Phys. sect. 1. & 2. & alij, quib. si obiicias in hac opinione auferri vnũ pdicamentũ, resp. nos irridendo nõ ob hoc auferri ab Ecclesia vnũ Sacramẽtum, aut Decalogi præceptũ; in quã sent. lapsus est Vulpes p.p. to. 3. disp. 58. ar. 9. n. 15. vbi solum prædicamenta absoluta admittit esse entia realia formaliter, alia identicè tantum, vndè septem demit prædicamenta.

Secunda opinio extrema affirmat relationẽ prædicamẽtalẽ esse verã formã accidẽtalẽ rebus superadditã, & ab eis reipsa distinctã, siue talis distĩctio realis vocetur, siuè solũ modalis, eò quia relatio non sit ppriè res, sed modus rei; Hæc est snĩa cõis in schola Peripathetica, nã Arist. hìc in logica, & rursus 5. Met. statuit verũ, & reale pdicamentũ relationis, q vtiq; neqt ex sola denominatione extrinseca constitui, vt dicemus q. vlt. immò non solum in schola Peripat. sed etiã Platonica, quã ppetuò secuti sunt oẽs Aris. Interptes, tam Arabes, quam Græci, & Latini, vt testatur Suar. dis. 47. Met. sect. 1. n. 10. & tota Realiũ Schola Thomistarũ, & Scotistarum, id namq; ex professo docuerunt angelicus Doctor p.p. q. 13. ar. 7. & q. 28. ar. 1. & q. 7. de potent. ar. 9. ac alibi sæpè, & Subtilis 2. d. 1. q. 5. & 3. d. 1. q. 1. & 4. d. 12. q. 1. & quol. 11. & alibi frequẽter, adeò quod sola tot, ac tantorũ auctoritas virorum hanc sententiã reddit opposita valdè probabiliorẽ.

Tertia demum opinio media, concedit quidẽ relationes pdicamẽtales esse veras formas accidentales rebus insidentes, negat tñ esse aliquo mõ actu à parte rei distinctas ab eis, sed tãtũ fundamentaliter, ac ratione ratiocinata, formaliter verò, & actualiter solũ distingui per intellectum; ità Henric. quol. 9. q. 3. Alens. 5. Met. circà tex. 20. Baccon. 1. d. 28. q. 1. art. 4. dub. 3. Soncin. 5. Met. q. 28. quã opinionẽ ex integro postea cũ aliis nonnullis amplexus est Suar. disp. cit. sec. 2. vbi vult relationẽ adæquatè identificari cũ fũdamento, exigere tñ terminũ, non vt partẽ formalẽ relationis, sed vt quid cõnotatũ in obliquo, vndè cõcludit relationẽ esse formã absolutã, nõ absolutè sũptã, sed vt respicientẽ aliã, quã opinionẽ tribuit Nominalibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Relatio prædicam. est accidens ab extremis reipsa condistinctum.

Vt hæc veritas facilius deducatur, prius vtramq; sententiam à nostro asserto recedentem impugnabimus, & postea nostram statuemus.

Dicimus 1. q relatio pdicã. non est sola duorũ extremorum concomitantia, vel cõbinatio. Cõclusio statuitur cõtra primã opin. & prob. primò, quia ex hac opin. tollitur prædicamẽtũ relationis, q certè cõstitui nequit in mera denominatione extrĩseca, vt postea dicemus, & oẽs relationes ponũtur mutuæ, q planè totã euertit peripatheticã doctrinã; Hęc omnia gratis cõcedunt Aduersarii parum curantes de euersione prædicamenti relationis dicẽtes, non ob id tolli aliq sacramentum ab Ecclesia, aut præceptũ à decalogo. Sed sanè negãdo relationes reales, aut omninò tollunt, aut valdè labefactant mysterium SS. Triadis, vt hìc vrget Io. de Mag. quod est maximum Sacramẽtũ in fide nostra. At inquiunt has negare in creatis, non in diuinis. Contra, si relationes in diuinis sunt reales, & non tantum extrema coexistentia, ergo etiam in creatis, conseq. patet, quia omnia attributa Deo, & creaturis cõmunia, si in Deo sunt realia, etiã

in creaturis, vt cõstat de rõne substantiæ, sapientiæ, &c. hoc solũ interest, ꝙ in Deo ob sũmã simplicitatẽ diuinã cum diuina substãtia identificãtur, nõ sic in creaturis. Resp. imò ex hoc capite nos non benè ex diuinis relationib. deducere creatas accidentales, quia illę sunt substãtiales, & trãscendẽtales. Contra, quia hæc sunt pdicata cõia Deo, & creaturis, ergo sicut sciẽtis, q̃ in Deo ponitur substãtia, ĩ creaturis ponitur accidens, quia scientia in cõi abstrahit à sciẽtia increata, q̃ est substãtia in Deo, & à scientia creata, q̃ est accidens in creaturis, sic pariter de relatione dicendũ erit, nec poterit negari paritas, nisi negãdo relationẽ in creatis dicere accidens à rebus cõdistinctũ, q̃ sanè esset manifesta petitio principij, id.n.est, ꝙ pbare contẽdimus p assumptã paritatẽ de attributis cõibus Deo, & creaturis. Sed mittamus hãc rõnẽ ex diuinis relationib. deductã, quia merè Theologica est, nõ.n.data opa eã adduximus, sed solum vt præfatos Auctores conuinceremus, qui Theologi sũt, & Arist. auctoritatem aspernantur, quos etiam credimus facilè negaturos relationes quoque diuinas, nisi fides obuiaret.

Iam igitur accingimur ad rõnẽ naturalẽ, q̃ funditus hãc euellit opin.; dantur in creaturis denominationes purè relatiuæ, ergo dãtur purè relationes, q̃ sũt prædicamentales. Conseq. patet, quia effectus formalis non est, nisi forma ipsa à subiecto participata; assumptũ posset pbari cũ Sc. cit. 2.d.1.q.5. ex denominationib. fundatis in actione, & passione, in vnione, psẽtia, & alijs sex pdicamẽtis, quia importãt puras relationes, vt q.vl. huius disp. & fusius in Phys. probamus; tñ quia Aduersarij has negãt esse relationes pdicã., sed aiunt esse trãscendentales importãtes absolutum cũ respectu, ideò ad probationem assumpti inducemus denominationes similis, & dissimilis, æqualis, & inæqualis, & alias huiusmodi fundatas super vnum, & multa ex 5. Met. 19. has.n. concedunt esse denominationes relatiuas purè prædicamẽtales; si ergo dãtur istæ denominationes reales, vtiq; & formæ reales relatiuæ dari debebunt, à quibus desumantur. Nec iuuat dicere has esse puras denominationes extrinsecas. Nam cum omnis extrinseca denominatio realis ex forma aliqua reali existente in aliquo subiecto semper desumatur, vt constat de esse viso, & cognito in obiecto, planè huiusmodi relatiuæ denominationes extrinsecæ à forma alicui subiecto intrinseca sumi debebunt, & hæc vtiq; debebit esse forma relatiua, si.n. absoluta foret, vtiq; denominationẽ relatiuã dare nõ posset, quia denominatio formæ denominanti pportionari debet.

Resp. denominationẽ relatiuã vtiq; ab vna forma absoluta deriuari nõ posse, benè tñ à pluribus, vnde denominatio similis sumitur à duob. albis simul coexistẽtib. hinc ait Hurt. cit. §.39. relationẽ pdicam. esse duos conceptus absolutos, qui eò q a nõ ab vna re sola, sed à duab. simul existẽtibus desumũtur, ppterea simile dicitur ad aliud, albũ verò ad se, quia sumitur ab vna albedine sola. Et subdit Arriag. n.41. non esse denomina. prsus extrinsecã, sed partĩ ĩtrĩsecã, quatenus dicit ipsũ fũdamẽtũ, partĩ extrĩsecã, quaten' dicit terminũ.

Hæc tñ respõsio efficaciter reijcitur, q a similitudo nõ dicit pcisè cõceptus duarũ albedinũ, sed aliquid amplius .s. habitudinẽ illarũ, quæ explicatur p *sicut*, ergo &c. prob. assumptum; Tum quia per hãc copulatiuã Petrus est albus, & Paulus est albus, vtiq; explicatur coexistentia duorũ alborum, nõ tñ adhuc explicatur eorum similitudo, quia Petrum, & Paulum esse similes, nõ tãtum dicit Petrum esse albũ, & Paulum esse album, sed Petrum esse album, sicut Paulus, vnde pter hanc, & illã albedinẽ dicit etiã comparationem vnius ad aliam ex natura rei, & non tãtum per opus intellectus. Tum quia ex hac copulatiua Petrus est albus, & Paulus est albus absq; petitione principij benè deducitur hoc cõsequens, *ergo sunt similes*, non ergo similitudo est formaliter, & præcisè coexi-

coexistentia albedinū Petri, & Pauli, alioqui peteretur pricipiū, & ℘baretur idē p idē. Tū quia albedo Petri, & albedo Pauli coexistētes sm̄ suos conceptus absolutos aliud nō efficiūt, q̄ binariū albedinū, nec denomināt illas albedines, nisi esse duas, vt.n. vna albedo vnū facit albū, sic duę albedines duo alba, q̄ denominatio est absoluta spectās ad p̄dicamētū quātitatis, nō verò relatiua. Tum tādem quia explicare tenētur, q̄uō hoc albū, & illud albū extrema dicātur, cur hoc dicatur fundamentū, & illud terminus, nō.n. rectè dici possunt extrema, nisi detur quid veluti mediū inter ea, cuius dicātur extrema, hac.n. rōne materia, & forma in composito dicuntur extrema vnionis; neq; etiā hoc extremū benè diceretur fundamentum relationis, neq, illud terminus, si relatio dicit solum duos cōceptus absolutos, nō.n. vnus conceptus absolutus dici pōt terminus alterius cōceptus absoluti; neq; sufficit recurrere ad habitudinē rōnis; qa tūc nō saluatur denominationē relatiuā esse realem.

Auers. cit. sec. 2. vt saluet in cōcomitantia extremorū absolutorum denominationē verè relatiuā, ait, illā cōcomitātiam nō ita debere explicari, vt dicat vtrūq; extremum in recto, & æq; primò, sicut aiebat Hur. sed ita vt primariò, & directè dicat vnum, nēpè fundamentum, secundariò, & in obliquo dicat, seu cōnotet aliud .s. terminum, sic.n. inquit explicari benè denominationem relatiuā. Sed non ob id euadit Auersa ℘positas difficultates; Tū quia etiā hoc modo explicādo cōbinationem absolutorū, nō vna res relatiua erit relatio, sed duæ absolutæ vna in recto, altera ī obliquo, imò cum nō magis *esse in*, q̄ *esse ad*, sit de conceptu relationis, malè ponitur terminus esse cōnotatum, & fūdamentum solum principale significatū, vnde iuxta hāc viā melius loquuntur, qui tenent vtrumq; æquè primò p relationē importari. Tum quia licèt ponendo terminum in obliquo videatur exprimi conceptus relatiuus, & cōparatio fundamenti ad terminū, re tū vera nihil tale exprimitur, qa ētsi dicamus hoc albūest simile illi, tū in snia istorū hoc tātū importat, q̄tū si diceremus, hoc est albū, & illud est albū, vel hæc sunt duo alba, ꝙ si aliquid reale amplius exprimitur vltra hos duos conceptus absolutos, sanè nil aliud erit, nisi verus ordo, ac realis cōparatio vnius ad aliud. Tū tandē, quia quocunq; modo explicetur relatio per concomitantiam, vel cōbinationē duorum extremorum, malè definirētur relatiua ex Aris. esse, quæ hoc ipsū, q̄ sunt, ad aliud sūt, potius.n. definiri deberent ad aliquid esse illa, quorū esse est cū alio esse, cū relatio secundum istos nō sit habitudo vnius ad aliud, sed coexistētia potius, vel cōbinatio vnius cū alio.

Deniq; prob. concl. rōne Mair. 1. d. 39. q. 2. qua etiā vtitur Zerbius 5. Met. q. 17. quicquid est in duab. albedinib. simul existentibus totū est in duabus succedentib. sibi inuicē, ergo si similitudo nō dicit aliquid reale supra entitates absolutas illarum, ita similis erit vna albedo existens alteri futuræ, sicut alteri eodē tēpore existenti, ꝙ tū cōmuniter negatur, etiam ab Aduersarijs, qui ad relatiuē p̄dicam. etiā vt ab eis cōceditur, requirunt terminum actu existentē, assumptū patet, Prob. conseq. à pari, numerus duarum albedinū, qa nihil dicit super entitates absolutas illarū, præsertim secundū Nominales, ita saluatur in illis simul existentibus, sicut sibi inuicē succedētibus, ergo etiam ita in proposito, quia similitudo nihil dicit præter entitates absolutas illarū. Si dicas, requiri simultatem durationis ambarum. Contra vrget Mair. tum quia duratio est modus posterior ipsa re durante, ergo similitudo, quæ dicit præcisè entitates absolutas duarum albedinum, non videtur pendere à duratione simultanea illarum; tum quia vel illa simultas est aliquid reale præter illas albedines, vel non, si non, redit difficultas, si sic, vel hoc est absolutum, & adhuc vrget eadē difficultas, vel respectiuū, & habetur intentum, sicut.n. illa simultas ponitur relatio realis coexistentiæ, idem pariter dici debebit de similitudine,

Dicimus 2. relationẽ pdicã.nõ esse aliquid superadditum fundaméto solá rõne distinctũ ab eo.Est Sc.loc.cit.contra 3.op. quæ adæquatè à parte rei relationẽ, pdic. cũ fundamento identificabat. Et prob.nã in hac sententia,vel relatio habetur in fũdamento ad positionẽ termini de nouo, vel supponebatur iã in fundaméto quoad totũ suum esse, si primum; ergo vel erit sola amborũ extremorũ coexistentia, aut denominatio indè desumpta, quæ erat Nominalium opinio,vel forma aliqua de nouo resultãs in fundaméto ad positionẽ termini,quæ est nostra,si verò dicatur secundũ,nẽpè supponi fundamento identificatã ante aduentum termini, tunc prætcrquã ꝙ non saluatur esse verũ accidẽs, quia hoc non identificatur cũ subiecto, cũ possit adesse, & abesse, sẽper in subiecto daretur tã ante, q̃ post existentiã termini, & semper subiectum actu denominaret relatiuum, quia effectus formalis relationis prædicamentalis est actu referre subiectum, vnde Petrus albus similis diceretur Paulo nondum albo, & pater illius filij, quem nondum genuit, Et rursus sequitur, vel relationẽ sm̃ suã specificã rõnẽ à termino nõ pendere, vel rẽ dependentẽ existere sine eo, à quo depẽdet.

Resp. Auctores 3.sẽt.relationẽ sẽper in fũdaméto repiri q̃tũ ad entitate realẽ, q̃ dicit,quia hæc non est diuersa ab entitate fũdaméti, nõ tñ sẽper in eo repiri cũ denominatione relatiua, quia hæc denominatio etiã pẽdet à termino; hãc verò termini necessitatẽ, vt habeatur in fũdaméto relatiua denominatio, nõ omnes eodẽ modo explicãt. Aliqui dicũt relationẽ in fundaméto delitescere in esse incõpleto, & inchoato ante existentiã termini, cõpleri aũt postea p aduẽtũ termini, & hac de causa antea nõ pbere fũdaméto relatiuã denominationẽ, itã Baccon. & Sõcin. loc.cit. Sed Contra, quia per relationẽ in essẽ incõpleto, vel intelligũt solã entitatẽ absolutã fundaméti, ex qua posito termino nata est resultare relatio, & hoc vtiq; benè dicitur, sed nõ infertur identitas relationis cùm fundaméto, sed potius vera à parte rei distinctio; vel intelligunt verã formã relatiuã rõne solũ, seu virtualiter distinctã ab entitate absoluta fundaméti, & sic dicẽdo redit difficultas, quia secluso termino haberetur tota relationis essẽtia, ac pindè subiectũ actu referret ante existẽtiã termini; Immò sic dicẽdo nõ tm̃ necessarius erit terminus ad denominationẽ relatiuã, sed ẽt ad ipsã entitatẽ relationis,qa ãtè terminũ ponĩt ĩchoata solũ.

Idcircò cõcedũt alij pexistere relationẽ in fundaméto secũdũ esse cõpletũ quoad entitatẽ,nõ tñ ipsũ referre,vel actu denominare, q.a ad hoc requiritur terminus, velut necessaria cõditio, vndè expectatur terminus, vt cõplemẽtũ denominationis, non autem entitatis;ità Suar.cit.Contra, hæc euasio est minus rationabilis, quã pcedẽs, nã illa antè existentiã termini non cõcedebat relationẽ in fundaméto actualiter, & formaliter, & hinc deducebat nõ posse actu denominare subiectũ, sed tãtũ radicaliter, & inchoatè, sed ista concedit ante existentiã termini relationẽ in fundamento secundũ totã perfectionẽ suam formaliter, & in actu, & negat præbere denominationẽ actualem, vnde duo dicit difficilia captu,vnũ est, ꝙ detur relatio pdicam. actualis, & cõpleta sine termino, alterũ est, ꝙ talis detur in subiecto, & tñ actu non denominet illud; Et nunquã isti explicabunt, quo pacto terminus sit necessaria conditio, vt relatio pexistens in fundamento secundũ totã entitatẽ suam illud actu denominet relatum, nisi ponatur habitudo realis ad illud,quia si secundũ essentiã nullã habet cum eo necessariã connexionem,cur habebit quantũ ad denominationem? Nec tandem vnquam satis explicabunt,quomodo possit esse tota perfectio intrinseca similitudinis informans subiectum,nec illud denominet simile, & hæc fuit ratio Sc. 5. Met. q. 11. n.12.vbi ait, si relatio vniformiter informat tàm ante,quã post pductionẽ termi-

ni, quare non vniformiter denominat?

Respondent multi ex Suar. cit. id esse proprium effectuũ cõnotatiuorũ, vt non tribuãtur à forma informãte subiectũ, nisi ponatur id, quod necessario cõnotatur, vt multis cõstat exẽplis, nã si visio poneretur in lapide, non faceret illũ videntẽ, qa hic effectus cõnotat subiectũ vitale, & negatio visus in eodẽ nõ ipsum denominat cęcũ, quia cæcitas cõnotat in subiecto aptitudinẽ ad videndũ, quæ deest lapidi: res in primo instãti dicitur creari, nõ cõseruari, & ẽ cõtrà in tẽpore seqnti dicitur cõseruari, non creari, nõ qa desit aliquid reale ad creationẽ, aut cõseruationẽ requisitũ, sed quia desunt connotata .s. respectus ad non esse immediatè præcedens, vel respectus ad esse prehabitum: idẽ igitur dicunt de fundamento relationis, quod antè existẽtiã termini, non denominatur per relationem esse relatum, non quia illi desit id, quod est intrinsecum formæ relatiuæ, sed quia deest terminus, qui connotatur.

In hanc doctrinam de connotatis hìc acriter inuehuntur Hurt. ac eius Latero Arriag. immò Hurt. passim eã carpit disp. 5. Phys. à §. 18. disp. 11. à §. 11. disp. 6. Met. à §. 39. & alibi, quia si semel admittatur hęc doctrina, quod possit variari denominatio ex sola variatione cõnotatorũ extrinsecorũ, absq; vlla penitus variatione facta in entitate formæ, sanè præbetur ansa eludendi omnia argumẽta, qbus probare solemus dari modos distinctos à rebus, sicut .n. in proposito inquiunt dari similitudinẽ realiter in Petro albo ante existentiã albedinis Pauli, quoad entitatem, nõ quoad denominationẽ, sic pariter si fieret argumẽtũ, quod materia, & forma existentibus non existit vnio, & postea existit, ergo vnio distinguitur à materia, & forma, responderi posset non existere vnionem in materia quoad denominationẽ, existere tamẽ quoad entitatem, denominat autẽ materiã vnitã, dum cõnotat formã; immò posset quodlibet paradoxum sustineri, vt v.g. quod sola anima rationalis est homo intrinsecè, cõnotãdo materiã, & vnionẽ, vt purè terminos, & facta dissolutione animæ à corpore manere animam rõnalem in esse hominis quoad entitatẽ, nõ quoad denominationẽ, qa deficiũt cõnotata reqsita.

Sed quomodo vtendum sit doctrina de cõnotatis, quæ vtiq; non est prorsus à scholis ablegẽda, vt isti putãt, & quomodo connotatiua nõ sint cum relatiuis confundẽda, dicemus in fin. ar. in quo puncto absq; dubio deceptus est Suar. cõfundens hæc cum illis, cum tñ inter vtraq; sit magnũ discrimen; multipliciter ergo deficit solutio Suar.; Tũ quia cum non minus sit de conceptu relationis *esse ad*, quàm *esse in*, malè docet relationẽ importat entitatem fundamenti, & connotare terminũ; Tũ quia vt arguit Mair. loc. cit. aut ista cõnotatio est idẽ prorsus cũ entitate fũdamenti, sicq; ẽt destructo termino stabit denominatio, aut est quid distinctum ab ea, & hoc idem dici poterat de ipsa relatione. Tum quia effectus formalis pportionatur causæ formali, itaquod si effectus, seu denominatio est absoluta, causa etiã erit absoluta, si effectus est cõnotatiuus, pariter & causa, ergo si denominatio relatiua, quia est effectus connotatiuus necessariò dependet à termino, qui est cõnotatũ, idem quoq; dicendum est de relatione, quod nimirũ sm se sit causa formalis cõnotatiua. Tũ tãdẽ, quia forma relatiua non solũ quoad effectũ formalẽ denominandi, sed etiã in abstracto sm se sumpta pendet à termino, ergo secũdum suã perfectionem propriã etiã præscindendo ab effectu formali denominationis nõ põt poni in fundamẽto, & ibi conseruari non existente termino.

Resp. tandem quidam Iuniores entitatem fundamẽti continere perfectionem relationis ante existentiam termini, quia in fundamento inest intrinsecè relatio quædam transcendentalis ad terminum possibilem, quæ relatio transcendentalis fit prædicamentalis existente termino sine vlla mutatione intrinseca fundamenti, sed solum extrinseca, eo quod transcendẽta-

lis differat à pdicamentali, nō secundū intrinseca, sed tātū ex cōnotatione extrinseca termini, non simpliciter, sed quoad variū modū essendi, vt v.g. albedo statim, ac est solitariè pducta, dicitur ex vi ordinis trāscēdētalis assimilabilis albedini nō existēti, cū verò est pducta altera albedo; dicitur actu assimilata, q actualis assimilatio nihil intrinsecū ponit in priori albedine, sed tātū extrinsecū cōplemētū, rōne cuius assimilabilitas fiat actualis assimilatio; & ait Amic. cit. tr. 15. q. 5. dub. 2. hūc esse probabil. modū defendendi 3. sent.

Cęterū illa opin. neq; hoc modo rectè defenditur; Tū quia impossibile est, φ relatio, quę erat trāscēdentalis, ac proindè fūdamento realiter idētificata, ex positione termini fiat accidētalis, & pdicamētalis, & ab eodē fūdamēto postea distinguatur; Tū quia q̄do etiā hæc metamorphosis cōcederetur, adhuc difficulter explicabitur, quomodo id cōtingere possit in illo fundamento, absq; vlla prius sui mutatione, hoc .n. priuilegium vix diuinæ cōceditur volūtati, vt potens ad aliq obiectū terminari, actu terminetur ad illud sine sui mutatione. Tū tandē quia cū albedo solitariè pducta potēs alteri assimilari, actu deinde illi iā pducta assimilatur, illa similitudo, quæ fit actualis, nō est ordo ille trāscēdētalis, qua dr assimilabilis cuicūq; albedini possibili, sed est eadē similitudo in indiuiduo, q prius erat in potētia obiectiua, & postea fit actu, sicut cōtigit in pductione cuiusc ūq; alteri' indiuidui, φ prius erat in potētia obiectiua, & postea fit in actu.

Dicimus tandem relationem prædicamentalē esse formā accidentalem fundamento superaddītam, vt quid reipsa ab eo actualiter distinctum. Ita D. Th. & Sc. loc. cit. & 5. Met. q. 11. cū eorū asseclis, quam probat Doctor rōne, qua alij passim vtūtur, pōt relatio pdicamētalis alicui fundamento superaddi, φ prius sine ea extiterat, & etiā ab eo tolli, ita vt sine ea remaneat, ergo cū possit adesse, & abesse præter eius corruptionē, planè erit accidens ab eo reipsa distinctū; Cōseq. patet ex definitione accidentis, & ex eo quia separabilitas est sufficiens inditiū realis distinctionis inter aliqua duo; antec. cōstat experientia in omnibus relationibus, quarū fundamēta sine terminis esse possunt, nā albū solitarium eū sine similitudine, quæ postea in eo resultat ad alterius ortum, & euanet ad eiusdem interitum.

Resp. Auctores 3. sent. neg. conseq. quādā Petrus albus fit similis Paulo dealbato, non acquirit nouā entitatē sup albedinē, sed tātū nouā denominationē ex noua cōnotatione termini, φ cōfirmāt exēplo actuū liberorū Dei, potuit .n. Deus nō velle mundū, qui actus quoad entitatem non potuit non esse, potuit tamen quoad denominationē; afferūt ēt īstātiā de creatione, & cōseruatione, quæ nō distinguūtur à parte rei, & tn̄ in primo instanti est creatio, & non conseruatio, & in tēpore sequenti est conseruatio, non creatio.

Hæc est illa doctrina Suar., quā tā acriter superius Hurt. & Arriag. reprehendebant, & quidē meritò; Tū quia in hac solutione manifesta inuoluitur petitio principij, dū aiunt Petrū album habere totam entitatem similitudinis, qua dici possit similis alteri albo possibili, non tn̄ dici actu similē, quia non habet eā in esse denominationis; hæc sanè est aperta petitio principij, est .n. ac si dicerent, nō dicitur similis, quia non denominatur similis, φ est respōdere idē per idē. Tum quia vt aiebat Hurt. re vera ex hac doctrina de connotatis sic malè adhibita præcluditur via pbandi modos à rebus distinctos, nec poterit per argum. allatū probari vnio v.g. distincta à materia, & forma, quo tamen argum. ad hoc probādū vtūtur ipsi Aduersarij; Nam semper negabitur conseq. & dicetur in materia pexistere vnionem in rōne entitatis, nō in rōne denominationis, & postea ex noua cōnotatione formę vnionē denominare materiā vnitā. Tum quia hæc ipsa cōnotatio, quæ relationi in fundamento præexistenti in rōne entita-

tis

tis cōfert rōnē quoq; denominationis, vel ē noua relatio, & nouus ordo ad terminū, vel sēp adfuit in fūdamento; si primū, idē dici poterit de relatione ipsa ab initio; si sm̄, cur ergo tūc nō cōnotabat terminū, modo autē cōnotat? Tū qa huius diuersitatis alia rō reddi neqt, nisi qa facta est ei aliqua realis additio, nō.n. intelligi potest fūdamētū habere nouū, & intrinsecū ordinē ad terminū sine noua, ac intrinseca additione; sic albedo, antequā cōcipiatur in subiecto existens, nō cōnotabat qd extrīsecū, postquā ponitur in subiecto, ex hac reali additione inhærētiæ dicitur cōnotare subiectū. Exemplū verò, q afferūt de actibus liberis Dei, potius est pro nobis, actus.n. diuinæ voluntatis ob suā illimitationē, absq; additione alicuius realis respectus dicitur terminari ad creaturam volitā esse, q̄ poterat non velle, absq; vlla prorsus sui mutatione, cū ergo in creaturis talis illimitatio nō sit; nō poterit in fūdamēto dari noua termini cōnotatio absq; reali additione; vel ad sūmū fundamētū denominabitur relatū per merā denominationē extrinsecā ex positione termini extrinseci, cū ex hoc nihil intrinsecū illi addatur, q tn̄ neq; ipsi cōtrarij admittunt, si ergo illa denominatio est intrinseca, & noua, certè cū sit realis, & nō rationis, aliquid reale additur fundamento ex positione termini, q̄ ratio planè omninò conuincit, vt notat Fab. 5. Met. disp. 19. c. 4. Nec etiā instantia, q̄ afferebāt, de creatione, & cōseruatione est ad rē, quia eo modo, quo hęc separātur, ità distīguūtur, separātur autē non rōne realis respectus dependentiæ, qui per vtrāq; formaliter importatur, sed quoad respectus cōnotatos ad non esse immediatè p̄cedens, qui connotatur à creatione, & ad esse p̄habitū, qui connotatur à conseruatione.

Resp. proindè Auctores 1. opin. per illud arg. benè conuinci distinctionē similitudinis à solo fundamento, non tamē à fundamento, & termino, quia ab vtroq; separāri impossibile est etiam de potentia absoluta, ex quo deducitur esse adæquatè idē cū vtroq; nec aliquid eis superaddere; Quæ solutio cōfir. quia dū volumus probare vnionē, vbicationē, actionē, passionē, &c. esse modos rebus superadditos, ex eo probatur, quia possunt reperiri extrema in rerū natura sine illis modis, vt corpus, & anima sine vnione, & hinc deducimus distinctionē ab eis, cum ergo de his relationibus prędicamētalibus similitudine, æqualitate, &c. oppositū experiamur, q extrema sine illis reperiri nequeūt, oppositū etiā debemus deducere, q nēpè nō sunt aliquid extremis superadditū, & ab eis cōdistinctū. Sed neq; hęc solutio satisfacit; tū quia nō desunt, qui putēt posse à Deo separari similitudinē à duobus albis, ità vt solū fundamentaliter maneāt similia; tū qa licèt separabilitas sēper inferat realē distinctionē inter aliqua duo, nō tn̄ inseparabilitas sēper inferat identitatē, vt diximus disp. 1. q. 5. ar. 2. atq; ideò concedēdo duo alba non posse esse sine similitudine, nō ritè hinc infertur similitudinē idētificari cū illis, Nec tādē valet assūpta paritas de vnione, vbicatione, &c. qa illæ sunt relationes extrinsecus aduenientes, nō insurgētes, nisi facta extremorum approximatione, atq; ideò extrema repiri possūt in rerū natura sinè illis, at similitudo, æqualitas, & aliæ relationes, de qbus hic p̄sertim est sermo, sūt intrinsecus aduenientes, insurgētes .s. ex natura extremorū, atq; ideò illis positis necessariò resultat, & hic est, q extrema neqūt sine illis in rerū natura repiri; fatentur tn̄ hac de causa euidētius ostēdi per rōnē allatā distinctionē relationū extrinsecus aduenientiū ab extremis, q̄ intrinsecus aduenientiū, vndè cōsultò eā p̄sertim Doctor attulit ad ostendendā distinctionū istarū à fundamento, non ab vtroq; extremo.

Deindè Io. de Magistris hic affert ad idē aliā rōnē satis euidentē, qua etiā vtūtur Cōpl. impossibile est simul, & semel eandem formam intendi, & remitti, quia intensio, & remissio sunt motus cōtrarij,

sed relatio pôt intēdi, q̄do suū fundamētū remittitur, & remitti q̄do intēditur, ergo relatio, & fūdamētū non sunt vna forma realiter, Prob. minor, q̄a supposito, quod Sortes sit albior Platone, si remittitur albedo Sortis, tunc Sortes fit magis similis Platoni, si verò albedo Sortis intendatur, tunc fiet minus similis Platoni, cò q̄a albedo Sortis cōtinuo recedit à gradu albedinis Platonis. Tandē alijs rōnibus idipsū probat Doctor loc. cit. quæ apud ipsū videri possunt, & non solū rōnib., sed ēt auctoritatib. Patrū, & Philosophorū, s. Aug. 5. de Trin. c. 5. Amb. lib. 1. de fide ad Gratianū c. 5. Hilarij 12. de Tri. Aris. 12. Met. c. 2. & tex. 52. Auicen. 3. Met. suæ c. de relat. Simpl. super p̄dic. q oēs docēt relationes p̄dicamentales esse accidētia rerum.

An verò præfata distinctio, quæ inter relationē, & fundamentū reperitur, dici debeat realis, vel potius modalis, sicut & an relatio dici debeat res, vel modus, est magnū inter Auctores 2. sent. iurgiū; Cōplut. disp. 14. q. 5. cōtēdūt esse realē, & relationē debere dici rē, Neoterici passim cōtēdūt debere dici modū, ac proindè distinctionē eius à fūdamento solū esse modalē. Doct. in 2. d. 1. q. 5. §. *Quod si adhuc*, ait, hāc esse cōtentionē de nomine, vtpotè q pēdet ex acceptione terminorū *rei*, & *modi distinctionis realis*, & *modalis*, & inquit Doctor relationē posse dici rē, & modū; pôt dici modus, quatenus est imperfecta entitas ad quācūq; absolutā cōparata p se existere nō potēs, sed fatali necessitate sēp alteri affixa, q modificat; potest dici res, quatenus essētialiter cadit sub diuisione entis realis, & omne tale est res, vt à modo distinguitur, modi .n. propriè loquendo de modis, & in rigore, vt sunt gradus intrinseci rerum, nō includūt ens formaliter; & additatiuè, p̄ferti in schola nr̄a, vt i Met. diximus. Si ēt distinctio realis sumatur pro ea diuersitate, q̄ īter duo repitur, quorū vnū pôt stare sine alio, siuè id mutuò sit possibile, siuè nō, quo sensu sumi posse, ac debere diximus disp. 1. q. 5. art. 2. sic distinctio, q̄ inter fūdamentū, & relationē repitur, potest dici realis; si verò magis rigorosè sumatur pro ea diuersitate, q̄ īter duo repitur, quorū alterū pôt esse sine altero reciprocè, nō pôt dici realis, sed modalis. Præstat tñ absolutè loq̄ndo eā appellare realē, nō modalē, tum q̄a nō eo ipso, q aliqua duo ita inter se distiguūtur vt vnū esse possit sine alio, non è cōtra, dici debent solū modaliter distīgui, eo .n. genere distinctionis distinguuntur Deus, & creatura, q̄a Deus esse pôt sine ista, nō è cōtra, & tñ non sunt modaliter distincta, sed realiter; tū q̄a distinctio modalis in schola nostra in alio sensu accipitur, quā à Modernis vsurpetur, vt loc. cit. declarauimus; Ne igitur pariatur cōfusio in terminis, vocetur in schola nr̄a distinctio realis, vt ibi determinauimus, estò .n. relatio neq̄t esse sine fundamēto, hoc nō obstat, q̄n sint mutuò realiter distincta, sed tātū, q nō sint mutuò separabilia cum retentione propriæ existentiæ, q addimus ob nōnullos, qui præfatā distinctionē appellāt realem nō mutuā, in quo valdè falluntur, tum quia oīs distinctio realis est mutua, vt ibi probauimus; tū quia q relatio nequeat esse sine fundamento, infert solū, quod non sint mutuo separabilia, nō autē, quod non sint mutuò realiter distincta, & hunc loquendi modū obseruamus in Phys. loquendo de vnione disp. 5. q. 9.

Pro cōplemento huius ar. aduertendum est, q licèt relatiua videātur cum connotatiuis habere affinitatem, quia vtraq; dicunt q̄ndā ordinē ad aliud, & ab absolutis cōtradistīguuntur; rē tñ vera si vtrorumq; nā p̄pendatur, in multis differre dep̄hēduntur; primò .n. relatiuū per se primò, & directè aliud respicit, vt pater filium, cōnotatiuum verò secundariò, & indirectè, ac minus principaliter, vt cōcretū accidentis, quod principaliter importat formā, secūdariò, & minus principaliter cōcernit subiectum; deindè relatiuum respicit aliud precisè; vt terminum p̄scindendo à quacunque alia ratione, conneta-

notatiuum verò respicit aliud p modum annexi, & accessorij pscindendo à rõne termini, album .n. cócernit parietem v.g. nõ vt terminũ, sed vt subiectũ, vnde cõnotatio etiã in reb. absolutis reperitur, vt cõstat in exéplo adducto de albo; demum differunt, φ connotatio propriè ptinet ad modum significandi, nõ ad rẽ ipsã, vt dictũ est 1.p.Inst.trac.1.c.4.& reperitur in nominib., q̃ ex eorum impositione vnum significãt, & ex mõ significãdi pricipalis significati dãt aliud intelligere secũdariò. vt ibi declaratum est exemplo nõis *cænæ*, q̃ ex vi nõis significat cõmestionem, tñ ex mõ significãdi principalis significati dat intelligere tempus vespertinum, & hoc dicitur cõnatum; relatio autem ptinet ad res ipsas, & ideò quamuis tàm relatiuum, quàm cõnotatiuum distinguantur ab absoluto, hoc tñ interest, φ connotatiuum ppriè distinguit terminos, quorum alter est absolutus, alter connotatiuus, relatiuum verò distinguit res ipsas, quarum aliæ sunt absolutæ, aliæ relatiuæ.

Quãta autẽ sit cõnotatiuorum necessitas, nemo est, qui nõ videat, passim .n. in scientijs impingimus in hos terminos cõnotatiuos, vndè inconsultò videntur illos ablegare Hur. Arriag. & alij qdã Recentiores cõtédentes hmõi nomina plura simul significãtia diuersę naturę, q̃ proinde nos appellamus cõnotatiua, significare illa plura, æquè primo, & p se, vnde inquiunt v.g. veritatem in actu intellectus æquè primò significare entitatẽ actus, & entitatẽ obiecti, itaut sit denominatio partim intrinseca, partĩ extrĩseca, sic ét oĩpotentiã significare simul pfectionẽ intrinsecã Dei, ac entitatem possibilẽ creaturæ æquè primò, ac in ppposito similitudinem dicere æquè primò duo alba. Hic modus dicendi est oĩnò nouus, ac à veritate alienus; Logici nãq; dixerunt nomina cõnotatiua plura significantia vnũ significare primò, & pricipaliter, alterũ aũt secundariò, & minus pricipaliter, qa cũ illę res significatæ sint diuersæ naturæ, nõ possunt sub vna cõi ratione significari æquè primò, quia sicut non sunt nata facere per se vnum, ita explicari nequeunt rõne per se vna, faciendo autem, φ vnũ significetur primariò, & aliud tm̃ secundariò, nõ impeditur vnitas conceptus, vt notat Doct. 4. d. 1. q. 2. ergo dum isti Recentiores inquiunt res diuersas per illa nomina importatas æquè primò significari, planè destruunt vnitatem conceptus, qa ob earum diuersitatem nequeunt esse p se partes vnius cõceptus, nõ ergo recedendum est a cõsueto modo logicorum explicandi nõia illa cõnotatiua, & cõnotatio terminorum sic explicata nõ est damnanda, sed potius ab oĩb. amplectenda, vt summè necessaria ad declaranda plura philosophica, & Theologica; duratio .n. creatio, cõseruatio, & alia huiusmodi sine connotatione nequeũt perfectè explicari, vt suis locis dicemus.

Verum tamen est ex alia par tẽ, non in oĩb. ferè terminis miscendam esse cõnotationẽ, vt faciunt Recentiores alij cum Suarez, neq; explicandam esse, vt ipse facit, φ possit alicui rei aduenire noua cõnotatio, & ex hac insurgere in re noua, & intrinseca denominatio, q̃ prius nõ habebat, absq; vlla prorsus eius mutatione; sic .n. aiebat album, φ prius non erat simile, deinceps denominari simile (& quidem intrinsecè, quia habebat in se totã similitudinis entitatem) post pductione m alterius albi; planè hoc prsus repugnat, quia nequit fieri realis, & physicus transitus à contradictorio in cõtradictorium sine aliqua reali mutatione, si ergo hoc album prius non dicebatur simile, & post productionem alterius albi dicitur realiter simile, certè si hæc denominatio est intrinseca, non resultat, nisi per aliq̃ intrinsecã nouitatem, & mutationem illius albi, nec vnquam explicabit Suarez, quomodo præsertim in reb. creatis dari possit noua connotatio, & intrinseca denominatio, quam prius non habent, absque vlla prorsus earum mutatione.

AR-

ARTICVLVS SECVNDVS.

Nominalium fundamenta diruuntur.

COntra resolutioné ſeced.ar. arguunt Nominales 1. aûct.or.Ariſt. 5.phyſ. 10.vbi diſertis verbis docet ad relationem nô dari motum, qa aduenit ſubiecto, ac recedit abſq; vlla eius mutatione p ſolam mutationé alterius extremi.Id é inquiunt aſſerere D.Anſel. in Monol.c.24. vbi ait, viuum hoiem ex natiuitate alterius fieri ei ſimilé, æqualé, &c. abſq; vlla ſui mutatione, vnde hac de cauſa ibi de nouo admittit in Deo denominationes relatiuas, qa ex ipſis nulla ſequitur mutatio in eo, ſicut ergo ſaluâtur in Deo veræ denominationes relatiuæ abſq; diſtinctis relationibus, quæ mutationem faciant, ita ét in alijs omnibus ſaluari poterunt, ac debebunt, facerent autem mutationé ſi eſſent formæ reales ſubiectis ſuperadditæ.

Reſp.Doct.in 2.d.1.q.5.G.& 3.d.1.q.1. K.& quol.11.R.Aris.ibi aſſignare,ad quę pdicamenta ſit p ſe motus, & quarnâ formæ propria acquiſitione, ac nouitate acquirantur,excluditq; ab hoc gñe formarũ relationes huius pdicamenti,vtpotè, quæ nunq̃ propriã acquiſitioné habẽt,eo quia neceſſariò côſequuntur extrema iã poſita, ſed ſemp p accidens acquiruntur, alio .ſ. abſoluto acquiſito in altero relatorum; neq; ibi negat motum ibi p ſe ad quécũq; reſpectũ, imò côcedit motũ ad Vbi qa eſt de gñe eorũ reſpectuũ,qui nô é neceſſariò côſequũtur extrema in eſſe poſita,ideòq; propriã habere poſſunt acquiſitioné ; noluit igr Ariſt.ait Doct.negare p huiuſmodi relationes ſubiectũ mutari mutatione côiter dicta,quę nil aliud eſt,quã ſubiectũ aliter ſe habere nũc,q̃ prius, nã in hoc ſéſu côcedũt motũ ad relationé D.Amb. & & Simpl.cit. expreſſiuè,& Ariſt. ipſe 11. Met.c.4.dum ait,tot eſſe ſpecies mutationis,quot entis,ſed tñ negauit mutationé ,ppriè dictã, q.ſ. eſt ad terminũ ,ppria noui ate acqſibilé, & p ſe intentũ ab agéte; Immò ita ſe explicat ibid.5.phyſ.10.nam poſtq̃ negauit ad relationé eſſe p ſe motũ ſenſu explicato ſubdit,*quare ſecundũ accidens motus horũ eſt*, vt benè hic notarunt Conib.q.1.& ſic ét exponi debet Anſel.pſetti quia in fine c.modũ illũ loquendi,vt incertum ptermittit,vt notat Suar.diſ.47 ſec.15.n.20.q ſi ampliùs ptédat, vt aliqui vrgét ex ea auctor.dicemus Aug.Amb. & alios PP.oppoſitũ dixiſſe,& ideò ſi D.Anſel.nô ſtet a nobis alij PP.nô deſunt.Ratio aũt cur denominationes relatiuę dicãtur de Deo ex tépore abſq; vlla eius mutatione,eſt qa dicuntur de ipſo p ſolã denominationé extriſecã, p terminationé nimirũ relationis in creatura exiſtentis,vt paſſim Theologi docét;neq; quòad denominationé relatiuã licet argumẽtari à Deo ad creaturas, qa Deus é icapax accidétis, nô ſic creaturę,vt notat Doct.1.d.30.q.2.

Secundò arguunt rône; poſitis duob. albis,quecunq;alio pciſo,illa dicuntur ſimilia, nô tñ fundamentaliter, vt reſponderi ſolet,ſed ét formaliter,ſimilia.n.ex 5. Met.dicuntur, quorum qualitas eſt vna.i. eiuſdé rônis, talia anté forét illa duo alba abſq.vllo mô ſupaddito,nã modus ſupadditus ſi daretur)nô vtiq;faceret illa eiuſdé rônis,ſed talia reperiret;ſic ét argui põt de duab.quãtitatibus palmaribus,q quocũq; alio ſecluſo, pter earum étitates ſint formaliter æquales, quia æqualia formaliter dicuntur, q ſunt eiuſdé menſuræ, nec plures partes côtinentur in vno, q̃ in altero. Idé argumentum,& cum maiori euidétia fit in relationib.diſquiperantiæ, poſito.n. albo,& nigro,quocũq;alio ſecluſo,eo ipſo ſunt diſſimiles, ſi .n. ſingulis addas relationes diſſimilitudinis, hæ potiùs conuenientiã cauſãt,quã diſcrepãtiã,qa illę duę relationes ſunt eiuſdé rônis, & magis inter ſe côueniunt, q̃ album, & nigrũ,ſic ét poſita quãtitate palmari,& bipalmari ſtatim quocunq; alio ſecluſo ſunt formaliter inæquales,qa formalis inæqualitas conſiſtit in incluſione pluriũ partium,quã alia, ſed hãc incluſioné habet bipalmaris formaliter,non fundamétaliter, imò quicquid

quid fingitur addi, nō pōt facere inæqualitatē, quia nō facit quantitatē maiorem, vel minorē, cum non addat, vel detrahat partes, sed supponit excessum, quo bipalmaris superat palmarē, & inæqualitas formaliter cōsistit in tali excessu. Rursus hoc magis adhuc euidēter ostēditur, q̄a Petrus ē essētialiter diuersus à Bucefalo, ergo relatio diuersitatis, qua sic diuersa dicūtur, nequit esse accidens eorū entitatib. superadditū, quia tunc p illā formaliter denominarentur diuersa accidentaliter, nō essentialiter, nō.n. causa formalis pōt pducere effectum formalē seipsa pfectiorem. Tandē pcisa similitudine à duob. albis, distinctione à Petro, & Paulo, distātia à Cęlo, & Terra, & sic de alijs, adhuc intelligitur ita se habere hoc album, sicut illud, itē Petrum esse distinctum à Paulo, cælū distare à terra, quātum priùs. Si rursus dicamus data hypotesi res fore similes fundamentaliter, sic ēt distinctas, & distātes. Cōtra vrgent q̄rēdo, vnde motiuū habeamus ad ponendam aliā similitudinē pter illā, q̄ fundamentalē dicimus, nulla.n. experientia id cōuincit, quia nec illa formalis similitudo in seipsa videri pōt, nec ab ea vllus pcedit effectus, ex quo à posteriori noscatur; ergo pter fundamentalem nulla alia similitudo admittenda est, neq; distantia inter Cœlum, & Terram, & illa ipsa formalis est dicenda.

Resp. vt ibi, duo alba, & duo palmaria, seclusoquocunq; respectu, nō esse similia, & æqualia, nisi fundamētaliter, sicut passim dicimus substātiā sublata subsistentia nō esse formaliter subsistētē, sed tm̄ fundamentaliter, ac ēt humanitatē pcisa risibilitate remanere risibilem tm̄ fundamētaliter, nō formaliter, vnde cū hac doctrina ipsi Aduersarij in alijs vtātur, non est, cur eā ita seuerè dānent in proposito, nō .n. facilius vnum asseritur, q̄ aliud, aut ergo oēs prorsus modos eliminent, aut etiā relationes admittant; ad impugnationem huius solutionis d. ductā ex definitionib. similitudinis, & æqualitatis, ex 5. Met. dicimus cū Sc. cit. in 2. H. ibi definiri p fundamenta, quia cū relatio in se sit minimæ entitatis, ac intelligibilitatis, facilius per fundamēta dignoscitur, & definitur. Sic ēt resp. ad idē arg. factū in relationib. disquiparantiæ, nā in albo, & nigro requiruntur relationes dissimilitudinis, vt formaliter dissimilia dicātur, & licèt illæ dissimilitudines inter se magis cōueniant, q̄ albū, & nigrum, tn̄ hanc denominationē illis non pbent, sed denominationē dissimilis, quia hæc pcisè est earū formalis effectus; sic ēt de inæqualitate dicēdum, q non consistit formaliter in tāta entitate quātitatis, sed in respectu tātæ quātitatis ad alterā maioris, vel minoris, licèt .n. quātitates seipsis formaliter sint tātæ, nō tn̄ seipsis formaliter ordinātur īter se, sed p formā respectiuā supadditā, quia forma absoluta nō pōt tribuere formaliter habitudinē ad aliud, vnde relatio inęqualitatis nō pōnitur ī extremis, vt addat, vel minuat partes in illis, sed vt cōpleat denomōnē inæqualitatis.

Ad idem arg. de relatione diuersitatis factū dicimus relationes sæpesæpius sumere denominationē ex natura extremorū, inter quæ versatur, sic vnio inter materiā, & formā, licet in se sit accidens, tn̄ substātialis appellatur, quia est inter substātias, & sub rōne substantiali vnibiles, vt declaramus d' sp. 5. phys. q. 9. sic ēt actio, qua cōpositū substātiale pducitur, dicitur substātialis, estò secūdū entitatē suā sit accidens; sic igr̄ in pposito relatio diuersitatis, qua Petrus, & Bucefalus denominātur formaliter diuersi, estò in se sit accidēs, dicetur tn̄ substātialis, & essentialis quia distinguit substantias per rōnes essentiales diuersas. Ad vlt. respon. vt ibi, ad impugnationem dicimus, q sicut, quia vidēmus effectus quantitatis, vel qualitatis, qui à substantia præstari non possunt, inde arguimus dari tales formas accidentales à substantia distinctas, sic ēt quia vidēmus dari hunc effectum in rerum natura .s. ordinari aliqua, & vnum habere habitudinem ad aliud præter opus intellectus

lectus, qui præstari nequit ab entitatibus absolutis, hinc arguimus dari genus entitatis relatiuæ distinctum à genere absolutorum, nec é necessaria ad hoc maior experientia, q̃ in alijs formis accidentalibus.

Tertiò arguunt ex absurdis, quæ sequerentur. Primo. n. sequeretur, q̄ Petro mouẽte digitum immutaretur totus Orbis, q̄a noui respectus distãtiæ causarẽtur in singulis entib., & in ipso quoq. è cõtra infiniti ferè respectus distantiæ resultarent. Secundò, q̄ agens creatum agere posset ad quãtãcunq. magnã distantiã, & simul esse causa infinitorũ ferè effectuum, si. n. existant vbiq. terrarum infinita alba, & hic Patauij de nouo vnum ꝓducatur album, hoc solum albũ ꝓducet infinitas entitates relatiuas in singulis illis albis quãtũcunq. distantibus, ẽt apud Antipodas. Tertiò q̄ pars esset æqualis toti, si enim in quãtitate maiori ponatur certa relatio ad quãtitatem minorem, v.g. duplæ ad subduplã, vel relatio duplicitatis est diuisibiliter in ea quantitate, itaq. sit tota in toto, & pars in parte, vel indiuisibiliter, itaut sit tota in toto, & tota in qualibet parte, quomodocunq. dicatur sequitur semp quãlibet partem illius quantitatis esse duplã, sicut tota ipsa quãtitas, si. n. ponatur esse in ea diuisibiliter, certè cũ partes duplicitatis essent singulæ eiusdem rõnis cum ipsa tota duplicitate, sicut sĩgulæ partes albedinis sũt eiusdem rõnis cum tota albedine, eãdem quoq; denominationem pberent singulis partib. illius quantitatis, q̃ tota duplicitas pbet toti quãtitati, sicut qlibet pars parietis dr̃ p albedinẽ alba, q̄ adhuc magis euidenter sequitur, si duplicitas insit toti illi quãtitati indiuisibiliter. Quartò sequeretur ꝓcessus in infinitum in relationib. nã si distinctio, & diuersitas inter Petrum, & Paulum superaddit eis relationem realiter distinctã, ergo distinctio fundata in Petro realiter distinguitur ab ipso Petro, & sic ẽt in Paulo, & p consequens relatio distinctionis Petri à Paulo realiter refertur ad Petrum, & p aliã relationem diuersitatis distĩguitur ab eo, & iterum hæc secunda relatio distĩctionis est diuersa realiter à prima, ergo p aliã relationem erit diuersa, q̄ de illa arguetur rursus, q̄ erit diuersa p aliã relationem, & de ꝓcessus ĩ infinitum. Quintò sequitur posse saltĩ de potẽtia absoluta duo alba nõ esse similia, quia cum sint priora similitudine, possẽt ab ea separari, & sine ea conseruari, & sic nõ essent similia, vel essent similia sine similitudine. Sextò tunc posset idem accidens esse simul, & semel in plurib. subiectis distinctis, & loco dissitis nimirum relatio duplicitatis, qua numerus quaternarius hõum est duplus respectu binarij, insideret. n. in illis quatuor hominib., sicut ergo hac rõne negauimus superius numerũ esse accidẽs realiter distinctũ à reb. numeratis, sic in ꝓposito de relatione dicẽdum erit nõ esse diuersam à rebus relatis.

Resp. ad 1. ex Mair. cit. nullum esse absurdum, immò apprimè necessarium, q̄ si aliquid mutat ordinem in vniuerso, oĩa, quæ sunt in ipso, mutẽt ordinem ad illud, neq; hoc est incõueniens, cum oĩa, q̃ sunt in vniuerso, sint adinuicem ordinata, & connexa, imò vt notat Doct. cit. in 2. §. *Et quia*, cõtra negantes hoc pót obijci verbũ Philosophi 12. Met. tex. sine com. q̄ tales incõnexã faciunt mũdi substãtiã; neq; talis cõtinua, & perennis mutatio in entib. incõuenit, quia vt dictũ est ad primũ, mutatio ad huiusmodi relationes est cõmunissimè dicta, itaut ꝓpriè nomen physicæ mutationis nõ mereatur. Nec ẽt incõueniens est in vno, & eodẽ ente tot cõcedere relationes distinctionis, distantiæ, &c. quot sunt entia in vniuerso, quia vt ait Mair. quasi aduersariorum admirationes irridẽs eas portare nullũ est onus; Nec dicat Auersa cit. q̄ estò non sit onus humero, magnum tamen, & intollerabile onus est intellectui, nã replicat Mair. non esse onus, nisi intellectui grosso. Et sanè q̃uis hæc solutio tota videatur contrarijs chymærica, re tamen vera nullam aliã habet apud eos confutationem præter admirationes

tiones

tiones, & exclamationes, vt ipse fatetur Hurt. cit. §.28. & ideò benè ait hoc argumentum, q̀ quidā tanti faciunt, nihil concludere; & adhuc minus vrget in sent. S. Th. nō multiplicantis relationes ad multiplicationem numericā terminorū, inqt .n. q̀ eadē similitudine, qua vnum album respiciebat alterum, respicit, & illud, q̀ de nouo fit, & quando perit vnū ex his, alterum nō amittit similitudinē sīpliciter, sed solum ad illud, vndè in hac sententia non tāta varietas admittitur in vniuerso, nec tāta relationū copia in eadē re; hinc meritò hoc argumentū quidā arguteè *Tribunitium* appellarunt, eo q̀ nō conuincat, nisi plebē, & ignatos stupentes, dum audiunt ad motum digiti totum Orbē immutari.

Ad 2. varij sunt modi euadendi apud Mair. cit. 1. d. 39. q. 7. & ad duos reducuntur; Primus est eorum, qui negāt relationē verè, & ꝓpriè ꝓduci, quidā .n. dicunt relationes nō causari, sed solū cōcausari, alij dicunt ꝓpriè nō causari, qa relatio potius est seqla extremorū, q̄ eorū effectus, vndè dr̄ resultare, & dimanare ab extremis, nō autē effici; Mair. verò quē sequitur Io. de Mag. distinguit de actione physica, & metaphorica, seù metaphysica (vt ibi vult Margo) & ait hac secunda actione relationē ꝓduci à termino in fundamento, qu[illegible] hæc non requirit determinatum situm inter agens, & patiens, sicut postulat actio physi[illegible]. Hic modus respondendi ad ꝓpositā difficultatē, vel est oīnò falsus, vel solum cōsistit in verbis, certum .n. est oē ens reale creatum in rerum natura existēs habere causā sui ꝓductiuā immediatè, vel saltim mediatè, cum oē tale sit verè causatū, & nō metaphoricè tm̄, estò .n. detur aliquis effectus ab aliqua causa, vt v.g. à finali metaphoricè causatus, adhuc tn̄ debet ei assignari causa realis, & physica, nō ergo sufficit dicere, q̀ relatio ꝓducitur à termino actione metaphorica, nec etiā dicere sufficit, q̀ eius causalitas sit metaphysica, quia per hanc nō procedit à causa effectus realiter distinctus, cum non sit per verum influxum physicum, vndè hoc modo nos Scotistæ dicere solemus passionem à subiecto causari, quia eam non distinguimus realiter ab illo, si ergo hoc mō dicamus relationē causari ab extremis, nō amplius eā realiter distinguere mus ab illis; Nec ēt sufficit dicere, q̀ causetur p resultantiā, & naturalem sequelā, quia resultantia, & dimanatio naturalis nō excludit verā efficientiā physicam, nisi quando sumitur pro causalitate metaphysica, vt ex professo ostendimus disp. 7. phys. q. 2. & hunc dicēdi modū refellit Mair. ipse, quia si hæc resultantia, & sequela tollit verā causalitatē, tollitur via ꝓbandi aliquid esse causatum in vniuerso, qa calor dicetur sequela ignis, cōpositum sequela materiæ, & formæ, & vniuersū sequela Dei, nō autē effectus eorū. Nec tandē sufficit dicere relationē cōcausari, quia vt etiam benè vrget Mair. ex hoc, q̀ causetur cum alio, non tollitur, quin verè causetur, nam & Aristot. 1. physic. 64. docet formam non causari, sed concausari, quia nòn per se sola producitur, sed ad productionem compositi, q̀ tn̄ non obstat, quin sit verè producta; Ex his impugnationibus, quas facit Mair. deducitur ipsum scire, quod relatio verè, & realiter causetur à termino, vel producente terminum; Sed certè dum subdit causari non per actionē physicam, sed metaphoricā intentū suum non assequitur, vel potius nos nō assequimur, quid intellexerit p actionē metaphoricam, cum non satis se declaret, ex quo ansam sumpsit Margo dubitandi, an textus sit mendosus, & potius legendum putet actionē metaphysicā, quàm metaphoricā; sed ēt sic legendo, nō adhuc Mair. probaret intentum, quia causalitas metaphysica nō est realis, & per verum influxū in effectum, vt diximus; At peius omnib. loquitur Vulpes, dum ait relationem pullulare ab extremis pullulatione rationis 2. p. tom. 1. disp. 7. ar. 3.

Alter modus dicendi est eorum, qui fatentur ingenue relationem verè, & reali-

ter

ter causari, & hi rursus diuisi sunt, q̃dã.n. dicunt causari à solo fundamento posito termino, veluti conditione, q̃dã è contra pduci totaliter à termino in fundamento merè passiuè se habente, vel à pducente terminum. Et ad difficultatẽ propositam aiunt, ꝙ licèt nequeat agẽs limitatum in quacunq; distantia pducere formã absolutã posse tñ relatiuã. ita Tat. hìc, & Faber cit. ac ẽt Ruu. qui addit relationẽ produci ab agente, ꝙ produxit terminum, pꝑter correspondentiã ad fundamentũ, & inter alios modos (excepto suo) hunc Mair. cõmendat, vt magis de mente Doct. Verùm sic respondẽdo manifesta cõmittitur petitio principij tenentur.n. assignare rõnẽ, cur pductio effectus absoluti in quantacunq; distãtia à limitatione agentis impediatur, nõ autẽ pductio relatiui, nã agens equè manet limitatum in vtriusq; productione, nec rõ à Ruu. assignata sufficit, q̃ritur.n. quid sit hæc correspondentia termini ad fundamentum, & q̃uo hæc possit eleuare virtutẽ agentis, vt agat in tãta distantia. Zerb. 5. Met. q. 17. ppè finẽ tenens hunc dicendi modũ, inquit, ꝙ q̃uis agens in ordine ad effectũ, quẽ p se primò producit, req̃rat contactum dimẽsionalẽ, vel virtualẽ cum passo, nõ tñ in ordine ad effectum, quẽ pducit p merã cõcomitãtiã, & hæc solutio est Bassol. 1. d. 30. art. 2. quæ sanè maius habet fundamnetũ, q̃ aliæ, ex his, quę habet Doct. in 4. d. 10. q. 4. & 5. vbi expresè videtur hanc tradere doctrinã, quã tñ Zerb. non citat. Cæterũ hãc quoq; solutionẽ ostendimus esse insufficientem disp. 11. phys. qu. 9. in sol. ad 2. princ. vbi etiam explicamus Doctorem loc. cit.

Præstat igitur dicere relationem pximè, & immediatè produci à solo fundamento, posito tñ termino, veluti cõditione necessariò requisita, p resultantiã quãdã, & naturalẽ sequelã, quæ tñ nõ excludat verã efficientiã, eo mõ, quo descẽsum deorsum in lapide dicimus naturaliter resultare ex ipsa lapidis grauitate, ad hãc tñ resultantiã cõcurrere remouens phibẽs, vt cõditionẽ sine qua nõ; quia igr terminus nõ cõcurrit p verum, & physicũ influxum ad resultantiã relationis, hinc est, ꝙ distãtia non obstat, quò minus posito termino resultet relatio in fundamento in quantacunq; distãtia, & multæ in multis fundamẽtis; hũc dicẽdi modũ, quẽ cõiter sequuntur Recentiores, Complut. Amic. Moris. Io. de S. Th. docuerunt nři Lich. 2. d. 1. q. 5. ad 2. Ochã, & quol. 11. respondẽdo ad instantias cõtra tertium dictum, & Bonet. in suis pdicam. libel. de relationib., vbi ab initio nõ longè sic eũ egregiè declarat in hæc verba. Dicamus igr, ꝙ ista dependentia essentialis relationis ad terminũ est q̃dã coexigẽtia, q̃a coexigit ipsũ terminum, sicut illud sine quo non, quia nec produci, nec cõseruari à quocunque põt sine termino, & ex natura sua habet hoc; nã sicut voluntas non põt volitionẽ elicere respectu alicuius obiecti, nisi obiectum sit pcognitum, & tñ cognitio obiecti, nec est causa pductiua, nec cõseruatiua, nec subiectiua volitionis, ab illa tñ depẽdet coexigitiuè, similiter intellectus nõ elicit intellectionẽ, nisi circa obiectũ, & tñ obiectum à plurib. nõ ponitur causa effectiua, nec cõseruatiua, nec subiectiua intellectionis, palã autẽ ꝙ sic cõformiter est dicendum dependentia essentiali relationis à termino, quoniam ipsa relatio est talis entitas, de cuius natura est, ꝙ non possit existere, nisi terminus existat. hæc ille satis eruditè; hic denique dicendi modus tribuendi totam causalitatem relationis fundamento posito termino, vt conditione colligitur ex Doctore, qui loquens de origine relationis, & modo, quo producitur, non semel ait, *relationẽ consequi fundamentum posito termino, seu termino non excluso*, ita loquitur 4. d. 13 q. 1. D. & quol. 11. & alibi sæpe.

Ad 3. rñ det Zerb. cit. q. 16. § *Propter tertium* in fine nullam relationem in subiecto suo esse accidens extensum, aliter quælibet pars eius denominaret partem subiecti, in quo fundaretur, sicut & reli-

qua accidentia, & cōsequēter qlibet pars hoīs esset pater; Sed hæc solutio pterquā φ admittit accidens indiuisibile recipi in subiecto diuisibili, φ solum cōceditur animæ rōnali ob eius independentiā à subiecto, adhuc nō euadit argumentum, imò si tota duplicitas est, nō solùm in tota quantitate v. g. palmari, sed ēt in qualibet eius parte, adhuc magis sequitur quālibet partē denominari duplā, vt inferebatur in argumento. Ideò Lich. cit. 2. d. 1. q. 5. in sol. ad arg. Ochā §, *Nunc restat* ad penult. cōcedit & ipse relationem duplicitatis esse indiuisibiliter in subiecto, subdit tñ non denominare partē, quia primò determinat sibi totum, & non partē, & sic nata est tm̄ denominare totum, quāuis ex cōsequenti dicatur ēt esse in partib., quæ doctrina vera est, & poterat p eā Lich. sufficienter argumēto satisfacere absq; eo, φ cōcederet absurdum illud, φ relatio sit accidens indiuisibile, & in subiecto residens indiuisibiliter; dicimus ergo duplicitatem, æqualitatem, & alias huius gñis relationes esse diuisibiles, & in subiecto extensas, nō tñ partes subiecti eodē modo denominare, nō quia partes illarū relationes sint alterius rōnis, ac æterogeneæ, vt hic dixerunt Cōplut. hoc. n. oīnò irrationabile est, sed ob rōnem à Lichet. allatā, quia illæ relationes requirunt integrum fundamentum, vt fiat denominatio, sicut animal, licèt sit eiusdē rōnis in oībus partibus, non tñ denominatur animal quęlibet pars, sed totum dumtaxat, quia nimirum illud solum sibi determinat, vt prædicabile adęquatum, sic ēt modus subsistentiæ in sententia illum ponente positiuū nō denominat suppositum hāc, & illā partē aquæ, sed totam illā aquā, q̄ nō est alteri vnita, etsi modus hic ēt in partib. reperiatur; imò in accidentib. ēt habemus exempla eorum, q̄ denominant tm̄ subiectum adęquatum, etiā si sint quoq; in partibus, nā longitudo palmaris v. g. est vtiq; accidens, φ non solū est in toto palmo, sed etiā oēs, & singulas eius partes attingit, sed qa has inadæquatè tm̄ respicit, & totum sibi determinat, velut adæquatum subiectum, ideò totum duntaxat palmare denominat tm̄, nō verò partes, & ideò dicebat Arist. 2. Top. c. 1. nō semp tenere cōsequentiā ab inesse ad denominari; verum tñ est, multa quoque esse accidentia, & ferè oēs qualitates ita se habere, quòd indifferenter denomināt tā subiectum adæquatum, quàm inadæquatum denominatione eiusdē rōnis, vt albedo in pariete, calor in aqua, lumen in aere, quorū exēpla afferebatur in arg.

Ad 4. resp. Doct. cit. in 2. in sol. ad 4. Hēric. φ nō qlibet relatio vniuersaliter loqn do distīguitur realiter à suo fundamēto, sed tm̄ illa, sine qua, & eius termino fundamētum existere pōt, si. n. fundamētum sine illa relatione, & eius termino potest existere, hoc est inditium manifestum distinctionis realis, cū ergo relatio nequeat existere sine fundamento, idq; ab intrīseco sibi repugnet, sequitur, φ oīs ille respectus, quo ponitur, vel cōcipitur ad suum referri fundamentum, siuè ad illud referatur, vt ad id, cui realiter inhæret, vel à quo realiter distinguitur, vel alio mō, sit ipsimet realiter identificatus, itaut seipsa realiter ad fundamentum referatur, vt ab eo distincta, vt illi inhærens, vt dissimilis, itaq; in pposito relatio distīctionis Petri à Paulo vtiq; est alia realiter à Petro, sed hæc alietas nō est alia relatio realiter distīcta à relatione diuersitatis, qua Petrus distinguitur à Paulo, sed est sibi realiter eadē, itaut seipsa realiter talis relatio distinctionis sit diuersa à Petro, quā regulam adhuc magis declarat Doct. cit. sub N. quandam instantiam facit Ochā contra allatam Doctoris solutionem, quam benerepressit Lichet. cit. vide ipsum.

Sed dices, quamuis diuersitas non al'a diuersitate, sed seipsa dicatur diuersa à Petro, quia nequit esse sine illo, cum sit eius fundamentum, tamen Petrus nequit dici seipso diuersus à diuersitate, qua differt à Paulo, qa potest esse sine illa, atque iō indigebit alia relatione distincta, qua

qua diuersus dicatur à prima illa diuersitate, & cũ ab ista secunda diuersitate rursus differat realiter, q a pôt esse sine illa, rursus quoq; alia indigebit relatione diuersitatis, qua dicatur ab ea diuersus, & sic infinitum. Resp. ꝙ sicut ex parte relationis datur status, cum talis est, ꝙ fundamẽtum neqt esse sine illa, & eius termino vt dictum est, ita datur status ex parte fundamẽti in eo gñe, in quo relatio illud denominat, sic materia non dr̃ alia vnione vnita vnioni, qua iungitur formæ, nec ꝓductio dr̃ alia ꝓductione ꝓducta, & ratio est, quia ꝙ est *Quo* in aliquo gñe, nõ præsupponit in subiecto aliud *Quo* in eodem gñe, vnde Tat. hic dub. 2. in fine dat duas regulas ex Doct. elicitas, prima est, *quãdo aliquid est tale denominatiuè, & aliud est formaliter tale, tunc standũ est in illo, quod est formaliter tale.* Altera est, quæ recidit in p̃cedentẽ, vel est eius confirmatio, *quãdocunq. aliquid est medium in aliquo ordine, non oportet tali medio assignare aliud mediũ, sed ipsũ seipso in tali ordine est mediũ,* qua doctrina sæpius vtimur in phys. loquendo de his modis, p̃sertim loquendo de relatione productionis, & causalitatis disp. 7. q. 2. quõ nõ alia ꝓductione dicatur ꝓducta; Itaq; ad replicã dicimus Petrum respectu relationis diuersitatis nõ dici ꝓpriè diuersũ, sicut nec materia ꝓpriè dicitur vnioni vnita, & rõ est, quia sicut nõ habet *Quo*, ita nec pôt dici *Quod*, sed solũ dicetur diuersus extrĩsecè p terminationẽ diuersitatis, quã dicit prima diuersitas ad ipsũ Petrũ, quæ est cũ ipsa realiter idẽtificata, ꝓ quo vide dicta in phys. loc. cit.

Ad 5. negant Scotistæ passim, & Thomistæ posse, aut relationem esse sine extremis, ẽt de potentia absoluta, ob essentialẽ depẽdentiã ab eis, aut extrema sine relationẽ ob necessariã eius sequelã ad ea, & hãc esse mentem Doctoris testatur Lichet. cit. in sol. ad hoc arg. ꝙ erat 3. Ochã, & Barg. 1. d. 28. q. 3. quia vbicunq; loquitur de relatione intrinsecus adueniente, semp constanter docet sequi absoluta necessitate positis extremis, idq; ẽt tenet Zerb. cit. Et ad probationẽ rursus negant prius realiter distictũ à posteriori posse ab ipso separari, si hoc ex illo dimanet p naturalem sequelã, ac necessariã cõcomitãtiã, & afferunt exemplum de subsistentia, quæ realiter distĩguitur à natura substantiali, & est posterior ea, item figura à quãtitate, & tñ sm̃ cõem nequit Deus facere naturã sine aliqua subsistentia, quãtitatẽ sine figura, eò quia fatali quadã, ac indispensabili necessitate hi modi sequuntur illas entitates. At cõtra hãc cõem solutionem instãt Neoterici Suar. Auers. Amic. Blanc. ꝙ cum Deus ad extrà liberè concurrat ad quẽlibet effectũ, posito termino, & fundamẽto, pôt suspendere cõcursũ ad relationem; & certũ est apud Theologos, Deum posse impedire oẽm causalitatem causæ secundæ, si est in gñe causæ efficientis, qualis à nobis ponitur causalitas fundamenti in ordine ad relationẽ in ipso resultantẽ posito termino, ergo &c.

Cæterum facilè respõdebunt Deũ vtiq. ad quemcunq; effectum liberè cõcurrere simpliciter, & absolutè loquendo, ad aliquem tñ effectum, immo ad multos concurrere necessariò necessitate sm̃ quid, & ex suppositione, quæ certè absolutam libertatem non tollit, supposito .n. v. g. ꝙ concursum præbuerit (vt sistamus in allatis exẽplis) ad existentiã naturæ necessariò tenetur cõcurrere ad naturalem resultantiã subsistentiæ eius, & sic de figura respectu quãtitatis, si ad horũ modorum resultantiã necessarius est cõcursus distĩctus ab eo, quo cõcurrit ad existentiã illarũ quarũ sunt modi, ꝙ addimus ob Lich. qui loc. cit. in 2. & quol. 11. in sol. ad obiectiones cõtra 3. dictum ad 6. tenet similes modos immediatè manere à re, cuius sũt modi, velut à causa necessaria præcisa, & adęquata absq; cõcursu extrĩseci agentis, quo dato adhuc minus vrgẽt argumentũ Recentiorũ. Et sic ẽt ad aliã ꝓb. aut negãdũ est Deum adhibere distictum concursum in resultantia horum modorũ ab eo,

quo

quo concurrit ad existentiam rerum ipsarum, cuius sunt modi; vel si adhibet, impedire non posse sequelam illorum ob intrinsecam implicantiam.

Posset vrgẽtius pñata solutio cõtra Scotist. ĩpugnari ex eo, ꝙ docet Doct. in hac q. sub M. ꝙ nẽpè impossibilitas separationis duorum ex triplici capite pẽdere põt, vel quia sunt simul natura, vel qa vnum ẽ prius, à quo essentialiter dependet posterius, & ideò hoc nequit ab eo separari, vel demum qa sunt realiter idẽ, vnde postea infert 2. d. 2. q. 2. ab initio, ꝙ prius neqꝫ ens esse sine posteriori necessariò est idem illi, quando hæc impossibilitas ꝓuenit ab intrinseco, vt cõstat de subiecto, & passione, & ꝙ nihil realiter distinctum ab aliò, sine quo nõ põt esse sine cõtradictione, ẽ prius eo, sed est posterior naturaliter, vel simul natura cum eo; sanè ex hac regula Sc. videtur manifestè inferri, ꝙ si extrema sunt naturaliter priora relatione, & illis ab intrinseco repugnat sine illa cõseruari, hoc erit pp identitatẽ realẽ eius cum ipsis, vel potius ꝙ relatio nil aliud est, quã ipsa extrema simul posita; hac de causa alij Scotistæ cõcedunt posse à Deo cõseruari extrema sine relatione, ita Bonet. in hoc ꝑdic. Mair. & Faber. cit. Tamẽ si placet tueri cõem modum Scotist. occurri põt ex dictis q. ꝑced. ꝙ illa regula Doctoris valet quotiescunq; talis impossibilitas prioris à posteriori prouenit ab intrinseca natura prioris, & nõ ab aliquo extrĩseco, vt ipsemet explicat in hac q. sub N. sic aũt est in ꝓposito, ꝙ impossibilitas separationis, & necessaria cõnexio extremorum cum relatione ꝓuenit, non ab intrinseca natura singulorũ singillatim, sed à simultate durationis, cui ambo coexistunt, quæ vtique illis est accidẽtalis, qa vnũ destrui põt alio remanẽte; Sed quicqd sit de hoc, cõcludimus, qd si per possibile, vel impossibile à duobus albis auferretur relatio, non manerent similia formaliter, sed tñ fundamentaliter, vt dicebamus in sol. ad 2.

Ad 6. sicut numerus ex dictis disp. pręced. q. 2. non est ens aliꝗ per se vnum, sed solum multitudo, sic relatio numeri maioris ad minorẽ, vel è cõtra, nõ est vna relatio simplex, sed in quolibet subiecto sua relatio, quatenus est pars componens illã multitudinẽ, & comparatiuè se habens in excessu, vel defectu ad partes alterius numeri, ꝙ põt familiari exemplo declarari de plurib. nauium trahentibus, nã in quolibet est relatio non trahentis simpliciter, & adæquatè, sed coadiuuantis ad trahendũ, & sic in solidum constituunt integrã tractationẽ, ita colligitur ex Doct. 4. d. 1. q. 2. in sol. ad 1. prin. vbi loquitur cum particula dubitatiua *fortè* ob illos, qui statuũt numerũ ens per se vnũ, non quia ipse oppositum teneret; argumenta quędam alia minoris momenti ad hanc quęst. attinentia videri possunt apud Lichet. & Zerb. & Sc. ipsum loc. cit. oĩbus .n. adamussĩ satisfaciunt; Neoterici .n. in hac controuersia, in qua ità gloriantur de sua sent. nec quidẽ argumentulum vnum ꝓprio Marte addiderunt, sed ad vnguẽ oĩa sumpserunt ad Ochã. Greg. Rub. & Aureol. à quo ꝑsertim magnã partem suæ nouæ doctrinæ mutuarunt, vt non immeritò soleat à nobis appellari in signis ille Doct. *Promptuarũ Neotericorum*. Alia verò argumenta speciales relationes tãgẽtia, vt actionem, vnionem, inhærentiam, vbicationem, &c. (has .n. oẽs negant veteres Nominales) in phys. suis locis adducuntur, & diluuntur.

QVÆSTIO QVARTA.

An relatio prædicamẽtalis cõstituatur per esse in, vel ad, vel per vtrumq;

Scotistæ cõiter sentire videntur relationem essentialiter cõstitui pręcisè per *esse ad*, *esse in* autem ei conuenire in secundo modo dicendi per se ad modum passionis realiter identificatæ, quod colligunt ex Scoto 4. d. 12. q. 1. ita Trombet. 7. Met. qu. 1. Ant. And. ibidem, Mair. cit. qu. 5. & 4. d. 12. q. 7. in fine, & sic etiam loquitur Bonet. cit. Alij ex aduerso, vt refert Rada p. 1. contr. 23. art. 3. in fine ha-

bitudinē relationis ad fundamētū posuerūt essētialē, nō verò habitudinem ad terminū. Thomistæ verò ex D. Th. p.p.q.28. art.2. dicūt relationē constitui per vtrūq; sed *esse in* conuenire relationi secūdū rōnē genericā accidētis, & *esse ad* secūdū rōnē ꝓpriā relationis, q̄ habitudinē, vt præscindit à rōne *essendi in*, quidā dicunt nō esse realem, sed abstrahere ab esse reali, & rōnis, ità Caiet. & Canariens. p.p.q. ar.cit. Capreol. p.d. 33. q.1. Soncin. 5. Met. q.26. Alij adhuc sic præcisè sumptā volunt esse realem, ità passim Recentiores Thomistæ Bannes, Nazar. Ripa art.cit. Gratian. contr.5. tr.3. disp.1. Complut. disp.14. log. q.1. Vasq. p.p. disp.114. c.3. Suar. in Met. disp. 47. sect.2. & alij communiter.

Dicendū est relationē non tātū cōstitui per *esse ad*, reale, sed etiā per *esse in*, nō tñ eo modo, quo ponūt Thomistæ, quasi *esse in* cōcurrat p̄cisè, vt ratio generica; Probatur, & explicatur concl. quoad oēs partes; Primò ꝙ relatio constituatur per *esse ad* probat optimè P. Rada cit. cōtra Auctores secundæ sent. & res est ita per se clara, vt probatione nō indigeat, nā omnes cū Arist. rōnē relatiuorū sēper explicuerunt per hoc, ꝙ est *esse ad aliud*, & nūquā aliter, vnde Doct. 1.d.26. q.vn. C. ait relationē, vt relatio est, esse ad aliud, adeò, inquit, ꝙ si non sit ad aliud, vtiq; relatio non est, hæc.n. est differētia specifica, quę ipsā distinguit ab accidentibus absolutis; imò hoc ita intelligendū est, vt ipsum esse ad aliud actualiter, & formaliter relationē constituat, non autē esse ad aliud aptitudinaliter tantū, & radicaliter, vt Auctores illi significabant, essentia .n. relationis est ipsamet formalis, & actualis ordo, & habitudo, non verò quasi potentia, & facultas referendi vnū ad aliud, quod adeò verū est, vt etiā in relationibus aptitudinalibus veritatē habeat, ipsa.n. etiā aptitudinalis relatio actualiter suū munus referendi exercet, vnde nō dicitur aptitudinalis, quia fundamētū suū actu non referat, & actu relatum nō denominet, sed q̄a terminus, ad quē actu fundamētū refert, non actu existit, sed aptitudine solū, & in potētia, qua decausa relatio illa, nō actualis, sed aptitudinalis tantū nuncupatur, q totū significauit Doct. quol. 13. in sol. ad 1. prin. sic mobilitas v.g. denominat corpus naturale actu mobile, & actu illud refert, ac ordinat ad motum, sed nōn ad motum in actu, sed in potentia tantum, sequitur Suarez disp.47. sect.5. num.9. & magis explicabitur infra q.8. in fine.

Secundo hæc ratio essendi ad aliud est verè realis, & nō p̄scīdēs à reali, & rōnis, vt dicebāt illi Thomistæ; tū quia differentiæ entiū realiū debēt esse reales, cū ergo per *esse ad* cōtrahatur ens finitū, & accidens reale ad cōstituēdū genus accidentiū relatiuorū vtiq; esse debet ratio verè, & essentialiter realis; tū etiā quia relatio prædicamentalis nō solū est ens reale, & accidens reale, sed etiā relatio realis, nā p eā verè, & realiter subiectum refertur ad aliud, nō minus, q̄ verè, & realiter sit q̄tū per quantitatē, quale p qualitatē, ergo in relatione nō solū ratio *essendi in*, q illi competit, vt accidens, est realis, sed etiam ratio *essendi ad*, quæ sibi cōuenit pręcisè, vt relatio; Demum rationes omnes, quæ probant relationē esse ens reale, ostēdūt ly *ad* esse reale, quatenus probant realiter referre subiectum ad aliud.

Tertio, ꝙ *esse in* cōstituat relationē, nō minus essētialiter, q̄ *esse ad*, & nō tātū vt ratio generica, sed etiā vt specifica, probatur, q̄a vt docet Barg. 1.d.3. q.5. à quo huius quæsiti resolutionē accepimus, in fundamēto relationis creatæ, quæ est accidens, al'a est ratio fūdamenti, & al'a subiecti, & illo in ea duæ habitudines *essēdi in* sūt distīguēdæ, vna ad fūdamentū sub rōne subiecti, inquantū est accidēs, q̄ propriè dicitur inhærentia, alia ad fundamētū reduplicatiuè sub ratione fundamēti, inquantū est relatio; & quòd hæ duæ habitudines in relatione creata sint distinctæ, ex eo patet, quòd relatio diuina includit rationē *essendi in* veluti in fundamen-

mento,non tñ velut in subiecto,cũ nõ sit accidẽs,vt docet Doctor 4.d.12.q.1.in fine, & sequr Amic.cit.q.7.dub.2.art.2. Si igitur *esse in* sumatur pro rõne *essendi in* velut in subiecto,cõcurrit ad constitutionẽ relationis prædicã. velut ratio generica, quia sic vel est ipsa ratio accidentis in cõi ad absolutũ, & respectiuũ, vel saltẽ eã nobis circũscribit,siverò sumatur ꝓ rõne *essendi in*, velut in fũdamẽto, sanè in hoc sẽsu cõcurrit ad constitutionẽ relationis, velut ratio specifica nõ minus,q̃ *esse ad*,ꝙ multipliciter ꝓbatur 1.quia relatio vt relatio est habitudo essẽtialiter ĩter duo extrema,ergo talis habitudo æquè essentialiter petit fundari,& terminari. Secundo nõ minus implicat relationẽ esse sine fũdamẽto, quã esse sine termino,ergo si ratio *essendi ad* est essẽtialis relationi,vt relatio est,etiã & ratio *essendi in*.Tertio eadẽ sũt principia cõstituẽdi, & distĩguẽdi, sed Arist.5.Met.distinguit relationes,etiã penes fũdamẽta, ergo ratio *essendi in* cõstituit relationẽquoq; vt relatio est.Quarto ad cõstituendã relationẽ in suo esse ꝓprio,& specifico nõ sufficit terminus,sed etiã reqritur fundamẽtũ, ergo vtraq; ratio cõcurrit ad cõstitutionẽ relationis, vt relatio est.Demũ licet ratio *essendi in*,velut ĩ subiecto vniuersaliter cõueniat omnibus accidẽtib., ideòq; ad relationis cõstitutionẽ cõcurrat, velut rõ generica, & cõis,tñ rõ *essendi in*,velut in fundamento cõuenit ꝑcisè relationi, vt à cæteris entib. distinguitur, & relationib.ꝑdicamẽtalib., vt ab accidentibus aliorũ generum secernuntur,ergo relationi cõpetit,vt differẽtia ꝓpria,& ratio specifica nõ minus,quã *esse ad*; immò id ita intelligẽdũ est, vt ratio *essendi in*,& *ad* nõ sint duæ differẽtiæ, sed vnã, & adæquatã,nobis circũscribant constituentẽ genus relationũ in tali esse suo; quia ratio essendi ad aliud in relatione re vera aliud non est in re, quã certus, & peculiaris modus afficiẽdi realiter suũ subiectum,nempè referendo,& ordinando ad aliud; hoc idem docet Zerb.5.Met. q.19. §. *propter tertium*.

Quartò ꝙ hoc sit de mẽte Doctoris,apertè colligitur ex his,quę habet in 4.loc.cit. ꝓbando secundã cõcl.vbi loquitur de habitudine ad fundamentũ sub rõne fundamẽti,quia loquitur de illa,vt etiã cõuenit relationi diuinæ, & hæc sunt eius verba. *Secunda conclusio probatur, quia respectus est essẽtialiter habitudo inter duo extrema, & ideò sicut tollere terminũ ad quẽ respectus est tollere, vel destruere respectum, ita tollere illud, cuius est respectus,est tollere respectũ,& destruere rationẽ respectus,non ergo quia accidens respectiuũ est accidens, ideò requirit subiectũ,vel fundamentũ, sed quia respectus est respectus, ideò requirit, cuius sit,& ad quid sit,etiã in diuinis*;Certè ex singulis verbis Doctoris, benè pensatis colligitur, ꝙ ratio *essendi in* velut in fundamẽto sit de essẽtia relationis, vt relatio est.Primò inquit, ꝙ respectus est essentialiter habitudo inter duo extrema, ergo essentialiter petit illa duo, vt respectus. Secũdò,ait, ꝙ tollere fundamentũ, vel illud,cuius est respectus, est tollere respectũ,& destruere rõnẽ ipsius,ergo ratio *essendi in*,velut in fundamẽto pertinet ad rõnẽ propriã respectus. Tertiò ait, ꝙ respectus,qã ẽ respectus, ideò reqrit,cuius sit,& ad ꝙ sit,ergo respectus,vt respectus necessario petit fundari non minus, quã terminari. Tandẽ, cum ait, ꝙ sicut tollere terminum ad quẽ est destruere respectũ,ità tollere id, cuius est, manifestè indicauit esse de intrinseca rõne respectus, vt sic,non minus *esse in fundamento*, quã *esse ad terminũ*, ꝙ etiã clarius docuit q.2. illius dist. in sol. ad 3. prin. dum ait,quòd dependentia relationis ad fundamentum est essentialissima, ita quòd sine ea non potest esse ratio relationis.

Sed obijc.1.auct.Simpl.sup ꝑdicã.dicẽtis, ꝙ *esse in* nõ cõstituit relationẽ,sed *esse ad*. Secundò Aris. definit relationẽ sẽper per *esse ad*,& non per *esse in*. Tertiò si vtraq; habitudo est de essẽtia relationis,ergo relatio est ens per accidẽs,quia duo nõ pos-

sunt facere vnũ per se, nisi vnũ sit per se actus, aliud per se potentia 8. Met. tex. vlt. sed istę duę habitudines nõ sic se habẽt, qa loquimur de rõne *essendi in*, vt in fundamento, non vt in subiecto. Quarto arguit Tröb. loc. cit. probans, ꝙ *esse ad* prius natura cõpetat relationi, tanquã illã constituens in esse essentiali, & *esse in* posterius natura, tãquã passio; quandocũq; aliquod cõmune diuiditur per duas differẽtias, ꝑ quocũq; signo vna constituit speciẽ, etiã & alia, sed ens diuiditur p absolutũ, & respectiuũ, hæc. n. duo sũt immediatè opposita circa ens, & totam naturã entis euacuant, ergo pro eodẽ signo, pro quo absolutũ est ad se, pro eodẽ respectiuum est ad aliud, sed absolutum prius natura est ad se, quàm insit alteri, ergo respectiuum etiam prius natura erit ad aliud, quàm in alio, & hoc est argumẽtum Mair. cit. q. 3.

Resp. Sipl. nõ loq de *esse in*, vt in fundamẽto, sed vt ĩ subiecto, neq; ait *esse in* hoc modo relationẽ nõ cõstituere, sed nõ constituere aliq speciale genus accidẽtiũ, qa est rõ cõis oĩũ. Ad 2. Barg. cit. inqt Arist. sic esse locutũ, quia id solum de relatione intendebat explicare, ꝙ non erat notum apud Veteres. s. quod esset ad aliud, quod .n. esset in alio nemo ignorabat. Vel dicatur, ꝙ sẽper supposuit, vt manifestã, rõnẽ *essẽdi in*, quia si relatio est ordo ad aliud, certè est ordo alicuius ad illud. Ad 3. ait idẽ Barg. ꝓcedere ex falsa imaginatione, non .n. cogitandæ sũt duæ habitudines in relatione, vna ad fundamẽtum, altera ad terminum, vt videtur voluisse Bassol. 1. d. 30. q. 2. art. 2. sed ipsamet relatio est vna simplex habitudo fundata in fundamẽto, & terminata ad terminũ, cui æquè essentiale est fundari, sicut & terminari. Ad 4. Tromb. loquitur de *esse in*, vt in subiecto, nos autẽ, vt in fundamento, & ideo nihil ad rẽ, adhuc tñ ad arg. in se neg. min. tàm primi syllogismi, quàm subsumptam secũdi; neg. prima minor, quia ens prædicamentale priùs diuiditur in ens in se, & ens in alio, & hoc postea diuiditur in absolutum, & respectiuũ; neg. etiã subsumpta minor ꝙ ens absolutũ prius natura sit ad se, quã in alio, accipiendo esse in alio radicaliter, sic .n. vel esse in alio natura præcedit in accidente absoluto esse ad se, sicut cõmuniora solent minus cõmunia præcedere, vel saltim simul natura habebit vtrũq; & idẽ erit proportione d cendũ de esse in alio, & esse ad aliud in accidente respectiuo.

Deindè obijcies, cõceptũ relationis, vt est *ad*, non esse realẽ, quia æquè cõuenit relationi rationis, ac reali, ergo quantum est de se, ab vtroq; præscindit. Resp. neg. assũptum, quia relationi reali, & rationis nihil abstrahi potest cõmune vniuocũ, vt docet Doct. 1. d. 29. q. vn. Accedit, ꝙ si *ad* esset cõmune, etiã *in* esset cõmune, quia hęc duo sũt necessariò connexa, vt diximus, ĩ relatione, nec põt intellectus, quãtũcũq; fingat, referre ad aliud, nisi aliqd referat; Tãdẽ etiã si concederetur *ad* esse cõe vniuocum vtriq; relationi, negabitur sẽp cõseq. nã *ad*, ꝙ cõstituit relationẽ pdicamentalẽ, est *ad*, ꝙ conuenit à parte rei.

In fine huius quęst. nota, ꝙ cũ dicimus relationẽ essentialiter cõstitui per *esse in*, & *ad*, hoc nõ debet ita intelligi, quasi terminus, & fundamentũ sint de essentia relationis, ac veluti partes illius intrinsecæ, licet .n. id habeant dicere Nominales, qa faciunt relationẽ, veluti entitatẽ cõpositã ex fundamento, & termino, id tñ nullo modo asseri potest in sententia Realium, qui ponunt relationẽ esse formã simplicẽ dependentem tantum extrinsecè à fundamento, & termino, necessariò tamen, eo modo, quo dicimus potentiã, vel actũ ab obiecto pendere, cum tamẽ obiectum non sit pars constitutiua potentiæ, vel actus; Et quod in hoc sensu fundamentũ, & terminus non sint de conceptu relationis intrinsecè nimirũ, & constitutiuè, probatur ex Mair. cit. q. 5. tũ quia terminus, & fundamentũ regulariter sunt absoluta, ergo nequeunt esse partes intrinsecæ relationis, quia res vnius pdicamẽti nequeunt esse partes intrinsecæ, & cõsti-

tuti-

tutiuæ rei alterius pdicaměti cũ principia rei cõstituta ad idem prædicamentũ pertineāt cũ re cõstitutiua, saltim reductiuè: tũ quia terminus, & fũdamẽtũ non sunt genus, & differentia relationis, sed solum extrema illius, ergo sicut extremitates in linea nõ sũt partes lineæ, sic neq; fundamẽtũ, & terminus sũt partes relationis; tũ tādē quia hoc dato multa sequerentur absurda .s. Deũ esse de essẽtia creaturæ, & filiũ de essentia Patris, vt relatiua sũt, itē albedinem de essentia similitudinis, &c.

Cũ ergo dicimus relationẽ essentialiter constitui per *esse in alio*, & *esse ad aliud* sumi debent *in*, & *ad*, vt dicunt simplicẽ ipsã habitudinẽ, nõ autẽ vt etiã includāt extrema ipsius habitudinis, vñ vt benè notat Mair. cit. esse ad aliud (ideq; dicẽdũ de esse in alio, vt in fũdamẽto) partim est intrinsecũ, partim extrinsecũ, intrinsecũ quidẽ, quatenus dicit ipsã habitudinẽ expressã per *ad*, extrinsecum verò, vt dicit terminũ illius habitudinis, primum est de intellectu relatiui, secundũ verò de cointellectu, quia ponitur tantum, vt additamẽtũ in definitione ipsa relatiui, & hinc est, ꝙ potius dicitur relatio constitui per *in*, & *ad*, quam per esse in alio; & esse ad aliud, quia per illas particulas solitariè sũptas exprimuntur intrinseca relationis formaliter, & solũ virtualiter, & ex consequenti insinuantur extrema, quæ sunt extrinseca. Ex quo colligitur fundamentũ, & terminũ nonnisi extrinsecè, & terminatiuè, necessariò tñ velut addita, ingredi definitionẽ relationis, vt docet Doctor in 4. d. 12. q. 1. S. & qdẽ maiori necessitate, q̃ subiectũ ingrediatur definitionẽ accidẽtis, quia requiruntur ꝑpter formale esse relationis, nã relatio formaliter est habitudo vnius ad aliud, vnde Mair. cit. hoc discrimen ponit inter accidentia relatiua, & absoluta, quę etiã per additamẽtũ definiũtur, ꝙ definitio quidditatiua in absolutis quietat intellectũ distinctè attingentem genus, & differẽtiã eorũ, etiamsi aliud non cointelligat, velut additum, sed nõ ita in relatiuis, nã quetũcũq; habeatur conceptus sui generis, & differentiæ, non qetatur intellectus, nisi cointelligẽdo terminũ, & fundamẽtũ, & hunc dicẽdi modũ tenent Recentiores omnes Suar. disp. 47. sect. vlt. Amic. loc. cit. & alij passim.

Sed dices, illud est de essentia alicuius, sine quo nec esse, nec intelligi potest, sed relatio nec esse, nec intelligi potest sine fundamento, & termino, ergo &c. Resp. ex Barg. 1. d. 28. q. 3. aliquid esse de essentia alicuius posse dupliciter accipi, primò pro eo, sine quo res intelligi nequit, siue hoc intret definitionẽ, vt pars essentialis, siue vt additũ, & sic dicimus subiectum esse de essentia accidentis, quia eius definitionem ingreditur, vt additum, & in hoc sensu vtique extrema sunt de essentia relationis, alio modo, quòd sit pars essentialis, & intret definitionem, vt genus, vel differentia, & in hoc sensu extrema non sunt de essentia relationis, quia non intrāt eius definitionẽ in recto, sed tantũ in obliquo, & veluti addita, pertinentque ad cõintellectum, non autẽ ad purũ intellectum relatiui, vt diximus ex Mair. cit.

QVÆSTIO QVINTA.

In qua consideratur relatio ex parte subiecti, seu fundamenti.

Quia vt diximus q. præc. relatio prædic. cõstituitur ex esse *ad*, & *in*, ideò medullitus cõsideranda venit tã ex parte fundamenti, q̃ termini, primũ pstabimus q. psenti, alterum q. seq. & quia relatio prædicã. accidens est, ideò fundamentum eius etiã subiectum appellamus, quatenus ei inest per inhęrentiã; solet verò distingui duplex subiectũ, seu fundamentũ relationis, proximũ, & remotũ, ꝓximũ est illud, in quo immediatè est relatio, remotũ, in quo est tantũ mediatè, sic v.g. relatio æqualitatis proximè est in q̃titate, remotè in substantia, relatio similitudinis ꝓximè in qualitate, remotè in q̃titate, & substantia; notat autẽ Doctor 5. Met. tex. 20. in fine, & q. 11. n. 7. solum fundamentum proximum absolutè dici

debere fundamentum, remotum verò dici debere subiectum relationis, non fundamentum, quòd etiam ex alijs locis sent. colligit P. Faber 5. Met. disp. 22. c. 2.

Præter hæc assignari etiam solet ratio fundandi relationē, & frequenter conditio aliqua, sine qua non sequeretur relatio ad fundamentū, quę duo non sunt cōfundēda, vt faciunt aliqui, cū sint omninò distincta, vt Doctor declarat quol. 12. C. in relatione paternitatis, cuius ratio fundādi est potentia generatiua Patris, cōditio verò præuia est actio generatiua eiusdē, quæ statim transit, & ideò non propriè causa, sed tantū conditio præuia, sinè qua relatio nō seqretur appellari consueuit; in hoc autē pserti ratio fundandi pxima à fundamento proximo distinguitur (licèt multoties hæc duo confundi soleant, pcipuè quādo fundamentū proximū confertur cū remoto, tunc. n. dicitur ratio fūdādi, vt albedo, quæ dicitur ratio fundādi similitudinē inter Petrū, & Paulū) quod fundamētū pximū relationis non est ita *Quo*, quin etiā possit esse *Quod*, potest. n. suscipere denominationē relationis, quia & quātitas dicitur æqualis, & qualitas similis, at ratio fūdādi est ita *Quo*, vt neqat esse *Quod*, quāuis. n. & duas quātitates dicamus ęquales, & duas albedines similes, non tñ vnitas, quę est ratio proxima fundādi huiusmodi relationes æquiparantię ex 5. Met. c. 15. denominatur similis ęqualis, nec potētia generatiua Patris dr pater.

Quāuis aūt relationis eiusdē possint esse plura subiecta diuersarū rōnū cū subordinatione declarata, φ vnū sit proximū, alterū remotū, vt declaratum est, tñ plura eiusdē rōnis, & æquè immediata omninò impossibile est, quia cū relatio sit verum accidens, & per se vnū, vnicū etiā subiectū in hoc sensu postulabit, Vndè prorsus abijcienda est à Scholis opinio, quæ tribuitur Henric. quol. 9. q. 3. asserens relationē esse veluti interuallū quoddā inter duo extrema, itaut sit vna, ac eadem habitudo inter illa, & in ambobus insidens, velut in proprio, & adæquato subiecto; id sanè vt prorsus irrōnabile dānat Doctor cit. 5. Met. q. 11. n. 7. & sequitur Suar. disp. 47. sec. 6. n. 3. nam vel relatio, quæ intercedit inter illa abinuicem distantia, est etiā in medio, veluti corda, q̄ nectit cornua arcus, vel non, sed in extremis tātū, nō primū, quia paternitas nō recipitur in aere; neq; sm̄, quia idē numero accidens neqt esse naturaliter in duobus subiectis realiter distinctis, & loco dissitis; relatio igitur est tantū in illo extremo, φ refertur ad aliud, & si illud aliud ad hoc referatur, dabitur in illo alio noua relatio, & sic nō erit vna, & eadē relatio in duobus, vt in vno subiecto, sed in vno, & ad aliud inqt Doctor cit. de hoc igitur vno subiecto, φ, & quale esse debeat, inuestigabimus in psenti quæst. & quia in hoc variæ sunt difficultates, duos instituimus articulos.

ARTICVLVS PRIMVS.

An subiectum relationis debeat esse ens reale, & finitum, itaquod nequeat esse infinitum.

GReg. 1. d. 28. q. 3. significauit relationes pdic. etiā in nō entib. fundari posse, & qdē apud oēs in confesso est priuationē fundare relationē principij ad generationē; & pariter causa finalis dicitur fundare relationē causalitatis ad effectū, cū adhuc ipse finis non existit, vt constat de sanitate respectu deābulationis, & sic in multis alijs, quæ ansā præbuerunt dubitandi, an relatio prædicam. necessariò petat subiectū reale, & existens; Concedit etiā ibi Greg. relationes prædicā. in Deo ad creaturas quæ est communis Nominalium opinio, quarè consequenter asserunt subiectum huiusmodi relationum nō esse necessariò finitum, & limitatum.

Dicendum tamen est, non esse idoneū relationis prædicā. subiectū, nisi ens reale, ac finitum. Est cōmunis in schola Realium, & necessariò sequitur ex nostris principijs, si enim relatio sit accidēs reale fundamento re vera superadditū, sequitur necessario tale fundamētum esse en-

tita-

titatē realē, ac finitā, quia non ens nequit per modū subiecti sustētare verū accidēs; & ens infinitū, sicuti est Deus, est accidētis incapax, quia est ab omni potentialitate remotū, vnde & Nominales ipsiūdeo concedunt in Deo relationes reales ad creaturas, quia negant has superaddere fundamento verā realitatē accidentis, sed statuunt ipsas in mera denominatione, & cōcomitātia rerū, ideo cū à nobis discrepent in principijs, etiā in conclusione dissentiunt; & hac de causa Nominaliū sententia, licèt repugnet communi modo loquēdi Theologorū vnanimiter negantiū relationes prædicā. in Deo ad creaturas, quoad rē damnari nequit, vt multi inconsultò faciunt, quia nō ponendo relationē accidens realiter à fundamento distinctū, nulla sequitur mutatio, aut compositio in Deo ex eo, quòd ponatur in tempore referri de nouo ad creaturas sub rōne creatoris, domini, &c. solū ergo dānari potest quoad modum loquendi, qui sanè inconsuetus est apud priscos Theologos, nec grauiori censura inuri debet Nominalium sententia, vt notat Suar. sec. 15. n. 17. at probemus conclusionem nostram, quoad vtramque partem singillatim.

In primis, ꝙ subiectū relationis pdicam. ens reale debeat esse, & positiuū, satis cōstat ex modo dictis, & docet Sc. 4. d. 6. q. 10. §. *sed restāt*, & ꝓbat Bassol. 1. d. 30. ar. 1. qa cū sit accidens reale, & positiuū, consequenter nequit in non ente fundari, qa non ens nō est aptū entis realis fulcimentū; tū quia vt cōstat ex dictis q. præc. ar. 2. relatio suā entitatē realē habet à fundamento in genere efficientis causæ, ergo necessariò debet esse ens reale, quia nemo dat, ꝙ non habet. Verū tñ est, ꝙ si relatio realis sumatur non in toto rigore, quatenus habeat illas tres cōditiones, ex Sc. relatas in 1. q. sed quatenus contradistinguitur à relatione rōnis, ꝗ fit p actū collatiuū intellectus, vt Sc. loqtur quol. 13. P. & ꝓ tāto realis nō dicitur, quia nō habet oēs illas conditiones, sed vna, vel altera sibi deficit, potest relatio realis in hoc sensu fundari in nō ente ad ens, & in hoc sensu dici potest priuatio fundare relationē realem principij in ordine ad generationē, & admitti potest in eodē opin. Greg. dicētis relationes reales etiā nō entib: cōuenire, nō ꝙ huiusmodi relationes sint entia realia positiua, qa verū accidēs, & reale nō pōt in nō ente subiectari, sed dicuntur reales eo sensu, quo tenebras, & cęcitatē negationes reales appellare solemus, quatenus dātur nullo cogitāte intellectu, sic nullo cogitāte intellectu priuatio suo modo cōcurrit ad generationē p modū pricipij, quo etiā sēsu Doct. 1. d. 28. q. 2. ad 2. ait ingenitū in Patre dicere relationē realē negatiuā; Difficultas autē mota de fine nulla est, quia vt diximus in Phys. disp. 7. q. 8. ar. 5. finis nō est verè causa realis, & physica, sed tātū metaphorica, qa realiter nō dat esse, sed tātū mouet agēs, vt det illud, in ratione amati, & desiderati, quare nō fundat relationem veram, & realem.

Sed dices, Aris. 5. Met. c. 15. inter relationes pdicā. cōnumerare relationē calefactiui ad calefactibile, & eius, ꝙ fecit, ad id, ꝙ factū est, & eius, ꝙ facturū est, ad id, ꝙ faciendū est, ergo, &c. Resp. ꝙ sicut res aliæ considerari possūt sub duplici statu, nēpe existentiæ, aut solius possibilitatis, ita etiā, & relationes ipsæ cōsiderari possunt, vel vt actu existentes, vel prout aliquādo fuerint, vel futurę sint, aut tanquā realiter possibiles, & in hoc secundo sēsu eas considerauit Ari. loc. cit. per relationē n. calefactiui ad calefactibile vtiq; non intellexit aptitudinē calefaciendi v. g. in igne; quia hæc non est relatio prædicam. sed transcendentalis, sed eam intellexit, quæ postea facta approximatione calefactiui, & calefactibilis actu insurgit, vbi prius ante approximationē habebat solū esse possibile; in præsenti verò est sermo de relationibus prædicamentalibus non sub statu meræ possibilitatis, sed præsertim sub statu actualis existentiæ.

Altera verò pars, ꝙ relationis realis fu-

biectũ esse debeat ens finitũ, & limitatũ, docetur à Scoto 1.d.30.q.2.vbi cũ communi Theologorũ remouet à Deo relationes reales ad creaturã, idq; efficaciter pbat §. *Ad 2. quæstionē* ex perfecta simplicitate, & ex perfecta necessitate Dei, quia enim Deus perfectè simplex est, nihil est in eo, ꝙ non est ipsũ, secundũ Aug. 11. de Ciu. n. 10. ergo relatio realis noua in Deo ad creaturas nequit admitti in tempore, cũ verã cõpositionem faciat cũ eo, cui aduenit, vt probat Doctor 2.d.1.q.5.§. *Ad primũ alterius opinionis*. Sed ꝙ neq; etiã ab ęterno, prob. ex necessitate, pfecta.n. eius necessitas est ex se esse tale, ꝙ non variabitur eius esse, quacunq; hypothesi posita, siue possibili, siue impossibili, circa aliud à se, quia alia non sunt necessaria, nisi secũdario, ergo nulla potest in eo admitti realitas, neq, ab æterno, neq; in tẽpore, quæ necessario coexigat aliud à se, tale.n. necessariò coexigens aliud à Deo nõ esset illo coexacto non existente, & p consequens aliquid, ꝙ perfectè esset idẽ Deo nõ esset, aliquo alio, quod nõ est necessariũ ex se, nõ existente, sed relatio realis de necessitate coexigit ad suũ esse terminũ eius, ergo in Deo salua eius indemnitate cõstitui neqt relatio realis ad aliud à se. Ne q; satisfacit responsio, quæ tribuitur Gilbert. Portet. dari posse in Deo relationẽ realẽ ad creaturã, non vtiq; illi inhærentẽ, sed veluti assistentem. Nam si illa relatio est accidens, vt supponimus alicui subiecto hærebit necessariò, nisi dicatur esse per subsistens, quod est irrationabile prorsus, & accidenti directè repugnans. Restat ergo facta suppositione, ꝙ relatio pdicamentalis sit accidens fundamento superadditum, solum ens finitũ, & limitatũ esse eius idoneũ subiectum.

Sed obijc. Relationes secundi modi relatiuorũ, quæ nẽpè fundantur in actione, & passione, sunt reales, & mutuæ 5. Met. c. 15. sed tales sũt relationes Dei ad creaturã, inquãtũ est causa, & effectus illius, ergo, &c. Deinde sicut forma est ĩ aliquo ita denominat illud, ergo si nõ est aliqua relatio in Deo ad creaturã realiter, Deus non est realiter creator, non est realiter Dñs, nõ est realiter à creatura distinctus.

Resp. ad 1. si teneamus relationes primi, & secundi modi in hoc tantũ differre à 3. modo relatiuorũ, quia in eis est mutuitas, nõ in istis, vt Doctor velle videtur loc. cit. 1.d.30.§. *Resp. ad 1. q.* tũc neganda est minor, quia defectu istius mutuitatis oẽs relationes creaturæ ad Deũ, qualescũq; sint, ad tertium modũ spectant, vbi vniuersaliter collocantur relationes non mutuæ, & sic innuit ibi Doctor, & iterũ in eodem 1.d.3.q.5. & d.35.q. vn. & quol. 13. Si verò dicamus diuersitatem Dei à creatura in prædicatis proprijs, & conuenientiã in trãscẽdentibus esse relationes primi modi, relationẽ in ratione causæ, & effectus esse secundi, neganda est vniuersaliter maior, quãuis .n. relationes huiusmodi in creaturis sint mutuæ, non tñ in Deo, nec oportet relatiua tertij modi in hoc præcisè differre ab alijs, ꝙ in illis oẽs relationes sint mutuæ, in isto nunquam; per hoc.n. sufficienter distinguuntur, ꝙ in tertio nunquã sunt mutuæ, in aliis verò sic, licèt non semper, ita resp. Bass. 1. d. 30.q.1.ar.4. & sequitur Suar. ci. sec. 15. n. 27.

Ad aliud cõcedimus Deũ nõ dici realiter creatorẽ, dominũ, & à creatura distinctum intrinsecè, & subiectiuè, sed extrinsecè, & terminatiuè, quatenus terminat realiter creationẽ passiuã ĩ creatura existentem, atq; ita hæc propositio est vera, *Deus est realiter creator*, vt ly *realiter* determinat inhęrentiã .i. totã propositionẽ, non inhærens .i. extremum propositionis, seu prædicatum, ita Doctor cit. in fine.

Sed cõtra hãc Doctoris resolutionẽ, quę cõmunis est in Schola Realiũ, dices 1. quo pacto saluãtur hę denominationes relatiuę ĩ Deo sine distĩctis relationib. poterũt etiã, ac debebũt saluari in reb. creatis sine tãta entiũ multiplicitate, & mutatione, vt ait Auers. q. 25. se. 4. Secũdo relationes oppositæ dãt denominationes oppositas, ergo

go creatio passiua in creatura existẽs nequit Deum denominare creatorem, sicut filiatio neq; denominare patrem. Tertiò Deus dicitur creator quatenus ad creaturas refertur, sed ad creaturas referri nõ põt p relationem, quæ est in creatura, ergo &c. Tandẽ quando aliquid denominatur denominatione, quæ est in altero, accipit denominationẽ illius, ergo si Deus denominatur denominatione in creatura existente diceretur creatura, ita vrgebat Scot. Tho. Anglic. apud Barg. 1. d. 30.

Resp. ad 1. patere ex dictis q. pced. denominatio. n. relatiua necessariò fieri debet, vel p realem susceptionẽ relationis, vel p realem eius terminationẽ ex Arist. 5. Met. c. ad aliquid, dũ assignat tres modos relatiuorũ; cum igr̃ Deus nõ sit subiectũ capax relationis, saluari debent in eo denominationes relatiuę p realem terminationẽ, et qa creaturę sunt capaces relationum, saluari debent in eis p realem susceptionem, & cum vtrumq; extremum est relationis capax, in vtroque debet admitti, quia non est maior ratio, cur potiùs in vno resultet, quam in alio, sicut sunt relationes primi, & secundi modi, ita innuit Doct. cit. infra Q. Ad 2. resp. relationes oppositas denominationes oppositas pbere subiectiuè, & intrinsecè, at non inconuenit eandẽ relationẽ vnam denominationem præbere subiecto, cui inhæret, intrinsecè, & subiectiuè, & oppositam termino extrĩsecè, & terminatiuè, vt patet de visione, q̃ intrinsecè denominat oculum videntẽ, extrĩsecè, & terminatiuè parietẽ visum. Ad 3. Deus dr̃ creator realiter, nõ quia ipse ad creaturas realiter referatur, sed quia creaturæ referuntur ad ipsum, sicut scibile ex eo pcisè dr̃ relatiuũ scientiæ, qa sciẽtia refertur ad ipsum, quã rõne Doct. cit. sub. F. oẽs relationes creaturæ ad Deũ appellauit tertij modi, si tñ loquamur de denominatione formali, & intrĩseca Creatoris, vtiq; dr̃ creator, quia refertur ad creaturas, sed talis relatio est rõnis, in Deo à nobis excogitata. Ad 4. concluderet vtiq. si vniformis esset denominatio, at in pposito vna est intrinseca, & subiectiua, alia extrĩseca, & terminatiua, & hãc Deus accipit à creatura, nõ illã; Qui plura de hac re desiderat, videat Doc. loc. cit. & Barg. & Mar. 1. d. 30. q. 1. & 2. vbi fusè hãc materiã tractãt, & luculẽter.

Quæres an saltim possint admitti in Deo relationes transcendentales ad creaturas? & rõ dubitãdi est, quam affert Doctor. cit. q. 2. quia Deus ex natura rei seclusa intellectus operatione dr̃ oĩpotens, ac oĩsciens, ista. n. ponuntur in Deo, sicut attributa dicẽtia pfectionem simpliciter, & oẽ tale est ibi ex natura rei, sed ista dicunt respectum potẽtiæ, & scibilitatis ad creaturã possibilem, nã nequit Deus concipi oĩpotẽs sine creatura possibili, & implicãtib. creaturis Deus non esset oĩpotens, quia nihil posset producere, ergo respectus saltim trãscẽdentales ad creaturas poterũt, ac debebunt in Deo admitti.

Mair. loc. cit. q. 3. quem multi sequuntur Recentiores, huiusmodi respectus in Deo libenter admittit. Cæterum Doc. loc. cit. & ibid. Lich. Bassol. Barg. Vigerius, qui acriter Mair. insequitur, & alij Scotis. passim hos etiã respectus negant in Deo ad creaturas, & quidẽ rõ Doct. allata ex necessitate Dei deducta vrget ẽt de transcẽdentibus, quia creatura, etiam quoad esse possibile, & scibile cõsiderata, adhuc nõ ẽ in eo gradu necessitatis necessaria, ĩ quo est Deus, semp. n. eius necessitas erit participata, & ideò ponere creaturã non esse possibilem, non esset ita impossibile, sicut aliquam realitatem in Deo non esse, quia adhuc in esse possibili non est ita necessaria, vt Deus, & tunc ex hac positione minus impossibili videretur sequi impossibilius, non igitur ad creaturam etiam in tali statu necessitatis consideratam admitti debet in Deo relatio realis, quia Deus esset, etiam si omnis creatura repugnaret, nam sicut necessarium non pendet in suo esse à contingenti, seù (ne sit lis de nomine dependentiæ) illud non coexigit

exigit ad suum esse, ita neq; magis necessarium pendet in suo esse à minus necessario, seu illud necessariò coexigit, alioqn vnum nō esset magis necessariū alio, sed essent inæquali gradu necessitatis, nā implicat in adiecto dicere vnum vnus necessarium coexigere aliud ad suum esse, & adhuc esse magis necessarium illo, quia si cōcedatur magis necessarium posse deficere deficiente minus necessario, & è cōtra, iā illa duo essent æqualis necessitatis, qa ità vnum coexigeret aliud ad sui esse, sicut è cōtra; & hac rōne Scotica captiuati Vasq. disp. 104. c. 6. Suar. disp. 47. cit. sec. 3. n. 6. & sec. 15. n. 15. & 1. p. tr. 1. lib. 3. c. 26 n. 14. Hur. disp. 15. Met. sec. 9. & alij negāt relōes trāscēdentales ī Deo ad creaturas.

Ad rōnem dubitandi allatā Doct. cit. §. *Ad arg. 2. qu.* remittit se ad inferius dicēda de oīscitia, & oīpotentia Dei in seqntibus distīstionib. 35. 36. & 43. vbi docet huiusmodi pfectiones posse dupliciter spectari, vno mō fundamentaliter; & p denominato, & sic sunt pfectiones absolutę Deum denominātes fundamentaliter oīpotentem, & oīscientem, alio mō p formali, & sic supaddunt respectum rōnis, vnde implicantib. creaturis adhuc Deus diceretur oīpotens ob pfectionem absolutā, q̄ in ipso oīpotentia importat, natam fundare respectum rōnis ad creaturas, si possibiles forent; hoc ostenditur euidenter, qa etiā de facto nō ideò chymera dicitur impossibilis, quia Deus nequeat illā pducere, & illi potentia desit, sed è cōtrà potentia Dei non pōt exire in actum circa chymerā, quia ipsi deest potentia passiua, vt pducatur, ergo defectus potentiæ passiuæ in creatura ad pduci nō infert in Deo defectum potentię actiuę ad pducere, alioquin verum esset dicere chymerā esse non posse, non tm̄ quia ipsa ex se repugnet, sed etiā quia Deus nō pōt illā producere, cum ergo impossibilitas semp teneatur ex parte rei, nō ex parte Dei, fatēdū est, q̄ si homo esset ī se impossibilis, ac etiam quælibet alia creatura, adhuc Deus esset oīpotens qm̄ ad intrīsecā pfectionē, & virtutē pductiuā eius, nā repugnantia hoīs nō oriretur ex Deo, sed ex ipso hoīe, sicut nunc oritur ex chymera, & hac solutione vtuntur omnes relati Auctores.

Dices, oīpotentia in se est virtus actiua, ergo in se est actiua alicuius factibilis, qa non est actiua sui, ergo necessariò respicit trāscendētaliter aliud à se. Conf. ità se habet potētia factiua ad factibile, sicut visiua ad visibile, ergo sicut hæc cōcipi neqt sine obiecto visibili, ita nec illā sine termino factibili. Resp. q̄ oīpotentia in Deo, vt est pfectio simpliciter, est virtus actiua alicuius factibilis, non q̄ formaliter constituatur in suo esse p ordinem trāscendentalem ad illud, sed solum quia est perfectio absoluta nata terminare dependentiā creaturarum possibilium ad ipsam; ac etiā ad illas, vt possibiles, fundare ordine rōnis, de quo vide Lich. 1. d. 30. q. vn. ī sol. ad arg. Greg. Ad confir. nō currit paritas, qa potentia visiua in sua entitate dependet ab obiecto, & ideò dicit ordinem trāscendentalem ad illud, id aūt asseri neqt de potentia factiua Dei, sed tota eius formalitas debet indemnis saluari sine depēdentia à creaturis, & ideò cōstitui debet in pfectione absoluta nata fundare respectum rationis ad creaturas possibiles, vel earum realem dependentiam in tali statu possibili terminare, quia vt sępius dictum est, quantum ad denominationes relatiuas non est ferendum idem iudicium de Deo, & creaturis.

ARTICVLVS SECVNDVS.

An subiectum relationis esse debeat necessariò accidens, & hoc absolutum, ita quòd nequeat esse respectiuum.

DIuus Tho. 4. contra gentes c. 14. negasse videtur substantiam esse posse proximum, & immediatum relationis prædicam. fundamentum, vnde quidam Thomistæ solam verborum S. Doctoris superficiem attendentes, hāc sententiam, vt de eius mente amplexati sunt, quib. fa-

ucre

uere videtur Zerb. noster 5.Met.q.18. ad 4.§. *Dicē dū seriatim*. Opppositū tñ docet, vel potius supponit Doct. 5. Met. q. 12. & 2.d.3.q.1.& passim in sua doctrina, & cū eo Scotistæ oēs, ac Neotherici Suar.Ruu. Blanc.& Thomistæ melioris notæ Caiet. Ferrar.Soncin.Iauell.Mas.Capreol.& alij, qui explicant D. Th.loc.cit.locutum fuisse de relationib.maiori ex parte, quæ fundantur in accidenti immediatè, nā posse quoq; aliquas in substātia fundari expressè docet opusc.48.tra.5.c.4.& est expressa Aris.mens 5.Met.c.15.vbi ait vnitatem in substantia facere identitatem, sicut in qualitate facit similitudinem,& in quantitate æqualitatē,idq;probat Mair.1.d.29. q.3.manifesta rōne, quia irrationabile videtur, ꝙ duæ albedines habeāt inter se cōformitatem, quæ sit relatio p̄dicam. & dicitur similitudo, & ꝙ duæ substātiæ eiusdem speciei, v.g. duo hoīes nō habeāt suā proportionatam conformitatem, quæ dicatur idētitas essentialis; sicut.n.in qualitatibus attenditur similitudo, vel dissimilitudo accidentalis; ita in substātijs attenditur similitudo,& dissimilitudo essentialis in natura, q̄ dicitur identitas, & diuersitas, & sunt relationes p̄dicam. quia destructo v.g. brunello non amplius Petrus dr̄ ab eo actualiter diuersus, sed solum potentialiter, sicut albedo nō dr̄ amplius similis alteri albedini iā destructæ. Rursus dum ignis generat ignē, & homo hominem, generatio prius terminatur ad ignis substantiā, quàm ad vllum accidens, ergo in illo priori fundatur relatio effectus in substantia nullo medio accidente, & filiatio in homine ad patrem. Nec dicas Paternitatem, & filiationē fundari in actione,& passione, quæ sunt accidentia. Nam inferius cum Scot. quol. 12. C. & 4. d. 6. q.10.I.& d.13.q.1.V.id esse falsum ostendemus, quia illis transactis manent præfatæ relationes, adeò ꝙ immediatè fundari debent in substantia patris, & filij, aut saltim in potentia actiua, & passiua, quæ vtiq. realiter non distinguitur ab eorum substātia, vt accidens superadditum, vt dicetur in lib.de anim.

Dices, vnitatem,& plur alitatem genericā,& specificā in omnib.p̄dicam.reperiri, & sic etiā relationes sup illas fundatæ s.identitatem,& diuersitatem, ergo sunt relationes transcendentales, non p̄dicam. Neg.conseq.quia relatio nō dicitur transcendens ex eo p̄cisè, quia p oīa, vel plura p̄dicam.vagetur, vt dictum est q.1. sic .n. inhærentia actualis esset relatio trāscendens, sed qa identificatur cum suo fundamento, igr̄ qa identitas, & diuersitas specifica, vel generica realiter à suo fundamento distinguuntur, ideò censeri debēt relationes p̄dicam.& licèt specialiter fundari dicātur in substātia, tñ suo modo fundantur etiā in alijs p̄dicam. vnde in quantitate,& qualitate fundātur rōne vnitatis relationes duplicis gn̄is, ambæ tñ ad primum modum relatiuorum spectantes, nā rōne vnitatis in essentia fundāt relationē identitatis, ac rōne vnitatis in gradib.intēsionis qualitas fundat relationem similitudinis, & rōne vnitatis in partib. extēsionis quātitas fundat relationem æqualitatis; ex quo patet similitudinem,& æqualitatem nō fundari in qualitate,& quantitate rōne essentiæ, nā hac rōne duæ albedines dicuntur eędem, sed ratione alicuius modi accidentalis. Videātur de hac re Mai.cit.& Ant. And.lib. sex princ.q.9.

Maior est difficultas circa aliam quæsiti partem, an vna relatio super aliā fundari possit. Negat D.Thom.1.p.q.42. art. 1. ad 4. & q.3. de potentia art. 3. ad 2. & cum ipso Thomistæ omnes Caiet. & Canar. 1.p.loc.cit.Ferrar.2. contra gentes c. 12.& 13.Socin.5.Met.q.29. Vasquez disp. 166.c.4.Didac.disp.14.log.q.3. Complut. disp.cit. & alij passim. Affirmat Scot.2. d. d.1.q.5.H. & iterum §.*ad quæst.* vbi se citat in 1. d.19.q.1. §.*hic primo videndum*, & 4.d.6. qu.10. E. & quol.6. §. *de tertio*, & alibi frequenter, & cum ipso Scotistæ omnes Mair.& Ant. And. iam cit. Lichet. in 2.loc.cit.Tatar. & Ioa. de Mag. in log.

Zerb.

Zerb.5.Met.q.18.in fin. Fab.ibid.disp.24. Durand.1.d.7.q.2.Suar.disp.47.sec.11.n.11.& alij. Aliqui verò has opiniones quasi cōciliare volentes, inquiũt,relationē posse cōsiderari dupliciter,primò formaliter, & essentialiter,quo pacto est rō referendi vnum extremum ad alterum sibi oppositum,vt v.g.paternitas est rō referendi patrem ad filium, & sic negant relationem esse posse fundamentum relationis, quia vt sic est rō referendi,nō id,q̃ refertur;secundò materialiter,& accidētaliter, quatenus.s. vna relatio cōuenit cũ alia eiusdē rōnis,vt paternitas cōparata cum alia paternitate, ad quã fundat relationē similitudinis, vel idētitatis, sic.n.nō est rō referendi,sed id, q̃ refertur, & in hoc inquit relationē cum absoluto cōuenire,& accidere relationi, vt relatio est, quia vt talis nō refertur,sed refert;dicunt igr̃ D.Tho. negare relationē primo modo cōsideratã posse aliã relationem fundare, non aũt secundo modo, in quo tm̃ sensu affirmauit Sc.ita videtur sentire Flãd.5.Met.q.16. Ruu.in lög.c.7. q.11. Blãc.disp.11. sect.8. Sed sanè hæc conciliatio friuola est, quia quæstio non est de relatione in primo sēsu, sed in secundo, & in eo negat S. Tho. posse aliam fundare relationē, vt ex eius rationib.cōstabit,& Sc. affirmat, quare p̃fati Auctores ita sentiendo stãt à sententia Sc.nã adamussim in eo sensu,quo ipsi declarant, intelligit Doct. posse vnam relationem esse alterius fundamentum.

Dicendum itaq. cum secunda sententia vnam relationem posse super aliã fundari.Ita Sc.loc.cit. cum Scotistis, quos testatur Auers.q.15. phys.sec.4. magis consequenter loq. postquã semel cōcesserunt relationes reales distinctas à rebus, quàm ipsi Thomistæ;probat Doct. auctorit.Euclid.5.lib.Geometriæ, vbi definit proportionalitatē esse duarum p̃portionũ similitudinē,sed p̃portio ,& proportionalitas sunt relationes,ergo &c. Probant deinde Mair.& Ant.And.cit.rōne euidentissima, qua Suar. & alij moti sunt ad nobiscum sentiendũ, q̃a relationes & denominationes relatiuas suscipiunt veras, ac reales, nō minus,quàm entia absoluta,duę.n.paternitates dicuntur inter se similes, sicut duæ albedines, similitudo est entitas diuersa à filiatione, ac paternitate; & quod magis refert, est, q̃ hmōi denominationes sunt p̃fatis relationibus accidentales, stante .n. paternitate v.g. Petri, incipit de nouo esse similis, si alia paternitas de nouo ponatur, & desinit esse similis, eadem destructa; incipit esse diuersa ab albedine si hæc de nouo p̃ducatur, desinit esse diuersa,si destruatur albedo,ergo huiusmodi denominatioees fiēt p relationes verē, & realiter superadditas, quia hoc fuit superius vnum ex p̃cipuis fundamentis ad distinguendũ relationes à rebus absolutis.

Resp. Thomistæ neg.paritatem, quia duæ paternitates sũt inter se similes fundamentaliter tm̃, & negatiuè, quatenus non sunt diuersæ speciei, at duæ albedines sunt similes positiuæ per relationem superadditam. Hæc vtique esset optima rn̄sio, si assignaretur rō, cur potius duæ albedines habeant inter se cōformitatem positiuam,non autē duæ paternitates,sed hic labor, hoc opus est; si autem hæc maior ratio non assignetur, aut etiã in absolutis negandæ erunt relationes cum Nominalibus,aut etiam in ipsis quoq. relationibus alias quoq.fundari posse fatēdũ erit cũ Scotistis. Dicunt igr̃ aliqui paternitates nō posse fundare relationē similitudinis adinuicem,bene tñ albedines,quia relatio est minimæ,ac debilissimæ entitatis, vnde nō poterit esse causa,nec materialis nec effectiua alterius formæ, & effectus,

Friuola tamen responsio,nã quantum spectat ad munus sustentandi,negãt multi fundamentum esse semper maioris entitatis re fundata, nam materia prima est imperfectior ipsa forma substantiali, quã tamen sustentat; & quando ēt id concederetur, inquit Zerb. cit. licèt relatio sit diminutæ entitatis respectu accidentium absolutorum,tamen intra seriem relatio-

num

num poterit vna esse pfectior alia, & cōsequenter idoneū eius fundamentum. Tū quia relatio fundāda nō est tanti pōderis, vt ad eam sustentandā alia relatio nō sufficiat, immo cū sit debilioris entitatis, quā relatio fundās, nō multùm eā granabit, & quādo nimis grauaret, cum prima relatio supponatur fundata in absoluto, non est ruinæ timendum, nā sustentabit in virtute absoluti, cui tandē tota relationū strues innititur; Quantum verò spectat ad munus efficiendi, cum relationum efficientia sit p modum simplicis resultātię, & dimanationis, vt supradictum est, nō est necessaria maxima entitas, & virtus ad illā; & si pōt vna relatio aliā causare in gñe materialis causę ipsa sustentādo, vt pbatum est, poterit etiā in gñe efficientis pfato modo; nec talis efficientia videtur repugnare relationi fundanti, psertim si ponamus eā in ordine relationis esse pfectiorē fundata. Tandem hęc respōsio nō euadit difficultatē principalem, qūo in relationibus saluentur denominationes relatiuæ sine alijs relationib., quæ ponunt in alijs reb.

Alij proinde aliam assignant disparitatem, quòd relatio est modus rei, at modus non habet modum in eo genere, quo modificat, vnde actionis nō est actio, neque figuræ figura, cum igitur relatio sit, qua alia referuntur, nō per aliam relationem, sed seipsa refertur, & sic paternitas seipsa dr̄ similis alteri paternitati, similitudo seipsa est diuersa à paternitate, ita Sōc. Caiet. Ferrar. Fōsec. Vasq. & alij ex D. Th. 1. p. q. 42. cit. & ratio huius est illa vniuersalis regula, q in quocunq. genere *id, quo aliquid est tale, seipso, & non per aliquid aliud est tale*, quā etiā nos recepimus supra q. 2. art. 2. in sol. ad 4. inconueniens.

Hæc et solutio facilè reijcitur, quia licèt modi nō detur modus in eodem gñe, quo ipse modificat, datur tñ in diuerso, vt v. g. licèt vnio non indigeat alio vnionis modo, quo ipsa vniat, vel vniatur, indiget tñ actione à se distincta, qua producatur, quia vnio nō est rō agendi; idem de vbi, de figura, & alijs modis ostendi pōt, & ratio huius est, qa q est *Quo* in vno gñe, pōt esse *Quod* in alio, vt cōstat de cognitione v. g. lapidis, cum.n. ipsa sit *Quo* repñtatur lapis, nō eget alia cognitione, vt ipsum repñentet, tñ vt ipsa repñetetur, indiget alia cognitione, quia sic euadit, *Quod*. Sic igr̄ in proposito, licèt relatio seipsa referatur ad suum terminū oppositū, vt paternitas ad filiū, neq; ad hoc alia indigeat relatione superaddita, quia respectu illius est *Quo*, ad disparatum tñ seipsa non refertur v. g. ad aliā paternitatē in rōne similis, vel ad aliq absolutum in rōne dissimilis, sed indiget noua relatione similitudinis, & diuersitatis, & huius ratio est, quia paternitas respectu filij vtiq; habet rōnē relationis, nō tñ respectu albi, vel alterius paternitatis, sed habet rōnem entis disparati, & ideò in ordine ad illa benè fundare pōt relationē similitudinis, vel diuersitatis absq. q relationis dicatur esse relatio, sicut de cognitione lapidis dicebamus, q alia reflexa cognitione cognosci pōt absq; q cognitionis dicatur esse cognitio, quia tunc non habet rōnem cognitionis, sed obiecti; vndè ex hoc potius nostrum pōt cōfirmari argumentum, quia sicut modus indiget alio modo in diuerso genere ad habendū nempe effectū formalē diuersum ab eo, quem ipse præbet, sic paternitas, vt dicatur similis alteri paternitati, indiget noua relatione similitudinis, quia esse simile est effectus valde diuersus ab illo, quem ipsa præbet; Illa vera regula *Id, quo aliquid est tale, &c.* intelligenda est formaliter .i. in ordine ad illud, respectu cuius habet rationem *Quo*, nō autē respectu alterius, respectu cuius pōt habere rōnem *Quod*, vt constat ex allatis exemplis.

In oppos. obijc. 1. tenuissimam entitatem relationis, quæ proinde inepta est ad aliam sustentandam. 2. quia tria tantùm fundamēta relationū posuit Arist. 5. Met. t. 15. vnitatem substantiæ, quantitatis, & qualitatis pro primo genere, actionem, & passionem pro secundo, & mensuram

pro tertio, sed relatio nihil horum est, vt cōstat. Tertiò quia in diuinis darētur aliç relationes reales pter quatuor, nā relationes illæ habent inter se distinctionem, & oppositionem, quæ essent aliæ relationes sup ipsas fundatæ. Quartò actio non fit p alia actionem 5. phys.10. ergo nec relatio refertur p aliā relationē. Nec valet allata respōsio, modi posse esse modū in diuerso genere modificādi; Quia hic sēp sistimus in eodem gn̄e .s.referēdi, sicut ergo actionis non est actio, quia in gn̄e agendi ipsamet est rō agendi, sic nec relationis est relatio, qua à toto gn̄e ipsa est rō referendi. Quintò tādem daretur processus in infinitum in relationibus realibus, s.n.paternitas fundat relationem similitudinis ad aliā paternitatem, & è contra, hęc vtrq; similitudo rursus fundabit similitudinem ad aliam, & è contra, quæ similitudines erunt etiam inter se similes.

Nec valet responsio Scoti in 2. loc. cit. non dari processum in infinitum, sed dari statum in secundis relationibus, quæ seipsis referuntur, vnde dum duę paternitates dicuntur similes, vtiq; tales dicuntur p similitudinem singulis additā, sed quando postea istæ duæ similitudines inter se dicuntur similes, hoc nō fit alijs relationibus supadditis, sed seipsis, rō est, quia implicat vnā sine altera conseruari, cum sint simul natura, est autem regula generalis à nobis ex Sc. in superiorib. tradita, ꝙ quando fundamentum nequit esse sine termino, ad ꝙ refertur, relatio, qua refertur, nō est ab ipso realiter distīcta. Nō valet, quia optimè vrget Ochā, quāuis identitas Sortis ad Platon. non possit esse sine identitater correspōdente Platon. ad Sortem, atq; ideò in his possit responsio Sc. habere locum, tn̄ identitas Sortis ad Platon. pōt esse sine identitate Ioan. ad Paulum; vel stando in exemplo de paternitatibus, licèt similitudo vnius ad aliā nequeat esse sine similitudine alterius sibi correspondente, tn̄ similitudo duarum potest esse sine similitudine reperta inter alias duas, & sic in his responsio Scoti non valet.

Ad 1. satis patet ex dictis. Ad 2. ex Sco. 4. d.6. q.10. sub D. ꝙ vnitas, & pluralitas generica, & specifica, sup quas fundantur relationes primi modi, reperiūtur in oīb. p̄dicamentis seruata proportione, & analogia ad ipsum genus substātię, atque ideò etiam in prædicamento relationis reperiri pōt sufficiens fundamentum relationum primimodi, quia vna relatio cum altera cōparata vel est eiusdem, vel diuersę rōnis ab illa, & Arist. loc. cit. p vnitatē substantię intelligit vnitatem essentiæ, quę ēt in accidentib. reperitur. Ad 3. Faber loc. cit. cōcedit relationes oppositionis, & distīctionis in diuinis esse relationes distinctas ā relationib. originis fundatas in illis; Sed potius neganda est conseq. quia p regulā Sc. cit. 2. d. 1. q. 5. infra N. ordo oppositionis relatiuę vnius relationis cum alia & distīctionis ab illa, nō debet esse alia relatio realiter distīcta, qa implicat vnā sine altera cōseruari, cū sint simul natura, vnde Suar. cit. hanc Sc. doctrinā secutus inqt aliquos respectus esse intimè inclusos in ipsis relationibus, vt qui sunt ad proprios terminos, & relationes oppositas, quā doctrinā immeritò Faber nō recipit, cum sit expresse Scoti, aliquos verò esse accidentarios, cuiusmodi sunt, qui respiciūt alios terminos, qui per accidens se habent ad tales relationes, vt v. g. in paternitate ex eo, ꝙ est rō referendi patrem ad filium, includitur intrinsecè, & inseparabiliter oppositio cum filiatione, atque adeò distinctio, at verò respectus similitudinis vnius paternitatis ad aliam non includitur intrinsecè in ipsa paternitate, sed accidentaliter, quia vna paternitas est terminus per accidens alterius, & vna potest esse sine quocunque respectu ad aliam, vt v. g. si illa alia destrueretur. Ad 4. sicut actio creaturæ dicitur fieri per actionem Dei, quia respectu Dei non habet rōnem actionis, sed effectus, quia non est Deo rō agēdi, sed creaturæ, sic relatio, licèt respectu termini sui nō dicatur referri, sed referre

ferre, respectu tñ termini extranei, ac disparati põt dici referri, qa respectu illius nõ habet rõnẽ relationis, sed ẽtiã cuiusdã disparati, vnde cõcedimus relationẽ vt sic formaliter cõsideratã, nõ fundare aliã relationẽ, quia vt sic cõsideratur in ordine ad propriũ terminum, vt cõstat ex dictis.

Ad 5. concedunt aliqui progressum in infinitum. Sed licet Doct. loc. cit. ipsũ admittat in relationib. rõnis, negat tñ oĩnò in realibus pſertim 4. d. 6. q. 10. E. in quib. est euitandus, quantum fieri põt, pſertim in p se ordinatis, vt docet Arist. 5. Met. inter relationẽ verò, & fundamẽtum datur p se ordo, quare cõcludit Doct. ꝙ sicut in accidentibus datur vnum sic vltimum, vt alterius subiectũ esse nequeat, ita in relationibus, ideò alij negãt ꝑgressum in infinitum, sed variant in assignanda rõne; quidã negant processum in infinitum, qa tandem deuenitur ad absolutum, ꝙ est vltimatũ subiectum oĩum relationum. Sed isti non capiunt argumentum, ꝙ probare contendit processum in infinitũ in ascẽdendo respectu relationum, quia nunquã daretur vltima fundata. Alij proinde negant hunc ꝓcessum, quia cũ effectus procedens à causa eò sit imperfectior, & impotentior ad producendũ, quò magis recedit à sua causa, vt patet ex calore ꝓducto ab igne vniformiter difformiter, nã deuenitur ad calorẽ, qui non possit alium producere, fit vt relatio, quò magis recedit à primò fundamento, eò sit imperfectior, atq; adeò deueniatur ad relationem, quæ non habeat vim fundandi aliam, & hanc censet Amic. q. 6. dub. 3. art. 2. esse tutiorẽ solutionem, quæ dari possit. Cæterum neque ista satisfacit, tũ quia quõ saluabunt isti denominationes relatiuas in illis relationibus vltimis, quæ alias non fundãt, saluari ẽt debebunt in cæteris relationib. absque additione aliarum, imò & in ipsis absolutis absq; vllis prorsus relationibus; tum quia hæc solutio nititur illi falsæ doctrinæ de tenuitate relationis, quòd aliã sustentare nequeat, supra refutatæ.

Itaq; resp. solutione Sc. inter argumẽdũ data, pro qua vide supra q. 3. ar. 2. in sol. ad 4. absurdum. Ad impugnationẽ ibi factam negamus ẽt progressum in infinitum, dabitur. n. status in ea relatione, cũ qua cæteræ, q̃ cõciperentur cõsurgere, cõueniũt in rõne fundandi, & in rõne referendi, v. g. duæ paternitates fundant relationẽ similitudinis inter se, si hæc similitudo cõferatur, cum altera, q̃ reperitur inter alias duas paternitates, vt ẽ ẽt sus ĩ arg. positus, seipsa dicetur similis illi, & nõ alia suꝑaddita, quia si vlterius pergas, eandẽ semper reperies rõnem fundãdi. s. cõuenientiã, & eandẽ semp rõnem referendi, & terminãdi. s. vt simile; & pariter rñdendũ est, si argumẽtũ fieret ad multiplicãdas relationes dissimilitudinis, seu diuersitatis eodẽ mõ arguendo; Rõnẽ huius afferunt Ant. And. & Mair. cit. quia cum in vnaquaq; denominatione deueniendum sit ad aliquid, ꝙ in illo ordine denominandi est ita *Quo*, vt nequeat esse *Quod*, vt albedo neqt esse alba; quantitas quanta, & sic de alijs, sic in proposito sistendũ semp est in illis relationibus, q̃ dicuntur ad aliud p denominationẽ eiusdẽ rõnis cum illa, q̃ intrĩsecè secum afferunt, vt dum similitudo dr̃ similis diuersitas diuersa, ad suscipiendas .n. has denominationes nõ indigent relatione realiter distincta, sed ad summũ formaliter, qua solutione ẽt vtitur Suar. loc. cit. & est doctrina Scoti 5. Met. q. 12. §. *Ad argumẽta*, dum loquitur de idẽtitate.

Sed cõtra hanc solutionẽ vrget Auersa cit. quia relatio ad summum poterit p seipsam dici ad eundem suum terminum, nõ autẽ ad alium terminum disparatum, sed ad hunc indigebit alia relatione, vt similitudo vnius paternitatis, cũ alia poterit vtiq; seipsa dici similis similitudini fundatæ in alia paternitate, quia ẽ similitudo illi correlatiuè opposita, at similis alteri similitudini ĩ alio termino disparato fundatę dici nõ poterit, nisi p nouã similitudinẽ præsertim per Scotũ, qui relationes multiplicat ad multiplicitatẽ terminorũ. Tum quia

quia semp vrget rō fundamentalis distinguendi relationes à fundamento, similitudo .n. duarum paternitatū dr̄ similis similitudini alíarum duarū, quib. destructis nō amplius dr̄ similis, ergo nō seipsa, sed per relationem similitudinis supadditam antea dicebatur similis. Tum tandē, qa poterit saltim hic relationum processus in infinitum trahi p denominationem semp diuersæ rationis ab illa relatione, cui tribuitur; vt paternitas est similis alteri paternitati, hæc similitudo est dissimilis alijs rebus, hæc dissimilitudo est similis alteri dissimilitudini, & sic deinceps transeundo de vna in aliam denominationem.

Resp. assumptum esse verum, quando relatio dr̄ ad alium terminum p denominationē diuersæ rōnis, quia sic habet rōnē *Quod*, at sistendo in eodē genere denominandi, seipsa refertur ad quemcunq; terminum, qa in illo gr̄e semp est rō formalis referendi, & est ita *Quo*, vt nequeat esse *Quod*, cum autē Sc. docet in 3. d. 8. relationes multiplicari ad multiplicationem terminorum, intelligit, q relationes eiusdem rōnis, & denominationis multiplicētur in eodē fundamēto, pſertim absoluto, itaq; oēs immediatè fundentur in illo, & nō vna sup aliā, vt infra q. 6. ar. 2. ad 3. cōfir. 4. arg. princ. Ad 2. valet illa rō ad distīguendas relōes à fundamētis ī alijs rebus, qa fundaméta illa sunt ita, *Quod*, vt indigeāt *Quo* ad suscipiēdas denomōes relatiuas; nō aūt valet de formis relatiuis ī ordine ad formales denominationes, quas secum afferunt intrīsecè, qa in illo gr̄e denominandi sunt ita *Quo*, vt nequeant esse *Quod*; quare ad hæc, & similia argumenta negandum est similitudinem absolutè, & in recto posse dici similem, & diuersitatem diuersā, sicut vnio nō pōt ab alia vnione denominari, nec pſētia ab alia pſentia, quæ doctrina passim etiam ab aduersarijs docetur. Ad 3. difficilior est respōsio, quia processus in infinitum trahitur p denominationes semp diuersę rōnis ab illa relatione cui tribuitur, posset tn̄ dici similitudinem, q̄ denominat paternitatem similem, sufficere ēt ad denominādā similem dissimilitudinem in ipsa fundatam; Præuidit hanc responsionem Auersa ideò conatur eā pcludere, quia relatio est modus, nec habet denominare, seu referre, nisi suum subiectum, cui inest; tum qa dū similitudo dicebatur dissimilis, & postea dissimilitudo similis, nō pōt denominati similis p eādem illā similitudinem, in illa .n. tanquā in subiecto fundabatur, res autē debet referri, & denominari p relationem sibi inhærētem. Hæc tn̄ rō parum vrget, quia nō solùm forma in subiectum, sed ēt subiectum in formā denominationem deriuare pōt, nā non solùm quātitatem dicimus albā, sed ēt albedinem quantā, vt fusè ostendimus disp. 3. phys. q. 3. art. 2. sicut ergo quantitas, quæ mediat inter substātiā, & qualitatem, vtrāq; denominat quantā, sic in proposito relatio similitudinis, quę in coordinatione illarum relationum, veluti mediat inter paternitatem, in qua fundatur, & dissimilitudinē, quā fundat, sufficiens est ad vtrāq; denominandā similem, vnāquāq; tn̄ in suo ordine nimirum paternitatem alteri paternitati, & dissimilitudinem alteri dissimilitudini.

Solùm contra hoc obijci posset, quòd cum hæc extrema sint non solùm numero, sed etiam specie diuersa, nempe duæ paternitates, & duæ dissimilitudines, non videntur per eandē specie relationem referri posse, sed per aliam, & aliam, estò in gradu generico similis possint cōuenire. Sed huius solutio dubij pendet ex infra dicendis de specificatione relationum ab extremis q. 10. art. 1. in fine, vbi ostendemus satis probabile esse omnes similitudines, inter quæcūq; extrema reperiantur esse inter se eiusdem rōnis, qua admissa doctrina ibi probanda, absurdum non erit eādem numero similitudinem referre paternitatem, in qua fundatur, ad aliā, & etiam dissimilitudinem, quæ fundatur, in ipsa, ad aliam pariter dissimilitudinem, quia .n. simul, & semel afficit paternitatem,

tem,

tē,& dissimilitudinem modo pdeclarato, idcirco quāuis formaliter sit vna relatio, tñ virtualiter est duplex,& refert ad duos terminos; hæc responsio videbitur fortè cuipiā voluntaria,sed cogitet iste qd melius,nos.n.ingenuè fatemur aliā viq;modò nos nō videre viā euadēdi,& libentius præfatæ responsioni volumus acquiescere, q̄ pcessū ī infinitū admittere. Caueat tñ à Camer.qui q.9.log.ad euitandā hanc difficultatē,negat distinctionē, diuersitatem, dissimilitudinem, & alia huiusmodi dicere relationes reales,asserens esse tantùm negationes relationum oppositarū, quod constat ex dictis esse falsum.

QVÆSTIO SEXTA.

In qua consideratur relatio ex parte termini.

Declarata natura relationis ex parte fundamēti,nunc venit considerāda ex parte termini,& quia etiā ex hac parte plures emergūt de relatione difficultates, ideò hæc qst. in plures distribuitur artic.

ARTICVLVS PRIMVS.

An relatio realis necessariò petat terminum realem, & actu existentem.

Relationē realē necessariò patere terminū,in quē tendat,satis constat ex dict. q.3. etiamsi circa illā nullā exerceat causalitatem physicā, & realē,vt dictum est q.2.ar.2.in sol.2.absurdi,quia vt docet Lichet. quol. 11. in respons.ad instantias contra 3.dictū,licèt terminus non requiratur ad relationē, velut causa totalis, vel partialis eius, cū non causetur ab illo, requiritur tñ propter formale esse relationis, quia relatio formaliter est habitudo ad aliud,itaquod si nihil esset ad q̄ relatio terminaretur; relatio nullo modo esset, itaut terminatiuè causat,tanquā conditio necessaria, quæ causalitas reductiuè pertinet ad causalitatē formalē extrinsecā, & iste concursus in genere causæ terminantis est ita necessarius, vt frequenter aduertit Barg. ex Doct.3. d.15. q. vn. in sol.princ.vt nec etiā à Deo suppleri queat, vt patet de actu intellectus, & voluntatis in ordine ad obiecta, potest.n.vtiq; Deus supplere vices obiecti in genere efficientis causæ, non tamen terminantis; sicut ergo nequit à Deo conseruari relatio sine fundamento, ita nec sine termino,quantumcūq; in abstracto consideretur; Non igitur quæstio præsens quærit, num relatio possit per aliquā potentiā sine termino conseruari,quia cū essentialiter depēdeat ab illo modo superius explicato, hic necessaria supponitur ad relationem termini exigentia, sed solùm quæritur qualis esse debeat .i. nū semper realis, & positiuus,& in quo statu eum requirat,num scilicet sēper in statu actualis existentiæ.

Et quidem non est quæstio de relatione transcendentali,omnes siquidem concedere videntur cum Mair. 1. d. 29. q.6. hos respectus, quos ibi fundamentales appellat, ad terminum non realem, neq; actu existentem terminari posse, & patet manifestis exemplis, potentia .n. respicit actū etiam vt possibilem,& non actu existentem, scientia habet ordinem ad scibile non necessariò existens, immò, & ad ens quod existere nequit, vt sunt negationes,& entia rationis,saltim vt ad obiecta terminatiua, & ita vniuersaliter est de respectibus aptitudinalibus, quæ tendunt ad suos terminos,non vt existentes, sed vt possibiles, & sub tali statu possibilitatis sufficientes sunt, vt tales respectus consurgant in fundamentis. Et sanè minus rectè aiunt aliqui, quibus consentit Faber 5.Met. disp. 22. & ex professo docuit Bassol.3. d.8. q. 1.art.1. præfatos respectus esse rationis,nō autem reales,nisi quando termini actu ponuntur, vt potētiam non dicere respectum realē ad actū, nisi quando ponitur in esse, hac ratione conuicti, quia relatio dicit esse *ad aliud*, vt ad terminum,at non ens,vel ens tantū in potentia nequit dici *aliud*. Non rectè speculantur Auctores isti, quia inde sequeretur nullā passionē esse realem,siquidem omnes ferè cōsistunt in respectibus aptitudinalibus ab actus eis cōsentaneos,

aut falti tales respectus necessariò includ fit,itē potētiā materiæ non esse realē, vt respicit formas possibiles in ea recipi, & alia similia absurda,licèt illi hæc oīa cōcedāt,neq; eorū rō cōuicit, q̄a ly *aliud* ex vi suæ significationis nō dicit diuersitatem existētię, sed essētiæ,qualiscūq; sit,in quo sēsu nō ens benè dici potest aliud ab ente.

Remanet igitur sola q̄stio de relatione prædicam. aut p̄dicamentalē reducibili(q̄ addimus ob aliquas relationes imperfectas,quæ nō habēt oēs cōditiones ad realē exactè necessarias) & rursus non est q̄stio de illa secundū statū essētiæ, & possibilitatis considerata, sic .n. bene possunt huiusmodi relationes tēdere ad terminos nō existentes,sed possibiles,vnde étiam in communi modo loquēdi dicere solemus vnū albū esse alteri simile,& quantitatem palmarē esse semipalmari maiorē,etiamsi nullū albū, & nullū quantū existeret, hæc .n. enunciantur de illis secūdū statū essētię consideratis,alioqui in statu realis existentiæ non enūciantur,nisi vtroq;extremo existente;quomodo itàq; est, an relatio prædicam. in statu actualis existentiæ considerata petat terminū realē actu existentē in rerū natura; & cōmunis opinio cōtra Greg.cit. est affirmans, quā Doctor sēper docere visus est, quotiescunq; assignauit illas tres conditiones relationis p̄dicam.q.1.relatas,& ex professo defendūt Mair.cit.Bassol.3.d.8.q.1.art.1.& 1.d.30. q.1.art.1.& Lich.ibidē, vbi soluit argum. Greg.in oppositum, Faber loc. cit.& sequuntur Thomistæ passim, & alij Neotherici vnanimiter, quare pro resolutione quęsiti cum h c communi opinione.

Dicendum est relationem prædicam. petere terminum realē, & actu existentē est Scot.4.d.6.q.10.§.*Sed restat*,& ab oīb. recipitur. Sed quāuis hæc concl. sit communis, eā tñ non oēs eodem modo probant,quia difficile est huius assertionis assignare rationē, quæ æquè non procedat de transcendentibus, vt benè Suarez aduertit sec.8. & quidem quāplures illæ rationes,quas affert Mair. cit. pro hac conclus., quibus passim vtuntur alii,hanc patiuntur calumniā,q̄ æquè de transcendētibus conuincere videntur, quas tamen ipse vltrò concedit tēdere ad non existēs; vnde si probetur relationē prædicam.esse non posse ad terminū non existentē, quia ens reale,qualis est ipsa, nequit pendere à non ente, & quia alioqui posset quoq; ab ente rationis pendere, & quia relatio est nexus inter extrema, at non possunt realiter connecti, nisi extrema realia, planè huiusmodi, & similes rationes æquè cōcludūt de respectibus trāscendentibus, vt discurrēti cōstabit.Ideò Suar.aliter p̄bat, primò nimirū ex proprietate relatiuorū prædicamentaliū, quæ est vt dicantur ad cōuertentiā,quæ autē cōuertuntur,oportet,vt simul coexistāt, alioqui cōuerti nō possent, quæ est vna ex probationibus à Mair. adductis; deinde probat ex natura relationis prædicam.quæ ideò accidētalis dicitur, quia resultat in fundamento ex positione termini,vnde necessariò supponere videtur extremorū existentiā, vt ex eis resultare dicatur. Sed neq; hæc ratio conuincens est,nisi melius deducatur,nā & naturalis simultas extremorū suo et à modo exigitur ad relationē trāscendentalē,nā neq; potentia materię subsistere, aut risibilitas hominis, nisi forma substātialis,& actus ridendi forent possibilia, & etiā extrema suo modo supponūtur, antequā concipiamus in fundamento relationes transcendētales cōsurgere,vt v. g. prius supponitur forma possibilis, quàm intelligamus materiā potentē illā recipere, prius supponitur risus possibilis,quàm homo intelligatur risibilis, & sic in alijs relationibus transcendentibus. Accedit, quòd Suar. ibi colligit hanc probationem assertionis positæ ex quibusdam differentiis, quas ipse supra posuerat inter relationem prædicamentalem, & transcendentalem,à nobis q.1. refutatis.

Ratio igitur assertionis nostræ potius ex eo deducenda est, quia extrema rela-

tionis

tionis prædicā. ita se habent, φ fundamétū esse potest sine termino, & cōsequēter sine relatione ad illū, & ideò relatio dicitur illi accidere, nā si fundamētū sine termino esse non posset, iam relatio foret illi realiter identificata ex regula Scoti superius frequēter inculcata ad dignoscendā distinctionē, vel identitatē relationis cum fundamento; ex hoc autē sequitur relationē prędicam. non posse tendere in terminū, vt possibilē, sed necessariò, vt existentē, quia fundamentū eius nequit esse sine termino possibili, benè tamē sine illo existenti, vndè postea ad nouā ꝓductionē, & existentiā termini dicitur per accidens resultare de nouo relatio in fundamento. Et hinc est, quod relatio ꝑdicam. vt à trāscēdenti distinguitur sēper dicitur actualis, ratio est, quia etsi ad vtrāq; terminus coexigatur, vt dicatur resultare in fundamento, diuersimodè tñ id cōtingit vtrobiq; nā status merè possibilitatis sufficit in termino, vt relatio transcendens actu à fūdamento dimanet, vt constat in exēplis allatis, nō tñ sufficit, vt resultet relatio ꝑdicā. vt. n. quis dicatur actu Pater, non sufficit, vt respiciat filiū in solo statu possibilitatis, alioquin B. Virgo nō solum dici posset Mater Christi, sed etiā aliorū, qa alios potuit habere filios, sed debet respicere filiū in actu realis existētiæ, sic. n. quia actualis existentia accidit termino, ideò etiā dicimus relationem ꝑdicamentalē ab eo pendentē accidere fūdamēto.

Hic tñ recolēdū est, φ cū Tat. aduertimus ab initio huius disp. ex Scoto quol. 13. sub N. & alibi frequenter, dari posse relationem realē, etiā prædicamentalē, & actu subiectū denominātem, quæ terminetur ad nō ens, seu ad aliquā negationē, vel priuationem, talis est distinctio, qua forma dicitur à sua priuatione distingui, & dependentia cōpositi physici à priuatione in fieri, & respectus, quē dicit creatio ad non esse rei immediatè præcedens ex Scoto quol. 12. ar. 2. & respectus informationis ad non informationem immediatè ꝑcedentē q̄m dicit mutatio ex eod. 2. d. 1. q. 5. T. & 4. d. 11. q. 1. F. hi oēs respectus, & alij quāplures his similes, sunt ad nō ens; tāquā ad terminū; adhuc tñ dicūtur reales, tū quia ex natura rei sequūtur ad fūdamentū; Tū qa terminus eorū, estò q̄d positiuū nō sit, adhuc tñ nō est ens rōnis habens esse ꝑcisè p opus intellectus, sed est vera negatio realis, q̄ etiā dici pōt actu existens (eo modo, quo pōt negationib., & priuationib. existentia cōpetere) quatenus existit modo accomodato, vt relatio resultet in fūdamento; & hæc est cōis doctrina Scotistarū, q hos, & similes respectus agnoscūt ꝓ realib., & aliqd ponentib. in fūdamento, & solū reales non vocant, aut reales sm̄ q̄d, vel rōnis, quatenus illis deficit vna ex conditionib. req sitis ad relationē exactè realē. Neq; absurdū est dari posse relationē realē, cuius terminus nō sit realis, & positiuus, qa vt in superiorib. declaratū est, relatio non causatur à termino, sed à fūdamento, terminus aūt est sola cōditio sine qua non; non incōuenit aūt negationē realē esse cōditionem necessariā ad positionē alicuius effectus positiui, ita. n. se habet priuatio respectu cōpositi, quia cōcurrit ad minus, vt conditio, φ etiā constat in multis aliis.

Et opinio Greg. in hoc sensu intellecta nulla pōt efficaci rōne refelli, qa si nō incōuenit relationes transcendentales, estò sint formę reales esse ad terminū nō existentem, & ad nō ens, ac ab eo pendere in suo esse relatiuo, idem dicetur pariter de relationib. prædicamentalib., nec vnquā poterit afferri quoad hoc disparitas, q̄ valeat; vndè mirū est, quomodo Lichet. cit. 1. d. 30. tam acriter Greg. opinionē repræhendat, cū & ipse alibi cū Doctore passim tales respectus reales admittat ad nō ens, & fateatur respectū in esse, & cōseruari à termino nō pendere, nisi veluti à cōditione necessaria, neq; munus terminandi ex parte termini alio modo exerceatur, quam per solā extrinsecam denominationē, vnde nō videtur, cur nequeat nō enti cōpe-

tere posse, cum nihil reale in termino ponat; Verũ tñ est, relationẽ pdicamentalẽ tẽdere nõ posse in terminũ, vt possibilem, qa hoc solũ trãscẽdẽtalibus cõuenire põt, vndè & ipsę prædicamentales, quãdo ad aliquã reale negationẽ terminãtur, tẽdũt in illã veluti suo modo actu existentẽ, nõ autẽ veluti possibilẽ. Verum etiã est exẽpla relationũ, quæ Greg. affert ad id pbãdũ, non esse ad rẽ, nã exẽpla illa de scientia in ordine ad scibile etiã non existẽs, de potentia respectu effectus possibilis, de memoria respectu præteritorũ, currũt de relatione transcendentali, quæ æquè esse potest ad terminum existentẽ, ac non existentẽ; exẽplũ verò de statua Cæsaris, quæ dicitur illi similis, etiãsi non existat, & q albedo existẽs dr similis albedini possibili, parũ etiã vrget, qa nec statua Cęsaris fũdat ad illũ nõ existentẽ realẽ, & actualẽ similitudinẽ, vt benè ait Lich. cit. nec albedo ad aliã possibilẽ, sed solã potentialem, quatenus sunt fundamẽta apta ad eas relationes fundandas terminis existẽtibus.

Restat igitur, vt fateamur, q sicut respectus trãscẽdẽtales esse possunt ad non ens, ita & aliqui prędicamentales, vel si id negatur de istis, debet quoq; pariter negari de illis cum Auctorib. initio art. citatis, vndè Bassol. ibi cit. vt loquatur conseqnter, negat quoq; relationes trãscendẽtales ad terminũ nõ existentem esse reales; vndè negat materiam esse in potentia ad oẽs formas per aliquã relationẽ realẽ ad illas terminatã, sed dicit esse in potentia fundamentaliter, quatenus est apta ex se referri existẽte termino, & etiã qa habet negationẽ repugnantiæ ad formas recipiẽdas, q negatio dicitur potẽtia, cõuenitq; materiæ à parte rei, & idẽ dicit de inclinatione animæ ad corpus, & inhærentia aptitudinali accidentis separati ad subiectũ, q opinionẽ secutus est adamussim Smiglec. disp. 10. log. q. 11. Sed hæc opinio non est tenẽda, quia negat relationes trãscendentales reales, & solũ illas ponit in conceptu absoluto cũ relatione rõnis, q est falsum; tum quia indè sequitur omnes passiones esse formaliter respectus rõnis; tũ quia certũ est aptitudinẽ aliquid aliud dicere vltra non repugnantiam, quia simplex non repugnantia constituit potẽtiã neutrã in subiecto, non aptitudinem; tum tandem quia est contra communẽ.

ARTICVLVS SECVNDVS.

An vna, & eadem numero relatio possit plures respicere terminos.

NOn est quæstio de pluribus terminis specie distinctis, sic .n. cõstat ad plures terminos, plures quoq; ac diuersas tẽdere relationes, vt in eodẽ homine alia est relatio filiationis ad patrem, alia paternitatis ad filiũ, alia similitudinis ad albũ: sed est quæstio de terminis eiusdẽ rõnis, & solo numero inter se distinctis; & quia isti sunt adhuc duplicis generis, quidam adæquati, & totales, quorũ .s. singuli per se sũpti sufficientes sunt ad terminãdam relationẽ suæ speciei, vt se habent plures filii in ordine ad paternitatẽ, quilibet .n. solus, & per se sũptus sufficit ad terminãdã paternitatis relationẽ, quidã verò sunt inadæquati, & partiales, itaut singuli per se sũpti insufficientes sunt ad terminãdã relationem, sed simul sumpti constituunt vnum totalẽ, & adæquatũ, quo sensu singulæ partes sunt termini inadæquati dependentiæ totius, & indiuidua vniuersalitatis speciei, quæstio in præsenti non est de terminis partialibus, & inadæquatis, cõstat .n. vnã relationem ad plures huiusmodi terminos tẽdere, qa ĩ oẽs illos tẽdit, velut in vnũ adæquatũ, & totalẽ, vt docet Doctor in 4. d. 1. q. 2. in fin. Sed est quæstio de terminis totalibus, & adæquatis, itaut sensus est, an quãdo vnũ relatiuum plures respicit terminos eiusdẽ speciei, vt simile plura similia, & pater plures filios, num singulos respiciat, & attingat per distinctas numero relationes, vel per vnã, & eandem numero extensam ad omnes.

Cõmunis, & perpetua Thomist. opin. affirmat plures terminos eiusdẽ rationis attingi per vnam, ac candem numero relatio-

lationē, ita D. T. 3. p. q. 35. ar. 5. quol. 1. ar. 2. & quol. 9. ar. 4. Caiet. & Medin. ibidē, & Aluarez disp. 45. n. 16. Cōpl. disp. 14. Log. q. 7. §. 4. vbi citant Capreol. Heruæ. Canariens. Ripā, Bannes, Palud. Soncin. Iauel. Masf. Sanch. Did. seq. Io. de S. Th. q. 17. ar. 6. Ruuius hic q. 8. Fland. 8. Met. q. 9. art. 3. Aquar. 5. Met. diluc. 9. Morif. disp. 8. Log. q. 8. Suessan. 5. Met. & fuit iam pridē sent. Henrici quol. 4. q. 2. & Alber. in prædicam. ad aliquid c. vlt. Opposita sent. est Scoti 3. d. 8. q. vn. Lichet. ibid. Tromb. 5. Met. q. 7. Bassol. 3. d. 8. q. vn. Zerb. 5. Met. q. 19. §. *propter secundū*. Parisiens. hic q. 3. Mair. 1. d. 29. q. 2. ad 2. Tatar. hic dub. 3. Faber 3. sent. disp. 21. & alij Scotistæ passim, seq. Baccon. 3. d. 8. q. 1. ar. 2. Fonsec. 5. Met. c. 15. q. 5. Suar. disp. 47. sect. 17. Vasquez to. 4. in 3. p. q. 91. ar. 1. dub. 4. Blanc. disp. 11. sec. 18. Amic. tr. 15. q. 7. dub. 8. idéq; tuentur iuxta sua principia. Hurt. disp. 15. Met. sec. 10. Auersa q. 25. Phys. sect. 5. Smiglec. disp. 10. q. 14. & alij Recentiores passim.

Dicendum est cum hac 2. sent. non posse vnicam relationē plures attingere terminos eiusdē rationis, sed relationes debere numericè multiplicari ad multiplicationē numericā terminorū. Ita Doctor, loc. cit. quod probat solidissimis rationibus, quas quia conati sunt soluere Thomistæ excogitādo varios modos saluādi vnitatē numericā relationis ad plures numero terminos, ideò singulos adducemus, & reijciemus, vt īde magis pateat euidētia huius cōclusionis, & soliditas rōnū Doctoris, qb. passī alij vtuntur.

Primus modus saluandi hāc vnitatem relationis ad plures terminos satis frequens in Schola Thomistarum est, ad ꝓductionē noui termini eiusdem rationis, vt v. g. noui filij nō resultare in patre nouam relationem paternitatis, sed priorem extendi ad illum, & sic deinceps; & aiunt extensionem istam eiusdem relationis ad diuersos terminos non fieri per additionē relationis nouæ, sed per explicationē præexistentis, quatenus ipsa de se respicit oēs terminos ꝓcedentes ex eodē fundaméto q̄do ponūtur in esse, absq; mutatione intrinseca illius relationis, sed per solā extrinsecā denominationē sūptā ex noua existentia termini. Hocq; multis declarāt exēplis, sed p̄sertim habitus scientifici circa vnā cōcl., quādo .n. habetur demōstratio circa aliā eiusdē obiecti, nō aduenit nouus habitus, sed noua extensio præexistentis ad illā, sic etiam dicunt vnā, & eandē numero visionē, crescēte numero hominum occurrentiū, plura illa obiecta attingere per solā extensionē eiusdem, & non per additionē aliarū visionū, eadem quantitas absque additione alterius, sed p solā extēsionē eiusdē maiorē occupat locū, & sic in multis alijs, vnde cōcludūt nouā extēsionē relationis ad nouum terminum nihil noui ponere p̄ter coexistētiā noui termini, sicut si figatur baculus in Fluuio, cui succedāt variæ partes aquæ, dicitur illis de nouo coexistere ex sola nouitate partium aquæ succedentium.

Cęterum hic modus dicēdi sęp graues passus est difficultates; Tū q̄a ī primis labefactat fundamentū, quo Thomistæ nobiscum cōsētiūt in distinctionē realē relationū p̄dicamentaliū à fundamētis, & ansā p̄bet Nominalibus illud eludendi, si.n. antiqua relatio paternitatis nō existente secundo filio non refert patrem ad illum, existente autē refert, nulla facta additione nouæ entitatis p̄ter noui termini coexistētiā; ita dicēt Nominales, entitatē patris non existente filio non extendi ad illum, seu non referre patrem ad filium, at existente filio, eò ipso ad illum extendi, & illum respicere nulla additione facta nouæ entitatis, sicut .n. aiunt Thomistæ paternitatem, quæ in Petro resultauit ad primi filij productionē, de se virtualiter tendere ad secundum, & tertium filium, & defectum formalis, & actualis tēdentię solū ꝓcedere ex defectu illorū; sic pariter dicunt Nominales de ipsa entitate patris in ordine ad filium simpliciter, ꝙ apta est dare denominationem relatiuā, & prius nō

dat ex defectu existentiæ. Tũ 2.quia hæc extẽsio,vel est tantũ per intellectũ,& hoc nõ, quia à parte rei respicit nouũ filium, vel in re, & tunc debet accedere aliquis nouus respectus, quia extensio ad hunc nouũ terminũ (inquit Doctor)non potest esse formaliter,nisi relatio cũ.n.nõ sit q̃d absolutũ, respectus esse debebit. Tũ 3.nequit intelligi extensio prioris relationis ad nouũ terminũ per eãdẽ præcisè terminationẽ, quæ est ad priorẽ terminũ, sicut neque anima intelligi potest extendi ad nouã partẽ ex alimento additã per informationẽ priorẽ, sed per nouã, ergo debet extendi per aliam terminationẽ,quæ non erit, nisi noua relatio. Tũ 4.quia paternitas fũdatur super generationẽ, vel saltim illã necessariò sequitur, ergo sicut nõ generatione prioris filij attingit Pater quoque secundũ, & tertiũ per maiorem eius extensionẽ, sed per nouã generationẽ,ita etiã illũ respicit per nouã paternitatẽ. Tũ tandẽ, quia exẽpla allata (etiãsi duo priora falsã contineant doctrinã, vt suo loco videbitur)idem conuincunt,quia scientia de vna conclusione,dũ extenditur ad aliã circa idẽ obiectum, realiter,ac extrinsecè immutatur, vt fatentur Complut. visio etiã eadẽ numero nõ potest ad plura obiecta extendi, vel si potest, id sanè erit per nouos saltim attingentiæ respectus additos, extensio quantitatis ad maiorẽ locũ ponitur ab oĩbus nouus modus à quãtitate distinctus, tandẽ licèt entitas absoluta baculi maneat inuariata in medio fluuij fluentibus vndis, tñ coniunctiones illius cũ partibus aquę variantur ad variationẽ illarum, quia quælibet coniunctio determinatur ab illa parte aquæ, ad quam est.

Secundus modus saluandi hanc vnitatẽ relationis ad plures terminos est,ponẽdo ipsos partiales, ac inadæquatos, itaut conficiant vnũ totalẽ, & adæquatum;sed quia quilibet filius sufficit ponere relationẽ paternitatis, atq; ideo est adæquatus,& totalis, ideò distinguunt de duplici adæquatione, vna sufficiẽtiæ, quæ .s.sufficit, vt res tota existat, altera perfectionis, qua existit secũdũ totã suã perfectionẽ illi debitam, sic dicere solemus animal adæquatè existere in vna specie adæquatione sufficientiæ, quia in vna existit secundũ omnes gradus suæ essentiæ, at verò nõ existit in vna adæquatè adæquatione perfectionis, quia exigit perfici à pluribus specificis differentiis; ita in proposito existente vno filio, adæquatè existit relatio adæquatione sufficientiæ,non tamen perfectionis,quia sicut potentia generatiua, in qua fundatur, adæquatè respicit omnes filios à se possibiles generari, sĩgulos verò inadęquatè,ita & paternitas.

Verũ neq; hic modus benè saluat hanc vnitatẽ;tum quia ad hoc vt quilibet filius possit,ac debeat propriã terminare paternitatẽ,satis est, vt singuli sint termini adęquati adæquatione sufficientiæ; tũ quia inadæquatio perfectionis nõ petit, vt termini, ità inadæquati vnica relatione attingãtur,nã pater successiuè plures generãs filios vnũ post alterius interitũ,singulos vtiq; respicit, vt terminos inadæquatos quoad perfectionẽ, & tñ singulos respicit singulis relationib.;tũ tãdẽ q̃a aliud est loqui de potentia generatiua, aliud de ipso actu generationis, quo illa reducitur ad actum, & de ipsa paternitate,illa enim vtiq; inadæquatè respicit omnes filios, at nõ hæc, vel illa paternitas,hæc vel illa generatio,sed adęquatè respicit hũc,& illũ.

Tertius modus est aliorũ distinguentiũ terminũ formalẽ relationis,& materialẽ, ille est, qui per se primò respicitur,& terminat relationis tendentiã,materialis verò est, qui per accidens terminat, & rõne formalis; paternitas ergo, quæ est in Petro,non respicit per se primò hunc, vel illũ filiũ in particulari, quia illa supposita sunt termini materiales, sed per se primò respicit rõne filij, vt sic à se geniti,& quia hæc eadẽ ratio formalis interdũ reperitur in pluribus, ideò potest vna relatio terminari ad plures terminos materiales quia terminatur ad illos sub vna ratione for-

formali,& hinc etiā fit, vt variatis terminis materialibus, si maneat ratio formalis in vno, non varietur, sed conseruetur relatio;ita significant Complut.cit.

Sed etiam iste modus,esto quādā habeat apparentiā veritatis, non subsistit;tū quia dū multiplicantur termini, multiplicatur etiā in eis ratio terminandi, & cū hæc sit filiatio in proposito, præsertim secūdum Thomistas vtiq; hæc plurificatur in suppositis à Petro genitis,ergo etiā multiplicari debet relatio ad eā terminata;tū quia cū plures generat vnū post alterius interitū,sēper attingit singulos per distinctas numero relationes,etiamsi eadē sēper sit specifica ratio terminandi,non alia rōne, nisi quia numero multiplicatur, at ita est etiā quādo plures illos filios habet superstites;tū tādē quia penes terminū formalē,vt sic,.i.penes cōmunē rōnē filii attenditur vnitas specifica relationis, nō autē numerica, sed hæc potius desumi debet ex peculiari ratione talis filij, nam, vt ait Tromb.relationes mutuę ita se respiciūt, quòd si vna est sīgularis, ēt & alia,sed paternitas in hoc patre est singularis, ergo & relatio ei respōdēs,vt terminus primus.

Quartus modus saluandi hanc vnitatē est,quòd nō vtique prima paternitas, quę est ad primū filiū respicit singulos inadęquatè,& omnes adæquatè indiuisibiliter, sed ita quòd prima paternitas habeat pro adæquato termino vnum filiū, alia verò duos, alia tres, quare ad generationē secundi filij nouā relationē oriri,quæ indiuisibiliter, & adęquatè refert hominem ad duos filios, & primā perire, veluti superfluā,& ad generationē tertij filii istam interire, & aliam de nouo oriri, quæ ad tres filios adæquatè referat, quorū nullus seorsim valeat talē relationē terminare. Sed neq; iste modus est idoneus; tū quia estò dari possit aliqua relatio, quæ plura respiciat adæquatè, quando illa plura necessaria sunt ad ipsam ex vi suæ speciei, tamen paternitas,similitudo,&c.non sūt huiusmodi, paternitas .n. sufficienter resultat ad positionē vnius filij solū;tū quia tunc non omnes paternitates forent eiusdē rōnis, quia vna ex sua ratione peteret vnū terminū,alia duos,&c.tū quia genito secūdo filio gratis omninò dicitur perire relationē ad primū, cum permaneat ipso superstite tam ex parte fundamenti, quā termini, quicquid ad cōseruationem illius relationis exigitur; tū tandem quia ideò Thomistæ ab initio dixerūt per vnā relationem posse fundamentū ad plures terminos referri, ne res oēs tot, tāq; freqntib. mutationib. subijcerent, sed ita dicendo in illud incōueniēs labuntur,quod euitare cōtendunt,& quidē absurdius,qa quoties fieret nouum album, cętera alba existentia suas similitudines permutarēt.

Quintus modus est, ꝙ vna, ac eadem relatio pōt modo incipere, modò desinere referre subiectū posito nēpè,vel ablato termino nulla ꝓrsus additione facta nouæ entitatis. Sed iste modus incurrit omnes difficultates primi modi; & prætereà impugnatur, quia relatio non se habet,vt potentia, & aptitudo referēdi, quasi modò referre possit, modò non, sed est ipsemet actus referendi, sicut actio est actus agendi;tum quia si relatio modò exercet, modò nō exercet actū referendi,iā actus ille referēdi erit quid superadditū entitati eius,& de eodē redibit difficultas;an possit tendere in plures numero terminos.

Sextus modus est aliorū,q cōcedunt in generatione secundi filij nouā relationē addi fūdamēto, & sic in generatione tertii, sed ad saluādā vnitatē inqūt, ex oībus his relationib. vnā integrari adæquatā,& totalē p quādā additionē quasi gradualē relationis. Sed modus iste dicendi re vera concedit totū, ꝙ ꝓtendimus,additionem nempè realem in relatiuo facta additione noui termini, vt benè notauit Suar. n.19. & solum inter nos remanet quæstio de nomine an illud additū sit distincta relatio,vel cōponat vnā cum præexistente,sicut secundus gradus cum primo cōponit vnum calorem; & sanè quantum ad hoc

attinet, nulla vera vnitas inter eas relationes fingi potest pter extrinsecã, q̃ habēt ex vnitate subiecti, nō qdē vnitas cōpositionis, quia hæc fit ex actu, & potētia, q̃ ꝓportionē non habent adinuicē illæ relationes, neq; continuitatis, quia nequeunt assignari indiuisibilia, quibus illæ relationes continuentur adinuicem; nec tandē vnitas alicuius per se connexionis, quia neque talis connexio reperitur inter terminos, à quibus relationes illæ depēdēt.

Deīdè ꝓbat Doctor idē assertū ab incōuenieti, seqretur.n.ꝙ relatiua nō essēt simul natura, qa pater nedū est correlatiuū primi, sed etiā secūdi filii, & tñ nedū natura, sed etiā tēpore pcedit sm̄ cū relatione illi correspōdēte, & pereūte primo adhuc manet in esse relatiuo per eādē relationē, quæ ad ipsū terminabatur. Nec valet, ꝙ aiunt, esse simul natura cū primo filio secūdū substātiā relationis, cū cæteris verò secūdū extensionē eius accidentalē. Quia respicere terminū non est accidentale, sed essentiale relationi, cū totū esse relationis sit ad aliud, ergo relatiua sunt simul natura sm̄ substātiā relationis, & nō p solā extēsionē accidētalē eiusdē relationis, q̃ adhuc nō nisi verbositate explicuerūt Thomistæ; tū qa peūte primo, debēt assignare cū quo cęterorum euadat pater simul natura sm̄ substantiā relationis, & cū nequeat magis hic assignari, quā ille, dici debet esse simul natura cū oīb. secūdū substantiā relationis. Rursus sequitur talē relationē essentialiter pēdere ab vnoquoq; illorū terminorū, quia oēs, & singulos attingit, & relatio pēdet essētialiter à termino; & ex alia parte seqtur nō dependere, qa quolibet peūte, eadē relatio manet. Nec respondere iuuat ab vno tatū termino depēdere indeterminato tñ, & vago. Quia relatio quoad existentiam pendet à termino existenti, ergo implicat depēdere à termino vago, quia quicquid existit, nequit esse, nisi determinatū, ergo terminus, à quo dependet hæc numero relatio, est determinatus; tum quia sicut relatio in cōi totū suū esse habet ad terminum in cōi, ita hæc numero relatio habet totum suū esse ad hunc numero terminū signatē, & nō vagē. Tandē sequitur eādē relationem simul intendi, & remitti, vt si sint tria calida, quorum duo in æquali gradu haberēt similitudinē pfectiorē, & alterū esset in gradu inæquali, iā si calidū æquale recederet ab ęqualitate illius, & alterū inęquale accederet ad æqualitatē cū eo, tūc similitudo ī illo 3. calido respectu vni' ītēderetur, & respectu alteri' remitteret.

In oppos obijc: Thomistæ 1. non possunt in eodē subiecto recipi plura accidentia numero solo differentia, quia omnis distinctio numerica accidentium sumitur à subiecto, ergo nequeunt esse in eodē subiecto plures respectus solo numero differentes; & hoc est vnicū eorū fundamētū, ex quo etiā soluere præsumunt omnia argumenta in oppositum, aiunt.n.ꝙ licèt secūda, & tertia generatio filij sufficiens esset, vt resultaret relatio paternitatis in Petro, tamē per accidens euenit, vt nō ꝓducatur, quia datur impedimentū ex parte fundamenti, quod non potest recipere plura accidentia solo numero diuersa.

Resp. neg. assūptū, cuius ꝓbatio estò sit quoddā metaphysicū principiū in Schola Thomist. est tñ prorsus falsum, vt Doctor demonstrat loc. cit. quē sequūtur oēs Recentiores, oēs.n. formæ tā substantiales, quā accidentales, non per subiectū, ꝙ illis est prorsus extrinsecum, sed per proprias hæcceitates indiuiduātur formaliter, vndè falsū est assūptū, non solum de accidētibus relatiuis, sed etiā absolutis; cū.n. quis videt plures hominès, vnūquemq; per ꝓpriam speciem, certè habet in oculo plures species intentionales solo numero distinctas; tunc igitur solum rępugnant in subiecto eodem plura accidentia solo numero differentia, quando omnia tribuerent eundem prorsus effectū formalem, quod in casu nostro non euenit, quia hęc numero relatio refert ad hunc numero terminum, & alia ad alium, sicut hæc numero.

merò species repsentat Petrum, illa Fráciscum. Dices, accidens à subiecto accipit entitaté, ergo & vnitatem, & pfertim relatio, quæ effectiuè pendet à solo fundamento ex dictis. Resp. Doct. 4. d. 12. q. 1. G. assumptum esse verum extrísecè in gře .s. causæ efficiétis, & materialis, nō intrísecè in gře causæ formalis; hinc aut nō seqtur plura numero accidétia in eodé subiecto esse non posse, qa cum vnitate causę stare pôt pluralitas effectus, vt fusius in Meth.

Secundò si plures numero paternitates possunt esse in eodem, iá iste nō esset vnus pater, sed plures, quia ad multiplicationé abstracti multiplicatur, & concretū. Resp. Doct. cit. sub F. neg. cōseq. cum prob. quia ad multiplicationem cōcretorum nō sufficit multiplicatio formarum, sed ét reqritur multiplicatio suppositorum; vt dictū est disp. 2. q. 6. ar. 2. quia cōcretum non solùm significat formā, sed ét subiectum cōnotat, quarè vtriusq; plurificationem necessariò exigit, hac de causa homo habens plures scientias vnus sciens dr, & nō plures scientes, vt notat Doct. quol. 14. H. sic igī homo habens plures paternitates dr vtiq. pluries pater, sed non plures patres.

Dices, Petrus habens plures filios, est tm vnus pater numero, ergo p vnā numero relationē ad oés, & singulos, quia si p aliā numero, ergo non est idé numero pater respectu oīum, sed alius, & alius numero, qa vna paternitate est vnus pater, & hac paternitate ē hic pater, ergo alia paterni'ta te erit alius pater. Negat rursus Doct. cōseq; cū sua pb. & ait in illa forma arguēdi, hac paternitate est hic pater, ergo alia paternitate alius pater committi fallaciā cōsequentis à destructione antecedentis, quia ad alietatem patris non sufficit alietas formæ, sed reqritur ét alietas suppositi, vnde intereunte primo filio, & nascente secundo, vtiq; ét secūdum Aduersarios alia paternitate dr pater respectu illius secundi, nec tn dr alius numero pater.

Tertiò filius per vnicā numero relationem filiationis respicit duos terminos .s. vtrúmq; parentem specie quidem distinctos, si mater non cōcurrit actiuè, vel certè numero, si cōcurrit actiuè, vt verius ē, ergo &c. Resp. neg. assumptum, quicquid alij dicāt, duas. n. relationes habet filius saltim numero distinctas, quarum vna indiuisibiliter respicit patrem, & alia matré, & vna manet sine altera. pereunte. s. altero parentum; vt docet Zerb. 5. Met. q. 19. §. *propter* 2. & hoc idem fateri tenentur Thomistæ, si dicunt matrem concurrere tm passiuè, tunc. n. potentia generatiua vtriusq. parentis esset oīnò alterius rōnis, & consequenter eundé specie, & numero respectum terminare nō possent, vndè magis ipsi, quā nos tenentes cum Sc. & Gal. concurrere actiuè, id coguntur asserere; sed ét si assumptum admitteretur, adhuc negari deberet conseq. qa pater, & mater sunt termini p se cōnexi depēdentię filij, qa alter sine altero nō sufficit ad generationem, & cōsequenter ad terminandā filiationē, at in ppósito vnusquisq; filius est terminus adæquatus, & totalis paternitatis, quare paritas prorsus negari deberet.

Quartò tandem obijc. Tum quia quando plures filij nascuntur ex eodem partu, relatio patris non potest esse, nisi vnica, quia in eadem actione fundatur, ergo ét quādo per plures actiones producuntur, per accidens. n. est, quod potentia generatiua reducatur ad actum per vnā, vel plures actiones. Tum 2. quia effectus formalis relationis secundæ iam positus est per primā, ergo superfluit secunda, prob. assumptum, quia effectus illius esset constituere hunc patrem, sed sufficienter cōstituitur hic pater per illam primam. Tum 3. vnica potentia visiua plures respicit colores, vna potētia materiæ plures formas. vna risibilitas multos actus ridédi, & plures trahentes nauim vnica relatione respiciuntur à naui. ergo &c. Tum 4. multiplicatis terminis non multiplicantur oīa requisita ad relationem, quia non multiplicatur fundamentum, ergo neq. relatio. Tum tandem ita dicendo infinitæ prope-

mo-

modum relationes forent similitudinis, æqualitatis diuersitatis,&c. & omnes res tot,tanq;frequentibus subijcerentur mutationibus, vt hoc solum inconueniens hanc sententiam redeat improbabilem.

Resp.ad 1.neg.assumpt.cuius probatio nulla est, quia falsum est parentes vnica actione generatiua attigere gemellos, & falsum est paternitatem fundari in præuia actione, cum potius hæc se habeat veluti præuia dispositio, & qđ ēt hæc oīa concederentur,adhuc ꝓbatio nō cōcludit, qa sup vnum, ꝙ idem fundamētum possunt fundari plures relationes, tum successiuè, tū simul,qa vnitas prioris stat cum pluralitate posterioris. Ad 2.neg. assumptū cū ꝓb. quia nec effectus primæ paternitatis, nec secundæ est cōstituere hunc patrem substantialiter, nā ille pater dr hic antecedēter ad quācunq; formā accidentalē; effectus igr huius numero relationis est referre patrē ad hunc numero terminū, & alterius ad alium numero terminum,& per vnā numero relationem dr tm vna vice pater,& p plures dr pluries pater,ꝙ etiam dicere debent Thomistæ, cum successiuè pater plures acquirit paternitates generādo vnumfilium post alterius interitū. Ad 3.exempla illa non sunt ad rem, quia loquuntur de terminis inadæquatis,tales.n. sunt singuli colores respectu potētiæ visiuæ,singulæ formæ respectu potētię materię,singuli actus ridendi respectu risibilitatis,& singuli trahētes respectu tractus nauis,vt notat Doct.4. d.1.q.2.in fin. Dices,id ēt cōtingere in ordine ad terminos adæquatos, & totales, quia vt diximus q. 4.ar.2.in sol. ad 5. similitudo, q̃ est in vna paternitate ad aliā, non solùm respicit similitudinem alterius paternitatis sibi correspondentem,sed aliam quoq.similitudinem disparatam inter alias duas paternitates repertā ab sq.vllo superaddito respectu in ipsa fundato. Resp.debere vtiq. in eodē fundamento pręrtim absoluto multiplicari relationes eiusdē rōnis ad terminorum multiplicationē, nō quidem itaut vna fundetur sup aliā, quia cum oēs sint eiusdē rōnis,vna nō pōt vt *Quod* suscipere denominationē alterius, sed itaut oēs immediatè in eodem subiecto fundētur, sic expssè docuit Sco.3.d.8.q.vn.cit.§.*Cōtra* ℣. *praterea pater aliquo mō aliter respicit hunc filium,& illum*, ibi .n.ait debere in patre poni plures paternitates,nō ita ꝙ paternitas primi filij extēdatur ad alios p respectus alios in ipsa fundatos, quia illi respectus essent paternitates;quādo autem respectus sunt eiusdem rōnis,supfluū est vnum sup alium fundare; sed itaq; oēs isti respectus immediatè fundentur in absoluta entitate patris;quare in casu argumenti allati similitudo non fundat diuersos respectus ad alias similitudines, quia illi essent respectus eiusdem rōnis cū ipsa; atq.ideò illos fundare nō pōt,vnde vel seipsa dicetur similis,vel absolutè similis nō dicetur, cū in gre assimilandi sit ita *Quo*, vt neqat esse, *Quod*,ꝙ valde adnotabis,qa instantia facta nō est ita facilis solutionis.

Ad 4.neg. conseq. quia plurium filiorū ad eūdem patrem sunt plures relationes, & plurium alborum ad vnum album plures similitudines, & tñ est vnicus terminus,sicut ergo vnicus terminus sufficit ad plures relationes terminādas, ita vnicum fundamentum ad plures fundādas, nō .n. necesse est ad plurificationem posterioris plurificari prius; sola ergo multiplicatio, vel terminorum,vel fundamētorum sufficit ad multiplicādas numericè relationes (loquēdo de fundamētis,& terminis adęquatis,& totalib.) nec requiritur necessario vtriusq.extremi multiplicatio,sed sufficit illimitatio fundamenti ad plures relationes fundādas,& termini ad plures terminādas. Ad 5. neq. in opposita sententia prorsus euitatur multitudo relationum, & frequens rerū variatio quoàd esse relatiuū;quare si hoc argumento territi Thomistæ idcircò dixerunt vnā relationē posse ad plures terminos eiusdem rōnis referre, magis eis expediens erat negare prorsus relationes cum Nominalibus, q̃ illis

illis admissis negare, q necessariò sequtur ad positionem illarum, vnde bene inquit Auersa, magis cõsequẽter loqui Scotistas, q̃ Thomist. quibus admissis relationib. cõcedunt vnã posse sup alia fundari (si sint diuersæ rõnis,& denominationis)& multiplicari ad multiplicationem eius numericã terminorum, quæ oĩa negãt Thomistæ minus cõsequenter ad positionem relationum, in qua nobiscum conueniant.

ARTICVLVS TERTIVS.

An terminus relationem terminet sub ratione absoluta, vel respectiua.

SEnsus quæsiti est, an id,q terminat relationem, sit correlatio alterius extremi, num potius entitas absoluta illius, vt v.g.inter Petrum patrem,& Paulum filiũ filiatio Pauli sit terminus paternitatis Petri formalis,& primarius,an potius substãtia genita Pauli, in qua difficultate tres sunt sententiæ, duæ extremæ, & vna media. Prima extrema asserit in oĩbus relationibus tã mutuis, quã nõ mutuis terminũ formalem relationis esse aliquã relationẽ in alio extremo correspõdentem; hæc est cõior in schola Thomist. Caiet.in log.c.de relat.& 1.p.q.13.ar.7. Bann.ibi dub.vnic. Nazar.cõtrou.vn.Zumel.q.2.Flãd.5.Met. q.16.Sanch.lib.5.log.q.34. Cõplu.disp.14. log.q.6.Fonsec.5.Met.c.15. sect.4. Altera extrema tenet ex opposito in oĩbus relatiuis tã mutuis, quã non mutuis relationem terminari ad absolutum, est cõis in schola Scotist. nemine discrepante, docet Sc.1.d.30.q.2.vbi Tat. Bassol. Barg. Lich. qui idem habet quol.4.ar.2.Faber 5.Met. disp.21.Zerb.5.Met.q.19.§.*propter primũ* Ioa.de Mag. in hoc c. Mair.1.d.19.q.4.& sequuntur Recentiores passim Vasq. 1.p. disp.159.c.6. Suar. disp.47. Met. sect.16. Hurt.ibid.disp.15.sec.7. Vallius to.1. log. q.11.c.9.Onna hic q.1.art.3. Auers.q.15. phys.sec.7. Blanc. disp.11.sec.15. Murcia d.1.q.6.Moris.disp.8.log.q.7. Didac.disp. 14.p.2. q.1. Smiglec. disp.10. q.9. imò & Thomistæ celebres Capreol.1. d.30. q.1. ar.2.ad 3. Sonc.5. Met.q.30. ad 2.& 3. & Sot.in hoc c. q.1. ad 8. Tertia deniq. opinio media inqt relationes mutuas terminari ad relatiuum,nõ mutuas verò ad absolutum,ita Thomist. quãplures, ne totaliter viderentur sententiã S.Th. deserere, & in nostram venire, ita Ferrar. 2. contra Gent.c.11.Masius hic sec.3.q.2.Ioa. de S. Th.q.17.ar.5.Galleg.cõtrou.29. Ruu. hic q.7.Valent.1.p.q.13.disp.4.punc.4. Niph. 5.Met.disp.14.Hispal.1.d.3.q.1.& alij.

Dicendum 1.est cum 2.sent. cuius dux est Sco.oẽm relationem nõ mutuã,ad absolutum terminari. Hoc assertum probat Doct.cit.§.*Respõdeo igitur ad* 1.q. de relationib.nõ mutuis ex Arist.5. Met.c.15. qa relationes huiusmodi, quę dicuntur tertij modi, vt relatio scientiæ ad scibile, terminatur ad terminum, in quo nulla est correspondens alia relatio,& ideò dr̃ nõ mutui,ergo nõ terminatur ad relationẽ,quæ ibi nõ reperitur,sed ad entitatem eius absolutam. Nec valet dicere cũ Fonsec. cit. sec.4. terminum vnius relationis esse relationẽ oppositã,vel realem, si est mutua, vel rõnis, si nõ sit mutua, vt est in ppositio. Nã cõtra instat Doct.loc.cit.§. *praterea,* quia licèt possit intellectus negotiari circa terminum alicuius relationis tertij modi, & in eo causare relationẽ rõnis,tñ illa nõ erit rõ terminãdi,talis.n.relatio nõ est in hoc absoluto v.g.scibili,nisi dũ actu cõsideratur ab intellectu,at scientia realiter refertur ad scibile nullo intellectu cõsiderãte,ergo illa relatio rõnis in scibili nõ fuit rõ terminãdi relationẽ scientię. At inquit Fonsec. non requiri ad talem terminationem, vt talis relatio rõnis actu existat p actualem mentis operationem, sed satis esse vt conueniat termino, põt antẽ relatio rationis conuenire rei, etiã intellectu de illa non cogitante, sicut semper animal conuenit homini, etiam si nullus homo, nec animal existeret; Cæterũ hæc doctrina Fonsec. de relationibus rõnis, quod actu possint conuenire rebus ante earum obiectiuam existentiam in intellectu

lectu à nobis explosa est disp.3. q.1. Neq; exemplum de animali conuenienti hōi ante eius existentiā est ad rem, quia hoc est p̄dicatum necessariū, & esśētiale hōis, atq; ideò habens necessariā connexionem cum eius essentia p̄cisa existentia, at relatio rōnis respectu subiecti, cui tribuitur, est p̄dicatum prorsus accidentale, & contingens, p̄dicata autē cōtingentia debent actu existere, vt cum veritate de reb. enūcientur; Accedit, ꝙ relatio actualis terminatur à termino actu existente, nō in potentia tm̄. Demum difficile est explicare, quomodo relatio rōnis suo fundamento conueniat, cum tn̄ in eo non existat; ꝙ si explicetur talis conuenientia, itaut significet non actualem inexistentiā, sed debitum inessendi tali fundamento, eo ꝙ illi debita sit ex rōne fundādi talis relatio, & non alia; hæc quidem explicatio pōt admitti, sed per hoc non concluditur, ꝙ relatio terminetur ad relatiuum, q̄a nō pōt terminari, nisi ad fundamentum, cui debetur relatio, hoc autē est absolutum, nā relatio debita non potest illud constituere relatiuum antequam sit in ipso.

Ideò Caiet. cit. & cum eo Compl. Nazar. & alij dicunt, ꝙ quāuis in relatiuis nō mutuis terminus à parte rei non habeat aliq̄ relationem sibi inhærentē, rōne cuius terminet, habet tn̄ relatiuā denominationē à relatione alterius extremi ꝓuenientem; per q̄ constituitur formaliter in gn̄e relationis, & correlatiuū eius; & subdunt hoc Arist. significasse, dum inquit 5. Met. c.15. in relatiuis tertij gn̄is alterum extremū dici ad aliquid, nō quia ipsū dicatur ad aliquid, sed quia aliud dr̄ ad ipsum, in quibus verbis esset manifesta implicatio (ait Caiet.) nisi sensus esset, alterum extremum esse formaliter relatiuum, non à relatione sibi inhærente, sed à relatione existēte in alio extremo, & hoc sufficere, vt illud sit formaliter relatiuum seclusa quacunq; operatione intellectus; vndè Caiet. vult relatiua nō mutua esse ambo verè, & realiter relatiua, sicut sunt mutua, cum hoc solum discrimine, ꝙ in mutuis vtrumq. extremum est relatiuum per relationem sibi intrinsecam, sed in nō mutuis, vnum tantùm refertur per relationē sibi intrinsecam, aliud verò per eandem relationem refertur sibi extrinsecam.

Hæc doctrina Caiet. de relatiuis tertij gn̄is meritò ab oībus reijcitur, præsertim extrà scholā D. Th. (in qua ēt dissentiunt Ferrar. 2. cont. Gent. c. 11. & 13. cū S. Th. ibid. & Sonc. 5. Met. q. 29. & 30.) Tū quia terminus distinctus est à relatióne, q̄ terminat, ergo implicat relationem in vno extremo existentē esse terminum sui ipsius in alio extremo, cui adhæret. Tū quia referri propriè est habere in se relationē, ergo implicat aliquid propriè referri per relationem alteri inexistētem, vndè Arist. consultò, & hìc, & 5. Met. nunquam dixit scibile referri ad scientiā, sed ideò dici relatiuum, quia scientia refertur ad ipsum. Tum quia ita dicendo Caiet. incidere videtur in opinionē Henrici ab oīb. explosam, vt diximus q.4. ab initio; qui dicebat relationem īter duo extrema esse vnā, & eandem habitudinem, sicut eadem est via Thebis Athenas, & è cōtra, & rōne termini à quo, & ad quē diuersas p̄bere denominationes extremis, & q̄uis Arist. 3. phys. 32. docere videatur eandem entitatē motus dici posse actionē, vt est ab agente, & passionē, vt recipitur in passo, nō sequitur idē dici posse in ꝓposito, quia entitas motus, seù formę fluentis ita denominari pōt ob diuersos respectus, in ipsa fundatos importatos p *à quo*, & *in quo*, at in p̄senti sermo est de vna, & simplicissima habitudine, quæ ꝓindè referre non pōt extremā referentijs diuersis, & oppositis, vt creaturā in rōne creaturæ, Deū in rōne creatoris; Nec dicas eādē relationē posse p̄bere diuersas, & oppositas denominationes extremis attingēdo vnū intrīsecè, & subiectiuè, aliud extrinsecè solū, & adhæsiuè, vt constat de visione, quæ denominat oculum vidētem, & parietē visum. Quia terminus relationis potest benè denominari

nari extrinsecè, quatenus eã terminat, nõ tñ p eã referri extrĩsecè, nã *referri* necessario dicit intrinsecã denominationem ĩ re relata, cum.n. essentia relationis consistat in ordine vnius ad aliud, vt tribuat effectum formalem referendi, debet inesse intrĩsecè in relata, qa non põt ad aliud ordinari p ordinem existentem in alio. Tum tãdem, quia prius natura intelligitur scibile terminare relationẽ, quã accipiat denominationem relatiuã à relatione scientiæ, nã quia terminat denominatur ab illa relatione, ergo nõ est terminus illius relationis p talem denominationẽ relatiuã, quæ supponit terminationem factam.

Neq. Arist. à Caiet. cit. dum numerauit inter relatiua scibile, & sensibile, voluit innuere, q̃ sint verè, & realiter realia, & q̃ formaliter spectent ad pdicamentum ad aliquid, immò negat ibi expsè esse verè relatiua, quia nõ refferuntur, & ait in hoc tm̃ sensu dici posse ad aliquid, eò q̃ alia dicantur ad ipsa .i. pertinere ad genus ad aliquid tanq̃ terminos, non verò tanquã relatiua, ex quo concluditur contra Caie. relatiua nõ mutua, non in eo consistere, vt ipse dicebat, q̃ vtrumq; extremũ sit verè relatiuũ reale, licèt vnum intrinsecè, alterum extrinsecè, sed in eo, q̃ in vno extremo sit intrinsecè relatio realis in altero verò non, sed sit ens absolutum, vt docet Doct. loc. cit. 1. d. 30. Neq. ex Arist. ibi deducitur, q̃ relatio scientiæ terminetur ad scibile sub denominatione relatiua ex eius terminatione in ipso derelicta, & sic vniuersaliter contingat in relatiuis tertij modi, immò oppositum expsè docet, inquit.n. in fine capitis, intellectum nõ terminari ad ipsum intelligibile, quatenus intelligibile .i. quoad denominationẽ relatiuã eius, quia alioqui idem bis diceretur, & idem explicaretur p idem, nẽpè intelligibile est, cuius est intellectus, & intellectus est eius, cuius est intellectus, quę foret inutilis repetitio, & hinc infert visum debere dici ad colorem, aut lumen, non autem ad visibile, ergo manifestè expsit relatiua tertij modi dici ad terminum secundũ entitatẽ eius absolutã, & nõ aliter, hic.n.ẽ germanus sẽsus illorũ verborũ, vt notat Zerb. cit. §. *propter primũ*, ex Doct. quol. 13. in fin. art. 2. sed fusã concertationem contra Caiet. habet P. Faber. loc. cit.

Dicimus 2. ẽt relationes mutuas non terminari, nisi ad absolutum, itaut licèt in alio extremo inueniant relationẽ correspondentem, illa tñ non est formalis rõ terminandi, sed entitas ipsa, in qua fundatur, vndè ad summum illa relatio dici põt terminus concomitans. Ita Doct. loc. cit. quã optimis rõnibus indè deductis optimè inter alios Scotist. probãt Bassol. Mair. & Zerb. cit. quib. deinde alij passim vtuntur; probatur igr̃ 1. quia relatio non tm̃ pexigit fundamẽtum, sed ẽt terminum, ergo terminus vnius relationis nequit esse opposita relatio, quia sic vna relatio presupponeretur alteri, sicut vniuersaliter terminus supponitur relõni, at hoc est falsum, qa relationes mutuæ sunt simul natura, & in eodem signo cõsurgunt positis extremis. 2. hoc, q̃ est vnum extremum terminare relationem alterius est mera denominatio extrinseca proueniens præcisè ex eo, quod aliud est ad ipsum supposita in ipso ratione terminandi, & non ex eo, quòd ipsum sit ad aliud, quia termino, vt terminus est, accidit, quod referatur, vt ait Doct. sub lit. G. ergo rõ formalis terminandi in termino, non est referri, seù ipsa mutua relatio, sed entitas ipsa absoluta termini, quia tendẽtia, & terminatio potius opponuntur. 3. sicut ratio fundandi est illa, quæ est proxima causa, ob q̃ vna res ad aliã refertur, ita ratio terminandi est illa, quæ est proxima causa, ob quam aliud referatur ad illam, sed hæc causa in relatiuis mutuis æquiparantiæ eadem est ad fundandam relationem, & terminandam, ergo si vna est absoluta, ẽt & altera, minor patet, nã vnum album est alteri simile in albedine, vndè si quæratur, cur hoc album fundet similitudinẽ ad aliud, assignatur albedo, & si quæ-

ratur

ratur causa, cur illud aliud terminet similitudinem, adhuc assignatur albedo, non similitudo, q̃a in albedine cōparātur, non autē in ipsa similitudinis relatione, 4. hoc totum confir. manifestis exēplis, palmus est æqualis alteri palmo nō autē æqualitati illius palmi, album est simili alteri albo, non autē similitudini alterius albi, immò illi collatū est dissimile, q̃a albedo formaliter assimilatur albedini, & nō similitudini. Imò hoc ita verū est, vt si paternitas ad aliā paternitatē referatur in rōne similis, adhuc dici nō pōt in sēsu Aduersariorum terminum talis relationis esse respectum sibi formaliter oppositum, q̃a similitudo vnius paternitatis respicit formaliter entitatem alterius paternitatis, & non similitudinem mutuā illius, quare paternitas alia terminādo relationē similitudinis, respectu illius non se habet, vt relatio, quia nō est sibi opposita, sed perinde ac si esset quid absolutum, vnde in tali casu terminus relationis adhuc dici pōt absolutus, esto non vt quid, saltim vt modus, vt vniuersaliter verum sit, saltim in aliquo sensu, rōnē terminātem esse absolutā, vel habere modum absoluti, quia reuera terminare nō est tendere, sed potius tendentiā sistere, vt constat ex vi vocabuli. Quintò tandē ꝓbat Doct. quia oē relatiuū definiri debet, & explicari p suum terminū ex Arist. 6. Top. c. 2. si ergo vna relatio mutua ad alterā terminaretur, vtraq; debebit per alterā definiri, atq; ita sequeretur illud absurdum, ꝙ Arist. cit. 5. Met. 15. inferebat, si intellectus ad intelligibile terminetur sub rōne relatiua, nimirum, ꝙ idem bis diceretur, & explicaretur idem per idem, ꝙ inconueniens euitatur, si relatio vnius extremi definiatur per entitatem absolutam alterius, & è contra; Sed de modo definiendi relatiua dicemus inferius.

Resp. ad hæc oīa Cōplut. Nazar. & alij Thom. in quocunq. relatiuo distinguendā esse duplicem rōnē terminādi, vnā formalem, aliā radicalem, & materialem, entitas absoluta vtiq. est ratio materialis terminās relationem, at ratio formalis terminās est opposita relatio fundata in illa entitate, absoluta, inquiunt igr̃ allata arg. probare solum de termino materiali, non formali, & ex inaduertentia huius distinctionis, ait Ruu. non decipi, quia nunq̃ loquimur de formali, sed de materiali termino, dum dicimus similitudinem terminari ad albū; & ad illud referri, non ad simile, inquiūt tandem, vt soluant primā rōnem, quæ sanè euidentissima est, cum aiunt Dialectici relationē resultare expositione termini cū fundamento, loqui de termino materiali, non formali, quia si de isto sit sermo, non est dicendum relationem dependere à termino, sed ad terminum, quia nō præexigit terminum in hoc sensu, sed potius constituitur per formalem oppositionem ad illum, vnde stat optimè vnā relationem esse rōnem formalem terminandi aliam, & esse simul natura cum illa.

Sed falsum est nostrā sententiā procedere ex inaduertentia p̄fatæ distinctionis, nā quando ab initio qōnē instituimus de termino relationis, sermo fuit de rōne formali terminandi, & hāc dicimus esse entitatem absolutā, quia in similitudine v.g. duorum alborum, sicut albedo in vno extremo est ratio formalis fundādi eā, ita in alio est ratio formalis terminandi. Tum quia ille dr̃ terminus formalis relationis, qui sufficiens est ad specificandā relationem, hoc .n. est esse formaliter terminum relationis, sed hoc totum habet entitas absoluta alterius extremi, ergo. Tū q̃a illud dr̃ formaliter terminus relōnis, ꝙ habet rōnē vltimi, & finis, in quē tendit relatio, talis aūt est albedo vnius extremi, nō aūt similitudo, q̃ fundat ad aliud. Tū quia formalis, & p se terminus relationis ille dr̃, q̃ semp necessarius est ad terminandā relationem, talis aūt est entitas absoluta, non relatio, vt constat in relatiuis non mutuis, vbi in termino nulla interuenit relatio. Tandem distinctio hæc de termino relationis formali, & materiali in sensu, quo explicatur à Thomistis, est penitus fictitia, & so-

& solum excogitata videtur ad eludenda nostra argumenta, semp.n. Philosophi docuerunt relationes pendere ab extremis, & resultare in fundamento posito termino, & verisimile nõ est semp locutos fuisse de termino materiali, nunquã de formali; quia loquebãtur de illo, ad quem dr̃ esse relatio, sicut ad aliud, cum ergo hæc oĩa dixerint de termino, ad quem est relatio, vt ad aliud, censendum est locutos esse de termino formali, & de hoc illa enũciasse, nec aliũ terminũ agnouisse, q̃ sit simul natura cum relatione, quã terminat.

Respondent formalitatem termini in relatiuis nõ attẽdi penes id, q̃ respicit relatio vtcunque, sed quod respicit, vt oppositum, nõ cõstituitur autem in tali esse p̃cisè per hoc, q̃ est vltimum, in q̃ relatio tendit; sed p correlationem è regione oppositã illi, & ideò de rõne termini formalis relõnes, vt sic est; q̃ si ei oppositus oppositione relatiua; Cõtrà, tum quia vt demõstrat secunda ratio allata pro cõcl. accidit termino relationis, vt terminus est, q̃ referatur, quia referri, & opponi est ad aliud tendere, aliudq; respicere, terminare verò est respici, & sistere tendentiã alterius ad seipsum. Tum qa in relatiuis nõ mutuis datur ex parte vnius extremi vera relatio, q̃ dr̃ etiã ad aliud, quãtum sufficit ad essẽtiã relationis, & tñ illud aliud est ens absolutum, nõ autem correlatum, vel oppositum: Tum quia concipi põt tota essentia relationis, etiã si nõ cõcipiatur relatio in termino, si.n. esset paternitas in Petro, & non resultaret filiatio in Paulo genito ab ipso, sicut ait D.Th.3.p.q.35. q̃ datur in B. Virgine relatio realis maternitatis ad filium Christum, & tñ nõ datur in Christo filiatio realis ad ipsã dato hoc casu adhuc paternitas nõ foret ens absolutum, sed relatiuum, quia non esset ad se, sed ad aliud, vnde de rõne entis relatiui ẽ, q̃ nõ in se sistat, sed ad aliud tendat, qualecunq; sit illud, ita q̃ non necessariò tendit in aliud relatiuum. Tum tãdem, qa vt dicemus in sol. ad 2. in relationib. nõ ẽ idẽ terminari, & opponi, vel saltim oppositio terminatiua p̃rsus distincta est à relatiua.

Respondent proindè Auctores 3. sent. concedendo munus terminãdi non conuenire relationi, vt sic, quia interdum cõuenit absoluto, vt in non mutuis, addunt tñ cõuenire relationi, vt mutua est, vbi.n. sunt relationes mutuæ, ibi sicut est respectus mutuus, ita & mutua terminatio secundum illã rõnem respectus, nã talis relatio ex natura sua exigit coexistentiã alterius relationis in termino; notat aũt Io. de S.Th. q̃ vna relatio mutua non dr̃ formalis terminus alterius, vt mutua est, .i. eiusdẽ rõnis cum illa, sed vt opposita, oppositio .n. cõstituit formaliter terminum. Contra, qa relatio non dr̃ mutua p rõnẽ terminãdi, sed per rõnem referendi, quia vtrumq; extremum refertur ad aliud, ergo vt relatio dicatur mutua, necesse non est, q̃ sit ratio terminandi, sed satis est esse rõnem referẽdi, vt vtroq. extremo, q̃ verum adhuc est, si absolutũ terminari ponatur; Accedit, q̃ si relationi cõuenit munus terminãdi rõne istius differentiæ cõtrahentis, nempè mutuitatis non amplius poterit competere absoluto, q̃ est extra genus relationis, cuius oppositum Auctores isti docent, sicut esse risibile, quia conuenit animali rõne rationalitatis, vtique nequit alteri competere extra genus animalis. Tandem semper obstat illa ratio, q̃ terminare potius est munus absoluti, quã relationis, siuè sit mutua, siuè non, quia terminare est non respicere aliud, sed respici, non tendere ad aliud, sed sistere tendentiam alterius ad seipsum.

Soluuntur Obiectiones.

PRimò obijc. auct. Arist. in prædicam. relationis, vbi inter relatiuorum proprietates ponit, quod dicantur ad conuertentiam, & declarans modum, quo fieri debet hæc conuertentia, ait, fieri debere per relationes hinc indè, itaut circũscriptis omnibus alijs à Domino, hoc solum relicto, quod Dominus est, semper seruus ad ipsum dicetur; si autem relinquatur

tur alia oīa, & solum p̄scindatur, q̄ Dn̄us est, aufertur ēt relatio serui ad ipsum; ex quo sic arguūr, ille est terminus formalis, & p̄cises relationis quo posito ponitur, & quo ablato aufertur relatio ad ipsum, sed posita, vel ablata ratione Dn̄i, ponitur, vel aufertur relatio serui, ergo terminus formalis, & præcisus relationis est Dn̄us, vt dominus, .i. relatiuum, vt relatiuum.

Resp. & Ruuiu. & alios Auctores 3. sēt. hoc argumento vtentes teneri, & ipsos ad eius solutionem, quia Arist. ibi loquitur, vniuersaliter de oīb. relatiuis, tā mutuis, quàm non mutuis, recenset.n. ēt relatiua tertij modi, & oībus tribuit eā proprietatem, q̄ ad conuertentiam dicantur, missis ergo aliorum solutionibus dicendum est cum Barg. in sol. ad arg. Anglic. & Lich. in sol. ad 3. Suessan. non valere hanc conseq. oīa relatiua dicuntur ad conuertentiā, ergo vnum est terminus alterius, aliud.n. est relatiua ad cōuertentiā dici, aliud vnum terminari ad alterum, conuertentia.n. nō semper est realis, sed multoties est rationis ex parte vnius extremi, vt in relatiuis tertij modi, & fit cum vnum relatiuū dr̄ in ordine ad aliud sub habitudine alicuius casus, vt pater filij pater, filius paris filius, simile simili simile, &c. terminatio verò semp est realis, quia hæc datur à parte rei nullo fingente intellectu; vndè ad arg. indè deductum neg. min. in sensu ab Aduersarijs p̄tenso (quia ex alio capite, nimirum ex naturali eorum simultate, id concedi posset) p̄cisa.n. relatione dominij remanente fundamento.s. potestate coercēdi, iubendi &c. adhuc maneret relatio seruitutis, non tñ maneret reciprocatio, atq; ità dn̄us, vt dn̄us, & vniuersaliter relatiuum, vt relatiuum est terminus conuertētiæ, & reciprocationis alterius relatiui, at non terminus relationis; & hāc solutionē recipit quoq; Amic. cit. dicens Aris. nō loq. ibi de termino relationis, sed de correlatiuo, cum quo conuertitur, & idem docet Baff. cit. ar. 2.

Secundò, & est principale fundamentum opposite sent. relatiua, quatenus formaliter talia, exercent oppositionem relatiuā, sed oppositio relatiua essentialiter includit rōnes referendi, & termināndi, ergo vtrumq; munus exercēt relatiua p relationes, maior patet, quia relatiua p ipsas relationes, & non p fundamenta absoluta sortiuntur formalem oppositionem, min. prob. qa oppositio mutua cōsistit in hoc, q̄ relatiua mutuò se respiciant, & relationes sint rōnes mutuò se respiciendi, sed mutuò se respicere est quodlibet respicere aliud, & ab eo respici, q̄ est terminare relationem eius, ergo in mutua oppositione p relationes facta vtrumq; includitur munus referendi, & termināndi. Nec valet dicere ipsum respicere vtique per relationes ipsas exerceri, terminare aūt exerceri per absolutas entitates, in quibus illę fundantur. Tum quia in relatiuè oppositis illud per se primò respicitur ab altero, q̄ per se primò illi opponitur, sed q̄ hoc modo alteri opponitur, est correlatiuum formaliter, vt tale, ergo vt sic respicitur, & consequenter, vt sic exercet munus terminandi, min. patet, prob. maior, quia oppositum relatiuè, quatenus tale, illud per se primò respicit, quod è regione sibi primò correspondent, contraponitur, & aduersatur, nō aūt, q̄ materialiter, & quasi disparatè se habet, sed illud est, correlatiuum, vt tale, ergo vt sic respicitur, & exercet munus termināndi. Tum qa si relationes p̄scindātur à fundamentis, vt paternitas, & filiatio, adhuc opponērentur, & seinuicē terminarent, vt relationes oppositas, ergo ēt munus terminandi exercēt, vt relationes. Tum tandem, qa si relatiuè opposita formaliter, vt talia, solum exercent munus referendi, non verò termināndi, sequitur oppositionem relatiuam non conuenire relatiuis, vt talia sunt formaliter, sed tm̄ rōne fundamentorum.

Resp. Bagius, & Bassol. cit. absolutè negando relatiuum, vt tale posse exercere munus terminandi, inquiunt.n. esse omninò diuersa referri, & terminari, & oppo-

oppositioné, ac terminationem, quarè ad arg. princ. neg. min. ad cuius prob. concedimus vnã relationé oppositã aliã respicere, & ab ea vicissim respici, hinc tamen non sequitur illã terminare, à qua respicitur, quia vnũ propriè terminare respectum alterius est ita ab eo respici, vt illud vicissim non respiciat, quia vt sæpius inculcatũ est, terminare nõ est tendere, nec vllo modo illud essentialiter includit, sed essentialiter est sistere tendentiã alterius ad seipsũ, & ideo propriè est munus entitatis absolutæ, quæ vt sic ad aliud nõ tẽdit, vndè bona est solutio inter arguendũ data, si ita explicetur; Ad 1. impugnat. cõceditur totũ arg. sed neg. subsillata conseq. quia non quicquid respicitur ab alio, dicitur illũ respectum terminare propriè, sed quãdo ita respicitur, vt nõ vicissim respiciat illud, quod solum conuenit absolutis. Ad 2. Barg. negat casũ, velut implicãtem per locũ intrinsecũ, eo tamen per impossibile admisso, inquit Bassol. quòd tales relationes à fundamentis separatæ essent vtiq; oppositæ, essent mutuæ, & se inuicẽ coexigerent, nõ tamen essent terminatæ, sed terminabiles, vnde paternitas esset ad filiationẽ, velut ad oppositũ, non verò tãquã ad terminũ. Ad 4. neg. cõseq. quia ad oppositionẽ relatiuã non exigitur essentialiter munus terminandi, sed sufficit, vt sic opposita se inuicẽ è regione respiciãt.

Dices relatio includit oppositionẽ cum suo termino, vt constat ex post prædic. c. de oppositis, vbi Arist. definiens relatiuè opposita, inquit, *quæcũq; vt relatiua dicũtur, ea ipsa, quæ sũt oppositorũ dicuntur, aut quomodolibet aliter ad ea*, at oppositio relatiua non tendit ad absolutũ, sed ad correlatiuũ, ergo &c. Barg. loc. cit. negat mai. ad prob. ait, vel non valere hanc conseq. relatiua dicuntur ad sua opposita, ergo terminantur ad ea, vel ibi capi oppositum pro fũdamẽto, nõ pro formali; Tamen admissa maiori potest negari minor, quia oppositio relatiua duplex est, vna est formalis, & est, quæ versatur inter relationẽ vnius extremi, & alterã correspõdentẽ in alio extremo, seu inter relatiuũ, & correlatiuũ eius, & reperitur tãtũ in relationibus mutuis; altera dici solet terminatiua, quia nimirũ versatur inter relationem & terminũ eius, cum .n. relatio nequeat esse eiusdẽ ad seipsum, necessariò debet esse ad aliud à se distinctũ, atq; adeò hac ratione inter se pugnant, & hæc oppositio est intrinseca omni relationi; Et immeritò Io. de S. Th. cit. hanc oppositionẽ inficiatur, quasi extraneã ab illis quatuor speciebus oppositionis ab Arist. assignatis c. de oppositis, nam verè, & propriè est oppositio relatiua, cũ .n. opposita dicantur, quæ in eodẽ repugnant respectu eiusdẽ, vbicũq; reperitur hæc repugnãtia, ponitur oppositio, quando igitur hęc repugnãtia reperitur inter ea, quæ se nõ respiciunt, vt inter calorẽ, & frigus, formã, & priuationẽ, vel negationẽ, constituit oppositionẽ cõtrariã, priuatã, & contradictoriã, quando autẽ versatur inter ea, quorũ vnũ respicit aliud, cõstituit relatiuã, talis aũt est repugnãtia relationis cũ suo termino, & ideò propriè est relatiua oppositio; & ex hac doctrina de oppositione relatiua, quã passim admittũt Recẽtiores, pręsertim Suar. & Amic. cit. adhuc magis eruatur fundamẽtũ allatũ Thomist. cuius vis tota ĩ hoc erat, ꝙ relatio includeret oppositionẽ relatiuã cũ termino, & ꝙ oppositio relatiua versaretur solũ inter relatiuũ, & correlatiuũ, vnde statim deducebãt correlatiuũ esse terminum relationis; cõstat autẽ minorem non esse vniuersaliter verã.

Tertiò relationes diuinæ respiciunt formaliter suos terminos quoad relationes mutuas oppositas, pater .n. refertur, & terminatur ad filiũ, vt sic, & non ad aliꝙ absolutũ, tãq̃ ad terminũ realiter distinctũ, ergo idẽ erit de relationibus creatis. Cõf. quia etiã in creatis relationes trãscendẽtales terminantur ad correlatiuũ formaliter, vt patet de materia; & forma inter se relatis, & actu, & potentia, quæ inter se referũtur secundũ propriã essentiam, er-

go etiam relationes prædicamentales, quia rationes, quæ de his concludunt, videntur quoque de illis concludere.

Resp. Mair. cit. negat maiorem, & conatur ostendere, quod etiam relationes diuinæ terminantur ad essentiam, at non satis explicat, quo possit essentia verè constitui terminus diuinarum relationum, cum non sit ab eis realiter distincta, Bassol. inquit, quod sicut filius in creatis est terminus *Quod* relationis paternitatis, estò terminus *Quo* sit entitas eius absoluta, sic etiam in diuinis, vndè videtur velle, quod inter relationem, & eius terminum *Quod* requiratur realis distinctio, non autem semper inter eam, & eius terminum, *Quo*, in quam recidit solutio Fabri cit. c. 4. Præstat tamen dicere cum Barg., quod si tenetur personas diuinas per absoluta constitui, debet negari antecedens, at tenendo communem viam, debet negari conseq. quia ibi relatio constituit suppositum in esse personæ ab alia realiter distinctæ, nec antè relationem intelligitur in ratione personæ distinctæ, aut habet aliquid, quo terminet relationem personalem; non sic est in creaturis, vbi prius intelligitur res absoluta secundum entitatem suam, secundum quam terminare pôt relationem alterius extremi; quam solutionem recipiunt Recentiores omnes.

At conantur euertere Complut. hanc responsionem loc. cit. vbi probare contendunt, quod relationes diuinas terminari ad relatiuum oriatur ex ipsa formalissima ratione relationis, non autem ex eo, quod sint infinitæ, subsistentes, & constitutiuæ personarum, quia inquiunt omnia discrimina reperta inter relationes diuinas, & creatas oriri ex *esse in*, createæ n. sunt in subiecto, non diuinæ, createæ accidentia sunt, non illæ, non autem ex *esse ad*, at relatio in sua formalitate constituitur per *esse ad*, non verò per *esse in*, quod ad eam omninò materialiter se habet, cum igitur quoad *esse ad* omninò conueniant createæ, & diuinæ, si illæ sunt ad terminum relatiuum, etiam & illæ. Verum constat ex dictis q. 3. huius doctrinæ falsitas, nam *esse in* velut in fundamento spectat ad formalitatem relationis, non minus, quam *esse ad*; & quando etiam hoc concederemus; negabimus adhuc relationes diuinas, & creatas omninò conuenire *quoad esse ad*, quia n. diuinæ sunt personarum constitutiuæ, quæ in nullo absoluto distinguuntur, ideò relationes ad absolutum non terminantur, è contra verò res se habet in creatis; vndè potius dicendum est relationem vt sic tendere in absolutum, vt in terminum, ei tamen accidere, quatenus infinita, & subsistens, quod tendat in relatiuum. Ad conf. qui tenet relationes transcendentales essentiale esse reb. absolutis, concedunt assumptum, sed negant conseq. at nos dicentes etiam relationes transcendentes esse superadditas, saltim formaliter, rebus absolutis, nec esse idem cum ipsis, nisi realiter possumus seruata proportione, paritatem concedere, & ità videtur sentire Doct. cit. lit. F. dum docet actum terminare relationem potentiæ sub ratione absoluta, quæ in ipso actu saltim formaliter distinguitur à relatiua; & hæc solutio est magis expedita, quia nobis non incumbit onus ostendendi, quomodo rationes allatæ concludant de prædicamentalibus, non autem transcendentalibus, sicut incumbit præfatis Auctoribus, qui valdè in hoc laborant.

Quartò si relatio non habet pro termino aliam relationem, sequitur relatiua non esse simul natura, & cognitione, contra Arist. & eorum naturalem conditionem, prob. assumptum, tum quia paternitas terminatur ad filium, non vt relatiuum est, sed vt absolutum, & substantia genita, vt sic autem est prior filiatione; ergo paternitas est prior filiatione; tum quia relatio, vt relatio solum pendet à fundamento, & termino in esse, & in cognosci, ergo si terminus non est relatio opposita, non postulat illam in eodem instanti, nec pendet ab illa in sua cognitione, atq; ideò non sunt simul natura, & cognitione.

Resp. neg. conseq. ad 1. prob. iterum neg. conseq. quia vt ait Doctor cit. sub G. tam substantia generans patris, quam genita filij præcedunt relationes paternitatis, & filiationis prioritate naturæ, & in secundo

signo

signo naturæ ambæ simul resultāt per indiuisibilē concomitantiā, vnde paternitas non terminatur ad substantiā filij, quę sit simul natura cū ipsa, vt videtur supponere arg. Ad alterā prob. neg. etiā conseq. ob candē rationē, quia quantū ad esse illam necessariò coexigit, cū in secundo signo naturæ resultent ambæ positis extremis; possunt etiam dici simul cognitione, non quia re vera cognitio vnius sit necessaria ad cognitionē alterius, nā vt benè probat arg., & res manifesta est in relatiuis non mutuis sufficit cognoscere absolutū, adq; terminatur, sed quia cū fūdamētū, & terminus sint causę merè naturales, sicut ipsis positis necessariò causātur relationes in esse, ità etiā ambo extrema causāt necessariò in eodē signo cognitionē earum, vt docet Lichet. cit. in sol. ad 2. & 3. Suess. aliter respōdet Bass. sed allata ē sufficiens.

At dices, si vna relatio non pendet ab alia, vel ad aliā, tāquā ad terminū, non est vndè oriatur necessitas, vt posita vna ponatur alia, tū quia ex ipsa rōne *ad* attēditur simultas carū; tū quia satis est ad positionē relationis poni fūdamētū, & eius terminum necessarium. Rursus si ad cognitionē relationis cognosci debet absolutū, ad ꝙ terminatur, nō poterit cognosci dependentia creaturæ à Deo, nisi cognosceretur Deus secundū eius esse absolutum. Resp. neg. conseq. nā simultas naturæ inter relationes mutuas non oritur ex eo, quod vna ordinetur ad aliā, sed ex necessaria connexione inter illas, hæc autē attendi debet ex concomitantia causarū concurrentium ad vtrāq; relationem, ex quibus necessariò resultāt relationes; neq; illa concomitantia est accidentalis omninò, sed per se, quatenus eadē sūt extrema, ex quibus resultant relationes, licèt diuerso modo, extremū. n. quod respectu vnius concurrit, vt fundamentū, respectu alterius concurrit, vt terminus. Ad aliud conceditur conseq. & ideò fatemur non posse naturaliter cognosci distinctè à nobis relationē dependentiæ creaturæ ad Deum, vt Doctor innuit 1. Prolog. & ibi fusè Lichet. potest tamen cognosci vtcūq; sicut etiam confusè attingere possumus perfectionē absolutā omnipotentiæ Dei, hinc tamen non sequitur Deū poni debere in definitione creaturæ, quia relatio dependentiæ non est de eius intrinseca ratione, & quidditatiua ex dictis q. 1.

Demū arg. Tum quia tunc pater non diceretur ad filium, nec duplum ad dimidium, vt dimidiū est. Tū 2. quia omnia relatiua essent tertij modi, quia omnia terminarētur ad absolutū ī altero extremo; Tū 3. terminus debet esse eiusdem generis cū eo, quod terminat, vt patet de subsistentia, quæ est terminus substantiæ, & indiuisibilibus, quæ termināt quantitatē, ergo terminus relationis nequit esse absolutum. Tum tandē, quia relatiuū debet definiri per suū terminū 6. Top. c. 2. at definiri debet per suū correlatiuum ex eod. 6. Topic. vbi ait Arist. duplū sine dimidio non definiri, & ex prædicam. ad aliquid, vbi ait cognoscentē definitè vnum relatiuorum cognoscere & reliquum, & ex Porph. c. de specie dicente in vtrorumq; rationibus oportere vtrisq; vti, ergo &c.

Resp. ex Barg. cit. vtiq; patrē dici ad filiū, duplum ad dimidium reduplicatiuè vtsic, quia sub nomine relatiuo fieri debet cōuertentia, & reciprocatio relatiuorum, nō tñ terminatur pater ad filium, duplum ad dimidium, nisi specificatiuè. i. ad id, ꝙ est filius, & dimidium, vel si placet, dicas cum Bass. quē seqtur Faber, filium, & dimidium; & vniuersaliter constitutum ex absoluto, & relatione esse terminū *Quod* relationis, absolutū verò esse terminum *Quo*; Vel vt in ipsa 2. cōclus. innuimus, dicas ipsā relationē esse terminum cōcomitātē, nō tñ p se necessarium, vt terminus primarius terminet, quia sine ipso pōtest absolutè fieri terminatio, vt constat in relatiuis non mutuis. Ad 2. neg. cōseq. cum Lich. loc. cit. nō. n. differunt relatiua tertij modi ab alijs, qa hæc terminentur ad absolutum, nō alia, sed qa absolutum, ad ꝙ ter-

terminãtur, nõ refertur realiter ad suum correlatiuum, vt expresse inquit Arist. 5. Met. Ad 3. Zerb. cit. absolutè negat assũptũ, quia re vera terminus non spectat ad prædicã. rei terminatæ, nisi reductiuè, vt cõstat ex ipsis exẽplis in arg. adductis, sic ergo dicendũ in proposito de termino relationis, nec inconuenit terminũ directè pertinere ad aliud prædicã. & reductiuè solũ ad prædicam. relationis, & per illum relationẽ definiri, quia talis definitio dicitur esse per additamentũ, vt diximus q. 3. Ad 4. potius est ad oppositũ, quia vt supra diximus ex Scot. in vlt. ratione pro 2. concl. & magis infra declarabimus, melius definiuntur relatiua per fundam. sui correlatiui, quã per ipsũ correlatiuũ formaliter, vndè si quando Arist. & Porph. aiunt relatiuũ definiri debere per correlatiuũ, explicari debent fundamentaliter.

QVÆSTIO SEPTIMA.

Vbi consideratur relatio ex parte vtriusq; extremi quoad eorum distinctionem abinuicem.

DVplex occurrit difficultas examinãda in hac q. 1. est, an requiratur distinctio in re inter fundamentũ, & terminũ, quæ dicuntur extrema relationis, & quanta esse debeat; quidam pauci dixerũt nullã distinctionẽ esse necessariã, ꝙ probant ex relatione identitatis ad seipsum, quæ realissima videtur, quia tã propriè, & à parte rei sine fictione intellectus est aliꝙ ens idẽ sibi, sicut est diuersũ ab alio, vel simile alteri; Alij dixerunt debere vtique terminũ, & fundamentum ex natura rei formaliter distingui, non tamen semper realiter, quia eiusdem ad seipsũ potest esse relatio realis sub diuersis formalitatibus consideratum, vt v.g. cũ idẽ mouet se ipsum, vt voluntas producendo in se volitionẽ, vel graue descensum, tunc.n. voluntas in ratione mouẽtis realiter refertur ad seipsam, vt motã; ita Bassol. 1. d. 30. q. 1. ab initio, vbi inquit, quòd licèt relationes causantis, & causati, producentis, & producti requirant distinctionẽ realẽ inter extrema, quia nihil potest seipsum causare, vel producere, id tamen necessariũ non est in relationibus actiui ad passiuũ, mouentis ad motũ, quia inter mouens, & motũ, agẽs, & patiens est relatio realis, & tamen voluntas agit in se causando actũ suum, itaquod ipsa est agens, & patiens; mouens, & mota, idem docuit Greg. 1. d. 28. q. 2. Et videtur mẽs Scoti 1. d. 2. q. 7. & 2. d. 2. q. 10. & d. 25. q. vn. sub L. vbi triplex distinguit genus relationum, primũ est earum, quæ dicunt dependẽtiã essentialẽ, vt relatio causati ad causã, secundũ est earum, quæ dicunt solam originationẽ vnius ab alio præscindendo à depẽdentia, vt sunt diuinæ productiones, tertiũ tandẽ est earũ, quæ dicunt solã dependentiã accidentalẽ, vt relationes actiui, & passiui, mouentis, & moti; & relationes primi generis, inquit, repugnare in eadẽ natura, & supposito, relationes secundi repugnare in eodẽ supposito, non natura, relationes tamẽ tertij generis nec etiã in eodem supposito repugnare, quia idẽ potest in seipso perfectionẽ accidẽtalẽ causare; vndè postea ĩferius in sol. prin. ait, ꝙ voluntas inquantũ potentia actiua, quæ potest elicere suam volitionẽ, est alia formalis rõ à potẽtia, vel rõne recipiendi suã volitionẽ ipsã pficientẽ; & cũ dicitur, ꝙ potẽtia actiua est potentia trãsmutãdi aliud inquãtũ aliud, inquit Doctor, ꝙ ly *inquantũ aliud reduplicat formalẽ rationẽ aliã solũ quando mouẽs, et motũ sunt indistincta subiecto, sed quando sunt distincta subiecto, reduplicat rẽ aliã*, quibus verbis manifestè significat sufficere distinctionẽ ex natura rei formalem inter extrema relationis actiui, & passiui, mouentis, & moti, quæ vtiq; est relatio realis; idq; defendunt Formalistæ illi, qui docent distinctionem ex natura rẽi formalẽ præferre in re relationem positiuam actualem, vt Vallo p. 2. formalit. art. 2. in fine.

Dicendum tamen est, relationem realem (propriè de ipsa loquendo) petere extrema realiter distincta, ita Doct. 1. d. 31. & quol.

& quol.6.vbi enumerans conditiones ad relationẽ realẽ requisitas, hanc enumerat, vt præcipuã, & est cõis opi. Thomist. & Scotist. quã docet P.Fab.5.Met.disp.22. c.3.Barg.1.d.5.q. ℣. *Ad hoc adducuntur*, Lichet.2.d.25.q.vn.& alij passim, & ꝓbatur, q̃a per hoc probat Arist.4. Met.identitatẽ eiusdẽ ad seipsũ non esse relationẽ realẽ, quia relatio realis inter duo versatur, idẽ autẽ nõ est duo realiter, vnde idẽ ad seipsũ tantum ratione refertur idem sibi ipsi cõparando, ac si esset duo extrema, dicitur autẽ quodcũq; ens idẽ sibi sine vlla fictione intellectus, non quia illa identitas dicat aliquã relationẽ realẽ eiusdẽ ad seipsũ, sed quatenus dicit negationẽ distĩctionis realis, quæ negatio est realis suo modo. Deinde vel terminus relationis realis est opposita correlatio, vel absolutũ, in quo illa fundatur quodcũque dicatur, sẽper concluditur realis distĩctio fundamenti à termino, quia extrema nata sunt fundare relationes oppositas. Nec sufficit dicere ad hanc oppositionẽ relatiuã, quæ semper versatur inter extrema relationis, sufficere distinctionẽ ex natura rei formalẽ inter illa. Nam ex relatiua oppositiones inter diuinas personas non benè colligerẽt Theologi cũ SS. Patribus realẽ distinctionẽ inter illas; & præsertim cũ hìc sit sermo de relatione prædicã. q̃ ẽ verũ accidẽs nõ videtur posse ĩter formalitates ipsas cadere, quia formalitas nõ ẽ sufficiens subiectũ immediatũ physici accidẽtis, ꝙ solũ subiectatur in re physica.

Neq; Doctor loc.cit. oppositũ docuit, sed supposita cõi doctrina de distinctione reali extremorũ relationis, solũ docere voluit, non esse necessariã ęqualẽ in oĩb., sed iuxta naturã ipsarũ relationũ, nam si important simplicẽ originationẽ, petunt realẽ distinctionẽ, tantũ suppositorum, si vlterius important dependentiã essentialẽ petunt realem distinctionem non tantũ suppositorũ, sed etiã naturarũ; si verò importent solã dependentiã accidentalẽ, neutrã requirũt, quia idem potest à seipso accidentaliter dependere causando in seipso aliquã perfectionem accidentalem, vndè nõ idcircò in tali casu excludit Doctor realem distinctionem quãcũq; inter extrema relationis realis, sed tantũ suppositalem, & sic in eo casu, vel neganda est relatio realis inter mouens, & motũ, & admittenda solũ inter mouens, & effectũ de nouo productum in moto, vt ait Barg.loc.cit.& seq. Cauell. disp.3. de ani. sect.13. n.10. vel si concedatur etiam inter mouens, & motũ, tunc dicendũ idem, vt nõ habens aliquã formã realem distingui realiter accidentaliter à seipso, vt illã habet, vt ait Lichet. cit.2. d.25. ꝙ innuit Doctor ibid.in sol.ad arg. princ.dũ ait, ꝙ *inquantum medicus est sanans, est aliud à seipso inquantũ sanatur*; dũ autẽ ibi subdit, ꝙ ly *inquantũ aliud*, reduplicat rationem formalem aliã, non verò aliã rem, per hoc nõ intẽdit excludere inter mouẽs, & motũ omnem distinctionem realem, quãdo idem mouet seipsũ, sed tantũ distinctionem realẽ supposi orũ; Quod si in tali casu intendit excludere ab ipsis omnẽ realem distinctionem, & solã formalẽ astruere, tũc negabimus inter mouens, & motũ realem relationem versari, quam ibi non exprimit Doctor inter ea versari.

Hinc igitur cõcludimus realiter distingui debere extrema relationis propriè dictæ, ꝙ ideò addimus, q̃a si relatio realis minus propriè sumeretur, pro ea .s. quæ nõ est penitus rationis, & pro quocunq; ordine ĩter aliqua quocũq; ex natura rei reperto, qui tamen non importet verum accidens, ita cõcedi potest relationẽ realẽ nõ petere extrema realiter distincta, & lis iã foret de solo nomine; in quo etiã sensu cõcedi põt distĩctionem formalem ĩportare realem relationem ĩter formalitatẽs ex natura rei distinctas, nõ tamen ꝓpriè loquendo de relatione reali, vt diximus disp.1.q.5.art.2. cũ plurib. Scotistis, sic.n. solũ dicit negationẽ formalis identitatis.

Minimè verò necessariũ arbitramur, quod volunt aliqui, & sũpserunt à Sòcin.

5. Met. q. 29. tantā debere esse huiusmodi realē distinctionē, vt sit inter entia determinata, quæ nō se habeāt, vt totū, & pars, ꝙ ideò dixerunt, vt euitarent infinitā ꝓpemodū multitudinē relationū partium proportionalium in continuo, sed sanę nullā videmus necessitatem istius limitationis, nec numerus relationū inter partes continui proportionales maiorē habet difficultatē, quā numerus ipsarū partium, vnde quod dicitur de multitudine ipsarum partium, hoc idem dicendum erit de relationibus ipsarum adinuicem.

Altera difficultas inter Scotistas, & Thomistas est; an ratio fundādi debeat esse plurificata in extremis, vt illa dicantur realiter inter se referri secūdū illā, vt v. g. an vt Petrus dicatur realiter similis Paulo, debeat albedo, quę est ratio fundādi talē relationē, esse in illis extremis geminata. Affirmant Thomistæ passim cū D. Th. 1. p. q. 42. ar. 1. vbi ob hanc rationem negat ęqualitatē, quę est inter diuinas personas, esse relationē realem, quia fundatur in essentia, quæ est eadē in tribus, vnde Caiet. ibidē, Bannes, Molina, & alij inferunt cōsequenter, ꝙ si vna, & eadem albedo numero poneretur in duobus subiectis, ibi non esse similitudinē realē, sed rationis, & hæc etiam est communis sententia Neothericorum in Log. & Metaph.

Dicēdū tn̄ est, hāc non esse conditionē necessariò requisitā ad relationē realem, vnde si eadē albedo numero esset in duobus subiectis, adhuc inter illa foret realis similitudo. Ita Doct. ex professo 1. d. 31. q. vn. & quol. 6. per totū, vbi hac ratione tenet è cōtra æqualitatē, & similitudinē in diuinis esse reales relationes, sequuntur oēs eius discipuli ibidē Fab. in 1. disp. 47. Rada 1. p. contr. 26. art. 3. Vulpes 3. to. 1. p. disp. 68. ar. 2. Bonetus in hoc pręd icam. & alij passim, estò deuiet Bassol. 1. d. 31. q. 1. art. 4. & quia Doctor probat assertum rationibus Theologicis, nos tantum ex ipso Metaphysicas deducemus; probatur itaq; Tū quia ad relationē realē tres illæ sufficiunt cōditiones frequēter inculcatę, ꝙ extrema sint realia, ꝙ sit realiter distincta, & ꝙ oriatur ex natura extremorū citrà opus intellectus, at ita res se haberet, si eadē numero albedo esset in Petro, & Paulo, quia hęc forēt duo similia nullo cogitante intellectu, & realia, ac realiter distincta, vt patet, ergo &c. Tū quia ęqualitas, & similitudo fundantur super vnitatē quātitatis, aut qualitatis in distinctis extremis, ergo quāto maior, ac verior est vnitas aliquorū duorū in cōi ratione fundandi, tanto maior, ac verior æqualitas, vel similitudo erit inter illa; vnde magis similia sunt duo alba, quia conueniunt in vna rōne fūdandi specifica, q̄ albū, & nigrū, quę cōueniūt in generica, ergo si aliqua duo extrema cōuenirēt in vna rōne fūdādi numerica, sicut hæc est vnitas oīū maior, ita & relatio esset vera, & realissima. Tum tandē, quia vt ait Rada, sanè est res miranda, ꝙ duo alba eandē albedinē specie habentia sint inuicē similia similitudine reali, & ꝙ si illa haberent eandem numero albedinē, essent quidem similia nullo considerante intellectu, non tamē similitudine reali, sed rationis, certè hoc albū formaliter esset illi alteri simile, nec posset nō oriri simil tudo īter illa extrema ex n̄a rei, ergo eēt vera similitudo realis.

Resp. oēs ex Caiet. cit. præter illas tres cōditiones, requiri etiā aliā, ꝙ rō fūdādi, seu fūdamētū ꝓximū sit in ipsis extremis plur ficatum, vt v. g. alia sit albedo in Petro, alia in Paulo, rō eorū est, qa fūdamēta ꝓxima sūt, quæ primò referuntur, remota verò, seu subiecta mediātibus illis, vt albedo in Petro, & albedo in Paulo sūt primò similes, Petrus autē, & paulus mediantibus illis; imò inquiunt hanc conditionē includi in illis tribus, dū .n. dicitur extrema relationis debere esse distincta, hoc certè non debet tantū intelligi de extremis materialibus, & remotis, vt sunt Petrus, & Paulus in similitudine, sed pręsertim de proximis, & formalibus, hæc .n. sunt, quæ primò referuntur; & rursus

cum

dicitur relationé debere oriri ex natu- extremorũ, vtiq; debet intelligi de ex- mis ipsis formalibus, quia vt de se con- , inter Petrũ, & Paulũ non oritur simi- do ex natura ipsorũ in se, sed ex natu- albedinũ eis inhærentium; hinc postea ũr ad alia argumenta, q posita eadem nero albedine in Petro, & Paulo, esſét ; verè, & realiter similia ratione fun- néti realis, nõ tñ rõne denominationis itiuæ, quia hæc esset rationis, quo etiá su quodlibet ens dicitur esse idem sibi liter citrà quodcũq; opus intellectus. Hæc tñ respõsio, in qua fũdatur vnicè osita sététia, labilis est, & fluxa, siqdé itur ei, q de facto cõtingit in fundã- relationibus, & hoc assumit, vt condi- né per se necessariã ad relationé realé, quo capite irrepsit tota Aduersariorũ ptio; verum quidé est, ita de facto in nis contingere, q ratio fundandi est ificata in extremis, vt v.g. albedo in ibus albis, & ideò albedines sunt fun- nenta proxima, quæ primo referuntur similitudiné, & rõne ipsarũ Petrus, & lus; at hoc totum est per accidens ad itaté relationis, procedit.n.ex hoc, q est possibile in creaturis reperire ex- na, quæ sint realiter distincta, & q ra- fundãdi in eis sit vna numero, ex quo m fit consequenter, vt in creatis ratio dandi sit in extremis geminata, at q̃ est ex parte relationis hoc totum est accidens, quia relationes, primi modi fertim, exigunt vnitaté in rõne fun- di 5. Met. tex. 20. non distinctionem, pluralitaté, imò vt ait Doctor quol. 6. *tarũ quatuor rationum*, in diuinis rela- es ipsæ originis, q̃ ad secundũ modũ nere videntur, fundantur in essentia, in tribus personis est omninò vna, & stincta; quare deducitur, q si Deus eret eandé albediné in Petro, & Pau- milltudo inter ipsa esset relatio realis, n. ipsa essent pxima fundaméta illius tionis, & primò relata per ipsã, & pa- relatio oriretur ex natura ipsorum, vt stant sub illa ratione fundandi, atq; ita adhuc extrema relationis etiã formaliter accepta esſét realiter distincta, quia licèt tũc rõ fũdãdi vnã relationé nõ distinguere- retur à ratione terminãdi, distingueretur tñ à termino totali, quia terminus totalis nõ esset pcisè albedo in altero extremo, sed ipsũ extremũ cũ albedine, & similiter ex parte fundamenti, nã totale fundamé- tũ esset subiectũ cũ albedine, atque adeò extrema totalia distinguerentur à parte rei, quod sufficeret ad realitaté relationis, sicut sufficit in diuinis ad verã, & realem personarũ productioné secũdũ Theolo- gos, & colligitur ex Doctore 1. d. 7. q. vn. infra Z. quòd principium *Quod*, & totale realiter distĩguatur à termino *Qui*, & to- tali, nõ autẽ necesse est, q ita distinguan- tur prĩcipiũ formale, & terminus forma- lis; nã tenet paritas, quia nõ minor distin- ctio requiritur inter producens, & pdu- ctũ ratione productionis, quã inter rela- tũ, & terminũ ratione relationis, quia ip- sa productio relatio est, vel sine relatione cõcipi nequit; vnde ex hoc à fortiori pos- sét contra Thomistas deduci validũ arg. quod si ad realitaté productionis non re- quiritur necessario extrema *Quo* esse rea- liter distĩcta, sed sufficit talis distinctio in- ter extrema *Quod*, ita quoq; in relatione.

Probatur etiã cõtra allatã responsioné, q si Petrus, & Paulus eandé numero ha- berent albediné, forét similia realiter etiã quantum ad realitatem relationis, & non solius fundamenti, tum ex modo dictis; tum quia subiectum non dicitur simile ex relatione fundata in albedine in abstra- cto, sed in albedine, vt ei tribuit suum ef- fectum formalem, at in casu posito tunc duo effectus formales à parte rei distin- cti, etiamsi sit vna forma albi, quia de- structio effectu formali informandi Pe- trũ, potest adhuc remanere effectus for- malis, & vnio cum Paulo, ergo sunt duo extrema formalia relationis similitudi- nis, quia Petrus est similis Paulo pximè rõne effect' formalis, qué recipit à forma.

In oppos. obiic. 1. ratione supra insinuatã, φ extrema referuntur realiter ratione fundamenti, v.g. albedinis, ergo ratio fũdãdi debet esse distĩcta in extremis, Prob. cõseq. quia fundaméta proxima sũt, quæ primò referuntur, & per ipsa referuntur extrema materialia, seu subiecta. Resp. Scotistæ cõmuniter neg. fundamenta ꝓxima esse, quæ primo referuntur, non .n. vna albedo dicitur alteri similis, nec vna quantitas alteri ęqualis, sed eadẽ in natura, & specie; fundamenta ergo proxima non referuntur v.g. albedines, sed remota. i. subiecta habẽtia illas albedines, sunt, quæ primo, & propriè referuntur. Sed certè immeritò negant quantitates duas non posse, ac debere dici æquales etiam præcisis subiectis, ac pariter duas qualitates similes, cum esse æquale, & inæquale, simile, & dissimile ponantur proprietates illarum, non autẽ substãtiæ, cui inhærent; & nemo sanæ mentis negabit dimẽsiones, & albedines duarũ hostiarũ consecratarũ dici cũ omni ꝓprietate æquales, & similes inter se; & oppositũ non solũ est manifestè cõtra rationẽ, quia Matematica demonstrat has passiones de q̃titate separata à substantia, sed etiã cõtra Doctorẽ in 4. d. 12. q. 2. vbi sub lit. A. & G. ex professo ostẽdit has relationes immediatè fundari sup singulares q̃titates, & qualitates, itaut hæ sint extrema primò relata, etiã quando sunt in subiecto. Et cũ dicunt vnã albedinẽ, vel quãtitatẽ nõ esse alteri similẽ, & æqualẽ, sed eandẽ in specie, & natura; perpendere debebãt, quod obseruauimus supra q. 4. ar. 2. ab initio, in quantitate, & qualitate ratione vnitatis fundari posse relationes duplicis generis, nam ratione vnitatis in essentia fundant relationem identitatis, at ratione vnitatis cuiusdã accidentalis fundãt similitudinẽ, & æqualitatẽ, enimuerò ratione vnitatis in gradibus intensionis qualitas fundat similitudinẽ, & ratione vnitatis in partibus extensionis quantitas æqualitatem.

Resp. ergo ex dictis, cõcedẽdo quãtitates in extremis esse, quæ primò dicuntur æquales, & albedines similes, & ipsis mediãtibus subiecta dici talia, verũ hoc totũ accidit, quãtũ attinet ad realitatẽ relationũ, æqualitas, n. & similitudo potius petũt vnitatẽ, quã pluritatẽ in fundamento; vndè si eadẽ albedo esset in pluribus subiectis, tunc illa dicerentur realiter similia, etiã q̃tũ ad denominationẽ relatiuã, q̃a ipsamet subiecta in eo casu forent extrema, q̃ primò referuntur, & etiã possẽt dici duo extrema formalia rõne duplicati effectus formalis, quos forma tribueret illis, vt explicatũ ẽ, & demũ esset realis distĩctio inter extrema totalia, & adequata.

Deinde obijci. quia extrema nata sunt fũdare oppositas relationes, idq; beneficio ipsius rationis fundandi, ergo hæc debet esse distincta in illis. Conf. æqualitas, & similitudo referunt extrema, vt vnũ, ergo quando vnitas extremorũ in ratione fũdandi foret maxima. s. numerica, referrẽt illa, vt vnũ numero, atq; ideò relatio ęqualitatis, & similitudinis inter ea realis nõ eẽt, sicut nec relatio eiusdẽ ad seipsũ.

Resp. oppositionẽ relatiuã relationum æquiparantiæ, de quib. præsertim est pręsens difficultas, esse minimã inter omnes, vt benè Suar. obseruat disp. 47. Met. sect. 16. n. 4. consistit. n. in hoc, quod duæ relationes singulares ità inter se opponãtur, vt quãuis habeãt fundaméta eiusdẽ rõnis, nõ tñ possint inesse simul vni, & eidẽ, q̃a nequit vnũ, & idẽ esse fundamẽtũ, & terminus respectu eiusdem; palã autem est huiusmodi oppositionẽ non esse tantam, quin possit ab eadem etiã numero oriri ratione fundandi; si hæc in duobus extremis esset replicata, quia tàm numero distinguuntur duæ similitudines exortæ à duabus albedinibus, quam illæ duæ, quę orirentur ab eadem albedine in duobus subiectis replicata, nec maior oppositio esset inter illas, quam inter istas, quia tota earum oppositio vtrobiq; consistit in hoc, quod è regione contraponuntur, quatenus, quod est fundamẽtũ vnius, est ter-

terminus alterius,& è cōtra, quæ ēt solutio notāda est,q.a.nec satis cādidè Scotistę cit. ab hoc argumēto se expediunt, aiunt .n. extrema non opponi relatiuè secundū se,sed meritò relationum oppositarum,ꝙ vtiq; verum est; at nil respondent ad hoc, in quo consistit tota difficultas,ꝙ relationes oppositę oriuntur in extremis meritò rōnis fundādi, quæ proindè debet esse diuersa in extremis. Ad conf.facilior est solutio neg. assumptum, quia nihil realiter dr̄ sibi simile,vel æquale,ac proindè vera, & realis æqualitas est inter duo extrema realiter distincta; verum tn̄ est id, in quo dicūtur assimilari,vel æquari, esse vnum, at illa adinuicem realiter referuntur, vt plura, & inter se realiter distincta.

QVÆSTIO OCTAVA.

Quotuplex sit relatio prædicam.& quæ nā constituat quartum prædicamentum.

DOct. non semel relationem p̄dicam. vt à trāscendentali secernitur,diuisit in intrinsecus, & extrinsecus aduenientem,sic p̄sertim in 3.d.1.q.1. *§.ad illud in oppositū*,in 4.d.6.q.10. *§.Hic dicitur*,& d. x.q.1.I.& d.13.q.1.*§.ad huius autē*,& quol. 11.ar.4.quibus in locis,p̄sertim duob.vltimis, hanc diuisionem tradit,velut suo tēpore cōiter receptā, & à priscis Arist. Interptibus traditā, & quidem etiā Auctor sex princip.eod. lib.c.1. in fine hanc diuisionem assignat, & veluti famosā supponit, & de vltimis sex p̄dicam. agit, veluti de respectibus extrinsecus aduenietibus, dum ait *ea verò,quæ extrinsecus contingūt aut actus, aut pati, aut dispositio, aut esse alicubi, aut in mora, aut habere necessariò erunt*, esto ibi sub accidēte intrinsecus aduenientē cōprehendat quoq; quātitatem, & qualitatē. Hāc tn̄ diuisionem vt euerterent, oēs fecere conatus Thomistæ, & Neoterici quāplures, Hærueus quol.7. q. 14.Capreol.4.d.4.q.1. Sōcin.5.Met.q.39. Caiet.3.p.q.63.art.2. Sot.in hoc prædica. q.1.& 5.phys.q.2.art.2.Suar.disp.48.Met. sec.1.Ruu.hic,Hurt.disp.15.Met.à.§.147 Arriag.disp.12.log.sec.2.Auersa q.19.log. & alij passim hanc diuisionem inficiātur.

Dicendum tamen est, relationes prædicamentales posse, immò debere distingui in relationes intrinsecus, & extrinsecus aduenientes,& per illas hoc quartum constitui prædicamen. per alias verò vltima sex prædicam.vt q. vlt. dicemus. Ita Doct.loc.cit. cum tota Subtilium schola circa eadem loca, vel in prædicam. & ex modernis nostris fusissimè defendit P.Faber 5.Met. disp.23. ex exteris verò eā admittunt Venet.5.suę Met.c.36.& 37. Louanienses hic Came. q.10.log. Acerb. lib. 5. q.q.peripat.Probatur in primis expicādo, quid Doct.intelligat per relationem intrinsecus, & extrinsecus aduenientem, per illam .n. intelligit,quæ necessariò cōsurgit posito fundamento,& termino,seu oritur ex natura extremorum, & non ex aliquo eis extrinsecè accedente,per illam verò intelligit,quæ insurgit,nōn ex natura extremorum, sed virtute alicuius, ꝙ omninò ab extrinseco venit, nec pertinet ad rōnē extremorum, vt extrema sūt .i.vt habent rationem fundamenti,& termini, sed istæ peculiares rationes ostendunt naturam harum relationum esse essentialiter aliam,& aliam,ergo &c.Conf. adhuc, & magis explicatur, quia dantur relationes quędam, quæ positis extremis in rerum natura, virtute ipsorum præcisa,& alio quocunq;secluso insurgunt,dātur aliæ, quæ positis extremis non insurgunt, sed quædam alia requirunt penitus extrinseca rōni fundamenti, & termini, ergo diuisio illa potest, ac debet admitti, Prob. assumptum, quia relationes similitudinis, & æqualitatis positis extremis in rerum natura ēt in quacunq;distantia resultāt,quasi ad eorum positionē nil aliud desideretur vltrà ipsummet esse extremorum,sic relatio paternitatis,& filiationis,supposito homine generante,& genito, necessariò resultat; è contra verò relatio actionis, positis extremis in esse v.g. igne, & ligno in rerum natura,etiā actiuo

uo eodem modo se habente secundũ potentiã actiuã, & passiuo secũdum passiuã, ex solo defectu alicuius extrĩseci, v.g. debitæ approximationis nõ resultat, hoc verò adiũcto resultat; sic ẽt & vbi nõ oritur ex natura extremorũ, q̃a tunc illis in esse positis, vt hac cathedra, & platea, oriretur statim relatio p̃sẽtialitatis eius ad plateã, q᷑ est falsum, sed requiritur vlterius horum extremorum approximatio v. g. applicatio cathedræ ad plateã, vt Scot. docet quol. cit. Tandem vt Doct. arguit loc. cit. distinctio horum respectuum expressè colligitur ex 5. phys. text. 10. vbi docet Arist. ad genus ad aliquid non dari motũ, quia non p se, sed per accidens relationes illius gñis acquiruntur, s. ex ipsamet extremorum positione, affirmat tñ dari motũ ad vbi, quia habet propriã nouitatem, & propria acquisitione acq̃ritur, nõ verò ad acquisitionem alterius, q᷑ habeat rõnem fundamenti, vel termini, & tñ vbi non est, nisi purus respectus locati ad locum, vt infra dicemus; ergo omninò debent distingui hi duo ordines respectuum intrinsecus, & extrinsecus aduenientium.

Resp. Thomistæ cõiter, q᷑ cum dr̃ positis fundamento, & termino in rerum natura, non illicò poni relationem extrinsecus aduenientem; & p hoc differre ab intrinsecùs aduenĩete, vel sermo est de fundamento, & termino proximis, & sic falsum est illud assumptum de quacunq; relatione, etiã extrinsecus adueniente, si de remotis est verum in oĩ relatione etiã intrinsecus adueniente, nã posito Petro, & Paulo, non statim insurgit similitudo, q̃a illa sunt fundamẽtum, & terminus remota, at posita albedine in vtroq. illorum, statim insurgit relatio similitudinis, q̃a albedo est fundamentum p̃ximum similitudinis; vnde pariter in proposito si actiuo, & passiuo positis, loco, & locabili, nõ ponitur relatio, hoc p̃uenit, quia actiuum, vel locabile nõ ponitur cum fundamento p̃ximo, q᷑ in casu est approximatio, at positã approximatione, certè ita necessariò sequitur actio, & p̃sentialitas, sicut q̃cũq; alia relatio. Sco. ergo in hoc deceptus est (inquiunt) q᷑ de subiecto, seù fundamẽto remoto relationis locutus est, nõ de p̃ximo, & cõparatione illius assignauit relationẽ extrĩsecus aduenientẽ, q᷑ facere nõ debebat, quia sic ẽt ipsa similitudo extrinsecus aduenit, resultat. n. in subiecto p accessionẽ alicuius extrĩseci, nẽpè albedinis.

At certè potius decipiuntur ipsi, dum talem ferunt de Doct. nostro opinionem, nam ipse appellat actionem relationem extrinsecus aduenĩetem cõparatione fundamenti proximi, non remotĩ, vt cõstat in 4. d. 13. q. 1. E, hoc autẽ fundamentũ proximum actionis non ẽst approximatio, vt ipsi arbitrantur, quia fundamentum proximum recipit denominationem relationis fundatæ immediatè, vt albedo, quæ est ratio fundandi similitudinem, dicitur similis, at approximatio nõ dicitur agens neq. patiens, sed est potentia actiua, sicut & passionis potẽtia passiua ex 5. Met. c. 15. Imò acutissimus Doct. hãc respõsionẽ Aduersariorum p̃uidens 4. d. 6. q. 10. B. eã statim p̃cludit his verbis, *Si dicas respectum aliquẽ aduenire extrinsecus subiecto non tñ fundamẽto, hoc nihil est, quia relationes intrinsecæ, vtpotè similitudo, quæ consequitur albedinẽ, & huiusmodi, possunt extrinsecus aduenire subiecto, quia fundamentũ de nouo aduenit, ergo si illæ sunt intrinsecæ, & aliæ extrinsecæ, erit differentia earum in cõparatione ad fundamẽtũ*, disertè igitur Doct. docet relationem debere appellari, & iudicari extrinsecus aduenientẽ, nõ ex cõparatione ad subiectũ, seù fundamentũ remotũ, quia sic oĩs relatio esset extrinsecus adueniens, sed ex cõparatione ad fundamentum proximum, vnde si Thomistæ accuratè magis Doct. nostrum euoluerẽt, sanè nõ tã frequẽter de eius subtilitate itã grosse sentirent. Deniq. falsum est ẽt, q᷑ aiunt, facta approximatione actiui, & passiui ita necessariò sequi relationẽ actionis, & passionis inter illa, sicut sequitur paternitas, & filiatio posito homine generan-

nerante, & genito, docēt .n. Scotistę, relationes intrinsecus aduenientes seq. ad extrema posita fatali quadā necessitate, ita vt nec ab ipso Deo possint impediri, ꝙ ēt sentiunt multi Thomistę, vt diximus q. 3. ar. 2. ad 5. cōf. 3. arg. prin. incōueniēs, at actio, & passio, ēt ap̄ximatis extremis, possūt impediri, vt ostēdit miraculū à Deo factū in in fornace Babilonica ī sacr. literis.

Et quia Aduersarij nedum diuisionem huiusmodi in se impugnāt, verum ēt ipsamet vocabula relationis intrīsecus, & extrinsecus aduenietis, adhuc vlterius prob. ꝙ Sc. vocabulis nō abutatur, sed ꝑpriè, & cādidè loquatur, quia Doct. sub hac diuisione cōphēdere nō intellexit relōnes trāscendentales, vt ipsi putār, sed solas p̄dicamentales, p̄dicamentales verò secernuntur ab illis, quia istæ accidunt rebus, & eis adueniunt, vt accidentia mere extrīseca, non illæ, vt dictum est q. 1. ergo oēs relationes prædicam. vt in vniuersum à transcendentibus secernuntur, rectè vocārur à Scoto relationes aduenientes, quia verè adueniunt, & accidunt rebus; at dupliciter huiusmodi relationes posūt extremis aduenire, vel ex sola, & p̄cisa corū positione, & nō ex additione alterius aduentitij, & ita rectè dicētur huiusmodi relationes intrīsecus aduenientes, quia vt sæpius ait Doct. loc. cit. *respectus non pōt magis intrinsecè aduenire fundamēto, quā quod necessariò sequatur ipsum posito termino*; vel non adueniunt extremis ex eorum p̄cisa positione, sed quidpiā aliud aduentitium addi debet, non ptinens ad rationem fundamenti, vel termini, & istæ rectè dicentur hac ratione extrinsecus aduenientes. Accedit, ꝙ modus ille loquēdi tunc tēporis erat cōiter receptus, vt ipse loc. cit. restatur, debemus autem vocabulis vti iuxta communem vsum, vt docet 4. d. 1. q. 2.

Postremò, ꝙ solæ relationes intrinsecus aduenientes hoc quartum constituat prædicamentū, aliæ verò sex vltima prædicamenta, ꝓbat Doct. loc. cit. quia prædicamenta sunt decem, tria solum sunt ab soluta, reliqua respectiua, vt postea diccemus, si īr-oīs relatio esset vnius rōnis generica, ita ꝙ relatio in cōi nō habeat sub se sufficientes rōnes formales ad cōstituenda plura sup̄ma gn̄a, nō quidem simpliciter, sed in certa, ac determinata respectuum serie, p̄dicamenta tm̄ quatuor forent, ergo ad saluandum famosum illum numerum denarium (ait Doct.) opportunior via non apparet, q̄ distinguendo relationem p̄dicamentalem in cōi in intrinsecus, & extrinsecus aduenientem, itaur illa cōstituat quartum p̄dicamentum, ista verò veluti maioris ambitus p varias adhuc differētias cōtrahi possit ad varia gn̄a relationum cōstituenda, & q dem sup̄ma in suo ordine. Accedit, ꝙ Arist. recensendo relationes quarti p̄dicamēti meminit semp earum, quę ex ipsamet extremorum positione resultāt, & distribuendo alia sex p̄dicamēta recolit ea, quæ vltra extremorum positionem aliud quid extrinsecum exigunt, vt insurgant, ꝙ etiam obseruauit Auctor sex princ. loc. supracit. ergo &c.

In oppos. obije. 1. fundamentum suum iā insinuatum, noīe termini actionis vel intelligitur passū v. g. aqua in calefactione, & in hoc sensu sumpto termino etiam existentibus Petro, & Paulo, pōt non esse relatio similitudinis, sicut existente aqua, & igne potest non esse relatio calefactionis; vel intelligitur terminus immediatus, & proximus, vt albedo Pauli est immediatus terminus similitudinis Petri, sed sic termino accepto, actio etiā necessario insurgit, non minus, quàm similitudo posita albedine in Paulo, quia terminus calefactionis immediatus, & proximus est calor aquæ inhærens, sed calore inhærente subiecto necessariò est actio, itaut neque per Dei potentiam impediri possit, quin sequatur in igne relatio actionis, & in aqua respectus passionis. Ex quo deduci potest valida Confir. quia similitudo inter Petrum, & Paulum in rōne albi ideò dicitur intrinsecus adueniēs, & ad quartum spectat p̄dicamētum,

quia

quia supposita albedine in Paulo, oritur necessariò, nec habet propriā nouitatē, & acquisitionē, qa acquiri nequit, nisi ad acquisitionē alicuius formę absolutę. s. albedinis, sed ita est in casu de actione, & passione, quia nec actio, nec passio propriè possunt inesse, nisi prius aliquo absoluto causato in passo v.g. calore in aqua, quo ī aqua posito statī & ipsę resultāt, ergo &c.

Resp. terminum actionis propriè sumptæ v.g. calefactionis, esse passum. s. aq̄, nō verò calorē, hic .n. est terminus ꝓductionis, q̄ respicit effectum, nō actionis, q̄ respicit subiectum, ꝙ patitur, & trāsmutatur recipiendo formā de nouo ꝓductā, vnde nō dicimus calorē calefieri, & trāsmutari, sed ꝓduci, aquā verò nō ꝓduci, sed calefieri, & trāsmutari p calorē in ipsa receptum, quæ oīa accuratè declarat Doct. 4. d. 13. q. 1. & nos disp. 7. phys. q. 3. Ex quo deducitur terminum ꝓximum, & immediatum actionis esse aquā secundum suā potentiam passiuā proximā, sicut terminus passionis est ignis secundum suā potentiā actiuam proximā. Cum verò dr̄, ꝙ calore recepto in aqua necessariò sequitur actio nō minus, quā sequatur similitudo recepta albedine in Paulo. Resp. cum Lich. quol. 11. in sol. ad instātias cōtra 4. dictum, cōcedendo, ꝙ etiā relatio extrinsecus adueniens necessariò insurgit interdum positis aliquib. ꝑter fundamētum, & terminum, sic positis absolutè corpore, & loco naturali, non necessariò sequitur vbi, sed posito corpore in loco naturali, vt coextenso, naturaliter sequitur Vbi; posita materia, & forma, nō necessariò sequitur vnio, sed posita forma in materia, necessariò seq̄tur vnio, & in casu posito igne, & ligno non necessariò seq̄t. actio in igne, passio in ligno, sed inducta caliditate in ligno, necessariò sequitur, sed nō idcircò dicį possunt relationes intrinsecus aduenientes, ac necessariò oriri, vt similitudo, qa necessitas similitudinis ꝓcedit ex natura termini, & fundamenti, & necessariò oritur ab extremis absolutè inspectis, non sic præfati respectus vbicationis, vnionis, actionis, & passionis, sed eorum necessitas procedit ab aliquo extrinseco, quod rationem non habet, nec fundamenti, nec termini.

Hinc ad conf. neg. min. similitudo nāq; dr̄ respectus intrinsecus adueniens, quia acquiritur necessariò ad acquisitionem albedinis in Paulo, quæ habet rōnē fundandi vnā similitudinem, & aliā terminādi, vnde non pōt esse noua sine nouitate fundamenti, vel termini, at in proposito licèt actio, & passio haberi nequeant, nisi prius aliquo absoluto causato in passo, tn̄ absolutū illud nullo modo ꝑtinet ad rōnē ꝓximā fundādi, neq. ad terminum, qa nec fundat passionē, nec terminat actionem, quæ Lich. doctrina valde notanda, sicut è cōtra ꝓrsus abijcienda, quā tradidit Vallo trac. Fomal. sup hanc diuisionē, ibi nāq. vt hanc euitaret difficultatē, negauit respectum ꝓducentis ad productum, seu educentis ad eductum, ꝓcedere respectū agētis ad passum, sed ait rem è cōtra se habere, cuius oppositū demōstramus in phys. loc. cit. & sanè id est cōtra oēm rōnem, qa nequit subiectum pati, & trāsmutari, nisi per formam in ipso receptam, & productā, si ergo passio supponit necessariò respectum educētis, ac producentis ad eductum, vel ꝓductum, cōsequenter ēt & actio, cum sit simul natura cum passione.

Secundò è contra aliquæ sunt relationes, quæ ad hoc 4. ꝓdicamentum spectare dicuntur, & tamen nō oriuntur necessariò existente vtroq; extremo; ita se habet relatio causæ ad effectum, quia non pōt causa suum effectum ꝓducere in quacunq; distantia, sed requiritur debita approximatio, sic ēt se habet relatio propinquitatis inter Petrum, & Paulum, quę nō statim sequitur ipsis positis in rerum natura, sed in illis est tantùm fundamētum quasi remotum, & oportet aliud adiungere, quod sit proxima ratio fundandi, & quasi excitandi relationem; sic tandem est de paternitate, quæ actionem expectat, vt resultet in Petro patre respectu

Pauli

Pauli filij, & sic vniuersaliter est de relationibus secundi modi, quæ conditionē extrinsecam postulant, vt insurgant, & tamen spectant ad 4. prædicam.

Resp. neg. assumptum, ad 1. prob. dicimus oīnò distinguēdum esse inter actionem, & productionem. vt ex Doct. 4. d. 13. innuimus, & inter causā, vt agentē, & vt pducētem, ignis .n. v.g. vt agens respicit passum. s. aquā, vt producens respicit effectum. i. calorē in aqua productum, nō igr requiritur approximatio effectus ad causam producentem, sed passi ad causam agentem, vt scilicèt in eo approximato, ac benè disposito possit formam imprimere itaq; formaliter, & p se requiritur approximatio, vt resultet respectus actionis ad passum, non autem productionis ad effectum, nisi merè p accidens, & concomitāter. Ad 2. prob. negat P. Faber cum alijs Scotistis assumptum, quia putant relationes distātiæ, & propinquitatis spectare ad pdicam. vbi, fortè quia vbi est fundamentum proximum ipsarū, vt docet Doct. in 4. d. 10. q. 2. ad 2. prin. Sed planè concedēdum est assumptum quoad hanc partem, quia suppositis duob. corporib. vbicatis in rerum natura, ita necessariò cōsurgit inter illa relatio distātiæ tātæ, aut propinquitatis, sicut suppositis duob. corporib. albis, sequitur inter ea similitudo, & vtriq; verū est ēt tales relationes non sequi absolutas entitates Petri, & Pauli, q̄a hæc sunt fundaméta remota, in ordine ad quæ d judicari nō debet relatio intrīsecus, vel extrīsecus aduenīes, sic .n. oēs relationes forēt extrinsecus aduenientes, vt diximus ex Sco; sequuntur tñ necessariò entitates Petri, & Pauli, vt vbicatas, & ideò dici debēt intrinsecus aduenientes, quia necessariò consurgunt inter extrema pxima. Ad 3. prob. dicimus disparem esse rationem, nā relationes intrinsecus aduenientes expectāt interdum cōditionē ad hoc dūtaxat, vt ponatur terminus, vt constat in exemplo ibi allato de paternitate, quo posito statim necessariò resultat, at extrinsecus aduenientes, adhuc posito termino, expectant aliam conditionem prorsus extrinsecam, & aduentitiā rationi termini; an verò omnes relationes secundi modi sint intrinsecus aduenientes videbitur infrà.

Tertiò tandē arguunt, q̄ non benè distīguātur essentialiter p conseq extrema, necessariò, vel contīgenter, vel saltim nō ita vt constituāt diuersa pdicamenta; Tū quia necessaria consequutio, vel contingens non variat rei essentiam, vt patet de nigredine, q̄ est eiusdē speciei in coruo, & in homine, licèt inhæreat illi necessariò, hoī, verò non ita. Tum quia etiā si ex necessitate, & contingētia consequēdi fundamentum variarentur essentialiter specificè relationes, non tñ indè sequitur, q̄ differāt gñe, imò cū oēs conuenire debeāt in cōi rōne respectus, si est bona diuisio, oēs quoq; ad idē pdicam. ptinebunt. Tum ēt quia qualitates quoq; ita se habent, q̄ aliquæ intrinsecus adueniunt, vt qualitates secundæ speciei, & quædam extrinsecus, vt qualitates primæ speciei, & tamen ab Arist. oēs ponuntur in eodē pdicam. ergo sic ēt in pposito. Tum tādem si relationes 4. pdicam. distinguūtur ab alijs p intrinsecus aduenire, necessarium oīnò erat in earum definitione hanc differentiā exprimere, sed hoc nec quidē insinuauit Arist. sed potius tota, ac integra definitio relatiuorum quarti pdicam. conuenit quoq; relatiuis aliorum sex pdicam. ergo vel non per hoc differunt, vel omninò statui debent sub eodem prædicam.

Resp. ad 1. estò non semper ita sit, posse tamen interdum consequutionem necessariam, vel contingentem ab intrinseco, vel extrinseco esse, vel saltim circumscribere differentiam essentialem accidētium, vt constat de qualitatibus primæ, & secundæ speciei, quæ per hoc ponuntur essentialiter differre, & sic est in proposito. Ad 2. gratis concedimus septem vltima prædicam. in conceptu generico relationis in communi conuenire, & nouem genera in conceptu quidditatiuo,

& ge-

& generico accidentis,& oĩa deniq; decẽ in cõceptu vniuoco entis finiti, quẽ etiam damus esse genericum, atq; ità nõ dari, nisi vnum p̃dicamen tum, & genus simpliciter supmum, quã ritens finitum, sed hoc non obstat, quin post ea p varias differentias valdè cões, & amplas subdiuidendo ens finitum cõstitui queant plura p̃dicamenta, & plura gña secundum q.d.i. in determinata rerum serie, & ordine iuxtà dicta disp. 6. q. 1. Ad 3. poterat vtiq; Arist. sicut fecit de qualitatibus, ita respectus oẽs tã intrinsecus, quã extrinsecus aduenientes sub eodem cõcludere p̃dicam. tñ quia magna erat copia respectuũ extrinsecus aduenientium, placuit Philos. ad cõmodiorem doctrinã, vt ait Smiglec. illos distribuere in sex p̃dicam., & vnum cõstituere ex intrinsecus aduenientibus, vtpotè quæ nõ sunt in tanta varietate, & eadem rõne qualitates etiam omnes sub eodem prædicam. conclusit. Ad 4. constabit ex q. seq. Alia quædam argumenta solent hic confici, quæ opportunè magis adducentur q. vlt. contra constitutionem sex prædicam.

QVÆSTIO NONA.

Quodnam sit supremũ genus quarti prædicam. & an ab Arist. sit benè definitum.

Circa primam partem quæsiti non est facilè huic p̃dicamento supremum genus assignare, cum .n. genus supremũ in quocunq; p̃dicamento vnum esse debeat, videtur in hoc quarto prædicamento vnum genus assignari nõ posse; & ratio dubitandi est, quæ affertur à Scoto q. 25. prædicam. in 3. arg. ad oppos. & adeò molesta est, vt vsq; in hanc diem Auctores angat; & est ita quia non videtur posse assignari terminus adæquatus relationis in communi, quæ dicitur supremum genus, nam si ponitur esse correlatiuum, iam erunt duo suprema genera adæquata, si ponitur absolutum, cum necessariò in termino sequatur correlatio, sequitur etiã idem absurdum .s. dari correlatiuum adæquatum supremo generi, & sic erunt duo suprema genera.

Dicendum tñ est hoc nõ obstante, dari vnum supmum genus huius p̃dicamenti. Ità Doct. cit. & 1. d. 21. ad 3. princ. & falsò Masius illi impingit, q̃ huius p̃dicamenti assignauerit duo suprema genere, est cõis oĩum sensus, & probat Doct. quia secundum vnã rõnem dr̃ de oĩbus suis inferioribus, quæ rõ est habitudo vnius ad aliud, & quia oẽs relationes habent eundẽ modum denominandi substantiã .s. in cõparatione ad aliud, at accidentia, quæ eodem modo denominant substantiã, sunt vnius generis. Accedit, q̃ sicut monstruosum esset ponere in vno corpore duo capita, ità in vno p̃dicamento duo supma genera; immò si fingãtur hæc duo supma genera, cum habeant cõuenientiã essentialẽ inter se in rõne essendi ad aliud, iã ab ipsis poterit abstrahi cõceptus cõis vtriq; essentialis, & hic erit genus supmum. Hoc igr̃ assertum de se clarum est, nec aliud restat, quã Gordianum illum nodum dissoluere, cuiuscertè tot solutiones sũt, quot capita, cũ tñ solutio sit obuia, quã assignabimus, alijs prius breuiter relatis, & reiectis.

Aliqui, vt Ioa. de Mag. hîc, quem sequitur Fonsec. 5. met. c. 25. sect. 2. & 3. ait supremum genus huius p̃dicamenti nõ esse relatiuum in cõcreto, sed relationẽ in abstracto, relatio autem nõ refertur, sed tñ est principium referendi. Hæc solutio nõ satisfacit; tum quia sicut nominatur relatio in cõi, ità & relatiuum in cõi, in quo essentialiter cõueniunt singula quæq. relata; tum quia sicut cætera accidentium p̃dicamenta possunt nedum in abstracto sed et in cõcreto disponi, vt dictũ est disp. 6. q. 3. ar. 2. ità quoq. hoc p̃dicam. tum tandẽ quia ẽt de relatione in abstracto redit eadem difficultas, cum .n. sit habitudo vnius ad aliud, designari adhuc debent hæc duo extrema in communi, quæ inuicem fundare poterũt relationes mutuas. Nec valet, q̃ ait Io. de Mag. hoc cõe generalissimum esse principium referendi, non diuersa extrema adinuicem, sed idem ad seipsum, putà hoc cõe relatiuum ad seipsũ.

Nam

Nam validissima est instãtia, quã ipse ibidem vrget cõtra hãc solutionem, ꝙ tunc relatio, quã importat hoc genus generalissimum, esset rõnis, nõ realis, quia eiusdẽ ad seipsum nõ est relatio realis, at pdicamentum reale debet habere supmum genus reale. Nec tandem valet, ꝙ ait ad hoc, relationem eiusdem numero ad seipsum vtiq. esse rationis, non tñ eiusdem genere, vel specie, vt est in proposito. Nam vtiq; realior est identitas numeralis, quàm generica, & specifica, ergo si eiusdẽ numero ad seipsum relatio realis esse nequit, tantò minus eiusdem genere, vel specie.

Alij proindè concedunt relationem, ac etiã relatiuum in cõi esse hic supremum genus, sed negant referri actu exercito, aiuntq. considerari tm̃ in actu signato, & mente concepto, & ideò non habere terminum in cõi, ita Thomistæ passim, Mas. hic sec. 1. q. 5. & Sanch. q. 39. Sed nec ista satisfacit, quia essentia relatio nis consistit in ordine ad terminum, ergo siuè cõsideretur in esse exercito, siuè signato, semp ẽt cogitari debebit terminus eius exercitè, vel signatè, sicut à pari licèt accidẽs in cõi actũ inhærendi nõ exerceat, adhuc tñ cogitatur subiectum eius in cõi, velut in esse signato, & sic ẽt esto p visionẽ in cõi nõ videamus, actumq; visionis exerceamus, adhuc tñ in esse signato cogitatur visibile, ad ꝙ tendit. Accedit, ꝙ relatio in cõi cõfert subiecto relato in cõmuni aliquod esse, & hoc vtiq. non est absolutum, sed relatiuum, ergo ad aliud refert saltem in esse signato. Per quod etiam reijcitur figmentum eorum, q. dicunt relationem in communi non referre actu subiectum, sed in potentia tantùm. Nã implicat fundare actu relationem, & non actu referri.

Alij concedunt etiam relatiuum in cõi referri, non tñ in se, & p seipsum, sed per sua inferiora, & ideò nõ oportet assignare terminum in cõi, ad ꝙ referatur, sed satis est, ꝙ singulis relatiuis correspondeãt sua proportionata correlatiua, & hæc responsio dr̃ esse grauium Auctorum simpl. Boet. Albert. Iand. Bur. & videtur esse Scoti cit. 1. d. 21. ad 3. quã proindè recipiunt Tatar. hic dub. 3. & Zerb. 5. Met. q. 19. §. *Propter quartum* in sol. ad 5. immo dicitur esse intentio Arist. qui hac rõne relatiua definiuit, ac nominauit in plurali, & nõ p modum vnius, ac etiã D. Aug. c. 1 x Categ. vbi in vniuersum ait relationem nõ posse generaliter considerari, sed tm̃ in singulari in quolibet relatiuo. Neq; hæc satisfacit, & impugnatur oĩnò, vt præcedens, & adhuc vlterius; tum quia sicut relatio numerica respicit terminum numericum, & specifica specificum, ita generica genericum, vnde aiebat Arist. 4. Top. c. 4. si species est ad aliquid, & genus erit ad aliqd; tum quia relatio, & relatum in communi habent veram essentiam relati, & relationi, ergo sunt ad aliud in cõi; immo cum respicere terminum sit essentiale prędicatum relationis, per se primò cõpetit relationis in cõi, & per se secundò relatiuis in particulari, non autem è contra, vt inquit hæc solutio; Nec valet dicere per ly *aliud* significari varios terminos in speciali; Nã sicut è varijs fundamẽtis pscinditur fũdamẽtum in cõi, ꝙ assignetur relõni in cõi, ità ẽt de termino loquẽdũ est, nec vnq̃ poterit assignari disparitas, quæ conuincat.

Neq; est intentio Scoti 1. d. 21. negare relatiuum in communi ad aliud etiam in communi referri; tum quia in Logica loc. cit. hunc dicendi modum refellit; tum quia ibi non loquitur de relatiuo in cõmuni, sed de relatiuis æquiparantiæ; & dicit in hoc distingui a relatiuis disquiparantiæ, quod ista quando conceptibus nostris abstrahuntur, & in communi cõcipiuntur, in cõmunibus rationibus specificis potest intelligi vnum relatiuum commune ad aliud referri, aliudque respicere, non solùm vt purum terminum, quod est commune omnib. relatiuis, sed etiam vt correlatiuum, & oppositum, sic pater in cõi respicit filium in cõi, Dominus seruum, at relatiuum æquiparãtiæ in cõi, quamuis per seipsum ad aliud refera-

feratur, vt ad terminum, non tñ referri põt ad illud, vt ad correlatiuum oppositũ, quia cum relatiua huiusmodi sint eiusdẽ rõnis, habent eundem conceptum specificum, vnde in tali conceptu vniuntur, & p modum vnius concipiuntur secundum id, in quo conueniunt, ideòq. non põt huiusmodi relatiuo in cõi aliud æquale correspondere ab ipso distinctum, ad q̃ referatur; hinc ait Doct. ibi relatiui huiusmodi nõ dari correlatiuum cõe, ad q̃ referatur, vt simile non dicitur ad aliud simile in cõi, nec æquale ad aliud æquale, sed solum rõne indiuiduorum, in quibus datur vnum simile distinctum ab alio simili; relatiua verò disquiparantiæ, quia sunt diuersarum rõnum, nõ cõcipiuntur vno cõceptu cõi specifico, ideò abstrahi possunt duo conceptus cões specifici oppositi, & inuicem correspondentes, atq; ideò nõ solùm in particulari, sed ẽt in cõi vnum ad aliud referri in rõne correlatiui; hæc est mens Doct. ibi. Neq; ex eo, q̃ Arist. relatiua definiuit in plurali, bene deducitur, q̃ nõ conueniãt in vna rõne generica, sic.n. in plurali vniuoca definiuit, & denominatiua, quæ tñ oĩa in vna cõi rõne generica conueniunt. Nec ẽt D. Aug. dixit relationem non posse in cõi considerari, cum eam sic ibi definiat, sed ait naturam eius facilius dignosci in singularibus, cum s. vnum singulare ad aliud singulare refertur, in ipsis .n. realiter exercetur relationis munus dicendo, hoc est simile illi, hic homo est filius illius, vbi in communi non realiter, sed tantùm cogitatione nostra exercetur, vel potius signatur.

Alij proindè concedunt relatiuum in cõi referri ad correlatiuum in cõi, nõ tamen ei adæquatum, sed inadæquatũ, ac proinde nõ sunt duo suprema genera, qa vnum sub aliò continetur, & hæc est prima solutio, quam Tatar. assignat loc. cit. Sed eam reijcit Doctor ipse in Log. loc. cit. nam relatiuum, & correlatiuum sunt simul natura, ergo vnũ nequit esse prius, & cõmunius altero, qa superius est prius natura inferiori, debẽt ergo poni æqualia, & sic erunt duo generalissima.

Alij adhuc concedunt relatiuo in cõi ẽt terminum, & correlatiuũ adæquatum, ad q̃ referatur, sed non tãquam ad aliud correlatiuum secundum aliã formã gñe, sed p formã eiusdem generis, vnde non sequitur dari duo genera suprema; Sed licèt hæc solutio posset vtcunq; defendi cũ aliqua explicatione, & insinuetur à Scot. cit. in Log. ad 3. prin. tñ sic absolutè sumpta non est à difficultatibus immunis, quia ex ea directè sequitur duo esse suprema genera huius p̃dicamenti, nã parum refert, q̃ illa extrema referãtur per relationes eiusdem generis, imò quia illæ relationes sunt eiusdem generis, & æquè primæ, ob id cobstituent duo suprema genera eiusdem prædicamenti; Accedit, q̃ illa duo extrema in communi sic relata conueniunt essentialiter in tali prædicato .s. referri ad aliud, ergo potius hic cõceptus vtrique essentialis erit commune genus.

Complut. denique disp. 14. qu. 6. Log. in fine supponentes doctrinam Caiet. 1. p. q. 13. art. 7. de relatiuis non mutuis, q̃ nempe possit vna, & eadem relatio verè, & realiter constituere duo extrema in esse relatiuo, vnum informando intrinsecè, & per inhærentiam, aliud extrinsecè, & per adhærẽtiam, inquiunt ipsam communem rõnem relationis, vt abstrahit ab inferioribus non exigere, vt in correlatiuo sit aliqua relatio illi inhærens, à qua intrinsecè denominetur correlatiuũ, sed ad hoc sufficere, vt dicatur correlatiuum per denominationem sumptã à relatione, quam terminat, vnde hæc denominatio non põt constituere aliud supremum genus, cum proueniat ab eadem relatione, à qua alterum extremum intrinsecè denominatur relatiuum, ac proinde ibi non dãtur duo generalissima, sed eadem rõ cõis relationis, secundum quã vtrumque extremum denominat relatiuũ constituit supremum genus huius prædicamenti. Hæc tamen solutio, quamuis ingenio-

geniosa, in duobus deficit, primò quia fũdatur in illa Caiet. doctrina, quã prorsus falsã ex omniũ consensu extra Scholã D. Th. demonstrauimus q. 5. ar. 3. cõcl. 1. deinde quia etiã ea admissa, nõ benè loquitur, genus .n. debet ex æquo pscindere à speciebus, si ergo talẽ denominationẽ denominatiuã præbere extremis, vt per eandẽ relationem ambo extrema verè dicantur relatiua, est proprium relationis nõ mutuæ, certè hoc competere nequibit relationi in cõmuni, quę pscindit à mutua, & non mutua, sed aliũ modũ denominationis relatiuæ præscindentẽ à proprijs illarũ assignare debent relationi in communi, quod sanè non facilè præstabunt.

Resp. itaq; ꝙ licèt arg. valde Thomistas torqueat ponentes vnũ relatiuũ formaliter ad suũ correlatiuũ terminari, nos tñ, qui dicimus terminari ad entitatẽ absolutã, vel saltim habens modũ absoluti, vt cõstat ex q. 5. art. 3. parũ, & nihil vrget, dicimus .n. ꝙ terminus relationis in cõmuni, vt sic, est aliqua entitas, vt habet vim sufficientẽ ad terminãdũ, quæ vt plurimum est absoluta, & si interdum est relatiua, vt cũ vna relatio fundatur in alia, id nõ habet, vt exercet munus relationis oppositæ, sed vt habet cõditionẽ aliquã cõmẽ cũ entitate absoluta, ratione cuius terminat relationẽ, vt ibi explicatũ est, vnde nõ sequitur dari duo genera suprema, quia terminus relationis in cõmuni nõ est relatiuus; & hæc respõsio est nobiliũ Scotistarũ Mair. 1. d. 29. q. 5. in fin., & Zerb. loc. cit. quã plausibiliter amplectuntur Recẽtiores oẽs Suar. Tolet. Ruu. Did. Amic. & Blanc. & alii; certè apertè deducitur ex illo Scotico principio cõtra Thomistas, ꝙ relatio non terminetur ad relatiuum, vt sic. Dices, adhuc hoc modo constituendo vnũ genus relationis, hæc relatio in cõi esse nequit, nisi æquiparãtiæ, nã erit principium referendi vtrũq; extremũ secũdũ eandẽ formã, & per appellationẽ eiusdem rõnis in vtroq; nã relatiuũ in cõi dicetur relatiui relatiuũ, atq; ita oẽs relationes, & relatiua inferiora erũt æqparãtiæ. Resp. genus hoc cõsistere relationẽ, vel relatiuũ æqparantiæ, vt modus, sed vt qd abstrahere ab omnibus, & singulis relationum speciebus, quemadmodum vniuersale commune ad quinq; vniuersalia, vt modus, dicitur genus ad illa quinque, vt quid autem abstrahit à singulis; vide aliam solutionẽ apud Scot. q. 25. cit. propè finẽ; hæc tamen est clarior, & sufficit.

Circa alterã quæsiti partẽ dicimus optimã esse definitionẽ relatiuorũ ab Arist. traditam, dum ait *Ad aliquid sunt, quibus hoc ipsum esse est ad aliud se habere*, cuius sensus est, relatiua esse, quorũ totũ suum esse est ad terminũ referri. Ita Doctor q. 26. prædic. & prob. singulas explicando particulas, dicitur *ad aliquid*, seu relatiua, q.a vt inqt Doct. hic nõ definitur relatio in abstracto, neq; subiectũ relationis, neq; totũ aggregatũ, sed relatio in cõcreto, vt nimirum informat subiectum, itaq ly *vt* non dicat partem eius, ꝙ significatur, sed modum significãdi, dicitur *sũt*, qa hìc definitur tãtum relatiua realia, non rõnis, cũ .n. supra diuiserit ens reale in 10. pdic. & nunc definiat relationẽ quarti prædic. cõseqnter loquitur de his, q̃ sunt ad aliud realiter, dicitur *qb.*, p q̃ particulã insinuatur genus, p ãtecedẽte, vt sẽsus sit, relatiua sunt accidentia realia, qbus &c. superius .n. diuiserat accidens reale in nouẽ pdicamẽta, vnde per hoc excluduntur relationes diuinæ, quæ nõ sũt accidentia, & etiã relationes oẽs trãscẽdẽtales, quæ non accidunt rebus, dicitur *hoc ipsũ esse est ad aliud se habere*, .i. quorum tota essẽtia in eo cõsistit, vt ad aliud referãtur, per ꝙ distinguuntur ab absolutis, & relatiuis secundum dici, quæ nõ essentialiter, sed accidẽtaliter tãtum, & denominatiuè referuntur; & tãdẽ etiã per eãdẽ particulã insinuatur differẽtia à relatiuis aliorum pdicamẽtorum, si ita exponãtur illæ particulæ *hoc ipsum esse est ad aliud se habere*, .i. quæ hoc ipso habẽt esse, quod terminus intelligitur esse, quia relationes huius p-

dicamenti necessariò pullulant in fundamento posito termino, quę differētia magis adhuc explicatur postea p eā proprietatē relatiuorum huius pdicam. q̄ sunt simul natura, & posita se ponunt, ac pempta se perimunt, quia p id non tm̄ innuere voluit, q̄ in esse relatiuo habent necessariā connexionem, vt relatiuum cum suo correlatiuo, quia in hoc sensu cōuenit ēt relatiuis aliorum prædicam. sed etiā insinuare voluit, quod positis extremis in rerum natura necessariò sequitur relatio ex sola amborum positione, & quòd relatio perit ex sola amborum, vel alterius destructione, in quo sensu non conuenit relatiuis aliorum prædicamentorum.

In oppos. obijc. 1. relatio huius pdicam. est accidens, ergo malè dr̄ totum illius esse cōsistere in ordine ad aliud, q̄a cum sit accidens, debet ēt exprimi p *esse in*. Resp. Thomistę ex D. Th. 1. p. q. 28. ar. 1. & Caiē. ibid. relationem posse cōsiderari, vt accidens, & vt tale accidēs, & secundum primam considerationem habere *esse in*, at iuxta secundam esse totaliter ad aliud & secundo modo consideratam hic ab Arist. definiri. Hæc solutio non satisfacit, quia in relatione non distinguuntur à parte rei esse accidentis, & esse relationis, ergo fieri nequit, vt sit realiter in subiecto, quatenus accidens; & non sm̄ esse relatiuū, cum in ea realiter nō distinguātur esse relatiuum, & esse accidētale; Respōdent, q̄ saltim formaliter distinguūtur, & vt sic nō est in subiecto, sed ad terminū. Contra quia relatio pdicam. ēt formaliter, vt relatio, est accidens, ergo ēt secundū esse peculiare relationis dicit *esse in*; 2. relatio ēt formaliter, vt dicit *esse ad*, est rō referendi vnū ad aliud, ergo quatenus relatio debet esse in eo, q̄ refert, ergo vt relatio formaliter non solùm dicit *ad*, sed ēt *in*, & quidē paternitas secundū vltimum suū conceptū denominat, & afficit patrē, tanquā forma illius, ergo petit esse *in* eo ēt secundū vltimā suam formalitate m. 3. si relatio, vt relatio, non diceret *esse in*, ergo secundum suā vltimā formalitatem nihil reale foret in rerū natura, nō esset substātia, vt de se cōstat, nō accidens, q̄a nō dicit *esse in*, ergo nihil foret. Tandē pscindendo oīnò à rōne accidentis adhuc relatio, vt relatio, petit esse *in* velut in fundamento, & talis habitudo est ei essentialis nō minus, quā *esse ad*, vt diximus q. 4. ergo responsio Thomist. non satisfacit.

Resp. igr̄ neg. cons. qua q̄n dr̄ totū esse relationis, vt relatio, est esse ad aliud, hoc modo loquendi nō intendit Arist. excludere à relatione *esse in* velut accidēs in subiecto, & ēt vt relatio in fundamēto, quia re vera vtrumq; habet pdicam. relatio, sed intendit excludere *esse in* accidentis absoluti, quia accidens absolutū p suā inhærētiā ita afficit subiectū, vt ibi sistat, & nō ad aliud referat, at relatio, licet formaliter, vt relatio, sit in subiecto, illudq; afficiat, ita tm̄ afficit, vt in ipso nō sistat, sed afficiēdo ipsū ordinet ad aliud, vnde peculiaris modus inhærendi, & afficiendi relationū, vt distīguuntur ab accidentib. absolutis, est afficere subiectū referendo illud, & ordinādo ad aliud, atq; ita totū esse relationis dicitur ad aliud, non quia nō sit in subiecto, sed quia non sistit, & quiescit in eo.

Sed dices, ergo relatio duas rōnes habebit *essendi in* vnā cōmem cū accidentibus absolutis, & aliā sibi propriā, cum tm̄ vna sufficere videatur. Resp. ita esse, & vnā nō sufficere; q̄a sicut quodlibet accidens absolutū habet duplex *esse in* cōe, & particulare, & hoc contrahit illud, q̄a albedo v. g. nō solū est accidens, sed ēt tale accidens; ita & accidens relatiuum duplex *esse in* habet, cōmune vt accidēs, & particulare, vt tale accidens; verum tamen est rōnem *essendi in* particularem in relatione non distingui à parte rei adæquatè à ratione *essendi ad*, sed tantùm per conceptus inadequatos, potius. n. à parte rei ratio essendi *in*, & *ad* circumscribunt nobis propriā, & adæquatam relationis differentiam, vt ab accidentibus absolutis distinguitur. Sed vrges, conceptus *in* est absolutus, cōceptus

ceptus *ad* est relatiuus, ergo non dicunt eundem conceptū adæquatū à parte rei. Neg. assūptū quoad primā partē, quādoquidem nec ratio *essendi in* cōmunis, nec particularis est absoluta, non ratio communis, quia sicut accidens commune ad absolutū, & respectiuū, neutrū est formaliter, ita etiā ratio *essendi in* cōmunis, nō ratio *essendi in* particularis, quia hæc est purè respectiua, est.n.certus, & peculiaris modus afficiēdi subiectū referendo illud, quarè licèt conceptus *ad se* sit absolutus, nō tñ cōceptus *in se* formaliter loquēdo.

Secundò si relatio est essentialiter habitudo vnius ad aliud, ergo in abstracto concipi nequit sine fundamento, & termino, sed hoc est falsū; tū quia terminus abstractus est ille, qui formā significat sine ordine ad subiectū; tū quia terminus vltimata abstractione abstractus præscindit ab omni eo, quod non est de eius rōne in primo modo dicendi per se ex Scot. 1. d.5.q.2. Resp.neg. min. cū probat.relatio.n. ex peculiari sua rōne postulat terminū, & fundamentū, ab eisq; essentialiter dependet, itaut sine illis cōseruari nequat, sine in cōcreto, sine in abstracto, vt dictū est q.3. vndè dū in abstracto significatur, vtiq; non datur intelligi subiectum ex vi nominis per modū recipientis denominationē à forma relatiua, benè tamen datur intelligi per modū extremi relationē fundantis, & quāuis extrema non sint de essentia relationis in primo modo dicendi per se, adhuc tamen ita pendet ab eis, vt relatio sine illis concipi nequeat, nec dinisiuè, nec præcisiuè, & hoc non al'a rōne, nisi quia relatio est vt dicit Doct.4. d.12.q.1. & nos supra explicuimus q.3.

Tertiò in rerū definitionib. non exprimitur actus, sed aptitudo, vt homo non definitur per actū, sed per aptitudinē ratiocinādi, sed hæc definitio datur per actū referēdi, non.n. dicitur totū esse relatiui cōsistere in eo, quòd ad aliud se possit habere, sed ꝙ actu ad illud se habeat; Conf. quia effectus formalis albedinis est facere subiectū actu albū, sicut relationis relatū, ergo sicut nō benè definiretur albedo, ꝙ sit forma, q̄ facit albū, sed dici debet esse formā, q̄ pōt facere albū, sic et i pposito.

Resp. aliqui cōcedēdo totū cū paritate assūpta de albedine, vndè cōcedūt essētiā relationis cōsistere in aptitudine referēdi, nō in actu, & cōsequēter distinguunt inter relatū, & relatiuū, & inquiunt relatiuū dicere potentiā ad referri, relatū verò actuale exercitiū, atq; ità concludunt per allatā definitionē explicari aliquid, non vt relatiuū sed vt relatum, quo sensu vtiq; definiri debet per actū; & hoc præsertim asserunt, quicunq; cōcedunt posse Deū conseruare relationē separatam ab omni subiecto, sicut albedinem, & alias qualitates, vt Maior.in 4.d.12.q.1.& Canon.1.Phys.q.4.art.3. quos sequitur Ledesma p.4.q.28. art.2. dub.4. Quæ responsio meritò cōmuniter reijcitur, velut innixa falso fundamento, quia vt docet Doct. 4. d.12.q.1.& 2. prorsus repugnat relationē posse sine extremis conseruari, ob dependētiā essentialem ab eis, vt ex professo in Met. disp.de Accidente ostēdemus; quor. Auctorū adhuc magis hallucinantur illi, q aiūt posse relationē separari ab vno subiecto, & poni in alio, imò ità factū fuisse cū Christus dixit in Cruce, *Mulier ecce filius tuus*, deindè discipulo, *Ecce Mater tua*, tūc.n. filiationē Mariæ à se seiunxit, & posuit in Ioanne. Hoc .n. est prorsus impossibile, non.n.cōcipi potest paternitatē poni in eo, qui non genuit filiū, nec filiationē in aliquo in ordine ad eū, à quo genitus nō est, quia vel daretur pater sine filio à se genito, vel forma informans subiectū sine effectu formali, vnde neq; illud factū est à Christo, nec fieri potuit, qa in Ioanne nō erat ratio sua propria fūdādi filiationē ad Mariā, vt notauit Vallo tr. formal. pag.apud nos 80. vndè verba illa moraliter intelligenda sunt ex singulari affectu Christi in Ioannem; & illud discrimen inter relatum, & relatiuum ab eis excogitatū est omninò vanum, quia sunt

 pror-

prius idē, licèt relatū, qa habet vim participij magis exprimat actum referendi.

Ideo resp. passim alij essentiā relationis cōsistere in principio actualis referentię, qa essētia est actualis modus, vnde fit, vt concipi nequeat actu existēs sine effectu formali actualis referentiæ subiecti, sicut nequit concipi existens extra subiectum, in quo distinguitur ab albedine, & alijs huiusmodi accidētibus, quia licèt effectus formalis albedinis sit actu efficere albū, tñ quia albedo potest esse extra subiectū, ideo esse potest sine effectu formali; Quarè illud axioma, quòd in definitionibus non exprimitur actus, sed aptitudo, intelligitur de illo actu, qui accidit rei constitutæ, non de illo, quo ipsa constituitur in esse, sunt autē res quāplures, quorū essētia consistit in aliquo actu, nā Deus constituitur per actualitatē existendi, quantitas per actualē extraitatem partium, non per aptitudinalem tantùm, substantia per actualem perseitatem, & sic de alijs, sic igitur in proposito etiam relatio constituitur per actualem referentiam.

Hæc est vera solutio, sed adhuc indiget explicatione, nā adhuc obijci potest, quod actus, seu exercitiū referēdi pēdet ab existētia relationis, ergo cū existētia non sit de essētia relationis, sed merè illi accidat, idē dicēdū erit de actu referendi, assūptū pbatur, quia relatio non actu existēs, sed in potētia, non dicitur actu referre, sed in potentia. Resp. actualitatē sumi posse dupliciter, vel pro actualitate existentiæ, vel pro actualitate quasi formali, prima vtrq; accidit omnib. essētijs creatis, at secunda nō, nā essentiæ formarū, quæ definiūtur esse actus in ordine ad effectus formales, siue potentiales, siue actuales, illam de se habēt intrinsecā, sic igitur in pposito relatio etiā in potentia tantū existens dicitur actus referendi, non vt actus excludit potentialitatē existentiæ, sed vt excludit potētialitatē referētię, & in hoc sensu negari potest assūptū, si tñ actus referendi sumatur pro ipsomet exercitio referētię, potest concedi; quia relatio in potentia dicit actualem referentiam potius in actu signato, quàm exercito.

QVÆSTIO DECIMA.

Quot, & quæ sint genera, & species relationum quarti prædicamenti.

VT genera, & species inuestigemus seriem huius prædicamenti constituentes, scrutandū prius est, vnde sumēda sit distinctio, vel vnitas specifica relatiōnū, & declarandi sūt tres modi relatiuorū ab Arist. assignati 5. Met. hinc. n. statim patebunt genera, & species hoc prædicamentum constituentes.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vnde sumenda sit vnitas, vel distinctio specifica relationum.

COnsultò hìc solùm inquirimus de vnitate, & distinctione essentiali, & specifica relationū, non autē de numerica, tū quia ex ea præsertim pendet statuere seriē huius prædicā. tū quia quid sit de numerica dicendū, satis constat ex dictis q. 5. ar. 2. Tres autem præcipuè extant in hoc negotio sententiæ, duæ extremæ, & vna media. Prima asserit relationes accipere adæquatè hanc vnitatem, aut distinctionē à fundamētis, nō verò à terminis; Ratio eius est, quia ad eūdē speciē, & numero terminū possunt plures relationes specie diuersæ tendere, vt ad eandē albedinē relatio similitudinis alterius albedinis, & alterius nigredinis dissimilitudo, si ergo vnus est terminus, & duplex speciè relatio, sanè vnitas, & distinctio specifica earū, ex terminis attendenda non erit, ita significat S. Th. 3. p. q. 35. ar. 5. & quol. 1. art. 2. & quol. 9. ar. 4. quē multi eius discipuli sequuntur, Fland. 5. Met. q. 16. art. 10. Nazar. 1. p. q. 32. ar. 2. controu. Caiet. ibid. & q. 13. art. 7. Bannez ibid. ar. 3. dub. 2. ad 3. & alij. Altera sententia è contrà affirmat relationes sumere vnitatē, & distinctionē specificā à terminis, non à fundamentis, Ratio eius est, quia in eadem omninò entitate fundantur relationes specie differentes, vt in eadem albedine relatio

latio similitudinis cū alia albedine,& dissimilitudinis cū nigredine,ergo cū hic sit duplex relationis species, & non duplex fūdamētum, specificatio relationis à fūdamēto nequaquam sumi poterit; quæ opinio cōiter tribuitur Scotistis, eò quod sępius aiunt relationes specificari per terminos, seq.Sonc. 5. Met. q. 32. Araux.5. Met.q.5.ar.6.concl.3.& al'j.Tertia tandē media,quę verior est,& cōmunior,statuit ab vtroq; desumi; ita ex nostris quàplures, pferti verò Io de Mag.in hoc prædic. q.3. Zerb.5.Met.q.19. seq. Suar.disp.47. sect. 17.n.15.Ruuius hic q.6. Mas. hic sec.2.q. 6. Didac.disp.14. p.2.q.2. Sanch.lib.5.q. 38.Blanc.disp.11.sec.17.Cōpl.disp.14.q.7. Io.de S.Th.hic q.17.art.6. & alij passim.

Pro resolutione quæsiti obseruandum ex Io.de Mag.cit.& Zerb.in sol.ad arg.relationū duplicē esse distinctionē vnā intrinsecā,quę nimirū attenditur pęnes aliquod intrinsecū,& essētiale in relatione, extrinsecā alterā,quę attēditur pęnes aliqua,quę licèt necessaria sint ad relationis constitutionē,adhuc tamē ad eā extrinsecè concurrūt.Rursus recolēdū ex dictis, fundamētū,& terminum relationis posse dupliciter sumi,vel materialiter.s.pro entitatibus materialibus eorū, vel formaliter pro rōnibus,nēpè formalibus fundādi, ac terminandi relationē,hoc prænotato.

Dicendum est distinctionem specificā intrinsecā relationū sumi ex proprijs, & intrinsecis earū differentijs, extrinsecam verò sumi posse,tàm à fundamento,quā à termino,non quidē materialiter,sed formaliter consideratis. Ità Doctor 2.d.1. q. 5. in sol.ad 5. Henrici, & 5.Met.q.12. in corp. quē sequuntur Scotistæ oēs præsertim citati, & Recentiores passim 3. sent. Quoad primā partē prob. quia rerum essentiæ distinguuntur ab aliis essentialiter per eadem principia, quibus constituuntur, eadē nāq; sunt principia constitutiua,& distinctiua, at relationes intrinsecè, & essentialiter constituuntur per ꝓprias differentias, cum .n. sint accidentia, non constant ex materia,& forma, & cū non sint entia omninò simplicia, necessariò exigunt compositionē ex genere,ac differentia.Nec dicas terminū, & fundamentū posse talē distinctionē intrinsecā conferre relationi, tanquā partes eius essentiales per modum generis,& differentiæ. Licet .n. hoc dici posset in opinione Nominaliū constituentium relationē ex termino, & fundamento, velut ex partibus intrinsecis, quibus nil prorsus superaddat; tamē in nostra sententia eā ab extremis distinguente realiter,nequaquam dici potest, quia sicut distinguitur ab entitate termini,& fundamenti,ita habet sua intrinseca principia, quibus distinguitur ab illis, quæ sanè alia esse nequeunt, nisi propriæ essentiales differentiæ; tum quia genus,& differentia spectant ad idē prædicamentum, ad quod res ipsa; fundamentum autem; & terminus spectant regulariter ad aliud prædicamentum.

Quoad alterā partē prob.etiam,quia si terminus, & fundamentum materialiter spectentur, vtiq; nequit pęnes illa sumi distinctio relationū specifica, quia & super idem fundamentū in eo sensu fundari possunt distinctæ specie relationes, & ad eundē terminū tendere, vt benè ꝓbāt prima,& secunda opinio.Cęterum si spectentur formaliter, sanè in hoc sensu relationes specie diuersæ petunt quoq; terminū, & fundamentū specie diuersa, aut saltim alterū eorū,quod euidenter ostenditur in ipsis exemplis pro prima,& secūda opinione adductis, nā albedo, vt dicit vnitatē fundat, vel terminat relationē similitudinis, vt verò dicit pluralitatē, fundat,vel terminat dissimilitudinē, nā ratio formalis,& proxima fundandi,vel terminandi similitudinem est vnitas, dissimilitudinem verò pluralitas, vt art. seq. & ex inaduertentia huius distinctionis ortum est dissidium primæ, & secundæ opinionis,quia vt earum rationes ostendunt,loquuntur de termino, & fundamēto materialiter sumptis, non formaliter; igitur

in hoc sensu verũ est posse relationes per fundaméta specificè distingui, vt de facto distinxit Arist. 5. Met. c. 15. & in eodẽ sẽsu verũ est, quod frequenter aiunt Scotistæ posse quoque per terminos distingui.

Dubiũ tamẽ est, an cũ dicimus relationes specificari extrinsecè à fundamento, & termino, id debeat intelligi cõiunctim, itaut diuersitas vtriusq; simul requiratur ad diuersitatem relationis, vel disiunctim, itaut sufficiat diuersitas alterutrius; Hoc secundũ affirmat Io. de Mag. & probatur, quia sæpius videmus in eodem fundaméto formali diuersas specie relationes fundari ad diuersos terminos formales, & è cõtra diuersas specie relationes super diuersa fundamenta radicatas ad eundem terminũ formalẽ tendere, quod constat, cũ idẽ effectus terminat relationes diuersarũ causarũ, & alterius rationis, & è cõtra fũdat diuersas specie habitudines dependentiæ ad illas, quia ex parte illius est sẽper eadẽ ratio fundandi, & terminandi dependentias specie diuersas, ergo ad diuersitatẽ specificã relationum sufficit diuersitas alterutrius. s. vel termini, vel fundamenti, etiã si ad vnitatẽ relationis specificam exigatur vtriusq; vnitas, quod etiam affirmãt Complut. cit. n. 85. estò exempla, quibus id probant, non sint ad rem, quia sunt de fundaméto, & termino materialibus, videturq; posse id probari ex illa Scoti generali regula 2. d. 1. q. 6. ad 1. prin. quod quæcunq; differentia sufficit ad distinguendũ, sed non quæcunq; identitas sufficit ad perfectam identitatẽ aliquorũ.

Quòd si tenere placeat cũ alijs ad distinctionẽ specificã relationum necessariam esse distinctionẽ specificã vtriusq; simul. s. termini, & fundamenti, tunc dicendũ cũ eisdẽ, quod cũ idẽ effectus terminat relationes diuersarum causarum, nõ illas terminat sub eadẽ ratione formali; Sed alter modus dicẽdi magis arridet, quia hoc est multiplicare entia sine necessitate, & si percontemur, quænã sint istæ diuersæ rationes formales, sub quibus terminat, nõ erit ita facilè ipsas assignare; Et iuxta vnũ, vel alterũ ex his dicendi modis resoluenda est difficultas de relationibus vtriusq; parentis ad eundẽ filiũ terminatis, quam Auctores, & præsertim Thomistę hic tam anxiè exagitãt; vel. n. negandũ est relationes paternitatis, & maternitatis esse specie diuersas, vel si id cõcedatur ob diuersũ modũ concurrendi vtriusq; parentis, cõsequẽter in filio quoq; geminandæ sũt habitudines specie distinctæ ad singulos parẽtes in eadẽ ratione pxima fundatæ, vel ĩ diuersis, iuxtà relatos dicẽdi modos.

Hìc verò obseruandũ est, minus consequenter loqui Recẽtiores quãplures, qui tenentes cum Galen. lib. 1. de semine, & Scoto 3. d. 4. q. vn. matrẽ quoq; esse principiũ generationis actiuũ, statuunt etiam in patre, & matre vnam specie relationẽ, quia inquiunt secundũ hanc viã eandem specie esse rõnẽ fundandi in ambobus (sicut est virtus generatiua eiusdẽ speciei, atq; adeò respondet eis in filio vna specie relatio. Falluntur Auctores isti, quia etiã si ambo ponãtur cõcurrere actiuè, virtutes tamẽ eorũ, etiam in hoc genere actiui concursus, sunt alterius rationis, quantũ sufficit ad fundandas diuersas specie relationes, vt innuit Doctor 1. d. 3. q. 7. §. *Ad quæstionẽ*, & Tat. notat 2. Phys. q. 2. §. *Sciẽdũ primò*, vbi ait, quod licèt pater, & mater sint causæ eiusdẽ speciei, inquãtũ quilibet est homo, nõ tamẽ secundũ potentiã causãdi, quia potentiæ generatiuę patris, & matris sunt alterius, & alterius rõnis.

In oppos. obijc. primò, relationem non posse specificari à termino, quia ab eo relatio habet vnitatẽ, & distinctionẽ, à quo habet esse, quia eadem sunt principia essendi, & distinguendi, sed habet esse à solo fundamento, non à termino, vt dictum est q. 3. ar. 2. nam posito termino, vt conditione, efficienter dimanat à solo fundamento ex dictis ibidem, ergo à fundaméto, & non à termino habet vnitatem, & distinctionem. *Resp.* quod loquendo de vnitate, vel pluralitate relationis quantũ

ad

ad entitatē, & realitatē eius, vtiq; relationē non specificari, nisi à fundamento ob rationē allatā, quia re vera solū fundamētū est vera causa esse, seu realitatis relationis; cæterū quia inter alia accidentia hoc speciale inuenitur in relatione, quod vltra habitudinem ad fundamentū, à quo accipit esse, & realitatē, ordinatur quoq; ex propria natura ad terminū extrinsecū, ideò etiā inter alia accidentia hoc speciale habet, vt vnitatē, & distinctionem accipiat, nō solū ab eo, in quo, & à quo habet esse, sed etiam ab eo, ad quod est, & ratio huius est, quia non habet esse à fundamento vtcunque, sed præcisè posito termino, quod etiā euenit in potentijs, quæ non dimanant ab actibus, & tamen ab eis specificantur extrinsecè, & actus etiam specificantur ab obiectis, à quibus nō sēp accipiūt esse, vt habetur 2. de Anim. 33.

Dices, ergo re vera dici nequit relationē specificari à termino, quia cū non sit eius causa, nō videtur, inquo genere causæ possit hæc specificatio fieri. Resp. in rigore loquendo in nullo genere causæ ab eo specificari, sed tantū tanquam à conditione, & à quodam addito ad eius esse, & intellectionē necessariò coexacto, quem specificandi modum solent Auctores reducere ad genus causæ formalis extrinsecæ, in quo etiam genere dicere solent potentias specificari per actus, & actus p obiecta, atque ita inquiunt specificationē relationis sumi à fundamento initiatiuè, & radicaliter, quia est radix, & causa relationis, à termino verò cōpletiuè, & formaliter, quatenus id, in quo vltimò sistit relatio.

Secundò obijcitur cōtra, q nequeat specificari à fundamento; nā relatio similitudinis inter duas albedines, & relatio similitudinis inter duas nigredines, non distinguuntur specie, & tñ fundamenta specie distinguūtur. Resp. aliqui negando assūptū cū Io. de Mag. cit. quia sicut albedo est alterius speciei à nigredine, sic & relationes vnius albedinis, & vnius nigredinis ad aliā specie abinuicē distinguuntur. Sed si isti concedunt vnitatē vnius albedinis, aut nigredinis cū alia esse eiusdē rationis vtrobiq;, & ex sola diuersitate entitatum albedinis, & nigredinis prætēdūt saluare diuersitatē specificā illarū relationū, parū cōsequēter loquūtur, nec argumento satisfaciūt, quia ad distinguendas specificè relationes non attēdūtur fūdamēta remota, vt sunt albedo, & nigredo, sed proxima, sicut sunt vnitates, vt supra dictum est. Idcircò alij dicunt etiam fundamenta proxima specie distingui, nimirum etiam vnitates ipsas, ac proindè relationes proximè in ipsis fundatas esse quoq; specie differentes, & quidē cum vnitas sequatur naturā, velut eius ppria passio, ad diuersitatē naturarū verosimile est etiā vnitates ipsas variari; & hæc solutio absq; dubio melior est pcedēti, si tenere velimus similitudines quoq; variari specie ad variationē naturarū, in quibus reperiūtur.

Cęterū nō desūt, qui sētiāt similitudinē duarū albedinū esse eiusdē speciei cū similitudine duarū nigredinū, qa licèt naturæ, quæ sunt extrema illarū relationū, sint alterius rationis, modus tamē vnitatis, qui est ratio proxima fūdādi illas, est vtrobiq; eiusdē rōnis, eo modo, quo dicimus pportionē duplā inter duo, & quatuor reperiā esse eiusdē rōnis cū ea, quæ reperitur inter quinq; & decē, etiāsi numeri, qui illas fūdāt specie inter se differāt; sic etiā in relationibus rationis dicere solemus genereitatē in substātia fundatā esse eiusdē speciei cū ea, quæ fundatur in qualitate, qa nimirū idē est modus prędicādi vtrobiq;, ita igitur dicūt in pposito, q oēs paternitates sūt eiusdē rōnis inter se, omnes itē similitudines, & oēs dissimilitudines, q .n. reperiantur in his, & illis naturis prorsus accidētales sit per se rōnibus earum; & hunc dicendi modū Blanc. supracit. iudicat probabiliorem. Quòd si dicas magis distingui duas relationes similitudinis fundatas in albedinibus, quā duas, quarum vna in albedinibus, alia inter nigredines fundetur, sed priores nu-

mero distinguũtur, ergo posteriores debẽt specie distingui. Ad hoc sæpius dictũ est in simili tractando de secundis intentionibus maiorẽ illam distinctionẽ non esse essentialẽ, sed accidentalẽ, & hæc responsio, aut est probabilior præcedẽti, aut certè magis necessaria ad sedandã grauẽ illã difficultatem superius motam q.5. art. 2. in fine de processu relationum in infinitũ fundando vnã super aliã, vt ibi innuimus; nec eã inficiari debet vllus Scotista, quia eã expressis verbis docuit Doctor 5. Met. q.12. in sol. ad 1. vbi ait super duo generalissima fundari posse relationes eiusdẽ speciei, quia non est necesse tantã esse distinctionem in relationibus, quanta est in fundamentis, præsertim remotis; idem tenet Didac. disp. 14. 1. p. q. 2.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Declarantur tres modi relatiuorum ab Arist. 5. Met. assignati.

TRes modos relatiuorum assignauit Arist. 5. Met. c. 15. docens quædam relatiua dici secũdũ vnitatẽ, vel numerũ, seu multitudinẽ, vt simile ad simile, æquale ad æquale, duplũ ad dimidiũ; quædam dici secũdũ actiuã potentiã, & passiuã, ac etiã potentiarũ actiones, vt calefactiuum, ad calefactibile, calefaciens ad calefactũ, & omninò actiuũ ad passiuũ; quædã tãdẽ, vt mensurabile ad mensuram, & scibile ad scientiã, & sensibile ad sensum; Itaque ex triplici fundamento, vt passim tradũt Interpretes, tria distinxit genera relationũ, quarum primum est earum, quę in vnitate, vel pluralitate, seu numero fundantur, vt æquale, simile, & idẽ, quæ super extremorum conuenientiã fundãtur; duplũ, & dimidiũ, quæ fundantur super disconuenientiã. Alterum est earum, quæ in actione, vel passione, seu potẽtia actiua, & passiua, vt paternitas, & filiatio, & in vniuersum relatio causæ, & effectus; Tertium denique illarum est, quæ fundantur super mensuram, & mensurabile, vt scientia, & scibile, & addit Arist. relationes huius tertij generis non esse mutuas, quia scientia realiter refertur ad scibile, non tamen è contra, relationes verò primi, & secundi generis docet esse mutuas; cuius diuisionis sæpius meminit Doctor, sed præsertim 5. Met. q. 12. & 1. d. 3. q. 5. & d. 30. q. 2. §. *Respondeo ad 1. qõ.* & quol. 13. V.

Explicatur primus modus relatiuorum.

CIrca relationes primi generis aduertendũ est, quod cũ ait Arist. eas fundari in vnitate, vel multitudine, seu numero, ibi vnitatem, & numerum non sumi pdicamẽtaliter, pro vnitate nimirum quantitatis continuæ, & numero orto ex diuisione cõtinui, qa tũc relationes istius generis, nõ nisi in pdicamento q̃titatis essẽt, sed sumũtur trãscẽdẽtaliter, quatenus suo modo in vnoquoque genere reperiri possunt, vt docet Sc. 1. d. 19. q. 1. & in 2. d. 3. q. 1. B. & D. T. q. 7. de potentia ar. 9. quẽ sequuntur Cõpl. hic q. 4. & passim alij; & quãuis exẽpla ab Arist. allata vnitatem, ac multitudinẽ innuãt quãtitatiuã, satis tamẽ cõstat eius mẽtẽ fuisse fundamentum relationũ huius generis ad alia quoq; prędicamenta extẽdere, inquantum induunt modum quãtitatis, seu secundum ꝙ in eis attẽditur vnitas, vel multitudo, nã postea subdit, eadẽ esse, quorũ substantia est vna, similia, quorũ qualitas vna, æqualia, quorũ quantitas vna; quo autẽ sensu intelligi debeant Scotus, & S. T. dũ 5. Met. docent relationes primi modi fundari super rem de genere quãtitatis, bene explicat Zerb. 5. Met. q. 18. §. *Propter tertium.*

Rursus est obseruandum, quod cũ inquit Arist. relationes huius primi generis fundari in vnitate, vel multitudine sic sumpta, per vnitatem non intelligit aliquid, quod reipsa vnum sit in extremis relatis, natura .n. hominis, & Leonis, aut Petri, & Pauli non dicitur vna in ambobus, quasi sit vna, ac eadẽ entitas, ratione cuius inter illa extrema resultet relatio identitatis genericæ, vel specificæ, sed intelligit conuenientiã in aliquo prædicato communi vtrisq; ꝙ pinde dicitur vnum nõ per inexistentiã, sed per solam indiffe-

rentiã, in quo sensu dumtaxat duo indiuidua eiusdẽ speciei dicuntur vnius, & eiusdem naturæ, vt diximus disp. 4. q. 1. ar. 1. & ex ꝓfesso dicemus in Met. quã vnitatem Doct. in 2. d. 3. q. 1. vocat formalem, & essentialem, vt eã à numerica cõdistinguat, q̃ dici solet materialis; atq; ita p numerũ, & multitudinẽ intelliget pluralitatẽ entitatũ alterius, & alterius rõnis, & discõuenientiam extremorum in prædicato cõi.

Cum ergo tripliciter extrema possint conuenire, & vnã naturam participare in hoc sensu. i. naturã eiusdem rõnis, & è cõtra tripliciter discõuenire, hinc Arist. tres species assignauit ex parte vnitatis, & totidem ex parte multitudinis; ex eo. n. quia duo extrema conuenire possunt in essentia, & substãtia (p substantiã siquidem intelligit etiã Arist. essentiã, & quidditatem, vt oẽs hic exponunt) oritur identitas, que fundatur sup vnitatem substantialem, seu essentialem, quo sensu oĩa indiuidua tàm substantiæ, quã accidentis dicuntur eiusdem essentiæ, & naturæ; Ex eo, q̃a conuenire possunt in quantitate, quãtenus quãtitas vnius nõ excedit quãtitatem alterius, neq; exceditur, oritur æqualitas, q̃ fundatur in quantitatibus, non quatenus sunt eiusdem naturæ, & rõnis essentialis (sic. n. fundãt identitatem) sed rõne actualis extẽ sionis, quatenus hæc tãta est in extẽsione, quanta est illa, ex eo tandem, ꝙ cõuenire possunt in qualitate, oritur similitudo, quæ pariter fundatur in qualitatibus, nõ qa sint eiusdem naturæ, ac essentiæ, (sic. n. & ipsæ fundant identitatem) sed rõne eiusdem intensionis. E contra verò, qa extrema tripliciter discõuenire posssũt, participando. s. naturas alterius rõnis, totidem species oppositæ oriuntur ex parte multitudinis; ex eo. n. ꝙ aliqua duo habẽt naturas alterius rõnis, dicuntur diuersa; ex eo, ꝙ habent diuersas qualitates, vel easdem, non tñ in eodem gradu, dissimilia dicuntur, & tandem ex eo, ꝙ improportionata sunt in quantitate, dicuntur inæqualia. Verũ tñ est id, ꝙ aduertit Doct. in Met. lòc. cit. & 1. d. 19. q. 1. has oẽs species vagari p totum genus entis, si metaphoricè sumantur, nã oẽ ens alteri cõparatũ, est idem, vel diuersum in aliquo pdicato, est æquale, vel inequale quãtitate virtutis, est simile, vel dissimile, quatenus quodcunque ens propriam habet differentiam, quæ ab Arist. 5. Met. appellatur qualitas.

Sed obijcies, Vnitas, quæ est fundamẽtum relationis, debet esse vnitas plurium, nã vnitas vniuscuiusq. vt sic, non fundat relationem ad aliud, sed oĩs vnitas pluriũ re distinctorum est vnitas rõnis, quia in creatis nulla vna, ac eadem entitas realis reperitur in duob. re distinctis, ergo nulla relatio ex parte vnitatis est realis. Itẽ multitudo, & numerus pluralitate cõstituitur, ac diuisione, quæ in negatione formaliter consistit, vnde inæqualitas v. g. in hoc ꝓximè fundatur, ꝙ hæc quantitas aliquid nõ habet, ꝙ habet alia, ergo nulla relatio ex parte multitudinis est realis, quia fundamentum reale, & positiuum nõ habet.

Resp. concessa maiori, neg. min. cuius probatio cõcludit tantùm de vnitate formali per inexistentiam, nam quæcunque talis in creatura nequit esse realis, at non probat de vnitate formali, per indifferentiam: hæc. n. est vnitas realis, vt fusè ostendit Doct. cit. 2. d. 3. q. 1. & hæc est, quæ ponitur fundamẽtum harum relationum primi generis. Ad aliud, licèt multitudo aliquo modo negationem inuoluat, supponit tamẽ reales, & positiuas entitates, quarum vna est diuersæ rõnis ab alia, atque ità relatio diuersitatis v. g. fundatur in homine, & leone, non rõne illius negationis præcisè, sed ratione propriæ essentiæ vniuscuisq; quatenus secũdum vnitates formales sunt plures essentialiter; relatio inæqualitatis dimidij ad duplũ fundatur in dimidio, nõ ratione defectus magnitudinis extremi oppositi, sed in sua propria entitate, quatenus hæc tanta est, & non maior. Non ob id tamen contendimus omnes relationes ad hũc primum modum pertinentes esse reales, sicut n.

Vnum

Vnum multiplex est, vnũ numero, specie, genere, & ꝓportione, ita identitas fundata sup hoc, & illud vnum ad hũc primum modum spectabit, et identitas numeralis, quę apud oẽs est relatio rõnis, qa est eiusdẽ ad seipsum, imò Arist. sub hoc genere expresè recenset proportiones oẽs inter numeros ab Arithmeticis excogitatas, q̃ vtiq; oĩnò reales non sunt, cum assignari nequeat subiectum p se vnum harum relationum, q̃a numerus nõ est re vera vnũ per se ens, quod de trãscendentali concedunt omnes, in quo tamen proportiones fieri possunt non secus, ac in prædicam.

Solent hìc Auctores disputare, an relationes reales huius primi generis fundentur in vnitate specifica solum, an ẽt in generica, & analoga; & licèt nõnulli id negent, ferè tñ oẽs affirmant cum Ant. And. 5. Met. q. 14. ad 3. posse fundari in his oĩb. vnitatibus etiã analoga, dummodò sit talis, quæ dicat vnum conceptum obiectiuum intrinsecè conuenientem vtriq. analogatorum, quia non minus sunt similes à parte rei, Petrus, & Leo in rõne animalis, quã Petrus, & Paulus in rõne specifica hominis seruata proportione, & idẽ arg. fieri pôt de vnitate, seù cõuenientia analoga. Nec refert, ꝙ differentia specie, etiã si genere cõueniant, dicantur simpliciter dissimilia, vt constat de albedine respectu nigredinis; Nã licèt verum sit diuersitatẽ specificã vocari absolutè diuersitatẽ, adhuc tñ idẽtitas gñca in suo ordine dr simpliciter talis. Imò etiã ipsamet vnitas numeralis pôt esse fundamentũ relationum realiũ huius gñis sensu superius explicato q. 7. vt si eadẽ numero albedo poneretur in duob. subiectis, dicerẽtur realiter similia, ꝙ bene notauit Bonet. in hoc ꝓdicam.

Exponitur secundus relatiuorum modus.

Circa relationes secundi generis est dissidium non leue de earum fundamento proximo, seù ratione fundandi, an sit actio, & passio, vel potentia actiua, & passiua, ꝓxima, & formalis, vel potius demum substãtia ipsa, quæ est principium radicale actionis, & passionis. Thomistæ passim docent esse ipsã actionem, & passionem ex D. Th. 1. p. q. 28. ar. 4. & 4. cõtra gẽt. c. 24. & 3. d. 8. q. 1. ar. 5. ita Caiet. 3. p. q. 35. ar. 5. Iauell. 5. Met. q. 21. Sãch. lib. 5. Log. q. 31. Sot. hic, & 5. phys. q. 2. ar. 2. Cõplut. cit. Io. de S. Th. & alij, ꝙ probãt, nã illud est proximum fundamentum relationis, quo posito, etiã si cætera non ponãtur, relatio ponitur, & quo sublato, etiã cæteris remanẽtibus nõ ponitur, talis aũt est actio respectu paternitatis v. g. nã eo ipso, ꝙ verũ est, hominẽ genuisse, verum, ac necessariũ est habere relationẽ paternitatis ad filiũ, & quousq. nõ ponitur actio, ẽt si alia adsit nõ cõsurgit relatio, erg. &c.

Hanc opin. Doct. freqẽter refellit hac præsertim rõne, quia ratio fundandi, seù fundamentum ꝓximum tãdiu pmanere debet, q̃tãdiu manet relatio, sed manet paternitas trãsacta actione generatiua, ergo &c. ità 5. Met. c. 15. & q. 13. circa finẽ, & in 4. d. 6. q. 10. L. & d. 13. q. 1. V. & quol. 12. C. & alibi frequenter. Resp. Complut. concedendo relationes secundi gñis posse sine fundamento proximo manere, dummodo maneat fundamentum remotum, q̃ est subiectum inhæsionis earum, rõ huius est, quia rõ fundandi in his relationibus solum est necessaria in fieri, & in primo ꝓduci relationis, non aũt in facto esse, & cõseruari eius, sed ad hoc sufficit pseuerantia fundamenti remoti, cui inhærent, vnde in hoc pſertim differunt relationes huius secundi gñis à relationibus primi, ꝙ illæ inhærent immediatè fundamento proximo, vt v. g. similitudo proxime inhæret albedini, & ipsa mediante pariet*i*, at nõ ita est de relationib. huius gñis, quia paternitas proximè inhæret substãtiæ hominis generantis, filiatio substantię geniti, non aũt fundamento proximo, q̃ doctrina est Ruu. Did. Moris. & aliorũ, quãuis hãc opin. non teneant, quã libenter Cõplut. receperunt, quia non minus idonea est ad suam opinionem tuendam.

Hac

Hæc solutio, sicut & doctrina, cui innititur, reijcitur à Doct. loc. cit. præsertim verò 4. d. 6. qu. 10. quia fundamentum proximum, & formale, non tm̃ est causa relationis in fieri, sed etiã in esse, quod euidenter deducitur ex superius dictis de fundamẽto, & termino, relatio. n. pendet, & specificatur ab extremis, non vtcunq; sed sub ratione formali fundãdi, ac terminãdi constitutis, sicut ergo Petrus, & Paulus non specificãt relationem similitudinis, nisi vt stant sub albedine, quæ est ratio fundandi illã; ita Petrus pater, & Paulus filius nequeunt specificare relationes paternitatis, & filiationis, nisi vt stant sub rõne formali illas fundãdi. Tum quia sicut secundum suas entitates absolutas, & materiales nõ sunt nata huiusmodi extrema illas fundare relationes, ita neq; cõseruare, qa cõseruatio relationis pendet a modo fundandi. Tum quia falsum est etiã huiusmodi relationes nõ inhærere immediatè fundamento proximo, sicut relationes primi generis, nam si ignis, calefacit medio calore, vt potentia actiua, quæ illi sit ratio agendi, & ratio fundandi actionem, vtiq; relatio actionis æquè immediatè inhæret calori, vt similitudo albedini, & calor ab igne separatus diceretur agens, & calefaciens, sicut albedo separata à subiecto similis, & idem dicendum foret de paternitate respectu potentiæ generatiuæ, si hæc poneretur accidens realiter distinctum à potentia generãtis, vt ponunt Thomistæ. Nec refert, quod potentia generatiua nõ denominatur pater, sed substãtia ipsa patris; qa nõ est necesse accidens semp denominare subiectum proximum, cui inhæret, nã intellectio vtiq; proximè inhæret animæ nostræ, & tñ denominatio toti cõuenit hõi, quod ẽt cernitur in alijs multis accidentibus. Tum quia cum relationi in cõi, vt sic, essentialiter cõpetat pendere à rõne fundandi, & fundamento proximo, nedũ in fieri, sed ẽt in esse, & cõseruari, hoc idẽ oĩbus, & singulis relationum specieb. cõuenire debet, quia id eis conuenit rõne generis, nõ autẽ rõne peculiaris differentiæ, atq; ideò malè p hoc secernuntur à prædictis Auctoribus relationes huius secundi generis à relationibus primi. Tum tandem quia si aliquis reperitur effectus pẽdens à sua causa, nedum in fieri, sed ẽt in conseruari, talis præsertim censeri debet quælibet relatio ob tenuem eius entitatem.

Idcircò Io. de S. Th. hãc cõem Thomistarum respõsionem moderatur, & inqt, quod actiones non dicuntur fundare relationes, sm̃ quod sunt in fieri, sed sm̃ quod in facto esse, hoc autem ita declarat, qa licet actio in se transeat, tñ in causa relinquit determinationem quandã ad effectum iã positum, siuè p habitum, siuè p dispositionẽ aut ius, vel aliquid simile, rõne cuius põt fundare relationẽ ad illum, q̃ fuit respõsio cuiusdã Torcellani apud Fladriã 5. Met. q. 16. ar. 4. talẽ autẽ relinq in causa determinationem ex actione præteritã ita eo arguit Io. de S. Th. qa trãsacta actione, causa non ãplius ordinatur ad effectum, vt ante illã, qa antè illã ordinatur ad effectũ, vt possibilem ab ea produci. at post illã ordinatur ad eũ, vt ĩpossibilẽ amplius ab ea produci, qa causa creata nõ põt reproducere eundẽ numero effectum. Cæterum neq; hæc solutio satisfacit, qa non apparet, quã habitus, vel dispositio relinquatur ex actione, in quib. fundari possit relatio ad effectum; & quod idem numero effectus nequeat à causa creata reproduci, prouenit ex solo intrĩseco Dei decreto, vt ostendimus disp. 8. phys. q. 3. ar. 1. & qñ ẽt ab aliquo intrĩseco prouenirer relicto in causa ex actione præterita, quod eã redderet impotentem ad illum reproducendum, iã hoc non esset rõ fundãdi relationẽ realẽ ad illum, ad hoc genus spectãtem, sed potius positiuè impediret, ne talẽ relationẽ fundare posset. Tũ qa admisso, ẽt quod ex actione præterita talis relinqueretur dispositio, vel habitus ĩ causa, in qua fundaretur relatio ad effectum jam productum, tunc relationes huius gñis non immediatè amplius fundarentur in actione, vt contendunt Thomistæ, sed super qualita-

litatem, quod neque ipsi concederent.

Alia proindè sententia est Scot.loc.cit. vbi docet nō actionem,& passionem, sed potentiā ipsā actiuā,& passiuā esse fundamenta ꝓxima huiusmodi relationum,explicat auté id nō debere intelligi de respectu,qué de se dicit potētia, sed de absoluto,ꝙ à respectu denominatur,neq;de potentia nuda , sed vt iā ad actum reducta p actionem,itaut actio,& passio sint solum conditiones,siuè dispositiones necessariò ꝑrequisitæ, fundamentum verò potentia ad actum reducta , q̄ est cōis Scotistarum Ant.And.5.Met.q.14. Bonet.in hoc ꝑdic. Zerb.q.18.§.*Propter tertiū*,Fabr.ibid.disp. 25. & sequuntur hìc Recentiores multi Ruu.Didac.Moris. Smigl. & alijs, ac etiā nonnulli Thomistæ Sōcin.5.Met.q.25.ad 2.Fland.cit.Ataux.ibid.q.5.ar.9. Et quidē magnum habet fundamentum in Aristot. ibidem, dum ait *actiua verò, & passiua secundū actiuā,& passiuā potentiā,& potentiarum actiones*,quib.verbis vtrāq;ptinere ad fundamentum docuit,potentiā quidē, vt ꝓpriè fundamentum, actionē verò, vt conditionem necessariā , & ꝑuiā dispositionem , sine qua nequit potentia fundamentum ꝓximum esse,vndè vt ait Doct. 4.d.13.cit.benè saluatur dictum Arist.ibi, ꝙ relationes secundi modi dicuntur secūdum potentiā actiuā,&,passiuā,vt secundum fundamenta, & dicuntur sm̄ actiones potētiarum , vt secundum dispositiones ꝑuias ad illās relationes,& cōditiones omninò necessarias , quia hæ relationes non consurgunt ex extremis etiam formalibus vtcunque , quia si Petrus modò pater , & Paulus modo filius ponereutur p creationem ét cum suis potentijs actiuis,& passiuis non essent formaliter inter se relati p paternitatē, & filiationem , sed necessariò requiritur, vt vnum ꝓducatur ab alio,& potētia generatiua Petri determinetur ad fundādā relationem paternitatis p productionem Pauli mediāte ipsa, & è contrà potentia passiua Pauli.

Cæterùm contra hanc opinionem vrgent Suar.disp.47. sect.12. Hurt. disp.15. Met.sec.10.& alij eandem rōnē,quā Scot. vrgebat cōtra primā opinionem quia Petrus viuente filio potest amittere potentiā generatiuā, vt v.g.si castretur,tunc.n.ꝑcditur seminis officina , vel saltim à Deo auferri pōt,& tñ adhuc remanet pater, ergo potentia generatiua nō est proximum fundamentum paternitatis, qa hoc ablato cōcidit relatio,vt contra Thomistas argueb amus. Nec valet dicere cum Ruu. Did.Moris.& alijs absurdum non esse relationes huius generis manere in suis subiectis,etiā ablato fundamento proximo, & rōne fundādi.Nam hęc solutio abundè nuper reiecta est. Neque etiam ipsi Scotistæ sunt ab hac difficultate immunes, eò quia Doctor non distinguat realiter potentias proximas agendi à radicalibus 2. dist.16.q.vnic. vt faciunt Auctores relati. Quamuis.n.ita non distinguat illas, si accipiantur potentiæ organicæ incompletè , vt sunt partiales animæ perfectiones, tamen si completè accipiantur , pro constituto .s. ex determinato organo, & partiali animæ perfectione , eas realiter distinguit, nec vllus oppositum docet, quia sæpius hominem videmus orbari potentijs sic sumptis; certum est autē , cum inquit Doct. paternitatē fundari in potentia actiua,loq de illa in hoc secundo sensu,nō in primo, quia potentia generatiua in hoc sensu, est ꝓximum principium, & fundamentū ꝓcedēdi vnius ab aliō, vt de se cōstat,nā sine organo nō est potētia generatiua reducibilis ad actum,atque ideò nec relationem paternitatis fundare pōt.

Idcircò Suarez, & Hurt. cit. cum alijs, vt melius prouiderent indemnitati relationis, asserunt eam neq;in actione, neq; in potentia proxima fundari , sed in radicali .i. in ipsa substantia proximè , & immediatè , quia pater relationem paternitatis in actu habet , non solùm postquam transit actio, sed etiā si potentia generandi amittatur. Verum, neque hæc opin.placet , quia relationes huius generis sunt

rela-

relationes originis, vel ꝓcessionis vnius ab alio, ergo ꝓximum principium huius processionis est rō fundandi tales relationes, tale aūt prĩcipium non est ipsa substātia patris, sed potentia eius generatiua cōpletè sumpta, vt dicebamus. Conf. quia vt Petrus referatur ad Paulum, vt pater ad filiū, nō sufficit intelligere substātiā vtriusque pcisè, sed in substantia Petri debet cōcipi aliquid quasi ptinens ad rōnem agēdi, vt substātiā Pauli respiciat in rōne effectus, ergo nuda substantia nequit esse rō fundandi paternitatem, cum sine potentiā generatiua effectum non attingat.

Pro resolut. huius dubij notandū est inter effectus aliquos esse, qui à causa secūda essentialiter dependēt, nō solùm in fieri, sed ēt in conseruari, vt cōstat de lumine, sono, &c. alios verò ab ea depēdere solum in eo instāti, quo fiunt, deinceps verò nullo modo, vt domus ab ædificatore, filius à patre, &c. Cū ergo relationes huius secundi modi sint relationes originis, & processionis vnius ab alio, effectus primi gñis, & in primo instāti productionis eorū, ac ēt deinceps fundāt ad causā relationem realē dependentiæ, & causa è cōtra relationem oppositā ad ipsos; & si substātia ponatur immediatè actiua sine medijs potentijs realiter, vel formaliter ab ipsa distinctis, vt probabilius est (exceptis quibusdā animæ potētijs, vt in lib. de ani. dicemus) tunc in ipsa immediatè erunt fundatæ istæ relationes, si verò in quibusdā actionibus accidentalibus, & trāseuntib. agit quoq; media potētia accidentali, vt Sol illuminādo, ita tñ vt & ipsa attingat effectū, tunc vtrūq. agens ꝓportionatam fundabit relationē ad effectū, qa vtrumq. est verū agēs in suo ordine; ꝙ si nō attingat eff[illegible]ū vllo mō, nisi media potētia accidētali, tunc in ipsa sola fundabitur relatio.

Effectus verò secundi ordinis tantùm in primo instanti fundāt relationem realem dependentiæ ad causā, non autē deinceps, sed postea ex ipso actu causalitatis transactꝙ remanet tñ denominatio, ꝙ hoc fecit, & illud factum est, quæ vtiq; est denominatio realis, non tñ relatio realis dependētiæ, & tales esse denominationes patris, & filij, nēpè ꝙ hic generauit, & ille genitus est, expresse docet Arist. 5. Met. c. 15. inquit. n. ꝙ iste dr̄ pater, quia fecit, ille filius, qa quid passum est; cui suffragatur cōis loquendi modus, nā Paulū dicimus esse filium Petri, etiam ipso Petro defuncto, non alia rōne, nisi quia ab ipso genitus fuit; Et quod paternitas, & filiatio in creatis non dicant relationes reales, probatur vrgenter, quia tales vtiq; forēt causalitatis, & dependentiæ, sed postquam filius genitus est, non amplius à patre dependet in esse, ergo nulla adest rō deinceps fundandi relationes reales ad hunc modum spectantes, nam oēs istæ aliquā important dependentiam vnius ab alio.

Dices, adesse ēt deinceps sufficiētē rōnē fundādi relationē, qa manēt extrema ad quorum positione necessariò resultat relatio intrinsecus aduenienś, vt sunt paternitas, & filiatio. Contra, nō quæcunq; extrema sufficiunt ad constituendam relationē intrinsecus aduenientem, sed debēt esse cōmensurata relationi, quæ inde insurgere debet, at talia extrema nō sunt Petrus, & Paulus, qui fuit ab eo genitus, si sm̄ suas entitates cōsiderentur, ergo ꝓter illas oportet intelligi in vno extremo aliquid quasi ptinens ad rōnem agendi, & in alio aliquā rōnem dependentiæ, vt inuicē referantur relatione reali huius gñis, cùm ergo pacta generatione, nihil tale permaneat in extremis, fatendum est deinceps non inuicem referri relatione reali huius generis. Confir. quia si vrget allata obiectio, etiam deberet dici generationem ipsam manere, cum maneant extrema. s. generans, & genitum, & ipsa sit relatio intrinsecus adueniens, sicut ergo ipsa non manet, quia generans, & genitum secundum suas entitates non sunt extrema eius formalia, sed materialia tantùm, idem quoq; de paternitate, & filiatione dicendū est; quòd eò vel maximè est asserendum, quia

quia paternitas, & generatio actiua, filiatio, & generatio passiua non differunt, vt ex Scoto colligitur 3. d. 8. q. vnica. §. *Ad quæstionem*, vbi eas eodem modo definit, vt de se constat in relationibus diuinis.

Dices, in diuinis paternitatem, & filiationem esse reales relationes, ergo idem dicendũ esse in creatis. Cõtra, imò ex hoc nostrum roboratur assertum, qa ideò in diuinis id verum est, qa ibi actio generatiua, & paternus influxus in filiũ ppetuò manet, ergo quia in creatis solũ talis influxus ex parte causæ reperitur in primo instãti, & pariter dependentia ex parte effectus, deinceps verò hęc oĩa cessant, remanente nuda entitate causæ, & effectus, asserẽdum est paternitatem, & filiationem nõ dicere relationes reales, nisi in primo instanti, & tunc paternitas fundabitur super potentiã actiuã, vt stat sub actu secundo; deinceps verò nõ dicere, nisi denominationes extrinsecas ex eo desumptas, ꝙ ille ingenuit, & iste genitus est; Neque ab hac sententia alienus est Doct. nã in 3. d. 8. cit. sub D. pponens hoc dubium, an filiatio dicat relationẽ realem, tres adhibet responsiones, & quãuis tertiæ, q̃ cõis est, videatur adhærere, primam tñ, quæ est, ꝙ filiatio sit sola realis denominatio ex actu generationis pterito, non improbat, sicut secundã, quã dicit esse absurdã, signũ euidẽs illã cẽsere pbabilẽ, tertiæ tñ magis adhęsit, ne à cõi recedere videretur, & illa supposita locutus est de paternitate, quæreñs de illius fundamento locis omnibus supracitatis.

Pertinent autẽ ad hunc secundũ modũ relatiuorum, nedũ relationes intrinsecus aduenientes sup potẽtiã fundatæ, pśertim de gñe actionis, & passionis, vt Sco. notauit in 4. d. 13. cit. in tertia explicatione, q̃ adhibet ad text. 20. 5. Met. Arist. n. ibi in hoc secundo modo, nedum recensuit relationes causæ ad effectum, & pducentis ad pductũ, sed ẽt agentis ad pasũ, & actiui ad passiuũ, vt calefacientis ad calefactũ imo dicere possumus oẽs in vniuersum relationes extrinsecus aduenientes sex vltima pdicamẽta cõstituentes ad hũc modum reduci, quatenus in aliquo sensu oes fundãtur sup potentiã actiuã, & passiuã v. g. vbi passiuum fundatur in potentia passiua, quã habet corpus cõtẽtum ad locari, & vbi actiuum in potentia actiua, q̃ habet corpus continens ad locare, & sic de alijs, spectant ẽt ad hunc modum, nedũ pdiæ relationes pdicam. sed ẽt transcendentales, quæ fundãtur sup potentiã actiuã, & passiuã, vt relatio pductiui ad producibile, actiui ad passiuum, r ã hic quoq. enumerat relationem calefactiui ad calefactibile, relationes. n. huiusmodi si sumãtur, vt dicunt naturalem aptitudinẽ v. g. ignis ad producendum calorem, aut calefaciendi aquã sunt trãscẽdentales, licèt si sumãtur, vt sunt ipsemet relationes pdic. in esse possibili, & obiectiuo, adhuc in tali statu pdicam. dici debeant, quia ei usdem naturæ est homo actu existens, & homo possibilis, vndè factum est, vt q̃dã relationes huius gñis dicãtur fundari in potẽtia abstrahendo ab actione, quales sunt illæ oẽs, quæ respiciunt effectum, vt possibilẽ, aliæ verò fundantur in potẽtia, vt est sub actu secundo, quales sunt illæ, quæ respiciunt effectum in fieri, nam harum oĩum attulit Arist. exẽpla in textu. Imò neq. oẽs relationes, quas sub hoc modo recenset, sunt reales, nã quasdã enumerat, quę fundantur in actione futura, vt ꝙ facturum est ad id, ꝙ faciendum est, cõstat autẽ tales relationes nõ esse reales, qa nõ habent extrema actu existentia, nequit aũt relatio habere maius esse in suis extremis; enumerat etiam relatiua quædam, quæ dicuntur secundum priuationẽ potentię, vt impossibile, & similia, de quibus omninò constat non esse relatiua realia.

Explanatur tertius modus relatiuorum.

Circa relationes tertij generis est cõmunis opinio, vt dicebamus ab initio art. distingui à relationibus primi, & secundi modi parte fundamentum, quia nimi-

nimirum istæ fundãtur sup mensuram,& mensurabile, non illæ, idq; apertè docuit Sco.5.Met.q.13.dum ait in corp.qu.hunc modum relatiuorum distingui à cæteris, *non per mutuã dependentiã, vel nõ mutuã, sed per fundamenta alia, & alia*, atq; ita defendunt Ant. And. Faber,& enixè Zerb. 5.Met.loc.cit.Bargius 1.d.30. & alij Scotistæ,& passim Thomistæ omnes.

Verùm hæc opinio,estò plausibilis,non est ad mentẽ Arist.neq;Sc.in lib.sent. nec in se vera;non ad mentẽ Arist.quia ipse 5. Met. tex.20. nunquã dixit has relationes fundari in rõne mensuræ,aut dici sm̃ rõnem mensuræ, queadmodum de relationib.primi modi ait dici sm̃ vnum,& multa,& relationes secundi modi dici sm̃ potentiã actiuã, vel passiuã ; sed solum dixit q̃dã relatiua dici, vt mensurabile ad mensurã,& scibile ad scientiam,& sensibile ad sẽsũ, vbi potius hęc oĩa posuit,velut distĩcta exẽpla,& nõ vt ostẽderet scibile, & sẽsibile cõtineri sub mẽsura,& mẽsurabili, vt accuratè notauit Suar.disp.47.cit. sect.13. Nec satisfacit responsio Sanch. hic q.50. ad 1.prin.dum ait Arist.in illis primis verbis *alia, vt mensurabile ad mensurã* explicasse cõem rõnem harum relationum, & fecisse ꝓpositionem vniuersalẽ, quasi diceret, oĩs mẽsura,& mensurabile est relatiuum tertij generis,& cum subiungit, *& scibile ad scientiã, & sensibile ad sensum*, resoluit illã propositionẽ vniuersalem p copulatiuas,& ostendit p species,ꝙ in gñe dixerat,vt si dixisset,oĩs homo est animal, & Petrus est animal,& Paulus est animal. Hęc solutio manifestè textum extorquet, q̃a in primis verbis dixit, alia dici vt mẽsurabile ad mensuram, si ergo hæc posteriora adhibuisset in exẽplum priorum, vt contendit Sancius,colligere debuisset scibile se habere ad scientiã, & sensibile ad sensum,tanquã mensurabile ad mensurã, at res è contra se habet,ꝙ scibile est mensura sciẽtię,& sẽsibile sensus,& Arist. eodẽ mõ referri dixit mensurabile ad mensuram, scibile ad scientiam, & sensibile ad sensum;Non ergo tertium genus constituit Arist. in rõne mensuræ nec penès tale fundamentum a duob. primis distinxit, sed rõnẽ eius constituit in eo, ꝙ intãtum dicãtur ad aliquid relatiua huius generis,inquantum alia dicuntur ad ipsa, & distinxit à duob.primis,q̃a in illis est relatio realis mutua in vtroq;extremo,in hoc verò relatio nõ est mutua, q̃a nõ ẽ realis. nisi ex parte vnius extremi, vndè ad hoc genus spectant relationes non mutuę, vt sic, & denominationes in terminis earũ resultantes ex tali terminatione.

Nec opinio illa est ad mentem Scoti, nam estò in Met.loc.cit. cõmuniorem secutus dixerit relationes tertij generis distingui à cæteris per alia,& alia fundamẽta, non autem per dependentiam mutuã, & non mutuã;Tamen in lib.sent.vbi maiorẽ habet auctoritatem,& magis ex sententia loquitur, disertè docet hæc relatiua præcisè distingui à relatiuis primi, & secundi generis,ꝙ illa sunt mutua,nõ verò ista,ita in 1.d.3.q.5.sub B.& d.30.§.*Respõdeo igitur ad primũ*, & §.*Ad arg.2.qu.* & infrà d.35.idem repetit,& rursus quol. 13.sub V.& alibi frequẽter,nec alium discretionis modum inter illa vnquam memorat.Resp.Barg.loc.cit.distinctionẽ horum modorũ dupliciter inquiri posse,vno modo effectiuè,& extrinsecè, & sic distĩguuntur p fundamenta, alio modo intrĩsecè,& formaliter,& sic vtriq;distinguuntur per mutuò, vel non mutuò referri; & quia id competit relationibus rõne diuersitatis fundamentorum, nam relationes tertij generis ratione sui fundamenti nõ petũt in termino relationem realem oppositam, benè tñ relationes primi, & secundi, ideò prima differentia huius modi à primis duobus petenda est à fundamentis.Sed hæc responsio facile reijcitur, quia mox ostendemus hãc non mutuam dependentiam relatiuorum tertij generis illis conuenire,non ratione sui fundamenti, ꝙ ità postulet, sed potius ex diformi assignatione extremorũ, quorum

vnũ assignatur in actu;& aliud in potentia,vndè hoc inducit inter relatiua huius gñis, & aliorum duorũ potius differentiã accidentalem ex tali difformitate desumtã, quã essentialem à fundamentis petitã.

Vt igitur id magis pateat, & qualis sit distĩctio huius tertij modi à duob.primis, an.s.sit essentialis,num potius accidentalis tm̃,inuestigandum est,vndè ꝓcedat,ꝙ relationes huius generis nõ sunt mutuæ, aliorũ verò vtiq; Supponimus autẽ ex dictis q.6.ar.3. cõcl.1. illa dici relatiua mutua, quæ à seinuice reciprocè dependent p relationes oppositas vtriq; realiter inhęrentes,illa verò nõ mutua,quorum vnum realiter fundat relationem, aliud verò tm̃ terminat,vndè nõ tã est relatiuum, quàm absolutum. Thomistæ passim hanc rõnem afferunt,qa vt extrema inuicem referantur relatione reali in singulis existente, debent esse eiusdem ordinis, sic .n. innuit D.Th.p.1.q.13.ar.6.& q.7.de pot.ar.10.& 2.cõtra gent.c.12. hæc autem cõditio deficit in mensura, & mensurato, q̃ ptinent ad hunc tertium modũ,qa nõ sunt eiusdẽ ordinis, vndè scientia refertur ad scibile, qa nõ est extrà ordinem scibilis,sed scibile,qa ex extrà ordinẽ scientię,nõ refertur ad scientiã.Sed hæc rõ passim reijcitur ab alijs,& ꝓsertim à Durand.1.d.30. q.3.n.7. Bassol.ibid.q.1.art.3.& etiã ab ipso Scoto ibid.§.*Contra primã*,&quidem vsq.adhuc nõ ostenderunt Thomistę,quæ,aut quãta esse debeat hæc cõmunitas ordinis,nã vel intelligunt esse debere eiusdem ordinis .i. inuicem subordinari,& mutuò dẽpẽdere, vt explicat Io. de S.Th. cit. & qa nõ ita se habent extrema tertij modi; ideò &c. Et hoc non satisfacit,quia vt ait Doct.cit.est aperta petitio principij, id .n. est, ꝙ quærimus, quarè hæc extrema non sint mutuò subordinata.Vel intelligunt eius ordinis.i.ꝑdicamenti,& hoc non, quia substãtia,& accidens sunt hoc modo diuersi ordinis,& adhuc inter se mutuò referũtur, vel intelligunt esse debere eiusdem ordinis.i.gñis naturalis, vt ait Fland. cit.art.6. quomodo naturalia dicũtur esse alterius ordinis ab artificialibus,& supernaturalibus;& neq;hoc,qa inter actus supernaturales, & potentias est relatio realis effectus,& causa;vel debent esse eiusdem ordinis .i. ambo finita,& limitata, vt Hæru. 1.d.32.q.1. qua rõne dicit Deum ad creaturã nõ referri;& hoc in proposito nõ cõuincit,qa multa extrema relationum huius tertij modi sunt ambo limitata, & tñ mutuò non referuntur; vel debent esse eiusdem ordinis .s. eiusdem rõnis quò ad causam relationis,itaut inter ea sit solum relatio realis vtrinq; in quibus est eadem causa referendi vnum ad aliud, & eadem ratio fundandi relationes,quo modo duo alba dicuntur esse eiusdem ordinis, quia fundamentum relationis mutuę est eiusdem speciei,& realitatis, vt videtur explicare Caiet.p.1.q.13.art.7. & neq. hoc satisfacit,qa tunc solæ relationes ęquiparãtiæ essent mutuæ.Tãdẽ vrget Bass. ità benè scibile inquantum efficiens scientiã est extrà ordinẽ scientiæ,sicut inquãtũ mensurans,vel terminãs,ergo si nõ obstãte talis ordinis diuersitate(quomodocunq;explicetur) vt efficiens fundat ad ipsã relationem realẽ de secundo modo, sic ẽt vt mensurans,& terminãs, vel si talis diuersitas ordinis hìc impedit, etiam & ibi.

Ex alio igitur capite hæc ratio desumenda est .s. ex difformi extremorum assignatione,vt supra innuebamus,& significat Doctor q.12. Met. in fine, vbi proindè ait, quod si in hoc tertio modo extrema assignarẽtur vniformiter.s.vel ambo in actu, vel ambo in potentia, esset in eis mutua dependentia, sicut in alijs modis, in quibus vniformiter assignantur, quæ est cõmunis doctrina Expositorum Arist. in hoc prædic. simpl. Boet. Amon. Porph.Burl.Caiet. Tol. & aliorum, quod amplius declarans Ant. And.5.Met.q.16. ad 2.notat scibile, & scientiam (quod pari modo de alijs relatiuis huius generis dici debet) posse dupliciter accipi, vniformiter .s. vt ambo sint in actu, vel ambo

bo ĩ potẽtia; aut difformiter.i.vnũ ĩ actu, alterum in potentia, primo modo habent mutuã dependẽtiã, & posita se ponũt, & perẽpta se perimũt,& sic scibile ẽ ad aliud essẽtialiter.s.ad sciẽtiã impotẽtia, nec accidit scibili, ꝙ sciatur in potentia, nã scibile non est scibile, nisi quia eius potest esse scientia, quia si esset scibile, & eius nõ esset scientia in potentia, esset scibile, & non scibile, simile est de sciẽtia in actu, & scibili in actu, at secundo modo nõ habent mutuã depenbentiã, scibile.n.nõ dependet à scientia in actu, quia potest esse scibile in potentia, cuius non sit sciẽtia in actu, & sensibile in potẽtia, cuius non sit sensus in actu, vnde hoc modò non sunt simul natura, nec posita se ponũt, ac pẽpta se perimũt, vt docuit Arist. in hoc pdicam. iuxta ergo hũc sensũ, quẽ docuit in Logica debet explicari in Met. ꝙ nẽpè assignãdo relatiua vniformiter, habent mutuã depẽdẽtiã, & ad primũ, vel secundum modũ pertineãt, assignãdo autẽ difformiter mutuã dependentiã nõ habeant realẽ, & ideò ad tertiũ modũ spectent, cuius rei manifestũ indiciũ est, ꝙ assignando Arist. relatiua primi, & secũdi modi, semper ea vniformiter assignat, ambo .s. in actu, vel ambo in potentia, ꝙ præsertim dignoscitur in secundo, vbi refert calefactiuũ ad calefactibile, sectiuũ ad secabile, deinde calefaciens ad calefactum, secans ad id, ꝙ secatur, & rursus quod fecit, ad id, ꝙ factũ est, & id, quod facturũ est, ad id, quod faciendum est, sic.n. mutuã semper ambo extrema præseferunt dependentiã realẽ, vel saltim rationis in aliquibus; at assignãdo difformiter, non habent mutuam dependentiã, potest .n. esse scibile sine sciẽtia in actu, calefactibile sine calefactione in actu, mensurabile sine mẽsura in actu, & sic in alijs, quare ipsamet relatiua primi, & secundi modi hoc modo assignata, nẽpè difformiter, spectant ad tertiũ modũ, ꝙ .n. assignatur in actu, verè, & realiter refertur ad id, quod assignatur in potentia, vt scientia ad scibile, non è cõtra, quia scientia dependet à scibili, non scibile à scientia in actu; atq; ita assignando hunc tertiũ modũ Arist. in Met. nil aliud docere voluit, quã illud idẽ, quod dixerat in Logica, relatiua nẽpè difformiter assignata non mutuo referri, cuius rei indiciũ est, ꝙ vtrobiq; eisdem vtitur exemplis scientia, & scibilis, sensus, & sẽtibilis, nec reuera intendit constituere hunc modũ à duobus primis essentialiter distinctum.

Dices, etiã si extrema relationũ tertij generis assignentur vniformiter, non ob hoc ambo referuntur realiter, ergo nõ ex difformitate assignationis eorũ nascitur harũ relationũ non mutuitas, sed ex natura fundamenti huius tertij modi essentialiter ab alijs condistincti, Probatur assũptũ, nã assignata scientia in actu, & scibili in actu, scientia vtiq; fundat relationẽ realẽ ad obiectũ, adhuc tñ in obiecto nulla insurgit relatio, quatenus est terminus eius, sed sola extrinseca denominatio sciti, & intellecti. Resp. neg. conseq. nam etiã in primo, & secundo modo dantur quædã relationes non mutuæ, vt relationes diuersitatis, ac etiã causæ, & effectus inter Deũ, & creaturã, hoc tñ nõ præiudicat mutuitati, quæ illis debetur ex rõne generica sui fundamenti, etenim nõ mutuitas interdũ quibusdã conuenit relationibus illorum modorũ, non quidẽ per se ex rõne generica ipsarum, sed ex ratione specifica alicuius peculiaris fundamenti; sic etiã in pposito relationibus tertij modi conuenit non mutuitas in vniuersum ex sola difformitate assignationis extremorũ, ita ꝙ si vniformiter assignentur, reperitur in eis mutuitas, sicut in relationibus aliorũ modorũ; ꝙ si interdũ oppositũ eueniat in quibusdã relatiuis, quæ etiã vniformiter assignata non referũtur mutuò, id non est ex ratione generica illorũ, sed ex rõne specifica alicuius peculiaris fũdamẽti; & ideò nõ est sufficiẽs indiciũ, vt cõstituatur tertiũ genus ab alijs essentialiter distinctum. Accedit, ꝙ esto assignando scientiam in actu, & scibili in

actu, scibile nō referatur realiter ad sciētiā per relationem ipsi extrinsecam, tamē assignando ambo in potentia, tunc etiam scibile realiter refertur ad scientiā, & dependet à scientia in potentia, vt dictū est.

Tenendū ergo est hunc tertiū modum nō distingui essētialiter à duobus primis, sicut illa sunt inter se distincta ex essētiali fūdamentorū diuersitate, quia relatiua aliorū modorū pertinent ad hunc tertiū, quādo vniformiter nō assignantur, quod constat ex ipsis verbis Aris. qui non ponit aliā cōe rōnē relationibus huius generis, nisi quia denominātur ex relatione existente in altero, ergo secundū eius mentē in hoc genere non ponitur aliqua noua relatio, quæ sit intrinseca subiecto denominato, sed solā extrīsecā denominationē sūptā à relationibus aliorū generum. Et hoc satis consentaneum est intentioni Arist.c. illo 15. 5.Met. quia vt notat Doct. cit. 4.d.13.q.1.infra V. non intendebat ibi explicare solū naturā relationis pdicam. sed varios modos, quibus res denominātur relatiuæ (sicut in c. de quali nō tantū ponit species qualitatis, sed etiā modos) & distinguit duos generales modos, vnū eorū, quę denominātur, quia ipsa referūtur, & hæc diuidit ex duplici fundamēto s. quantitatis, & potentiæ; alia verò, non quia ipsa referuntur, sed quia alia referūtur ad ea, vnde hic modus nō addit nouū genus relationis, sed solū specialē modū denominationis qui cōuenit terminis relationū ptinētiū ad alia genera. Cū igitur scientia possit obiectū suū respicere, vel sub rōne motiui, vel terminatiui, vel mēsuratiui, vt notat Doctor 4. d. 1. q. 1. sub S. relatio, quam fundat ad illud in ratione motiui, spectat ad secūdū modū, quia est relatio effectus ad causā; alia, quā fundat ad illud in rōne terminatiui, & vocat Doctor quol. 13. M. relationē attingentię, ac tendentiæ in obiectū, spectat ad tertium modū, quatenus non est mutua, obiectū n. quatenus terminus nullā fundat correlationē ad actū; si verò cōsideretur, vt fundatur in intrinseca pportione, & cōueniētia potentiæ ad obiectū ad primum spectat; relatio tandē ad illud, vt mensuratiuū potest esse duplex, sicut obiectū pōt bifariā cōstitui mēsura sciētiæ, pōt enim esse mēsura sciētiæ quò ad veritatē, quatenus notitia intātū vera est, inquātū exprimit obiectū, sicut est, quo sēsu de relatione mensurabilis ad mēsurā locutus est Doct. quol. 13. cit. & pprìè dici solet relatio cōformitatis actus ad obiectū, & sic appellatur à Doct. 1. d. vlt. ad 1. & 4. d. 8. q. 2. V. quatenus actus debet esse expressa similitudo obiecti, vt verus sit, non quidē per cōicatione eiusdē formæ, sicut est albi ad album, sed per imitationem, sicut est ideati ad ideam ex Doct. quol. cit. O. & in hoc sēsu quodlibet obiectū est mensuratiuū sui actus, quia quilibet suū imitatur obiectū, sicut ideatū ideā; pōt etiā obiectū cōstitui mensura in perfectione, quatenus actus eò est perfectior, quò est perfectioris obiecti, quo sēsu de obiecto mēsuratiuo loquitur Doct. cit. 4. d. 1. q. 1. & hoc modo nō qlibet obiectū est sui actus mēsuratiuū, qa mēsurare hoc modo supponit in mēsura maiorē perfectionē, q̄ in re mensurata, vt notat Lichet. quol. cit. §. *Sequitur in littera*, cuius ratio est, qa mēsura in perfectione fit per excessū perfectionis supra rē mēsuratā, vt ait Doc. 2. d. 2. q. 2. G. vnde in hoc sēsu potest obiectū esse motiuū, nō tn̄ mēsuratiuū, vt intellectu albedinis nō potest p albedinē in hoc sensu propriè mensurari, quia albedo est accidens imperfectius ipsa intellectione; Itaq; relatio mensurę ad obiectū in vtroque sensu, si vniformiter assignentur extrema, ad primū modū spectabit, quia relatiua illius modi dicūtur secūdū conuenientiā aliquā, vel disconuenientiā, siue secundū accessum quendā, vel recessum, mensuratur autē scientia ab obiecto vno, vel altero modo per accessū ad illud, in conformitate quidē, & similitudine primo modo, & imperfectione secundo modo; potest etiā reduci ad secundum relationum

uorum genus, si ex parte scientię spectetur rō mēsurę passiuę, ex parte verò obiecti rō mensuræ actiuæ; Cū aūt Doc. in 1. d.3. q.5. C. similitudinē p̄fatā imitationis ait ad tertiū modū spectare, nō ad primū, ad quem reijcit tm̄ similitudinem vniuocationis, loquitur rigorosè de primo mō.

Quæres, num oēs huius tertij gñis relationes sint trāscendentales, an aliquæ etiā p̄dicam. & rō dubitandi est, quia hæ relationes, vel tendunt ad terminum in potētia, vt est relatio scientię ad scibile, sensus ad sensibile, vel tendunt ad terminum in actu, sine quo earum fundamentum existere nequit, quales sunt relationes creaturæ ad Deum quoad efficientiā, diuersitatem, &c. Resp. nō esse oīnò certum, an oēs relationes tertij modi sint fundamento identificatæ, de relatione siquidé attingentiæ, quā habet actus ad obiectum, Doctor manet anceps quol.13. licèt in 3.d.15. q.vn. ad 1. id affirmasse videatur, de quo in lib. de Anim. si ergo oēs huiusmodi relationes ponātur fundamento identificatæ, oēs erunt trāscendentales, nō autem si aliquæ admittantur realiter distinctæ, aliquas autem tales dari in tertio modo est satis probabile, & fortè talis est relatio dextri, & sinistri in animali in ordine ad columnā, qa in animali videtur esse realis, qa in ipso sunt cor, & alia organa, à q. bus dextera pars trahit robur, & vires, in colūna verò nulla respōdet realis correlatio, sed dr̄ dextra, vel sinistra sola denomi. natione sūpta à iuxta positione animalis.

ARTICVLVS TERTIVS.

An præfati tres modi sufficienter assignentur, ac velut adæquata, & propria genera quarti prædicamenti.

QVidam asserunt modos relatiuorum iam declaratos non esse sufficienter assignatos ab Arist. nec minus velut adæquata, & propria genera huius prædicamenti, quia Arist. ibi 5. Met. non intendebat tradere, nec adæquatam totius relationis diuisionem, nec propriam huius p̄dicamenti, ita Auers. q.19. log. sect.7. Alij è contra contendunt hanc esse adæquatā totius relationis diuisionem, & hęc tria gñ̄a acceptāt velut adęquata, & p̄pria huius p̄dicaměti. Alij tandē fatentur quidem esse sufficientem diuisionem omnes modos relatiuorum complectentem, negāt tū membra illius cōstituere proprias, & adæquatas species, vel genera huius prædicamenti, quia diuisio illa est longè maioris ambitus, ita significat Sco. 4. d. 13. cit. q.1. V. dū inquit, quod Arist. in hac diuisione *non tantum ponit species relationis, sed ēt modos, secundum quos aliqua dicuntur ad aliquid*, quę sententia verior est, & ad Arist. mentē magis accomodata.

Dicimus itaq; primò tres modos relatiuorū esse sufficienter assignatos; ita Doctor cit. & 5. Met. q.12. vbi ēt Ant. And. Zerb. Faber, & alij Scotistæ, ac Thomistæ; Prob. quia estò Arist. non exprimat in particulari omnes relatiuorum modos, sed solummanifestiores, vt notat ex Sco. Zerbius cit. §. *Propter secundum*, illos tamen ita assignauit, inquit Zerb. vt omnes alij facilè reducantur ad eos per quandam similitudinem, & analogiam; hoc autem probari potest recensendo omnes illas relationes, quæ videntur facere difficultatē. Sunt autem in primis relationes causæ materialis, formalis, & finalis ad suos effectus, quæ non fundantur in vnitate, & & mensura, vt patet, nec in potentia actiua, cum hæc sit propria efficientis. Est ēt difficultas de relationibus propinquitatis, & distantiæ, coexistentiæ, dexteri, & sinistri inter columnā, & animal, nō .n. facile est assignare modum, ad quē pertineant, ex tribus illis. Insuper dubitatur de relatione vnionis, quæ certè ad secundum, & tertium modum neq; reduci, q̃a est mutua, & non fundatur in actione, neq; etiā ad primum, quia aliud est conuenientia, & vnitas, quæ ibi assignatur pro fundamento, aliud vnio, & cōiunctio duorum, quæ possunt esse inter se omnino distincta, & genere, & specie, vt cōstat de vnione accidentis cum substantia, humanita-

tis cum Verbo,&c.Rursus est dubium de relatione amoris ad amabile,& vniuersaliter appetitus ad appetibile, quæ relatio realis est, & non fundatur in vnitate, vel actione,vt constat, neque in ratione mensuræ, quia in amore non est veritas, quæ mensuretur per obiectum amabile.

At si paulò latius sumantur fundaméta primi, & secūdi modi, omnes prefatæ relationes,& aliæ consimiles ad illos reduci poterunt ratione fundamenti, & ad tertiū,quando mutuę non fuerint rōne non mutuitatis,vndè si potentia actiua amplè sumatur pro potentia causatiua, quæ in omni causa reperitur ad suū effectū, sic oēs relationes causarū ad secundū modū spectabunt, & in tali potentia fundabitur propria causalitas. Et si fundamentū primi modi ampliusculè sumatur, vnitas népè, & multitudo, seu numerus pro cōueniētia duorū, aut discōueniētia in aliquo pdicato esséțiali, aut accidentali, propinquitas,distātia, coexistentia, & cōsimiles relationes ad primū modū attinēt; nā sicut æqualitas duorū palmorū, est conuenientia in quantitate, duorum alborū in qualitate,ita propinquitas erit conueniētia duorum in loco, & accessus, distantia erit disconuenientia in loco, & veluti recessus abinuicē in illo pdicato,coexistentia erit duorū conuenientia in hoc, quod ambo existūt in eadē duratione, & sic de alijs; relatio autem dextri, & sinistri, aut realis non est, sed mera denominatio extrinseca ex positione animalis desumpta, vel si est realis ex parte animalis,fundabitur in virtute motiua illius potente corpus collocare in tali, vel tali situ ī ordine ad colūnā; atq; ita rōne fūdamenti ad secūdū modū spectabit,rōne nō mutuitatis, quia ei ex parte colūnæ nō correspondet realis correlatio,spectabit ad tertiū.Relatio vnionis ad primū modū attinet,si vnitas,q̄ ibi fūdamētū statuitur, vltra vnitatē idētitatis extēdatur ad vnitatē vnionis, p q̄ aliqua duo in vno tertio associantur, vt docet Scot.2.d.12. q.2.ad 1. vt materia,& forma in cōposito, duæ quātitates in vno indiuisibili;potest etiā reduci ad secundū, cū sit relatio extrinsecus aduenięns de pdicamento habitus, vt dictū est in Inst. & magis infra cōstabit,& oīa sex illa vltima pdicamenta reduci possūt ad secundū ea generali rōne,qua vnūquodque in actiuū,& passiuū diuiditur, vt dictū est ar. præced. q̄ si inter aliqua extrema nō sit mutua,vt est de vnione humanitatis ad Verbū,rōne non mutuitatis spectabit ad tertiū modū. De relatione tādē amoris ad obiectū suū dicēdum est,vt sup.de relatione sciētię ad scibile, q̄ si consideretur in actu amoris relatio attingétiæ ad obiectum, q respectus ei cōuenit, quatenus actus vitalis ē, reducitur ad primum modum, quatenus fundatur in intrinseca illa cōuenientia,& pportione,quæ necessariò exigitur inter potētiā,& obiectum, sed quatenus est nō mutua ex parte obiecti,spectat ad tertiū, si referatur ad obiectum, vt effectus ad causā spectat ad secundum;si tādē vt mēsurabile ad mēsurā,nō q dē in veritate,sed in perfectione,quatenus etiā actus amoris, eò pfectior est,quò tēdit in obiectum pfectius,spectabit ad primū modū, q a talis mēsuratio in pfectione fit p accessum rei mēsuratæ ad mēsurā in pfectione, accessus verò vnius rei ad aliā in aliquo attributo non est, nisi conuenientia aliqua huius cum illa, sicut recessus in eodē est aliqua disconuenientia;quare sic ampliādo fundamenta primi, & secundi modi ab Arist. assignata, facile omnes relationes ad eos reducentur, licèt re vera Arist. solum manifestiores expsserit, vt inquit Doctor, vt inde alios depręhenderemus.

Dicimus 2.hæc tria relationum genera non esse propria, & adæquata huius prædicamenti, sed ex omnibus,& singulis illorum accipiēdæ sunt relationes reales, prædicam. intrinsecus aduenientes, & constituendæ species huius prædicamenti. Conclusio est Scoti loc. cit. 4. d. 13. & prob. quoad omnes partes, & primò, quòd non sint illi tres modi adæquata

ta

tã genera huius prędicã.qa re vera Arist. ibi nõ intendit propriã, & rigorosã huius pdicam. coordinationẽ assignare, sed explicare oẽs modos relatiuorum, ad quos vnaquæq; relatio possit aliquo modo reduci, non solũ realis, sed etiã rationis, nõ solũ intrinsecus, sed etiã extrinsecus aduenìens, immo non solũ prædicamentalis, sed etiã transcendentalis, vt ipsa Arist. exempla ostendunt. Quod eò vel maximè credẽdũ est, inquit Doct. quia Arist. in c. præced. de quali etiã quædã enumerat, q̃ nõ sunt de prædicã. qualitatis, quia nõ intendit ibi ponere tãtũ species qualitatis, sed oẽs modos, quib. põt aliqd dici quale, ergo verisimile est eodẽ modo pcedere in assignãdis relatiuorũ modis, atq; ideò illa tria generanõ sũt ab ipso assignata velut ppria, & adæquata huius prædicam.

Quòd autẽ ex illis generibus illę solùm relationes sint seligendæ, vt species huius prędicam. quæ sunt reales, & prædicam. ac intrinsecus aduenientes, sequitur ex prædictis, quia hoc genus non constituitur ex relationibus rationis, sed realibus, neq; ex transcendẽtalibus, sed pdicamentalibus, & his quidẽ intrinsecus aduenìẽtibus, non autẽ extrinsecus, quia illæ pertinẽt ad vltima sex prædicam. Adddimus autẽ huiusmodi relationes, & species assumi debere ex omnib. & singulis illorum generũ ob nonnullos, qui hoc prædicam. cõtexunt solũ ex relationib. primi modi, vt Auersa loc. cit. aut solũ ex relationib. secundi modi, vt alij; sanè hi, & illi falluntur, quia tã ex primo, quã ex secũdo modo construi potest, cum in vtroq; pariter adinueniantur denominationes relatiuæ ad hoc prædicam. spectantes, imò etiã ex tertio modo poterit cõstitui, si in eo eiusmodi adinueniantur denominationes. Non est autẽ opus subdiuidere, vt aliqui faciunt relationes huius prædicã. in relationes æquiparantiæ, & disquiparantiæ, itẽ suppositionis, & superpositionis, velut diuisione sibi propria, nã huiusmodi diuisiones æquè benè inueniuntur in relationib. extrinsecus aduenìẽtibus; de his verò diuisionibus breuiter diximus 1. p. Instit. tr. 1. c. 7. & quia sunt parui momenti, nil aliud occurrit addendum, de quibus tamen plura videri possunt apud D. Damasc. in sua Dialect. cap. 50.

QVÆSTIO VNDECIMA.

Declarantur affectiones relatiuorum.

Qvinque relatiuorum proprietates, vel potius attributa enumerauit Arist. cap. ad aliquid, & nos cũ ipso 1. p. Inst. tr. 1. c. 7. nimirũ habere cõtrariũ suscipere magis, & minus, dici ad cõuertentiã esse simul natura, & esse simul cognitione, & definitione, circa quas nõnullæ occurrũt difficultates examinãdæ.

Primò circa primã dubium est, an solũ cõpetat relatiuis secundũ dici, & transcẽdentalibus, an etiã relatiuis secundm esse & prædicamentalibus, & si his competit, nũ cõpetat fundamentaliter solũ, an potius etiam formaliter; Tatar. hìc not. 2. quẽ sequuntur Caiet. Cõpl. Didac. Suar. Ruu. Smigl. & alij, docet conuenire relatiuis tãtum secundum dici (de his. n. exẽplificat Arist.) secũdũ esse absolutũ, φ importat, vt scientia secundum esse absolutũ, φ importat, contrariatur ignorantiæ, sed secundũ relationẽ, quã eodẽ nomine dicit ad scibile, non dicitur habere contrarium. Alij extendunt hanc proprietatem etiã ad aliqua relatiua secundũ esse, quia Arist. 10. Met. 16. inter exempla contrariorum, non solũ vitiũ, & virtutẽ enumerauit, sed etiam æqualitatẽ, & inequalitatẽ, similitudinem, & dissimilitudinem, quæ sunt relationes huius prędicamenti, addunt tamen non formaliter, sed tantũ ratione fundamenti contrarietatem his relatiuis accidere, vt simile, & dissimile contraria dicuntur, quia super qualitates contrarias fundantur, ita Scot. q. 26. prædicam. quem sequuntur Tolet. Amic. Masius hic citans D. Th. opusc. 38. c. de relat. Albert. Ammon. Simplic. Boet. Louaniens. & nos etiam dedimus, vt communem 1. p. Inst. loc. cit.

Sed quamuis ita ibi docuerimus, tũ vt tritã Tyronibus ostenderemus viã, nec statim ab initio peregrinis opinionibus eos deterreremus; tũ quia cõmunis illa opinio valde probabilis est, & Scoto consentanea loc. cit. addimus tamẽ nunc adhuc fortè probabilius esse contrarietatẽ propriã cõpetere quibusdã relatiuis secundũ esse, c. iã formaliter secũdũ esse relatiuũ, ita videtur expresè docuisse Doct. 1. d. 3. q. 7. T. & 2. d. 25. q. vn. L. vbi distinguit tres relationũ realiũ secũdi modi species, quędã important dependentiã essentialem, vt causæ ad causatũ, alię sunt relationes originis sine tali depẽdentia, vt paternitas, & filiatio in diuinis; aliæ tandẽ importãt dependentiã tantũ accidentalẽ, vt mouens, & motum; subdit deindè relationes tertij generis non repugnare in eodẽ subiecto, sicut repugnat albedo, & nigredo, benè tamẽ relationes primi, & secundi generis, quia idẽ nõ potest causare, neq; producere seipsũ: vnde tandem concludit relationes aliquas repugnare in eodẽ subiecto, non ratione oppositionis relatiuæ, quia aliquæ relationes oppositæ possunt esse simul, vt relatio actiui, & passiui, mouentis, & moti, sed ratione dependentię essẽtialis, aut aliqua alia speciali ratione, ergo quibusdã relationibus, secundũ esse conuenit contrarietas in Scoti sententia, quã etiã secutus est Ocham 1. p. suæ Log. cap. 52. & nuper Auersa q. 19. Log. sec. 8.

Probatur tũ auctoritate Arist. 10. Met. 16. iã allata, nec sufficit dicere esse contraria fundamentaliter, qa æqualitas, & inęqualitas in quantitate fundãtur, vbi non datur cõtrarietas, & dissimilitudo, potest etiã fundari in qualitatibus nõ contrarijs, vt albũ vt duo, & vt sex dissimilia quidem sunt, sed non contraria. Tũ etiã ratione, quia certum est inter aliquas relationes esse repugnantiã circa idẽ fundamentũ, vt paternitas, & filiatio, similitudo, ac dissimilitudo respectu eiusdem, & quidẽ ita repugnant adinuicẽ, vt non eodem modo repugnent cũ alia disparata relatione, sed omnis talis repugnãtia constituit oppositionẽ, vt patebit disp. seq. q. 1. quia opposita sunt, quæ circa idẽ subiectũ ita inter se pugnant, vt non æquè pugnent cũ tertio, cũ ergo talis oppositio in istis relationibus nõ sit cõtradictoria, nec priuatiua, vt patet, nec relatiua, cũ non sint correlatiua, ergo erit contraria. Nec sufficit dicere hãc cõtrarietatẽ non oriri ex vi ipsarũ relationũ, sed ex vi fundamentorũ, quæ cũ nequeant esse in eodem subiecto, consequenter & ipsę relationes incõpossibiles sunt. Non valet; tũ quia ad contrarietatẽ relationũ vt dictũ est, non semper est necessaria contrarietas extremorum; tũ quia hoc ad sũmum conuincit contrarietatẽ non ipsis conuenire primariò, nõ tamẽ cõuincit cõtrarietatẽ illam in ipsas quoq; relationes formaliter nõ redũdare. Cõf. tãdẽ ex ipsa cõtrariorũ definitione, nã ea sunt, quę ab eodẽ subiecto se mutuò expellunt, & illi vicissim insunt, tales autẽ sunt similitudo, & dissimilitudo respectu eiusdẽ termini, nequeunt n. esse simul in eodẽ subiecto, possuntq; eidẽ successiuè inesse, q. n. erat alicui simile, postea fit dissimile, idq; contingere potest etiã præcisa cõtrarietate formarũ absolutarũ, & quãdo cõtingit mediãtibus formis absolutis, id ita fit, vt cõtrarietas nõ solũ sit in formis absolutis, sed formaliter etiã in ipsis relationibus, seu denominationib. relat.

Obijcies, Tũ quia Arist. c. de quant. negat relatiua habere contrarietatẽ, q probat, quia si magnũ, & paruũ sũt cõtraria, idẽ simul cõtraria susciperet, nã idẽ simul est magnũ, & paruũ respectu diuersorũ; & c. ad aliquid dũ ait relatiua habere cõtrariũ, exẽplificat solũ de relatiuis secũdũ dici. Tum quia formæ contrariæ actiuæ se expellunt ab eodẽ subiecto, vt constat de calore, & frigore in aqua, at non ita se expellunt similitudo, & dissimilitudo, etiam respectu eiusdem termini, ab eodẽ subiecto. Tũ quia contraria respiciunt subiectũ, circa quod habent fieri, at relationes non respiciunt subiectũ, sed terminũ.

Tũ tandẽ, quia vt ait Caiet.tunc ad relationẽ daretur per se motus, vbi.n.ẽ cõtrarietas, ibi põt esse per se motus ex 5.Phys.

Resp. Arist.ibi negare voluisse relatiua esse contraria rõne oppositionis relatiuæ præcisè, quod vtiq; verum est, quia vt ex Scoto diximus quædã relationes oppositæ possunt esse simul, vt relatio actiui, & passiui mouentis, & moti, licet ratio, quã ibi subdit Aris. de magno, & paruo respectu diuersorũ, nihil concludat, quia ĩ hoc sensu neq; scientia, & ignorãtia respectu diuersarũ conclusionũ sunt cõtraria, vndè Auersa ait Arist. ibi arguere ad hominẽ; quãuis autẽ c.de relat.de solis relatiuis secundum dici exẽplificet, nõ tñ alia excludit, vndè 10. Met.16.etiam de relatiuis secundum esse exemplificat. Ad 2.non est necesse formas cõtrarias actiuè se expellere ab eodem subiecto, nã etiã secundæ qualitates, quæ habent propriè contraria, vt albedo, & nigredo, non se expellunt in genere causę efficientis, sed formalis, ꝙ sufficit. Ad 3.neg.min.cũ.n. relatio sit ratio referendi subiectũ ad terminũ, dicit ordinẽ ad vtrũq; Ad 4. alia est contrarietas, quam Arist.5.Phys. exigit ad motũ, ab ea, de qua hìc loquimur, nam per contrarietatẽ ad motũ requisitã intelligit Arist. ibi distantiã terminorũ, motus, quam non nisi tempore potest mobile pertransire, vndè ad quantitatem ponit motum, & tamen negat contrarietatem, de qua hìc est sermo; non ergo ex ista contrarietate infertur motus, sed ex illa; Accedit neq; nos neq; Arist.negare motum ad relationem quomodocunq; sed motum per se primò, quia nõ acquiritur propria acquisitione, sed resultat ad positionẽ alterius.

Secũdo altera affectio .s.suscipere magis, & minus solet cõmuniter explicari, quod quibusdã conueniat relationibus, non formaliter secundum se, sed tantum rõne fundamenti, aliquis .n. dicitur magis, vel minus similis alteri secundum ꝙ magis, vel minus participat qualitatem illi conuenientẽ, atq; ita etiã nos explicauimus in Inst.vt magis Tyronum capacitati inclinaremur. Verũ si res serius perpendatur, probabile est quasdã relationes posse magis, & minus suscipere, etiam in suis entitatibus, & nõ in fundamentis tãtum, vt ex professo docuit Mair.passu 31. super prædicam. ꝙ etiam sentire videtur Tatar. cit.dum in fine not.2.concludit, ꝙ relatio non suscipit primò magis, & minus, licèt per se, & hoc mediante suo fundamento, quibus verbis significat hãc affectionẽ etiam per se in ipsas redundare relationes, licèt dependenter à fundamẽtis, vt de contrarietate dicebamus. Prob. autẽ rõne à priori, quia licèt quædã relationes consistãt in indiuisibili, vt æqualitas, duplum, & triplum, quæ fundãtur in quãtitate determinata, qua ꝓindè, vt minimũ variata, statim concidunt relationes illæ, aliæ tamen non consistunt in indiuisibili, sed habent latitudinẽ, vt notat Tatar.cit.& tales præsertim sunt inæqualitas, & dissimilitudo, quia hæc dicuntur, cum alterũ extremũ deficit ab illa indiuisibili mensura, in qua fundatur ęqualitas, & similitudo, cũ ergo hìc defectus nõ cõsistat in ĩdiuisibili, sed possit magis, & minus crescere, idẽ pariter est asserendũ de inæqualitate, & dissimilitudine, quæ fundantur in eo; vbi nota, quod per talẽ defectum nõ intelligimus purã negatiõnẽ, sed quantitatem, aut qualitatem illã indeterminatã, in qua talis negatio reperitur.

Resp.Cõpl.Auersa, Amic & alij passim cũ Fonsec.5. Met.c.15. q.5. sec.2.relationes oẽs cõsistere in indiuisibili, ac ꝓindè quando augetur, vel minuitur quantitas, vel qualitas, nõ augeri, aut minui relationes, sed variari, itaut priores deperdãtur, & acquirantur aliæ, vndè esto quantitas, & qualitas, in quibus fundantur, habeant latitudinẽ, secundũ quã possunt intendi, & remitti, non tamen quatenus fundant relationes, quia vt sic habent rationẽ q̃dã indiuisibilitatis. Hæc tamen solutio faciliter, & solidè impugnatur, primò quia hoc interest, vt d cebamus, inter æquali-

relationē realē, & oīa extrema esse correlatiua, ac omnes relationes esse mutuas.

Verum cōis oīum sēsus est hāc esse affectionē oībus relatiuis cōem, mutuis, & nō mutuis, sm̄ esse, & sm̄ dici, & cōsistere, nō in mutua relatione reali sibi inuicē correspondente, sed tm̄ in mutua denominatione, siuè sumatur ex relatione reali, siuè rōnis. Hoc totum deducitur ex ipso Arist. ꝓgressu, tum qa inter alia exēpla illud ēt adducit de scientia, & scibili; tum qa p huiusmodi cōuertentiā, & reciprocationē docere voluit mutuas denominationes relatiuas, quæ possunt exerceri ex parte vtriusq; extremi, nō ꝙ in oībus reperiri voluerit veras, ac distictas relationes, sed ꝙ vnū dicatur in ordine ad aliud, siuè hic ordo sit realis, siuè rōnis, vt si dicimus Dn̄s serui dn̄s, valeat etiam dicere seruus dn̄i seruus; sed huiusmodi denonationes exerceri valent, ēt si relatio sit realis ex parte vnius extremi tm̄, poterit .n. fieri cōuertentia sumendo terminum sub relatione rōn̄is, vel sub denominatione relatiua extermīnatione relatione desumpta, hoc .n. vel illo modo semp extrema cōparantur adinuicem, vt correlatiua, q̄re nō bene ex hoc intulit Greg. oēs relationes esse mutuas, & oīa extrema esse realiter correlatiua, quia hæc proprietas magis ptinet ad modum loquendi de relationibus, quā ad rē, & ad modū assignādi extrema earum, quatenus correlatiua sunt. Oportet aūt, vt docet Arist. in text. cōuenienter assignare relatiua, vt īter ea fiat huiusmodi cōuertentia, si quis .n. diceret seruus hōis seruus, nō cōuenienter assignat, vt ritè possit conuertere, vt ergo fiat conueniens, ac idonea assignatio pro cōuertentia extremorum, assignari debet vtrumq; extremū sub nōe relatiuo, & fingere nomina, si nō adsunt, sic .n. assignata semp vtrūq; extremum mutuo dicetur ad aliud; Ex quo deducitur hāc ꝓprietatem cōpetere oībus, & solis relatiuis, q̄ quid hic dicant Soto, & Veracrucius, quæst. 1.

At obijcies, dici ad conuertentiam est esse simul natura, vt saltim illud infert, at relatiua non mutua nō sunt simul natura, ergo non oībus conuenit relatiuis. Deindè è contra videtur etiam competere denominatiuis, nam album dicitur albedine album, & albedi albi albedo. Imò subiectum, & passio, & quædam propositiones solent dici ad conuertentiam, ergo non competit solis relatiuis.

Resp. ad 1. ꝙ relatiua non mutua sunt ipsa quoq; simul natura, vt subſtant denominationi relatiuæ secundum quā dicuntur ad cōuertentiā. Ad 2. neg. assumptum, quia conuertentia est mutua denominatio rōne alicuius habitudinis, denominatio autē, non fit rōne habitudinis mutuæ; Ad aliud bene distinguunt Parisiens. nostri conuertibilitatem, conuersionem, & conuertentiā, prima .n. est ꝓprietas rerū, vel terminorum inter se æqualis vniuersalitatis, altera est ꝓpositionum, qua vna vertitur in aliā mutata, vel seruata quātitate iuxta regulas Summul.; tertia tandē est mutua denominatio rōne alicuius habitudinis, quæ solum conuenit relatiuis.

Quarta, ac insignis relatiuorū affectio est esse simul natura .i. simul naturali existentia, ità ꝙ vno existente aliud ēt existere sit necesse, ita explicuit ipsemet Arist. in textu, vnde subdit, ꝙ posita se ponunt, ac peremptа se perimunt; nā si pater est, filius est, & è cōtra, capiēdo patrē, & filiū, nō quidē pro denominato, seù pro entitatibus absolutis, sed formaliter quoad ipsas denominationes relatiuas, nā in hoc sensu pater nō est prior filio, sed simul natura cū eo, & genus cū specie, q̄uis .n. quoad primas intentiones in subsistendi consequentia non conuertantur, conuertuntur tamen, quatenus subſtāt secundis intentionibus, & relationib. rōnis genereitatis, ac specieitatis; imò in hoc sensu prius natura est simul natura cum suo posteriori, non quòd res, quæ est prior, & res, quæ est posterior natura, sint simul natura, hoc .n. manifestè implicat, sed quia relationes ipsæ ꝓprietatis, & posteriori-

rioritatis sunt simul natura, vndè formaliter loquendo vnũ nõ dicetur prius,quousque aliud dicatur formaliter posterius, & sic quoad has denominationes relatiuas dicũtur simul natura;Dices,qũo possibile est,vt idẽ dicatur prius alio,& simul natura cum eo,cum prioritas,& simultas sint opposita?Resp.Doc.q.27.pdicam.sed clarius,& elegãtius 4.d.13.q.1.T. nõ esse incõueniens opposita de eodem pdicari, dummodo nõ eodẽ mõ.i.vnum qdditatiuè, aliud denominatiuè; nã hoc mõ solemus ẽt vnum oppositum pdicari de alio, vt cõstat in intẽtionib. logicalibus; rõ autem,cur nõ incõuenit,est, quia sic nõ saluatur vera oppositio,cũ sit difformis modus pdicationis;sic igr erit in proposito,ꝙ cum dicimus *prius*, vt relatiuum est, esse simul natura cum posteriori, prioritas pdicatur qdditatiuè,simultas denominatiuè, est prius vt quid, est simul, vt modus.

Porrò ad huius affectionis exactã cognitionẽ tria puncta sunt hic examinãda; Primum est,qũo sit explicanda hæc naturalis relatiuorum simultas;Solet passĩ explicari p duas cõditiones, quas colligunt ex Arist.in post pd.c.3. vna est, ꝙ alterum cum altero cõuertatur in subsistendi cõsequentia;alia est,ꝙ neutrum sit causa alterius,his.n.obseruatis cõditionib.illa duo verè, & ppriè dicũtur simul natura. Verũ si loquamur de illa simultate naturæ post pdicamentali,fatemur bene constitui per illas duas cõditiones, sed certè illa simultas, estò cõueniat relatiuis, nõ tñ põt eorum dici proprietas,nã alijs ẽt cõpetit, vt duab.differentijs idem genus cõdiuidentibus,ibi.n.cõcurrunt illę duę cõditiones, nã vna infert aliã, nec vna est causa alterius, & idẽ dici põt de flebili, & risibili in hõe.Dicendum ergo est,simultatem relatiuorum talẽ esse debere, vt se mutuò inferãt in existendo,nõ vtcunq;sed ex rõne formali ppria,nõ autem ex rõne alicuius tertij,in quo vniuntur,vt ẽ de duab. differentijs idem genus cõd iuidentibus, nã ex rõne formali ppria vna nõ exigit aliã,sed tm̃ ex rõne gñis,ꝙ diuidunt,ita hãc relatiuorum simultatẽ explicat Doct.1.d.28.q.3.F.dicẽs,ꝙ relatiua esse simul natura idẽ est, ꝙ vnum absq; alio ab intrinseco sine cõtradictione existere nõ posse,quia si vnũ absq; alio posset esse, iam diceretur ad se, nec relatiuum esset, vnde patet hanc simultatem sic explicatam ex intrinseca relatiuorum natura,quatenus talia,originem habere, nec alijs competere posse.

Alterum difficultatis punctum consistit in explicanda radice necessitatis huius cõnexionis; Quidã opinantur fundari in mutua relatiuorum dependentia, putant.n. vnum correlatiuum ideò sine alio existere nõ posse, quia vnum exigit alterum, vt terminum, quæ opinio fundatur in eo, ꝙ relationis terminus formalis sit alia correlatio, & non potius absolutum, in quo fundatur. At hoc fusè impugnauimus supra q.6.art.3. vbi ẽt ostendimus,ꝙ dependentia tollit simultatẽ naturæ, non autem ponit, & ideò cum relatio dependeat à termino, non põt esse simul natura cũ ipso. Dicẽdũ ergo est ex dictis ibid. pssertim in sol.ad 4. hãc necessitatẽ fundari in cõcomitãtia causarum cõcurrentiũ ad vtrãq;relationem, q̃ sunt terminus, & fundamentum, nam cum fundamentum formale vnius sit terminus formalis alterius,& è contra, cum in vno extremo resultat vna relatio,debet illicò in altero insurgere opposita correlatio, qa vtrobiq; ponitur terminus, & fundamẽtũ vtriusq; relõnis, his autẽ positis necessariò Isurgit relatio,ita significat Doc.1.d.30.q.2.sub G.

Demum de hac proprietate dubitatur, an conueniat omnibus relatiuis, etiã non mutuis Arist. exprimit in textu non conuenire, quia ablato sensibili, & scibili, vtiq; aufertur sensus,& scientia, at non è contra, multa .n. extant obiecta scibilia, quorum actu nulla datur scientia. Hoc tñ non obstante, quamplures hanc affectionem extendunt ad omnia prorsus relatiua, si vniformiter sumantur, vt v.g. vtrumque in actu, vel vtrumq;in potentia.

sic

sic.n.sunt simul natura, & mutuò se inferunt, nēpè scientia in actu scitum, & è cōtrà, scientia in potentia scibile, & è cōtra; Arist.autē oppositum docuit, qa non vniformiter extrema assignauit, nam ex vna parte accepit scientiā, & sensum in actu pro actuali cognitione, & sensatione, & ex altera scibile, & sensibile in potentia, ꝙ .s.pōt sciri, pōt sentiri, ita Caiet. hic Soto, Tolet. Mas. Veracrux, Auersa citātes Burl. Simpl. Porph. Boet. Amon. & alios Arist. expositores. Cæterum quāuis tota illa doctrina vera sit, & nobis gratissima, vt cōstat ex dict. q. pced. art. 2. in explicatione tertij modi relatiuorum, tñ si hanc relatiuorum simultatē accipere velimus secundum existentiā, vt solet cōiter sumi, & re vera sumit Arist. sanè in hoc sensu nequit cōpetere oībus relatiuis, ēt debitè, & vniformiter cōparatis, quia sæpè existit vnū, & nō existit aliud, vt cōstat de scientia de rosa in hyeme; Quarè ex vniformi assignatione solum cōcludi pōt simultas quoad denominationem relatiuā, qa sic assignata seinuicem inferunt relatiuè, nō tñ semper quoad realem existentiam, at simultas quoad denominationem relatiuā potius spectat ad pcedentem proprietatē; Verum est tñ, ꝙ si naturalis simultas accipiatur pro quadā naturali exigētia, quā vnum relatiuum habet alterius vniformiter sumpti, nā causa v.g. in potentia exigit effectum in potentia, & causa in actu effectum in actu, sic naturalis simultas est cōis oībus relatiuis vniformiter sumptis, nec ptinet ad pcedentem proprietatē, qa re vera Arist. nō tm̄ cōuertit relatiua vniformiter sumpta, sed ēt difformiter, inquit .n. scientia scibilis scientia, & scibile sciētiæ scibile, & accipit sciētiā in actu, & scibile in potentia, vt patet ex contextu.

Circa quintā proprietatē *esse simul cognitione, & definitione* est difficultas, quomodo intelligi debeat, quāplures.n. ita explicant, ꝙ sicut ex vi pcedentis proprietatis extrema relationis sunt simul formaliter, & quoad denominationes relatiuas, ita p istā significauit Arist. simultaneā intelligentiā, quoad esse relatiuum vtriusq. extremi, itaut sicut existere nequit pater, vt sic, nisi filius existat, ita cognosci nequeat pater in rōne patris, nisi cognoscatur filius in rōne filij, vndè inferunt vnū relatiuum debere definiri p alterum, eo quia Arist. ait, si definitè cognoscitur vnū relatiuorum, definitè ēt debere cognosci alterum; ita tradunt Thomistæ passim.

Dicimus tñ, non sic bene explicari hāc proprietatem, quasi relatio paternitatis distinctè attingi nequeat sine cognitione relationis oppositæ in filio, nec pater definiri queat, nisi in definitione assumatur filius, vt filius. Probatur, qa relatio, vt relatio respicit terminum, & relatiuum sufficienter explicatur, vt sic, cum exprimitur ordo eius ad suum terminum, at relatio respicit terminum quoad entitatē absolutam, & hæc pcisè est rō terminandi quācumq; relationē, vt dictum est q.6.art. 3. ergo vt cognoscatur relatio, sufficit cognitio absoluti, in ꝙ tendit, ēt ignorata relatione mutua in alio extremo, Et vt aliquid definiatur in esse relatiui, sufficit assumere entitatē absolutā correlatiui, non verò ipsum correlatiuum, vt sic, quia exacta relationis cognitio dependet à fundamento, & termino, nec alterius cognitio necessaria est; Quod ēt probatur ex Sc. 1. d.30. §. *Respondeo igitur ad quæst.* quia si pater definiatur per filium dicendo *pater est, qui habet filium*, cum loco nominis in definitione positi liceat ponere suam definitionem ex Topicis, loco filij licebit ponere definitionem eius dicēdo, pater est, qui genuit eum, qui habet patrem, in qua definitione præter nugationem, & quòd ignotum per æquè ignotum definitur contra regulas bonæ definitionis, quæ debet tradi per priora, & notiora, committitur vitiosus circulus ab Arist. damnatus 5. Met.c.15. illis verbis *non est autem intellectus ad illud, cuius intellectus est, idem .n. profecto bis esset dictum*, quare non vult intellectum terminari ad intel-

intelligibile, quatenus intelligibile .i. quo ad denominationẽ relatiuã eius, qa alioq idem bis diceretur, & idem explicaretur p idem, népè intelligibile est, cuius ẽ intellectus, & intellectus est eius, cuius est intellectus, quæ foret inutilis repetitio, & ita esset in ꝓposito, nã si pater definitur p filium, & rursus filius p patrem, à primo ad vltimum pater definitur per semetipsum.

In eo igitur sensu hæc affectio intelligenda est, quem tradit Lich. 1.d.30.q.1. in sol. ad 2. Suessan. ꝙ.s. cum fundamentũ, & terminus cognita necessario pariãt cognitionẽ relationis, extrema cuiuscunq; relationis cognita necessariò parient cognitionem vtriusq; relationis mutuæ, vt v.g. cognitio paternitatis pendet à fundaméti cognitione in patre, & absoluti in filio, igitur definitè cognoscens patrem definitè cognoscit rem, q̃ est pater, & rem, quæ est filius, & qa fundamẽtum, & terminus sunt causæ merè naturales, seqtur, ꝙ res, quæ est pater, & res, quæ est filius, causãt necessariò cognitionẽ relationum paternitatis.s. & filiationis; & hoc est, ꝙ cõiter dicunt recentiores nobiscum sentientes, ꝙ cognitio relationis nõ pendet formaliter à cognitione correlationis, sed tñ cõcomitanter, quatenus dum cognoscitur terminus formalis, simul cognoscitur correlatio inde resultãs. In hoc eodem sensu intelligitur, ꝙ definitè cognoscens patrẽ, definitè cognoscet & filium; & quia tota relationis cognitio ex extremorum notitia dependet, hinc rectè infert Arist. ꝙ si indeterminatè, & in vniuersali cognoscatur pater, indeterminatè ẽt, & in vniuersali cognoscitur id, cuius est pater, & si determinatè cognoscatur, ꝙ.s. est talis pater, determinatè ẽt cognosci debebit terminus .s. ꝙ talis filij est pater, vndè re vera Arist. ly *definitè* sumpsit pro *determinatè*, & ideò ex hoc malè inferunt aliq, ꝙ vnũ relatiuum p aliud definiri debeat. Et quãdo ẽt sic diceret Arist. inquit Tatar. c. de specie, & hìc in pdicam. relat. not. 4. exponi debere in sensu materiali, ꝙ .s. relatiuũ definiri debet p correlatiuum .i. p fundamentum sui correlatiui, ita .n. Arist. ipse solet relatiua definire, nam 1. Pol. c. 3. definit seruum, homo, qui est alterius iuris, & non per ordinem ad dominum, vt formaliter correlatiuum; & patrem, qui genuit viuens simile in natura, & 5. Met. c. 5. definiuntur similia, quorum qualitas est vna, æqualia, quorum quantitas est vna, & hunc modum definiendi relatiua acceptant omnes ferè Auctores extra Scholam D. Th. quia melior eorum pars cum Sco. defendunt relationem terminari ad absolutũ, illumq; docet Doct. passim 1.d.2 .& 28.q.3.& d.30. & 35. & 43.

Obijc. si relatiua sunt simul cognitione, ergo vnum nequit esse prius origine alio, ꝙ est falsum, qa pater est prior origine filio, cum simultate.n. naturę stat prioritas originis ex Sco. 1.d.28.q.3.F. & in 4. d.13.q.1.S. cõseq. prob. qa aliqua possunt habere ordinem in intellectu, quæ tñ non possunt habere ordinẽ extra intellectum, ergo quæ nullum possunt habere ordinẽ in intellectu, oĩnò nullum possunt habere ordinẽ extra intellectum, qa hęc simultas veluti maxima videtur oẽm à parte rei ordinem destruere prioris, & posterioris. Deinde ꝓbatur vnum relatiuum debere definiri p alterũ, nã ita docet Arist. 6. Top. c. 3. & Porph. c. de specie, & certè in psonis diuinis, quæ sunt relatiuæ, id nõ videtur posse negari, cũ ibi relationes originis terminẽtur ad correlatiuum, vt sic, nõ ad absolutum, vt cõcessum est q.6.ar.3. ad 3.

Ad 1. negat Doct. cit. 4. d.13. q.1. S. cõseq. ad prob. inquit, quod esse simul in intellectu potest intelligi dupliciter, vel ꝙ illa simultas determinet actum intelligẽdi vt transit super obiecta, vel quod determinet ipsa obiecta, quæ intelliguntur; vel aliter (& recidit in idem) simultas potest dicere modum obiectorum, vt intelliguntur, seu vt comparantur ad actum intelligendi, vel modum ipsorum secundum se, primo modo propositio est falsa, quæ sũt simul in intellectu, & c. quia quã-

tum-

tumcunq; oporteat ea cointelligi, nō propter hoc tollitur aliqd ꝙ conuenit eis sēm se. Dices, vt sub ꝓprijs rōnibus intelligūtur, habent simultatem oīmodā in intellectu, ergo nullum ordinem. Resp. Doct. propriæ rōnes eorū habeat quendā ordinē inter se, & tñ ipsa vt habētia ordinem habent ēt simultatem .s. p cōparationē ad actum intelligendi; sic Deus vnico actu simul, & semel intelligit subiectum, & passionē, effectum, & causā attingendo prioritatē naturæ, quæ inter ipsa versatur ex natura rei, cū intelligat res; sicuti sūt, itaut simultas se tenet ex parte actus, ordo ex parte rerum cognitarum, nec vnum impedit aliud.

Ad 2. constat ex dictis, quō illæ auctoritates sint explicandæ; ad rōnem deductā ex relationib. diuinis multa solent afferri e Recentiores, nos dicimus ob eam rōnem posse probabiliter teneri, ꝙ relatiuum pōt definiri p suum correlatiuū, hoc.n. tenuit Doct. q. 15. vniuers. in sol. ad penult. & q. 28. ꝑdic. ad 1. prin. & velut ꝓbabile defendunt insignes Scotistæ Maur. q. cit. vniu. Zerb. 5. Met. q. 19. §. *Propter tertium* ℣. *descendu secundò*, Barg. 1. d. 30. §. *Hoc ēt probatur generalius*. Imò Doct. loc. cit. soluit ex professo rōnem superius adductā pro parte opposita dicēs nō esse necessarium in relatiuis, vt quicquid ingreditur definitionem, sit prius, & notius definitio, sed tm̄ in absolutis, & loco nominis in definitione positi licēt definitionem eius ponere, quādo illud ponitur in definitione, tāquā pars definitionis intrinseca, & nō tāquā merè additum ab extrīseco, vt est in ꝓposito, vnde cessant oīa illa incōueniētia, quæ inde inferebantur, quā solutionē multum cōmendat Maurit. & oēs adhibent Thomistæ. Quando autē Doct. in 1. d. 30. ait relatiuum nō debere definiri per correlatiuum, sed p fundamentum eius, debet intelligi (inquit Barg.) de definitione datæ p prius, & notius, & nō de definitione absolutè; quō autē benè possit exponi textus ille 5. Met. c. 15. de intellectu, & intelligibili, itaut non officiat; videatur Doctor quol. 13. X.

QVÆSTIO DVODECIMA.
De vltimis sex prædicam.

PArum, vel nihil immoratur Arist. in tractatione horum ꝑdicamentorum, non quia res sit parui momenti, & facillimæ explicationis, vt quidam aiunt, nam & hæc suos habent tribulos, & spinas non minus, quam quatuor præcedentia, sed quia potius pertinent ad libros phys. q̄ ad logicum institutum, de actione siquidē, & passione, Vbi, & Quando, agitur in 3. & 4. physic. quamobrem nos quoq; paucis hoc negotium expediemus, cū de his ex ꝓfesso agamus in lib. phys. igitur prius in cōis de ipsis agemus in vno articulo, de hinc de singulis singillatim in altero.

ARTICVLVS PRIMVS.
Quid formaliter dicant vltima sex prædicamenta.

COnueniunt omnes in hoc, quod hęc prædicam. consistunt in aliquo ex adiacentia alicuius extrinseci desumpto, sed in huius assignatione nō conueniunt. Aliqui solent ea constituere in mera denominatione extrinseca, itaut nihil reale dicant præter formas absolutas, à quibus tales sumuntur denominationes, vnde Vbi v. g. nihil aliud est, quam denominatio illa extrinseca, quæ prouenit substantiæ à superficie continente, Quando à tempore mensurāte, habitus à veste adiacente, &c. tribuitur D. Thom. 3. phys. lect. 5. & 5. Met. lect. 9. sequuntur Hęru. quol. 1. qu. 9. Ianell. 5. Meth. qu. 23. Soto in hoc cap. Mas. ibidem qu. 1. Sonc. 5. Met. q. 40. & 41. Fonsec. 5. Met. cap. 15. qu. 7. sect. 3. Niger in clyp. q. 61. Alij cōcedunt quidem has formas prædicamentales resultare in rebus ex adiacētia alicuius extrinseci, non tamen solas denominationes extrīsecas ponere, sed aliquid reale, in cuius explicatione postea non conueniunt, nam quidam volunt esse modos absolu-

tos,

tos, vt Morif. disp. 9. q. vn. Io. de S. Th. q. 19. ar. 1. Cõplut. disp. 16. q. 1. qui alios citant: Alij statuunt esse puros respectus, quos vocãt extrĩsecus aduenientes, vt eos secernant à relationib. quarti p̃dicam. quas appellant intrinsecus aduenientes, ita Sco. & Scotistæ oẽs cit. supra q. 8. Alij demum, vtrumq; coniungunt asserentes p̃seferre absolutum cum respectu, vt v. g. vbi dicere locum cũ respectu ad locatũ, ita Ruu. in q. generali pro vlt. prædicam. qui contendit hanc esse sententiam omnium Interpretum Arist. pro resolutione quæsiti.

Primò statuendum est hæc vltima sex p̃dicamenta saltim oĩa in sola denominatione extrinseca saluari nec posse, nec debere, nã vel hoc ita intelligitur, vt sit vnũquodq. horum pura denominatio extrinseca à forma reali desumpta, vel ꝙ sit ipsa forma realis, vt extrinsecè aliꝙ denominans subiectum; nõ primum, q̃a denominatio extrĩseca, vt sic, nihil reale ponit in subiecto denominato, at ex his p̃dicamẽtis multæ sunt formæ denominantes, ac immutãtes intrinsecè subiectũ, ꝙ afficiũt, nã aliqua eorum sunt sufficientes termini motus, & mutationis, ergo saltim ista nequeunt cõstitui in extrinsecis denominationibus. Neq; secundum, q̃a forma denominans, vt se tenet ex parte subiecti, ꝙ intrĩsecè denominat, iam supponitur esse in suo p̃dicamento, vt visio, quatenus actus oculi, est in p̃dicamẽto qualitatis, neq; ex hoc, ꝙ aliud extrinsecè denominat v. g. parietem, in alio reponitur distincto prædicamento, ergo hæc prædicamenta non saluantur per solas denominationes extrinsecas, quomodocunq; explicentur.

Secundò nequeunt saluari per modos merè absolutos ex adiacẽtia alicuius extrinseci in rebus resultãtes; prob. q̃a quãtum ad intrinsecã eorum rõnem dicunt ordinem ad aliꝙ extrinsecum quo ablato destruuntur, nã ablato effectu, vel passo, tollitur actio, ablato loco, & veste, tollitur Vbi, & habitus, ergo nõ sunt formæ mere absolutæ. Nec valet, ꝙ aiunt aliqui, ista p̃dicamenta dependere ab aliquo extrinseco, nõ vt à termino, sed vt à principio, vel forma, à qua sumitur denominatio. Nam cõstat actionem v. g. respicere effectum, vel passum, & ad illum intrĩsecè ordinari, nõ nisi tãquã ad terminum, sicut ordinatur paternitas ad filium, nã actio alicuius est actio, & in aliud tẽdere debet, vt sit actio, & effectus apud Philos. propriè dr̃ terminus actionis, vndè pudet nos rem tã exploratã probare, estò illos nõ pudeat id negare; Videatur disp. 11. phys. q. 3. ar. 2. quo loci probamus vbi nõ esse formã absolutã, nã illæ rõnes procedunt de cæteris istis sex p̃dicamentis; & hoc totum docuit Boet. de Trin. dum inquit septẽ esse prædicamenta relatiua, & tria absoluta.

Tertiò non benè constituuntur ex absoluto, & respectu simul, nã hęc duo non faciunt conceptum per se vnum, qualis esse debet cõceptus cuiuscunq; p̃dicamẽti. Nec iuuat respondere cum quibusdam Thomistis, absolutum importari in recto, respectum in obliquo, ꝙ nõ impedit vnitatem cõceptus. Non iuuat, q̃a absolutũ, & respectiuum sic cõiuncta non possunt vnum aliꝙ p̃dicamentum constituere, sed necessariò sunt in diuersis p̃dicamentis, vt patet de relatiuis secundum dici vt sunt manus, caput, pes, ergo &c. Nec minus satisfacit dicere cum Recentiorib. vtrũq; importari in recto, quia ordo, quem formæ horum p̃dicamẽtorũ dicunt ad aliud, est de numero relationum transcendentalium, & in eis essentialiter imbibitur, ac proindè ex eis fit vnum p se, vndè dicunt modos horum p̃dicamẽtorum esse essentialiter relatiuos in hoc sensu, nõ tñ merè relatiuos, quia non sunt totaliter ordo ad aliud, vt modi quarti p̃dicamenti, sed partim ad se, partim ad aliud, in quo distĩguitur relatio trãscendentalis à p̃dicamẽtali. Non satisfacit hæc solutio; tum q̃a supra q. 2. iã probatum est ex absoluto, & respectu conceptum p se vnum nõ coalescere, etiã si respectus sit transcendens; tum q̃a falsũ est hæc sex vltima p̃dicamenta relationes

tiones transcendentales importare, quæ per se cõstituunt prædicamenta diuersa nõ minus, quã relationes quarti prædicamenti, & & nõ minus accidũt rebus, quã illæ, ita.n. accidit Petro esse filium, esse similẽ, &c. ac esse agentem, patientem, locatum, &c.

At inquiunt in relatione transcendentali considerari debere id, quod proximè, & immediatè denominatur ad aliud, nõ verò remotè, quia cõparatione subiecti remoti, etiã transcendentalis relatio dicetur accidere subiecto, sic scientia dicitur essentialiter referri ad scibile relatione transcendentali, intellectus verò accidẽtaliter tñ, quatenus sibi accidit ipsamet scientia, quę est subiectum immediatè relatum per relationem trãscendẽtalem; sic in proposito, quãuis esse agentem, patientem, locatum &c. accidãt subiecto remoto. s. Petro, non tñ subiecto immediatè relato, qui est forma, seù modus ipse actionis, passionis, vbi, &c. hæc.n. essentialiter denominantur ad aliud, & sunt essentialiter modi relatiui. Hæc tñ solutio labilis est, nam falsum est actionem, passionẽ, vbi, &c. aliquo modo referri, re.n. vera nõ sunt relata, sed rões referendi, actio v.g. est secundum quã in id, quod subijcitur, agere dicimur, vbi nõ refertur ad corpus ambiẽs, aut spatium, sed immediatè refert rem locatam, & sic de alijs, ergo omnes istæ formæ relatiuæ sũt ita accidẽtales subiectis suis ẽt proximis, vt formæ relatiuæ quarti prædicamenti, atq; ideò non sunt transcendentales, sed prædicamentales, sicut illæ.

Quartò igitur dicendum restat sex vltima prædicamenta esse puros respectus, & rõ est, quia in oĩbus istis aliquid reperitur ptinens ad alia pdicamenta, nec ab illis inueniuntur distincta, nisi per superadditã relationem, ergo respectus erit formalis rõ constitutiua eorum, cum sit distinctiua: prob. assumptum discurrendo p singula, nã actio, & passio dicunt eandem formã fluentem, quæ est in alio genere, & distinguuntur ab ea, & à seinuicẽ per superadditos respectus, vt Aristot. declarat 3. physs. 29. vbi dicit supficiem, quę ptinet ad quantitatem, & distinguitur ab ea per respectum superadditum cõtinentiæ; Situs dicit partes quantitatis, sed vario mõ ordinatas ad locum. Quando dicit tẽpus, vt mensurã rei temporaneæ, & deniq Habitus dicit rem alterius prædicam. vt ab alio habitam; Quia verò huiusmodi respectus non insurgunt ex natura extremorum, sed vltrà illa petunt aliquod extrinsecum pro eorum resultantia. s. eorum approximationem modo iam explicato q. 8. ideò Doct. 3. d. 1. q. 1. & 4. d. 13. q. 1. & quol. 11. art. 4. & alibi eos appellat respectus extrinsecus aduenientes cum Gilbert. lib. sex princip. c. 1. in fine, & per hoc distinguuntur à relationibus quarti prædicamenti, quæ oẽs sunt intrinsecus aduenientes, & hãc sententiam præter Scotistas ibi cit. sequuntur Louaniens. hic Venet. 5. Met. c. 36. & alij. Obseruandum tñ est, non ita debere constitui in respectib. extrinsecus aduenientibus hæc prædicamenta quasi singula præseferant respectus reales, vt passim videtur docere Scotistæ, quia vt mox constabit pdicamentum. Quando non põt dicere respectum realẽ, cum formaliter, & cõpletè nõ cõsurgat in rebus, nisi per opus intellectus, potest tñ etiam eius formalitas constitui in respectu extrinsecus adueniente, quatenus adinstar eius efformatur ab intellectu.

In oppos. obijc. 1. quòd sint meræ denominationes extrinsecæ ex rebus alior. prædicam. desumptæ, nam ita significauit Auctor sex princip. c. 1. in fine, distinguit. n. ibi, quę extrinsecus contingunt ab his, quæ intrinsecus se habent, & illa distribuit in sex principia. Resp. Auctorem sex princ. ideò hæc vltima sex prædicam. appellasse formas extrinsecas, quia sunt relationes extrinsecus aduenientes, vt ait Doct. quol. 11. R. non autem quia importent solas denominationes extrinsecas. Vel dicatur, res ab his prædicamentis posse denominari tũ intrinsecè, tũm extrinsecè, intrinsecè quidem à modis ipsis inhæren-

hærentibus, extrinsecè verò ab aliquo extrinseco adiacente, ex cuius adiacentia tãlis modus resultat in subiecto, & quia illud extrinsecum adiacens notius est, q̃ modus realis intrinsecè subiecto inhęrēs, hinc sæpè explicari solent hæc prædicam. per denominationes extrinsecas.

Secundò objic. Códlut. q̃ nō dicant respectum, q̃a ꝓpria rō relationis est *esse ad*, seù referre vnum ad aliud, id aũt nō conuenit his p̄dicam, vt constat discurrendo p singula, nã quatuor vltima p̄dicam. ex propria rōne dicunt *esse in*, siquidem vbi facit rem esse in loco. Quãdo in tempore, Situs disponit partes in loco, & habitus resultat ex eo, q̃ vestis sit in corpore. De actione itē, & passione idē patet, tum q̃a ex propria rōne non dicunt *ad*, sed actio dicit esse *ab* agente, passio verò in passo; tum etiam quia si essent veræ relationes, necessariò essent mutuę, quod tamen esse nequit, quia actio, & passio non sunt simul natura, illa.n. est actus actiui; hæc verò passiui, ex 3. phys. 29. actiuum autē est causa passiui, & prius illo, vt de se constat.

Resp. neg. min. ad prob. dicimus vbi facere rem in loco aliud nō esse, quã facere rem ordinari ad locum, & idē pariter suo modo dicendum de Quando, Situ, & Habitu, nã etiã inhærentia facit accidens esse in subiecto, vnio facit formã esse in materia, & tñ adhuc importãt quid relatiuũ; ex hoc ergo īferre nō licet huiusmodi p̄dicamēta nō esse relatiua, sed solũ ī suo gñe habere peculiarem modum denominandi, qui tñ adhuc relatiuus erit, diuersæ .n. relationes diuerso mō suos respiciũt terminos pro earum diuersitate, semp tñ relatiuo modo, vnde vbi facere rē in loco, Quando in tēpore, &c. aliud nō est, quàm respicere ipsum terminũ, respicere tñ tali, vel tali modo. Sic ēt dicendum ad illud de actione, & passione, & dum actio dicitur esse *ab*, hoc non est intelligendum de ipsa actione pro formali, vt hoc prædicamentum constituit, sed pro materiali, & pro re acta, seù forma fluente, vt dicimus in phys. gratis etiã concedimus actionem, & passionē, si pro formali cõsiderētur, esse mutuas relationes, & esse simul natura, ac ēt actiuum, & passiuum, nã sub denominatione relatiua vnum nō ē causa alterius, nec prius alio, sed tñ pro materiali, vt dici solet de patre, & filio.

Tertiò arguit Suar. probans non esse relationes extrīsecus aduenientes, nã vel oēs relationes extrinsecus aduenientes, quæ sunt d'stinctæ rōnis, habent vim cõstituendi distinctũ p̄dicamentum, vel nō, primum cõstat esse falsum, nam vnio sm̃ Sco. est relatio extrinsecus adueniens, & tñ non ptinet ad aliq ex sex p̄dicamentis, nec constituit nouum prædicamentum, sed pertinet ad prædicamentum formæ, quã vnit; si verò dicatur secundum, tunc debet assignari regula discernēdi, in quibus relationibus sit sufficiens ratio ad cõstituendum distinctum prædicamentum, & in quibus non; vel sicut ex relationib. intrinsecus aduenientibus constituitur vnum dumtaxat prædicamētum, ita ex extrinsecus aduenientibus debebit constitui alterum; Nec.n. videtur rō, cur tot debeant constitui prædicamenta harum relationum, & non illarum, prẹsertim cum non minor copia sit relationum intrinsecus, quam extrinsecus aduenientium.

Resp. Faber 5. Met. disp. 23. c. 3. ad 7. cõcedit relationē vnionis nō ptinere ad aliquod illorum sex p̄dicam. nec ab illis exhauriri totã multitudinē huiusmodi relationum. At cõtra hãc solutionem directè ꝓcedit instãtia Suar. & quãuis verum sit respectum vnienis, & alios quosdã p varia p̄dicam. vagari denominatiuè, & p accidens, adhuc tamen assignari debet aliq determinatum ex illis nouem, in quo per se, & quidditatiuè reponatur, vt ait Doctor 4. d. 12. q. 1. §. *Ad quæstionem*, vbi etiam innuit, & clarius quol. 11. artic. 4. respectus omnes extrinsecus aduenientes in illis sex prædicam. contineri. Quare ibid. in 4. ait, quod forte attinet ad genus passionis, vt sic passio dicat non tantum

tum

tum respectū passi ad agēs, sed ad formā, vel fortè ad genus actionis, vt sic actio dicat non tantū respectū agētis ad patiēs, sed formæ informantis ad illud, ꝙ informat; & quia Doctor dubitatiuè loquitur, ideò Mair. 1. d. 29. q. 1. art. 3. ait pertinere ad prædicam. Vbi propter intimā præsentialitatē, Sed probabilius inquit Bassol. 4. d. 12. q. 1. ar. 1. pertinere ad prædicam. habitus, ꝙ nos quoq; docuimus 1. p. Inst. & amplius declarabimus ar. seq. Ad arg. igitur conceditur primū mēbrū, & neg. falsitas; cōstituta sunt autē plura genera, & prædica. ex relationibus extrinsecus aduenietibus, quā ex alijs, nō ex natura rei, nam æquè benè poterat vnū ex illis, sicut ex istis constitui, sed totū id factum est ad cōmodiorē doctrinā, nā maior cernitur diuersitas in modo denominandi inter relationes extrinsecus aduenientes, quā in alijs; sicut etiā licet accidens, & substātia sint duo mēbra ens in communi diuidētia, quia tñ maior quędā diuersitas cernitur inter accidentia ex diuersis eorum muneribus, ideò nouē genera accidentiū constituta sunt, & vnum substantiæ; Alia quædā cōtra hoc fieri solent argum., quæ potius tangunt prædicamenta quædā in specie, ideo comodius infra adducentur.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De singulis sex prædicamentis; & primò de Actione, & Passione.

ACtio, vt quintum constituit prædicamentū, definitur à Gilberto, ꝙ sit illa, *secūdū quam in id, quod subijcitur; agere dicimur*, .i. vt explicuimus 1. p. Inst. tr. 1. c. 7. cū Scoto 4. d. 13. q. 1. est respectus ipsius agentis ad passū, quo agens dicitur formaliter agens; circa quā definitionem non immoramur, quia ibidē sufficienter est explicata; Hic autem inuestigandum manet, quænam actiones ad hoc prædicamentum spectent. [illegible]

Primo quæritur, an actio, quæ hoc pdicamentū constituit, debeat esse productiua sui termini (eo modo, quo dici quidpiā pōt relatione produci, vt nimirū principio formali denominandi producens, non autē vt rōne formali producendi, vt Doctor explicat in 4. loc. cit. sub P. & Tat. q. vlt. prædicam. dub. 3.) .i. respicere effectū pro termino, & cōmunis sententia asfirmat talē esse debere, imò apud Thomistas est ita certū, vt id potius supponāt, ꝙ probent, sequuntur Recentiores oēs nemine discrepante, ꝙ etiā videtur innuere Doct. 1. d. 3. q. 6. ad 1. prin. & 4. d. 11. q. 3. M. & quol. 13. Dd. & tenet Bonet. in hoc prædicam. Cæterū quamuis in cōi modo loquendi soleat actio sumi pro illa, quæ est productio termini, & agere pro actu efficiendi, & producendi, tamen propriè loquendo de actione, vt hoc constituit pdicamentū, non est, ꝙ sit productiua termini, sed transmutatiua subiecti, itavt ꝓ termino respiciat non aliquē effectū per ipsam factum, sed aliquod subiectum per ipsā trāsmutatum, quare dū ignis calefacit aquā, actio huius prædicamenti non respicit pro termino calorē, sed aquā per calorē transmutatā, ita Doctor 4. loc. cit. §. *Ad huius autem difficultatis*, vbi disertè hos distinguit respectus, & relationē causæ producentis ad effectū productū reijcit ad quartū prędicamentū, velut intrinsecus aduenientē, respectum autē causæ trāsmutantis ad subiectum trāsmutatum in hoc prædicamento reponit, vt extrinsecus aduenientē, sequuntur Scotistæ oēs Zerb. 5. Met. q. 20. §. *Propter primum*. Tat. loc. cit. Ant. And. lib. sex prin. q. 6. & alij passim. Probatur autē, tum ex eius definitione à Gilber. allata, nam id, quod subijcitur actioni agentis, non est effectus per ipsum productus propriè loquendo, sed materia, circa quam agit, tum ex exēplis ab ipso Arist. adductis in hoc cap. de calefacere, & frigefacere, calefieri, & frigefieri, delectari, & tristari, ignis .n. dicitur calefacere aquam, non calorem, & aqua calefieri, non calor, voluntas dicitur tristari, delectari, &c. tum quia subiectum dicitur passū, non effectus; itaut passio est in subiecto, non in effectu, ergo agens, vt re-

respicit passum, nõ dicit habitudinẽ ꝓductiui, sed potius trãsmutãtis; tùm demum qa vt arguit Doct. cit. in 4. G. potẽtia actiua est pricipium trãsmutãdi aliud, inquãtũ aliud 5. Met. 16. ergo actio est trãsmutatio alterius, inquantum est alterum, sed respectus ꝓductionis nõ est propriè trãsmutatio, qa nõ respicit aliud, inquantum aliud, sed potius facit aliud. Neq; Doct. locis in oppositum cit. voluit oppositũ afferere, sed actionem de gñe actionis vocat productiuã iuxta cõem modum loquẽdi, & in 4. d. 13. vbi de hoc agit ex professo, suã profert sententiã; vel p actionem propriè dictã, & de genere actionis intelligit illã, quæ non tm̃ grammaticaliter dicitur actio, quo sensu operatio vitalis spectans ad ꝑdicamẽtum qualitatis dici solet actio quę explicatio colligitur ex ipso cõtextu.

Secundò dubitatur, an sola actio transiens spectet ad hoc prædicam. vt vult Soncin. 9. Met. qu. 21. Masius hic qu. 2. & alij, an potius ẽt actio immanens. Et dicendum est, ꝙ licèt accipiendo actionem immanẽtem pro operatione vitali, vt sumit Arist. 9. Met. 16. non spectet ad hoc ꝑdicamẽtũ, quia in hoc sensu non est vera actio, sed æquiuocè solũ, & grãmaticaliter, quatenus significatur p verbũ actiuũ, vt intelligere velle, &c. vnde propriè spectat ad genus qualitatis, vt notat Doctor quol. 13. Dd. tamẽ accipiendo actionem immanentẽ pro ea, quæ est ad terminum manentẽ in agente, seu qua idẽ seipsum immutat, vt actio, qua aqua calida se reducit ad pristinã frigiditatẽ, sic spectat ad hoc prædicamentũ; non quidem ea rõne, qua est productiua termini, sed quatenus transmutatiua subiecti, quod non est ab agente diuersum, quia, vt dictum est, sola actio transmutatiua ad hoc ꝑdicam. attinet, & idem dicendum est de actione transeunte, vt est species huius prędicam.

Dices, potentia actiua est principium transmutandi aliud, inquantum aliud 5. Met. 17. ergo sola actio transiens est species huius prædicam. Deindè ex alia parte etiã actio immanens sumpta pro operatione vitali videtur ad hoc spectare ꝑdicamentũ, quia Arist. hic enumerat delectari, & tristari, quæ sunt operationes vitales. Resp. ad 1. ex Doct. 2. d. 25. q. vn. ad 2. prin. reuera Aris. ibi non tantũ definire potẽtiã factiuã, vt aliqui contendunt, sed etiã actiuã, affert. n. exẽplũ de medico seipsũ medente, verũ est obseruãdũ non dicere absolutè potẽtiã actiuã esse pricipiũ transmutationis in altero, sed subdit, vel *prout alterũ est*, medicus. n. sanat seipsum, qui tamẽ nõ est aliud à seipsò, sed inquantum medicus est sanãs, est aliud à seipso, inquãtũ sanatur, sanatur. n. inquãtũ infirmus, non inquãtũ medicus, non ergo per hoc excludere voluit actionẽ transeuntẽ. Ad aliud adumbrauit Arist. actiones vitales in hoc prędicam. ob aliquã similitudinẽ, quã habent cũ actionibus huius prædicam. quatenus s. eorũ esse in fieri consistit, & cũ cõtinua depẽdẽtia ab agente, vt declarat Doct. cit. 1. d. 3. q. 6. ad 1. princ. & quol. 13. Dd. non autem quia verè sint actiones huius prædicamenti, Vel ideò eas hic enumerauit, quia in actibus vitalibus sẽper interuenit actio etiam de genere actionis, cũ obiectũ immutet potentiã, & potẽtia dicatur intẽtionaliter pati.

Tertiò dubitatur, an sola actio successiua spectet ad hoc prædicamẽtũ. Affirmat Sonc. loc. cit. quia Arist. 3. Phys. 19. docet actionẽ esse motũ, qui vtiq; successiuus est, ac ꝓindè excludit ab hoc prædic. oẽs actiones instantaneas; idipsũ videtur docere Doctor loc. nuper cit. 1. d. 3. q. 6. & q. 9. O. & quol. 13. Omninò tamẽ dicendum est, etiã actionem instantaneã debere sub hoc prædicam. recludi; tũ quia actioni instantaneæ cõueniunt oĩa, quæ de actione huius prædicam. solent enunciari tũ quia in alio prędicam. conuenientius collocari nequit, si. n. dicas ad prædicam. sui termini pertinere, hoc idem de actione successiua dici poterit. Nec Arist. oppositum docuit, quia nõ sumit ibi motum precisè pro eo, qui successiuus est, sed potius pro

vt etiā mutationē cōplectitur, nec verum est motū esse essentialiter successiuū, nam etiā in īstāti fieri pōt, vt dicimus in Phys. Nec etiā oppositū docuit Scot. nā 4.d.43. q.5.G.& H.ait animationē fieri in instāti, & tamē cōcedit ibi interuenire actionem huius prædicam. & ꝙ amplius est, concedit posse interdū actionē, & passionē fieri sine quocūq; motu, & mutatione, vt cum subiectū formā recipiens nō præcedit tēpore sub eius priuatione, Arist. autem 3. Phys. inquit semper esse coniunctas cum motu, quia sic regulariter fiunt, Imò etiā quol.cit. actionē, qua intellectus seipsum immutat in instāti, dicit esse huius prædicam. in 1. autē d,3.q.6. solū dicit actionē esse in cōtinuo fieri .i. in cōtinua dependentia ab agente, quādiu durat, nō tamen ꝙ necessariò debeat esse successiua, & in q.9. ait actionē successiuam magis ꝓpriè dici actionē, q̄ instātaneā, quia in successiua acquisitione formæ in subiecto, vt caloris in aqua per totā horā, in toto illo tēpore nō dicitur aqua calefacta, sed tantū calefieri propter continuā successionē formæ ī subiecto, sed ī acquisitione instātanea, vt luminis in aere, quāuis propter continuā dependentiā formæ ab agente dici possit aer illuminari, potest tamen etiā illuminatus dici, cū sit actio tota simul ob quā denominationē videtur à ròne actionis, & passionis deficere, q̄ solent res denominare in fieri, nō in facto esse.

Quarto dubitatur, an sola actio accidentalis ad hoc pertineat prædicam. num etiā substantialis; & quāuis Suar. disp.48. sect.6.n.5. opinetur solas accidētales hoc prædicam. constituere, dicendum tamen est, etiam in ipso substantiales contineri; tum quia formaliter, ac entitatiuè ita est accidens actio terminata ad quantitatē, & qualitatem, sicut terminata ad substātiā, vt apud omnes est in confessò, vndè generatio substantialis solum talis dicitur extrīsecè denominatione à termino súpta, qui est substantia; tum quia tantā connexionē habet actio accidētalis cum suo termino, sicut substantialis cum suo, ergo vel oēs reduci debent ad prædicamentū sui termini, vel oēs ad istud; tū quia aliæ relationes fundatæ in substātia, & ad substantiā terminatæ, adhuc spectāt ad prædicam. relationis nō substātię, vt docet ipse Suar. disp.47. sec.7.n.4. ergo idē dicēdū de actione: & hic est cōis oīū sensus contra Suar. Nec obstat, ꝙ ipse ait, substantiā, & accidens analogicè conuenire, nō vniuocè, atq; ita idē dicendum esse de actionibus ad ipsa terminatis. Nam falsum est assumptum; vt dicemus in Met. quo etiā cōcesso adhuc neg. conseq. quia opus nō est tantam esse distantiam inter actiones ipsas, quāta est inter terminos, vt patet in actionib. terminatis ad alia ꝓdicamenta.

Cū aūt dicimus actionē substātialē, & accidentalē esse species huius ꝓdicam. nō vtiq; loquimur de actionib. productiuis, quæ.s. termināntur ad substātiā, vel accidēs per ipsas productū, qæ hoc sensu spectāt ad quartū ꝓdicamentū; sed per actionem substantialem, eam intelligimus, qua agēs subiectū trāsmutat per inductionem formæ substātialis, & per accidentalem, qua transmutat subiectum per inductionem formæ accidentalis, ita .n. sunt species actionis transmutatiuæ, quæ propriè est genus huius prædicamenti; Vbi tamen obserua nō ita specie secerni sub hoc genere actionem successiuā, & instantaneā loquendo tàm de productiua, quā de trāsmutatiua; tū quia actio illuminandi medīū fieri potest in instāti, & etiā in tempore, per successiuā nempè approximationem corporis luminosi; tū etiā quia tempus, & instans nō sunt nisi mensuræ harū actionū, nō aūt intrīsecæ earū differētiæ.

Passio, licèt multiplicem habeat acceptionem, vt passim Auctores notant, tamen formaliter sumpta, vt hoc constituit prædicamentum, accipitur pro respectu opposito actioni, qui subiectiuè residet in passo, sicut actio è cōtra in agente, vndè definitur à Scoto 4. d, 13. cit. quod sit respectus passi ad agens, seu transmutati

ad transmutans; à Gilb. verò, quod sit *effectus, illatiuq; actionis*, quod quidē intelligi non debet de sola illatione cōsecutionis, vt notauimus sup. Inst. slo. n. non tm̄ actio passionem, sed ēt passio actionem infert, cū sint relationes mutuæ, sed de illatione causatiuis, quo sensu caussa dicitur inferre effectum, non ē contra; quod licet ēt in toto rigore intelligendum est, quia passio nō est propriè effectus actionis, cum actio huius pdicam. nō sit pductiua, vt dictū ē, sed intelligēdū ē p quādā analogiā, quatenus nimirū cōcipitur quodāmodò cōseq. ad actionē, qa. n. agēs agit, ēt passum pati, nō ē cōtrà, vndè nō est sola illatio consecutionis, sed ēt quodāmodo causationis. Quia verò passio prædicamentalis adæquatur cum actione pdicamentali, eiq; opponitur cōsequenter oēs illas diuisiones habebit, genera, ac species, quas habet actio cum tot modis vnum dicatur oppositorum, quot reliquum, vndè seruatā proportione prædicamentum hoc ad instar prædicamenti actionis coordinari poterit, ac debebit.

Sed hic quæri solet, cur passio distinctum cōstituat pdicamentum ab actione, quia relatiua mutua ad idē solent spectare pdicamentum; Nec valet, quod ait Tatar. hoc solū verificari in relatiuis intrinsecus aduenientib. Quia id ēt cernitur in extrinsecus aduenientib. vbi. n. actiuum, & passiuū, quando actiuum, & passiuū, &c. vnū dumtaxat cōstituunt pdicamentū. Accedit, quod benè cogitari pōt rō essentialis cōis actioni, & passioni, sicut cogitatur cōis vbi actiuo, & passiuo. Sed ad hæc oīa cōstat ex dictis disp. 6. q. 1. vbi docuimus distributionē illā pdicam. planè naturalē nō esse, ac necessariam, sed artificiosè inuentam pro commodiori captu ad euitandā rerum cōfusionē; Et vtiq; concedendum est posse excogitari rationem actioni, & passioni communem, sub qua contineantur, velut sub genere communi, vt diximus de vbi actiuo, & passiuo; Quarè autē potius ex actione, & passione duo cōstitutiua sint pdicamēta, quā ex alijs. s. vbi actiuo, & passiuo, &c. rō est, quia alia quatuor vltima pdicam. nō participant verā, & propriam rōnem actionis, & passionis, sed potius grāmaticaliter; & quia de formalitate actionis, & passionis, de earum distinctione abinuicē, & à motu; deq; subiecto illarum agimus ex pfesso in phys. disp. 7. q. 3. non amplius immoramur; de affectionibus verò earum sufficiāt, quæ in Inst. dicta sunt, est. n. res parui momenti.

De Vbi, & Situ.

EXacta quoq; de his tractatio pertinet ad 4. phys. quare hic solum breuiter tangemus, & resoluēmus difficultates ibi ex professo exagitandas.

Primò dubitatur, an præter locum extrinsecū, qui à Peripateticis ponitur superficies ambiens corpus ab extrinseco, ab alijs verò spatium, vel vacuitas quædā ab ipso corpore occupata, & repleta, sit admittendum vbi, vt accidens superadditū, quo res formaliter dicatur locata, & vbicata, & ad hoc pdicam. directè spectans. Nominales id passi negāt asserētes, vbi nō esse, nisi denominationē extrīsecā à loco, in quo res esse dr̄, siuè esse ipsū locū realē extrinsecè denominantem, quod etiā tuetur Masius hic q. 5. Coninch. de Sacram. ad q. 75. ar. 4. dub. 1. & quidā alij, qui aiunt esse simplicem indistātiam loci, & locati, quæ non est, nisi negatio distantiæ.

Verum opposita sententia communis est Scotistis, & Thomistis, quam contra Nominales propugnamus disp. 11. phys. q. 3. art. 1. cum Doctore quol. 11. & 2. d. 2. q. 6. & 4. d. 10. q. 1. & 2. & alibi; Vnicum fundamentum, quo cæteri vtuntur, affertur à Doct. quol. 11. art. 3. nam potest esse Petrus in rerum natura, & etiam hæc superficies siuè spatium, & quod Petrus non sit hic, seu in isto loco, ergo Petrum esse hic, seu habere hoc vbi est aliquid superadditum entitatibus loci, & Petri, (quā ratione desumptā ex separabilitate solent communiter contra Nominales proba-

probari entitates, quas Neoterici appellāt modales, rebus ipsis supadditæ) Nec sufficit dicere vbicationem Petri hic esse solā indistantiā ipsius ab hoc loco; quia hoc nouum superadditū non potest esse simplex negatio, noua.n.negatio non datur, nisi per ablationem alicuius positiui præcedentis, dum autem Petrus de nouo est in hoc loco, nō amisit, nisi existentiam in alio, & distantiam ab isto, si ergo hæc sūt positiuū quid, positiua etiam erit, & realis indistantia, quā per motū acquirit in hoc loco, eadem.n.est ratio de distantia, & indistantia ab hoc, & illo loco. Nec sufficit dicere vbicationem Petri hic esse nouā denominationē extrinsecā ab hoc loco; tum quia nō potest dari noua denominatio realis sine mutatione noua reali, vt docet Doctor 4.d.16.q.2.si .n. res eodem modo permanent, eędem quoq; manēbūt denominationes ab ipsis desūptæ; tū quia vel hæc denominatio prouenit à loco in Petrū virtute alicuius de nouo superadditi, vel nō, si primū, habetur intentum, si secundum, ergo quādiu Petrus, & iste locus existunt in rerum natura, semper Petrus eodem modo denominabitur. Si dicas nō manere semper eādem denominationem, qa nō semper habetur debita applicatio Petri huic loco ad suscipiendam illā denominationem. Contra est, quia de hac applicatione inquirimus, num sit qd à Petro distinctum, nec ne, si non est quid distinctum, semper manebit eadem denominatio, quia eadem applicatio, si est qd distinctū de nouo superadditum, hoc ē ꝙ contendimus. Nec tandē sufficit dicere vbicationē Petri, nō vnū qd, sed duo importare.s.Petrum prout hic, seù Petrū cū cōnotatione huius loci. Semp.n.vrget eadē difficultas, qd dicat *Petrū prout hic*, & hæc noua connotatio, vel.n.est qd supadditū etitatib.loci, & Petri, & habetur intētum, vel nō, & sic semper Petrus erit hic.

Hinc benè aduertit Arriag. disp. 14. phys. n.7. vbi optimè hanc rōnem prosequitur, quosdam Recentiores Nominales non nisi vocibus multiplicatis, & astutè varietatis Scoticum eludere argumentum, dicunt.n. corpus hoc distare ab illo nō esse aliqꝺ intrinsecum, sed esse, ꝙ possit inter vtrumq; tāta quātitas intercipi, esse autē propinquum, esse, ꝙ nihil possit intercipi, sed mutuò se tāgāt. Hæ plane sunt męre voces, nā de hac ipsa intercapedine, de hoc contactu, &c. semp inquirimus, an sit quid de nouo supadditū positiuum, vel negatiuum, & semp vrget eadem difficultas quibuscunq; vocibus, & tecnis conentur isti negare vbicationes; Rōnes autem quib. isti mouentur, diluimus in phys. loc. cit. cum quibusdā obiectionib. Coninch. quē ex professo nupertimè insectatur Io. de Lugo disp.5. de Sacram. Euchar. sect.4. & 5. Concludimus ergo ex applicatione rei ad locum resultare in loco vbi actiuū, & in re locata passiuum ambo spectantia ad hoc prædicam. vt dictum est in Inst.

At obijcies ex Coninch. sensu percipimus aliquē esse in loco, in quo antea non erat, nō pcipiendo in eo aliquē realē modum, qui antea non pciperetur, ergo &c. Resp. Mair. 1.d.39.q.1.art.4.neg.assumpt. ait.n. visu pcipi distantiā, & rē esse à dextris, nō à sinistris, hic, non ibi, ꝙ postea fusè probat Arriag. disp.4. de Anim. à n.63. Alij tamen non concedunt immediatè videri vbicationem, sed solum arguitiuè dignosci ex eo, quòd experimur, & sentimus diuersā applicationem oculi, & pupillæ ad videndum idem obiectum, nunc, quā antea, vnde colligimus obiectum esse in alio loco, quàm prius, ita Vasq. 1.p. disp.101. c.2.& seq. Ioan. de Lugo cit. vbi fusè de hoc disserit; sed quidquid sit de hoc, quod spectat ad lib. de Anim. certum est hunc arguendi modum esse fallacem, quia nec etiam quantitas immediatè visu percipitur, nec etiā interdum motus, vt cum quis intra cameram nauis inclusus mouetur cum naui, & tamen Coninch. ista non negat; alia quamplura obijcit ibi hic Auctor, quæ facile dissolues, si videbis disput. cit. physic. præterquam

quod singula accuratè retorquet, & diluit Ioan. de Lugo cit.

Secundò dubitatur, quā sit proprius, & per se terminus, ī ordine ad quē attēdi debet. Vbi passiuū rei locatæ; Thomistæ passim, vt referūt Compl.disp.16.q.3. dicunt esse superficiē extrinsecā, & fundātur in definitione de ipso tradita à Gilb.qui inqt esse circūscriptionē corporis à loci circumscriptione prouenientē, sola autē superficies ambiens propriè est locus, vt cōstat ex 4. Phys. & sic etiā loquuntur Scotistæ ex Doct. quol.11.Ex aduerso Neotherici oes, qbus præiuit Suar.disp.51. Met.sec.1. inquiunt modū. Vbi per se non pendere ab vllo corpore extrinseco ambiēte, sed à certo, & determinato spatio, cui per tale. Vbi res dicitur intimè præsens, etiam ablato quocūq; corpore ambiente, vt constat de vltima sphæra, quæ verè, & propriè habet Vbi, nec tamen circūscribitur ab alio corpore, & de motu facto in vacuo, si daretur per quem vtiq; acquireretur Vbi sine vllo ordine ad corpus ambiens, addūt tñ, quod qa modò motus fit in pleno, ideò hoc idē Vbi per accidens etiā respicere superficiē ambientē. Cęterùm vterque dicendi modus suos habet tribulos, & spinas, primus.n.difficulter assignat terminū realē, & positiuū motus in vacuo; nā quod inquiūt quāplures Thomistæ, & Scotistæ, tūc acquiri maiorem, vel minorē distātiā, & propinquitatē, reijcitur à nobis disp.12.Phys. q.3.art.1.& absolutè non valet; tū qa distātia, & propinquitas sunt relationes intrinsecus aduenientes, vt ibi ostendimus, ac proinde nequeunt per se primò terminare motū; tū quia non fundantur in nuda substantia corporū, alioqui sēper essēt eodē modo propinqua, vel distantia, sed supra vbicationes illorū, quæ determinatæ sunt ad fundandā tantam distantiā, vel propinquitatem, vt docet Doctor 4.d.10. q.2. R. ac proinde semper remanet difficultas, petēs quid attendi debeant vbicationes illæ, tum tandem quia allata respōsio nequit habere locum in vacuo interminato, vbi nullū esset corpus præter illud, quod ī eo moueretur, in ordine ad quod posset attendi distantia, vel propinquitas, qua de causa nonnulli negant in tali vacuo posse fieri motū, sed certè absq; fundamento, nam qua ratione concedunt motum in vacuo terminato, coguntur etiam ipsum concedere in interminato.

Alter quoq; dicendi modus ægrè explicat præsent à realē in ordine ad spatium imaginariū, tū qa hoc spatiū neqt habere rōnē loci, & eius munera exercere, vt fusè ostendimus disp.11.Phys.q.1.ar.1.tum qa cū nihil sit, nequit terminare respectū realē distantiæ, propinquitatis, & præsētiæ, ridiculū.n.est dicere rē distare à nihilo, vel esse nihilo præsentē, vt ostēdimus ibid.q.3.ar.2.qua de causa Arriag.cit.sec. 3.& Io. de Lugo sect.6.ingenuè fatentur, quod cū dicūt hoc Vbi respicere tale spatiū, nolunt explicare aliquē ordinē, quē tale Vbi dicat verè ad illud spatiū, sed tantum significare tale Vbi fundare talē ordinem distantiæ ab alio Vbi, vnde cōcludūt vbicationes in re, tā esse absolutas, ac albedinē, & nigredinē, & quod sicut albedo à seipsa habet cōstituere album, & nō nigrū, vel dulce sine vllo respectu ad connotata diuersa, ita de ratione vbicationis huius est cōstituere Petrū hic psētē, & non alibi, & ipsum cōstituere in tanta, vel tāta distantia ab alio Vbi. Verum quāuis Recentiores præsertim ex societate posuerint Vbi modum absolutum, nullus tñ hucusq; sic purè absolutum statuerunt, vt præcitati Auctores, nā ad minus dixerunt esse relatiuū secundū dici, & includere relationē trāscēdētalē ad spatiū; Et sanè hic videtur cōis oīum sensus, quod Vbi nō sit modus merè absolutus, quia videmus eius effectū esse relatiuum, nō .n. constituit rē in ordine ad se, sed ad aliud nimirū in tali loco, vel spatio; tum quia si per modum Vbi non constituitur res alteri præsens, sed solum sibi ipsi, frustra ponitur. quid vt aliquid sibi ipsi sit præsens, sufficit existētia, qua est in rerum natura, nec enim alium

alium effectũ addere pōt præsentia ad se pter existẽtiã,hæc autẽ habetur per pductionẽ,nõ per motũ,sicut habetur Vbi;tũ quia si vbicationes sũt res absolutæ,sicut albedo, sanè sicut duæ albedines possunt esse in diuersis subiectis,ita & duę vbicationes eiusdẽ rationis, & sic plura corpora poterunt esse naturaliter in eodẽ spatio, vel loco; & est prorsus voluntariè dictũ, ꝙ inquit Arriag.cit. illas duas vbicationes talis esse naturę,vt naturaliter vna petat, ne alia existat in rerũ natura. Quia hoc non videmus in alijs formis absolutis quantumcunque incompossibilibus, possunt enim omnes existere in rerum natura, si habeant diuersa subiecta.

Itaque ad has angustias euitandas iuxta dicta in Phys.loc.cit. distinguẽdum est duplex Vbi, vnum locale, alterũ præsentiale, illud attẽditur in ordine ad superficię ambiẽtẽ, quæ ppriè est locus, & est p se terminus motus localis, qa hic nequit fieri,nisi in pleno, quatenus localis est,alterũ verò attẽditur in ordine ad diuersas partes,nõ quidem formales, sed virtuales diuinæ substantiæ vbiq; diffusæ, cum .n. hæc sit virtualiter diuisibilis, habet cõsequẽter virtutẽ terminãdi diuersas pſentias, vt ex Scoto colligitur 2. d. 2. q.7. Ad 2.ptinc.& 4.d.10.q.3. ad 3. & alibi sæpè, dicitur autẽ hoc Vbi præsentiale simpliciter, non locale, qa diuina substantia propriè non est locus corporum,cum intimè illis illabatur, & hoc Vbi est per se terminus motus lationis, qui estò factus in pleno coincidat cum locali, tamẽ secundum se æquè fieri potest in pleno,ac in vacuo, quia habet proper se termino aliã, & aliã pſentiã ad alias, & alias partes virtuales diuinæ substantiæ, vbiq; diffusæ,etiam in vacuo, & spatijs imaginarijs, quæ omnia fusius declarantur in Phys.loc.cit.& quia quilibet respectus præsentiæ spectat ad hoc prædicam. vt docet Scot.4. d.10.q.1. K. ideò hoc Vbi præsentiale, non minus, quàm locale ad hoc spectabit prædicam.

At contra hunc dicendi modũ videtur dubitare Bonet.8.Phys. suæ c.4.quia non variatur respectus pſẽtiæ ad diuinã substãtiã sm̃ variationẽ locorũ, cũ prima intelligentia sit oĩb.in quocũq; loco existẽtibus æqualiter indistãs,seu pſẽs,vndealiquis existẽs in occidẽte ẽ ita pſẽs diuinę substantiæ, sicut si esset in meridie, vel in oriẽte,ita ille;ꝙ sanè legimus hilariter,ne allata distinctio de Vbi locali desũpto à supficie, & pſẽtiali desũpto ex ordine ad diuinã substãtiã nobis ĩputetur, vt noua, & chymerica,iã.n.patet hanc doctrinã in Schola Scotistarũ nõ esse nouã,priscos.n. Scotistas nõ latuit,imò neq;Bonet.ibi cõtra eã dubitat, nisi ex aliorũ placito,vt legenti constabit; Nec illa dubitatio in se multũ vrget, falsũ.n.est diuinã substantiã non posse ob eius virtualẽ diuisibilitatem varios respectus pſẽtiæ terminare,vt docet Scot. loc.cit. cũ.n.Deus sit ens illimitatũ quo ad locũ,non seqtur(ait Doct.) ꝙ q est simul cũ Deo Romæ, & q est simul cum Deo Parisijs,esse simul inter se,quia nimirũ valet Deus diuersas terminare pſẽtias ob suã illimitationẽ; vnde et si idẽ corpus ĩ diuersis replicetur partibus Vniuersi, adhuc p diuersos respectus dicitur Deo pſẽs idq.pōt efficaciter pbari ex paritate æternitatis, & immensitatis,quia .n. æternitas habet partes virtuales,coexistit pluribus partibus temporis, idem ergo erit de immensitate quoad locum.

Arriag. quoque disp.14.cit. à num.32. affert quorundam inuentum, qui dixerunt spatium imaginarium nil aliud esse, quam infinitas Dei virtualitates, quibus correspondet infinitis corporibus possibilibus,vnde in eadẽ diuina substantia indiuisibili dant vnam virtualitatẽ, quæ sit Romæ, & non sit Pragæ, & hoc à parte rei; quem dicendi modum acriter ibi insectatur hic Auctor. Verũ quãuis prima facie hic dicendi modus videatur cum nostro coincidere,valde tamen differunt; nos.n. solum asserimus diuinam substantiam ob eius illimitationem in ordine ad locum æquiualere terminis distinctis di-

uersarum pſẽtiarũ, ꝙ et ipse Arriag. vltrò cõcedit sub n. 38. at illi Auctores qd amplius volebant, & ideò obiectiones, quas cõtra illos congerit, cõtra nos directè nõ ꝓcedũt, licèt prima facie videatur ꝓcedere, vndè data recta nostrę sententię intelligentia, facilè solues, si contra nos adducatur; quæ plenè haberi nequit nisi ex disp. 11. Phys. vbi etiã videbis, quomodo immobilitas loci, & Vbi attendi quoq; debeat in ordine ad diuinã substãtiã vbique diffusã, quæ est ꝓrsus immobilis, & cõsistens; quãuis .n. hunc etiã modũ saluandi immobilitatem loci conetur reijcere Bonet. cit. cũ multis alijs dicẽdi modis Thomist. Scotist. Auerroist. & Nominal. quos ibi valdè accuratè refert, & refellit, re tñ vera hic est cęteris ꝓbabilior; & tres modi, qnos ipse ibi affert, vt de mente Arist. & Com. sunt ꝓrsus insufficientes, nã primus modus tribuit immobilitatẽ solũ locis Cęlorum, quatenus superficies cõcaua vnius ẽ locus perpetuus, & incorruptibilis alterius; secundus tribuit immobilitatẽ solũ locis elemẽtorũ, quatenus singula habent sua loca determinata, & inuariabilia; tertius tãdẽ tribuit vtiq; immobilitatẽ cuicunq; loco, nõ tñ sm̃ cõsiderationẽ naturalẽ, sed tantũ secundũ mathematicã, qa hæc abstrahit à motu, & materia sensibili, atq; ideò singuli isti modi deficiunt, quia vel nõ saluãt immobilitatem cuiuscunq; loci, cum tñ de loco in genere immobilitatẽ asseruerit Arist. vt cõstat 4. Phys. t. 41. & rationes pro immobilitate loci æquè conuincãt de oĩbus; vel nõ saluãt illã, vt omninò oppositã motui locali; vel demũ non secundũ cõsiderationem naturalẽ, sed tantũ mathematicã, cum tamen per rationes naturales, & physicas demonstretur immobilitas loci etiam, vt ad physicũ spectat, vt suo loco dicemus.

Tertiò dubitatur, quibus rebus conueniat Vbi huius prædicam. hinc .n. facilè postea colligemus species huius prædicam, sed huius puncti resolutionem opus est breuiter ex Phys. recolere, quænam res propriè dicantur esse in loco, quæ .n. propriè sunt in loco singula habẽt ꝓpriũ Vbi huius prædicam. Aliqui res oẽs ꝓrsus tàm corporeas, q̃ incorporeas, ac etiã Deum ipsum in loco reponunt, licèt non in certo spatio reclusum, sed vbiq; in omni loco diffusum, ac cõsequẽter affirmãt, nõ solum Vbi creaturarum, sed etiã ipsũ Vbi Dei immensiuum ad hoc spectare pdicam. Ita Fons. 5. Met. c. 15. q. 9. sect. 3. & 7. Alij è contra excludunt ab hoc prædic. nõ solum Vbi immensiuum Dei, sed etiã Vbi angelicum, eò qa non ꝓpriè ponunt angelum in loco per intimã pſentiã suæ substantiæ in tali loco, vel spatio, sed per operationem, & applicationem virtutis, vndè talis denominatio essendi in loco potius ptinere videtur ad pdicam. actionis, ita Thomistæ p. p. q. 52. ar. 1. & 2. vbi proindè ait S. Th. angelum æquiuocè esse in loco cum corpore, quia angelus potius continet locum, quam contineatur à loco, idipsũ clarius docet opusc. 48. cap. 1.

Verior sẽtẽtia, q̃ docemus disp. 11. Phys. q. 4. & est cõis extra scholam S. Th. negat Deũ esse ꝓpriè in loco, ꝙ manifestè docuerunt Aug. lib. 83. qq. q. 20. & Ansel. in Monolog. cap. 22. vbi inquit melius dici Deũ esse cũ loco, q̃ in loco, quia cõtineri in loco limitationẽ innuit; affirmant autẽ ex alia parte, nedũ corporibus, sed etiam Angelis ꝓpriè conuenire esse in loco per applicationẽ substãtiæ ad certũ locum, & spatiũ; vndè quãuis in specie lõgè diuersi sint modi essẽdi in loco rerũ corporaliũ, & spiritualiũ, qa corpora dicũtur esse in loco circũscriptiuè. i. cũ extẽsione partiũ, spiritus verò definitiuè, seù incircũscriptè sine tali cõmensuratione; nihilominus in genere cõuenire possunt in aliqua rõne cõi vniuoca ab illis præcisa, & hæc erit cõtinẽtia passiua, seu realis pſẽtia rei locatæ ad locũ, à quo cõtinetur, vt abstrahit à circũscriptiua, & definitiua, q̃ vniuocatio poterit ostẽdi rõnib. illis, quibus ꝓbari solet vniuocatio quorũdã trãscendentiũ; Quarè Vbi angelicum quoq; ad hoc spe-

ctabit

ctabit pdicamentum, cum sit forma inhęrens Angelo, per q formaliter constituitur in loco, & eadem rōne ad hoc quoq; spectabit pdicamentum vbi sacramẽtale, quo Christus dr esse indiuisibiliter sub specieb. cōsecratis, vt docet Sco. 4. d. 10. q. 1. K. quia est modus eiusdẽ rōnis cum angelico; Nec refert, φ corpus Christi non cōstituatur sub illis, velut in loco, quia nō tm̃ respectus cōtinentiæ actiuæ, vel passiuæ, qualis est psentia localis, ad illud attinet pdicam. sed quilibet alter respectus psentiā importans quomodocunq; Nec ēt refert, φ Gilb. tñ definierit vbi circūscriptiuum, qa verum est ipsum nō assignasse rōnes generales illorū pdicam. in tanta amplitudine, sicut assignari poterāt, ac debebant, ita Doct. loc. cit. è cōtra verò, quia Deus, ppriè nō est in loco, sed potius abusiuè, nec eius vbi immensiuum est forma accidentalis, nā si sumatur radicaliter pro aptitudine, quā habet ad essendū in oī loco, est ipsū immẽsitatis attributū, si sumatur actualiter pro eo, quo Deus dr actu esse vbiq; ẽ pura denominatio extrīseca, idcircò vbi immẽsiuū est à pdic. reijciẽdum.

Quartò igitur ad inueniendas huius pdicam. species ita diuidi debet modus essendi in loco, vnus indefinitè, & immẽsiuè sine vllo limite, qui solo Deo cōpetit, nec spectat ad hoc pdicam. alter essẽdi in loco definitè. i. in loco determinato, & intrà certos fines, qui cōuenit reb. finitis, & creatis, & hoc vbi directè spectat ad istud pdicam. vt genus supmum; & diuiditur in duo genera subalterna. s. in vbi circūscriptiuum, φ est psentia rei extensa in loco, itaut sit tota in toto, & pars in parte, & in vbi incircumscriptum, φ est presentia rei inextensa in loco, itaquod sit tota in toto, & tota in qualibet parte, ac etiam dici solet vbi definitiuū nomine diuisi applicato vni membro diuidenti. Deinde vbi circumscriptiuum diuiditur in penetrabile ex sua natura, & hoc conuenit oī substantiæ, & accidenti corporeo seclusa quātitate, nā manerent extensa per locū, sed possent ab alia re penetrari, & eius psentiā admittere in eodẽ loco; & in impenetrabile ex sua natura, φ conuenit sōli quātitati, q̃ est radix impenetrabilitatis, & cęteris p ipsā. Tādẽ vbi incircūscriptū, seu definitiuū aliud est naturale, & suapte natura determinatum ad certum spatiū, & locum, & hoc ex natura rei spiritib. cōuenit; aliud est supernaturale, nec ex natura sua denominatum est ad certum spatium, etiam si immensiuū non sit, & hoc est vbi, quod Deus communicat corpori Christi in Eucharistia, nam ibi est totum in tota, & totum in qualibet parte hostiæ, & potest esse in quibuscunq; hostijs cōsecratis, & proprio nomine appellatur à Theologis vbi sacramentale.

Quoad pdicamẽtū situs, qui alio nomine dicitur positio, Doct. 4. d. 10. q. 1. §. *Dico ergo* distinguit duplicẽ positionẽ, vnā, quæ dicit formaliter ordinem partium in toto, & per hāc circumscribimus differētiā quātitatis cōtinuę, aliā, quę dicit ordinẽ partium in loco, & constituit hoc pdicam. vel saltim directè ad illud spectat, φ ideò additur, qa ẽt positio primi generis, estò per eā circumscribamus differentiā quantitatis, debet saltim reductiuè in hoc pdicam. reponi, vt hic notat Ant. And. cū sit respectus extrinsecus adueniens, nam partes totius, quę sunt extrema huius positionis, posset esse inuicẽ separatæ, & tūc non esset ordo illarum partiū in toto; siuè autem positio primo modo sumatur, siuè secundo mō certū est non nisi ad res corporeas ptinere, qa incorporeæ nullas habẽt partes integrales, rōne quarum dicātur situatæ, ac ẽt esse denominationẽ intrinsecam, quia non dicitur quis sedens à sede, sed à sessione, vt à forma ei intrinseca. Præcipua verò difficultas est, quomodo situs constituat diuersum prædicamentum ab vbi; Solent Scotistæ ex eo ista distinguere, quod vbi dicit habitudinem totius circumscripti ad totum circūscribens, positio verò, seu situs habitudinem partium circumscripti ad partes loci

cir-

circumscribentis, hoc.n.solum discrimen assignauit Doct. loc. cit. & qa interdum inuariato vbi, mutatur situs, vt notauimus in Inst. cũ.n.vinum in vase agitatur, totum vinum semp eundē retinet locum totalē,sed partes variāt locum partialem, qa successiuè respōdent diuersis partibus vasis; hic tāta videtur argui distinctio inter illa,quāta sufficit ad cōstituēda diuersa pdicamēta;Et hęc rō aptior est ad ostēdendā distinctionem ex natura rei inter situm,& vbi, quā allata à nōnullis, ꝙ pōt mutari vbi immutato situ, vt si quis sedēs,autē iacens curru feratur, variat vbi, qa successiuè est in alio,& alio loco, non tñ variat situm, qa semp manet sedēs eadē sessione.Sanè hoc est impossibile prorsus, qa situs est forma loco addicta non minus,quā ipsum vbi, ergo sicut situs absolutè sumptus respicit necessariò locum, ita talis situs talē locum,ita ꝙ oīnò implicat remanere eundem situm corporis, si variatur locus, & vbi, vnde quando quis sedens fertur rhæda,vel naui,ea tenus remanet eadē sessio,quatenus manet quoq. idē vbi immediatum respectu nauis, quā respicit,vt vas,non vt locum, vt etiam dicimus de aqua delata in amphora; & dr mutare vbi mediatè solum,& p accidens, quatenus tota nauis, quæ est id, ꝙ per se mouetur cōtinuò acquirit alium,& alium locum, vt habetur 4.phys. Imò Arriag. 5. Met.n.43. ait re vera mutari sessionē, & solum moraliter censeri eandē, quatenus succedunt aliæ positiones omninò similes in ordine ad distātiā partium inter se.

Alij tñ hāc situs explicationem impugnant, qa si nō est, nisi ordo partium locati ad partes loci, iā nō discriminatur ab vbi circumscriptiuo.Prob.cōseq.qa p hoc vbi ità ponitur corpus in loco, vt totum corpus sit in toto loco, & partes locati in partib. loci, ergo iā in rōne formali istius vbi includitur ordo partiū locati ad partes loci, atq; ideò in tali ordine neq; situs consistere,alioquin non constituet distinctum pdicamentum ab vbi, cum ad eius integritatē spectet. Accedit,ꝙ cum totum integrale nō sit aliqd realiter distinctum secundum probabiliorem à suis partibus, sic in ꝓposito respectus totalis ipsius corporis ad totum locum non erit aliud ab ipsis partialibus simul sumptis, nā sicut se habet fundamētum ad fundamentum, ità respectus ad respectum. Et tandem respectus partiū locati ad partes loci nō sunt, nisi plura vbi partialia,sicut respectus totius locati ad totum locum est vbi totale, ergo tā hic, quā illa spectant ad pdicamētum vbi. His rōnibus concludit Bonet. in suis pdicam. ordinem partium locati ad partes loci nō esse de gñe situs, vt inquunt passim alij Scotistæ, sed de gñe vbi; vnde ibidem ita explicat situm,vt sit modus quidā ipsius vbi,sic ꝙ vbi dicat absolutè præsentiam rei in loco, situs verò specificet modum præsentiæ,sic, vel sic .s. iacendo, stādo,vel sedēdo;vnde secundum hāc viā, quam cōiter sequuntur Recentiores illi, qui distinguunt situm ab vbi,situs fundatur in vbi, & est accidens eius, & diuiditur in stationem,sessionem, &c. vt genus in species, ꝙ etiam videtur innuere Doc. cit. dum inquit, ꝙ positio specificat vbi.

Certè hæc explicatio situs magnū habet fundamentum, tum in definitione à Gilb. allata, ait.n.ꝙ *positio st quidem situs partiū,& generationis ordinatio, secūdum quā dicuntur stantia,vel sedentia,&c.* tum in ipso Arist.qui p stare,sedere,iacere,&c. explicat rōnem situs;& rōnes etiā,quibus subtilis hic Scotista probat ordinē partiū in loco pertinere ad prædicamentum vbi sunt magni ponderis;vnde fatemur,quòd volentes constituere situm prędicamentum distinctū ab Vbi facilius id assequētur tenendo hanc secundā viā, quam primam. Nobis tamen magis expediens videtur tenēdo primā viā negare situm esse prędicamentum distinctum ab vbi, quam tenendo secundam multiplicare entia, & modos sine necessitate; tum quia, vt ait Arriag. cit. n. 42. sufficienter intelligitur res situata per illum ordinē partiū ipsius locati

locati ad locum, quē reijcit Bonet. ad pdicam. vbi, p illum. n. intelligitur sic vbicata stans, vel sedens absq; additione alterius modi, tum qa licet modi dari possit modus in diuerso gře modificandi, non tñ in eodem genere, at sessio, statio, &c. si sunt modi ipsi vbi superadditi, sanè sunt ipsi quoq; modi psentiales, seù psentiā importāt, s, vnde cum ipsum quoq; vbi psentiam importet, iā daretur psentia psentiæ, ergo magis expedit negare situm esse distinctū pdicamentum ab vbi, quā illum statuere, vt nouum modum psentialitatis ipso vbi superadditum; tum quia diuisio illa pdicam. non est necessaria, & ex natura rei, tum quia Arist. 1. Post. 148. & 5. phys. 9. & 5. Met. c. 7. recensens pdicam. huius non meminit; tum tandem, quia ēt Scot. ipse loc. cit. in 4. non inquit absolutè esse prædicamētum distinctum ab vbi, sed ita poni à quibusdā, vndè nō multū anxij de hac re esse debemus, nec ēt solliciti desolutione rōnum Boneti, quib. probat ordinem partium locati ad partes loci spectare ad pdicamentum vbi, atq; ideò nō in eo cōsistere rōnem situs, quia tunc nō constitueret pdicamentum distinctum ab vbi. Nam cōcesso antec. neg. conf. q. vltrò cōcedentes distinctū prædicamentū non cōstituere. Adhuc tñ libet singulis satisfacere, in gratiā eorum, qui vellent ea distinguere.

Ad 1. non inconuenit rem vnius prædicamenti interdum concurrere ad integritatem rei alterius prædicamenti, nam secundum cōem figura est de prædicam. qualitatis, & pertinet ad integritatē quātitatis; vnio ēt substātialis cōcurrit ad cōstitutionem cōpositi substātialis, & tñ est de genere accidentis essentialiter, & solū denominatiuè substātialis, & sic in multis alijs, ita ergo in proposito poterit situs cōcurrere ad cōstituendum vbi circūscriptiuum, ēt sit diuersi pdicamenti. Ad 2. constat ex exēplo allato de vino in vase agitato psentiā totius locati ad totum locum distinctam esse à singularibus præsentijs partium, & ratio est, quia licèt totum integrale non sit quid realiter à partibus distinctum; sæpè tñ in oībus illis simul sumptis, & sub vnione cōceptus fundatur talis respectus, qui neq; fundari in singulis distributiue sūptis, aut ēt collectiuè sednō sub vnione, vt cōstat de æqualitate vnius palmi ad aliud, q̄ postulat pro fundamēto totā quantitatē palmarē, vt sic, & est vnica, & simplex relatio, non autē vna totalis ex multis æqualitatibus cōposita, quæ fundentur in singulis partibus. Ad 3. concedimus respectus illos partium locati ad partes loci esse vbi partialia, & idcircò non spectant ad prædicam. vbi, in quo solum ponuntur præsentię totales, in prędicam. verò situs partiales.

Petes, an situs sit modus solius quantitatis? Videtur affirmare Doctor loc. cit. quia illum ibi appellat modum quantitatiuum; dicendum tñ est situm conuenire cuicunq; rei extensæ in loco, quare cum substātia materialis sm̄ nos possit esse extensa in loco ēt seclusa quātitate, licèt penetrabiliter, ita quoq; proportionatum situ habebit, & ideò sicut diuidebatur hac de causa vbi circumscriptiuum in penetrabile, & inpenetrabile, sic ēt situs diuidendus est, potest tñ appropriatè dici situs modus quantitatis, licèt alijs conueniat, ea rōne, qua diximus disp. præced. q. 3. ar. 2. figurā dici modum quantitatis, etiam si consequatur rem omnem extensam, an verò corpus in vacuo esset situatum, respondendum est, sicut de vbi dicebamus; & demum an rarum, & densum, asperū, & lene, ad hoc prædicamentum ptineant, dicemus in lib. de gener. & corrupt.

De Quando, & Habitu.

Quia res non tantùm dicuntur esse in loco, sed etiam in tempore hoc, vel illo, vt heri, hodie, superiori anno; vt Aristot. exemplificat in antepradic. cap. 5. sicut per vbi constituitur in spatio loci, ita per quando in spatio temporis, & durationis; Vt autē appareat penes quam durationem debeat hoc prædicamētum attendi,

tendi sciẽdum est duplicem durationem realem solere distingui, vnã extrinsecam, quæ s. cõparatur ad aliã rem, vt mensura illius, qualis est duratio motus horologij respectu aliorum motuum, alterã intrinsecã, per quã res in seipsa durat, quocunq. alio extrinseco mensurãte ablato; Suarez disp. 50. Met. sec. 12. n. 8. quem sequuntur hic Amic. Blanc. & alij, constituit hoc p̄dicamentum in duratione intrinseca rerũ, sed sanè minus consequenter, qa vt diximus in phys. & tenet ipse Suar. duratio intrinseca rei non est, nisi eiusdem existẽtia pseuerans, at existentia nõ ponitur in diuerso p̄dicamento à re, cuius est, p̄sertim cum in sententia nostra, & Suar. realiter ei identificetur, ergo &c. Nec valet, ꝙ inquit Suar. ità saltem distingui à re durante, vt licèt non p̄dicetur de ea, vt accidẽs physicum, p̄dicatur tñ vt accidens logicũ & hoc sufficere, vt sit distinctum prædicamentum. Non valet, tum quia existentia ẽt prædicatur accidentaliter logicè de creaturis; tùm quia accidens p̄dicabile nõ sufficit ad constituendum accidens p̄dicamentale, ex illis nouẽ generibus, nam substantia esse põt accidens prædicabile, non tñ p̄dicamentale. Deindè etiã in sententia realiter distinguente durationẽ intrinsecã à re durante non benè poneretur hoc p̄dicamentum ex ea constitui, nã hoc p̄dicamentum nec tẽpus, nec rẽ tẽporalẽ importat, sed ꝙ ex adiacẽtia tẽporis in re temporali derelinquitur, vt cõstat ex ipsa Gilb. definitione, *Quando est id, quod ex adiacentia temporis in re temporali derelinquitur*, quarè sicut vbi nõ dicit formaliter locum, sed ꝙ ex explicatione loci resultat in loco, sic in proposito quando nõ dicit tempus, sed ꝙ eius applicatione resultat in re temporali, & mensurata per ipsum. Tandem propriè loquendo res durare, & esse in tẽpore non sunt idẽ, nã esse in tẽpore ex 4. phys. 117. est contineri, ac mẽsurari tẽpore, durare verò est pseuerare in esse, sed quãdo importat rẽ esse in ta-li, & tali tẽpore, vt heri, & hodie, &c. ergò.

Alij proindè communiter docent, hoc prædicamentum non constitui per durationem intrinsecã rerum, sed potius per coexistentiam ad aliquam extrinsecam, nẽpe ad motum primi Cæli, qui vt regulatus, & vniformis dicitur mensurare durationem illarum, dicitur tempus extrinsecum, vt diximus in Inst. vndè nec ipsũ tempus, vt est intrinseca duratio motus primi Cæli, spectat ad hoc prædicamentum, sed vt ponit adiacentiã suam in rebus, quas mensurat; & hæc est vera explicatio istius prædicamenti, res .n. præcise per coexistentiam ad motum primi Cæli in rõne mensuræ dicuntur tanto, vel tãto tempore durare .i. p diem, vel annum, dicuntur esse hodiè, heri fuisse, &c. quæ sunt verè denominationes huius p̄dicam. vt cõstat ex exemplis ab ipso Arist. allatis, vndè S. Th. opusc. 48. c. de quãdo, p adiacẽtiã tẽporis ad rem tẽporalẽ intelligit mẽsurationẽ, ꝙ ergo ex mensuratione tali in re temporali derelinquitur, est id, in quo formaliter cõsistit hoc prædicamentum, vel saltim directè ad istud spectat.

Sed quamuis hìc sit cõmunis omnium sensus in constitutione prædicam. Quando, non tamen omnes conueniunt in explicatione illius, quod ex adiacentia tẽporis relinquitur in reb. sibi subiectis; Thomistæ passim insinuant esse accidens reale, vt videre est apud Complut. cit. q. 4. & Sanc. lib. 6. log. q. 9. idem quoq; videntur sentire Scotistæ hìc in log. dum inquiunt ex adiacentia temporis ad rem temporalem resultare in tempore quando actiuum, & in re temporali passiuum, quos significant esse respectus reales extrinsecus aduenientes; fundatur hęc opinio præsertim in paritate ex vbi desumpta, sicut .n. ex extrinseca circumscriptione loci resultat in re locata vbi, vt accidens reale, per ꝙ formaliter dicitur esse in loco, sic ex incidentia extrinseca temporis mensurantis res tẽporales resultat in eis quando, vt accidens reale, per quod formaliter dicuntur esse in tempore.

Di-

Dicendum tñ est, quãdo nõ importare in reb. tempori subiectis formã intrinsecã, & realem, sed solã denominationẽ extrinsecã sumptã à tempore, cui res coexistunt, & in quo esse dicuntur, atq; denominantur esse hodiè, heri fuisse, &c. Prob. quia si quando formã realem importaret in re durante, hæc vtiq; foret relatiua, vt est vbi, nõ autẽ absoluta, sed nullã talẽ relationẽ realẽ importare põt, quæ spectet ad hoc pdicamentum, ergo &c. Prob. min. quia p quando nõ põt in re temporali importari relatio ad tẽpus, seu motum primi Cæli, nisi mẽsurati ad mensurã, vt cõstat ex declaratione allata rõnis eius, sed hęc relatio nõ est realis, sed rõnis, vt notat Doct. quol. 13. N. q̃a versatur inter extrema nõ vt habentia esse reale, sed cognitũ, vndè relatio mẽsurę fũdatur in obiecto, vt cognito, qũatenus mensura concipitur vt medium ad cognoscendum mensuratum, & relatio mensurati fundatur in re mensurata, vt notificata p mensuram; & deniq; disp. 13. phys. q. 4. art. 2. ostendimus tempus extrinsecum in rõne mensuræ nõ esse q̃d reale, ergo relatio importata per quando nequit esse realis. Si dicas, saltim relationem mensurabilis ad mensurã esse realẽ, & hanc derelinqui à tẽpore extrinseco in re tẽporali. Contrà, hoc falsò dicitur, quia hoc nõ cõuenit illi ex vi tẽporis, sed ab intrinseco, ẽt si p impossibile nullũ esset tẽpus extrĩsecũ, q̃a ex vi suę intrĩsecę durationis dr̃ sic mensurabilis. Si dicas, hãc relationẽ realẽ esse ipsã coexistẽtiã rei tẽporalis ad tẽpus, vnde pluuiã heri fuisse est coextitisse circulationi hesternæ primi li, esse hodiè est coexistere hodiernæ. Cõtrà, q̃a vel ista coexistentia importat solã amborũ existentiã in rerũ natura, & hoc dici nõ potest, quia non esset maior ratio, cur vnum sit mensura, & aliud mensuratum; si est relatio coexistentię vt mensurati ad mensurã, iam constat nan esse realem. Accedit, quod coexistentia sumpta pro amborum simultanea existentia est relatio intrinsecus aduenicns, quia posita re temporali, & motu primi Cæli, necessariò sequitur talis coexistentia.

Nec valet, q̃ inquiunt Scotistæ ex Ant. Andr. in hoc pdicam. si lapis moueretur modò extra Cælum, tunc motum lapidis nõ coexistere motui primi Cæli coexistẽtia istius prędicam. quia nõ mensuraretur p illum, vnde inquiunt res debere approximari primo Cælo, vt inter ipsas, & motum eius resultet respectus quãdo, censeri aũt sufficienter approximatas eo ipso, q̃ intra ambitum huius vniuersi cõtinẽtur. Non valet, tum quia iã concedunt ex ista responsione, quãdo nõ importare qualẽcunq; coexistentiã rei tẽporalis ad tẽpus, sed coexistentiã in rõne mensurati ad mẽsuram; tum quia gratis ẽt dictum videtur motum brachij factum à Beato extra extimã partem Cæli non mensurari à motu primi Cæli, quia sicut motus primi Cœli ideò mensura dicitur motuum factorum intra ipsum, quia ob eius vniformitatem assumitur à nobis ad munus, ita quoque posset assumi ad mensurandum motum lapidis factum extra Cęlum, si Deus nobis ostenderet illum motum; Potiùs ergo dicendum est cõsistere in denominatione extrinseca sumpta à tẽpore, & dici respectũ extrĩsecus aduenientẽ, q̃a ad instar talis respectus nata est cõcipi, cum motus primi Cæli nõ dicatur mensurare hos inferiores, nisi prius facta p intellectum applicatione ipsius veluti mẽsurę ad illos, quę se habet veluti approximatio inter extrema, vt resultet ille respectu, quo vtique proprium est respectus extrinseci.

Fundamentum verò oppositæ sententiæ facilè diruitur neg. paritatem assumptam de vbi, & quando; tum quia vbi est terminus motus, & actionis, quæ in motu interuenit, ergo necessariò esse debet quid reale, at quando nullius actionis realis, nulliusuẽ motus est terminus; tum quia potius vbi, & qnando oppositas habent conditiones, nã vt res dicatur successiuè præsens alteri, & alteri spatio locali, locus debet esse immobilis, & locatum

catum debet cōtinuò mutari, vt verò dicatur successiuè pſens alteri, & alteri spatio durationis, duratio ipsa debet esse fluens, & trāsiens, res verò ipsa cōcipitur, vt immobilis, & eadē perseuerans, ex quo patet, quādo benè munus suū obire p solā extrinsecā denominationē, nō autem vbi.

Quæres, quibus rebus possit applicari denominatio huius pdicamenti, Masius q. 4. vult cōuenire solū reb. corruptibilib. q; colligit ex Arist. 4. phys. t. 117. Sed potius asserendum est, hanc denominationē posse oībus rebus aliquo modo accōmodari per coexistentiā ad tēpus, nō. n. solùm successiua, sed ēt permanentia dicuntur esse in tēpore, & mensurari tēpore per coexistentiā ad illud, imò ipsæ quoq; immortales substantię, vt Angelus, & anima, vndè dicimus Angelos hodiè esse, & in oī tempore, licèt nō trāsire cum tēpore, q eo vel maximè dicēdū, qa falsum est eorum durationem intrinsecā mensurari posse per coexistentiā ad æuum primi æuiterni, sicut cōiter putatur, vt ostendimus ex professò in phys. loc. cit. Neq; Arist. 4. phys. voluit negare absolutè substantijs immortalibus esse in tēpore, sed solum nō esse in tempore, sicut sublunaria senescendo, & deficiendo, nā rōne coexistentiæ non minus sunt in tempore, quā sublunaria; Imò Fōsec. 5. Met. c. 15. q. 10. rōnes istius coexistentiæ ad tempus extēdit hanc denominationem ad Deum ipsum, qa denominatur oī tempore fuisse, & esse, & de filio Dei dicitur *Ego hodie genuit te*, quod sine scrupulo concedi pōt, cum denominatio huius prædicamenti sit solum extrinseca. Aliqui negant accōmodari posse reb. instantaneis, quia de ipsis interrogare non licet, quando fuerunt, vel erunt. Sed cum & ipsæ dicantur esse in instanti pōt & ipsis suo modo hac denominatio cōpetere. Quidā ēt excipiunt à denominatione huius pdicamēti ipsum motum primi mobilis, quoniā nō extrinsecè, sed intrīsecè denominatur à suo tēpore. Sed cum & ipse Cæli motus possit mensurare seipsum secundum partes. i. motū vnius partis assumi ad mensurādum motum alterius, hoc sensu poterit, & ipse hāc denominationē participare. De speciebus autem huius prædicamenti non oportet esse admodum sollicitos, quia vt Scot. docet 1. d. 8. q. 3. O. & Tromb. 1. Met. q. 1. ad 4. vel paucas habet, vel nullas.

At obijciunt aliqui, puram denominationem extrinsecam non sufficere ad cōstitutionē vnius pdicamenti, qa deberent cōstitui plura alia pdicamenta iuxta multitudinē harū denominationum, vnum. s. ex denominationibus, quibus obiecta denominantur ab actibus, aliud ex eis, quib. Deus decominatur ab effectis creator, redēptor, &c. aliud ex eis, quib. columna dr dextra, sinistra, &c. sicut igitur hæ denominationes non constituunt pdicamenta diuersa, sed reducūtur ad pdicam. formarum, à quib. sumuntur, vel subiectorum; quę denomināt, ita de quando dicendum esset, si foret pura denominatio extrinseca. Resp. hos nō esse ita sollicitos de identitate decadis pdicam. vt sunt nonnulli, qui contendunt oīa nouē genera esse vera, & physica accidentia; hoc. n. falsum est, quia hæc nouem genera potius distincta sunt, ac enumerata ex speciali modo denominandi primā substantiā, quā inhærēdi, vt notauit S. Th. opusc. 48. cum ergo denominatio *Quando* necessaria sit; & frequentissima inter homines, non minus, quā denominatio vbi, dicimus. n. res esse in loco, & in tempore, sicut vbi constituit vnum pdicam. ita visum est sapiētibus ex quādo aliud cōstituere speciale pdicamētum magis, quā ex alijs denominationib. quæ nō videntur ita necessariæ, q mirum esse nō debet, qa vt sępius dictum est, hęc pdicamentorum diuisio est arbitraria, & famosa, nō necessaria; q autem ex his nouem generibus hoc sit accidens, & forma realis, illud sola extrinseca denominatio, nō est pensandum ex aliqua generali ratione oībus cōi, sed ex specialibus rationibus singulorum, atque muneribus.

Circa

Circa prædicamẽtum habitus, sanè ridicula est, ac Philosop. in digna cõstitutio huius ꝑdicamenti, quam passim assignant Auctores, innixi. n. exẽplo, quo Arist. hoc explicuit ꝑdicam. s. *Calceatum esse, armatũ esse*, solum illã denominationem, aiunt, hoc constituere ꝑdicamentum, qua quis dicitur habere circa se vestes, & indumẽta, quã aliqui ponunt solum extrĩsecam à vestibus desumptã, alij etiã intrinsecã, ita vt cum quis se vestit, præter modum intimæ ꝑsentiæ ad sua membra, quem producit in vestibus, etiã in seipso producat modum quendã realem, quo illas dicitur habere; ꝙ si quis habeat annulũ in manu, aut in aure florem, quidã negãt resultare talem modum habendi, qui spectat ad hoc ꝑdicamentum, quia res illæ non habent munus induendi; quã etiã rõne Suar. disp. 53. Met. sec. 2. n. 14. ait sola arma defẽsiua, vt galea, & lorica, nõ autem offensiua, ad hoc spectare prædicamentum, qa illa sola munus exercent induendi; alij verò concedunt, qa sufficit, ꝙ habeant modum ornamenti. Rursus volunt aliqui ex adiacẽtia vestium tñ circa corpus humanũ resultare denominationem ad hoc ꝑdicamentũ spectãtem, ita vt si induatur statua vel equus armetur, hæc, & similia nõ dicãtur vestita, vel armata ꝓpriè loquendo, vndè quidã curiosã, & dignã inducũt disputationem, an cum Simia humanis vestibus induitur, dicatur verè vestita, & negatiuè respondent, quia ex Arist. 3. de partib. anim. c. 1. natura cunctis animalibus contulit vestes, arma, & ornamenta, vt cutem, pilos, lanam, squamas, cornua, vngues, & similia, hominem verò nudum fecit, atq; ideò illi soli aptitudinem quandã peculiarem indidisse inquiunt ad vestimenta suscipienda, quæ tunc reducitur ad actum, cum ea sibi applicat. Miramur sanè viros doctos in hæc scurrilia atramentum impẽdere, & tam ridiculas mouere dubitationes, de quibus meritò proferre possemus, quod argutè inquit Doctor 4. d. 6. q. 3. §. *Ad istam* de illa dubitatione mota à quibusdã de materia Sacramenti Baptismi in cap. *Detrahe*, quòd aqua per se non sit sacramentum, sed tantùm coniuncta cum verbis, nam alioquì cõtingere posset, vt asinus biberet Sacramentum, istæ sunt, inquit Doct. *Obiectiones, & subtilitates Bernardistæ, & quidem satis asinina, timendo, ne asinus bibat Sacramentum*, sed planè nonminus ridicula est dubitatio proposita de Simia.

In alio igitur sensu magis digno explicanda est constitutio ipsius prædicamenti, vt nimirum ꝑ habitum intelligatur habitio illa media, qua subiectum dici solet habere formã, itaut ad hoc prædicamentũ spectet oĩs vnio absoluti ad absolutũ, oĩs respectus subiecti ad formam, & è cõtra, oĩs deniq; realis cõnexio inter partes adinuicem, siuè essẽtiales sint, siuè integrales; ita valdè egregiè explicuit hoc prædicamẽtum, ac seriò dimissis nugis, Bonet. in suis prædicam. libell. 10. vbi inquit, ꝙ per *armatum esse, & calceatum esse*, nil aliud intellexerunt progenitores nostri, quàm vnionem, & connexionem inter arma, & corpus, inter calceamenta, & pedes, & ꝙ de ista connexione extremorum actu diuisorum exemplificarunt, quia notior est illa, quæ reperitur inter extrema, quæ non sunt actu diuisa, sed tantùm potentia, qualis est vnio, quæ reperitur inter materiã, & formã, inter subiectum, & accidens, ac inter partes continui, quæ etiam de causa dixit Gilb. habitum esse corporum, cum tñ & alia, quæ non sunt corpora, dicantur habere formas sibi inhærentes, & planè ita explicuisse videtur rõnem habitus Aristot. 5. Met. 25. & hunc dicendi modum tenet Bassol. 4. d. 12. q. 1. art. 1. sic etiam videtur explicare Auersa constitutionem huius prædicam. q. 28. physic. sect. 5. (etiã si ibidem Bassolij opinionem non recipiat) inquit. n. in corpore quæsiti, quod quamuis denominatio habitus sumatur à locali præsentia vestis cum corpore, tamen nõ sumi per meram concomitantiã localem, sed sumi potius

act.

per quendã modum informationis, & sustentationis; illa ergo eenominatio, quæ sumitur à pſentia per merã localem concomitantiã spectat ad idem pdicamentũ, q dicitur vbi; at verò hæc alia denominatio, quæ sumitur p aliã habitudinẽ, veluti informationis, & substẽtationis, est in hoc alio pdicamento, vndè cõcludit in fine sectionis habitũ dici penès illas res, quæ adiacent subiecto ad instar formæ, & subiectũ dr̃ illas in se habere, & veluti sustẽtare taquã formas; ergo & ipse Auerſ. nesciuit aptiori modo hoc pdicamentũ cõstituere, quã per unionem, & hanc informatiuam.

Et probatur valida ratione, quiá vnio pſertim informatiua digna est, vt ei specia le assignetur pdicamentũ, nec valet, q cõmuniter aiunt, ptinere ad pdicamentum formæ, quã vnit, & nouum prædicamentum nõ cõstituere, quia est modus impfectus. Non valet; tùm qa vnio est pfectior, quã sit actio, quæ est vnitio, cum actio sit via ad vnionem, & tñ actio cõstituit prædicamentum p se; tum quia si vnio ponitur in pręd icamento formę, quam vnit, ob connexionem, quã habet cum ea, pari rõne, & actio nõ constituet speciale prædicamentum, sed ponetur in pdicamento formæ, cuius est productiua ob necessariã cõnexionem, quã habet cum ea. Nec valet, q inquiunt alij, spectare ad prædicamentum cõpositi, q cõstituit, quia intrinsecè ptinet ad eius integritatem nectendo eius partes, nõ sic autẽ actio productiua eius. Nam quãdo id concederetur de substãtiali cõposito, de accidentali tñ cõcedi nequit, qa concretum accidentale nõ ponitur in prædicamento, vt importat ex ęquo formã, & subiectũ vnita, sic.n. est ẽs p accidens exul à prædicamento, sed solũ vt importat formã cõnotando vnionẽ, & subiectum, ergo inueniendum est prædicamentum, in quo p se ponatur vniones, saltim accidentales; tum quia sicut omnes actiones quantumcunq; sint ad diuersos terminos, adhuc talem habẽt inter se cõuenientiam, vt omnes in vna recludantur cathegoria, idem pari modo de vnionibus dici poterit, ac debebit.

Hoc autẽ supposito, q vnio debeat, & possit directè, & p se in aliquo concludi pdicam. pbat inductione Bonet. sub nullo ità ppriè cõtineri posset, sicut sub isto, nã ad prædicamenta absoluta substãtiæ, quãtitatis, & qualitatis satis cõstat ptinere nõ posse, cum sit essentialiter relatiua, est .n. nexus duorũ, & implicat vnionẽ intelligi ad se, & conceptu absoluto; non ad prędicam. relationis, quia nõ oritur ex natura extremorum, sed eorum applicationẽ petit vt insurgat; non actionis, & passionis (licèt probabile id Sco. indicauerit 4.d.12. q.1.C. ampliando rõnes eorũ) qa vnio actio, qua agens vnit formã cum materia, & vnum extremum cũ alio, est alia ab vnione formali, qua ipsa extrema vniuntur, cũ hæc sit terminus per illam productus; nec passionis, quia à passione v.g. dr̃ subiectũ calefactum, sed ab vnione caloris dicitur calidum, in qua denominatione exprimitur sola receptio, & informatio, non autẽ passio, quia cum passio sit actus huius ab hoc, nõ dicit receptionẽ formæ quocunq; mõ, sed vt est in fieri ex vi agentis, vnio autem denominat in facto esse, ac in esse quieto sine vllo respectu ad agẽs. Nec vbi, vt arbitratus est Mair. 1. d.29.q.1. ar.3. ob intimã præsentialitatem formæ ad subiectum; qa informatio aliquid amplius addit supra pręsentialitatem, & posset Deus facere animã intimè corpori pręsentẽ per simplicẽ assistentiã, q tñ non animaret, & intelligẽtia posset dici Cœlo vnita per informationem, quia est ei intimè præsens. Nec situs ob eandẽ rõnem, ac ẽt quia situs est corporum, at habitus põt ẽt reperiri inter ea, quæ nõ sunt corpora, restat ergo, vt reponatur in prædicam. habitus, & rationabiliter qdẽ, vt ait Bassol. vnio formæ ad subiectũ est aliquo mõ derelicta ex adiacentia accidentis ad subiectum, vel potius est ipsamet adiacentia talis; & quidem Gilb. ipse recenset in hoc prædicam. album esse, & quantum esse .i. respectum subie-

subiecti ad albedinem, & quantitatem, & talis vnio formæ ad subiectum est, quæ verè constituit hoc prædicamentum, potius, quàm vnio vestis ad corpus, quia illa re vera est modus superadditus extremis, vt probamus in physic.disp.5.q.8.art. 2. non autem ista, vnio namque vestis ad corpus nil prorsus addit reale supra intimam præsentialitatem, & cōtactum, quē habet ad membra; de hac tamen attulerunt specialiter exempla Philosophi, quia peculiari quodam modo nomen habitus illi appropriatur, vestis .n. populariter dici solet habitus; Aduersus hanc resolutionem quædam obijcit Auersa q.21.physic. sect.3. quæ nos diluimus loc. nunc cit. q. 9. Sed iam ex dictis constat nec ipsum aliter potuisse explicare denominationem prædicamenti huius, quàm per modum vnionis informatiuæ.

DISPVTATIO NONA.

De Postprædicamentis.

EXplicatis prædicamentorum quidditatibus, & passionibus, quædam subiungit Arist. quæ multum conferunt ad ipsorum cognitionē, qua ratione Postprædicamenta dici consueuere; sunt autem numero quinq; Opposita, Prius, Simul, Motus, & Habere. Conducunt verò hæc quinq; ad prædicam. intelligentiam, quoniam de his quinq; in illis mentio facta est, de oppositis .n. contrariè, & relatiuè mentionem fecit Arist. in prædicam. substantiæ, & quantitatis, dum dixit, nihil contrariè illis opponi, magnum, & paruum relatiuè tantum opponi; & in prædicam. qualit. dum asseruit habere cōtrarium: de priori, & simul mentionem fecit in prædicam. relationis, cum posuit relatiua simul natura; item de motu facta est mentio in c. de agere, & pati, nā non fit actio, & passio sine motu: habere tandem confert ad cognitionem vltimi prædicamenti, explicat .n. diuersos habendi modos ad illud prædicam. reducibiles. Postposuit tamen horum tractationem cognitioni prædicamentorum, quamuis ipsi maximè inseruiant, quia vt notat Auersa q. 22. Log. in præfat. hæc conueniunt rebus, non quidem vt in seipsis considerantur, sed in ordine ad aliud, vt patet in primis tribus, quæ sunt quædam rerum cōparationes, at cognitio respectiua alicuius præsupponit cognitionem absolutam eiusdē, vt docet Sco. q. 3. prol. G. Et quia de motu hic non nisi cognitionē quandā nimis confusā tradere possemus, cum eius cōpleta tractatio sit phylosophica, quā tradidimus iā disp. 15. phys. per totum, de habere autem præter ea, quæ adduximus in præced. disp. q. vlt. dum de hoc prædicam. egimus, nil aliud dicendū occurrat; idcircò solū de primis tribus in præsenti erit sermo.

QVÆSTIO PRIMA.

De Oppositis.

OPpositio, si amplissimè sumatur, cōuertitur cum distictione, & diuersitate, at si cōmuniter accipiatur, eadem est cum repugnantia, propriè verò est qd strictius ipsa repugantia, & ab Aristot. hic diuiditur in quatuor species .s. in oppositionem contrariam relatiuā, priuatiuam, & contradictoriam; vt igitur propriam rationem veræ oppositionis cognoscamus, debemus inuestigare naturā generis, quod est repugnantia, & per quid ad oppositionem propriè dictam restringatur; sed prius aduertendum, quod hic non loquimur de repugnantia, & oppositione complexorum, satis .n. diximus in pap. inst. tract. 2. c. 7. & 9. sed de repugnantia rerum incomplexarum, & simplicium, nā est sermo de oppositione eorum, quæ in prædicam. reponuntur; qualia sunt incomplexa, non complexa.

Repugnātia igitur est *relatio duorum*

extremorum simplicium, quatenus nequeũt habere identitatem quandam formalem, aut realem, vel quatenus eidem rei singulari, simul, secundũ eandem rationem, & respectu eiusdem nequeunt inesse. Dicitur *relatio*, quia repugnantia est quædam diuersitas, & distinctio, quæ formaliter est relatio; & si extrema erunt realia, & existentia, erit relatio realis simpliciter, si verò vnum extremum erit non ens, vel nõ existens, erit relatio realis secundum quid; & si extrema possunt esse sine oppositione, erit relatio prædicamentalis, sin autem, transcendentalis iuxta dicta disp. præced. dicitur *duorum extremorum simplicium*, ad differentiam repugnantiæ propositionum; dicitur *quatenus nequeũt habere identitatem*, &c. vt repugnantia disparata, & compossibilia comprehendantur, vt dicemus; additur, *vel quatenus eidem*, &c. quia quædam sunt, quæ non solum non sunt idem, sed nequeunt esse in eodem subiecto, vnde habent etiam repugnantiam subiectiuam; ad cuius intelligentiam additur *rei singulari*, quia vniuersali v.g. animali potentialiter conueniunt rationale, & irrationale, homini in communi album, & nigrum, dicitur *simul*, quia diuerso tempore contraria possunt eidem inesse; dicitur *secundum eandem rationem*, quia res diuisibilis in vna parte potest esse alba, in alia nigra; & indiuisibilis secundum diuersas rationes potest opposita suscipere, vt intellectus secundum quod producit speciem, dicitur agens, vt eandem recipit, dicitur patiens; dicitur *respectu eiusdem*, quia respectu diuersorum idem potest esse magnum, & paruum, simile, & dissimile.

Quamuis autem opposita, seu repugnantia formaliter dicant relationem, fundamentaliter tamen, vt dicunt extrema per relationem repugnantiæ relata, solent diuidi in disparata, & in opposita propriè sumpta ex Sco. 1. d. 11. q. 2.

Disparata sunt illa, quæ ita inter se repugnant, vt eadem ratione indeterminatè, & indifferenter cum quolibet alio diuerso repugnent, vt homo, & equus ita pugnant inter se, vt eodem modo, & indifferenter quodcunq; aliud diuersum respiciant vt repugnans, nec habent aliq. cui speciali modo, & determinatè repugnent; & hæc sunt duplicis generis, vt colligitur ex Scot. cit. lit. D. alia sunt, quæ solum habent incompossibilitatem formalem, quia vnum nequit esse alterum, vt albedo, & dulcedo, nam ratio albedinis nõ est ratio dulcedinis; alia sunt, quæ habent quoq; incompossibilitatem subiectiuã, quia neq; in eodem possunt esse subiecto, vt duæ formæ substantiales dicũtur etiam disparatè repugnare, quia etsi ab codẽ subiecto mutuò se excludant, hac tamen ratione indifferenter respiciunt quamcunque formam substantialem nõ subordinatam, non verò vnam speciali modo à subiecto determinatè excludunt.

Opposita propriè dicta dicuntur illa, quę speciali modo, hoc est determinatè, se respiciunt tãquã terminos illius repugnãtiæ, vt non ita se habeãt respectu alicuius tertij, vt calor ita repugnat frigori, vt non eadem ratione, & habitudine respiciat tãquã diuersa albedinem, vel ignẽ, ita vt per hoc, quod est *determinato modo, & certa habitudine repugnare* differunt opposita propriè dicta ab oppositis, & repugnantibus disparatè, quæ sine certa lege, & indiscriminatim se respiciunt in repugnãdo.

Horum autem oppositorum quatuor genera assignat Arist. nã aliqua sunt opposita contrariè, alia relatiuè, alia priuatiuè, & alia contradictoriè; cuius diuisionis sufficientiam assignat Doctor q. 38. prædicam. nam oppositio alia est simpliciter realis, cuius extrema sunt entia in eodem genere contẽta, & horũ; aut vnũ respicit aliud, & sic est oppositio relatiua, aut non, et sic est oppositio contraria; alia oppositio est secundum quid realis, quatenus vnum extremum est nõ ens, quod aut nullum sibi determinat subiectum, & sic est oppositio contradictoria, aut deter-

terminat sibi aliquod subiectũ, & est oppositio priuatiua. Alterã sufficientiã tradit 5. Met. text. com. 15. quia opposita, vel ponunt se, & sic sunt relatiua, quæ propter mutuã dependentiã simul sunt, & nõ sunt; vel se excludunt, & tunc vel vtrumque extremum ponit aliquid, vel nihil, si primum, sunt contraria, quæ dicunt duas naturas positiuas sub eodẽ genere, si alterũ est nihil, vel est negatio simpliciter, & sũt cõtradictoria, vel ẽ negatio ĩ subiecto apto, & determinato, & sũt opposita priuatiuè. De his quatuor generib. ẽ agẽdũ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Relatiua, et cõtraria oppositio declaratur.

INcipit Arist. à relatiuè oppositis, quia minus opponuntur, & ait, ꝙ opposita relatiuè *ea sunt, quæ id, quod sunt oppositorum esse, aut aliquo alio modo ad illa dicũtur*, hoc est illa dicuntur relatiuè opposita, quæ secundum id, quod opponuntur, ad inuicẽ se respiciunt, quod nõ cõuenit alijs oppositis, quia licèt vt vnũ oppositũ fundat oppositionis respectum, respiciat aliud oppositũ, nã albũ dicitur opponi nigro, tamen secundũ propriã entitatẽ non respicit, nec dicitur ad aliud referri, vt albũ nõ dicitur nigri albũ; at relatiuè opposita fundamentaliter accepta, hoc est secundum proprias entitates quæ fundant oppositionẽ, ad inuicẽ se respiciunt, quia sunt relatiua, (sic dimidium non solũ dicitur duplo oppositũ, sed dicitur quoq; dimidiũ dupli; quod genus oppositionis satis declaratum est disp. 8. q. 6. ar. 3. in sol. ad 1. vbi etiam innuimus, quo sensu cõuenire possit omnibus relatiuis tã æquiparãtiæ, q̃ disquiparãtiæ, esto in istis clarius appareat, ac etiã nõ solũ relatiuis mutuis, sed etiã non mutuis, nã de his quoq; exẽplificat hic Arist. 5. de scientia, & scibili, ex quo colligitur nõ tantũ dari oppositionẽ relatiuã formalẽ ratione relationum, sed etiam terminatiuam, vt vbi diximus.

Opposita contrariè definiri possunt ex his, quæ hìc habet Arist. & 10. Met. c. 6. & alibi, ꝙ sint *formæ reales, quæ sub eodẽ genere, maximè distant, & ab eodẽ subiecto mutuò se expellunt, cui vicissim successiuè natæ sũt inesse*, pro cuius definitionis notitia singulæ particulæ sunt examinandę. Primò dicitur, quòd sint *formæ reales*, per quã particulã differunt à priuatiuis, & cõtradictorijs, quorum vnum est non ens. Vbi not. quòd contrarietas aliquãdo sumitur latè, vt cuicunq; oppositioni conuenit, sic 1. Phys. 42. & seq. principia, quę sunt forma, & priuatio, dicuntur contraria, termini positiui motus, vt duæ quantitates, duo Vbi dicuntur contraria propter incompossibilitatem in eodem subiecto, & tamen numero differunt, sic 10. Met. 25. masculinum, & fœmininum vocat contraria; duæ formæ substantiales, quamuis disparatè opponantur, aliquando dicuntur contrariæ, quare hic in strictiori acceptione sumitur, prout ab alijs oppositionum generib. condistinguitur.

Secundò, dicitur *sub eodem genere*; ꝙ aliqui intelligunt de genere Physico, seu subiecto, nõ de genere Logico, quia multæ formæ, etiã prædicamento distinctæ, contrariantur, vt calefactio, quæ est respectus, & frigus, quæ est qualitas; alij de genere etiam Logico, non necessario ꝓximo, sed vel proximo, vel remoto, eo quia hic recenset. Arist. tàm albedinẽ, & nigredinẽ, quæ sunt sub eodẽ genere ꝓximo, q̃ actus virtutis, & vitij, qui genere subalterno cõmuni gaudẽt .s. habitu; alij tandẽ restringũt ad genus proximũ, quia sic videtur sentire Arist. 10. Met. 13. & 14. Sed non est à secunda sententia recedẽdum, quæ communis est; nã cum debeat esse mutua transmutatio inter contraria, nõ debent prædicamento differre, nunquam enim terminus à quo positiuus in motu differt prædicamẽto à termino ad quem, imò sunt aliquando eiusdem speciei, vt patet in augmentatione. Nec vrget, quod calefactio, & frigus sint in diuersis prędicamentis, quia calefactio non ex se cõtrariatur frigori, sed ratione proprij termini .s. caloris, à quo specificatur, for-

mæ aũt cõtrariæ ex seipsis debẽt opponi; cũ igitur debeãt esse eiusdẽ p̄dicam., nec necessario debent sub genere ꝓximo esse collocata, vt patet in exẽplo adducto, & ĩ mille alijs, dicẽdũ erit hoc genus vel ꝓximũ, vel remotũ significare; Arist. autẽ vit. locutus est de contrarietate nõ in tota amplitudine, sed de illa determinata, quæ in formis eiusdẽ generis reperitur.

Dices, Arist. hic ait cõtraria alia esse sub eodem genere, vt albedo, & nigredo, alia sub diuersis generibus, vt iustitia, & iniustitia; alia esse ipsa genera vt bonum, & malũ, ergo cõtraria poterunt prædicam. differre. Resp. Ammo. per genera ibi sumere Arist. non prædicamenta, vel propria genera, nam hæc bono, & malo nequeunt conuenire, sed metaphoricè pro quibusdã cõditionibus generalibus, quatenus quodlibet contrarium respectu subiecti, vel est conueniens, & habet rõnẽ boni, vel discõueniẽs, & habet rationem mali. Vel dicendum cum Simpl. loqui ad mentẽ Pythagor. ponẽtiũ bonũ, & malũ, vt duo principia vniuersalia rerum.

Tertio, dicitur *maximè distant*; per distãtiã hìc non intelligitur disconuenientia, nã minus conueniunt homo, & albũ, quàm albũ, & nigrum, & tamen homo, & albũ non dicuntur contraria, sed intelligitur repugnantia, & incompossibilitas, vt notat Sc. 1. d. 7. q. vn. L. & est quædam locutio methaphorica, nã sicut in distantia locali datur principiũ, mediũ, & finis, & principiũ, & finis maximè inter se distant, non ita cum medio; sic in formis sub eodem genere repugnantibus dãtur aliquæ quę maximè repugnant in illo ordine, & genere, vt in ordine colorum albedo, & nigredo, in ordine saporum dulcedo, & amaritudo, quæ se habent, vt principium, & finis, dantur quoq; sapores, & colores medij, qui non tam distãt, sicut primi. Quæ maxima distantia est duplex, alia negatiua, vt in illo ordine, & genere non detur alia maior, licèt alia similis, & æqualis detur; quædam verò dicitur maxima positiuè, quia sola reperitur in illo ordine, vt nõ sit alia maior, nec eiusdẽ rõnis, hìc tã positiuè sumitur quã negatiuè; nã in genere qualitatũ tãgibiliũ dãtur quatuor primæ qualitates cõtrarię, calor, & frigus, humidum, & siccum.

Sed pro maiori intelligentia not. ꝙ repugnãtia ẽ duplex alia effectiua, alia formalis, prima est, qua vna res alteri repugnat, quia potest ꝓducere effectũ illi cõtrariũ, vt sol dicitur frigori contrarius, & repugnans effectiuè, quia potens est producere calorem, & calor in igne dicitur effectiuè repugnans frigori in aqua, quia potest producere calorẽ in ipsa aqua; repugnantia formalis est, qua duo inter se ex suis rationibus formalibus repugnant, & sunt incompossibilia, vt calor in aqua, & frigus in eadem repugnãt formaliter, non effectiuè, vt cũ Sco. 4. d. 1. q. 5. F. notauimus disp. 5. Phys. q. 3. ar. 3. eo quia talis repugnantia, & expulsio frigoris à calore ꝓuenit media informatione, & per exhibitionem propriæ entitatis, ideòque in genere causæ formalis; in præsenti nõ sumitur repugnantia pro effectiua, sed ꝓ formali, nã loquimur de contrarijs prout incompossibilia sunt in eodem subiecto, & per consequens vt sunt ipsius informatiua, ipsique tribuunt proprios effectus formales: tum quia albedo, & nigredo sunt contraria, non tamen effectiua.

Hæc autẽ repugnãtia formalis est multiplex, præsertim apud Scotum, nã primò aliqua dicũtur formaliter repugnare, q̃do simpliciter, & omnimodè, repugnant, itaut nullo modo per quãcunq; potentiã simul esse possint, nõ solũ in subiecto, sed nec etiã in eodẽ instãti; & hac repugnãtia repugnãt contradictoria, quorũ rationes formales, quia consistunt in exclusione alterius oppositi, nunquam poterunt esse simul in eodem instanti, & de hac repugnantia formali locutus est Scotus 2. d. 2. q. 9. Q. vbi ex oppositione formali inter esse caloris, & non esse eiusdem reperta colligit incompossibilitatem eorum

rũ in eodẽ instãti. Secundò, formaliter repugnãt, quæ ex suis rationibus formalib. nequeunt in vnũ per se cõuenire, neq; in per se cõpositionẽ alicuius tertij, etiã spectata quacunq; potentia, vt homo, lapis, formæ disparatæ, &c. quæ ita repugnant, vt præscindendo à quacunq; potentia, adhuc intellectus diuinus cognoscit in ipsis hanc incompossibilitatẽ; & hęc repugnãtia minor est prima, nam quæ hoc modo repugnant, possũt in eodẽ tẽpore esse, neque ita se habent immediatè, vt statim ac aliquid ab vno istorũ recedit, sit sub opposito, vt non statim ac aliquid est nõ homo, est lapis, sicut euenit in contradictorijs, in quibus si aliquid ab esse alicuius recedit, statim est sub non esse opposito, vt notat Doct. 4.d.1.q.1.F. & 1.d.2.q.2.Z. & de hac repugnantia loquitur Sco. 1. d. 43.E. dum ait, aliqua entia esse in se ipsis possibilia, sed formaliter incõpossibilia, vt nõ possint esse simul vnũ, vel aliquod tertiũ ex eis; sed hæc incõpossibilitas nõ est in ordine ad idẽ subiectũ, sed in ordine ad constitutionẽ vnius per se. Tertiò, formaliter repugnant, quæ ex suis rationib. formalibus speciali modo opponũtur, vt nõ cũ alijs eodẽ modo pugnẽt, ex quo sequitur incõpossibilitas in ordine ad subiectũ idẽ, quatenus vnũ natũ est aliud expellere ab eodem subiecto, quomodo loquitur Doc. 1.d.7.cit. & cũ in 4.d.49.q.16.B. negat duas dimensiones adinuicẽ formaliter repugnare, quia verè vna quãtitas nõ opponitur alteri, cum sint eiusdẽ speciei. Tãdẽ alia ẽ formalis repugnãtia, qua duo repugnant rõne suorũ effectuũ formaliũ, siuè sint primarij, siuè secundarij, siuè ex seipsis formaliter repugnent, siuè non; quomodo intelligitur Sco. 4.d.1.q.5.F. cũ ait contraria, & dimensiones se inuicem formaliter expellere, qui modi ita sunt subordinati, vt primus inferat alios, secũdus tertium, & quartum, & tertius quartum, nõ è contra; & hęc distinctio est valdè not. multum .n. inseruit ad lib. de gen. cum de compossibilitate contrariorũ in eodem subiecto agitur. Hic formalis repugnantia sumitur tertio modo; nã prima conuenit contradictorijs tantum, secunda repugnantibus disparatis, quia est repugnantia indeterminata, quarta non est ꝓpriè formalis, sed ratione effectuum.

Solet adhuc dubitari, an de ratione cõtrariorũ sit maxima distãtia, an verò minor sufficiat; & si primum asseratur, sola extrema dicentur contraria, non media; Sed faciliter solui potest distinguendo cũ Recent. quod cõtraria alia sunt perfecta, alia imperfecta, illa requirere maximam distantiam, de quibus locutus est Arist. 5. Met. 15. & 10. Met. 14. dum per hanc maximã distantiam definiuit contraria, imperfecta verò non exposcere hanc maximã distantiã, sed minorẽ sufficere, vt cõtraria dicantur, sicut medium, quamuis non distet à principio, vt distat finis, non ob id tamen absolutè negatur distare.

Ex quo liquet solutio alterius dubitationis, nã ex hoc, ꝙ cõtraria maximè distãt, infertur vnũ non nisi vni contrariari posse, non pluribus, quã conditionem assignauit Arist. 10. Met. 14. & seq. Hoc enim est vniuersaliter verũ de cõtrarijs extremis, nã maxima distãtia solum inter duo extrema versatur, at contraria imperfecta nõ necessario requirunt hãc cõditionẽ, albedo .n. licèt soli nigredini perfectè contrarietur, imperfectè tamen rubori, pallori, &c. & si aliquando plura videantur extrema cõtraria, nihilominus ad vnũ genus possent reduci, vt error opponitur scientię, & opinioni, genericè verò cognitioni veræ; ita Auersa q. 22. sect. 1. Alij hanc conditionẽ exponunt de contrarietate adæquata, non de inadæquata, sic liberalitas inadæquatè opponitur auaritię, & prodigalitati, adæquatè vitio illis cõmuni. Alij aliter explicant, ꝙ quando oppositio est secundum eandem rationem, non nisi inter duo cadere potest, at si est secundum diuersã rationẽ, sic plura poterunt eidem opponi, prima expositio fundamentum habet in Arist. ibi, & in Scoto

in comm. nam Arist. ex hoc, quod contrarietas est perfecta, & maxima differētia, infert vni nonnisi vnum contrarium esse, vt ibi explicat Doctor; quamuis iri re parum differant istæ expositiones.

Quarto dicitur *ab eodē subiecto*, &c. his verbis explicatur effectus formalis contrariorū, quæ est expulsio ab eodē subiecto; & notāter additur *cui tamē vicissim*, &c. nā nō ex hoc, φ aliquæ formæ neqūt reperiri simul in eodē subiecto, debemus arguere cōtrarias esse, quia poterit ꝓuenire ex subiecti incapacitate, vt est albedo, & intellectio, quæ nec simul, nec successiuè possunt esse in subiecto eodē; quare requiritur expulsio quidē formalis à subiecto, sed cum hoc φ subiectum illud sit vtriusq; capax. Not. etiā ex Sc. 4. d. 49. q. 13. B. quod ex expulsio non debet intelligi de quibuscunq; cōtrarijs acceptis secūdum numerū, nec de quocunq; subiecto eodē secundū numerū, qa albedo hæc, quæ est in A. & hæc nigredo, quæ est in B. nō possunt nec in hoc, nec in illo se expellere, aliter migrarent de subiecto in subiectū, & tamē contraria dicūtur; quare sufficit, vt istud verificetur de contrarijs secundū speciē acceptis, quatenus aliqua albedo, & aliqua nigredo possunt sibi succedere, nō qdē in omni subiecto, aliter nullū subiectū determinaret sibi vnum cōtrariorū, sed in aliquo subiecto. Quibus addēdū nō sufficere, imò nec requiri ad cōtrarietatē expulsionē numeralē, nā duæ albedines, duæ intellectiones numero distinctæ sunt in eodē subiecto incōpossibiles, non tamē contrariæ dicuntur; proindè reqritur expulsio, & incōpossibilitas specifica, i. duarum formarum specie distinctarū.

Insuper not. quod hæc expulsio potest dupliciter accipi, vel aptitudinaliter, quatenus quodlibet contrariū natum est oppositum expellere à subiecto, vel actualiter, quando. s. actu expellit. Quidā vt Tat, in postp. q. vn. §. *Secundo sciendū*, sustinēt hic intelligi de expulsione actuali; at quoniam, vident cōtraria in gradibus remissis simul reperiri, vt patet de aqua tepida, hinc negāt hanc expulsionē conuenire formis contrarijs in gradibus remissis, sed tantū in gradibus intensis; & consequenter solum in gradibus intensis esse repugnātes affirmāt, non in remissis, nec ex suis rōnibus formalibus. At quia ex ꝓprijs rōnibus formæ repugnāt, & nō ꝓpter gradum intēsionē, albū. n. vt vnū verè nigro vt vno opponitur; potius est dicendū expulsionē aptitudinalē esse effectum cōtrarietatis, actualē verò esse accidēs separabile, vt est de risu, & risibilitate, separatur autē propter aliquod extrinsecum impedimentū, qualis est illūminatio subiecti, quia. n. quodlibet subiectum est capax qualitatis vt octo, propter istā capacitatē possunt reperiri in illo quatuor gradus caloris, v. g. & quatuor frigoris, vel quinq; caloris, & tres frigoris, ita vt octauus numerus nō excedatur; idcirco calor, & frigus in illo nō repugnāt actualiter, habent tamē aptitudinē ad repugnādū, φ eueniret, si noui gradus adderentur, vel capacitas subiecti restringeretur. Non negamus tamen dari quoque formas aliquas indiuisibiles, quæ semper actualiter quærūt expellere se mutuò, vt duæ itellectiones oppositæ; de his fusiùs in lib. de Gen.

Dices, Sco. 1. d. 17. q. 3. VV. ait, incōpossibilitatē in eodē subiecto qualitatibus intensis conuenire, non remissis. Resp. Scotum, vt patet ex dictis, absolutè repugnātiā hanc vocare formalem, præcipuè in 4. d. 49. q. 13. A, quod non esset verum, si solum ratione graduum oppugnarent; quare dicimus ibi loqui de actuali expulsione, vel arguere ad hominem.

Deinde Arist. diuidit cōtraria in immediata, & mediata, prima sunt, quæ carent medio, & quorū alterum necessariò inest subiecto capaci, vt sanū, & ægrū respectu animalis, secunda sunt, quæ habēt mediū, & quorum alterū nō necessariò inest subiecto capaci, vt albū, & nigrum. Duplex verò pōt assignari mediū inter cōtraria, primū p negationē extremorum, vt inter ami-

amicū, & inimicū, q̄ sunt cōtraria, datur medium, ꝙ est nō amicus, inter errorē, & sciētiā datur ignorātia, & infās nō dicitur tēperatus, nec intēperatus, sed nō tēperatus. Secundū per participationē vtriusq; extremi, ꝙ potest euenire, vel per veram mixtionē cū permanētia entitatū vtriusque extremi, vt tepidū dicitur mediū inter calorē, & frigus, & quælibet qualitates cōtrariæ in gradibus remissis; vel per quādā apparētiā, vt notat Scot. 2. d. 15. q. vn. B. vt sunt media specie distincta ab extremis, quæ dicuntur participare de extremis, nō quia realiter ex illis cōponantur, sed quia magis conueniunt cum extremis, quàm extrema inter se, vt colores medij inter albedinē, & nigredinē, virtutes vitijs extremis oppositæ quoad esse reale, & physicum, vt liberalitatis habitus dicitur medius inter auaritiā, & ꝓdigalitatē, nā assimilatur auaritiæ, vt prohibet sūptus superfluos, ꝓdigalitati, vt præcipit necessarios, vide Scot. q. 39. prædicam.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Priuatiua, & contradictoria oppositio explicatur.

DE priuatiuè oppositis plura diximus disp. 4. Phys. q. 1. & 2. ideò hìc pauca dicemus; definiri solent, illa esse, *quorum vnū est priuatio alterius, & alterū est habitus, seu forma, & habent fieri circa idem subiectum tempore à natura determinato*; vnde visus, & surditas non opponuntur priuatiuè, quia vnū non est priuatio alterius, nec habent fieri circa idē subiectum; neq; visus, & negatio eiusdē in lapide, qa & si vnum sit alterius carentia, non tamē respiciunt subiectū cōmune, ꝙ sit vtriusque capax; nec visio, & eius negatio in catello ante nonum diē dicuntur priuatiuè opposita, quia etsi subiectum ex se sit capax, non adest tamen tēpus determinatum à natura, nam ante nonum diem nō debetur visio catello; hinc tres requiruntur conditiones ex Scot. 1. d. 28. q. 2. B. vt sint circa idem subiectum; vt subiectum sit vtriusq; capax, & in tēpore determinato à natura. Ex quibus sequitur cōtradictoria à priuatiuè oppositis differre cōnotato. s. subiecto apto; itē inter priuatiuè opposita dari posse mediū, .s. in subiecto non apto ex Scot. 2. d. 41. D. de quo neutrum affirmari possit, vt lapis nec est cæcus, nec videns.

Addit Aris. aliā cōditionē, & ꝓprietatē, .s. ꝙ quāuis ab habitu ad priuationem fiat ꝓgressio, non datur tamen à priuatione ad habitum regressio, quæ tamen cōditio multas patitur instantias, nā non videns modò fit posteà videns, aer tenebrosus fit denuò lucidus, non calidū potest de nouo acquirere calorē; quapropter ait Doct. 4. d. 43. q. 3. F. nō esse cōditionē vniuersalē, sed particularē. Discrepant autē Doctores in assignatione regulæ, qua dignosci possit, à qua priuatione possit fieri regressus, & à qua non. Scot. cit. ait verificari in ordine naturalis generationis secūdū descensū, quia post priuationē ibi non redit habitus, quia non redit forma immediatè præcedens illum habitum secundū ordinē generationis; hoc est, dantur aliquę generationes, quæ ordinatim multas alias prærequirunt, ita vt genita per illas non ex quolibet, sed ex aliquibus determinatis exposcunt fieri, vt acetum, vt fiat prærequirit humorē à terra prouenientē in vite, qui deindè in succū, posteà in vinum conuertatur, & tādē in acetum; sic nutritio multas præexigit substantiales mutationes alimenti in cibū, in chylum, in sanguinem ꝙ deinde in carnem, per nutritionē conuertitur; quando ergo natura in generatione alicuius ordinatè procedit, quasi ascendendo à forma imperfectiori ad perfectiorem, si forma posterior recedit, non datur ad illam regressio, quia descendendo natura non inducit formam præuiam, v.g. quando caro corrumpitur ex sanguine aggenerata, non potest de nouo forma carnis redire, quia neq; forma sanguinis redit, quæ immediatè præcesserat ad carnē, sed necessariò deberet fieri resolutio vsque ad materiā primam, &

denuò p illas formas preq̃sitas quasi per quosdā gradus ascēdere ad formā carnis. In postpr. verò q.41. alias regulas assignat, .s. q priuatio alia priuat seu tollit solum actū alia actum, & potentiā ad actum, à prima est regressio, non à secūda, vel priuatio alia est habitus, cuius principiū est intrīsecū, vt cæcitas, alia est formæ, cuius principiū est extrinsecum, vt tenebra in aere, à prima non est regressus, sed à secūda, contra quas instant Conimbr. contra primā, nā per potentiā si intelligitur vitalis, est vera, at patitur instantiā de actu, q staret pro qualibet alia forma, nā caluus, & edentulus non amplius acquirunt capillos, vel dentes, & tamen habent potentiā, soloq; actu carent. Cōtra secundā, quia frigus in aqua est à principio interno, & tamē quādo est calida, adhuc redit ad pristinā frigiditatē. Sed potest dici per potentiā intelligi potentiā proximā subiecti, quæ tunc aufertur, quando est cū dispositionibus positiuè contrarijs ad recipiendā formā, nā tunc subiectū non manet proximè aptum erga formā, vt est in oculo noxio humore grauato, nō sic q̃do potentia ista non est impedita, vt aer tenebrosus. Ad 2. regulā verificari, quando principium internū læditur, non quando integrū manet, nā claudens oculos dicitur non videns, sed potens videre.

Opposita contradictoriè, seu negatiuè sunt illa, *quorum vnum cum sit res, aliud est negatio eiusdem*; vel vt alij dicunt, sūt, *quæ secundū affirmationē, & negationem opponuntur*, vt sedere, nō sedere, lapis, non lapis, qua ratione differunt à priuatiuè oppositis, quòd hæc necessariò connotant commune subiectū capax, illa verò à tali subiecto præscindūt ex Sc. 1.d.28. q.2.C. Contradictoria sunt duplicia, alia cōplexa, & sunt propositiones cōtradicentes, vt Petrus currit, Petrus non currit, de q-bus egit Aris. in lib. Periherm. alia incomplexa, & sunt termini contradicentes, vt animal, non animal, de quibus hìc agit Arist. illa, vt contradicant, præcipuè debēt pro eodē instanti sumi, ista verò, vt notat Sc. 2.d.2. q.9. R. absolutè sūpta prō quocūq; tēpore cōtradicūt. Verū vt exactius cōtradictoriorū nā indagemus, tria sunt examinanda; an possit inter ipsa dari mediū; secundo, an hæc oppositio sit omniū maxima; tertio, an ad saluandam contradictionē sufficiat virtualis distinctio.

Quo ad primū, non est sermo, an inter contradictoria detur mediū susceptiuum vnius ex contradictorijs, vel vtriusq; successiuè, hoc.n. ab omnibus admittitur, nā datur subiectum, de quo verum erit affirmare, vel negare alterū ex cōtradictorijs; sed quæritur, an possit dari medium aliq participans de cōtradictorijs extremis, aut per abnegationē vtriusque, itaut neutrum contradictorium conueniat illi.

Dicimus, quāuis inter incōplexa contradictoria sūpta cum aliquo sincathegoremate in ppositionibus possit dari mediū per abnegationē vtriusq; extremi, inter ipsa tamen absolutè sumpta, siue cōplexa, siue incōplexa nequit dari mediū, nec per participationē, nec per abnegationē extremorum. Conclusio docetur à Scot. 4. Met. q.4. & 1.d.2.q.7.KK.& d.4. q.1.E.& d.5.q.1.L. quē sequūtur Scotistę, vt Ant. And. 4. Met. q.6. Zerb. q.16. Fauēt. ibi. disp.15.& fusè psequitur Amic. tr.21. disp.4.q.3.dub.1. estque communis. Primo, quòd inter contradictoria incomplexa sit medium, si sumantur in propositione cū aliquo sincathegoremate, probatur nam contradictoria incomplexa, vt homo, & non homo, verè dicuntur contradictoria ex Sco. 2.d.2.q.9. Z. etenim opponuntur, & nonnisi hac oppositione; tum quia communiter dicitur, quod cōtradictoria non ambo simul, sed alterum de quolibet prædicatur, quod nequit de complexis verificari, quia propositiones non prædicantur, quare incomplexa sūt vera contradictoria, & tamen vt notauimus 1.p. inst. tract. 2.c.7. istæ propositiones sunt ambæ falsæ, *animal per se est album*, *animal per se est non album*, nam si al-

si alterũ illorũ p se cõueniret, nunq̃ oppositũ ei cõpetere posset, sicut q̃a homo ẽ p se rõnalis, nunquã erit non rationalis.

Secundò, ꝙ inter contradictoria absolutè sumpta nõ detur mediũ p participationẽ, probatur ex Arist. 4. Met. c. 4. & seq. nã vel istud mediũ dicetur de cõtradictorijs participare, q̃a sit cõpositũ ex vtroq; vel quia vtrumq; simul recipere põt; non primum, quia nulla res ex oppositis intrĩsecè cõponitur, esse, & nõ esse sunt opposita; tùm q̃a talis res media non posset generari, & corrũpi, quia ex illa, & in illã nõ posset fieri mutatio, hæc .n. est inter ens, & non ens, quorum vnum est terminus à quo, alterum terminus ad quem, qui nunquã sunt simul, ergo si illa forma de ente, & nõ ente participaret, nõ posset generatiua mutatione acquiri, quia non haberet pro termino à quo, nõ ens, sed pro termino ad quẽ, neq; corruptiua mutatione deperdi, q̃a nõ terminaretur ad non ens, ꝙ potius esset terminus à quo, idẽ diceretur si hoc mediũ poneretur, q̃d pſcindẽs, & eminẽter cõtinens vtrumq; cõtradictoriũ.

Neq; dicendum secundum, q̃a sequeretur ambas propositiones contradictorias esse veras, ꝙ implicat, sequela patet, quia si v.g. album, & nõ album simul essẽt in ligno, esset verum dicere lignum est album, & simul lignum est nõ album, ex eo .n. ꝙ res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa; implicãtia probatur; tum quia hoc est primum prĩcipium, à quo oĩa alia principia scientiarũ dependẽt, quo destructo, ruerent oẽs scientiæ; tum q̃a nulla res haberet determinatã essentiam, sed q̃libet esset q̃libet, nam si v.g. homo est animal, & non animal, quia non animal est negatio extra genus, iam homo esset lignum, esset accidens, imò chymera, quia isthæc omnia sunt non animal; tum quia nulla daretur falsitas in reb. hæc .n. datur, quatenus res non ita se habet, vt enunciatur, at si contradictoria essent in eodem, non posset res aliter enunciari, quam sit in seipsa; tandem hoc ipsum colligitur ex ipsis aduersarijs, nã si sustinent hãc propositionẽ esse verã. s. inter cõtradictoria dari mediũ, & hãc esse falsã ĩter cõtradictoria nõ dari mediũ, eo ipso fatentur cõtra seipsos cõtradictoria esse ĩmediata, & mediũ nõ admittere, aliter vtrũq; deberẽt cõcedere.

Tertiò, ꝙ non detur medium p abnegationem extremorum, sicut datur inter priuatiuè opposita, ostẽditur, q̃a tunc ambas cõtradictorias sequeretur esse falsas, ꝙ implicat, sequela prob. nã falsum esset albũ de ligno affirmari, quia illud nõ habet, falsum esset album de ligno negari, quia hoc esset tribuere ligno negationem albi, quã tñ supponitur nõ habere; & si esset verum, iã nõ daretur mediũ p abnegationẽ vtriusq; implicantia ostenditur ijsdẽ rõnibus, ac p̃cedens; tum quia natura cõtradictoriorũ est, vt vnũ sit formaliter alterius destructio, ergo si vnũ remouetur à subiecto, nõ habebit in subiecto proprium esse, sed destructum, ergo in illo reperiretur oppositum, quod formaliter est ipsius destructio.

Dices; istæ propositiones cõtradicunt, oĩs homo est albus, oĩs homo nõ est albus, quia idẽ p̃dicatum affirmatur, & negatur de eodem, sm̃ idem, & respectu eiusdem, & tñ sunt ambæ falsæ. Tum secundo, etiã contraria ĩmmediata medijs carent, ergo carentia ista nõ est propria cõtradictoriorũ. Tum tertio, animal nec est rationale, nec irrationale, numerus nec par, nec impar, ens nec idẽ, nec diuersũ, quæ videntur cõtradictoria. Tum quartò, si inter incõplexa cũ aliquo sincathegoremate datur medium, ergo etiam vt absolutè sumuntur, non .n. est maior ratio hic, quàm ibi. Tum quinto, quæ solum per instans durant incipiunt simul, & desinunt, ergo habent simul esse, & non esse. Tandem est grauissima difficultas de propositionibus de futuro contingenti ante decretum diuinæ voluntatis, nam istæ Petrus cras leget, Petrus cras non leget, non sunt veræ, nec falsæ, quia omnem determinatã veritatem, aut falsitatem à diuino decreto accipiunt,

cipiunt, à quo, vt antecedunt, pſcindunt.

Reſp. ad 1. ꝓpoſitiones illas nõ eſſe cõtradictorias, ſed vniuerſales contrarias, ideò ambas falſas, nã vt ait Doct. in Met. cit. ad hoc vt duæ propoſitiones ſint contradictoriæ, requiritur, vt ſubiectum non ſit aliq̃ cõe, ꝙ in plura inferiora diſtribuatur, q̃a tunc poterit p̃dicatum rõne vnius ſuppoſiti affirmari, rõne alterius negari. Ad 2. illa cõtraria carere medijs in ſubiectis aptis, q̃a ſe habent vt priuatiua, nõ in ineptis, vnde lapis nec eſt ſanus, nec ęger; at cõtradictoria vniuerſaliter carent medio; hinc rectè definiuit illa Ariſt. 1. poſt. 5. p nõ habere medium ſecundũ ſe. Ad 3. differentias illas eſſet quaſi cõtrarias, cum dicant quid poſitiuum, nõ cõtradictorias. Ad 4. ratio diſparitatis eſt, vt colligitur ex Scot. 1. d. 4. quæſt. 1. e. quia adhoc vt propoſitiones ſint cõtradictoriæ, vel de contradictorijs incõplexis, itaut vna ſit vera, altera falſa, oportet, vt quicquid affirmatur in vna, totũ id negetur in altera, modò in his propoſitionib. homo eſt p ſe albus, homo eſt p ſe nõ albus, nõ hoc interuenit, quia in prima affirmatur de homine ly albus cum pſeitatis modo, in ſecunda negatur ſolũ ly albus, & affirmatur denuo pſeitas, rõne cuius eſt propoſitio falſa, nõ autẽ, q̃a incõplexa non ſint nata de quolibet diſiunctim p̃dicari; idcircò quãdo abſolutè ſumuntur, neceſſario vna eſt vera, & altera falſa, q̃a nõ habet illa ꝓpoſitio vera, vnde poſſit falſificari, vt accidit, cũ, adeſt aliq̃ ſincathegorema. Ad 5. illud inſtans dr̃ primũ eſſe rei, & vltimum eſſe, in quo res incipit, & definit intrĩſecè, ac proindè nõ habet ſimul eſſe, & nõ eſſe, vt fuſius diſp. 14. phyſ. q. 2. art. 1. & 4.

Vltima difficultas petit longiorem diſcuſſionem de veritate futurorũ cõtingẽtium in intellectu diuino, quę nõn eſt Logici muneris; at pro nunc quod aliqui dicunt, quod vera contradictio attenditur penes inſtans tẽporis, non naturæ, vel rationis, eſt falſum, vt docet Scot. quol. 4. §. *Contra iſtam rationem*, tum quia in primo modo dicendi p ſe fieri poſſunt cõtradictoriæ, & tñ primus ille modus, vt p̃cedit sm̃ modum dicendi p ſe, dicit inſtans rõnis, vel naturæ, non temporis; Alij verò dicunt de eſſentia cõtradictoriarũ eſſe, ꝙ pro quolibet ſigno ſi vna eſt vera, altera falſa, & è cõtra, & ꝙ repugnet eſſe ſimul veras, vel ſimul falſas pro eodẽ ſigno, hoc aũt cõuenit illis propoſitionib. q̃a neutra eſt vera, vel falſa. Contra, q̃a contradictio cõplexa eſt oppoſitio, cuius ſecundum ſe nõ eſt dare medium, ergo abſolutè loquẽdo ſemp vna eſt vera, altera falſa; & redeũt oĩa argumẽta ſuperius adducta. Dicimus ergo, ꝙ creaturis ante decretum diuinæ voluntatis, quo determinat illas producere, vel nõ producere, nõ conueniunt, niſi p̃dicata eſſentialia, nõ cõtingentia, quare idem eſt cõſiderare creaturas ante decretum diuinæ voluntatis, ac ipſas cõſiderare ſolum quo ad eſſentialia, & hę propoſitiones *ante decretũ diuinæ voluntatis mũdus erit, ante decretum diuinũ mundus non erit*, æquiualent iſtis, *mundo quo ad eſſentialia conſiderato cõueniet exiſtentia, mũdo quo ad eſſentialia conſiderato non conueniet exiſtentia*; ſicut ergo ex iſtis ſecunda eſt vera, prima falſa, ita de illis dicendũ; quare negatur neutras eſſe veras, aut falſas, ad probationem concedimus veritatẽ, aut falſitatẽ propoſitionum de futuro contingenti pendere à decreto diuino, quando illa futura abſolutè enunciantur de ſubiecto, in tm̃ .n. modo *Antichriſtus erit* eſt vera, & oppoſita eſt falſa, q̃a determinauit Deus Antichriſtum producere; at quando futurum enunciatur de re cũ aliquo ſincathegoremate pſeitatis, tunc ꝓpoſitiones illæ non ſunt amplius in materia cõtingẽti, ſed impoſſibili, q̃a contingens enunciatur, vt q̃d eſſentiale, ſicut q̃uis hæc propoſitio *homo eſt albus* ſit contingens, tñ hæc alia *homo per ſe eſt albus* ẽ in materia impoſſibili, cũ implicet cõtingens eſſe neceſſarium, ſic accidit hìc, q̃a præciſio diuini decreti, eſt p̃ciſio quoque rei à quocunq; contingenter cõueniente.

Dices,

Dices, ergo si hæc *mundus per se non erit* ante decretum diuinum est vera, & opposita falsa, nõ posset p diuinũ decretũ reddi vera, qa nequit immutari rerum essentias, & tñ ante mundi constitutionem erat verum dicere *mundus erit*; Tum quia Sco. quol. 14. S. ait propositiones contingentes esse neutras ante diuinum decretum, nec veras, nec falsas. Resp. neg. cons. qa decretum diuinũ nõ facit, ꝙ hæc propositio, *mundus per se erit existens*, sit vera sẽp. n. hæc erit falsa, qa in materia impossibili, solum ergo istã aliã reddit verã *mundus erit*, quæ est cõtingens, nã ante decretum nulla ꝓpositio est cõtingẽs, sed quælibet necessaria, vel impossibilis, & hoc vult asserere Scot. cum ait propositiones contingentes esse neutras, quia tunc non possunt, vt cõtingentes formari, cũ pscindatur à causa oĩs contingentiæ; & solum sub disiunctione cõtradictoria possunt de re enunciari, quomodo erit quædã ꝓpositio hypothetica disiunctiua necessariò vera, nã hæc *mundus aut erit, aut non erit*, æquiualet huic, *mundus habet potentiã ad essendũ, & non essendũ*, quæ est necessaria. Adest quoq. difficultas de ꝓpositionib. ex possibilibus adducta 1. p. Inst. tract. 2. c. 10.

Quoad 2. an hæc oppositio sit omniũ maxima, not. quod non loquimur de cõtradictorijs materialiter, vt .f. dicunt subiecta, de quib. enunciãtur cõtradictoria incõplexa, nã eadem res v. g. põt dici similis, & nõ similis respectu diuersorum, sed formaliter sumptis, pro affirmatione, & negatione, nec loquimur de maioritate pfectionis, in ordine ad pfectione n entitatiuã extremorum, quia sic pfectior erit oppositio cõtraria, vel relatiua, quæ versãtur inter entia positiua, quã cõtradictoria, quorũ vnũ extremum est non ens; sed de maiori, vel minori perfectione in ratione repugnantiæ, hæc .n. est essentialis perfectio, & intrinseca in oppositionibus quia ipsæ essentialiter sunt repugnantia, ergo quæ maiorem dicit repugnantiam, erit perfectior, & maior, & quæ maximã dicit repugnantiam, erit perfectissima, & maxima oppositio.

Dicendũ inter oppositiones oĩum maximã esse contradictoriã; ita Zerb. 4. Met. q. 6. ex Sco. ibid. q. 4. seq. Amic. tra. 19. q. 7. dub. 2. & Conimb. hìc q. vn. ar. 6. ꝓbatur, & explicatur simul, nã illa est maxima oppositio, quæ maiorem dicit repugnantiã, & incõpossibilitatẽ, sed contradictoriç extrema ex suis rõnibus formalibus sunt ita incõpossibilia, vt non solùm nequeãt esse in eodẽ subiecto, sed nec ẽt in eodẽ tempore, vnde vniuersaliter ꝙcunq; medium excludũt, vt notat Sco. 2. d. 2. q. 9. Q. quod alijs oppositis non conuenit, nã priuatiua admittunt medium p abnegationem extremorum, contraria quoq; imò quædã in esse remisso conueniunt in eodẽ subiecto relatiuẽ opposita medium p abnegatioñẽ etiã habent: accedit authoritas Arist. 10. Met. 15. & 4. Met. 26. vbi hoc specialiter probat ex vniuersalitate huius oppositionis, quia de quolibet vnũ cõtradictoriorũ necessariò affirmari, vel negari debet. Succedũt his priuatiuè opposita, qa extrema minus cõueniũt, quã cõtraria, & relatiua, illa. n. se habẽt vt ens, & nõ ens, ista vt duo entia positiua, nec possũt simul esse in eodẽ subiecto. Deindè relatiua, & vltimò cõtraria cõtra Zerb. cit. nã ista naturaliter in esse remisso, & supnaturaliter in esse intẽnso possunt simul esse in eodẽ subiecto; at opposita relatiuè quatenus opposita, .i. quatenus respiciunt eadem extrema, non possunt esse in eodẽ subiecto, neq; .n. idẽ respectu eiusdem dici pater, & filius, dñs, & seruus, quãuis nõ implicet respectu diuersorũ, sed vt sic propriè non repugnãt.

Dices, ex minori oppositione non infertur maior oppositio, sed ex contrarietate infertur contradictio, nã si duo sunt album, & nigrum, sunt album, & non album, non tamen è contra, ergo &c. Tum 2. inter contradictoria datur medium, ergo nõ opponuntur maxima oppositione, Anteced. prob. non album, & albissimum sunt contradictoria, inter quæ mediat album,

bum, nā magis distat à nō albo albissimū, quā album sicut.n. se habet simpliciter ad simpliciter, ità magis ad magis, &c. Tum 3. magis distāt contraria, q̃ cōtradictoria, ergo magis opponūtur, patet cōseq. quia distātia est quædā repugnātia, antec. prob. quia necesse, & impossibile plus distāt, & sunt cōtraria, quā possibile, & impossibile, quæ sunt contradictoria; item quælibet alia opposita includunt cōtradictionem, & aliquid aliud addunt; & tandem quia facilius non album fit album, quā nigrum fiat album, ergo maior distantia erit inter nigrū, & albū, q inter albū, & non album.

Resp. ad 1. neg. ad positionē contrariorum semp inferri cōtradictionē, vt patet de contrarijs in esse remisso; assūptū autē esse verū de oppositione speciali, quæ in aliquib. reperitur, nō de vniuersali, & quę adest in oībus, vt est contradictio, nā radix oīs distinctionis est contradictio; tum quia non infertur p locum intrinsecū, sed à concomitāti; imò ex hoc arguitur maxima pfectio in genere repugnātię, quia ipsa est radix oīs oppositionis. Ad 2. neg. ant. ad prob. dicimus ex Sco. 4. d. 1. q. 1. F. verū esse pfectius ens magis distare à nō ente, q̃ imperfectius, quatenus maiorem entitatē ponit in esse, vnde duo contradictoria magis distant, quam alia, æquè tñ sunt incōpossibilia, tàm.n. repugnant Deus, & non Deus, q album, non album, ideoq; oīa æqualiter excludunt medium, siuè per participationem, siuè per abnegationem.

Ad 3. neg. antec. ad 1. probat. dicimus possibile, vt stat pro contingenti, minus opponi impossibili, nō verò vt ē quid cōe ad necessarium, & contingens, quomodo contradictoriè est oppositū: ad 2. concluderet, si illud additum causaret maiorem pfectionē in tōne repugnantiæ: Ad 3. maior, vel minor oppositio non debet sumi ex maiori, vel minori resistentia ad vincēdū oppositū, vt patet in ipsis cōtrarijs positiuis, nā magis cū frigore cōtrariatur febris ephymera, vtpotè intensior, quā etica, & tñ hæc difficilius expellitur à subiebo, est ergo de p accidēs hęc resistētia, sed p se debet accipi ex maiori, vel minori cōueniētia, repugnātia, & incōpossibilitate.

Quo ad 3. an sufficiat distinctio virtualis, seu rōnis ratiocinatæ ad saluandā contradictionē, siuè vt de eodē p̄dicata contradictoria verificentur, an verò requiratur distinctio actualis ex natura rei, pauca dicemus, quia est res metaphysicalis, & aliqua in disp. 1. q. 5. ar. 2. & disp. 4. q. 1. art. 1. & disp. 5. q. 3. ar. 2. tetigimus, dum distinctionē graduum metaphysicalium explicauimus, est ergo Thomist. opinio sustinens distinctionē rationis cum fundamēto in re sufficere, vt de illa re in esse obiectiuo considerata, atq; adeò vt actu multiplicata p intellectū, quāuis in re extra sit formaliter vna, verificentur duo contradictoria p̄dicata, quia tūc non se habet, vt vnū subiectum, sed vt duo propter diuersos conceptus obiectiuos inadæquatè exprimentes rē illā; quā opinionē sequuntur oēs Recentiores p̄ter Amic. trac. 21. disp. 4. q. 3. dub. 2. qui cum Scoto 1. d. 8. q. 3. & & Scotistis oībus oppositū asserit, requiri .s. distinctionē ex natura rei actualē, quādo prædicata contradictoria sunt realia à parte rei, nām quando sunt rationis, & ab opere intellectus dependent, clarū est hāc distinctionē actualē non requiri; vt patet in terminis abstracto, & cōcreto, qui differunt inter se, & contradictoria verificātur de ipsis, & tñ significatum vnius est omninò idem à parte rei cum significato alterius, eo quia prædicata illa dependenter conueniunt ab opere intellectus.

Probatur igitur hæc nostra sententia; quæ solum ratione ratiocinata differunt, quamuis in esse obiectiuo sint plura, à parte rei tamen sunt vnū omninò actualiter, ergo de ipsis nequeūt verificari contradictoria realia, prob. conseq. idem non potest simul esse, & non esse, nec de eodem secūdum idem possunt duo contradictoria verificari, sed à parte rei illa distincta sunt vnum actuale, ergo &c.

Resp. sufficere, quòd sint plura in esse obie-

obiectiuo, eò quia contradictio non est in rebus ante opus intellectus, si formaliter sumatur, nam consistit in affirmatione, & negatione, quatenus sunt enunciatiuę, quod est opus intellectus; ita cum cæteris Thomistis Pasqual. to. 2. Met. disp. 59.

Contra, etsi contradictoria complexa, seù ꝓpositiones contradicentes sint opus intellectus, attamē incōplexa independēter ab intellectu dātur à parte rei, nā nullo intellectu cogitante negationes, & priuationes reales dātur in rebus, ergo sicut nō pōt de eadē re affirmari forma, & priuatio formæ, quāuis multiplex sit in esse obiectiuo, ita nec de eadem re à parte rei poterit affirmari forma, & negatio eisdē, & si multiplicata sit rōne. Tum qa magis sunt incōpossibilia ex suis rōnibus formalib cōtradictoria incōplexa, quā opposita priuatiua, relatiua, vel cōtraria ex dictis, sed ista nō possunt de eodē in re extra verificari, sed reqrunt subiecta multiplicata, qa independenter sunt in reb. ab intellectu, ergo illa, quādo sunt ꝑdicata reb. conuenientia ꝑter intellectum, non poterunt dici de eodē à parte rei. Tum qa veritas, & falsitas ꝓpositionum nō est conueniētia, vel disconuenientia ipsarum cū re, vt habet esse obiectiuū, sed vt habet esse reale, ergo licèt in esse obiectiuo res illa sit multiplex, si in esse reali est vna, iā de eodē contradictoria verificarētur. Tum qa si fundata requirunt necessariò distincta fundamenta, itaut implicet in eodē fundamēto reperiri, si sunt actu realia, requirunt actu diuersa fundamēta, si sunt actu p rōnem, requirunt fundamenta actu diuersa p rōnem, quia nequit fundatum habere maiorē entitatē suo fundamento, sed aliquando contradictoria sunt actu realia independēter ob opere intellectus, & requirunt fundamēta actu diuersa, ergo ista erunt actu à parte rei diuersa: min. patet, nā conuenire in essentia, & non cōuenire in essentia sunt cōtradictoria, & actu ante opus intellectus sunt in homine respectu equi, plus. n. cōueniūt homo, & equus, quā homo, & lapis, & minus conueniunt homo, & equus, quā Petrus, & Paulus, ergo in homine debēt dari fundamēta actu distincta à parte rei conuenientiæ, & non conuenientiæ, & nō per opus intellectus, aut virtualiter distincta, nam hæc virtualis distinctio non ponit actu fundamenta à parte rei, ergo iam de eodem illa contradictoria verificarentur.

In opposi. arg. distinctio rōnis ratiocinatæ, ꝙ in se erat vnum, facit in esse obiectiuo plura, & diuersa, ergo sufficit, vt de illis contradictoria ꝑdicentur, non contradictorio modo, sed cum veritate; Conseq. prob. quia tunc cessant esse contradictoria, non. n. verificantur de eodem, secundum idem, sed secundum diuersas formalitates obiectiuas, quarum vna nō est alia. Tum 2. ad tollendā repugnantiā inter cōtradictoria non requiritur tāta distinctio in fundamentis, quanta est in ipsis cōtradictorijs, nā distinguere realiter, & nō distinguere realiter sunt prædicata inter se realiter diuersa, & tn̄ in diuinis essentia, & relatio, quę sunt fūdamēta horū ꝑdicatorum, nō differunt realiter, ergo sufficit ad tollendā repugnantiā distinctio conceptuum obiectiuoru m; Conseq. patet, qa si sufficit minor distinctio, non est maior ratio, cur requiratur ex natura rei actualis, vel cōceptuū; maximè qn̄ contradictoria formaliter tm̄ distinguuntur. Tum 3. repugnantia contradictoriorum causatur ex vnitate reali, formali, & conceptibilitatis fundamenti, hæc omnia. n. requiruntur, vt aliqua contradictoriè repugnent, ergo si vnum istorum amouetur, tollitur repugnātia, distinctio autem in esse obiectiuo tollit vnitatem conceptibilitatis.

Resp. ad 1. neg. conseq. cum probat: quando prædicata nata sunt cōuenire independenter ab intellectu. Ad 2. neg. antec. nam vt plurimum quando prædicata sunt physicæ formæ, non possunt cōuenire cum suis negationib. eidē rei physicæ, quamuis sit multiplex formaliter, quia non possunt eidem rei simpliciter conue-

nire

nire, sed requirunt distinctionem realem, vt patet de albo, & non albo, quæ de eodẽ nequeunt dici secundum diuersas formalitates, sed benè secundũ diuersas partes integrales, quę sunt realiter distinctę; quando verò prædicata dicunt diuersas formalitates, & opposita contradictoriè negationes harum formalitatum, sufficit in fundamento distinctio actualis formalitatum, quarum vni cõueniat positiuum, alteri negatiuum, q̃a nõ implicat de eodẽ simpliciter enunciari, vnde res eadem dicitur simul conuenire, & differre, sic sunt prædicata assignata, nã licèt identitas, & distinctio realis sint effectus realiter distincti, non tñ est necesse, ꝙ rõnes identitatis, & diuersitatis sint realiter distinctæ, nõ.n.necessariò tãta est distinctio in principijs, quãta in principiatis, & consequenter esse rõnem differendi, & nõ esse rõnem differendi, quãuis exigant distĩctionẽ formalem inter essentiam, & relationem, non tñ realem. Ad 3. neg. conseq. quando contradictoria nata sunt cõuenire ex natura rei. Posset argui in speciali de transcendentibus, quæ diuersitatẽ conceptuum dicunt, & tñ fundant cõtradictoria, nã ens dicitur cõe Deo, & creaturis, essentia diuina non ita, & tñ virtualiter differunt. Sed de hoc in Met. Pro nũc dicimus prædicata illa non conuenire independenter ab opere intellectus, nisi virtualiter, & fundamentaliter, qua ratione hanc solam inferunt distinctionem.

QVÆSTIO SECVNDA.

De modis Prioris.

PRiora, & posteriora illa dicuntur, quæ taliter sunt inter se ordinata, vt vnũ præcedat alterum aliquo modo; ex quo sequitur, quod cum ordo sit quædam relatio, prioritas, & posterioritas sint relationes in extremis sic ordinatis fundatæ, quę vt plurimum nõ sunt simpliciter reales, quia quando est per se ordo inter aliqua, non semper realiter distinguuntur; ita colligitur ex Scot.4.d.13. q.1.S. & patet; quia prius relatiuè dicitur ad posterius, ergo prioritas, & posterioritas formaliter sunt relationes.

Dices, prius non est simul natura cum posteriore, ergo relatiuè non respicit illud, cum relatiua sint simul natura; Anteced. prob. prius vt prius formaliter est prius posteriore, & posterius formaliter est posterius priore, ergo prius formaliter non est simul natura cum posteriore. Respõnsio patet disp.pced.q.11.cum Scot. lit. T. ꝙ quando prius sumitur in primo modo dicendi p se, simul verò denominatiuè, idẽ respectu eiusdem põt dici simul, & prius, sicut posterius etiam dicetur simul, & posterius respectu prioris.

Arist. hìc, & 5. Met. 16. plures modos prioris, & posterioris enumerat, qui à Doctoribus vsq; ad sexdecim multiplicantur, nos potiores, & qui maximè ad Trinitatis mysteriũ conferunt, explicabimus; ex quibus patebunt etiã modi posterioris.

Primò modo aliquid potest dici prius dignitate, vel physica, quomodo dicit perfectiorem quidditatẽ, vt homo inter animalia dicitur præstantior, & nobilior; vel morali, vt cum propter graduum, & officium quis antecedit, vt Summus Pontifex est cæteris prior in dignitate.

Secundò aliquid dicitur prius ordine; vbi ordo specialiter accipitur hìc, quàm in definitione prioris, & posterioris in cõmuni, ibi.n. vniuersaliter sumitur ꝓ rõne ordinis in se, hìc verò pro quadã habitudine in aliquib. reperta nõ ex natura rei, sed arbitraria, vt est in locatis, vel in reb. numeratis, arbitrariè nãq; hic est primus in loco, vel ab hoc incipit aliqua numeratio; licèt alij aliter explicent hunc modum.

Tertiò, aliquid dr̃ prius sm̃ locum naturalem vniuersi, qui solet diuidi in superiorẽ, & inferiorẽ dextrũ, & sinistrum, sic ignis est prior aere, respectu loci superioris, posterius respectu inferioris.

Quartò, aliquid dicitur prius tempore, & duratione, ꝙ alterum duratione præcedit; & hæc prioritas est præcipua, quia in cõparatione ad istã cæteræ desumuntur; &

tur, & assignantur, explicatur autē in ordine ad aliq determinatum instās sm ꝓpinquitatem maiorē, & minorē; & quia Arist. mundum posuit ab æterno sine prīcipio, idcircò istud nunc determinatum assignauit pſens, itaut in pteritis, quę magis distāt, dicuntur priora, quæ minus distāt, posteriora, è cōtra in futuris, quę minus distāt, sunt priora, quæ remotius, posteriora; at quoniā secundum veritatem mundus habuit determinatum principiū durationis, in ordine ad istud sumetur prioritas, & posterioritas, & illud dicetur prius, q magis est propinquum principio durationis, posterius, quod est remotius.

Quintò, potest addi modus prioris secundum rōnem, quo illud prius altero dicitur, ꝙ licèt re ipsa non sit prius eo, concipitur tn̄ vt prius à nobis, vt in secundis intētionibus liquet, nā in hac propositione, *homo est homo*, homo est à parte subiecti prior seipso à parte prædicati. Adsunt quoq; duo alij modi prioris, .s. naturæ, & originis; sed qa speciales habēt difficultates, seorsim in seqntib. art. examinabimus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Declaratio prioritatis naturæ.

VT perfectam habeamus notitiā prioritatis naturæ, tria videbimus, quid & quotuplex sit: Secundum, an sit realis, vel rationis: Tertium, an per ipsam possit contradictio saluari.

Quò ad primum mirum est, quā discrepēt inter se DD. vt vix duo vniformes inueniātur; nos, quæ magis sunt Arist. Sc. & rationi conformia, adducemus, maximè cum ferè sit quæstio nominalis.

Primò igitur modo prioritas naturæ sumitur pro prioritate incōuertibilitatis, quando .s. non conuertitur subsistendi cōsequentia; ꝙ pōt intelligi vel quò ad existētiā, vt cum arguitur ab est secundo adiacente, ad est sm̄ adiacens, vt fumus est, ergo ignis est, non tn̄ à contra; nō .n. ignis semper est simul cum fumo, vel pōt secūdo intelligi quò ad essentiam, cum .s. aliqd nō pręqrit aliud in sua essētia, licèt istud in sua essentia pexigat illud; prior tn̄ explicatio est cōior, & traditur à Sco. 1. d. 7. q. vn. in fin. & 3. d. 2. q. 2. ad 3. vbi aduertit hanc prioritatem non necessario inferre causalitatē in priori natura respectu posterioris, nā pōt esse, ꝙ causę existentia inferat quidē existentiā effectus, non è contra, vt quando causa est necessario productiua alicuius effectus, qui tn̄ ab alia causa possit produci, vt est ignis, qui necessario producit calorem, calor autem non solùm ab igne, sed à Sole potest produci vnde valet, ignis est, ergo calor est, non è contra calor est, ergo ignis est; qua propter illud dicetur natura prius hac prioritate, cuius existentia infertur per existentiam alterius, non tn̄ è contra, siuè sit causa, siuè effectus. Aliqui tn̄ nolunt hanc esse prioritatē naturæ, eo quia nō dat intelligere causalitatē in priori natura respectu posterioris, vnde Arist. hìc eā distīxit à prioritate naturę, & solum appellauit prioritatē secundum inconuertentiā. Attamen 5. Met. 16. prioritatē naturæ definiuit, quod sit inter ea, quorum vnu m. esse sine alio non è contra; idcircò potest dici prioritas naturæ non rigorosè.

Secundò modo prioritas naturæ sumitur pro prioritate independentiæ, seù naturalis præsuppositionis, quo sensu dicit præsuppositionem vnius ab alio ex natura rei, & hæc prioritas multiplex est; nam vel cadit inter duo quo ad conuenire alicui tertio, & hæc non semper est prioritas causalitatis, sed naturalis præsuppositionis in essendo, quatenus vnum prius dicitur alicui tertio conuenire, quā alterum, quia hoc præsupponit illud, vt loquitur Sco. 2. d. 1. q. 2. A, & 3. d. 3. q. 1. D, quæ adhuc duplex est, sicut duplex est ordo essēdi, qui pōt inter illa reperiri ex Scot. cit. alter est ordo essendi positiuus, qui cadit inter duo positiua verè, & realiter alicui tertio conuenientia, vt est genus, & dfferētia respectu speciei. ambo .n. insunt speciei, sed prius natura genus, quàm differentia, quia differentia præsupponit genus,

nus,cui intelligitur aduenire, alter est ordo priuatiuus, qui cadit inter priuatiuè opposita, quatenus ordine naturæ priuatio dicitur præcedere formam in materia in priori natura, etiam si materia esset simul cum forma producta, non quod verè conueniat, & insit materiæ, sed quia ex se inesset, & conueniret, si agens non impediret producendo formam in materia.

Vel hæc prioritas cadit inter duo, non in ordine ad tertium, sed inter seipsa quo ad proprias entitates, quatenus entitas vnius necessariò pexigit entitatem alterius existenté,non è cõtra; ꝙ tripliciter potest contingere, primò, itaut ꝙ psupponitur, dicatur causa illius, à quo psupponitur, p verum,& realé influxum,quo sensu Sc. 2. d.1.q.2. E, causã ait esse naturaliter priorem effectu, quia in suo esse non pexigit effectum existentem,sicut effectus necessàriò pexigit causã existétem ; imò causa, quantum est ex se,pôt esse sine effectu,cũ ab illo essentialiter non dependeat ; at effectus,cum sit causatus,& à se non possit causari, necessariò dat intelligere causam existétem;& dicitur à Scot.1. d.7. q.vn.in fin.& 3. d. 2. q.2.ad 3. prioritas causalitatis, secundò,cum præsuppositum non est vera, & physica causa, sed vel metaphysica p simplicé emanationé, vt est subiectũ respectu passionis,vel saltim est ratio fundamentalis, & radix, à qua aliqd pullulat sine oĩ prorsus causalitatis vmbra, & dependentia, vt est essentia diuina respectu attributorũ, imò vnũ attributũ respectu alterius,nam immutabilitas sm̃ cõem est ratio æternitatis diuinæ, Deus.n.est æternus, qa immutabilis, vnde se habet velut causa virtualis,vt explicauimus in 2.p. instit.trac. c.2.& hac rõne dr̃ prius natura, qa pôt intelligi nõ intellecto posteriori vt existéte,tertiò tandé,si id,ꝙ psupponitur, nõ se habet vt causa, neque metaphysica, neq;virtualis, sed vt necessariò prærequisitum ad esse posterioris, quã rõne possit intelligi non intellecto posteriori, non è contra; sic intellectus naturaliter dicitur præcedere voluntatem,& intellectio volitioné ex Sco.2.d.25.q.vn.ad 3. pro opin. & duo effectus ordinatè ab eadem causa, prouenientes se habent eodem modo.

Quo ad 2.princ. quidam negãt hæc instãtia absolutè dari à parte rei ; quidã verò negãt dari instãtia naturæ inter prædicata essẽtialia,sed hęc dicũt esse instantia rõnis,licèt cũ fundamento in re,eo ꝙ negant etiam prędicata à parte rei distigui, sed solum rõne ratiocinata, ita Hurtad. disp.8.phys.sect.6. cum alijs Recentiorib. admittunt tñ inter causam, & effectum.

Dicendum est,hęc instantia verè dari à parte rei, ẽt inter essentialia pdicata præscindẽdo ab opere intellectus, quæ sint in vnico instanti tẽporis,ita passim Scot. cit. & in 2.d.1.q.1.H.& Scotistæ oẽs,sed pcipuè hanc concl. explicat, & probat Zerb. 5.Met.q.12.quem seq.Amic.tract.19.q.7. dub.2.non loquimur aũt de prioritate secundum inconuertentiã cõsequentię,hęc .n. potius est prioritas logica; sed de prioritate naturalis psuppositionis ; Probatur auté, quia in eodé instãti temporis verè à parte rei nullo intellectu cõsiderante possunt duo dari cũ naturali psuppositione, siuè cum causalitate,siuè nõ, mõ explicato,ergo in eodẽ instanti temporis possunt dari plura instantia naturę.Antecedẽs patet, quia essentialia à parte rei prius conueniunt,quã accidẽtalia, qa res prius ẽ in se, quã extrinseca recipiat, & inter essentialia,quæ sunt cõiora,prius conueniunt quã specialiora, quia hæc illis adueniunt; Conseq.patet,qa hæc instãtia nil aliud dicunt, quã ordiné psuppositionis vnius ab alio,& qa hic ordo nõ solũ in reb.realiter distinctis, verum ẽt in pdicatis reperitur, quæ formaliter distinguuntur, vt innuimus disp.5.q.3.ar.2. & q præced.ar.2. idcircò hæc instãtia quoq; à parte rei erunt.

Dices, ergo indiuisibile tẽporis, quod est instans,erit diuisibile per instantia naturæ, & sic haberet partes. Tum quia in tantũ vnum dicitur prius natura altero, quia potest concipi absque illo, ergo hæc instan-

instãtia sunt p intellectum, & rõnis. Tum 3. quando causa dicitur prior natura effectu, vel est sermo de causa, & effectu formaliter sumptis, & est falsum, nã vt sic sũt relatiua, & simul natura; vel quoad proprias entitates, & sic qa nõ solũ causa v. g. ignis põt concipi sine calore, sed et calor sine igne; vteq; prius natura dicetur. Tũ 4. causa naturalis nequit esse sine suo effectu, & si virtus illius concipiatur, hæc dicit ordinẽ trãscendentalẽ ad effectum, quare cũ sit naturalis, ad intellectionem causæ concipietur effectus existens, ergo nõ debet dici prior effectu naturaliter, pbat. cõseq. nam hæc prioritas arguitur ex hoc, φ possit concipi sine effectu. Tandẽ si hæc instantia sunt realia, ergo creata, & sic posteriora Deo creante, ergo haberẽt alia instãtia, q b. posteriora dicẽtur, & sic pcessus in infinitũ, neq; Deus posset dici prior natura, qa nullũ ens creatũ recipit ĩ se.

Resp. ad 1. neg. seq. qa non sunt instantia durationis, sed solum naturalis psuppositionis, qua rõne vnum põt concipi, altero nõ intellecto, non ẽ contrà; hinc non rectè Amic. cit. hęc instantia ait esse instãtia *à quo*, non *in quo*; nã vt dicemus ar. seq. prioritas *à quo* dicit originationem vnius ab alio, & à prioritate naturæ distiguitur, & põt esse sine illa, vt patet in causa, & effectu, vt relatiua sunt, quæ dicuntur simul natura, sed causa prior origine effectu, qa est *à quo aliud*, & ẽ contra datur prioritas naturæ sine isto ordine *à quo aliud*, vt est prioritas simplicis psuppositionis absque vlla causalitate; instantia igitur naturę dicuntur instãtia *in quibus*, nõ φ in vno detur prius, in quo nõ sit posterius, vt dicemus, aliter essent instantia durationis *in quibus*, sed quatenus in vno instanti psupponitur aliquid esse, non necessariò psupposito posteriori; φ non est in relatiuis, in quib. est simultas naturæ, qa vnũ nõ præsupponitur alteri, vt sine illo cõcipi possit, vt in q. seq. dicemus. Ad 2. resp. cum Amic. & Hurt. instãtia ista dicere in recto entitatẽ causę independentẽ quoad existentiã à posteriori, in obliquo nostrum cõcipiẽdi modum; hinc nõ ideò causa dicitur prior natura, qa independens cõcipitur, sed qa talis est in se, qua rõne fundamentum, & occasionem pbet nostræ intellectioni. Ad 3. resp. Arriag. disp. 7. phys. sect. 7. causã in suã entitatẽ, nõ secundum relationem, dici priorẽ effectu physico, sine quo esse põt at effectus, licèt inadæquatè conceptus, posset concipi, non intellecta causa, adæquatè tñ necessariò dat intelligere causã, quã psupponit in esse. Ad 4. ex eodem causa naturalis, vt adæquatè cõcipiatur secũdum virtutem, & actum primum, quem habet causandi, nõ requirit effectum existentem, sed potentẽ existere, qa etsi causa naturalis necessariò producat effectũ, hoc non est de ratione causæ, vt sic, vt patet in causa libera, & saltim posset à Deo impediri, at effectus, quia concipitur existens, necessariò etiam præsupponit causam existentem; ideò causa dicetur prior natura. Hæc tamen, & p ręcedens responsio valent de prioritate secundum veram causalitatem, vbi causa potest esse sine effectu propter distinctionem realem, non in alijs, vbi causa est realiter cum effectu identificata. Quapropter dicimus ad prioritatem naturæ sufficere præsuppositionem in entitate, qua ratione non ita necessitatur intellectus ad intellectionem posterioris præsupponentis, sicut necessitatur, intelligendo posterius, intelligere quoq; præsuppositum; vnde & si aliquando prius natura nequeat concipi diuisiuè sine posteriori, potest saltim præcisiuè, itaut quantum est ex se, si aliunde nõ impediretur, s. ab identitate reali, posset esse sine illo. Ad vltim. hæc instantia propriè non dicunt, nisi entitates prioris, & posterioris taliter adinuicem dependentes, & præsupponentes, quæ præsuppositio nõn dicit quid realiter distinctum ab illis; vnde debent explicari per cõnotata.

Quò ad 3. princ. Aliqui Scotistæ, vt Tromb. in Formal. art. 4. in explicationẽ huius prioritatis asserunt in codẽ instanti

téporis, si sunt duo instantia naturę, posse de eodé duo contradictoria verificari, sed non contradictorio modo, ná in primo instanti naturæ conueniet vnũ contradictoriũ, in quo non conueniet alterũ, sed in 2. instanti, vnde volunt per instantia naturæ mensurari rerum existentias, quatenus hoc esse prius natura illo, non est tantum hoc præsupponi ab illo, sed est hoc esse in aliquo priori in quo simpliciter non sit posterius; fauet huic modo dicendi P.Faber 1.disp.25.n.21. dum ait, quòd in omnibus prioritatibus hoc modo loquendi *in illo priori, in quo est vnum, non est aliud* benè vtimur, & per hanc formulam rectè explicantur prioritates.

Dicendũ est, non posse saluari contradictioné per instantia naturæ, quæ explicentur per esse in vno instanti, in quo nõ sit aliud, sed solũ quòd in vno prius intelligatur, in quo non intelligitur posterius, ambo tamen sunt in eodé instáti téporis, si est ordo naturæ positiuus. Ita maior pars Scotist. vt Lich. Tat. super loca Scoti adducta Canon. 1. Phys. q. 4. ar. 2. Rada p.p. contr. 5. estq; communis apud Recétiores; & expresse docetur à Sc. 2. d. 1. q. 2. A. & 3. d. 3. q. 1. ad 3. dũ duplicé illum ordiné naturæ positiuũ, & priuatiuũ assignat, clarè.n.ait priuationé dici priorem forma in materia, non quia verè in priori naturæ insit materiæ, sed quia inesset, nisi per aduentum formæ impediretur, ꝙ non esset verũ, si instantia naturæ mensurarent existentias, nam posset dici verè priuationé inesse materiæ, & in 2. instáti expelli à forma; & ꝓbatur, implicat contradictoria simul esse in eodé, sed quę sũt in eodé instáti téporis; quãuis in diuersis instátibus naturæ, simul sũt, ergo &c. Tũ quia ꝙ est posterius natura, vel coexistit toti instáti téporis, vel parti, si secũdum, ergo indiuisibile haberet partes, si primũ, ergo quia prius natura coexistit eidé instanti, iá prius, & posterius natura simul existent, vt nõ possit dici in aliquo signo prius esse, in quo nõ sit posterius. Neq; dicas instans téporis esse virtualiter diuisibile, qua ratione poterit vnũ coexistere secundũ vnã parté, alterũ secundũ aliam; vt est in anima. Ná hanc virtualé diuisioné respuimus disp. 9. Phys. q. 2. ar. 1. contra Salmanticenses ponétes in continuo puncta tumentia. Tum quia non duo, sed plura instantia naturę assignantur in eodé instáti teporis, quæ si dicerent veram successioné in existentia à parte rei, non videtur quomodo possit saluari indiuisibilitas instantis durationis, posset.n. quis dicere instans temporis esse vnum ex illis instantibus naturæ. Tandem, quia sequeretur in eodem instanti temporis materiam esse sub diuersis formis, eundem hominem simul viuũ, & mortuum, in peccato, & in gratia, imò genus sine specie, & speciem sine indiuiduo, quæ sunt absurda, conseq. prob. quia hæc oĩa saluari poterũt ꝑ plura instantia naturæ, vide disp. 4. Phys. vbi de hac re egimus q. 4.

In oppos. arguit Trób. ex 5. Met. 16. vbi ꝑ separabilitaté à posteriori definit prius, & 7. Met. 3. & 4. ꝓbat substátiã esse prioré accidéte, quia potest esse sine illo, ergo nõ repugnat prius esse in aliquo signo, in quo non sit posterius. Tũ 2. mutatio instantanea non est sine suis terminis, quæ sunt forma, & priuatio, ergo in eodé instáti téporis erunt hi termini in subiecto; ná ꝙ priuatio præcesserit in tépore antecedéti, est de per accidés ad mutationem instantaneá, quia posset Deus creare materiã, & in eodé instáti illá igni applicare, quo casu materia mutaretur, & tamé nõnisi in illo instanti habuisset priuationé; idé etiam sequeretur, si aliqua creatura fuisset ab æterno producta, cuius nõ esse natura ꝓcederet esse. Tũ 3. qa verè ab intellectu vnũ abiq; alio cõcipitur, ergo ne sit falsus intellectus, ita se debent habere à parte rei.

Resp. Aris. loqui de primi ná prioritate causalitatis, ꝙ cũ sit realiter à posteriori distinctũ, rectè explicat illud per separabilitaté, ex qua arguitur independentia, nõ

per

per separationē actualē, aliter esset prius tēpore, nō natura. Ad 2. patet ex dictis disp. 15. Phys. q. 2. vbi ostendimus terminū à quo debere tēpore pcedere formā in materia, aliter nulla esset mutatio; quare de per se ad mutationē requiritur, q materia prius tēpore dicatur priuata, ac proinde disp. 14. q. 1. ar. 1. negauimus cum Scot. 2. d. 1. q. 3. in creatione ab æterno esse aliquā mutationē, & si non esse dicitur natura præcedere, hoc est in instanti naturæ priuatiuo, non positiuo. Ad 3. illa conceptio non est diuisiua, sed præcisiua, quatenus vnū intelligitur, non quidē sine alio, sed alio non intellecto, ad quā, vt sit vera, nō requiritur actualis separatio à parte rei.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quid sit prioritas originis.

HVnc prioritatis modum non assignauit Arist. quoniam in creatis non reperitur absq; causalitate, quod .n. est alterō prius origine, est etiā illius causa, vt videbimus, vnde ad prioritatē causalitatis in sententia ipsius habet reduci; at secundum veritatē, quia datur productio, absq; imperfectione, & depēdentia, sicut ratio producentis, quę nullam includit causalitatē, idcirco Theologi præter ordinē naturæ alium posuerunt originis appellatum, qui in hoc formaliter consistit, quod plura dentur inter se ordinata, eo quia vnum est ab alio tanquam à principio producente, vnde dici solet ordo *à quo aliud;* & quia Filius in diuinis est à Patre, ideò originatus dicitur à Patre; & hic est ordo perfectus, & per se originis; dantur .n. alij ordines originis, qui non simpliciter, sed secundū quid originis dicuntur, quia nō sunt inter originās, & originatū, sed inter originationes ipsas, sed de his in Theologia; sufficit modo ordinem originis simpliciter explicare.

Dubium est, an quæ sic ordinata intelliguntur possint dici priora, & posteriora. Thomistæ negant cum D. Th. 1. p. q. 42. art. 3. eò quod putant prioritatem, & posterioritatem inuoluere semper imæ. qualitatē, imperfectionē, & causalitatē quæ oīa sunt à Deo remouenda, & tamen ponitur originis ordo. Scotus affirmat pcipuè 1. d. 5. q. 2. O, d. 12. q. 2. & d. 28. q. 3. F. & 2. d. 1. q. 1. H, & alijs in locis, quem ferè oēs recentiores sequuntur Canar. 1. p. q. 42. ar. 3. Zumel ib. Suar. dis. 12. Met. sec. 1. n. 8. & 9. Vasq. 1. p. disp. 168. Hurt. disp. 8. Phys. sec. 6. Arriag. dis. 7. Phys. sec. 7. Amict. 19. q. 3. dub. 7. & alij, & quāuis sit quæstio de nomine, nā esse prius origine alio solum intelligimus ab illo aliud originari, & produci, & esse posterius concipimus esse ab alio productū, non à se, modo verè Filius in diuinis est à Patre, & Pater pducit Filiū secundū omnes, & solū est discrepantia, q non possit dici Pater prior, Filius posterior, quare in re conueniunt omnes, & differūt in modo loquendi; pbatur tamen, q hic ordo originis, siuè sit cū causalitate mixtus, siuè seiunctus, inferat prius, & posterius; nā vt arguit May. 1. d. 12. q. 2. ar. 1. & 2. vbi ponitur aliquis ordo, ibi ponitur prius, & posterius, quia ordo est inter ea, quæ non sunt simul, qua ratione ordinata secundū ordinē naturæ non dicuntur simul natura, nec ordinata ordine originis sunt simul origine, at vbi non est simulatas, ibi est prius, & posterius, ergo ordo quicunq; etiā in diuinis, infert prius, & posterius in tali ordine. Tū quia principiū, & si nō dicat habitudinē causę, sēper est prius termino ea ratione, qua est principiū, vnde priuatio, etsi nō dicatur causa generationis, est prior generatione, ergo principiū originans, et vt à causalitate præscindit, erit prius originato. Et tandē quia hic loquēdi modus à Sāctis Patribus cōpbatur, nā præcipuè Basil. p. cont. Eunomiū loquēs de diuinis personis ait, *Nā in his priorē esse causā dicimus posteriores, verè, q ab ipsa ē; quonā igitur pacto rōnē hab. r, ordinē in his negare, in quib. est prius, & posterius non positione nostra, sed naturali quadam consecutione?*

Datur igitur prioritas originis, q formaliter dicitur *à quo*, præscindens à prio-

 ritate

ritate naturæ, & *in quo*, nō ꝙ nequeat cū illa reperiri, vt videtur docere Hurt. nā vt optimè arguit Arriag. ex hoc, ꝙ aliquid ab alio ꝑscindit, nō ob id dicitur illi incōpossibile; sic ēt videmus, ꝙ productio in sua rōne formali ꝑscindit à causatione, & vt sic reperitur in diuinis, & tñ adest etiā in creatis cum causatione; quapropter causa efficiens non solùm dicetur prior prioritate naturæ, & *in quo*, sed etiā prioritate originis, & *à quo*, vnde generatio viuentis definiri solet, ꝙ sit origo viuentis à viuēte, & effectus dicitur originatus, & posterior, tā natura, quā origine sua causa: in diuinis verò principiū productiuum, sicut non dicitur causa, neq; erit prius prioritate naturæ, cum Pater, & Filius sint simul natura, sed tm̄ prioritate originis, & *à quo*, solum. n. prioritatem temporis, vel naturę excludere debemus à diuinis personis.

Hinc patet, non esse omninò vanā distinctionem illam à pluribus Scotistis receptā de signis originis *in quibus*, & *à quibus*, vt ait P. Faber 1. disp. 25. n. 21. vbi contendit prioritatē originis esse prioritatem *in quo*, licèt nō in ordine ad durationem, & nō benè explicari ꝑ *à quo*, quia Doctor ponit signa originis inter intellectum, & voluntatem, & generationem, ac spirationem, quorum vnū nō est ab alio. Sed sanè fallitur, qa Sco. formalitatē huius prioritatis ꝑpetuò explicauit per *à quo*, & forte nunquā ꝑ *in quo*, vnde 1. d. 12. q. 2. ait patrē prius origine filio spirare, & filium posterius, quia pater à se, filius ab alio spirat, & 2. d. 1. q. 1. ait patrem prius origine filio intelligere lapidem, qa pater à se, filius ab alio intelligit, & quol. 8. O, ait prius origine causare est causare à se, posterius est causare ab alio; exꝑssius 1. d. 10. q. vn. in fin. ait, *distinguendo inter instantia originis nō distinguitur inter durationem, & durationem, sed tantùm à quo quis sit*, & quolib. 4. §. *De primo*, ait, *ordo autem originis nō requirit, nisi quòd hoc sit ab hoc*, sic etiam alibi frequenter. Verum tñ est, vt obseruat Rada 1. p. cōtr. 5. Docto. aliquādo ꝑ signa originis intelligere signa naturę, & in hoc sensu inquit intellectum origine ꝓcedere voluntatem. Benè ergo distinguebant illi Scotistę de signis originis *à quibus*, & *in quibus*, nā in diuinis dicuntur *à quibus*, in creatis verò, vbi originatio est cū causatione cōnexa, dici possūt, *in quibus*, nō ratione propriæ formalitatis, sed prioritatis naturæ adiunctę, quę est prioritas *in quo*.

Dices, si filius in diuinis esset origine posterior, non erit in primo signo originis, sed in secundo, ergo nō ab æterno. Tū quia non pōt assignari quid formaliter dicāt hęc prioritas, & posterioritas originis, an. s. quid distinctū ab ipsis originibus, an aliquid idē. Resp. ad 1. cum filius dicitur esse in secundo signo originis, non in primo, nō est sensus, ꝙ nō habeat existentiā ut in primo, sed solum, ꝙ non habet esse à se, hoc. n. significat esse in primo signo; sicut cū dicimus hō in primo signo naturæ nō est risibilis, sed in secundo instāti, non est sensus, ꝙ tunc verè non habeat risibilitatem, sed ꝙ non habeat illā intra essentiā, hoc. n. denotat ly in primo instāti naturæ; attamē vt oīs æquiuocatio tollatur, rectius erit instātia naturæ, explicare per verbum intelligi cū ꝑcisione, & instantia originis ꝑ esse à se, vel ab alio. Ad 2. Zerb. ait, hoc prius, & posterius dicere entitates extremorū, quæ ex seipsis habent hūc ordinē, quatenus originatio passiua formaliter est respectus denominās originatū, *quod ab alio*, ꝙ est esse posterius origine, originatio actiua est respectus denominans producens *à quo aliud*, ꝙ est esse prius origine; hinc Scot. 1. d. 28. q. 3. R. paternitatem ait formaliter esse prioritatem originis; at Mayr. vult ordinem esse quid distinctum saltim tanquam passionem ab ipsis originationibus; primum videtur probabilius; quamuis ab Amic. secundū magis approbetur; sed de hoc alibi.

Tādē pro cōplemento huius qō. aduertere debemus ex Scot. 2. d. 1. q. 1. H. quol. 4. art. 2. ꝙ ex his modis prioris solū prius tempore respicit durationē, alia præscindunt.

detur probabilius, quamuis ab Amic. secūdū magis approbetur; sed de hoc alibi.

Tandem pro complemento huius qō. aduertere debemus ex Scot. 2.d.1.q.1.H. quol.4.ar.2. q̄ ex his modis prioris solum prius tempore respicit durationem, alia præscindunt, & præcipuè prius natura, & origine, de quibus frequentior est in sciētijs sermo, quia in eodem instanti temporis possunt aliqua esse priora, & posteriora natura, quia causa, vt causa, nō nécessariò debet tempore pręcedere effectum, sed sufficit, vt in eodem instanti temporis sit, quomodo dicitur adhuc prior natura effectu possunt quoque dari plura instantia originis, quare hi tres ordines sunt subordinati, vt cum simultate temporis stet prioritas naturæ, non è contra, cum simultate naturæ stet prioritas originis, non tamen necesse est è conuerso cum prioritate originis stare prioritatem naturæ, vt diximus.

QVAESTIO TERTIA.
De modis simul.

EXplicat Aris. post modos prioris, tres modos simultatis, quibus aliqua simul esse dicuntur, non quòd tres dumtaxat sint modi simul, quia cum opponatur priori, & quot modis dicitur vnum oppositorum, tot dicatur, & reliquum, tot erunt modi simul, quot modi prioris; sed quia alij, vt notat Doctor q.43. prædicam. ex modis prioris sufficienter haberi possunt; vel quia sufficiebat Aris. ponere modos illos, qui sunt ad propositum, & prædicamentis inseruiunt.

Primo modo aliqua dicuntur simul tempore, quæ scilicet fiunt in eodem tempore, & dicuntur simul inceptione; si verò aliqua sint in eodem tempore existentia, quamuis vnum prius altero inceperit, possunt dici simul tempore in duratione, & conseruatione.

Secundo modo quædam dicuntur simul natura, ad quæ duas cōditiones exigit Arist. prima est, quòd dicantur ad cōuertentiam, secunda quòd vnum non sit causa alterius, vt se habent relatiua mutua, quæ vt sic formaliter accepta sunt simul natura, quas cōditiones tetigit Doctor 1. d.28. q.3.F. dum explicans simultatem naturæ relatiuorum, ait consistere in hoc, quòd vnum non possit esse sine alio absque contradictione, & ab intrinseco; dum dixit vnum non posse esse sine alio, innuit primam conditionem, quæ non sufficit, nam etiam subiectum, & passio ita se habent, & tamen subiectum est natura prius passione; dū addidit absq; contradictione, & ab intrinseco, denotauit secundā cōditionē, q̄ vnū nō sit alterius causa, quia causa ab intrinseco est prior causato, nec est de ratione causæ, quòd sit necessariò coniuncta cū effectu.

Dices, datur duplex prioritas naturæ, vna secundum inconuertentiam consequentiæ, altera secundum causalitatem ex dictis q.præced. ar.1. cum ergo simultas sit prioritati opposita, quæ secundum conuertentiam dicuntur, habent simultatem oppositam primæ prioritati, ergo simul natura dicentur, quāquam vnum sit causa alterius. Resp. quòd sicut prima prioritas non dicitur rigorosè prioritas naturæ, sed largè, ita simultas illi opposita erit largè simultas naturæ; Arist. autem assignauit conditiones propriæ simultatis naturæ.

Tertio modo quædam dicuntur simul diuisione, vt sunt duæ differētiæ ex ęquo diuidentes idem genus in species per eas constitutas; tunc autem duæ differentiæ ex æquo diuidunt genus, cum æquè proximè diuidunt, non media alia differentia, vel specie, vt rationale, & irrationale immediatè, & ex æquo diuidunt animal, non verò rationale, & aquatile, nam aquatile diuidit animal, vt contrahitur per irrationale. Hęc simultas dicitur quoq; simultas naturæ, hoc est, vt aliq. explicāt, simultas in natura cōi, quia simultas specierum vniuersaliter debet attendi in natura communi generis, in qua conue-

niunt, non in proprijs differentijs specificis, nam aliquæ species sunt, quæ secundum proprias rationes formales præsupponuntur alijs, vt in quantitate linea præsupponitur superficiei, & superficies corpori, in qualitate actus præsupponitur habitui, ac proinde non sunt simul natura. Sed melius dicetur, sub hoc modo Arist. non omnem speciem comprehendere, imò excludere species illas, quæ alijs præsupponuntur in suis rationibus proprijs; nam si species considerasset solum, vt in natura generis conueniunt, vt sic nō possunt dici plura simul, sed vnum; illę igitur differentiæ dicuntur simul diuisione, & natura, quæ immediatè diuidunt genus, & non vna alteri præsupponitur, vt ipse Arist. explicat in textu. Qua ratione optimè Doctor q. 43. cit. docuit hunc modū esse oppositum etiam prioritati naturæ, vt hæc dicit ordinem quendam naturalis præsuppositionis; quamuis Toletus ipsum opponat prioritati ordinis.

DISPVTATIO DECIMA.

De Enunciatione.

Post explicationem Prædicamentorum, vbi de principijs remotis syllogismi, s. de terminis, subiungit Arist. libros de interpretatione, in quibus de principijs propinquis, quales sunt enunciationes, sermonem instituit, vt possit deinde ordinatim ad structuram totius syllogismi declarandam progredi in lib. Prior. inscripsit autem hos libros de Interpretatione, *Græcè verò* Periermenias, *non quidem prout interpretatio dicit vocem articulatam prolatam cum intentione aliquid significandi, vt notat Doctor hic q. 1. nam sic etiam incomplexis conuenit, transcenditq; limites horum librorum; sed prout dicit vocē articulatam significantem aliquid esse, vel non esse, seu significantem verum, aut falsum, quomodo cum enunciatione vocali coincidit; non quòd ipsa vocalis enunciatio hic per se consideretur, quia ex dictis q. proem. Logica non est per se de vocibus, sed solum vt expressiuæ sunt mentaliū conceptuum, qua ratione de vocibus, & signis multa docuit Arist. Neque est necesse, vt semper librorum inscriptio à fine, & subiecto desumatur, vt q. cit. diximus. Ex quibus deducitur subiectum in his libris esse enunciationem mentalem, vt per vocalem exprimi potest, communem cathegorica, & hypothetica, ita Doctor cit. Ant. Andr. ibid. Tat. q. 1. §.* Dubitatur primò, *Io. de Magistris ibid. Rubius in proœm. horum lib. Blanc. ibid. & alij, quod patet, nam hic agitur de principijs syllogismi propinquis, ista sunt enuntiationes cathegorica, & hypothetica, sicut duplex est syllogismus cathegoricus, & hypotheticus, de quibus egit Arist. in lib. Prior. & quamuis de hypothetico prolixam tractationem non instituerit, vt fecit de cathegorico, non ob id sequitur de illo per se non egisse, quia syllogismus communis vtriq; est instrumentum tertiæ operationis intellectus directiuus, vnde datur quoque demonstratio hypothetica, quæ ducit ad impossibile, de qua locutus est 1. Post. pauca tamen de hypothetico syllogismo explicauit, quia reducibilis est ad cathegoricum, qui magis ostensiuè, & perfectè cōcludit, qua ratione etiam in his libris non multum de hypothetica propositione differuit; Tum quia hic determinata propter ipsam absolutè sumptam determinantur, nam agitur de nomine, & verbo, vt de partibus integralibus eius, de oratione, vt de ipsius genere, eius definitio proponitur, species assignantur, & declarantur, & tandem proprietates ipsius explicantur, vt oppositio, æquipollentia, conuersio: Et quoniam de his omnibus fusè egimus in 1. p. inst. tract. 2. vbi multas dubitationes dissoluimus, hic nonnulla solum de enunciatione dicemus, data opera ibi prætermissa, vtpotè altioris indaginis.*

QVÆ-

QVÆSTIO PRIMA.

An enunciatio sit ens reale, vel rationis.

SVpponimus distinctionem illã enunciationis in mẽtalẽ, vocalẽ, & scriptam, quarum duæ posteriores non sumuntur hìc materialiter, vt dicunt voces illas articulatas, & characteres efformatos, quo sensu nulli dubium est esse entia realia, sed accipiuntur formaliter, vt scilicet dicunt significationẽ ex libero hominum beneplacito illis conuenientem.

Prima sent. asserit enũciationes oẽs esse entia realia, tã mẽtalẽ, quã scriptã, & vocalẽ, ita Blanc. disp. 1. de enunc. sect. 1. Secunda, affirmat de mẽtali, negat de alijs, ita Mas. hìc disp. de ora. q. 2. Addit Riu. q. 2. ꝙ licèt mẽtalis quo ad actũ intellectus sit ens reale, tamen si spectetur, vt substat ordinationi in rõne subiecti, & ꝑdicati, in qua rõ enũciationis consistit, est ens rõnis; ab ista opin. parũ distat Amic. trac. 21. disp. 2. q. 2. dub. 2. estq; communis.

Facilis tamen est solutio huius q. Nam enunciatio vocalis, & scripta formaliter acceptæ non sunt entia realia, sed entia rationis materialia, quia vt sic solũ dicũt relationẽ signi, nõ naturaliter significantis, sed ad placitũ, q̃ relatio ẽ mera denominatio extrinseca ab humana voluntate ꝓueniens ex dictis disp. 2. q. 2. denominatio verò extrinseca, quãuis realis dicatur, non rectè tñ dicitur ens reale, vt vult Blanc. cit. sed ens rõnis materiale, & fundamẽtale ex dictis disp. 3. q. 2. art. 1. Deinde oratio mẽtalis est duplex, alia formalis, alia obiectiua; formalis est actus ipsius intellectus, quo vnũ de altero affirmat, vel negat, & cõsequẽter est ens reale, nã actus realiter ab intellectu ꝓducitur, naturaliter repræsentans obiectũ, & fundãs relationẽ veritatis, aut falsitatis ex dicẽdis q. seq. Oratio obiectiua adhuc dupliciter sumi potest, vel in esse exercito, & sic dicit obiecta cognita ab intellectu, & ad inuicẽ vnita per affirmationẽ, aut ab inuicẽ disiuncta per negationẽ, & quoniã hæc obiecta possũt esse, vel realia, vel rõnis, vnde ꝓpositiones, tã fiunt in entibus realibus, quã rationis, idcirco oratio mẽtalis obiectiua erit, vel ens reale, vel rõnis inesse exercito cognitũ ab intellectu, quę passiua cognitio erit quædam extrinseca denominatio ab actu intellectus prouenięs. Vel oratio mentalis obiectiua sumitur in esse signato, quo sensu erit secunda intẽtio enũciationis, cuius definitionem explicuimus 1. p. inst. tr. 2. c. 3. Ratio ẽ, q̃a vt sic dicit ordinationẽ terminorũ ad inuicẽ in rõne subiecti, copulæ, & ꝑdicati, q̃ est comparare obiecta in aliquo attributo rõnis exprimẽte rẽ extra suum ordinem.

Rationes in contrariũ sunt illæmet, q̃b. ꝓb. significationẽ vocũ, & denominationes extrĩsecas vniuersaliter eẽ ẽtia realia, vel ẽtia rõnis formalia, q̃ lo. ci. sũt solutę.

Ceterum solet hìc à DD. disputari, an enũciatio mẽtalis formalis sit vna sĩplex qualitas, an verò ex plurib. actibus cõposita; itẽ an intellectus eodẽ oĩno actu apprehendat propositiones, & assentiatur, an verò diuersus sit actus iudicatiuus ab apprehẽsiuo propositionis, & alia huiusmodi, quæ spectant ad exactã cognitionẽ secundæ operationis intellectus; attamẽ est res potius animastica, ideoq; ad lib. de ani. reducemus; solum hìc de veritate, & falsitate cognitionis agemus, nã licèt ad animasticos etiã ptineãt, maximã tñ habent affinitatẽ cũ rebus Logicalibus, nam Logica dr̃ sciẽtia discretiua veri à falso, et enũciatio definitur, quod sit oratio verũ, vel falsũ significans; præstat igitur naturam veritatis, & falsitatis hìc inuestigare.

QVÆSTIO SECVNDA.

De veritate, & falsitate.

VEritas est triplex, prima dicitur veritas in essendo, & transcendentalis, quia est passio entis, & omnibus rebus conuenit, etiam cognitioni falsæ, nam & ipsa est ens reale, de qua veritate agit Metaphysicus: secunda, dicitur in significan-

do,& cōuenit ꝓpriè vocibus,& signis,de qua satis diximus disp.2. & in inst. præcipuè 1.p.tract.2.c.3.vbi declarauimus quo pacto propositio vocalis dici possit vera, aut falsa:tertia, dicitur in repræsentando, seu in cognoscendo, & cōuenit cōceptui intellectus,quando verè exprimit,& repsẽtat rẽ,sicuti est,& de ista loquimur hìc: & præcipuè de veritate, quæ in secunda intellectus operatione reperitur; & licèt sit dubiũ, an veritas reperiatur in prima operatione, imò in actibus sensitiuis, an verò solũ in actu iudicatiuo intellectus; negari tamen nequit,quin speciali modo huic actui cōueniat(quãuis in cęteris etiã admittatur, de quo in lib. de an.) nã iudiciũ est, cui tanquã principaliori analogato tribuitur veritas, aut falsitas, sicut in vocibus principalius dicitur veritas conuenire propositioni vocali,quàm voci incōplexæ, qua ratione Arist.1.de interp.c. 3. & 9. Met. c.vlt. 3. de an. c.6. videtur veritatẽ, & falsitatẽ tãtũ secũdæ opationi tribuere,& hæc veritas dicit cōformitatẽ cōceptus repsẽtãtis ad obiectũ in se, vt dicem' ar.3.sicut falsitas negationẽ talis cōformitatis,& difformitatẽ ad obiectũ.

ARTICVLVS PRIMVS.

An veritas sit in conceptu formali, vel obiectiuo.

IN qualibet intellectione tria precipuè, vt ad præsens spectat, interueniunt, adest intellectio ipsa,quæ dicitur conceptus formalis; est obiectum cognitum, vt cognitum,& terminans intellectionem, & dicitur conceptus obiectiuus; & adest obiectum in se consideratum; veritas nequit consistere in conformitate conceptus formalis ad obiectiuum, vt communiter conceditur,quia ab eo,quod res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa ex c. de subst. tum quia nulla cognitio esset falsa,nam quælibet ita repræsentat rẽ, sicut res præsentatur in cōceptu obiectiuo,& per consequens quęlibet talem habet conformitatem; tum quia esset conformitas eiusdẽ ad seipsum, nã esse obiectiuũ realiter ẽ ipsemet cognitionis actus cōstituens rẽ in esse obiectiuo. Cũ igitur cōformitas ista sumi debeat in ordine ad rẽ in se, quæ sit terminus istius cōformitatis, vt art.3. dicemus, q̃rimus de subiecto,ã sit cōcept' formalis, vel obiectiuus.

Duran.1.d.19.q.5.Heruæus quol.3.q.1. ar.2.& 3. Vasq. p.p.disp.76. Blanc.disp.1. de enunc.sect.4. & ex nostris Vulpes p.p. to.2.disp.32.ar.4.Bonet.5.Met.c.2. sustinent veritatẽ fundari in conceptu obiectiuo ad rem in se.Ex altera parte Suarez disp.8. Met.sect.1. citans Caiet.p.p.q.16. ar.2.Ferra.1.cont.gent.c.59.& 60.& alios asserit conuenire conceptui formali,quæ opinio est etiã Mol.p.p. q.16.disp.1.Fōs.4. Met. c.2.q.6. sect.7.& 8. Conimbr.1.de interp.c.1. q.5. ar.1. Moris.disp.10.log.q. 8.Amic.tr.21.disp.4.q.2.dub.1.Hurt.disp. 9.de an.sect.1.& vt verã supponit Arriaga disp.14.log.per tot. sect.1. ex nostratibus illã amplectuntur P. Faber de pœnit. disp.9.n.33. Cauellus de an.disp.3.sect.7. Tat.1.perierm.q.1.dub.2. Ant.And. ibid. q.3.& 6. Met.q.6. Smisinch.tr.3. de Deo vno disp.1.n.29.& ipse Vulp. ar.10. eam videtur docere. Addit Auersa secundariò saltim,& minus principaliter conuenire etiam conceptui obiectiuo, ita q. 3. log. sect.4. idẽ ferè asserit Meurisse lib.2. Met.c.3.q.2.concl.3. imò nullũ ponit discrimẽ inter has opiniones, nisi in modo loquendi, quod Faber cit. etiam docet.

Dicimus veritatem propriè,& formaliter,ac denominatione intrinseca esse in conceptu formali, in obiectiuo verò solum dependenter à formali,& extrinseca denominatione. Prima pars est expressè Scoti 6. Met.q.3. in fine, & in 1.d.3.q.3. C. vbi habet hæc verba: *Quod potentia cognoscens assimilatur cognito, verum est per actum suum cognoscendi, qui est quadam obiecti similitudo*, quod explicat exemplo æris, nam æs assimilatur Cęsari per figuram inductam, in qua consistit ratio imaginis; & q. 7. §. *Ad quæstionem respondeo*, probat obiectum actiuè concur-

currere ad intellectionē, quia est ipsius similitudino, ꝙ ēt asserit q.8. ad 2. & quol. 13. O. docet actum dicere ad obiectum relationē mensurabilis ad mensurā, & dependere *tali dependentia, qualis est eius, quod est similitudo per imitationem, vel participationē ad illud, cuius est similitudo*, sed veritas, de qua loquimur, est similitudo, seù conformitas ad obiectū, ergo subiectum veritatis de mente Doct. est formalis conceptus; & quol. 18. S. ait, ꝙ eadē veritas formaliter est ipsius intellectionis, à qua deriuatur in obiectum, vt est in intellectu: ex ista doctrina elicitur probatio concl. nam conceptus formalis est species, & imago expressa obiecti, sicut species impressa dicitur imago virtualis obiecti, dependet ab obiecto in rōne mensuræ ipsum repræsentat, ergo fundat formaliter conformitatem ad obiectum, & veritatem. Tum quia sicut se habet oratio vocalis ad res per illā significatas, ita cōceptus formalis ad obiectum, nam sicut oratio est signum ad placitum significās res ex dictis disp. 2. q. 1. ita conceptus est signum naturaliter repræsentans, sed veritas orationis non consistit in conformitate rei vt significatæ per orationem ad seipsam, vt in se, sed in conformitate ipsius orationis ad rem in se, ergo idē de veritate conceptus formalis dicendum; min. malè negatur à Vulpes, nam prçterquam quod asseritur ab Arist. in prædicam. c. de subst. Ex eo, quòd res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa, probat adhuc, quia de ratione signi est in se fundare relationem signi ad signatū, vt ipsemet cōcedit ar. 1. n. 7. cū Sc. 4. d. 1. q. 2. D, sed oratio vocalis est signū rei, & si est vera, dr̄ signum verum, & conforme, ergo &c. Tū quia cognitio denominatur vera, non res cognita, ergo veritas ē in cognitione.

Nec valet. ꝙ ait Blanc. veritatē esse in obiecto cognito, vt in subiecto inhæsionis, in cognitione, vt in subiecto denominationis, sicut visio est in oculo, & denominat parietē visum. Nō valet, qa potius res è cōtra se habet, ꝙ .s. res cognita dicatur cōformis à cōformitate cognitionis, nā vt notat Auersa, sicut hæc causalis est vera, ideò res cognita repsentatur, qa cognitio ipsā repsentat, & esse repsentatum in re depēdet à repsentatione actiua cognitionis, ita ista alia est vera, ideò res cognita repsentatur cōformiter, & verè, qa cognitio illā verè, & cōformiter repræsētat, ergo potius denominatio veritatis in cognitione erit intrinseca à veritate in ipsa existente, quàm extrinseca à veritate existente in re cognita. Confirm. à pari, quia actus voluntatis non dicitur bonus formaliter bonitate obiecti voliti, sed propria bonitate, neq; dicitur liber formaliter libertate actus potentię inferioris, & subordinatæ, qa hęc est libertas dependēs, & participata, illa independens, ergo neq; cognitio erit vera formaliter veritate cōceptus obiectiui, quæ est dependens à cognitione. Tādem creaturæ in mente diuina habēt esse obiectiuum verum, & tñ diuina veritas est in cognitione Dei, non in creaturis cognitis, ergo idem de cognitione creata, & eius obiecto dicendum.

Secunda pars colligitur ex Scot. quol. 18. S. & ex 1. d. 48. in fine, vbi ait, quod *veritas intellectus non dependet, nisi à solo obiecto, quod obiectum si ita se habeat sicut intelligitur, verus est intellectus*; & alijs in locis à Vulpes citatis, & satis liquet ex dictis, quia conceptus obiectiuus dicitur conformis rei in se, dependenter tamen à conceptu formali, qui si non rectè repræsentaret rem, neque rectè res in conceptu obiectiuo repræsentaretur, ergo in isto erit aliqua veritas secundaria, in illo primaria; huc spectat axioma Aristotelicum *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.*

Sed contra arg. ꝙ veritas sit in re, & primariò; Tum quia quod est tale repræsentatiuè, repræsentatum dicitur formaliter tale, vt imago dicitur sima repræsentatiuè, ergo homo repræsentatus erit formaliter simus, sed cognitio dicitur vera

repræ-

repræsentatiuè, quatenus repræsentat verum ens, & quia eius veritas est veritas in repsentando, ergo res repsentata erit formaliter vera. Tum 2. q. a ex eo, q res ē, vel nō est, oratio dicitur vera, vel falsa, .i. ex eo, q res est in intellectu conformis sibi, vt in se existit, vel nō est, oratio dicitur vera, vel falsa, ergo veritas cõceptus obiectiui est radix veritatis cognitionis. Tum 3. cõcepta formalitate rei cognitæ sibi ipsi in re existenti concipitur intellectus verus, ergo veritas in tali conformitate cõsistit, patet conseq. p locum ab effectu formali ad causā formalē. Antec. prob. q. a tūc nequit concipi intellectus falsus, ergo cõcipitur intellectus verus. Tum 4. oratio vocalis est signum rei verę, sed oratio est signum rei concepte, non cognitionis, ergo &c. Tum 5. veritas est conformitas in repræsentando, sed hæc in hoc consistit, quod res intellectui psentetur, sicuti est, in quo consistit ratio conceptus obiectiui, ergo in tali cõceptu fundatur veritas. Tum 6. si ex eo, quòd cognitio repræsētat, dicitur formaliter vera, ergo species intelligibilis, & sensationes, quia repræsentant rem, sicuti est, essent formaliter veræ; q est falsum, aliter veritas non esset passio secundę operationis, & propositionis. Tandē vrina, quia est signum sanitatis animalis, dicitur sana sanitate animalis, nō propria, ergo quia cognitio est signum veritatis rei, non habet in se veritatem.

Resp. ad 1. assumptum valere de prædicatis ab ipsa repræsentatione diuersis, vt patet in exemplo adducto de similitate, non verò de ipsa repræsentatione, non .n. sequitur imago est reprȩsentatiua Cęsaris, ergo Cæsar est repræsentatiuus formaliter, modò veritas cognitionis est ipsa repræsentatio conformis rei, & idem est dicere cognitio dicitur vera reprȩsentatiuè, ac cognitio verè repræsentat, estque constructio intransitiua, quap ropter sicut imago dicitur repræsentatiua, non repræsentatione, quæ fit in obiecto, sed repræsentatione in ipsa formaliter existente, idem de cognitione dicendum. Ad 2. non rectè explicatur authoritas illa à Blanc. sensus .n. est, quòd oratio est vera, si conformis est rei in se existenti, falsa, si non est conformis. Ad 3. distin. antec. concipitur intellectus verus primariò propter talem conformitatem, negatur, quia dicitur verus primariò à cõformitate conceptus formalis, sicut per talē conceptum dicitur primariò rem exprimere; secundariò, & consequenter, quatenus ad conformitatem conceptus formalis consequitur conformitas cõceptus obiectiui, & concedimus. Ad 4. oratio est signum rei veræ veritate in essendo, non in repræsentando, de qua loquimur; neq; oratio est signum rei conceptæ, sed rei in se, vt disp. 2. q. 1. Ad 5. vera est minor de conformitate conceptus obiectiui, quæ non est primaria, ideò .n. res præsentatur intellectui, sicuti est, quia cognitio sic illam repræsentat, & exprimit, quæ repræsentatio est primaria veritas. Ad 6. patet ex dictis initio quæst. quomodo veritas alijs etiam competere possit; & vrget, etiam si formetur contra conceptum obiectiuum. Ad 7. paritas consistit in hoc, quòd sicut vrina solū extrinsecè denominatur sana à sanitate animalis, quæ dicitur sanitas in essendo, ita cognitio extrinsecè dicitur vera à veritate rei in essendo, quæ est radix, & causa veritatis cognitionis, cum hoc tamen stat, quod formaliter, & intrinsecè dicitur vera propria veritate in repræsentando, de qua loquimur, quo sensu etiam vrina (liceat sic dicere) posset dici intrinsecè, & formaliter sana sanitate in repræsentando; imo argumentū vrget contra conceptū obiectiuum, qui verus dicitur, quatenus ordinem dicit ad veritatem rei in essendo. Alias rōnes adducit Vulpes ex quibusdam locis Doctoris desumptas: sed tātum probant in conceptu obiectiuo reperiri aliquam conformitatem, q concedimus, nō tñ ostendunt pr imitatem conformitatis.

AR-

ARTICVLVS SECVNDVS.

An enunciatio possit de vera mutari in falsam, & è contra.

PRoponitur difficultas præcipuè de enunciatione mẽtali, & cognitione cõplexa, & quia enunciatio est triplex, necessaria, impossibilis, & contingens, ista, vel est de pterito, vel de psenti, vel de futuro, propositiò de præsenti alia est, quæ determinatã, & certã partem temporis significat, vt *Petrus per totã horã studet*, alia quæ indeterminatã, & confusã temporis partẽ cõsignificat, vt *Petrus studet*, cognitio ẽt est duplex ex Sco. q̃uol. 13, ar. 2. alia intuitiua, quæ causatur ab obiecto existẽte, vt existens est, alia abstractiua, quæ abstrahit ab existentia obiecti, de istis oĩbus loqui debemus, & sensus quæsiti est, num veritas ita distinguatur ab his propositionibus, & actibus, vt eadem numero enunciatio de vera in falsam possit successiuè mutari, vel saltim si postquã vera ẽ, & mutari nequit successiue hoc modo in falsã, potuerit eadem prorsus numero ab initio esse vera, vel falsa: de propositione vocali iam diximus in 1. p. instit. tract. 2. c. 3.

Et vt certa ab incertis separemus, enũciationes necessariæ sunt adeò veræ, & impossibiles sunt adeò falsæ ex sui natura, vt vera nequeat mutari in falsam, vel è contra; idem dicimus de actibus circa illas; ratio est, qa necessaria veritas in ipsis prouenit ex ipsa necessitate, & immutabilitate obiecti, q non põt aliter se habere, quia essentię rerum sunt inuariabiles, & ideò propositiones de pdicatis spectantib. ad essentiam rei in primo, vel secundo mõ nequeunt nõ conformari obiecto; & è cõtrà propositiones in materia impossibili propter repugnãtiã terminorũ nõ possunt conformari obiecto. Hac de causa dicuntur ęternę veritatis, vel falsitatis, quatenus si fuissent ẽt ab ęterno prolatę, semper fuissent verę, aut falsę, vnde copula dicitur absolui ab omni temporis differẽtia, vt docuimus in 1. p. instit. tract. 1. c. 11.

Rursus, actus intuitiuus, quo videtur Petrus currere, nõ potest successiuè mutari de vero in falsum, quia cursus Petri existens se habet ad actum intellectus velut obiectum formale, & motiuum, iudicat n. intellectus Petrum currere, qa ipsa experitur esse à parte rei, & nõ mouetur ab aliqua coniectura diuersa, vt facit in actu abstractiuo, & ideò cessante cursu à parte rei, cessat etiã actus intuitiuus, qui dependet ab eo. Similiter propositiones contingentes de psenti consignificantes certã temporis differẽtiã sunt adeò verę, vt non possint successiuè in falsas mutari, quia si vno instãti illius horæ Petrus v. g. non studeret, propositio *Petrus studet per totã horã*, est absolutè falsa, nã se habet vt ppositio copulatiua copulans oẽs partes illius horę cum studio Petri, ad falsitatem verò copulatiuę sufficit, vt vna pars sit falsa. Remanet igitur difficultas de propositione contingenti de presenti confusam temporis partem significante, an possit successiuè de vera fieri falsa, & de propositione contingenti de pręsenti significãte certam partem temporis, ac propositione contingenti de præterito ab initio, an potuerint esse verę, vel falsę; de propositione de futuro dicemus infra.

Nagant Hurt. disp. 9. de An sect. 3. & 4 Smisinch. de Deo vno tract. 3. disp. 1. nu. 33. non solùm propositiones contingentem successiuè fieri posse de vera falsam, sed etiam posse ab initio fieri falsam; quę modò est vera, aut è contrà, vndè asserunt hanc propositionem verã v. g. *Petrus currit*, ita essentialiter repræsentare ex sui natura cursum Petri, vt si Petrus non curreret, & ab intellectu pro eo tempore diceretur ista propositio, (quę propter nõ existentiã cursus Petri esset falsa) nõ esse, inquiunt, eandem, sed diuersã ab illa. Auersa tñ q. 24. log. sect. 7. & Arriaga disp. 14. log. sect. 1. & 3. admittunt propositionem cõtingentem ab initio posse esse veram, aut falsam, negant verò posse de vera in falsam, aut è contra successiuè mutari.

Dicimus tamẽ propositionem contingen-

gentem de præsenti, & de præterito eandem numero ab initio potuisse fieri verã, aut falsã, at illã de pñsenti indeterminatam partẽ temporis significantẽ et successiuè posse de vera in falsã, aut è cõtra mutari. Cõclusio apertè docetur à Doctore 4.d.8. q.2. V. dicente veritatẽ esse propositioni accidẽtalẽ, vt possit adesse, & abesse, estq; cõis, tùm apud veteres, tùm apud recentiores, vt Suar. disp.8. Met. se.2. Rnu.1. Perier. c.4. q.5. & probabiliorẽ putat Amicus tract.21. disp.4. q.1. dub.2. & vniuersaliter quicunq; veritatẽ realiter à propositione distinguunt, vno excepto Cauello, disp.3. de an. sec.8. qui vt veriorẽ existimãs distinctionẽ formalem inter cognitionẽ, & veritatẽ, admittit adhuc respõdendo ad arg. posse actum ex mutatione obiecti veritatem amittere, & in falsum mutari.

Prima pars concl. ꝙ potuerit propositio contingens ab initio esse vera, aut falsa, probatur, quia inter propositiones cõtingẽtes, nulla est, quæ maiorẽ necessitatẽ habeat, quã præterita, qa absolutè nequit fieri, vt pteritum non fuerit, & tñ adhuc contingens dicitur, ergo propositio tã de pterito, quã de præsenti cõtingens ab initio fuit indifferens ad veritatẽ, & falsitatem, prob. conseq. hæc est differentia inter propositionem necessariã, & cõtingentẽ, ꝙ illa est ita vera ex suâ natura, vt nullatenus fieri possit falsa, & è contra hæc vero indifferens sit ad veritatem, & falsitatem, quod manifestat hoc nomen contingens.

Resp. propositionẽ dici contingentem, non quia ipsa in se possit esse vera, vel falsa, sed quia significatum prædicari cõtingenter conuenit subiecto, vnde tota contingẽtia se tenet ex parte obiecti, nõ propositionis, & sic inferunt propositionem dici contingentẽ, nõ quia eadẽ possit falsificari, sed quia alia de eisdem terminis põt esse falsa. Contrà, non tm̃ rõne materiæ propositiones necessaria, & cõtingẽs dicuntur differre, sed seipsis intrinsecè, & formaliter, nã propositio necessaria dicitur scientifica, quia sempiternæ veritatis, quatenus inter extrema ipsius nequit cadere falsitas, sed si hæc propositio *Petrus currit*, cursu Petri existente sit ita vera, vt non potuerit esse falsa, iã in se cõsiderata esset sẽpiternæ veritatis, & p consequens necessaria, & scientifica; ꝙ autẽ alia falsa reperiri potuerit, puta si Petrus nõ currisset, de per accidens est illi, si intrinsecè, & formaliter ita sit vera, vt absolutè nõ potuerit esse falsa; imò Aris. 9. Met. 22. ex necessitate, vel cõtingẽtia rerũ infert necessitatẽ, vel cõtingẽtiã veritatis ꝓpositionis.

Deinde in sent. Hurtad. de cursu Petri duæ propositiones affirmatiuè formari possunt essentialiter distictę, vna vera, altera falsa, si Petrus verè currit, intellectus elicit cognitionẽ verã dicẽdo *Petrus currit*, si non currit, & intellectus diceret *Petrus currit*, hæc cognitio, seù mẽtalis propositio erit falsa, & essentialiter distincta à prima, nã prima est essentialiter vera, secũda, est essentialiter falsa. Ex qua doctrina sequeretur vt plurimũ actum falsum causari, & à nullo causari, ꝙ implicat, nã cum sit ens creatũ, debet esse ens productum ab aliqua causa, & tñ in sent. Hurt. nulla posset assignari causa producens; prob. ista sequela, detur aliquis intellectus, qui ex coniecturis, & motiuis moueatur ad iudicandũ Petrum currere, cum reuera sit falsum, quia Petus verè non currit; talis actus falsus necessario pro causa respicere debet, vel intellectũ, vel obiectũ, vel Deum, aliud nequit assignari; intellectus nõ est causa, quia ex se intendit actũ verum specie distinctum secundũ Hurt. producere, estq; determinatus, & applicatus tàm à voluntate imperãte, quàm à cõiecturis mouentibus ad actum verum, ergo nequit exire in productionem hic, & nunc actus falsi; nec obiectum potest dici causa, tum quia non producit aliquid in actu sine intellectus concursu; tum quia hoc obiectum esset cursus in coniecturis repræsentatus, quo pacto dici potius conformitatem cum actu, quàm difformitatem, ergo vt sic potius est causatiuus veritatis

ritatis,quã falsitatis, & tandem quia nulla res producit dissimilitudiné sui ipsius, vt est falsitas; Neq; hic actus erit à Deo, qui non determinat ad peccatũ, vel errorem, vt docent Theologi;ergo melius dicendũ eundem actum specie esse,quo affirmatur cursus de Petro, siuè ita se habeat à parte rei, siuè nõ, nã sic causa illius erit intellectus motus à coniecturis ad affirmandũ cursum,in quo iudicio resultet relatio cõformitatis cum cursu,si est à parte rei, vel difformitatis, si non est,eadem .n. entitas actus vtramq;relationem potest fundare, sicut paries albus potens est fundare similitudinem ad alium parietem,si erit albus, vel dissimilitudinem, si erit niger.

Confir.entitas cognitionis non pendet ab obiecto,vt ẽ in se,sed vt relucet in specie,quia ipsum exprimit,quomodo repræsentatur à specie, veritas depẽdet ab obiecto,vt in se,nõ vt in specie, ergo sicut põt esse inuariatio repſentationis obiecti in specie cum variatione obiecti in se, poterit quoq; stare inuariatio substãtiæ actus, cũ variatione veritatis. Neq;dicas,cognitionẽ essẽtialiter esse repſẽtationẽ,& similitudinẽ obiecti ĩ se.Hoc.n.impugnatur,q rõ similitudinis in his ppositionib. nõ fit de intrĩsẽca rõne;sicut; videmus in imagine,in qua adest entitas colorum, adest repræsentatio Cæsaris, cuius est imago, & adest rõ similitudinis, quia repſentat Cæsarem,sicuti est,quæ põt separari,nã si colores illi, & lineamenta similia nõ fuissent in Cæsare,adhuc potuisset efformari talis imago numero cum iisdẽ coloribus, licèt falsò Cæsar repſentatus; idẽ de cognitione dicendum;de quo etiã ar.seq. concl.1.

Secundam partem probat Doctor ex Arist. in prædic. c.de subst.vbi ex professò docet eandem orationem, & opinionem circa cõtingentia successiuè de vera mutari in falsam, quod repetit 1.de interp.c. 8. & 9. Met.22. & loquitur Arist. non de diuersa oratione, vt asserunt Hurtad. & Auersa,sed de eadem numero,vt patet legenti textum; neq; solum mentionem facit de oratione vocali, vt ait Arriaga; sed ét de mentali, opinio .n. est actus intellectum,quã docet veram, & falsã esse posse successiuè;neq;tãdem loqutur de relatione veritatis,quę cõpetit cognitioni,quatenus p aliã reflexã cognitionẽ cõparari põt ad suum obiectum in ordine ad varia tẽpora, quomodo põt conformis, & difformis successiuè cõcipi, secundum se tñ nõnisi vnũ respicit tẽpus, pro quo vel semper est vera, vel sẽper falsa, vt exponit Smisinch. Etenim præterquam, quod hæc expositio contradicit Doct. cit. & sup textum Met. extorquet ét textum ipsum,ait .n. Arist.c. de subst. *Eadem oratio falsa, veraque videtur esse, nam si vera est hæc oratio, quempiã, inquã, sedere, si ille surgat, eadem hæc oratio falsa erit;idẽ, & in opinione fieri videtur,nã si quispiã opinatur quempiã sedere, si surgat ille, falsò opinabitur, qui de illo eandẽ habet opinionem*, quibus verbis docet eandem opinionem in se, non vt cognitam reflexè, posse coexistere sessioni, & deambulationi eiusdem successiuè.

Probatur etiam ratione;si quis ex prudenti motiuo, & probabilissimis coniecturis iudicaret Petrũ currere, cursu Petri existẽte iudicium illud est verũ, si cessat Petrus currere, & idẽ iudicium pmaneat,euadit falsum propter carentiã conformitatis cum obiecto in se,ergo põt eadem propositio de vera in falsam trãsire.

Multipliciter respondent; Primò,quod in tali casu deberet iuditium mutari quo ad entitatem,quia mutatur circumstantia obiecti, .s. tempus, quod sufficit, vt patet de actu consignificante certã tẽporis differentiam, qui nequit aliam repræsentare, quamuis sit etiam obiecti circumstantia. Secundò dicunt, quamlibet propositionem de præsenti necessariò consignificare certum tempus non indeterminatum,præsens,non præteritum,aut futurũ, & per consequens si pro illo tempore Petrus currit,semper propositio erit vera, etiam si post illud tempus permaneret, quia non repræsentaret Petrum semper

cur-

currere, sed semp repræsentaret Petrum currere pro illo tẽpore, ꝗ erit verũ, quia tm̃ dicit cursumPetri,& tẽpus illud simul coexistere,vt patet in diuina scientia, qua Deus ab æterno verè sciuit, & in æternũ sciet Adamũ esse in tali tempore, quãuis nõ fuerit ab æterno, nec modò sit, vt fusius dicitur in tract.de diuina scientia, atque ita se haberet propositio illa ad modũ earum certũ tempus significantium, quæ nequeunt successiuè fieri veræ, & falsæ. Tertiò respondens admittendo consignificare tẽpus indefinitũ,& cõfusum,nõ ob id tñ posse esse verã, & falsam successiuè, sed necessariò esse vel absolutè verã,vel absolutè falsã; nã dupliciter pót illa propositio explicari,vel copulatiuè,vel disiunctiuè, copulatiuè, si fiat descensus copulatiuus dicẽdo *Petrus currit*, .i. & in hac parte tẽporis currit,& in ista currit,& in ista alia currit,&c. disiunctiuè, si fiat descensus disiunctiuus,.s.vel in hac parte currit, vel in ista alia currit; si primo modo explicetur, est absolutè vera, si semp currit, vel absolutè falsa, si in aliqua parte non currit; quia ad falsitatem totalẽ copulatiuæ sufficit, vt vna sola cathegorica sit falsa;si secundo modo explicetur, erit quoq; vel absolutè falsa,si nunquã currit,vel absolutè vera, si in aliqua saltĩ parte currat, q̃uis in alijs nõ currat,qa ad totalẽ veritatẽ disiũctiuę sufficit veritas vnius catheg.

Sed prima responsio nõ iuuat, nam vt diximus, substãtia actus solum pendet ab obiecto, non vt in se,sed vt repsentato in specie, & p apprehensionẽ, species aũt nõ repsentat obiectum cũ circũstantia temporis,vt optimè notat Amic.sed vt in se ẽ; aliter, inquit ipse phãtasma semp verè repræsentaret obiectum,ẽt in sõnis, qa repsentaret cum oĩbus circumstãtijs, & eadem reali temporis differentia, quas habet à parte rei, quod est falsum, igitur si non mutatur obiectum formale actus, .s. motiuum inducens intellectum ad illud iudicium ferendum, à quo essentialiter pẽdet, parũ refert temporis variatio; nec exemplum de actu consignificante certã partem tẽporis valet, quia actus ille pendet ab obiecto repsentato cũ tali differentia, & ideò ad variationem istius sequitur actus variatio, non ita se habet actus abstrahens à determinata temporis differentia,de quo nunc loquimur.

Secunda responsio est falsa, nã in productione illius propositionis intellectus explicitè attendit solum ad inhærentiam prædicati cum subiecto, non cogitando actu de differentia tẽporis, attamen quia tempus datur intelligi tanquam connotatũ à verbo, idcircò dicitur implicitè consignificari in illa propositione, & per cõsequens confusè, vagè,& indeterminatè, nam partes illæ confunduntur ab intellectu,& quia latitudinem habet multarum partium sibi inuicem succedentium, poterit in vna parte propositio esse vera, in altera falsa secundum diuersas coexistentias ad illas partes, ad variationem quarum actus quò ad entitatem non variatur, quia implicitè illas consignificat.

Tertia responsio valde reddit probabilẽ opin.oppositam; impugnatur tñ,ponamus casum, ꝗ intellectus pseueret in illo actu affirmationis cursus de Petro p horã nunquã determinatè, & explicitè descendendo ad partes illius horę,sed solum inconfusè,& implicitè illas cõsignificando,& ꝗ Petrus in vltima quarta parte horæ nõ currat,in cæteris currat; tunc si responsio valeret, sequeretur ꝓpositionem illã explicare obiectum, vt in se est, & tñ esse falsã, ꝗ implicat, quia simul esset cõformis obiecto, nam explicat illud sicuti est, & difformis, quia esset falsa. Sequela prob. quia si regula illa copulatiuæ propositionis hìc valeret, iam esset falsa totaliter, & absolutè illa propositio pp non existentiam cursus in vltima parte, & per consequens etiam in principio horæ esset falsa, vt etiam ipsi concedunt, & tamẽ in primis tribus] partibus propositio esset obiecto conformis, quod est esse veram, ergo simul esset vera, & falsa. Neque dicas

cas ꝓpositionem illa explicari debere in sensu disiunctiuo; Quia quando intellectus enunciat cursum de Petro, absolutè illum affirmat implicitè cõsignificãdo tẽpus coexistẽs illi affirmationi ꝓpter motiuũ, ꝙ habet ad id iudicandũ, nõ cõditionatè, & quasi dubitatiuè, ergo ꝓpositio illa neq; æqualere disiũctiuę propositioni.

Verùm quia ex hoc pendet veritas, vel falsitas nostræ, aut oppositæ sententiæ, exactius examinandũ est; quapropter aduertendũ, ꝙ adhoc vt aliqua ꝓpositio de pñti sit vera, requiritur, vt eo tẽpore, in quo formatur pdicatum, ꝙ affirmatur in ea, vel negatur de subiecto, actu à parte rei cõueniat, vel non conueniat subiecto aliter non esse conformis obiecto in se; ex quo fit, quod quando in propositione sumitur terminus aliquis cõis res pmanentes significans, rectè sub illo põt fieri descẽsus, vel copulatus, si supponit collectiuè, vel copulatiuus, si supponit distributiuè, vel disiunctus, aut disiunctiuus, si determinatè, aut cõfusè supponit, qa cũ inferiora simul sint, põt ꝓpositio de illis verificari, vel cõiuncti, vel disiuncti, qa põt ipsis cõuenire pdicatũ, & in hoc sensu optimè assignãtur regulæ illæ de veritate propositionis copulatiuæ, vel disiunctiuæ. At quoniã tempus est quoddã totum successiuum habens partes nõ simul, sed successiuas, si cõsignificatur cõfusè, & vagè in propositione, vt cum dicitur, *Petrus currit*, non põt fieri descensus disiunctiuus dicendo, vel in hac, vel in illa parte temporis currit, tum quia sic supponeret determinatè; tum qa suppositio propriè cõuenit termino cõi in ordine ad sua inferiora, non in ordine ad ea, quæ vt concomitantia se habent, quale est tẽpus respectu verbi; tum quia tempus consignificatum vagè, & indeterminatè in illa propositione potius vt copulatum quoddam cõsignificatur, quam vt quoddam disgregatum, & diuisum, neq; propriè illa propositio potest explicari per vnam hypotheticã copulatiuã, itaut oẽs cathegoricæ tunc verificentur simul, vt fit, cũ dicitur *omnis homo currit* (nam valet dicere, ergo Petrus currit, Paulus currit, &c. quæ oẽs simul sunt veræ) ratio est, quia partes tẽporis nõ sunt simul, sed successiuè, ideoq; nequeunt illæ cathegoricæ simul verificari, sed necessariò vna independenter ab alia, & post aliã, sicut partes temporis sibi inuicem succedunt existente actu intellectus affirmante cursum de Petro; vnde debet quasi explicari p plures cathegoricas absq; aliqua coniunctione, vel si coniunguntur p copulã, & non cõiunguntur, vt simul oẽs veræ, sed successiuè. Ex quo liquet, ꝙ ad veritatem copulatiuæ primi generis requiritur, vt oẽs sint veræ, quia pdicatum enunciatur, vt oĩbus simul cõueniens; at ad veritatẽ copulatiuæ secundi gñis, quia vna cathegorica verificatur post aliã, non valet talis regula, aliter esset ꝓpositio simul vera, & falsa, ut arguimus.

Quando verò in propositione explicitè tempus exprimitur, ut *Petrus hac hora disputat*, tunc tempus se habet ut totum quoddã determinatum, & obiectiuè saltim simul acceptum, & sic optimè fit descẽsus copulatus, itaut ad unius partis falsitatem tota ꝓpositio reddatur falsa, neq; poterit una simul esse uera, & falsa; ꝙ discrimen est ualde ponderãdum in hac re, nã in illa propositione *Petrus currit* intellectus nõ aduertit explicitè partes tẽporis, sed solum consignificãtur secundum coexistentiã illã successiuã, quã dicunt ad propositionẽ in intellectu pmanẽtem, & consequenter una post aliã consignificatur, & independenter ab altera, quapropter si cursus existit in una parte, & nõ in alia, subsequẽte ꝓpositio erit uera in una parte priori tẽporis, nõ in alia, eò quia nõ uariatur quo ad entitatem propter istam temporis uariationem, ut diximus; at in ista propositione, *Petrus tota hora disputat*, intellectus explicitè aduertit ad omnes horæ partes, illasq; simul in unũ colligit, simultate obiectiua, & se tenente ex parte cognitionis, non reali, & prædicatur

tum confertur subiecto, vt inhærentia ipsius coexistit omnibus illis horæ partibus simul acceptis; vnde in omnibus simul debet verificari de subiecto, aliter propositio tota erit falsa.

Soluuntur Obiectiones.

Contra prædicta arg. primò ostendédo oẽm propositioné asso vel absolutè verá, vel absolutè falsá; Tum quia hęc propositio, *Petrus currit*, cum sit in materia contingenti æquiualet particulari, & facit hunc sensum *Petrus currit aliquo tẽpore*, ergo vel significabit certum tépus, & sic absolutè, vel est tota vera, vel tota falsa, vel significabit tépus indeterminatũ, & sic ẽt erit absolutè vera, si in aliqua parte currit, & si in alijs non currat, sicut ista, *aliquis homo currit*, est tota vera, si vel vnus tm currat; vel erit tota falsa, si in nulla parte currit. Tum 2. quia illa propositio necessariò consignificat tépus psens, dum profertur, non aliud, sed tale tépus est determinatum, in quo necessariò Petrus vel currit; vel non currit, ergo illa propositio est absolutè vera, aut falsa; mai. prob. quia motiuũ intellectus est species repsentans obiectũ accepta ex cóiecturis, quæ repręsentat obiectum pro tépore psenti, in quo est, sicut cóiecturæ mouent pro psenti tépore, non pro futuro. Tum 3. quia nequit actus de nouo repsentare nouum tempus sine sui mutatione, ergo nequit repsentare obiectum pro tépore subsequenti. Antec. patet, qa propositio repsentat cũ tempore, quatenus repræsentat aliquid in illo fieri, sicut nó potest cognosci aliquid fieri in gymnasio, quin cognoscatur gymnasium ipsum, & si abstrahit à tempore, nequit esse successiuè vera, & falsa, sed vel tota vera, vel tota falsa, nam illa successio dicit partes téporis, à quibus ponitur abstrahere. Tum tandem quia tã determinatè concipimus tẽpus psens, cui propositio coexistit, quá obiecta, de quib. est propositio; cũ. n. dicimus *Petrus currit*, nõ cõcipimus solum Petrũ, & cursum, sed ẽt cursũ psentem, nõ præteritum, aut futurum, ergo illa propositio necessariò cõsignificat tempus præsens, & per consequens determinatum; ita arguit Hurt. cit.

Resp. ad. 1. ex dictis in probat. concl. cõcedendo propositionem illam ęquiualere particulari, non. n. est sensus, q oĩ tempore currat, sed in aliquo tépore indeterminato in quo pmanet illa propositio, non qdé illud vt totũ simul cõsignificãdo, sed successiuè sm̃ coexistentiã, quàm dicit ad illã propositionem, qua rõne negatur sufficere ad veritatem, q in aliqua tm̃ parte verificetur; nec est eadé ratio de illa propositione *aliquis homo currit*, & de illa *Petrus currit*, vt diximus. Ad 2. distinguimus ma. consignificat tépus psens explicitè, & distinctè: negamus, implicitè, & confusè, concedimus, quatenus pmanentibus ijsdem coniecturis, pmanet idé iudicium, cui tépus secundum diuersas partes coexistit successiuè, nec est necesse, vt species repsentet obiectum distinctè cum oĩ circumstantia, sed potius datur tépus intelligi ex significato verbi, quare neg. mi. q tempus illud vt quid determinatum, & distinctum repsentetur. Ad 3. verum est assumptum, si tempus illud explicitè repræsentaretur secundum omnes partes, vt patet in exemplo de gymnasio, quod non euenit in actu abstractiuo, qui implicitè concernit tempus nõ attendendo ad partes ipsius priores, & posteriores, quod est confundere partes illas, & cõfusè cõsignificare; potestq; hæc doctrina exemplo confirmari, nam non minus coexistẽtia ad tempus est circumstantia obiecti, quam præsentia localis, & actionis verbum non solùm concernit tempus, sed ẽt locum, vnde dicendo *ignis comburit*, est sensus, quod in aliquo tempore, & in aliquo loco comburit, & tamen si ignis cõburendo mutaret locum, non mutaretur adhuc propositio, sicut mutaretur, si diceretur *ignis in hoc loco comburit*, non alia ratione, nisi quia in prima confusè, & vagè connotatur locus, in secunda distinctè explicitè, & determinatè, in prima locus

perti-

pertinet ad obiectum materiale, in secũda pertinet ad obiectum formale, ita de tempore dicendum. Ad 4. negatur assumptum, & ratio liquet ex dictis.

Secundo ex eodē arg. vbi variatur obiectũ, variatur etiã cognitio, tã intuitiua, q̃ abstractiua attingens tale obiectum, sed dũ intellectus iudicat Petrũ currere; etiã confusè, & abstractiuè, & Petrus desinit currere, iã variatur obiectũ cognitionis, ergo, &c. Tũ 2. quia illa cognitio *Petrus currit*, essentialiter habet repſentare cursũ Petri, nõ vt sic, sed vt verũ, & realem, ergo vt existentẽ, ergo nõ existẽte cursu, non erit ille actus, qui per suã essentiam habet intellectui exprimere inexistentiã cursus in Petro. Tũ 3. quia omnis propositio affirmans cursũ Petri respicit illũ ex suppositione, ꝙ sit, quo supposito necessario est, quia omne, ꝙ est, quãdo est, necesse est esse, ergo ꝓpositio illa necessario respicit cursum Petri, vt existentẽ. Tũ 4. non minus dependet actus ab obiecto in se, in ratione veri, q̃ in ratione repræsentãtis, sed vt sic necessario repræsentat, vt non possit non repræsentare, ergo necessario est verus, vt nequeat esse falsus. Tãdẽ hæc propositio *Christus est in Hostia*, est contingens de præsenti consignificãs tẽpus confusè, & potest permanere vsq; ad corruptionẽ specierũ hostiæ, quo tempore desinit Christus esse in hostia; tunc sic, si illa propositio ad desitionem specierũ, & pſentiæ corporis Christi adhuc permaneret, & euaderet falsa, sequeretur fidẽ supernaturalẽ posse cõcurrere ad actũ falsũ, ꝙ implicat, sequela prob. quia prius actus ille, quo fidelis affirmabat Christi pſẽtiã in hostia, erat supernaturalis ob cõcursũ habitus fidei infusæ, & verus, quia exprimebat rẽ, sicuti erat à parte rei, ergo si post desitionẽ præsentiæ Christi adhuc idẽ permanet, & euadit falsus, fides infusa concurreret ad illũ actũ falsum, ergo dicendũ actũ, etiã quoad substantiam desinere ad desitionem obiecti à parte rei, ꝙ etiam affirmari debet de qualibet alia propositione contingenti.

Resp. cursũ Petri dupliciter posse considerari ex Sc. 3. d. 25. q. 1. H, vel secundũ suã essentiã, quomodo abstrahit ab existẽtia, & dicitur ens reale nominaliter, vel secundũ existentiã exercitã à parte rei, & dicitur ens verbaliter, seu existẽs; secũdo modo cursus non est obiectũ cognitionis abstractiuæ, nec motiuũ, nec terminatiuũ, quatenus cognitio est, & vt dicit relationẽ attingẽtiæ, & repræsẽtationis ad obiectũ, etiam si actu existat, vt docet Doctor quol. 13. ar. 2. quia cognitio abstractiua præscindit ab existentia, sed solum primo modo; at si cõsideretur cognitio vt vera, & sub relatione conformitatis, respicit cursũ, vt existentẽ; tunc ad arg. dicimus maior valere de obiecto formali, non de materiali, vt monet Doctor in 1. d. 1. q. 2. modo cursus vt existens est obiectũ materiale cognitionis, vt cognitio est, formale, si vt vera spectetur, ideo ad ipsius variatiõnẽ variatur cognitio vt vera, nõ vt cognitio quoad substantiã, sic. n. depẽdet ab obiecto, vt in specie, non vt in se. Ad 2. actus ille repræsentare debet cursũ vt verũ ens reale nominaliter, nõ verbaliter, & existẽtiã cursus de Petro affirmatã in esse obiectiuo, nõ exercitã, & à parte rei, vt optimè notãt Amic. & Arriaga cit. Ad 3. neg. maior si de existentia vt exercita intelligatur, conceditur, si de existẽtia apprehensa, ꝙ sit à parte rei, siuè ponatur, siuè non; vt patet in qualibet ꝓpositione falsa, sed concepta vt vera. Ad 4. etiã neg. maior ex sæpè dictis. Ad 5. supposita essentiali differẽtia actus supernaturalis à naturali, de quo aliàs, dicimus fidẽ infusã inclinare ad istã ꝓpositionẽ in vniuersali, *Christus est in omni hostia verè consecrata*, nõ verò ad ꝓpositionẽ de aliqua hostia ĩ particulari, q̃a hoc pẽdet solũ à fide humana, & naturali, potest. n. ei subesse falsũ, si. s. Sacerdos nõ sit verus Sacerdos, aut nõ habuerit intẽtionẽ consecrãdi, quarè cũ illa ꝓpositio sit circa hostiã in particulari, põt esse vera, & falsa.

Dices, saltim illã vniuersalẽ posse falsã reddi, si omnes hostiæ in mũdo deficerẽt. Tũ quia si Iudæus ante Christi natiuitatẽ elicuisset hunc actũ dicendo *Christus nascetur*, & ipsũ cõtinuasset vsq; ad Christi natiuitatẽ, si esset omninò idẽ ante, & post natiuitatẽ, iã de vero fieret falsus, & prius erat actus fidei supernaturalis, si diuersus, ergo ex mutatione obiecti secundũ se, variatur actus, quo ad entitatẽ, vt supra arguebatur. Resp. sensũ illius ꝓpositionis esse, ꝙ Christus sit sub omni hostia ritè consecrata, quarè præsupponit cõditionatẽ existentiã alicuius hostiæ in mũdo, ad hoc vt actus supernaturalis fidei infusæ dicatur, cui .s. nequit subesse falsũ, quare si nulla daretur hostia, adhuc propositio esset vera. Ad 2. recẽtiores negãt propositionem de præterito distingui essentialiter ab illa de futuro, si sunt de eisdẽ extremis, & aiunt esse eandẽ secundũ diuersas solũ extrinsecas denominationes tẽporũ, q̃ opinionẽ refert Doctor in 3. d. 25. q. 1. H, vbi oppositũ verius esse docet, eò quia quę modò est de præterito, est necessaria, quæ prius erat de futuro, erat cõtingẽs, illa de præterito prius fuisset falsa, modò est vera, hęc de futuro modo est falsa, tunc erat vera: quarè dicendũ ꝙ ꝓpositio illa *Christus nascetur*, vt à fide ꝓueniret, debebat inspicere tẽpus natiuitatis Domini à Deo præstitutũ, vt abstractũ à respectibus ad partes tẽporis præteritas, & futuras, qa huiusmodi respectus nõ includũtur in tẽpore natiuitatis Domini, quo sensu admittit Doctor cit. propositionẽ de præterito nõ differre à propositione de futuro, quãdo est de ijsdem extremis, & cõseqnter illa ꝓpositio *Christus nascetur*, hoc modo intellecta erit sẽper vera, etiã post natiuitatẽ Dominicã, quia solũ enunciat coexistentiã natiuitatis Christi, & tẽporis à Deo determinati, cui accidũt respectus præteriti, & futuri, qui conueniunt illi, non in se cõsiderato, sed vt ordinẽ dicit ad partes tẽporaneas præcedentes, & subseqũetes. Vide rõnes in oppos. probantes in seq. art. veritatem esse essentialem actui.

ARTICVLVS TERTIVS.

Quid formaliter sit veritas cognitionis.

QVamuis apud Antiquos hęc difficultas nõ fuerit magni momenti, recentiores tamẽ lites texũt immortales, nã Hur. dis. 9. de an. sec. 3. asserit veritatẽ ex natura rei, & formaliter esse eãdẽ cũ entitate actus, licèt non de primo cõceptu ipsius, sed de secũdo, quia est attributũ actus, cũ pẽdeat ab affirmatione, vel negatione, & obiecto, hæc. n. causalis est vera, ideo actus est verus, quia affirmat, vel negat obiectũ, non è contrà: ab hac opinione parũ distant Bann. 1. p. q. 16. ar. 3. Smisinch tr. 3. de Deo vno disp. 1. n. 31. & Cauellus disp. 3. de an. sec. 8. aiunt .n. veritatẽ dicere entitatẽ actus, quãuis à nobis explicetur per relationẽ, vel rationis, vt Ban. vel transcẽdentalẽ, vt Cauell. & Smisinch, ꝙ etiã docet Auersa q. 3. Log. sec. 5. addens etiã connotationem obiecti, quæ opinio fuit Ochã 1. perier. c. 1. sustinentis veritatẽ dicere formaliter entitatẽ actus, non vt sic, sed vt connotat obiectũ, cui cõformatur, & seqtur Suar. disp. 8. Met. sec. 2. Moris. disp. 10. Log. q. 8. q̃ obiecti connotationẽ respuit Hurt. Arriaga verò, quia est hostis acerrimus cõtra relationes, & cõnotata, docet disp. 14. Log. sec. 1. veritatẽ formaliter dicere denominationẽ parti intrĩsecã ꝓpositioni mẽtali, seù cognitioni, parti extrĩsecã, intrĩsecã, vt dicit propositionẽ v. g. affirmãtẽ cursũ Petri, extrĩsecã, vt dicit ipsũ cursũ Petri, illã dicit in recto, hanc in aliquo, vtrũq; tñ formaliter, & quidditatiuè, eo modo, quo relationes explicat dis. 12. Log.

Nec minor dissensio est inter relationum propugnatores, Dur. enim Vasq. & Blanc. art. 1. citati asserunt conformitatẽ hanc, in qua veritas consistit, solum dicere relationẽ rationis, non realem. Alij, quòd sit relatio realis cõformationis, vel similitudinis dicta, ita Tat. 1. perier. q. 1. dub. 3. Meurif. lib. 2. Met. c. 3. q. 2. concl. 4. &

4.& ꝓbabilẽ putat Cauel.cit.addit P.Fab. disp.9.de pęnit. hanc relationẽ non sẽper esse cũ omnibus conditionibus ad veram relationẽ realẽ requisitis. Alij, quòd sit relatio realis præscindens ab actuali, aptitudinali, & potentiali, nã in intuitiua ponũt realẽ actualẽ, in abstractiua realẽ aptitudinalẽ, etiã quando obiectũ est existẽs, ita Vulp.1.p.disp.32.ar.1. Alij, quòd in relatione consistat pręscindente à reali, & rationis, in aliquibus.n.actibus est rationis, in quibusdã realis, ita Fland.6.Met.q.23. Iauel.q.13. Zumel.1.p.q.16.ar.1.disput.2. Amic.tr.21. disp.4.q.1.dub.2.& innuitur à Conimb.1.de interp.c.1.q.5.ar.1. Tãdẽ q̃dã cõcedũt veritatẽ esse relationẽ conformitatis ad obiectũ in se, vt ad mensurã in cognitione speculatiua, negãt tñ ĩ cognitione practica, q̃ poti' ẽ regula, & mẽsura obiecti, q̃ ẽ cõtrà, ita Moris.disp.cit.

Pro resolutione quęsiti aduertendum, ꝙ aliter est speculandũ de diuinæ cognitionis veritate, aliter de veritate creatæ cognitionis; diuina.n.cognitio, cũ pẽrfectissima sit, & ab essentia diuina solũ vt ab obiecto moueatur, eiq; perfectissimè adæquetur, tàm in essendo, quã in repræsentando ex Sc.3.d.14.q.1.F. nec possit à creaturis moueri, ex eodẽ pluribus in locis, præcipuè 1.d.35.H. sequitur, ꝙ nullã realẽ relationẽ fundat ad obiecta scibilia, non.n.ad essentiã, quia est realiter cũ ipsa summè identificata, & adæquata, neq; ad creaturas, quia nulla Dei ad creaturas est realis relatio, vt diximus disp.8.q.5. art.1. aliter esset in Deo formaliter aliquid non necesse esse.s. hæc relatio, non.n.relatio potest habere perfectius esse suo termino; quapropter veritas ipsius diuinę cognitionis formaliter consistit in entitate illius actus, vt monet Doctor d.35.cit.F. & quol.13.Q. quatenus intellectus diuinus media intellectione vnitur, & vitaliter attingit obiectũ, sicuti est, & per consequens veritas est ipsi essentialis, quia est ita essentialiter talis, vt nequeat attingere obiectum aliter, quàm sit, de quo vide Vulp.d.32. cit.art.vlt. at nostra cognitio, quia est finita, limitata, & ab obiecto dependet, fundat relationẽ ad ipsũ obiectũ, vel realiter distinctã, vel realiter identificatã; quod discrimẽ multi ex ipsis aduersarijs quoq; fateri debẽt, nã in diuina cognitione nullã ponunt relationẽ transcẽdentalẽ ad obiectũ, illam tñ admittunt in nostra cognitione; similiter in causis creatis admittunt relationes ad effectus, non tamen in Deo; accedit etiam, quòd nostra cognitio nõ est ita essentialiter vera ex sui natura, vt dicemus, sicut cognitio diuina; quapropter prætermissa diuina veritate, de creata loquemur.

Dicimus primò, veritatem cognitionis nõ dicere entitatẽ actus, neq; ipsũ actũ, & obiectũ, siue hoc dicat formaliter, siue vt connotatũ, sed relationẽ, non rationis, sed realẽ. Conclusio est Scoti infra citandi; & prob.1.ꝙ veritas non dicat entitatẽ actus, si sit de obiecto cõtingenti, patet ex dictis ar.præced. vbi ostendimus eandem ꝓpositionẽ posse amittere veritatẽ; quod adhuc cõfir. nã si ꝓpositio contingens ex sui natura esset essẽtialiter vera, vel falsa, sequeretur, ꝙ hæc ꝓpositio *Petrus currit* non currente Petro diceret ordinẽ essentialẽ ad duo cõtradictoria, ꝙ est falsũ, implicat.n. quòd idẽ omninò pendeat in esse à duobus contradictoriè oppositis; sequela prob. nã cognitio falsa de cursu petrẽsi diceret duo .s. repræsentare cursum Petri, quatenus cognitio, & quatenus falsa (ꝙ non est quid diuersum, essentialiter per Hur. ab actu, vt cognitio est) diceret ordinẽ ad negationẽ talis cursus à parte rei; imò deberet duo contradictoria in se intentionaliter repræsentare, quia vt sit falsa, debet affirmare cursũ existentẽ, & carentiam ipsius, nam si non repræsentaret cursum existentem, diceret verum, si non repræsentaret carentiam cursus, nullum ordinem diceret ad illam, sed solum ad cursum existentem, & per consequens non differret ab actu vero, qui talẽ ordinẽ tantum includit. Tum quia, vt arguit

Arriaga, Angelus intuitiuè cognoscit suos actus, quo ad vltimã realitatẽ, aliter non esset intuitiua cognitio, quæ est rei existentis, vt existẽs est, & sicuti est, & p cõsequẽs attingit veritatẽ, vel falsitatẽ suorũ actuũ, quæ ab Hur. ponũtur essẽtiales differentiæ; quapropter, si eliceret hãc ꝓpositionẽ de futuro *Petrus dãnabitur*, vel *curret*, quia haberet determinatã veritatẽ, vel falsitatẽ ex dicendis infra, q̃ differentiã cognosceret, iã de futuris contingentibus haberet proprijs viribus certã, & infallibilẽ cognitionẽ, sciret.n.si actus ille esset verus, aut falsus: negare autẽ ab Angelo hãc cognitionẽ, vt facit Hurt. est prorsus volũtariũ, quia actus ille est in sua potestate totaliter, per ipsũ fertur in obiectũ futurũ, & nõ se habet vt secreta cordiũ quorum cognitio de lege ordinaria nõ debetur illi, quia nõ est ĩ sua potestate.

Deinde, ꝙ actus necessarius non sit essentialiter verus, patet ex his, q̃ diximus in disp.8.q.2. ꝙ nullus trãscendentalis respectus potest esse de essentia absoluti, at veritas formaliter dicit respectũ ad obiectũ, vt dicemus, & admittunt aduersarij, ergo &c. Tũ quia quòd actus necessarius repræsentet rẽ sẽper verè, quasi per accidens, ac secundariò conuenit illi, de sua .n. formali rõne habet repræsẽtare, quòd homo sit, v.g. risibilis, sed ꝙ verè semper repræsentet, prouenit ex immutabilitate obiecti, nã si p impossibile, vt notat Amicus, obiectum mutaretur, actus adhuc repræsentaret hominem risibilẽ. Tandem quia si actus esset essentialiter veritas, nõ posset propriè dici verus, sicut albedo non dicitur alba, nec calor calidus.

Secundò, quòd non dicat actum in recto, & obiectum in obliquo, siuè vt cõnotatum, siuè vt partem constituentẽ; prob. iisdẽ rationibus, quibus disp.cit. ostendimus dari à parte rei relationes reales à fundamentis distinctas; & præcipuè contra Suarez, vrgent admittentem illas relationes; at si hæc opinio esset vera, sanè nullam prorsus habere possemus rationẽ ad ostendendũ relationes similitudinis, æqualitatis, &c. esse reales, vt notat Auersa, quia posset aduersarius dicere, esse tãtũ denominationes reales ex coexistẽtia extremorum ad inuicẽ ortas. Specialiter verò contra Arriaga est, quod ponit formalitatẽ, & essentiã veritatis, quæ per se vna est, esse vnã per accidens ex rebus diuersorũ generũ, imò ex ente reali, & rationis constitutã, si obiectũ esset aliquod ens rationis; itẽ ꝙ detur actu entitas alicuius absq; omnibus partibus componẽtibus in actu talẽ entitatẽ, vt in ista *Antichrystus erit*, datur veritas actu absque obiecto in actu, quod ab ipso ponitur, vt pars cõstituens veritatẽ, licèt in obliquo.

Tertiò, quòd dicat relationẽ, est Scoti quol.13.ar.2.& 1.d.3.q.4.ar.2. & in 4.d.8.q.2.V, & locis in ar.1.cit. & patet, quia veritas formaliter est conformitas cũ re, vt ait Arist.c.de subst. *Ab eo, quod res est, vel nõ est, oratio dicitur vera, vel falsa*; & etiã quia cognitio cõparatur ad rẽ, vt signũ naturale, veritas autẽ signi consistit in conformitate eius ad signatum, vt exprimet illud sicuti est, sed cõformitas est q̃dã intentionalis similitudo, & imago, ergo est q̃dã relatio. Respõdet Smisinch, actũ sua entitate dici imagine obiecti, sicut sua entitate est repræsentatiuus obiecti, consequitur autẽ respectus transcendentalis, per quẽ explicatur conformitas, & veritas absoluta actus. Contrà, nã responsio non habet locũ in propositionib. cõtingẽtibus, ergo neq; in actibus necessarijs, nã si veritas est cõformitas formaliter, & hæc est ab actu aliquãdo realiter distincta, vt possit separari, sequtur, ꝙ quãdo est realiter identificata cũ actu, sicut euenit ĩ necessarijs, formalitas ipsi nõ erit actus, sed respectus, actus verò fũdamẽtũ.

Tandem quod sit realis, non rationis, patet, quia hæc pendet à negotiatione intellectus, & fictione, veritas autẽ propositionis est independens à qualibet fictione, ꝙ cõparatione intellectus; tum quia ante opus intellectus propositio vera, vt ra-

tra differt à falsa vt sic; tum quia impertinens est, quod propositio vera formaliter dicatur dependenter à fictione intellectus, & consequenter à falsitate, qualis est illa fictio.

Dicimus secundò, hanc relationem conformitatis, quam præsefert veritas, nõ esse determinatè prædicamentalem, aut trãscendẽtalem, neq; determinatè realem perfectam, .s. cum oĩbus requisitis cõditionibus, ad verã relationem realem, sed indifferenter se habere, nã in vno actu est trãscendentalis, in alio prædicamentalis, in vno erit realis pfecta, in altero realis imperfecta; quæ à Doctor. sæpius vocatur relatio rõnis, vt contra distinguitur à reali cum oĩbus conditionibus, iuxta dicta in disp. 8. q. 1. Cõclusio quo ad oẽs partes sequitur ex dictis, & prius explicamus ipsã, deinde quoad oẽs partes probabimus; exemplum aptissimũ est imago materialis, in qua tria sunt, entitas absoluta .s. colores, deinde respectus repræsentantis ad repræsentatum, rõne cuius constituitur in esse imaginis v. g. D. Petri, demum alius respectus conformitatis inter imaginem repræsentantem, & Petrum repræsentatum, rõne cuius illa pictura constituitur in rõne imaginis verę, & hęc tria sunt inter se omninò distincta, possunt .n. reperiri colores absq; relatione imaginis ad D. Petrum, possunt ẽt reperiri cum tali relatione imaginis, sed sine tertia relatione, vt patet, nã aliqua D. Petri imago adoratur, quatenus est ipsius repræsentatiua, & tñ ipsum adamussim nõ repræsentat, vt erat à parte rei. Sic pari formiter dicendum de cognitione, quę est imago quędã spiritualis obiecti, quia .s. in ipsa tria reperiuntur, entitas nempe absoluta actus, deinde relatio repræsentantis fundata in entitate actus, & terminata ad obiectũ, quod repræsentat, per quã constituitur in esse repræsentationis, & notitię, & vocatur à Sco. quol. 13. ar. 2. relatio attingentię, & tendentię in obiectũ, vt in terminum; tãdem est alius respectus conformitatis actus repræsentantis verè ad repræsentatum, sicuti est, & per istum cõstituitur in rõne notitię verę, quę quandoq; est realiter idẽtificata cũ actu, quandoq; realiter distĩcta, quãdoq; pfectè realis quãdoq; imperfectè realis, probatur singula.

Primò actus necessarij, qui ex sui natura semper sunt veri, habent veritatem realiter identificatam, & per consequens veritas in ipsis est relatio transcendentalis, nam ex dictis disp. 8. q. 1. hæc est differentia inter relationẽ prædicamentalem, & transcendentalem, quod illa est realiter distincta, hæc realiter eadem, assumptum prob. quia illa est relatio realiter identificata fundamẽto, sine qua fundamentum esse includit contradictionẽ ab intrĩseco ex dictis ibidẽ cum Sco. 2. d. 1. q. 5. sed isti actus nequeunt esse sine conformitate cũ proprijs obiectis absq; cõtradictione ab intrinseco proueniente, qa sunt inuariabiles, sicut essentiæ rerum, quas repræsentant, immutabiles sunt, ergo &c. Idẽ dicendum de actibus intuitiuis, qui necessariò depẽdent ab obiectis, vt hic, & nunc existentibus, & per consequens, quamuis existentia obiecti sit variabilis, actus tamen, quia ab obiecto vt existente reduplicatiuè dependet, necessariò illud taliter repræsentat, vt non possit aliter repræsentare. Hæc tamen differẽtia reperitur inter actus necessarios intuitiuos, & abstractiuos, quod illi necessariò dicunt ordinem ad obiectũ existens, & actuale vt sic, quare semper ordo ille est inter extrema realia actu, isti verò necessariò abstrahunt ab existentia obiecti, & quamuis obiectum sit existens, de per accidens est illis, quia illud respiciunt non vt existens, sed vt abstrahit ab existentia; qua ratione propositiones istæ sunt sempiternæ veritatis, & verbum in ipsis absoluitur ab omni temporis differentia, quapropter de ratione formali conformitatis istorũ actuum est, quod non sit inter extrema realia, & actu existentia; eò vel maximè, quia possunt ad non entia terminari.

Secundò in propositionibus cõtingentibus, siuè de præterito, siuè de futuro, siuè de præsenti determinatam, vel inde-

terminatā partem tēporis significantibus veritas est ab ipsis realiter distīcta contra Cauell.cit.est Sco.in 4.d. 8.q.2.vbi nō loquitur de relatione aptitudinali, vt falsò exponit Cauell.sed de pdicamētali,& realiter distincta,eo quia possunt istæ ꝓpositiones amittere veritatē,vel saltim ab initio poterant esse falsæ, ergo veritas est ab illis realiter distincta. Nec valet responsio Cauell.ꝙ actus amittit veritatē,nō qa aliquid reale deperdat, sed solùm formalitatē illā apti nati conformari obiecto, quæ, cū ab obiecto dependeat, mutatur ad mutationē ipsius, sicut si hæc vox *homo* imponeretur ad significādum bouē, nō esset amplius signum aptum ad significandum hominem, & tñ nihil reale amitteret. Nō valet, quia si veritas dicit quid formaliter tm̄ ab actu distinctum, vt ipse asserit, necessariò manebit in actu, quandiu manet actus; aliter realiter ab illo distingueretur, nā licet inseparabilitas nō sit adæquatum signum identitatis realis, separabilitas tñ vt diximus disp.1.q.5.ar.2. est sufficiēs signū distinctionis realis. Tum qa vel veritas formaliter dicit quid reale, vel nihil, nō sm̄, vt patet, si primū, ergo actus dependendo veritatē, amittit aliqd reale: ꝙ cōprobatur exēplo adducto de voce hīs, homo.n. dicit relationē signi ad naturā humanā, quæ, cū sit ad placitū, est relatio rationis, si tñ imponeretur ad significandū bouē, amitteret relationem illā rōnis, cognitio verò, quia est signū naturale, ratio signi non est rōnis, sed realis in ipsa, ergo quia ad mutationem obiecti deperdit rationem signi veri, amittit aliquid reale.

Tertiò si obiectum istarū propositionum contingentium non est aliquod existens, vt sunt propositiones de præterito, de futuro, & quæ non entia respiciunt, illa relatio nō erit perfectè realis, quia deficit prima conditio, quod sit inter extrema realia; si verò est aliquod existens, & positiuū, quāuis actus sit abstractiuus erit tñ realis pfectè contra Vulpes disp. cit. ar.1. n.8. dicentem nunquā in cognitione abstractiua relationem esse realem actualē, probatur, qa etsi abstractiua cognitio nō petat, vt cognitio est, terminari ad rē vt existentem, attamē vt vera respicit obiectū, vt existens à parte rei, si est de psenti, vel vt fuit existens, si est de præterito, vel vt aliquando existēs erit, si est de futuro, qua rōne diximus in 1.p.inst. trac. 2. veritatem propositionum de pterito, & de futuro depēdere à veritate propositionis de præsenti, in tm̄.n. nunc est vera ista propositio *Antichristus erit*, quia aliquando erit verum dicere *Antichristus est*, & ideò ista modo est vera *Adā fuit*, qa quādoq; fuit verum dicere *Adam est*, cū ergo istæ propositiones respiciant obiectū sm̄ existētiam, quatenus veræ, sequitur, quod quando propositio de præsenti etiam abstractiua formatur, & obiectum existit, inter ipsa sit vera, & perfecta realis relatio, cum adsint omnes conditiones requisitæ, nec verbum in istis propositionibus absoluatur à temporis differentia, vt est in propositionibus necessarijs. Ex quibus omnibus patet, quomodo veritas non sit determinatè transcendentalis, vel prædicamentalis relatio perfectè, vel imperfectè realis, sed indifferenter se habeat.

Diluuntur rationes in oppositum.

Contra doctrinam traditā arg. primò probādo, quod veritas nō dicat relationem cōformitatis supra actum; Tum quia cognitio nō est obiecto conformis, cum cognitio sit accidens, obiectum sæpè est substantia, ens rationis, & alterius speciei ab ipsa cognitione. Tum 2. cognitio entis rationis, quod sit ens fictum, est vera, & tamen non habet cum illo cōformitatem, quia nequit ad illud referri, vt mensuratum ad mensuram, ex Sco. quol. 13. M. & 4.d.1.q.1.S. & ratio suadet, quia mensura, & regula est prior mensurato, ens rationis est posterius cognitione, a qua fit. Tum 3. cognitio entis rationis, & non entium nequit conformari illis, vt sunt in seipsis, cum nullum esse habeant à

parte

parte rei, nec sint res, sed in intellectu, at veritas sumitur in ordine ad rē, vt est in se, ergo ī hac cognitione veritas nō dicet relationē cōformitatis. Tum 4. q̃a nō solùm cognitio est obiecto cōformis, sed ēt obiectum est conforme cognitioni, ergo vtrumq; denominabitur verū. Tandē saltim cognitio practica est vera, & tñ non habet talem conformitatē ad obiectū tāquā ad mensurā, quia ipsa cognitio est regula, & mensura in practicis nō obiectū, vt v.g. cognitio ista practica *est castè viuēdū*, est regula, & causa castitatis in hīne.

Resp. ad 1. ex Scot. 1. d. 3. q. 3. C. & quol. 13. O. cōformitatē inter actum, & obiectū nō esse in mō essendi, & entitatiuè, sed in rēpsentādo, & intentionaliter, sicut imago est similis Cęsari, nō in essendo, sed repsentatiuè. Ad 2. dicimus, ꝙ duplex est cognitio entis rōnis, vt colligitur ex Sco. 2. d. 1. qu. 5. B. vna practica, qua primò fit, & fingitur ad modum entis, alia speculatiua, & quasi reflexa, qua iā factum consideratur sm̄ propriā naturā, in prima cognitione non est veritas, imò fictio, in secunda adest veritas, q̃a cōsideratur, sicuti est, respectu cuius pōt dici mensura, nō quidem quò ad pfectionem, quo sensu asserit Doctor ens rōnis non esse propriā cognitionis mensurā, sed quoad veritatem, vt diximus disp. 8. q. 10. ar. 2. declarando tertiū modum, quatenus pōt esse terminus illius conformitatis, vt videtur docere Sco. 1. d. vlt. in fin. Ad 3. quādo dicimus veritatem esse conformitatē ad rē, sicuti est in se, res non accipitur ꝓpriè, & positiuè, vt à rōne ente distinguitur, & venit à ratus, rata, ratum, sed sumitur pro obiecto, ꝙ cognoscitur, qualecūq; illud sit, & vt venit à reor, reris; nec per ly sicuti est in se, insinuatur semper existentia à parte rei, sed potius natura, conditio, & essentia illius, ꝙ cognoscitur (quam habent suo modo entia rationis, & negationes,) & existentia obiectiua in cognitione practica. Ad 4. veritas propriè, & formaliter, de qua loquimur, nō ēst quælibet conformitas, sed ea tm̄, quę est ad mēsurā illius, in quo fundatur, quæ regula modò est obiectū, ideò pōt dici verū causaliter, & radicaliter licèt formaliter dicatur, ēt verū veritate in essēdo, non in repsentādo. Ad 5. resp. obiectum dupliciter considerari posse, vel sm̄ essentiam, & in rōne obiecti, & vt sic est mensura cognitionis practicæ, & causa veritatis ipsius, in tm̄ .n. cognitio dictans esse castè viuendū est recta, & vera, quia castitas est obiectum eligibile, quia habet suam bonitatem præponderantem, & obiectiuā, estq; conformis Legi superioris, à qua proximè obiectum dicitur bonum, & eligibile in moralibus; sicut etiam idcircò in artefactis cognitio domus est vera, quia dictat omnes cōditiones, quas debet demus habere iuxtà exigentiam propriè conditionis, vt possit inseruiri fini, ad quem est ordinata, & non ideò domus est vera, q̃a sic cognoscitur; alio modo cōsideratur, vt producibile ad extra, vt effectus, & secundū exercitium existentiæ, & sic obiectū dicitur mensuratū, cognitio mensura actionis, qua producitur obiectum illud à parte rei; ita Suarez cit. & cum eo omnes Recentiores.

Secundò, quòd ista conformitas sit essentialiter ipse actus, nō quid distinctum, probatur omnibus illis rationibus, quibus impugnatur distinctio relationis ab extremis, vt vidimus suo loco, & etiam prob. quia veritas est perfectio simpliciter, cum sit attributum Dei, relatio non est perfectio simpliciter ex Scoto quol. 5. ergo veritas non erit, nisi absolutum actus. Tum 2. q̃a si veritas esset quid distinctum ab actu, & in actu fundatum, iā posset actus intrinsecè suscipere contraria, veritatem .s. & falsitatem, contra Arist. c. de subst. dicentem orationem esse capacem cōtrariorū sine sua mutatione. Tum 3. vel actus secundum suam essentiam assimilatur obiecto, vel non; si primum, ergo per suam essentiam solam est similitudo vera obiecti, non per relationem superadditam; si secundum ergo per

suā essentiā est formaliter falsus, nā falsitas in non similitudine consistit, vt infra. Tum 4. actus p suā essentiā est repræsentatio Petri, q̄ sit homo, & sicuti est, q̄a p suā essentiā exprimit idētitatem Petri, & hominis, ergo p suā essentiā est verus. Tū 5. esse rep̄sentatiuum intētionaliter obiecti essentialiter dicit entitatem absolutā actus, ad quod consequitur relatio transcendentalis rep̄sentationis ad obiectum, per quam secundum nos circumscribitur differentia essentialis actus, ergo quia saltim in propositionibus necessarijs actus ex sua natura est essētialiter rep̄sētatiuus obiecti, sicut est, veritas erit actus essētia, ad quā consequetur relatio transcendentalis conformitatis illam circumscribens.

Resp. ad 1. min. non esse vniuersaliter verā, & cum Sco. quol. 5. negat relationē dicere pfectionem, loquitur in diuinis de relationibus originis; Vel dicimus, q̄ veritas est pfectio, non formaliter accepta, sed rōne fundamenti, & substantiæ actus, qui natus est ex se fundare talem relationē, quā nequit fundare actus falsus. Ad 2. cōcedimus sequelam, Arist. verò loquitur de mutatione per se immediata non supponente aliam priorem, quomodo non mutatur oratio, nā hæc psupponit mutationem obiecti. Ad 3. dicimus actum per suam essentiam esse fundamentaliter assimilabilem, etiam si per impossibile non resultaret relatio, non autem formaliter, vt in simili diximus de relatione, & id sufficit, ne per essentiam dicatur falsus. Per idem ad 4. tum quia actus essentialiter est repræsentatiuus, non tñ est essentialiter rep̄sentatiuus verè, sed secūdariò, quia prouenit ex immutabilitate obiecti. Ad 5. in probatione concl. arguendo contra Smisinch. assignauimus rōnem disparitatis, cur repræsentatio sit quid actui intrinsecū, & explicetur p relationē trāscēdētalē, nō verò idē de veritate dicendum.

Tertiò ad idem; relatio prædicamentalis fundatur in extremis habentibus illam rōnem, sub qua referuntur, relatio .n. patris, & filij supponit patrem, & filium in rōne generantis, & geniti, relatio causæ supponit iā causā, & effectum in ratione causę, & effectus, ergo relatio veri simpliciter debet supponere iā ipsum actum verum, aliter non posset illum referre sub rōne veri. Tum 2. actus scientificus essentialiter differt ab actu nō scientifico, sicut scientia, opinio, & error essentialiter etiā differunt, sed actus scientificus ab actu erroris nōnisi p veritatē est diuersus, ergo veritas est illi essentialis. Tum 3. q̄a actus fidei supernaturalis, quāuis sit circa contingens, vt sunt actiones Dei ad extra, est intrinsecè, & essentialiter, verus vt neqat esse falsus, vnde si quis comprehenderet actum fidei de Incarnatione Verbi, statim deueniret in cognitionem Verbi Incarnati, q̄ ponitur obiectum, & hoc propter ordinē, quem dicit obiectum in repręsentādo, ergo quia talis ordo reperitur in quocunq; actu, si quis perciperet hanc verā propositionem *Petrus currit* etiā perciperet cursum petrensem, ergo etiam in his conformitas est actui essentialis.

Resp. ad 1. neg. antec. quia si extrema relationis supponerentur constituta in eā rōne sub qua refert illa, effectus formalis pcederet causā formalem, & *Quod* pcederet *Quo*, & oīnò superflueret relatio subsequens, nā relatio insurgit inter patrē, & filium, vt Petrus dicatur formaliter generans, & filius formaliter genitus, idem de alijs relatiuis dicendū, extrema ergo ante relationem supponuntur solum habere in se rōnes fundandi, nā causa ante relationē habet potentiā actiuā, effectus potētiā passiuam, duo alba communicant in eadem natura specifica albedinis, sic relatio veritatis non supponit actum formaliter verum, sed solum ratione mensurabilis, quæ est ratio fundandi relationes tertij modi. Ad 2. actus scientiæ ab actu erroris differt per propriam differentiam essentialem, quæ est tendentia in propriū obiectum, vt taliter repræsentatum, per veritatē verò differt tanquā per aliquod pro-

propriũ, & consequens necessariò ad ꝓpriã naturã, quo sẽsu dicimus equũ ab homine differre per inhibilitatẽ. Ad 3. resp. actũ fidei supernaturalem dici necessariò verũ, quia fertur in obiectum sub ratione reuelati à Deo, q̃ ratio formalis est certissima, contingentia verò obiecti in se est obiectũ materiale fidei, quare si quis perciperet actũ repræsentantẽ Incarnationẽ Verbi, perciperet incarnationem repræsentatã, quia est obiectum illius actus sub ratione cognitionis, sicut perciperet cursũ Petri, at vt cognoscat veritatẽ actus, requiritur, vt vltra repræsentationẽ percipiat conformitatẽ, vel cũ obiecto vt reuelato, vt in fide, vel cum obiecto à parte rei, vt in alijs actibus, nõ ergo ẽ par rõ de actu fidei, & de cæteris circa cõtingentia.

Quartò, ostenditur hanc relationẽ non esse realẽ. Tũ quia hæc relatio est indifferens ad rẽ existentẽ, vel non existentẽ, ita.n. verus est conceptus de rosa, cũ existit, sicut cũ non existit, ergo non est realis, sed rõnis. Tũ 2. æquè verũ est iudiciũ; quo quis iudicat hominẽ esse animal, ac illud, quo iudicat non esse lapidẽ, sed hæc conformitas, cũ sit ad negationẽ, nequit esse realis, ergo nec illa, quãuis sit ad esse positiuum. Tũ 3. saltim in cognitione abstractiua contingenti de præsenti, ait Vulpes, nequit esse perfectè, & simpliciter realis, alioquin periret differentia intercedens inter notitiã abstractiuã, & intuitiuã, q̃ Scotus assignat quol. 3. ar. 2. quòd .s. in cognitione intuitiua relatio ẽ actualis, in abstractiua verò minimè. Tũ 4. relatio ex parte obiecti mensurantis nõ est realis, ergo neq; relatio ex parte conceptus mensurati. Tũ 5. Sco. multis in locis ait verum esse idem realiter cum ente, vt est videre apud Cauellum. Tandẽ relatio non suscipit magis, & minus veritas suscipit magis, & minus, datur.n. vnũ ens magis verũ, q̃ aliud 2. Met. 4. & 4. Met. 8.

Resp. ad 1. ex dictis in probat. concl. ostendere solum illam relationem esse rationis, vt distinguitur à relatione simpliciter, & perfectè reali, non quòd sit relatio per actũ collatiuũ intellectus causata. Ad 2. per idem; vel dicimus cũ Sc. 1. d. 23. G, conceptũ, qui natus est fieri immediatè à re sinè opere intellectus negotiãtis, duplicẽ esse, positiuũ, quo iudicamus rem esse talem, negatiuũ, quo iudicamus rẽ non esse talẽ, & vtrũq; causari à positiua re mensurante illos conceptus, tã secundũ id, q̃ est, quã secundũ id, quod non est; quare conceptus negatiuus habet ꝓ termino ens positiuũ. Ad 3. dicimus Scotibi loqui de relatione attingentiæ, quæ in abstractiua non terminatur ad rẽ, vt existentẽ, nõ de relatione conformitatis, q̃ benè potest cognitio abstractiua conformari obiecto in se existenti; neque hæc & illa distinguuntur specificè in esse notitię veræ, sed tantũ in esse notitię simpliciter. Ad 4. negatur paritas, quia relatiua tertij modi non sunt mutua. Ad 5. dicimus Sc. loqui de veritate in essendo, quæ est passio entis, vel de actibus intuitiuis, & necessarijs. Ad 6. patebit in seq. art.

ARTICVLVS QVARTVS.

Quid sit falsitas cognitionis.

SIcut ad Metaphysicũ spectat considerare veritatẽ rerũ, quæ dicitur in essendo, ad Logicũ verò aliquo modo explicare veritatẽ in repræsentando, quę est cognitionis maximè cõplexe, ita quia oppositorũ est eadẽ disciplina, falsitas in essendo, seù rerũ (si datur) pertinet ad Metaphysicũ, ad Logicũ tãtũ falsitas in repræsentando, & illa præsertim, quę cognitioni complexæ, & propositioni cõuenit, & cõsistit in difformitate ad rem in se; duobus autẽ modis potest intellectus obiecto non conformari, vel merè negatiuè, vt cũ totaliter illud ignorat, & hæc propriè nõ dicitur falsitas, sed nescientia, & ignorantia, secundo positiuè, quãdo percipit rem, aliter ac sit in se, vt si conciperet Petrum currentẽ quando sedet, & dicitur error, & ignorãtia positiua, ita Arist. 1. post. c. 9. in præsenti loquimur de secunda, nã loquimur de cognitione, & propositione falsa.

Quòd

Quòd dentur istæ propositiones falsæ in nobis, probat Arist. 4. Met. 19. 21. & 28. cōtrà aliquos antiquos oēm nostrā cognitionē asserentes esse verā, eò quia res quælibet talis est, sicut à quocunq; putatur esse, ꝙ dictū impugnat, qa sic cōtradictoria essent simul vera, si ab vno vnum contradictorium, ab alio alterum, vt verū apprehenderetur; tum quia esse rerum penderet à nr̄a cognitione; & tandē quia experimur nos aliquādo non explicare res, vt sunt in seipsis, vnde in aliā vertimur sententiā, re melius pōderata. Datur itaq; falsitas in repr̄sentando, q̄ veritati in repr̄sentādo, opponitur, fundaturq; immediatè, & primariò in formali cōceptu, secūdariò, & depēdēter in cōceptu obiectiuo, qn̄ cōceptus formalis aliter attigit rē, ac sit in se, vt de veritate diximus, & ijsdē rōnib. ostēdi poterit ibi ꝓsubiecto veritatis adductis.

A quo tn̄ proueniat, ꝙ tàm sæpè in huiusmodi labamur errores, & difficultatem in assequenda veritate sentiamus, adlib. de an. spectat; pronunc dicimus aliquando ortum ducere à causis extrinsecis, & occurrentibus impedimētis. s. ex indebita obiectorū distātia, vel ex defectu nostrorū sensuum, quibus sæpè repr̄sentātur res, aliter quā sint; & tandem Sco. 2. Met. q. 2. totā rōnem difficultatis redegit in imperfectionē nr̄i intellectus, qui in cognoscēdo dependet à sensu, & per species intelligit sensibus à sensibus mendicatas: vnde autē oriatur hæc dependentia, inquit Doctor quol. 14. P, & probat ex Aug. 15. de Trin. c. 27. oriri præcipuè non ex natura potētiæ, sed rōne status, quippe qui non est naturalis, sed pænalis ob peccatum originale commissum à nostro primo parente.

De hac igitur falsitate quærimus, quid formaliter dicat; & quidem ex dictis art. præc. patet, quod non dicit præcisè entitatem actus, vel actum cum obiecto, sed aliquid addere supra actū, de quo est difficultas, maximè an sit quid priuatiuum, itaut falsitas sit simplex carentia conformitatis, an verò addat supra actū relationem positiuam difformitatis, & si talem, adijcit, quæ nā sit, & quomodo distincta.

D. Th. 1. p. q. 17. ar. 4. vbi Caiet. & alij Thomistæ insuper Mol. ibi disp. vni. circa finē, Valen. to. 1. disp. 1. q. 17. punc. 3. & ex nr̄is Smisinch. tract. 3. de Deo vno disp. 1. n. 38. asserūt falsitatē cōtrariè opponi veritati, & ꝑ consequens quid positiuū formaliter dicere. Cauell. tn̄ disp. 3. de an. sec. 9. Pasqual. 2. p. Met. disp. 71. sustinent quid negatiuum solum formaliter significare.

Dicendum est, falsitatem addere supra cognitionē, seù mētalem propositionem realē relationē disconuenientiæ, & difformitatis, de qua idē est dicendū quo ad distinctionem, & realitatem, ꝙ de veritate diximus. Cōcl. docetur à Tat. 1. perier. q. 1. dub. 3. vbi loquitur de falsitate cōtingentis propositionis, à qua realiter distinguitur, & pōt separari, & ab Ant. And. ibid. q. 3. vbi adducit doctrinā, imò verba formalia, quæ tradit Sco. 9. Met. sup tex. 22. & 6. Met. q. 3. § *Dico ergo ad qōnem*, ℣. *Secunda aūt veritati*, vbi asserit veritati cōplexæ opponi priuatiuè ignorantiā, quæ falsitas negatiua ēt vocatur, & cōtrariè falsitatē, quādo. s. vniuntur, quæ in re nō sunt vnita, vel è cōtra, si ergo falsitas ꝓpriè dicta, de qua loquimur, contrariè per Scot. opponitur veritati, nō priuatiuè, nequit cōsistere in aliquo negatiuo formaliter, sed in positiuo, qualis est relatio difformitatis; & quamuis infra ℣. *Respondeo*, ponat falsitatē in carentia veritatis formaliter, loquitur tamen ibi de falsitate opposita veritati rerum in essendo, nā hæc veritas conuenit rei in ordine ad intellectū, quatenus potest se manifestare, qua ntùm est de se, cuicunq; intellectui potenti talē manifestationem agnoscere, quod conuenit cuicunq; enti tanquam passio, vnde cum ente conuertitur, & per consequens falsitas opposita debet esse non ens, quia dicit negationem talis potentiæ, aliter si esset quid positiuū haberet talem potentiam, & veritatem, quod est impossibile.

Probatur aūt concl. hac vnica ratione; rela-

relationes primi modi fundãtur sup vnũ, & multa, itaut vbi est vnitas naturę, ibi est relatio identitatis, vbi est vnitas, & cõuenientia in quantitate, ibi est æqualitas, vbi est cõuenientia in qualitate, ibi est similitudo, & è cõtra, vbi est multitudo naturarum in specie, ibi est relatio diuersitatis, & distinctionis, vbi est multitudo, & disconuenientia quãtitatum, ibi est relatio inæqualitatis, & tãdẽ quæ in qualitate discõueniunt, dicuntur dissimilia p relationem dissimilitudinis, quæ relationes non sunt simplices negationes oppositarũ, dissimilitudo .n. nõ est p̃cisè carentia similitudinis, sed est relatio positiua opposita contrariè similitudini, quã doctrinã fusè exposuimus disp. 8. q. 10. art. 2. ergo sicut cognitio vera, qa habet quandã cõuenientiã cũ obiecto in esse rep̃sentatiuo, fundat relationẽ conformitatis ad obiectũ, quæ est quædã intentionalis similitudo, sic cognitio falsa, qa habet discõuenientiã cũ obiecto, nã illud non exprimit, vt est in se, fundabit relationẽ difformitatis positiuam ad obiectum, quæ est q̃dã intentionalis dissimilitudo, in qua formaliter consistit falsitas. Dices, talẽ relationẽ p accidens se habere ad denominationẽ falsi, nã si per impossibile non resultaret, adhuc cognitio p simplicẽ carẽtiã similitudinis rep̃sentatiuæ cum obiecto, in qua cõsistit veritas, diceretur formaliter falsa. Cõtra, nam si hęc respõsio valeret, idem posset de relatione diuersitatis, inæqualitatis, & dissimilitudinis sustineri, & p cõsequens nulla esset rõ ostendens dari debere tales relationes; tũ qa posset quis oppositũ sustinere. f. ꝙ falsitas sit quid positiuũ, veritas tñ carentia istius difformitatis, nã eò ipso, ꝙ nõ adest difformitas ĩ cognitione, & si p impossibile nõ resultaret relatio cõformitatis, esset illa cognitio vera, qa nõ falsa; & vniuersaliter oẽs rõnes, quibus ostenditur distĩctio relationis ab extremis, probant ẽt distinctionem positiuã falsitatis à cognitione.

Quòd autẽ eodẽ modo sit philosophãdum de ista relatione, quò ad realitatem, & distinctionem à propositione, vt sumus locuti de veritate, patet ex ibidẽ dictis, nõ .n. hæc relatio est rõnis, sed realis, quia independens ab opere intellectus, nec sẽmp est simpliciter realis, nã licèt ꝓpositio cõtingens de p̃senti, quando est negatiua dicat relationẽ actualem simpliciter realẽ, vt si quis currente Petro dicat *Petrus non currit*, hæc propositio dicit relationẽ realẽ difformitatis ad cursum Petri existẽtẽ, quẽ respicit, attamen ꝓpositio in materia impossibili, quæ abstrahit ab obiecto existẽte, & eius copula absoluitur ab oĩ differentia tẽporis, cũ sit sempiternæ falsitatis, vt *homo est lapis*, & illa, quę est de p̃terito, & futuro, & quæ est de p̃senti, sed respicit quid negatiuum, cui difformatur propter affirmationẽ oppositi, vt nõ currente Petro, si dicatur *Petrus currit*, oẽs istæ ꝓpositiones dicent relationem realem sm̃ qd, cũ non sit inter extrema realia. Similiter ꝓpositiones illę, quę nequeunt mutari in veras, vel saltim ab initio non poterãt esse veræ, habent falsitatem realiter identificatam, reliquæ verò realiter distinctam.

Contrà arg. primò; si falsitas consistit in relatione difformitatis ad rẽ, quia non exprimitur, sicuti est, ergo quando intelligitur Petrus, vt animal solum, talis conceptus esset falsus, quia Petrus non tantũ est animal, sed etiam rationalis. Tum 2. sicut se habet malitia ad bonitatẽ, ita falsitas ad veritatem, nam sicut malum est quidã voluntatis defectus, ita falsum est quidam defectus intellectus ex 6. eth. c. 2. ergo sicut malitia formaliter dicit priuationem bonitatis ex Sco. 2. d. 37. ita falsitas erit priuatio veritatis. Tum 3. si falsitas diceret qd positiuum, ergo Deus cõcurreret, & esset causa falsitatis in intellectu nostro, & ita posset aliquem decipere, quod repugnat summę eius veritati, & perfectioni. Tum 4. sicut carentia potentiæ videndi est cæcitas, & si nullus noxius humor adueniat in oculo, ita carentia cõformitatis ad obiectum erit præcisè falsitas, quãuis nullum positiuũ sequatur in actu.

actu. Tum 5. sequeretur, quod alia res à Deo posset dari, quæ non crearetur à Deo, quod implicat, prob. seq. illa propositio, *Deus creat aliquid de nouo*, potest esse falsa, cum sit contingens, cuius falsitas non erit à Deo, aliter alia prodositio esset vera, ergo aliquid esset de nouo, putà positiuum illius falsitatis, quod non esset à Deo.

Resp. ad 1. cũ dicimus tunc propositionẽ esse falsã, quando concipitur res aliter, ac sit, non est sẽsus de conceptu præcisiuo, qualis est ille Petrus est animal, nã in hoc adest conformitas, saltim partialis cum obiecto, sed vel de diuisiuo, si quis conciperet Petrũ esse solũ animal, vel de positiuè erroneo, vt homo est lapis, & vniuersaliter quando rei tribuitur, quod non habet à parte rei, vel ab ipsa remouetur, quod habet. Ad 2. paritas valet de falsitate opposita veritati in essendo, nõ de opposita veritati cõplexæ, & quãuis in aliquibus valeat, nõ tamẽ in proposito, tũ quia malitia est defectus voluntatis, qui ex sua ratione formali dicit non ens, vnde in omissione potest reperiri, at falsitas est deceptio, quę dat intelligere sẽper actũ positiuũ intellectus; tũ quia bonitas, quæ cõformitatem ad legẽ formaliter dicit, à parte rei est solũ denominatio extrinseca in actu, & malitia est carentia talis denominationis, quæ postea accedente opere intellectus cõcipitur ad modũ positiuæ relationis difformitatis ad legẽ, at veritas, & falsitas conueniũt intellectioni à parte rei, ideòq; insurgũt ex natura extremorũ; quare sicut malitia fit relatio rõnis positiua per intellectũ, falsitas erit relatio positiua præscindẽdo ab actu intellectus negotiãtis. Ad 3. aliud est dicere, Deũ cõcurrere ad actum erroris, & ad illã entitatẽ falsitatis, aliud posse nos decipere, primũ est verũ, quia cõcurrit cũ causis secũdis tãquã vniuersalis causa, & cum sinat illas motus suos agere, concurrit ad deceptionẽ illarũ, sm̃ est falsũ, quia tunc esset author, & totalis causa erroris, quod repugnat; sic etiã cõcurrit ad entitatẽ actus peccaminosi, imò ad ipsã entitatẽ formalẽ peccati in sẽtentia Caiet. ponẽtis peccatũ in positiua entitate, nõ tamẽ debet dici per se causa peccati, sed per accidens, quia præter intentionẽ ipsius eueniũt peccata; concurrit etiã ad mõstra, & alios naturales defectus, nõ tamẽ dici debet causa imperfectionis; quia hæc prouenit ob imperfectionẽ causæ secundæ, cũ qua cõcurrit. Ad 4. neg. paritas, quia humor noxius in oculo est materiale priuationis, nec cæcitas à parte rei in suo conceptu formali includit habitudinẽ ad aliud, vt falsitas, ideò si actus conciperetur præcisè, vt habet carentiã cõformitatis, diceretur falsus eo modo, quo actus verus diceretur talis, si præcisè cũ carẽtia difformitatis cõciperetur, & paries albus nigro diceretur dissimilis, si, vt carẽs similitudine, cõsideraretur, s. materialiter, & fundamẽtaliter, nõ formaliter. Ad 5. respondet Tac. cit. idẽ argumentũ fieri posse de veritate, quod aliquid de nouo fiat, & nõ à Deo, nã ista propositio *Deus nihil creat de nouo*, potest esse vera, & hæc veritas nõ esset à Deo, aliter propositio esset falsa; quare respondetur casũ implicare, nam si Deus nihil de nouo creat, non põt dari propositio illa de nouo, nã implicat aliquẽ de nouo producere propositionẽ aliquã, ad quã non concurrat Deus; similiter nulla esset propositio vera dato casu propter eandem rationem; quapropter istæ erunt propositiones seipsas falsificantes, de quibus diximus p.p. inst. tract. 2. c. 10.

Secũdò arguit Pasquali ens cõmunissimè sũptũ dicit rõnẽ veri tanquã passionẽ, cui falsitas opponitur, ergo falsitas neque esse ens positiuũ, quia extra ens cõmunissimè nõ datur aliquod positiuũ, quod si falsitas vt sic negatiuè opponitur veritati, quælibet etiã falsitas negatiuè opponetur, quia inferiora seruant naturã superioris. Tũ 2. quia si dicit entitatẽ positiuã, iam haberet vnde posset se manifestare cuicũq; intellectui, ergo haberet veritatem, & sic non esset opposita veritati, quia opposi tũ tollit, nõ includit rõnẽ alterius oppositi.

Resp.

Resp. committi fallaciã, quia arguitur à veritate in essendo ad veritatem in repræsentando, & à falsitate illi oposita ad falsitatẽ huic cõtrariã, concedimus. n. ens cõmunissimè dicere rõnem veritatis in essẽdo, & falsitatẽ oppositã esse qd negatiuũ, sed negamus falsitatẽ in repñtando esse quid negatiuum, & inferius ad illã falsitatem, nã sunt alterius, & alterius rõnis, & solum æquiuocè analogicè falsitatẽ in cõi dici de hac, & illa, vt innuit Doctor 6. Met. q. 3. in simili de veritate cõi ad veritatem in essendo, & in repñtando; nisi velimus concedere falsitatem in cõi abstrahere à positiuo, & negatiuo, vt diximus de rõne principij in cõi ad formã, & priuationẽ in phys. disp. 1. q. 1. Ad 2. similiter dicimus falsitatem in repñtãdo opponi veritati in repñtando, cuius rõnẽ tollit nõ includit, non opponi veritati in essẽdo, quã includit, vt passionem, rectè .n. potest intellectus reflectere supra cognitionem falsam, & intelligere falsitatẽ in illa repertam, cui falsitati vt obiecto esset illa cognitio reflexa conformis.

Tertiò relatio propriè non suscipit magis, & minus, falsitas suscipit magis, & minus, ergo non est relatio; mi. prob. Primò, quia magis mentitur, qui dicit hominem esse lapidẽ, q̃ qui affirmat esse equũ; item si duobus tm̃ currentibus quis dicat tres currere minus mentitur, quam si diceret octo, vel viginti currere, q̃a magis à veritate recedit. Secundò quia actus mali sunt inæquales in malitia, ergo & actus falsi. Tertiò si quis efformaret tres propositiones falsas, magis diceret falsum, quã qui vnicã tm̃, ergo si quis conficeret vnicã ꝓpositionẽ falsã ex subiecto copulato æquiualentem illis tribus, falsior erit hæc propositio, q̃ illa, quæ esset de subiecto simplici. Nec valet Hurt. responsio disp. 17. lög. sect. 2. §. 27. & seq. ꝙ illa, quæ est de subiecto copulato, cõsistit in indiuisibili, ideòq; tã aberrat à veritate, qui falsum enunciat de quatuor, quã qui de viginti, considerãtur. n. illa plura vt partes subiecti, ad quæ indiuisè fertur actus, & vt distincta materialiter se habent ad illã ꝓpositionẽ, sicut æquè nõ moratur Venetis, qui est Romæ, quã qui est Bononiæ, quamuis hic minus distet; & hoc quia absentia illa consistit in indiuisibili, & p accidens se habet illa maior, vel minor distantia. Nõ valet, quia vt arguit Arriag. disp. 14. log. sect. 3. sequeretur non magis vlnã esse inæqualẽ semipalmo, quã palmum, & habens vnum gradũ albedinis nõ esse dissimilius nigro, quam habens albedinem vt octo, ꝙ est falsum. Neque copulatio illa aliquid saluat, nã nõ affirmatur cursus de illis necessariò simul sumptis, & cũ necessaria depẽdẽtia vnius ab alio, sed confusè, & sine ordine, qua ratione patitur diuisionem, & latitudinem, vt possit magis, vel minus falsum enũciari. Tãdem quia veritas ꝓpositionis suscipit magis, & minus, ergo falsitas ẽt opposita, antec. patet ex Arist. cit. in pced. art. tũ quia propositio necessaria magis distant falsitate, quã contingens vera, cũ illa nequeat fieri falsa, sicut ista, illa est certior, & euidentior, ergo verior; tum quia idem experimur in bonitate morali, quæ magis, & minus suscipit in actibus volũtatis.

Resp. difficultatem hãc petere solutionẽ illius dubij, an vna ꝓpositio sit verior, vel falsior altera; negant hoc de veritate Hurt. & Arriag. cit. itẽ Amic. trac. 26. disp. 1. q. 5. dub. 5. ar. 1. & Ruu. 1. Post. c. 2. q. 4. loquendo de veritate formali, nõ fundamẽtali; de falsitate negat ẽt Hurt. affirmãt Arriag. & Ruu. vtrumq; probabile censet Amic. Sed vt rẽ breuiter explicemus, not. ꝙ veritas potest sumi, vel pro propria formalitate, quomodo dicit adæquationem, & commensurationem actus cum obiecto, vel pro concomitantibus ipsam, qualia sunt necessitas obiecti, vel contingentia maior, vel minor perfectio entitatiua ipsius obiecti, maior, vel minor efficacia rationum, quibus mouetur intellectus ad assensum, & similia; primo modo adhuc potest dupliciter considerari, nam vel illa adæquatio sumitur extensiuè in ordine ad

ne ad numerum pdicatorũ obiecti, itaut actus nihil repsentet, ꝙ non reperiatur in obiecto,& nil sit in obiecto,ꝙ non repræsentetur ab actu, secundo intensiuè, vt actus repsentet obiectũ, quantum est repsentabile. Falsitas deinde pōt sumi dupliciter, vel negatiuè, vt dicit carentiã veritatis,vel positiuè, vt significat recessum à veritate, & distantiã, quæ consistit in illa relatione inæqualitatis, sicut absentia Veneta pōt sumi,vel vt dicit carentiã Venetę psentiæ,vel vt significat distantiam positiuã .s. distantiã Romanã, vel Bononiensẽ.

Vt igitur declaremus, an vna ꝓpositio sit verior, vel falsior altera, supposito, ꝙ loquamur de mentali propositione, seù de cognitione intellectus (nam vocalis propositio impropriè dicitur vera,vel falsa, videndum est, an veritas, & falsitas in omnibus propositionibus consistant in indiuisibili, an verò in omnibus, vel saltim in aliquibus propositionib. respiciant obiectum diuisibile;nã si primũ concedatur, nequit vna propositio esse altera verior,si sm̃,debet admitti in veritate,& falsitate magis,& minus eo mō,quo in relationib.datur;vt explicauimus disp.8.q.10.

Dicimus ergo,ꝙ si veritas sumatur pro concomitantibus ipsã,sic vna ꝓpositio est verior altera,patet, quia vna ꝓpositio est de pfectiori,de magis necessariò obiecto, & pro statu isto vna est alia euidentior,qa euidentiora motiua cõcurrunt ad assensũ ipsius;ita colligitur ex Sco. q.14. vniu. cũ ait verius non habere suã veritatem à minus vero;hoc ẽt voluit Doctor,cum quol. 18.T.ait, *Consimiliter multæ conclusiones sequentes ordinatè ex eodẽ principio habẽt veritates proprias distinctas,& fortè prior est verior, & magis necessaria, quia in necessitate sua non pendet à posteriori, sed è cõuerso.* Si ẽt veritas sumatur pro adæquatione actus cũ obiecto extensiua quo ad numerum pdicatorum,pōt admittere aliquã latitudinẽ,præter quã in transcendẽtibus, nã si vna res habet in se plura prædicata,& actus solum vnum repræsentet, alter verò oĩa,certè conformior erit secũdus,quã primus,sicut duæ quãtitates magis æquales dicvtur,si sint æquales secundum oẽs dimensiones,quam si secundum vnã tm̃; at si considerentur duæ propositiones de eodẽ pdicato, vel de oĩb. simul, sic vna non est verior altera extensiuè,qa consistunt in indiuisibili,vel.n.affirmãt,ꝙ conuenit obiecto, vel negant, ꝙ discõuenit;& qa trãscendentia habent cõceptum simpliciter simplicem, ꝓpositiones de ipsis ex hoc capite erunt ęquè veræ,propter indiuisibilitatem obiecti;si tandẽ consideretur veritas quò ad intensionem repsẽtationis, sic duæ propositiones de eodem obiecto possunt esse inæquales in veritate;ꝙ probatur, quia de eodẽ obiecto oĩnò possunt dari intellectiones, quarum vna clarius,& distinctius repsentet illud,altera obscurius,vt non repsentet obiectũ, quãtum est repræsentabile, ergo potest dari vna propositio verior altera de eodem obiecto intensiue, conseq.prob.quia veritas formaliter consistit in repræsentatione obiecti,vt in se est,ergo pfectior,& intensior repræsentatio formaliter erit perfectior,& intensior veritas,anteced.prob. perfectior actus perfectius, & clarius attingit obiectum,quam imperfectior,quãuis vterq; attingat adæquatè adæquatione extensiua, & quo ad numerum prædicatorum, sic Theologi admittunt cum Doctore in 4.d.50.q.4.& 5.vnã visionem de Deo perfectiorem altera, quãuis quilibet Beatus attingat omnia prædicata diuina, & Deum videat, sicuti est, & nulla creata visio repræsentat Deum,quantum est repræsentabilis, sola visio diuina ipsum adæquat intensiuè, & extensiuè, & ideò dicitur cõprehensio; tum qa formalitas veritatis nō consistit in simplici adęquatione, sed in similitudine quadam intentionali, sed similitudo suo modo dicitur suscipere magis,& minus,ergo & veritas; tum quia in corporeis rebus idem euenit, nam idem obiectum visibile, vel propter perfectiorem potentiam visiuã, vel

vel propter intensius lumen pôt pfectius; & distinctius videri ab vno, quã ab alio, licèt vterq; attingat oẽs partes obiecti; Demum probari potest ex doctrina de comprehensione apud Scot. 3. d. 14. q. 2. F.

Dices veritas consistit in adæquatione actus cũ obiecto, sed ęqualitas inter duo nequit recipere magis, & minus, qa consistit in indiuisibili, vnde non magis ęquales dicũtur duo aurei palmi, q̃ duo lignei, & D. Aug. epist. 29. ait, oĩa recta esse ęqualiter recta, vt patet de linea. Resp. veritatẽ non esse solum adæquationem extensiuã, sed ẽt intensiuã cum obiecto, vt repræsentet illud, & sicuti est, & quantum repsentabile est, idcircò admittit latitudinẽ quãdã, vt possit suscipere magis, & minus, sicut explicatũ est; Neq; inferas, ergo actus non rẽpsentãs obiectum, quantũ est repsentabile, est falsus, non valet, aliter actus pcisiuus esset ẽt falsus, q̃ est inconueniẽs, vt diximus ad primum: D. autẽ Aug. loqtur de rectitudine mathematica, quę cõsistit in indiuisibili, non de speculatiua, aliter etiã moralis esset talis, & sic oẽs actus virtutis essẽt eiusdem omninò bonitatis.

De falsitate dicendum est etiã, q̃ possit esse vna propositio falsior, si. s. priuat perfectiori veritate, & magis necessaria, vnde falsius est dicere *Deus non est*, quã *mundus nõ est*, pôt ẽt esse falsior, si plura negar pdicata, quã si vnum solũ, hinc falsius est dicere *homo est lapis*, quã *homo est equus*, qa prima remouet ab homine, & rationalitatem, & animalitatem, secunda solã rationalitatem, & per consequens dicit illa maiorem inæqualitatem, & difformitatem, quàm ista, sicut arguebat Arriaga.

Dices falsitas formaliter consistit in recessu à veritate, ergo quia quælibet propositio falsa à veritate recedit, quælibet erit æquè falsa; de per accidẽs. n. est, q̃ parum, vel multum recedat; sicut cum quis Eucharistiã sumit non ieiunus peccat, & nil refert, q̃ parum, vel multum comederit. Resp. falsitatem non dicere solã carentiã veritatis, sed positiuam difformitatem ideoq; pôt actus magis, vel minus esse difformis obiecto, sicut album pôt esse magis, vel minus dissimile; verum est tñ, q̃ si obiectum cõsistit in indiuisibili, tunc vna propositio de illo nequit esse falsior, vt est in exemplo adducto, præceptum. n. sumẽdi Eucharistiam ante cõmestionem con sistit in indiuisibili, vt. s. ieiunè sumatur, ideòq; si non ieiunus quis accipit, parum refert si abundè comederit, vel non, non sic semper euenit in falsitate, nam ipsa distantia à veritate maior, vel minor inducit maiorem, vel minorem difformitatem cum obiecto, in qua consistit falsitas, vt potest exẽplificari in multis actibus peccaminosis, plus. n. peccat qui centũ furatur, quã qui decẽ. Ex quib. patet respõsio ad arg. quãuis. n. veritas, & falsitas suscipiãt magis, & minus, adhuc formaliter dicent relationẽ, cui tanquã proprietas cõuenit hęc suscepitio, vt diximus suo loco.

ARTICVLVS QVINTVS.

An propositiones de futuro contingenti absoluto sint determinatè veræ, vel falsæ.

Difficultas hæc est potius theologica, quàm logica, agitur tamẽ hìc à Doctoribus, quia eã tangit Arist. in fine 1. lib. perier. pro cuius intelligẽtia, not. ex Tat. hìc q. vlt. quod futurum est duplex, vnum necessariũ, q̃. s. impossibile est nõ fore, vt Antichristus erit hõ, alterum cõtingẽs, & hoc est triplex, vel quòd rarò euenit, vt inuentio thesauri ex fossione, vel vt in pluribus, vt hominem habere duos pedes, & de istis non loquimur, tertium dicitur contingens ad vtrumlibet, quod. s. est indeterminatũ ex se ad esse, vel nõ esse, vt quòd Sortes erit, vel non erit; de quo pôt fieri propositio vniuersalis, vt oẽs homines cras current, vel particularis, vt aliquis homo cras curret, vel singularis, vt Petrus cras curret; & quælibet istarum propositionum pôt rursus esse duplex, vel absoluta, vel conditionata, absoluta dicitur illa, quæ futuram existentiam enunciat de re absq; alia conditione, vt Petrus leget,

leget, nō ꝙ lectio crastina non pendeat à multi conditionib. & circumstātijs in sui existentia, sed quia hæc dependentia non exprimitur, sed solum p propositionē cathegoricā affirmatur, vel negatur futura existentia rei; cōditionata verò est, in qua p cōditionalē hypotheticā affirmatur, vel negatur futura existentia rei dependenter à conditione, itaut si non ponitur in esse illa conditio, neque erit res illa, vt si cras veniet Petrus, Sortes leget.

Secundò not. ꝙ dissidium est apud Doctores, quid p determinatā, veritatem, & falsitatē intelligatur. Quidā.n.intelligunt veritatē necessariā, vt à cōtingenti distinguitur; Sed nō placet, qa propositio contingens de pſenti est determinate vera, nō tñ necessariò, sed contingenter. Quidā intelligunt veritatem euidentē; Sed falsò, nā multæ propositiones de pſenti, ēt necessariæ sunt ineuidentes, & tñ determinatè veræ. Quidā verò recentiores distinguūt, ꝙ propositio de futuro pôt comparari ad duo, vel ad significatū formale, ꝙ significat, vel ad causas illius effectus, & formalis significati, conformitatē cum significato formali vocant veritatē simpliciter, conformitatē cū causis appellant veritatē determinatā; quæ veritates possunt ab inuicem separari; nā poterit esse, ꝙ aliqd in se sit verū, sed hic, & nunc cum suis causis cōparatum, ex quibus mouetur intellectus ad ꝓpositionē de futuro formandum, non sit determinatè, & certitudinaliter verum, quia causæ non sunt hic, & nunc determinatæ ad illud producēdum, & è contra; sit exemplum, si instāte principis electione, quis diceret *Petrus erit princeps*, eò quia attendit ad animos electorum benè dispositos erga Petrum, si Petrus erit princeps, dicet verum simpliciter, quia illa propositio conformatur cum significato formalis futuro, & dicet quoq; determinatè verum, quia conformatur cum causis hîc, & nunc dispositis ad talem electionem; si tñ non erit Princeps, dicet falsum simpliciter, sed determinatè verū, qa respiciendo causas illius electionis illum iudicium habent cōformitatem, & iuxta verum motiuum pronunciatur illa propositio; quapropter in sententia illorum determinatio veritatis attendi debet ex conformitate cum motiuo impellente intellectum ad aliquod iudicium eliciendum. Sed quamuis hæc acceptio posset admitti, quando verè attingitur connexio causæ cum effectu, tñ cum ex cōiecturis solum infertur, potius hęc habitudo ad causas, & ad motiua denominare debebit illud iudiciū prudens, vel temerarium, quā verum, vel falsum, qui.n. ex leui causa, vel ex sufficienti mouetur ad aliquid affirmandum, vel negandum, nō dicitur tunc verè, vel falsò iudicare, sed rectè, vel malè, prudenter, vel insipienter; tum quia veritas propositionis non nisi ex ordine ad proprium significatum formale sumi debet. Quare per determinatā veritatem intelligimus simplicem veritatem, & conformitatem propositionis cum suo significato, & ꝓpositionem esse determinatè verā est illā in se fundare veritatem, non falsitatē; siuè illa veritas sit nobis occulta, siuè nota, hoc .n. est de per accidens illi propositioni.

Tertiò not. hanc propositionem dupliciter posse dici determinatè verā, vel determinatione de inesse, vel de possibili, in primo sensu illa est propositio determinatè vera; quæ solum significat prædicatum inesse subiecto, non excludendo potentiā ad oppositū, vt *Antichristus erit* dicit existentiā futurā conuenire subiecto, cū hoc tñ stat, ꝙ habeat potentiā ad non essendū, tunc autem ꝓpositio dicitur determinatè vera determinatione de possibili, quādo etiam excludit potentiam ad oppositum, vt *homo est animal*; his duabus determinationibus opponuntur duæ indeterminationes, de inesse, & de possibili; hæc dicit indifferentiam ad posse esse, & posse non esse, illa dicit indifferentiam ad essendum, vel non essendum, qua in determinatione nulla res dici potest indifferens

ferēs,& indeterminata, quia quælibet est determinata determinatione de inesse,nā vel est,vel nō est; cū hac tamē determinatione potest stare indeterminatio de possibili,quia res contingens cum est, potest non esse,& cū non est,potest esse; quę distinctio suo modo applicatur etiam causę liberæ, quatenus pōt agere, & nō agere.

In præsenti loquimur de propositione de futuro,nā quæ est de præsēti,vel de pterito, patet, ꝙ est determinatè vera, vel falsa; nec de quolibet futuro, sed contingenti,& absoluto; nā necessariū est sēper determinatè verū,quia copula in his propositionibus absoluitur ab omnidifferentia tēporis; conditionatū verò spectat ad Theologiā,nā secū affert grauissimas difficultates Theologicas. Item loquimurde propositionibus singularibus,nō de vniuersalibus,vel particularibus, nā particulares sunt determinatè veræ, vniuersales determinatè falsæ, non simpliciter,& absolutè, sed moraliter loquendo,& secundū cōmunē naturæ cursū, nā cū ad falsitatē propositionis vniuersalis sufficiat, vt prædicatum non conueniat vni contento sub subiecto, si est vniuersalis affirmatiua, vel conueniat si est negatiua, videtur impossibile, quòd prædicatum contingens ab omnibus indiuiduis remoueatur, vel omnibus conueniat; idcirco propositiones vniuersales sunt determinatè falsę,& particulares determinatè verę; solū igitur de sīgularibus ē difficultas.

Insuper loquimur de veritate determinata in sēsu explicato, nō quidē determinatione de possibili, hęc.n.repugnat cum cōtingentia, qa ponit necessitatē, sed determinatione de inesse, q̄ stat cū indeterminatione possibili, explicatur .n. vt notat Doc. in 1.d.39.G.per duas cathegoricas virtualiter in illa inclusas, in quarum vna de inesse tribuitur subiecto p̄dicatū, & oppositum illius prædicati tribuitur in altera, nō qdē de inesse, quia implicat, sed de possibili, vt *Petrus curret*, nō explicatur *Petrus sic curret, vt etiā non curret*, sed *Petrus sic curret, & poterit etiā no currere*, in qua indeterminatione stat ratio cōtingētiæ. Sēsus igitur q̄siti ē, an q̄do enūciātur istæ ꝓpositiones, si sint contradictorię, vt *Petrus cras leget, Petrus cras nō leget*, vna istarum sit determinatè vera, altera falsa, vel si vna tātū proferatur, *Petrus cras leget*, ista sit vera determinatè, vel falsa, an verò neq; sit falsa, neq; vera, sed p̄scindat.

Est vna opinio asserens, ꝙ ꝓpositiones de futuro cōtingenti, si considerētur vt contradictoriæ integrāt vnā hypotheticā disiūctiuā, vt *Petrus cras leget, vel Petrus nō leget cras*, siuè disiunctā, vt *Petrus cras leget, vel non leget*, similiter si consideret vna cathegorica disiunctim in ordine ad veritatē, & falsitatē, v.g. *Petrus leget, vel est vera, vel falsa*, tunc quælibet istarum erit determinatè vera, eo quia inter contradictoria nequit dari mediū, at si q̄libet cathegorica in se spectet, vt *Petrus leget*, vel ista alia *Petrus non leget*, neutra istarum erit vera, vel falsa determinatè, sed vna erit vera, altera falsa indeterminatè, & cōfusè, quia etsi vagè vna sit vera, nulla tamen determinatè pōt dici vera, sicut hæc propositio, aliquis calamus est necessarius ad scribēdū, est vera indeterminatè, vagè,& cōfusè, non determinatè, quia nequit assignari determinatè calamus aliquis, cui cōueniat necessitas ista, sicut assignatur, quādo terminus determinatè supponit, ex dictis 1.p.inst.in tr.1.c.10. tribuitur hæc opinio Ari.hìc itē Aureo.in 1. d.38.q.1.ar.3.Cather.opu. de verit.enūc. Mol.1.p.disp.17.& 18. Masio hic c.6. sect. vn.q.4.Cordub.lib.1.quęst.q.55.dub.1.& à Conībr.citātur Bass.in 1.d.38. q.1.ar.3. ad 1.& Barg.d.39.ad arg.princ. sed falsò, nā ille solū asserit futurū cōtingens secūdū se cōsideratū nullā habere determinationē ad esse, vel non esse, & consequenter vt sic nullā habere determinatā veritatē, aut falsitatē, at si spectetur, vt subest diuinæ voluntati, sic est determinatū, vel ad essēdū, vel non essēdū ad veritatē, vel falsitatē; ꝙ ē verissimū, qa futurū, cū sit i-

Eee diffe-

differens ad esse, & non esse, requirit determinari à ꝓpria causa, à qua dependet, quare nō negauit absolutè nō habere modò determinatā veritatē, vel falsitatē; Bargius verò loquitur in sent. Arist. non secundum veritatē, vt ipsemet se declarat.

Dicendū est ꝓpositiones de futuro cōtingēti absoluto esse vel determinatè veras, vel determinatè falsas, itaut hæc propositio *Petrus leget cras*, habet determinatā veritatē, vel falsitatē; ita Sco. 1. d. 39. §. *Visō de cōtingentia*, & §. *Ad arg. princ.* estq; communis apud Theologos, & Philosophos tū veteres, tū recētiores, quos lōgū esset recensere, & pręcipuè optimè illā ꝓbat Greg. 1. d. 38. q. 1. ar. 2. à quo omnes ferè recētiores rōnes desūpsere; refert tā Moris. hic disp. 10. q. vlt. oppositā sententiā fuisse à Sixto IV. damnatā cōtra Petrū Arin. quæ censura manuscripta asseruatur in Acad. Louan. & rationabiliter q̄dē, nā nō solū euidēter à Patribus asseritur, sed etiā habetur in sacra Script. nā Dan. 3. dicitur de Deo, *Qui nosti omnia, antequā fiant*, & Apoc. 21. dicitur, *Et absterget omnē lacrimā ab oculis eorū*, quę propositio est de futuro cōtingēti singulari, & ibidē asseritur esse verā, vnde Ioanni dicitur, *Scribe, quia hæc verba fidelissima sunt, & vera*, & passim habētur tales ꝓpositiones, & prophetiæ, quæ sunt determinatè verę aliter Deus potuisset mentiri, & nos decipere, quod est impiū; eò vel maximè, quòd multa sub iuramēto per prophetas suos, tanquā vera ꝓmulgauit, & ipse Christus ore ꝓprio, vt cū Petro p̄dixit trinā negationē, & latroni possessionē, & ingressum Paradisi. Tū quia Deus ab æterno præsciuit oīa futura, non quidē sub disiunctione, quod forēt, vel nō forent, nā hoc modo à nobis præsciuntur, nec propriè esset præscientia, sed cognitio q̄dā confusa, & imperfecta, præsciuit ergo determinatè iuxta illud Psal. 138. *Intellexisti omnes cogitationes meas de longe, & oēs vias meas præuidisti*, igitur ab ęterno propositiones fuerunt determinatè veræ, vel falsæ, ergo quando nos illas pronunciamus, si erunt cōformes illis in mente diuina ab æterno existentibus, erūt veræ, si difformes, falsæ; neq; dicas cum Cather. has propositiones esse Theologicè veras, non Logicè; quia illæ propositiones antecedenter ad diuinā cognitionē habent determinatā veritatē, vel falsitatē, nō. n. ideò sunt veræ, q̄a sic cognoscūtur, sed verè cognoscūtur à Deo, quia sic sunt in seipsis, siuè hanc infallibilē veritatē diuina sciētia habeat ex coexistentia futurorū cū ęternitate, siuè ex ideis, siuè à decretis diuinis, parū refert; in præsenti. n. quærimus factum, non causā, & modū facti; Quod adhuc potest probari, quia quod nō est determinatè in se verū, vel falsū nō ē cognoscibile, quare si futura cognoscuntur à Deo, erūt determinatè cognoscibilia, & quāuis nos non cognoscamus determinatè, & certè, non ob id negari debet illis determinata veritas, vel falsitas; nā etiā multas de p̄sēti, & necessarias certò nescim', & tū in seipsis habēt determinatā veritatē, aut falsitatē.

Secūdo, prob. hæ propositiones sūt determinatè cōformes, vel determinatè difformes proprio obiecto, q̄do proferūtur, ergo sūt determinatè veræ, vel falsæ, cōseq. patet ex definitione veritatis, & falsitatis, ātec. prob. hæc propositio *Antichristus erit*; significat Antichristū forē certo tēpore futuro, in quo necessariò vel erit, vel nō erit Antichristus, mediū nō potest dari; si erit, ista ꝓpositio ē cōformis, si nō erit, est difformis. Nec obstat nos nescire determinatè an sit vera, vel falsa, nec absētia obiecti officit, aliter nec propositiones de p̄sēti, neq; de p̄terito erūt determinatè veræ, vel falsæ, si obiectū ignoretur à nobis, vel sit absēs, vt ī illis de p̄terito, Si dicas, vt effectus sit futurus, req̄ri determinationē causæ liberæ ad illū producēdū, quia si est adhuc indeterminata, & in ęquilibrio suspensa, effectus neq; dici, quod erit, vel nō erit, hoc. n. habet à determinatione causæ, at in prolatione propositionis de futuro, causa est īdeterminata, & ideò ēt ef-

effectus intelligitur indeterminatus ad esse, vel non esse, & per consequens propositio erit indeterminatè vera, vel falsa, quod non euenit in propositionibus de præsēti,& de præterito, quæ in sua significatione īuoluūt determinationē causę.

Contra, propositio de futuro, licèt nūc proferatur, in quo causa est indeterminata, tñ non significat obiectū pro nūc, sed pro tēpore futuro, in quo necessario causa est determinata ad producēdū, vel nō producēdū,& effectus ad esse,vel nō esse, ergo nunc propositio erit determinatè cōformis, vel difformis: si.n.nō inuolueret determinationē causę,sed indeterminationē, scū potētiā,q̄ habet ad producēdū,vel nō producendū, quia talē potentiā habet causa in prolatione propositionis, sequeretur, ꝙ illa propositio nō esset de futuro, sed de præsēti,nō de inesse,sed modalis de possibili, nō cōtingens,sed necessaria; prob.sequela,si.n. hęc propositio *Antichristus erit*,significat Antichristum vt potētē produci, vel nō produci, & sub indeterminatione causæ de possibili (non .n. pōt dari aliqua causa, quæ sit indeterminata indeterminatione de inesse,nā q̄libet vel agit, vel non agit) ergo faceret hūc sēsū, Antichristus poterit produci,& non produci,seu possibile est Antichristū produci, & Antichristū nō produci, quæ propositio est modalis,& necessaria, & p cōsequēs absoluitur copula à tēporis differētia, & erit etiā præsens,quia talis potētia modò reperitur in Deo, vt in causa. Tū quia adhuc haberemus intentū, quia illa propositio esset determinatè vera quò ad vtrāq; partē, nā esset copulatiua, ad q̄ requiritur veritas vtriusque cathegoricæ, nec esset contradictoria, quia negatio non cadit supra modum,sed supra dictum,vt diximus 1.p.inst.tr.2.c.5.& 9.

Tertio prob. hæc propositio *Antichristus erit*,vel est determinatè vera,& habetur intētū, vel non erit vera, ergo nō erit Antichristus,patet cōseq. ideò propositio affirmatiua nō est vera, quia eius significatū nō ita se haber à parte rei, vt exprimitur per propositionē,aliter esset cōformis, & vera, si ergo Antichristus nō erit à parte rei,ergo cōtradictoria illius affirmatiuæ est vera,quia est conformis obiecto,vt est à parte rei; Tū qa nequit obiectū esse indifferens ad esse, & nō esse,nequit .n. Antichristus cras,neque esse,neq; nō esse, sed vel erit, vel nō erit cras, ergo neq; propositio de futuro exprimēs existētiā crastinam Antichristi potest esse indifferēs ad veritatē, & falsitatem;aliter si nō eēt verū dicere *Antichristus cras erit*, neq; *Antichristus cras nō erit*, poterit inferri,ergo Antichristus cras neq; erit,neq; nō erit,quia ex propositione copulatiua, cuius partes sunt duæ singulares negatiuæ,valet cōsequentia ad cathegoricā singularē negatiuā de pdicato copulato ex pdicatis partiū copulatiuæ, vt Petrus, neq;currit,neq;Petrus loquitur, ergo Petrus neq; currit,neq; loquitur; & sic duæ cōtradictoriæ essent veræ; vide Greg.cit.

Cōtra istā veritatē arg. Tū quia si propositiones de futuro cōtingēti haberent determinatā veritatē, seqretur Deū aliq̄do dixisse falsū, qa multa p Prophetas pdixit vt euētura,q̄ tñ nō fuerūt ī esse posita,vt cū Isa.38. prædixit Ezech. *Dispone domui tuæ, quia morieris*,& Ion.3. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur*, & tñ neq; mors Ezechiæ, neq; ciuitatis submersio contigit. Tū 2. Futurū vt contingēs de sua ratione formali ē indifferēs ad vtrūlibet, ergo de sua rōne formali est indeterminatū,ergo neqt verè cōcipi, vt determinatū. Tū 3. si hoc esset, ergo futura necessario euenirēt, quia si possent nō euenire illa ppositio posset fieri falsa, ponatur ergo, ꝙ nō eueniāt, quæritur,q̄do propositio, q̄ erat vera, incipit esse falsa, nō q̄do est vera, qa neqt esse simul vera, & falsa,nō ante,vel post, qa ꝙ est aliquādo verū,sēp ē verū. Tū 4. nulla esset differētia inter propositionē necessariā,& cōtingentē,quia ambæ essent [illegible] veritatis. Tū 5. omnia immutabiliter euenirent,

tatis, in quo consistit formalitas vltimatè abstracti, ex d. 5. cit. C. Similiter in generibus dicendū, φ sit duplex cõcretio, & ad inferiora specifica, & ad propria singularia generica, vnde animalitas licèt abstrahat à speciebus, concernit adhuc indiuidua generica, hanc scilicet & illam animalitatem pro quibus supponit.

Ratio verò, cur Sc. d. 5. cit. asseruerit in substantijs vnicā tantū esse abstractionē, est, vt notat Barg. quia substantia nō abstrahit à supposito alieno, vt faciunt accidentia, quorū supposita, & fundamenta sunt alterius prædicamenti, sed à proprio eiusdē prædicamenti, sumendo suppositū largè, prout conuertitur cū singulari; & quāuis in Christo humanitas abstrahat à supposito diuino, tñ diuinū suppositū ibi gerit vices proprij suppositi creati, quod sufficit, vt notat Lich. ibi. nisi velimus dicere tunc loqui de suppositis, ad quæ natura habet aptitudinē, quale est solū creatū. Quare est vna abstractio in substantijs à supposito, q̄ habet plures gradus, vnus est à supposito incommunicabili, alter à singulari: nō curauit aūt Doctor hos gradus distinctè assignare, quia satis erat ipsi exemplificare de abstractione à supposito, vt posset explicare vltimatā abstractionem diuinæ essentiæ, quæ cum sit singularissima, vnicā tantum admittit abstractionem, imò quasi supposuit humanitatem esse vltimatè abstractā; at in 3. cit. satis expressè innuit hanc multiplicem abstractionem, & in illo extra dist. 5.

Notāda est etiā differentia, quæ reperitur inter abstracta substātialia, & accidētalia, φ accidentalia media abstractione abstracta cõcernunt, si sunt generica, nō solū propria indiuidua generica, sed etiā species, vt color potest supponere & pro hoc, vel illo colore, & pro albedine, vel nigredine, vnde est diuisibilis per differētias essentiales in species, ratio est, quia vt sic habet rationem totius in ratione habentis, vt explicatum est disp. 5. q. 1. ar. 4. at abstracta substantialia, etsi generica sint, solum supponūt pro ꝓpijs indiuiduis, nō pro speciebus. vt animalitas pro hac, vel illa animalitate, nō pro humanitate, vel equinitate, & hoc q̄a vt sic in ꝓprio cõceptu est pars, cum nō se habeat in rōne totius habētis, pars autē non pōt de toto prædicari, sed benè de indiuiduis proprijs, vt est videre in partib. physicis, anima. n. nō prædicatur de viuēte, sed de hac, vel illa anima, vnde diximus disp. cit. naturas genericas, cum de indiuiduis genericis prædicātur habere rationem speciei, non generis.

Ex his ergo terminis concretis, & abstractis multæ, & diuersæ cõficiuntur prędicationes, sed nimis longum esset referre oēs prædicationis diuisiones adductas à DD. principaliores tāgemus, & illas, de quibus pcipuè in instit. Log. nulla est facta mentio; nā de pdicatione p se, & p accidens, naturali, seù directa, & innaturali, seù indirecta satis diximus in 2. p. inst. tra. 1. c. 3. similiter diuisiones enunciationis sunt ēt diuisiones pdicationis; de quibus p. 1. inst. trac. 2. & tandē de pdicationibus aliqua diximus disp. 3. q. 8. art. 2. cum de prædicationib. secundarum intentionum de primis, & de se inuicem locuti sumus.

Thomistæ communiter diuidunt prædicationem in identicam, disparatam, & mediam, prima est, in qua idem enunciatur de seipso, secunda, in qua prædicatum nullā habet connexionem cum subiecto, vt homo est lapis, homo est equus, media, in qua extrema habent aliqualem connexionem, sed non totalem idētitatē.

Sed rectius, & subtilius cū nostris formalistis distinguendū est in tract. formal. ar. 3. & alijs sup loca Doct. citanda, φ pdicatio est duplex, alia formalis, alia idētica, formalis, vt colligitur ex Sco. 1. d. 4. q. 2. B. & d. 5. q. 1. & d. 8. q. 4. ad 1. princ. & d. 26. q. vn. Y. & quol. 3. O. & alibi, est illa, in qua pdicatum dicitur conuenire subiecto per quandā adiacētiā, & inhęsionē, & est duplex, vel essentialis, vel accidētalis, & denominatiua, prima est, in qua prædicatum adiacet subiecto quidditatiuè, & essen-

ſentialiter, vt homo eſt animal, ſecunda, in qua prædicatũ adiacet ſubiecto accidentaliter, vt homo eſt albus, & hæc peculiari modo dicitur denominatiua, nam ſi velimus rationẽ denominatiui ampliare etiã ad quidditatiua prædicata, ſic prędicatio denominatiua conuertitur cum formali in cõmuni, vt notat Doct. quol. cit. ꝙ ſupra explicauimus diſp. 2. q. 6. ar. 1. Rurſus prædicatio denominatiua eſt duplex, alia intrinſeca, in qua prædicatũ intrinſecè adiacet, & afficit ſubiectũ, vt homo intelligit, nã intellectio inhæret ipſi homini, alia extrinſeca, in qua prædicatũ non inhæret ſubiecto, ſed alteri, ad illud tamen habet habitudinem, vt paries dicitur viſus viſione in oculo exiſtente, & ad parietem terminata.

Prædicatio identica eſt, vt docet Lich. 1. d. 4. q. 2. in qua prædicatum enunciatur eſſe idẽ realiter cũ ſubiecto, nõ p modum formæ adiacentis, & hæc eſt duplex, alia eſt omnimodè idẽtica, qua ratione à Doc. d. 26. cit. dicitur prima identitas prædicationis, & eſt illa, in qua idẽ prędicatur de ſe ipſo, vt homo eſt homo, & à Io. de S. T. p. 2. log. q. 5. ar. 2. dicitur identica formaliter, quia ex vi ſignificationis terminorũ idẽ ſignificat vnus, ac alter; alia ẽ nõ omnimodè identica, vt quando duo, quãuis ꝓprijs rationibus formalibus sĩt diuerſa, identificãtur tñ realiter, qua rõne poſſunt ad inuicẽ prædicari; hęc autẽ idẽtificatio ex duplici capite ꝓuenire poteſt, vel quia sũt eadẽ realiter alicui tertio, qua ratione inter ſe poſtea idẽtificãtur, vt ſunt genus, & differẽtia in ſpecie, nã animal, & rõnale sũt idẽ realiter rõne tertij, .ſ. hominis, cui idẽtificãtur; & ſi ab illa vnione in tertio præſcinderetur, dicẽdo animalitas eſt rõnalitas, vnũ nõ eſſet idẽ realiter alteri.

Et poſſunt aliqua inter ſe realiter idẽtificari, etiã vt à tertio p̃ſcindũt, q̃a ambo, vel vnũ eorũ eſt infinitũ, infinitas .n. eſt ratio idẽtificationis realis, quod explicat Trõb. in formal. ar. 3. §. *Pro declaratione p̃dicationis identicæ*, quia cũ implicet dari plura infinita realiter diſtincta, vt fusè ꝓbat Doc. 1. d. 2. q. 3. & quol. 5. quicquid conuenit alicui infinito, tranſit in eius ꝑfectam identitatem realem, & per conſequens quantumcunque duo abſtrahantur à tertio, ſi ſaltim vnum illorum ſit infinitum, habebit in ſe, vndè poſſit perfectè realiter identificare ſibi, quicquid eſt ſibi compoſſibile, ſic in diuinis hæc propoſitio eſt vera identicè *ſapientia eſt bonitas*, quia licèt vt ſic abſtrahant à tertio .ſ. Deo, in quo realiter vniuntur, attàmen propter infinitatem, quam habent, ſunt adinuicem realiter identificata, cum ſint inter ſe compoſſibilia, & nequeant dari duo infinita realiter diſtincta. Diuidunt etiam Formaliſtæ hanc identicam prædicationem, in identicam ſimpliciter, & identicam identicè, ſed hæc diuiſio parũ habet vtilitatis, idcircò illã dimittimus. Tandem poteſt addi prædicatio, quæ dicitur cauſalis, vt cum cauſa dicitur de effectu, vel in recto, vt ira eſt accenſio sãguinis circa cor, vel in obliquo, vt homo conſtat ex anima, & corpore.

Eſt tamẽ hic not. vt aduertũt Compl. diſp. 4. q. 3. quòd omnes iſtæ prædicationes diuiduntur in affirmatiuã, & negatiuã, nã iſtæ ſunt formales *homo eſt riſibilis*, *homo non eſt riſibilis* quãuis vna vera, altera falſa, item hæ ſunt identicæ *homo eſt homo*, *homo non eſt homo*, licèt affirmatiua ſit vera, & negatiua falſa.

Cũ igitur omnis prædicatio fiat in terminis concretis, vel abſtractis, quatrupliciter poſſunt inter ſe combinari, vel quòd concretũ p̃dicetur de cõcreto, vel ꝙ prædicetur de abſtracto, tertio ꝙ abſtractum dicatur de concreto, tandem quòd abſtractum de abſtracto enuncietur.

ARTICVLVS PRIMVS.

An concreta poſsint de alijs concretis, & de abſtractis prædicari.

QVò ad primum concedunt omnes concreta tàm ſubſtantialia, quàm accidentalia poſſe de ſeinuicẽ affirmatiuè prædicari, dũmodò habeãt q̃-

dam

prius .n. est effectũ produci debere in aliqua tẽporis differẽtia, cui dicatur præsẽs, postea quia hæc pars alias habet antecedentes, respectu quatũ dicitur futura, idcirco effectus etiã dicitur futurus; quare cũ fututitio cõsequatur naturã effectus, si effectus est cõtingens in se, & liberè ꝓducibilis, etiã vt futurus erit contingens, & liberè producibilis. Neq; ex diuina pręsciẽtia põt necessitas simpliciter, & absoluta ꝓuenire, quia hæc ẽt se habet vt cõsequẽs, & relinquit effectũ in suo ꝓprio esse connatu tali; exẽplũ aptissimũ adduci solet à Theologis; si quis loquẽs in platea videatur à Petro existẽte in aliqua domo, certũ est, ꝙ ille liberè manet ibi, & loquitur, itaut posset recedere, vel non loqui, etiãsi tunc à Petro videatur, nã hæc visio non imponit illi necessitatẽ manendi in platea, & loqndi, nã se habet vt cõsequẽs, locutio verò vt antecedens, & in ratione obiecti; attamẽ in sẽsu cõposito, .s. supposito, ꝙ ibi permaneat, & loquatur; necessariò videretur à Petro necessitate cõseqntię, & suppositionis, q̃ stat cũ libertate.

Quomodo autẽ etiã cũ decretis diuinæ voluntatis, quibus ab æterno præfiniuit omnes actiones à voluntate creata futuras, benè cohæreat earũ libertas, spectat ad Theologũ explicare; nec nos in messẽ alienã manũ mittere volumus. Nobis semper valdè placuit modus, quẽ tradidit in suis doctissimis manuscriptis tr. de Cõcordia causæ primæ cũ secundis P. Mag. Ioseph Neapolis à Drepano, vbi inter sẽtentias extremas eorũ, qui ponũt diuinã voluntatẽ omninò antecedenter ad nostrã præfinire actus ab ea futuros, & aliorũ è contrà asserentiũ præfinire cõsequẽter, quatenus diuinus intellectus in priori signo rationis præuidet, quid esset factura creata voluntas in hoc, vel illo rerũ ordine, media graditur via ex Scoto desũpta ponendo diuina decreta non merè antecedentia, & præscindentia à nostra determinatione cũ primis, nec merè illã cõseqnẽtia cũ secũdis, sed concomitantia, quã cõcomitantiã refundit in cõtinentiã eminentialem ipsius voluntatis creatę in voluntate diuina secundũ totã eius virtutẽ, & differentiã agendi, ratione cuius statuere potest, quicquid creata voluntas factura est in quolibet rerũ ordine, nulla præmissa scientia media de effectibus ab ea futuris, sed sola simplicis intelligentiæ de effectibus ab ea possibilibus; quã sententiam quamplures ex nostra Religione eruditissimi viri amplexi sunt, & inter alios P. M. Anteus Saxius à S. Ioanne alterius nostrũ præceptor humanissimus, & nunc Archigymnasij Bononiẽsis Metaphysicus publicus, dũ olim in hoc Patauino Collegio Regentis munere fungeretur, eam legit, & firmissimis rationibus adhuc muniuit, & ampliauit. Et eandem postea typis tradidit P. Vulpes in sua Sũma tom. 2. p. p. disp. 30. & to. 1. 2. p. disp. 6. & 7. hunc igitur Auctorem legat, qui huius sent. cupit fieri capax.

Ad author. Arist. aliqui ipsum absolutè negant, vt à fide, imò à naturali ratione aberrãtẽ, ita ex Recẽtioribus Vasq. Suar. Conimbr. Hurt. Amic. Arriaga, & alij. Quidã verò nituntur ipsum explicare, & ad bonũ sensum reducere, vnde asserunt non negasse absolutè dari de propositionibus contingentibus determinatã veritatẽ, vel falsitatẽ, sed negasse veritatẽ necessariã; vel secundo quòd negauit determinatã veritatẽ, vel falsitatẽ quò ad nos, non simpliciter; vel tertio, negauit ab illis determinatã veritatẽ, aut falsitatẽ, vt cõsiderantur nõ in seipsis, sed in causis, quę ante productionẽ indeterminatè concipiuntur ad producendos effectus, vel nõ producendos, quo sensu effectus illi non habent determinatum esse, neque determinatam veritatem possunt causare.

QVÆSTIO TERTIA.

De regulis bonæ prædicationis ad veras enuntiationes efficiendas.

PRædicatio est vnius de alio enunciatio, & attributio, & quia nonnisi in terminis concretis, vel abstractis exerce-

ueniant, ꝙ euenit solum in diuinis propter infinitatē formalem extremorū, quæ est causa pfectæ identitatis, nō in creatis, in quibus non pōt dari prædicatio identica, nisi sit etiā formalis, ex Sco. 1. d. 8. q. 4. ad 1. eo quia intantum extrema sunt inter se vnita, quia respiciunt tertiū, in quo conueniunt, vt diximus in princ. huius q.

Ex quibus deducitur primò cōtra recētiores, has propositiones esse falsas, *humanitas currit*, *est alba*, *est risibilis*, *humanitas est obiectū intellectus*, *essentia diuina est bona*, *sapiens*, *summa*, *obiectū fruitionis*, *distincta*, *abstracta*, & similes, q̄a oīa ista prædicata sunt adiectiua, & nō in primo modo conuenientia; & quāuis à parte rei verè conueniant, nequeunt tñ enunciari propter modum consignificandi istorum terminorum; verū est tñ, ꝙ multæ ex his propositionibus conceduntur, vt notant Lich. 1. d. 5. q. 1. Barg. ibid. Vallo. in formalit. pag. nobis 357. vel ex vsu loquentium, vel ob carentiam exprimendi conceptus, quāuis de rigore sermonis sint falsæ; vnde istæ ꝓpositiones, *essentia diuina est cōmunicabilis*, *est obiectū fruitionis*; *est distīcta à creatis*, *&c.* debent sic exponi, *Deus sub ratione essentiæ, vel deitatis est cōmunicabilis*, *est obiectum*, *&c.* & hoc expeditius est asserere, quā cum alijs Scotistis, præcipuè Mayr. limitare regulā traditā de vltimatè abstractis ad aliqua p̄dicata, nā ratio ꝓbans de vno p̄dicato cōcludit de oībus.

Secundò, deducitur, has propositiones *essentia diuina est paternitas*, *est sapientia*, *est pater*, *&c.* esse ueras idēticè ꝓpter rationem adductā de prædicatis substātiuis.

Tertiò, colligitur cum Lichet. has propositiones, *humanitas est ens*, *substātia*, *corpus*, *animal rationalis*, esse formaliter ueras contra Vig. Barg. Vallon. cit. Brasaul. super q. 16. uniu. & alios; quod probatur q̄a non præscindit humanitas ab istis prædicatis, cū illa includat, ergo de ipsa possunt prædicari cum ueritate, patet cōseq. q̄a radix ueritatis in propositione est idētitas extremorum; Tum quia Doctor ait, *quandocunque est subiectum abstractum ultimata abstractione*, *& prædicatum ex sua ratione non potest prædicari*, *nisi formaliter*, *non potest propositio esse vera*, *nisi sit per se primo modo*, sed hæc prædicata prædicantur formaliter, & in primo modo, ergo uerè prædicantur. Tum quia si tantùm de ultimatè abstracto nonnisi ipsummet potest prædicari, ut inquiunt Scotistæ cit. non diceret Doctor, quod possit dari ꝓpositio uera formaliter, dūmodo sit in primo modo, q̄a idē de seipso nō formaliter, sed identicè prædicatur.

Resp. non esse ueras istas propositiones, q̄a humanitas, & animal nō sunt infinita, nec uniuntur in tertio, at Doc. 1. d. 8. cit. dixit extrema debere habere unitatem in tertio, unde nunquam concessit in creatis prædicationes in abstracto, nisi cum idem de seipso prædicatur. Vel dicitur non esse ueras, quia humanitas nō integratur ex animali, sed resultat. Cæterū nulla istarum solutionum ualet, prima si esset uera, hæc propositio esset falsa, Sortes est homo, est albus, &c. quia nō uniuntur in tertio, quapropter sufficit, ꝙ extrema sint unita uel in tertio, si sunt dispara ta, ut animal, & rationale, de quib. loquebatur Doct. cit. uel inter se per inclusionem, cōmunicationē, aut informationē; quas prædicationes implicitè concessit, cum assignauit regulā traditam, ut diximus; Falsum ēt est humanitatem nō integrari ex animali, & rationali, imò quia resultat ex illis, integratur ex illis, sicut totū ex suis partibus resultat, & componitur, à quibus nequit abstrahere, cū sint de quidditatiuo conceptu illius.

Sed cōtra doctrinā allatā arg. quia hæc ꝓpositio, *intellectus intelligit*, est uera, & tñ ītellectus est vltimatè abstractus, & ītelligere nō conuenit ipsi in primo mō; ꝙ sit ultimatè abstractus, prob. q̄a in substātijs, inquit Doct. fit unica abstractio, intellectus est abstractus ab intellectiuo, sicut uolūtas à uolitiuo. Tū 2. Sco. in 2. d. 3. q. 1. E. exponens dictum Auic. ꝙ equinitas est tan-

tantùm equinitas,ait,q; sm̃ prioritatẽ naturalem,quam habet natura ad vnitatem, pluralitatẽ, particularẽ, vniuersal'item, non est de se aliq; istorum,quãuis nunquã sit realiter sint aliquo istorũ,& vt sic est q; quid est,per se obiectum intellectus, est à metaphysico cõsiderabilis,exprimitur per definitionem, & alia attributa conuenire asserit,quæ non dicuntur in primo mõ de natura abstracta.Tum 3.natura vt abstrahitur vltimatè,verè terminat actũ intellectus abstrahentis,verè cõcipitur, ergo extrinsecè poterit abstracta,cõcepta,& precisa denominari, & p cõsequens tales denominationes possent cõcipi ad modum entis, & effici entia rõnis formalia, & de illa enunciari.Tum 4.humanitas inChristo dicitur vnita,assumpta, corrupta ĩ triduo, quo sensu nõ cõcernit suppositũ humanum,tum quia hoc nõ adest, tum quia illæ propositiones non rectè formãtur de homine,nec suppositum diuinum, qa isti nõ conuenit assumi,sed assumere,ergo in substãtijs de termino abstracto à supposi-tis,qui est sm̃ Sco.vltimatè abstractus,pos sunt p̃dicata,quæ non sunt in primo modo, prædicari. Tum 5.iste syllogismus expositorius concludit in diuinis, Pater generat, Deitas est Pater, ergo generat; & tñ generare nõ cõuenit Deitati in primo modo. Tandẽ accidentia recipiuntur in humanitate,sicut rationale in humanitate includitur, ergo si est verũ, humanitas est rationalis,ita humanitas est alba,qa receptio, & cõmunicatio p̃dicati cũ subiecto est causa veritatis ꝓpositionis, antec. patet in Christo, in quo albedo nõ põt attingere suppositũ Verbi,sed solũ humanitatẽ vt subiectũ proprium, & cõnaturale.

Resp.neg.intellectum esse vltimatè abstractum,nam vt ipse Doctor notat, aliud est loqui de substantijs,aliud de perfectionibus substãtialibus, in illis vna fit abstractio, in istis, quia modũ habent prædicandi in quale, duplex fit abstractio, sicut in accidẽtibus absolutis, vnde intellectiuum cõcernit suppositum, sicut album,intellectus abstrahit à supposito, nõ ab indiuiduis,vt albedo. Ad 2.respõdet Maur. q.13. vniu. dub. 4. q; aliud est dicere naturæ à parte rei,vt præscindit à singularitate,cõuenire esse obiectũ intellectus, considerabilẽ à Metaphysico,&c. aliud est dicere hæc omnia prædicari posse de natura vltimatè abstracta, primũ est verũ,quia verè à parte rei attributa illa sunt cũ natura identificata realiter, secundũ est falsum, quia ad veritatẽ propositionis non sufficit veritas rei significatæ, sed requiritur etiã veritas modorũ significandi; & quia natura vt abstracta,quãuis in se contineat illa p̃dicata, abstrahit tamẽ ab illa cõtinẽtia,& solũ p̃dicata primi modi respicit ꝓpter sincathegorema inclusũ p *se primo*, idcirco illæ propositiones sunt falsæ. Ad 3. per idem resp.nã quãuis illa prædicata cõueniant, nequeunt tamẽ enunciari de ipsa propter repugnãtiã modorũ significandi, natura .n.vt sic non respicit ista prædicata, & ista in significando concernũt adiacentiã naturæ. Vel dicendum cũ multis Scotistis', regulã Scoti non valere de prædicatis cõsequentibus actũ intellectus,sed de illis quæ à parte rei cõueniũt, nã quamuis in se præscindat tàm ab ente reali,quã rõnis, & ideò de ipsa in se considerata non possint prædicari prædicata realia, q̃ nõ sũt primi modi, & multò minùs p̃dicata rõnis,vt arguit Lich.ex Och. attamẽ ipsa,vt substat actui intellectus reflexo. dicit habitudinẽ ad p̃dicata rõnis; prima responsio est expeditior. Ad 4. humanitas in Christo non est vltimatè abstracta,imò est natura humana singularizata,nos loquimur de humanitate prout præcisè dicit quidditatẽ hominis abstrahentẽ ab omni eo,q; est extra essentiã.Ad 5.resp.Doctor d. 5. cit.committi fallaciã, quia mutatur p̃dicatio, nã maior est vera formaliter, minor est vera identicè,si pater substantiuè sumatur;si vero adiectiuè, vt est denominatiuũ paternitatis,sic ẽ falsa,sicut hæc,Deitas ẽ bona, quia p̃dicatur formaliter.Ad vltimũ patet ex dictis ad 4.

Se-

dā idētitatis habitudinē inter se, ratio est, quia vt docet Sco.cit.pcipuè d.8.q.4.intm aliqua prædicatio affirmatiua est vera, in quantum extrema sunt idem aliquo pacto inter se, & in ꝓpositione nō accipiūtur termini, vt à tali identitate pſcindunt, imò vt consignificant habitudinem illam, sed cōcreta ex modo consignificandi, quē habent, imbibunt habitudinem idētitatis, quatenus concernunt supposita, ergo in ipsis est vera pdicatio affirmatiua; min.patet, nam hæc est vera, homo est animal, est rationalis, qa dicuntur de homine vt habente, & includēte illa essentialiter, à qua habitione, & inclusione tā actiua, quā passiua illi termini non pſcindunt; hæc ēt est vera, homo est albus, ꝓpter eandē rōnem, nā homo cum albedine facit vnum accidentaliter: istæ quoq; sunt veræ, animal est rationale, album est dulce, nō solùm identicè propter habitudinem ad tertium, in quo vniuntur, vel essentialiter, & realiter, vt animal, & rationale in homine, vel accidētaliter, vt album, & dulce in lacte, tāquā in subiecto; sed etiā formaliter, qa vt ait Sco.cit.in creatis oīs pdicatio identica est etiā formalis, cum debeat fieri in concreto, vnde quādo dicitur album est dulce, est sensus, id, ꝙ habet albedinem, habet quoq; dulcedinem, en respectum identitatis in tertio, vt in subiecto, quæ est ratio veritatis propositionis; qua de causa in Christo duæ naturæ adinuicē in cōcreto pdicātur, Deus est homo, homo est Deus, quia in concreto sumptæ cōcernunt idētitatem suppositi. E conuerso vt concreta adinuicem negatiuè verè prędicentur, requiritur, vt nullam habeant identitatis habitudinem inter se, & si aliquā habent, & aliquam non habent, vt recta, & vera sit propositio, debet in illa explicari negatio illa vnitatis, in qua propositio negatiua fundatur, vt Petrus si habet albedinē, & p consequens habet cum albedine idētitatem inclusionis, quamuis essentialiter differant, vt recta fiat pdicatio, non debet absolutè dici, Petrus non est albus, sed Petrus nō est essentialiter albus. Notandum est tñ, ꝙ ad hoc, vt vnum cōcretum rectè dicatur de alio, requiritur, quod se habeat vt quoddā totum quò ad modum prædicandi, vt est explicatum disp.5. q. 1. art.4.

Quò ad 2. partem difficultatis, an possint concreta de abstractis prædicari; Cōmuniter ferè ab omnibus cōceditur nullum concretum posse pdicari formaliter de proprio abstracto, vnde non verè dicitur *humanitas est homo, albedo est alba, iustitia est iusta*; ratio huius est, quia abstractum, cum significet formā in se, & absolutè, se habet vt *Quo*, & vt formalis ratio constituendi, concretum verò, quia significat formā in subiecto se habet vt *Quod*, & constitutum, seù vt habens formam, ergo nequit cōcretum de abstracto dici, aliter *Quo* mutaretur in *Quod*.

Dices, istæ sunt veræ *Deitas est Deus, entitas est ens; existentia est existens, quātitas est quanta, linea est longa*, & similia, ergo cōcretum pōt de proprio abstracto prædicari. Resp. primā propositionem non esse verā formaliter, quasi ꝙ Deitas sit habens Deum, sed solùm identicè, & datur intelligi, ꝙ Deitas, & Deus sint vna res à parte rei, & hoc propter infinitatem formalem, quā habent; secunda, & tertia de rigore sermonis sunt falsæ formaliter, quia sunt *Quo*, nō *Quod*, admittuntur tñ, vel ex vsu, vel quia ly ens, & ly existens, vt notat Blanc. disput. 2. sect.17. non significant concreta illorum abstractorū, sed prout quid significant à nihilo distinctum, & faciunt ferè identicam prædicationem. f.entitas est aliquid, seù entitas est entitas: similiter quarta, & quinta si ly quanta, & ly longa strictè sumantur, vt vera concreta, sunt falsæ de rigore sermonis, sed conceduntur, quatenus significant quandam extensionem, nā valet dicere quantitas est extensa, linea est extensa. Vel dicendum, quod peculiare hoc est quantitatis, quæ non solùm habet, quod sit alterius mensura, & sit *Quo*, sed etiam, quod sit per aliam mensurabilis,

qua

Secundò arg. q̧ ista sit falsa *humanitas est animal.* Tum quia concretum substãtiale ex se concernit suppositũ, sic animal pōt pro hoc,& illo animali supponere,sed humanitas præscindit à supposito, ergo amimal nequit rectè de illa p̄dicari. Tum quia valeret dicere animal currit humanitas est animal, ergo humanitas currit, in quo syllogismo est eadē formalis prædicatio, tàm in maiori, quàm in minori.

Resp.discrimē esse inter terminum absolutè sumptum, & in propositione, in se .n.est potens pro pluribus supponere, pro quibus deinde in propositione non suppo nit, quia restringitur, vel propter copulã, vel per positionem substantiui inferioris, vel alicuius adiectiui; sic animal non solùm concernit species,sed ēt indiuidua,& tñ in hac propositione, homo in cōi est animal, nō cōcernit indiuidua, & supposita aliter propositio esset falsa, q̄a homo in cōi ab illis præscindit; quare eius suppositio restringitur ad concretionē specierũ, sic in proposito cũ dicimus humanitas est animal, ly animal non concernit supposita, à quibus præscindit humanitas, sed solum prædicari, vt species respicit, quomodo respicit humanitatem. A 2. patet per idem, quia etsi non variatur prædicatio, variatur tamen suppositio, quia in maiori ampliatur, in minori restringitur; & idem argumentum potest fieri de ente,quod tamen,omnes concedunt posse de abstractis inferioribus prædicari.

ARTICVLVS SECVNDVS.

An abstracta possint de concretis, & de alijs abstractis prædicari.

Quò ad primã partem dubij pars negatiua communiter cōceditur,vnde hæ sunt falsæ, *homo est humanitas, lignum est albedo, album est color*, &c. ratio sæpius est insinuata, quia abstracta præscindunt à subiectis, & suppositis, cōcreta concernunt illa, quare cum in modo significandi subiectum,& prædicatum non communicent inter se, tollitur radix omnis veritatis propositionis. Tum quia abstractum significat partem concreti, q̧ habet rōnem totius, pars aũt vt pars, siuè physica, siuè metaphysica, nō pōt de toto p̄dicari. Sed quia hæc rō non concludit in diuinis, nã abstracta, etsi à cōicatione cũ suppositis p̄scindant, habent tñ in se vnde possint idētificari realiter, .s.infinitatē, idcircò p̄positiones, in quib. abstracta dicũtur de cōcretis ĩ diuinis, sũt veræ idēticè.

Dices, istæ sunt veræ *album est accidēs, ens est entitas, ens est bonitas, genus est vniuersalitas*,& tñ accidens,& cætera prędicata sunt abstracta. Resp. de rigore sermonis oēs illas propositiones esse falsas, q̧ maximè ostenditur in prima, nã ly accidens propriè non est concretũ ad subiectũ, aliter esset verũ dicere lignũ est accidens, sicut est verum, lignum est album, quod magis declarabitur ex mox dicēdis.

Circa secũdam partem certum est primò in diuinis quãdo saltim vnum extremum est infinitum, tales prædicationes esse identicè veras propter rationem sæpius replicatã. Deinde secundum oēs admittuntur istæ prædicationes in abstractis accidētalibus media abstractione quãdo se habent vt superius,& inferius, vt albedo est color, est qualitas,&c. q̄a nō sunt vltimatè abstracta, & superiora in ordine ad inferiora se habent, vt concreta, cũ illa cōcernãt,& p̄ modũ totius, vt in princ. q. dicebamus insuper ferè oēs cōcedunt propositiones, in quibus abstractum genericũ p̄dicatur de abstracto differentiali, vel è cōtra, esse falsas, vt animalitas est rationalitas,& è conuerso, quia intantum vnũ de altera prædicatur, inquãtum vniuntur in specie, quam vnionem concernunt per nomina concreta, & à qua per abstracta præscindunt, ergo vt abstracta nō possunt adinuicem prædicari. Idem quoque esset dicendum de abstractis, quę in ordine ad alia accidentaliter prædicari nata sunt, vt humanitas est albedo, vel albedineitas, nisi quod Vasq. part. 1. disp. 130. c. 3. limitat hanc veritatem, præcipuè quando per p̄dicatum abstractum denotatur officiũ,

& actus

& actus subiecti abstracti, vt *rationalitas est differẽtia, risibilitas est proprietas, &c.* Maior difficultas est de abstractis generico, & specifico, an illud possit de isto p̃dicari, p̃cipuè in substãtijs, in accidentibus quoq; loquẽdo de abstractis vltimatè; itẽ in abstractũ differentiale possit de specifico dici, vt *humanitas est animalitas, ẽ rõnalitas, albedineitas est coloreitas,* &c.

Hurt.disp.3. Log. sect.3. cõcedit tã genericum, quã differentiale abstractum verè dici de specifico, quẽ sequitur Auers.q.24. Log.sect.4.at Blanc.disp.2.sect.17.hoc solum de generico cõcedit. Alij distinguũt, ꝙ abstracta superiorum possunt dupliciter considerari, vel vt in confuso cõtinent rões, & pfectiones inferiorum, & vt sic possunt de illis p̃dicari, vel secundum graduũ præcisum, quem formaliter dicunt, & vt sic falsò prædicantur, ita Mas. sect.4.de vniu.q.6.Soto q.3.Sanch.lib.3.q.13. Suar. disp.6.Met. sect. 10. Didacus à Iesu disp.5. q.2.dub.2.Cõplut.disp.4.q.4.& alij; à quibus parum distant Fons. 5. Met.q.13. sect. 4.& Io.de S.Th.2.p.q.5.ar.4. dicentes abstracta, si specificatiuè sumantur, confusè dicere rões inferiorũ, & posse vt sic prędicari de illis, si verò de reduplicatiuè, vt substant cõceptui præcisiuo, in hoc sensu nõ posse p̃dicari de inferiorib. Amic.trac. 5.q.9.dub.4.istas prædicationes tanquam probabilius dictum asserit esse falsas, solũ concedit illas, quibus abstracta dicuntur de suis immediatis inferioribus, sub eadẽ abstractione, & nomine significatis, vt *hęc humanitas est humanitas, hæc rationalitas est rationalitas, hæc animalitas est animalitas,* &c. ꝙ ex nostris asserunt Barg.1. d. 5.q.1.*§. Ibi hoc nomen Deus*, & Maur.sup. q.12.vniu.dub. 4. imò ipse Doct.1. d.5. q. 1.E.in illo extra asserit, ꝙ non potest dari cõceptus ita vltimatè abstractus, q̃n possit de proprijs singularib. p̃dicari, vnde concedit p̃positiones istas *hæc animalitas est animalitas, hæc albedineitas est albedineitas*, non tñ istã *humanitas est animalitas*, quia humanitas nõ est singulare animalitatis. Tãdẽ cõis est opinio apud Scotistas, trãscendẽtia posse de alijs abstractis dici, vt *humanitas est entitas, est bonitas*, &c. q̃a ad veritatẽ propositionis, saltim identicã, inquiunt sufficere infinitatẽ p̃missiuã, & transcendentia talẽ habent infinitatem, cũ sint cõia Deo, & creaturis, ideò poterunt in abstracto de alijs prædicari.

Dicendum est, nullam propositionem in creatis in qua vltimatè abstractũ prædicetur de altero vltimatè abstracto, vel de suis immediatis inferioribus sub eadẽ abstractione, & nomine significatis, esse veram; siuè accidentaliter, & denominatiuè, siuè essentialiter, siuè transcendenter prædicetur, ita Doct.cit. quem præter Scotistas sequtur Ruu.tract.de modo prædic.Moris.disp.1.Log.q.17. imò hanc sententiã voluerunt asserere Mas.Suar.& alij illis distinctionibus de abstractis; & p̃cipuum fundamentum est formalitas termini vltimatè abstracti, illum .n. intelligimus cũ Sco.d.5.sæpè cit.q.1.C. qui significat quidditatẽ absolutissimè sumptã, & absolutissimè sumptã, & p̃cisissimè ab omni eo, ꝙ est quocunq; modo extra rõnem quidditatis, ergo vt sic p̃scindit à qualibet habitudine ad quodcunq; extrinsecum, siuè essentialiter, siuè accidentaliter cũ illo abstracto habeat cõmunicationem; ergo de nullo alio poterit p̃dicari, quia vt sæpè dictum est, radix veritatis cuiuscunq; prędicationis est idẽtitas, cõnexio, & cõmunicatio extremorũ, nõ solũ vt sunt à parte rei, sed vt talib. nominibus significantur.

Deinde põt prob. conclusio singillatim quo ad oẽs partes, & primò ꝙ nullum abstractum possit de alio denominatiuè p̃dicari, & si officiũ, & actũ illius dicat, nã vel est sermo de operatione, officio, & actu secundo, sicut est risus respectu risibilitatis, intellectio, respectu intellectus, & hoc est falsum, q̃a nec intellectus est intellectio, nec risus est risibilitas, nec rõnalitas est cõstitutio hominis, sed principium cõstitutiuũ, vel est sermo de officio, & actu primo, & cum hic intrinsecus subie-

ctę,

cto nõ poterit pdicari accidẽtaliter, & denominatiuè, vt dicebat Vasq. sed essentialiter, nã risibilitas formaliter est passio, rationalitas formaliter differẽtia; ꝙ si p passionẽ, differtiã intelligãtur secũdæ intẽtiones, sic est pdicatio denominatiua, sed nõ est de vltimatè abstractis, nã & proprietas concernit hanc, & illam proprietatem, & risibilitas hanc, & illam risibilitatem.

Secundò contra Hurt. prob. ꝙ istæ sint falsæ *humanitas est rationalitas*, *est animalitas*, ad ho.ninẽ, negat.n. hanc *Petrus est humanitas*, quia licèt Petrus in se humanitatẽ includat, tñ vltra illã habet subsistentiã, prædicatum autem debet saltim confusè significare, quicquid dicit subiectum; subsumimus, sed humanitas vltra rationalitatem includit animalitatẽ, quã rationalitas, vt sic abstracta nec confusè dat intelligere, ergo nequit verè dici de humanitate, idem dicendum de animalitate respectu rationalitatis. Sed neq; ambo coniuncta poterunt prædicari, quia vt sic rationalitas deberet prædicari vt differẽtia diuisiua generis, & constitutiua speciei, & p cõsequens vt vnum adiacẽs, qui modus significãdi repugnat vltimatè abstracto. Tum quia negat ẽt ipse hanc propositionẽ *Deus voluntate intelligit*, quia vt sic datur intelligi cõceptus noster, quo voluntas reduplicatiuè sumitur, & cõcipitur vt principium operãs, sed ẽt in his ꝓpositionibus inuoluitur noster cõceptus, quo reduplicatiuè animalitas secundum se, & rationalitas in se cõcipitur, præscindendo à quocunq; alio, ergo &c. nõ.n. abstracta dantur, nisi p intellectum. Nec valet, ꝙ ait Auersa, rationalitatem tunc non pdicari in quale, & vt differẽtiã, sed in qd, & vt genus, hoc.n. iã fuit supra impugnatum disp.6.q.4. ostendendo veritatẽ illius regulæ *Diuersorũ generũ non subalternatim positorũ, &c.* Accedit etiã, ꝙ abstracta vltimatè se habent vt pars, quæ nequit de toto prædicari ex dictis disp.5. q.1. art.4.

Tertiò contra diuersas acceptiones vltimatè abstracti à Suarez, Fonsec. & alijs adductas vrgetur, quia sunt distinctiones implicatoriæ, nam vltimatè abstractum ex sua ratione formal- abstrahit ab omni eo, quod est extra propriam quidditatem, vt ex vi nominis deducitur, ergo nequit sumi, vt aliquo modo respicit inferiora, aliter non esset vltimatè abstractum; Per ꝙ ostenditur etiã vltimatè abstractum nõ posse de suis singularibus prædicari, quia ab illis non abstraheret; tum quia ẽt albedo posset dici vltimatè abstracta, quia tñ concretionẽ habet ad propria indiuidua, ꝙ est falsum, nec implicat præscindere rationem cõmnẽ à suis inferioribus, aliter nulla daretur abstractio inter vniuersalia.

Tãdem quòd conclusio verificetur ẽt in transcendentibus (quod etiam sustinet Vallo super art.3. formal. pag. nobis 359. & probabile putat Maur. cit.) probatur, infinitas illa permissiua nil aliud est, quã communitas, & indifferentia ad creata, & increata, sed quando sumuntur transcendentia vt vltimatè abstracta, præscindunt ab ista indifferentia, quæ se habet vt passio, & est extra rationem formalem entitatis, ergo non potest esse ratio identicæ veritatis, vt est infinitas formalis, & positiua in diuinis; patet conseq. nam ideò animalitas non potest de humanitate dici, quia abstrahit à potentialitate, & habitudine ad inferiora, ergo idem de entitate dicendum. Tum q.a ait Doctor, ꝙ oĩs idẽtica prædicatio in creatis est formalis 1.d.8.q.4. ad 1. sed entitas vt abstracta nequit formaliter prædicari, aliter diceret concretionem ad id, cui adiaceret. Nec iuuat, ꝙ aliqui dicunt, peculiare esse abstractis transcendentibus de oĩbus dici, quia primus conceptus, quem de re aliqua formamus, est, ꝙ non sit nihil, sed aliquid; non iuuat, quia cõcedimus rationẽ entis includi in conceptibus inferiorum, sed aliud est de illis prædicari vt vltimatè abstracta, nam entitas vt sic dicit rationem entis vt ab inferioribus præcisam, falsum est autem humanitatem esse rationem entis præcisam.

Sed

Sed contra prædicta arg. q saltim prędicata essētialia possint in abstracto prædicari de inferioribus; Tum quia verè superiora essentialiter includuntur in inferioribus, ergo poterunt de illis prædicari, ab eo .n. q res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa. Tum 2. sicut homo definitur p animal, & rationale, ita humanitas definiri debebit p animalitatem, & rationalitatē, at partes definitionis possunt de definito pdicari, ergo erit verum dicere, humanitas est animalitas, & rationalitas, vel saltim humanitas est animalitas rationalitas. Tum 3. cōsiderādo has duas naturas, humanitatem, s. & equinitatem, concipimus illas conuenire, & differre, ergo poterit abstrahi conceptus cōis ab illis in quid prædicabilis, talis erit conceptus animalitatis; qua rōne Arist. 7. Met. 43. adducit hanc prædicationem differentiæ superioris de inferiori in abstracto, scissio pedum est pedalitas quædā; & Sco. ipse d. 5. cit. E concedit hanc, *hæc humanitas est humanitas, hæc albedineitas est albedineitas* & subdit, q *nō oportet, q̄ ī aliqua abstractio ne abstractū nō pdicetur de aliquo, nec aliqd de ipso, qa hoc est impossibile, sed sufficit ad propositum hoc, quòd vltimatè abstractum, hoc est ab omni alterius natura, & à supposito proprio, non à singulari, de illo nō prædicetur aliquid formaliter, nisi prædicetur per se primo modo.*

Resp. ex dictis ad 1. non sufficere ad veritatem propositionis veritatem significatorum, sed etiam veritatem modorū significandi requiri, nam quando res significatur vt præscindens ab alia, & postea de illa prædicatur, non conformatur rei illa propositio, vt est in se, quia licèt res illa denotetur, nō tamen vt alteri cōmunicata, quō verè est à parte rei, aliter iste essent verę, *Petrus est albedo, est humanitas, &c.* Ad 2. non potest in recto humanitas definiri per animalitatem, & rationalitatem, quia hæc præscindunt ab illa, sed in obliquo, vnde non possunt in recto prædicari, sed in obliquo dicendo humanitas cōstat ex animalitate, & rōnalitate, sicut in definitione physica homo non dicitur anima, & corpus, sed ex aīa, & corpore; & sicut non rectè diceretur homo est corpus animatum (loquendo de corpore pro altera parte compositi, non de genere subalterno) eo quia corpus est pars, non totum, sic non rectè diceretur humanitas est animalitas rationalis, quia animalitas se habet vt pars, nō vt totum, vt diximus disp. 4. sæpe cit. Ad 3. talē conceptum non esse conceptū animalitatis, sed animalis, qui ita erit abstractus, vt ordinem etiam dicat ad illa, à quibus abstrahitur, & vt sic totum sit quoddam potentiale, animalitas autem ab illis præscindit. Nec vrget authoritas Arist. nam præterquam quòd differentia superior non propriè de inferiori prædicatur, vt diximus disp. 5. q. 3. ar. 3. adhuc tn̄ non est prædicatio de vltimatè abstracto, sed de non vltimo, idem dicendum de hac prædicatione *hæc humanitas est humanitas*, negamus verò illā aliam de hac albedineitates esse veram, quia hæc albedineitas dicit quidditatem albedinis cum differentia indiuiduali, & sic nec differret ab hac albedine, neq; erit vltimatè abstracta; negamus ēt qlibet abstractum etsi vltimatū necessariò respicere singularia, nō .n. diceretur abstractum ab illis, sed concretum ad illa, & authoritas Sco. nō vrget, qa est vnū extra, & oppositum deducitur ex tota illa qu. vt notauimus in princ. huius quæst.

Secundò arg. ad idem. Tum quia à cōcretis ad abstracta tenet consequentia, ēt in vltimatè abstractis, nam valet dicere, in diuinis, Sapiens est iustus, ergo sapientia est iustitia. Neq; dicas, esse verum idēticè propter infinitatē extremorum, quia cū infinitas sit modus intrinsecus, & per consequens extra quidditatem sapientiæ, & iustitiæ, & vltimatè abstractū præscindat ab omni eo, quod aliquo modo est extra rōnem formalem, iā illa extrema præscindent ab infinitate, ergo infinitas non est rō veritatis illius prædicationis. Tum 2. hu-

a. humanitas, & animalitas rõne solũ distinguitur, at hæc distinctio sicut nõ aufert idẽtitatẽ realẽ, ita nec veritatẽ ppositionis. Tandẽ hæc est vera, *anima rõnalis est anima*, & tamẽ est inter abstracta.

Resp. à concretis ad abstracta tenet cõseq. quãdo nõ sũt vltimatè abstracta, & nõ se habẽt ad modum partis, vt notat Doc. q. 16. vniu. ad 3. prin. ad prob. dicimus esse veras prædicationes similes in diuinis in sensu identico propter infinitatem; ad impugnationem possumus dicere sapientiam, bonitatem, iustitiam, &c. non esse vltimatè abstracta; & ideo non præscindere ab infinitate, vnde possunt ad inuicem prædicari in sensu identico, quòd non euenit in creatis; vltimatè autem abstractum sapientiæ erit quidditas diuinæ sapientiæ, quo sensu fortè non est vera hæc propositio, in Deo ratio sapientiæ diuinæ est ratio diuinæ iustitiæ, quamuis hæc sit vera ratio Deitatis identicè est ratio sapientiæ propter radicalem infinitatem, quæ est in essentia, etiam vt ab infinitate formali præscindit. Possumus adhuc respondere, quod modus intrinsecus prædicatur in primo modo, iuxta dicta in 2. p. inst. tr. 1. c. 3. & consequenter, quod ab ipso vltimatè abstractum non abstrahat, nam cum Doctor ait vltimatè abstractum præscindere ab omni eo, quòd est quocunque modo extra rationem rei, debet intelligi positiuè, modus enim intrinsecus (etsi poneretur in secundo modò prædicari) non dicitur ita esse extra rationem rei, sed tantum negatiuè; quæ expositio videtur de mente Doct. quol. 5. C, & 1. d. 8. q. 3. Y, dum ait, φ abstrahendo sapientiam, & bonitatem à quocunque quod est extra rationem eius formalem, vtraque adhuc remanet formaliter infinita, sed hoc est negotium theologicum. Ad 2. antec. est falsum, quo admisso, negatur etiam conseq. quia cum ex modo concipiẽdi significenter illa extrema explicitè vt distincta cum fundamento in re, nequit deinde vnum de altero enunciari, nam esset dicere hoc vt ab illo distinctum est idem cum illo, vt optimè notat Amic. Ad 3. negamus animam in communi esse vltimatè abstractam.

Quæ hucusq; diximus de modis prædicandi in abstracto, & in concreto quò ad primas intentiones, eadem omnino verificantur de terminis secundarum intentionum tam inter se, quã in ordine ad primas, ita ut in propositionibus accipiãtur termini vt communicationem quandam, & connexionem dicunt ad inuicẽ, nõ vt præscindunt à tali cõmunicatione.

DISPVTATIO VNDECIMA.

De Syllogismo in communi.

POst libros de interpretatione, in quibus de enunciatione, & eius speciebus egit Arist. subiungit deinde libros priorum, in quibus de syllogismo secundùm formam tractat, vt ab omni materia, siue necessaria, siue probabili, siue impossibili præscindit, eius principia declarat, multasque passiones de ipso demonstrat, vt vidimus 1. p. inst. tr. 3. Ex quibus deducitur syllogismum in se, & secundum virtualem continentiam esse in his libris subiectum, vt cum Scoto 1. prio. q. 2. docuimus in q. proœ. Nec facessit, quòd Arist. 1. prio. c. 1. dicat se velle de demonstratione disputare, quasi quod finis ipsius sit absoluta cognitio demonstrationis, & consequenter quod obiectum horum librorum sit demonstratio, qua authoritate permoti aliqui dixerunt priorum, & posteriorum libros vnum tractatum conficere. Non vrget, quia communis opinio tenet libros priorum esse distinctum tractatum à libris post. sicut distincta debet esse explicatio subiecti totalis, qualis est syllo-

gismus, & partialis, vt est demonstratio. Solum igitur innuere voluit Arist. cognitionem syllogismi in communi deseruire demonstrationi, sicut cognitio cuiuslibet superioris prærequiritur distinctæ cognitioni cuiusq; inferioris. De isto igitur syllogismo in communi post disp. de enunciatione agimus in præsenti vestigijs Aristotelicis inhærentes; & quia ferè omnia, quæ ad formam pertinent ipsius, in 1. p. inst. tr. 3. fusè explicauimus, pauca hic subiungemus, data opera ibi prætermissa, quia altioris speculationis.

QVÆSTIO PRIMA.

An discursus differat ab argumentatione.

DOcumentum est Arist. 2. de an. 146. quòd ponens differentiam inter duo, vtrumq; oportet cognoscere, igitur vt videamus, an discursus differat ab argumentatione, seu syllogismo (, pro eodé n. sumimus syllogismũ, & argumétationem) necesse erit prius considerare, quid sit discursus, & quid argumentatio.

Discursus ergo est tertia intellectus operatio, qua ex vno noto aliud ignotum deducit, & infert, vnde dicitur discursus, quasi quidã cursus, motus, & progressio, qua ex noto tanquã à termino à quo intellectus pergit ad ignotum tanquam ad terminũ ad quẽ; ex qua definitione colligitur, nõ sufficere, ꝙ intellectus duo cognoscat vnũ post aliud, nã sic plures appræhensiones, vel iudicia discretè sibi inuicẽ succedétia essent discursus; sed requiri, ꝙ vnũ per aliud cognoscatur; ꝙ dupliciter potest cõtingere, vel vt ly *per* dicat ordinẽ, & habitudinẽ obiectiuã, vt si quis cognosceret solem esse, diem esse, & diem à sole, vt à causa dependere, & hoc non sufficit ad discursum, nã hoc potius pertinet ad secundam intellectus operationẽ, essetq; vel vnum, vel plura iudicia illorum obiectorum ad inuicẽ dependentiũ, sicut etiã plura cõplexa possunt per primã operationẽ appræhendi, quæ operatio nõ est iudicium, sed iudicij, & complexi obiecti appræhensio; secundo contingere potest, vt ly *per* dicat habitudinem inter assensus illorũ obiectorũ, itaut intellectus assentiatur vni, quia habuit ad aliud asséssũ, & ex vi illius eliciat asséssũ alterius, & hoc modo intelligi debet definitio discursus.

Qua propter tria interueniũt ad discursũ, cognitio noti, cognitio ignoti, & illatio, seu deductio ignoti ex noto, primũ dicitur antecedens, secũdũ cõsequẽs, tertiũ cõsequentia, quæ est nexus vtriusq; pótq; explicari exemplo secundæ operationis, nã sicut in iudicio adest appræhensio subiecti, appræhẽsio prædicati, sic in discursu adest iudiciũ antecedentis noti, & cõsequẽtis ignoti, & sicut ĩ iudicio adest cõnexio terminorũ per copulã *est* significata, in qua formaliter cõsistit iudicium, ita in discursu adest connexio propositionũ per ly *ergo* significatã, in qua cõnexione, & illatione consistit discursus formaliter, vt notat Lich. q. 3. prol. in illa collat. q. an theologia sit scientia. Adest tñ secũndum aliquos hęc differentia, ꝙ iudiciũ in secũda operatione quandoq; est affirmatiuũ, quandoq; negatiuũ, vnde duplici nomine cõpositionis .s. & diuisionis circũscribi solet, at discursus formaliter sẽper est affirmatiuus, quãuis .n. aliquando cõclusio sit negatiua, tamen illatio semper est affirmatiua, quatenus intellectus iudicat cõsequẽs rectè ex antecedẽti deduci; sed hoc potius verificatur de cognitione reflexa, qua ĩtellectus post discursũ iudicat talẽ discursũ eẽ rectũ, q̃ de ipso cõclusionis asséſu, seu cognitione depẽdẽter ex pmissis, vt fusius in lib. de anima dicemus.

Hinc tres conditiones requiruntur ad discursum, vt notat Barg. q. 4. prol. §. *Ergo Theologia in se non est scientia*, ex Maur. super quæst. 26. Vniu. prima, quòd intellectus intelligat hoc post hoc, secunda, quod intelligat hoc per hoc, tertia quòd diuersis actibus concipiat antecedens, & consequens; prima deducitur ex eo, quod discursus est quędã via à termino à quo

ad terminū ad quē; prior autē ē terminus à quo; secunda prouenit, quia obiecta habent ad inuicē dependentiā in cognosci; tertia est necessaria; quia vt diximus, non sufficit ordo inter obiecta, sed exigitur quoq; inter assensus; quare discursus fit cum ex noto pgredimur ad ignotū, siuè notum sit causa, siuè effectus, quas conditiones in sequētibus discutiemus. Vnū est hìc aduertendū, q cū dicitur cōseqns debere esse ignotū, nō intelligitur in ipso actuali discursu, quia tunc adest assensus, & cognitio illius, sed ante, nō q sēper debet esse necessariò totaliter ignotum, qa sæpius discurrimus de ijs, quæ sunt nota nobis, sed vel quod sint ignota quò ad illationē, & dependentiam ab antecedenti, vel saltim quò ad actualē cognitionē; licèt habitualiter cognoscamus illa.

Concludendū est igitur, tunc intellectū discurrere, cū assentit cōsequēti per antecedens tanquā per causam, saltim in cognosci. Cæterū an de rōne discursus sint assensus, tā antecedentis; quā cōsequētis, & num illatio illa sit actus à cognitione cōsequētis distinctus realiter, vel solū formaliter, & num vltra hos actus reqratur cognitio quædā reflexa, qua intellectus aduertat consequēs illud esse secundum regulas logicales deductū, virtute cuius reflexionis firmiter adhæreat cōclusioni, pertinet ad animasticos decidere; p nūc posset dici cum cōmuniori assensū antecedentis esse qdē necessariū, non tamen vt formaliter, & essentialiter integrantē discursū, sed vt causā illius, ratio esse potest, qa tertia operatio nō est quid aggregatū ex pluribus actibus, sed vna simplex qualitas, sicut cæteræ operationes, & potius assēsus antecedētis pertinet ad secūdā operationē, quæ necessario præsupponi debet ad tertiā. Neq; illatio debet poni actus realiter ab assensu conclusionis distinctus, sed erit ipse assensus vt causatus ab assensu antecedentis, q videtur innuere Sc. q. 3. prol. in q. 4. collat. A. & Lich. ibi, dū ait ad discursū sufficere; q *principiū sit prius naturaliter notū, & vt sic sit causatiuū alterius extremi discursus*, vnde illatio erit causatio, & dependentia assensus conclusionis à præmissis, q etiā patet ex ipso nomine, nā deductio, & illatio dicit habitudinē deducti ad id, ex quo deducitur, causatio verò ex dictis in phys. disp. 5. q. 2. dicit relationē effectus ad causā. Tandē non videtur sēper necessarius actus ille reflexus, quia premissæ, quando sunt euidenter notæ, habent sufficientem virtutē mouendi intellectū ad assensum concl. quò casu virtualiter intellectus iudicat illā cōsequētiā eē rectā, & iuxta regulas, & logicalia præcepta; in aliquibus tñ casibus, quādo nō est ita euidēs deductio ex pmissis, potest contingere, vt maneat suspensus intellectus, quousq; reflectendo supra actum cognoscat bonitatē illationis, qui actus non videtur formaliter discursus, sed potius approbatio quædam, & affirmatio rectitudinis illius, vnde semper est affirmatiuus quādo discursus est rectus, & negatiuus, quando est falsus, siuè conclusio deducta sit affirmatiua, siuè negatiua; & hæc sat erunt pro declaratione discursus in præsenti.

Pro explicatione alterius termini, s. argumētationis, solū recolēda sūt, q diximus 1. p. inst. tr. 3. vbi definitionē argumētationis, eiusq; species declarauimus, & pcipuè q in qualibet argumentatione sūt tria, s. antecedens, & dicitur terminus inferēs, cōsequens, qui terminus vocatur illatus, & cōsequētia, seu illatio: itē q entimema, inductio, & exēplū non differūt essentialiter à syllogismo, vnde in rigore syllogismus, & argumentatio sunt idē inter se, & nonnisi accidentaliter possunt differre.

His pħabitis, quò ad qsitū principale, q sustinēt syllogismū essentialiter esse pmissas rectè dispositas, conclusionē verò esse terminū, & effectū syllogismi, quales fuerūt Alb. tr. 1. Prio. c. 5. Achill. q. de pot. syllog. Nyph. 2. prio. c. 2. cō. 2. dub. 2. Mars. ib. q. 1. & alij; similiter, q asserunt syllogismū essentialiter includere pmissas, & conclu-

fionē, vt Conibr. 1. prio. c. 1. q. 2. ar. 2. ad. 4. Arriaga disp. 15. Log. sect. 2. Moris. 1. prio. dub. 2. & 3. & ex nostris Orbel. sup. li. prio. c. 1. nisi idē asserāt de discursu, necessariò debēt argumētōnē à discursu distīguere.

Sed faciliter resoluitur q̄stio, si diuersas syllogismi acceptiones p̄notabimus; syllogismus .n. vel sumitur idealiter, & in actu signato, & vt sic accipitur vt vnū intelligibile, incomplexū, definibile, &c. vel sumitur exercitè, quatenus .s. id, q̄ signabatur in syllogismo idealiter, exercetur ab intellectu à parte rei, & vt sic adhuc pōt sumi dupliciter, vel obiectiuè, quomodo dicit obiectiuas propositiones in modo, & figura dispositas, vel formaliter, & significat actū intellectus cognoscētē propositiones obiectiuas, quod adhuc tripliciter potest esse, siue obiectiuè, siue formaliter accipiatur, nā vel significat totū id, q̄ interuenit in argumentatione, & sic dicet tàm præmissas, q̄ conclusionem, imò & terminos ipsos, licèt remotè, non propinquè, sicut termini sunt materia remota, & etiā illationem, vel formaliter, si syllogismus formaliter sumitur, vel obiectiuè, si accipitur obiectiuè; vel sumitur vt dicit præmissas solū, vel conclusionem solum, vt tamen à præmissis illatam.

Istæ acceptiones ostendi possunt ex attributis, q̄ de syllogismo ab Arist. & Doctorib. solent enunciari; nā de syllogismo dicitur, q̄ est instrumētū sciēdi, directiuū tertiæ operationis intellectus, q̄ verificatur de ipso in actu signato sūpto, nam in actu exercito potius est operatio directa, quā instrumentū dirigens, & in hoc sensu, quia habet dirigere tā præmissas, quā cōclusionē, vtrūq; respicit tāquā obiectū, & materiā, circa quā versatur, vnde tàm premissæ, quam conclusio reponuntur in eius definitione. Dicitur etiā syllogismū constare ex tribus terminis, & duabus propositionibus 1. prio. c. 25. eodem syllogismo posse plures conclusiones inferri 2. prio. c. 1. syllogismum demonstratiuum per conditiones præmissarum definiri 1. post. c. 2. ostensiuum à ducente ad impossibile differre penès præmissas 1. prio. sec. 2. c. 2. item habere vim probatiuam; esse causam conclusionis, & similia, quę verificantur de syllogismo in actu exercito, non quidē vt cōclusionē dicit, sed vt solū præmissas significat. Dicitur etiā syllogismū esse vnionē extremitatū, ex vna vniuersali, & altera particulari fieri syllogismū particularē, ita 1. prio. c. 5. & seq. syllogismū mōstrari 2. prio. c. 11. syllogismū dialecticū ex probabilibus esse collectū 1. top. c. 1. declarare passiones, & accidētia 1. post. tex. 57. multa alia, quæ nonnisi de syllogismo, vt dat præcisè intelligere cōclusionē, verificātur. Dicitur quoq; syllogismum constare ex præmissis, & cōclusione, vt in ipsius definitione, præmissas esse materiam, conclusionē formam syllogismi, & 1. post. 37. tria esse in demonstratione id, quod monstratur, & est conclusio ex quibus, .i. principia, & de quo, .s. subiectū, itē esse quoddā totum artificiale; quæ omnia tribuuntur syllogismo, vt est quid ex præmissis, & conclusione aggregatū. Nec est mirum si tā diuersas habet acceptiones, quia vocabulorū significationes ex vsu loquentium proueniunt.

Propriè tñ loquēdo syllogismus exercitè cōclusionē significat vt ex p̄missis illatā, p̄batur, q̄a propriè loquendo syllogismus in actu exercito debet cōcipi vt vnū per se, ergo non potest significare p̄missas, & cōclusionē, q̄a esset q̄d aggregatū, neq; p̄missas solū, quia syllogismus est q̄d p̄tinēs ad tertiā operationē intellectus, p̄missæ verò sūt aliquid secundæ operationis, & solū præsuppositiuè spectāt ad tertiā, sicut secūda op̄atio p̄reqritur tertiæ; at cōclusio illata, si obiectiuè sumatur, est obiectū tertiæ operationis, si formaliter, est ipsamet tertia operatio; tū quia syllogismus est notitia discursiua, sed hęc notitia est cognitio conclusionis ex p̄missis, vt ait Arist. 1. post. 1. oīs doctrina discursiua ex præexistēti fit cognitione; ergo, &c.

Ex his patet solutio quæstionis, nam si

argumentatio idealiter sumatur, erit à discursu distincta, vt directio à directo; si in actu exercito, & obiectiuè, erit etiam distincta, siuè ꝑ conclusione, siuè ꝑ pmissis, siuè pro vtroq; simul accipiatur, sicut actus ab obiecto distinguitur. Si verò formaliter, & pro præmissis tantum acciperetur, distingueretur sicut secunda operatio à tertia; at si pro aggregato, esset distincta sicut totum integrale ab aliqua parte, nisi nomen discursus velimus extẽdere ad omne illud, quod necessariò interuenit in tertia operatione, vt faciunt aliqui: attamen propriè loquendo discursus, & argumentatio non differunt, quia vt patet ex dictis, per vtrumque significatur conclusio, vt ex præmissis deducta.

Sed contra prædicta arg. primò, ꝙ syllogismus propriè loquẽdo dicat pmissas, & conclusionẽ, & per cõsequẽs, ꝙ ꝓpriè fit à discursu distinctus, Tũ quia propria, & formalis acceptio syllogismi est, quæ per definitionem exprimitur, sed in definitione syllogismi, tã præmissæ, q̃ conclusio exprimũtur. Tũ 2. quia syllogismus est qdã motus de pmissis notis ad cõclusionẽ ignotã, sed ad rationem motus spectat vterq; terminus à quo, & ad quẽ. Tũ 3. nõ minus est de essentia alicuius cõpositi forma, q̃ materia, sed cõclusio est forma, præmissæ materia, ergo &c. Tũ 4. diuisio syllogismi per figuras, & modos ẽ diuisio syllogismi ꝓpriè accepti, sed hęc fit pęnes variationẽ præmissarũ, & conclusionis, ergo, &c. Tandẽ Arist. 1. Elenc. c. 1. negat syllogismũ peccãtẽ in forma esse verũ syllogismũ, & tñ tũc intellect⁹ adhuc discurreret, ergo discursus, & syllog. differunt.

Resp. hæc arg. confici posse de discursu, ꝙ significet formaliter, tã assensũ præmissarũ, q̃ conclusionis, itaut sit quid ex secũda, & tertia operatione aggregatum, ꝙ est falsũ, dicimus ergo, vel definitionẽ illã cõpetere syllogismo in esse ideali, & signato, quo sensu, tàm pmissæ, quã conclusio non sunt de essentia, sed potius cõnotata, & extrinseca; vel definiri, vt vtrũq; significat, vel tãdẽ si in propria acceptione definitur, essentia ipsius cõsistet in ly *necesse est aliud euenire*, præmissæ verò ponũtur tanquam terminus habitudinis conclusionis. Ad 2. per idẽ; tum quia magis pertinet ad motũ terminus ad quẽ, à quo specificatur, quã terminus à quo; tũ quia nõ est propriè motus, sed metaphoricè. Ad 3. præmissæ, & conclusio dicuntur forma, & materia syllogismi quaten⁹ est artificiosũ quoddã, tũ quia metaphoricè sunt materia, quatenus conclusio ex illis deducitur, in quibus erat potentialiter. Ad 4. vt illa diuisio dicatur propria generis in species, debet accipi syllogismus vt vnũ per se, quomodo sumetur, vel in esse ideali, vel vt dicit conclusionẽ ex pręmissis deductã, qua ratione ex diuersitate pręmissarũ colligitur diuisio syllogismorũ tãquã ab extrinsecis, nã alia, & alia conclusio est formaliter, quia à diuersis principijs demonstratur, quãuis sit de eodẽ subiecto, & pdicato, quia mediũ spectat ad obiectum formale in syllogismo, à quo mouetur intellectus ad cõclusionis assensum. Ad vlt. patebit, disp. 14. q. 3.

Secundo potest idẽ ostendi ex alio capite, scilicet quod etsi syllogismus dicat conclusionis assensum, vt ex principijs causatũ, non tamen hunc assensum dicat discursus; Tum quia discursus formaliter consistit in iudicio illatiuo, sed hoc supponit assensus præmissarum, & conclusionis, sicut iudicium secundæ operationis præsupponit appræhensiones terminorũ. Tũ 2. iudicium illatiuum est causa, vel saltim causatio assensus conclusionis, ergo nõ est ipse assensus. Tũ 3. quia assẽsus iste est secũda operatio intellectus; & illa dependentia à præmissis non variat essentialiter conclusionẽ, nã etiã termini in appræhensione possunt ad inuicem dependere, & tamen hæc dependentia non variat essentialiter primam operationẽ, ergo assensus iste nõ erit tertia operatio, quæ est à secunda essentialiter diuersa. Tum 4. formalitas discursus explicatur

per ly *ergo*, cui nō correſpōdét p̄miſſæ, q̄ precedunt non concluſio, quia ſuccedit, ergo aliquid aliud erit formalitas diſcurſus. Tandē in falſo ſyllogiſmo, vel ex non ſignificātib. formato, adeſt ſyllogiſmus, non tamen aſſenſus intellectus; item ꝓpoſitio hypothetica conditionalis eſt q̄dā argumentatio, quia dicitur habere vim illatiuam, & tamen nullus eſt aſſenſus intellectus, imò propter cōditionalem particulam manet intellectus ſuſpenſus, ergo ſyllogiſmus eſt à diſcurſu diſtinctus.

Reſp. hæc arg. petere maiorē diſcuſſionē de formalitate diſcurſus in lib. de an. ꝓponendā; pro nunc ſuppoſita adducta opinione de q̄dditate diſcurſus tāq̄ communiori; Ad 1. dicimus iudiciū illatiuum eſſe actū intellectus cognoſcentis, cuius obiectū neceſſariò, vel erit concluſio, vel p̄miſſæ vt eā inferentes, aliud .n. non datur il ſyllogiſmo, illatio .n. fertur in depēdentiā concluſionis, quæ eſt realiter cum concluſione identificata, quia nequit dari cōcluſio, vt cōcluſio, ſine dependentia ad p̄miſſas, quāuis poſſit eſſe in ratione ſimplicis propoſitionis; quapropter negatur omnimoda paritas, quia termini poſſunt cognoſci abſq; illa cōnexione, & ideò vt connexi cognoſcuntur actu diſtincto ab appręhēſione; non ſic concluſio, quę ſtatim ac cognoſcitur vt concluſio, cognoſcitur cū illa dependentia, & conſequenter iudicio illatiuo; niſi velimus dicere cognoſci ſimplici iudicio, vt propoſitio eſt, quo ſenſu cōcedimus iudiciū illatiuū eſſe ab illo aſſenſu diſtinctū. Ad 2. illatio illa ſe habet, vt cauſalitas paſſiua in concluſione, in præmiſſis verò vt cauſalitas actiua, & quia habitudo illa eſt realiter identificata, idcircò non dicimus diſcurſum eſſe ſolùm illationē paſſiuā, ſed iudiciū illatū. Ad 3. neg. aſſumptū, nā per iſtā illationē, & deductionē differt 3. operatio à 2. quę dependentia nō reperitur in ſimplici appręhenſione, nā vt notat Auerſa q. 25. ſec. 1. poteſt aliquādo intellectus per per appræhenſionē vnius termini excitari, & facilitari ad appręhenſionē alterius, ſicut ex cognitione vnius cōplexi ad cognitionē alterius ꝓpter quādā affinitatē, propinquitatē, & ſimilitudinem inter illa repertā, nunquā tamen apprehendit vnū ex vi appręhenſionis alterius, quæ appręhenſio ſit cauſa inferens aliā, vt euenit in diſcurſu. Ad 4. potius eſt pro nobis, nā per ly *ergo* explicatur dependentia cōcluſionis, & per conſequens diſcurſus erit cognitio cōcluſionis illatæ. Ad 5. reſp. Auer. in illis caſibus non dari in intellectu diſcursū, ſed ſolā 2. operationē, quia apprehendit ſyllogiſmos illos obiectiuos, & iudicat eſſe bonā, vel malā conſequentiam iudicio quodam approbatiuo, vt diximus explicando formalitatem diſcurſus, idem dicendum de propoſitione hypothetica conditionali, quę intantū dicitur illatiua, quia poteſt reſolui in argumentationem, itaut ſi abſolutè aſſentiret intellectus antecedēti, iā deduceretur ſtatim cōſequēs, at quoniā manet ſuſpenſus aſſenſus circa antecedens, ſuſpenditur etiā conſequentis aſſenſus; non ob id tamen ſyllogiſmus pro formali cōceptu erit à diſcurſu diſtinctus, ſed tantùm pro conceptu obiectiuo.

QVÆSTIO SECVNDA.

An aſſenſus concluſ. debeat eſſe diſtinctus ab aſſenſu præmiſſarum.

OCham q. 3. prol. q. 8. collat. concl. 3. Gabr. ibi q. 8. ſuſtinent non neceſſariò præmiſſarum aſſenſum debere diſtingui ab aſſenſu concluſionis, ſed codē actu præmiſſas, & concluſionem attingi, citatur ab Amic. pro hac ſententia Doct., ſed falsò, vt videbimus. Alij quamuis cōcedant diuerſitatē aſſenſuū, non ſolū cōſiderando principia in ſe, vt ex terminis ſunt intelligibilia, & concluſionē ex ſe, vt eſt quędam propoſitio ex cognitione terminorum cognoſcibilis, hoc .n. ab omnibus cōceditur, & pertinet ad 2. operationē, verū etiā, vt habent inter ſe ordinem, & dependentiam, quatenus concluſio intelligitur propter præmiſſas, qui eſt actus tertiæ operationis; addūt tamen, q̄ q̄uis præ-

præmissæ cognoscantur diuerso actu, assensus conclusionis, deinde non solùm attingit conclusioné, sed etiã præmissas, itaut intellectus attingat principia primò assensu principiorũ, deinde assensu conclusionis per quandã repetitioné iterum cognoscit principia; quod aliqui explicãt, quia principia sunt obiectũ formale motiuum intellectus ad assentiendum conclusioni, quæ est obiectũ materiale, eodé auté actu attingitur obiectum materiale, & formale; hinc inferunt assensum principiorum formaliter includi in assensu cõclusionis: ita Capr. 1.d.1.q.2.ad arg.cõtra 4.cõcl.Sonc.6.Met.q.10. Caiet.p.2.q.8.ar.3.Med.ib.Ru.1.post.c.1.q.8. Arriag. disp.15. log.sec.4. Ami. tr.23. disp.2. q.5.

Dicimus, diuersò actu intellectum attingere principia, & conclusioné, nec attingendo conclusioné eodé actu attingit principia, quamuis dependenter à principijs eliciatur conclusionis assensus. Conclusio est Scoti q.3.prol.in 4.collat.A, vbi docet scientiã, quæ est cognitio conclusionis causari à cognitione principiorũ, esseque diuersum actum, idem habet in 3. d.24. q.vn.B. vbi ponit essentialé depédétiam euidentiæ cõclusionis à principijs, & d.28.in fine ponit distinctionem realé; quibus in locis videtur etiã docere secúdam parté, quod.s.non requiratur illa repetitio notitiæ principiorum, nã absolutè docet habitum principiorum præcedere, & habitum cõclus. subsequi; quod etiam clarè insinuauit 1. post. q.8. & 9. vbi loquens de ordine cognitionis præmissarũ, & conclusionis, nullam fecit mentionem de ista repetitione, ipsum sequuntur Scotistę omnes Lich.Tat.Barg.super prol.cit. & Auersa q. 25.sec.2. Prima pars, ꝙ sint distincti actus, prob. ex Arist. 1. post.c.1. dicente omnem notitiã discursiuam fieri ex præexistenti cognitione, ex quo deducit notitiam conclus. fieri ex præexistenti cognitione præmissarũ. Tũ 2. quia principia, & conclusio valde differunt, nã illa sunt notoria, priora, & causæ, conclusio est minus nota, posterior, & effectus, illa quãdoq; sunt vniuersalia, & affirmatiua, hæc quandoq; particularis, & negatiua, vel è contra, quæ omnia inferunt actuũ distinctionem. Tũ quia habitus specie distincti solũ ab actibus diuersæ speciei ꝓducuntur, non eiusdem speciei, sicuti habitus isti ad actus specificè diuersos inclinant, sed habitus principiorũ, qui dicitur intellectus, est specie distinctus ad habitu conclusionis, qui est sciẽtia, ergo &c. Tũ quia ad discursum exigitur dependentia, non solùm inter obiecta, verum etiam inter actus, vt dicebamus in præc. quæst. Tandé in demonstratione ab effectu pręmissæ dicuntur causæ conclusionis, quod nequit verificari de rebus per præmissas significatis, quia ĩ illis cõtinetur effectus, in conclusione causa, ergo de cognitione præmissarum, seu de effectu vt cognitio, quatenus intellectus ex cognitione effectus infert, & elicit cognitioné causæ, ergo hæc cognitio erit ab illa realiter distincta, cum sit causata, & illa sit causa.

Secunda pars potest primò prob. ijsdé arg. adductis, si .n. concludunt diuersis actibus cognosci necessariò debere conclusioné, & principia, probant etiam assensum conclus. non attingere formaliter principia, aliter idem actus produceret habitus principiorum, & conclusionis; vt terminaretur ad principia, esset causa sui ipsius, vt respicit cõclusionem, idem tarminaretur ad obiecta, tam inter se diuersa, vt sunt principia, & conclusio, & alia sequuntur consimilia absurda.

Resp. Ruu.& Amic. non sequi ea absurda, quia prĩcipia non attingũtur vt *Quod* ab assensu conclusionis, sed vt *Quo*, quia sũt rõnes assentiendi, at ab assensu principiorũ attingũtur vt *Quod*, implicat auté eundé actũ habere principia, & conclusioné, vt obiecta *Quæ*, non auté ꝙ cõclusio sit obiectũ *Quod*, & principia obiectũ *Quo* explicant exéplo lucis, & coloris, nã lux est ratio, qua videtur color, & sine luce, nõ videretur, & tamen attingitur, vt

Quo eadē visione, sic assensus principiorū se habet, vt manifestās veritatē cōclusionis, addunt deinde assensum principiorū includi in assensu cōclusionis nō intrinsecè, sed quia assensus conclusionis ordinē dicit essentialē, & intrinsecū ad illum.

Sed hæc responsio est tantū verbalis, in re tamen coincidit cū nostra sentētia, cum.n.dicunt principia respectu assensus conclusionis esse obiectū *Quo*, vel intelligunt assensum illū terminari ad aggregatum ex principijs, & conclusione explicitè, & formaliter, & hoc est falsum, quia illud terminat assensum conclusionis, q explicatur per ipsam cōclusionē, vt rectè ait Auersa, tale autē est subiectum, & pdicatū, & ly ergo, quod solum significat dependentiā conclusionis à principijs, dependentia autē formaliter nō est id, à quo aliud dependet, sed respicit illud vt terminum, ergo sicut conclusio obiectiua non includit, nisi maiorē, & minorem extremitatē, & dependentiam à præmissis, ita conclusio formalis, qui est assensus, nonnisi ad illa terminabitur; vel intelligunt assensum illum terminari ad cōclusionē vt dependentem à principijs, qua ratione principiā pertinent ad assensum, vt terminus illius dependētiæ, & hoc est verū, non rectè tamen deinde infertur assensū principiorū includi in assensu conclusionis, & eundē esse, sicut neq; cum cognoscimus creaturā vt dependentē à Deo, & vniuersaliter cum cognoscimus effectū prouenientē à causa, sequitur causam includi in effectu, Deum in creatura, & cognitionē vnius esse cognitionē alterius.

Præterea de rōne syllogismi est, q medium non includatur in cōclusione, sed tātū in præmissis, aliter cōclusio nō differret à præmissis, sed si assensus cōclusionis attingeret præmissas, iam attingeret medium contra regulas optimi syllogismi.

Respondet Arriaga, medium non debere repeti in cōcl. per vocem, quia loco ipsius ponitur ly ergo, at in mente debet repeti, quæ repetitio dicitur ergo mentale. Contra, regulæ syllogismorū non dantur de vocali, nisi in quantū exprimit mētalē, & quandocūq; vocalis conformatur cū mentali, itaut exprimat illū sicuti est, rectus est, & verus syllogismus censetur, ergo si in vocali non debet fieri repetitio medij in concl. multò minus in syllogismo mentali. Tū quia si ly ergo in mente significaret repetitionē medij, & principiorū, itaut idem sit dicere *homo est animal, Petrus est homo, ergo Petrus est animal*, ac dicere, *homo est animal, Petrus est homo, est etiā animal, quia est homo, & homo est animal*, vt vult Arriaga, iā conclusio nō esset vna cathegorica propositio, sed hypothetica; imò esset totus syllogismus, q est falsū, ergo assensus concl. non exprimit conclusionē, & principia. Tū qa hæc principiorū repetitio nō videtur fieri, nisi per actū quēdā reflexū, quo intellectus cognoscit cōclusionē illā esse rectè deductā ex principijs in virtute illius principij, quæ sunt eadē vni tertio, sunt eadē inter se, vt ipsemet Arriaga aduertit sect. 3. qui actus nō semper requiritur necessariò ad discursū, nec est tertia operatio intellectus, sed secunda, vel prima, vt diximus q. pc. & dato, q requiratur, saltim est necessariò ab essēsu cōclusionis distinctus, hic.n. est actus rectus, & pcedit via cōpositiua à principijs ad cōclusionē, ille reflexus, & pcedit resolutoriè à cōcl. ad pricipia resoluēdo, ergo p assēsū cōcl. nō attingitur denuo pricipia. Quib. rōnib. impugnatur etiā respōsio Ruuij dicētis mediū nō reperi in cōcl. vt *Quod*, sed vt *Quo*, nā nisi velit tantummodo circūscribere dependentiam illā, necessariò deberet fateri cōcl. esse propositionē hypotheticā, totū syllogismum, & includere actū reflexū.

Contra arg. primò ostendendo eundē omninò actum posse esse respectu concl. & præmissarum. Tum quia quando pluribus actibus vnum per aliud cognoscitur, est discursus, ergo q̄do per vnū actū æquiualentē illis pluribus vnū obiectū p aliud cognoscitur, talis actus erit discursus.

sus, sed pôt hoc facere intellectus, qa quæ sunt in inferioribus dispersa, sunt in superioribus vnita, ergo si cogitatiua v.g. pluribus actib. pôt cognoscere vnum propter aliud, intellectus poterit ista cognoscere vnico actu. Tum 2. qa si hoc modo non explicaretur tertia operatio, sed qa vnum iudicium est ab alio causatū, nō differret à secunda essentialiter, sed esset q̄d aggregatū ex multis secundis operationib. Tū 3. sapientia est habitus principij, & concl. simul, ergo idē actus erit vtriusq; qa vnus habitus ab vnico actu specie causatur, antec. prob. p. hoc. n. differt à sciētia, & intellectu, quia illa est habitus concl. iste verò principiorum, at sapientia est vtriusq; & eminenter est vterq; habitus, vnde dicitur 6. Eth. c. 7. sapientiā esse scientiā, & intellectum. s. eminenter, & c. 8. sapiētis esse, non solùm circa conclusionem, sed etiam circa principia dicere verum, insuper sapientis esse, de quolibet hr̄e demonstrationē.

Resp. admisso, q̄ possit intellectus illa plura vnico actu cognoscere, negamus tū actum illū discursum esse, sed vel primā, vel secundā operationē intellectus ex dictis q. p̄ced. vbi ēt ex sol. ad 2. princ. patet respōsio ad 2. Ad 3. dicimus sapiētiā dupliciter posse sumi, vel pro qualibet facultate intellectiua, prout cū sophia conuertitur, & sic nō est determinatus habitus ab alijs distinctus, vel pro notitia primorum principiorum, ac vniuersalium causarū; similiter scientia pōt sumi dupliciter, vel pro qualibet demonstratiua cognitione, & vt sic à sapientia nō distinguitur, vel pro illa scientia, quæ specialia subiecta, & principia speculatur, quo sensu à sapientia distinguitur, quæ vniuersalissimas causas, & & prima principia contēplatur, qualis est metaphysica, cuius munus est principia aliarū scientiarū p̄bare, qua rōne pōt dici scientia, & intellectus eminenter; hinc ad arg. negamus sapientiā esse vnū habitum principiorū, & cōclusionis, sed esse habitū conclusionum ex primis principijs deductarum, & per hoc à sciētia, & intellectu distinguitur, vt patet ex dictis. Arist. verò vel loq̄tur de sapiētia vniuersaliter sūpta, vel de p̄pria sapiētia, quatenus habet probare principia aliarū scientiarū, respectu quorū ī illis sciētijs erat habitus ītellectus.

Secundò arg. q̄ assensus concl. attingat etiā principia, & q̄ includat aliquo pacto assensum principiorum. Tum qa eodem actu potentia tendit in obiectum formale, & materiale, in obiectum *Quod*, & in rōnem *Qua*, vt patet in exēplo coloris, & luminis, sed p̄missæ sunt rōnes assentiēdi, conclusio est, quæ concipitur ab intellectu, ergo &c. Tum 2. eodē actu voluntas fertur in finē, & in media, quia hæc sunt volita propter finē, ergo eodem actu tēdit intellectus in cōclusionē, & in p̄missas, qa illam cognoscit propter istas. Tum 3. non sufficit, vt medium cognoscatur in p̄missis, ergo debet cognosci in conclusione, & sic idem assensus circa conclusionem, & præmissas; antec. prob. quia causæ debent esse simul cum effectu, effectus medij est inhærentia prædicati cum subiecto, de qua non fit mentio in præmissis, quæ dicuntur præcognita, sed in concl. ergo in concl. debet includi medium.

Resp. ex Auct. duplicem esse rationem cognoscendi, aliam in qua, seù per quam, & hæc eodem actu cognoscitur cū obiecto *Quod* vt patet de lumine, & colore, aliam ex qua aliud cognoscitur, vt sunt præmissæ respectu concl. & hæc sufficit, vt cognoscatur simul, non tñ eodē actu. Ad 2. respondet Doctor 3. distin. 28. ad 3. neg. paritatem, quia in fine, & medijs est vnica bonitas, & ideò posset admitti vnicus actus circa finem, & media, at in pricipijs, & conclusione est duplex veritas alterius rationis, illa. n. est immediata, ista mediata, ideò debet esse duplex assensus alterius rōnis, & per cōsequens idē assensus non poterit ad vtrūq; terminari. Ad 3. sufficit, vt sint simul cognita non eodem, sed diuersis actibus, vt dicemus q. 4.

Tertiò ad idem ex Arriag. actus iste, quo quis ex cognitione, quod omnis homo

mo sit animal,& Petrus sit hõ, deinde dicit ergo, *Petrus est animal*, differt ab illo, quo absolutè dicit *Petrus est animal* absq; respectu ad pmissas prius cognitas, ergo pter inhærẽtiã animalis in Petro aliquid aliud explicatur, & attingitur p primum actum formaliter respondens ad ly *ergo*, ꝙ non exprimitur per secundum actum, tale autẽ nequit esse, nisi obiectum pmissarum, ergo assensus cõcluſ. formaliter attingit,& exprimit præmissas,min. sub illa prob. (nã primum argumentum patet, cũ primus actus dicatur conclusio, & tertia operatio, secundus dicatur simplex ꝓpositio, & secunda operatio) si nõ exprimeretur obiectum pmissarum, aliud nõ posset assignari, nisi dependentia concluſ. à principijs, sed nequit hoc dici; tũ quia hęc veritas, ꝙ Petrus sit animal, est ex se independenter à pmissis cognoscibilis, ergo poterit quis asserere hãc veritatẽ per primum actum independenter à pmissis cognosci, nec cõtra ipsũ posset aliqua ratio adduci, nisi quia actus ille formaliter attĩgit pmissas; tũ qa dependentia illa physica nõ cognoscitur per actũ illũ cõclusionis.

Resp. faciliter concedendo actum conclusionis non exprimere formaliter nudã, & præcisã veritatẽ propositionis, sed aliquid aliud per ly *ergo* denotatum, tale autẽ nõ est obiectum præmissarũ, sed dependentia veritatis conclusionis à veritate præmissarum tanquã à causa; & ad primã impugnationem negamus per actum cõclusionis posse exprimi veritatẽ illã independenter à præmissis, quia in suo cõceptu formali dicit actus ille depẽdentiã, estq; veritas mediata cognita per pmissas, ergo ab isto respectu nequit præscindere, & hoc innuit Sco. cum 1. Post. q. 9. in fin. ait, *ex hoc cognoscimus diuersitatem concluſ. & principiorum, quia conclusionem nõ cognoscimus, nisi quia præcognitis præmissis*; Ad 2. dicimus per assensum concluſ. non exprimi dependentiam ipsius assensus ad assensum præmissarum, hoc .n. non requiritur, sed exprimitur dependẽtia obiecti concluſ. ad obiecta præmissarum, qa per talẽ assensum intellectus percipit veritatẽ cõcluſ. esse mediatã, & à veritate præmissarum causatã. Dices, ergo iã attingit pmissas, quia relatio nequit cõcipi sine extremis. Concedimus attingi præmissas, nõ tñ eodem actu cõclusionis, sed diuerso, qui dicitur assẽsus principiorum, nec requiritur ad relationẽ, vt eadẽ cognitione percipiatur relatio, & simul extrema, sed sufficit, vt diuersis actib. sed in eodẽ instanti tẽporis; sicut neq; cũ cognoscimus effectum, eodẽ actu cognoscimus causã, sed diuerso licèt simul tẽpore.

Quartò ex eodem; fundamentum totius discursus est illud principium, *Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se*, ex dictis 1. p. instit. tract. 3. cap. 6. ergo ne dicamus intellectum in discursu inniti fundamento, ꝙ ignorat, & de quo nõ cogitat actu, debet in assensu concluſ. illud aliquo pacto cognoscere, & hoc erit attĩgere obiecta pmissarũ, quatenus cognoscit Petrum esse animal, quia hęc extrema sunt eadem cum tertio, .ſ. cũ homine, nã si idẽtitas cum tertio est ratio assentiẽdi, vt moueatur intellectus ad assensũ, debet apprehendere rõnem assentiendi. Tum 2. actus, quo quis credit fuisse Alexandrum, quia Deus in Sacra Scriptura id reuelauit, & ipse Deus est verax, qui nequit mentiri, est intrinsecè supernaturalis, cui non põt subesse falsum, ergo intrinsecè attingit obiecta pręmissarum .ſ. reuelationẽ, & veracitatẽ diuinã, prob. cõseq. qa si ea nõ attingeret intrinsecè, nõ esset illis intrinsecè innixus magis, quam actus, qui testimonio nititur humano. Quod .n. ab assensu pmissarum supernaturali proueniat, nõ efficit, vt sit supernaturalis, qa multa à supernaturalibus pendent, quæ tñ sunt naturalia, nã superbia Angeli habuit dependentiam à donis supernaturalibus acceptis, dolor in eisdem de amissa gratia ab ipsa gratiæ existentia dependet, ergo &c.

Resp. ad 1. ex ipso Arriaga non cognosci illud principium in se, & in actu signato, &

to,& vniuersaliter,sed in particulari,&in actu exercito, quatenus assensus conclusionis est quasi virtualiter supra seipsum reflexiuus, & virtualiter iudicat intellectus p illum actum cõsequẽtiam illã esse rectã iuxta regulas, & pcepta localia, aliter si requireretur actus ille reflexus explicitè, nullus rusticus discurrere, nesciũt .n.sic supra proprios actus reflectere, nec cõclusionẽ in sua principia resoluere, aut saltim rarissimè discurrerent, ꝙ est falsũ; nec vrget,ꝙ addit de rõne assentiendi, qa non dicimus hanc esse prorsus ignotã intellectui, quia p assensum principiorum rectè,& distinctè pcipitur, sed nõ cognosci p assensum conclusionis; imò hoc est necessarium,quia assensus cõcluſ.causatur ab assensu pmissarum, ergo neq; formaliter esse assensus pmissarum,aliter idẽ esset simul causa,& causatũ causa,quatenus attingit principia, quæ relatio causæ explicaretur p ly *quia* in repetitione principiorũ in sentẽtia ipsius, & causatum, vt respicit cõclusionem. Ad 2.admisso, quod actus ille sit supnaturalis,nõ quia attingit obiectum supnaturale, sed solum qa causatur à motiuo supernaturali; adhuc impugnatio nõ vrget, aliud.n.est aliquid pẽdere ab aliquo supernaturali occasionaliter, vt à quadã cõditione, vt in illis exemplis adductis euenit,aliud pendere tanquã à causa p influxum physicum,primo modo cõcedimus aliꝗ naturale à supnaturali posse pendere, non secundo modo, quo sensu cõclusio penderet ab illis præmissis.

QVÆSTIO TERTIA.

An præmissæ sint causa conclusionis, & in quo genere causæ.

QVæstio posset intelligi de præmissis, & conclusione, vel obiectiuè, vel formaliter acceptis,& quomodocunq; sumantur,certũ est præmissas non esse causas concluſ. in genere finalis causæ, quia potius præmissæ assumuntur propter cõclusionem, quàm è conuerso; nec in genere materialis, aut formalis causæ intrĩsecæ p verã compositionem,itaut ex præmissis, & conclusione fiat vnum p se per physicã cõpositionẽ ex p se actu,& per se potentia, vt oẽs fatentur. Certum est insuper conclusionem respicere præmissas, causas, ꝙ colligitur ex cõi asserto cõcluſ. fieri ex principijs, nã ly *ex* vel dic̃t habitudinem termini à quo, vel habitudinem causæ, hìc non põt accipi in primo sensu propriè loquendo, quia terminus à quo recidit in aduentu termini ad quẽ, pmissæ non recedunt,imò sunt simul cum cõclusione, ergo dicet habitudinem aliquã causalitatis. Hoc autem non erit vniuersaliter verum de præmissis obiectiuè tentis, seù de rebus in seipsis, quia non semp discursus est à causa ad effectum, sed vel ab effectu, vel ab aliquo alio extrinseco medio;nisi velimus loqui de illis rebus in ordine ad intellectum, quo ad cognosci, nã põt esse, ꝙ effectus sit notior sua causa, ideoq; poterit excitare intellectum ad cognitionẽ causæ,sed hæc virtus nõ est in re sm̃ se considerata, sed vt actui intellectus subflat; quapropter tota difficultas reducitur ad pmissas,& cõclusionem formaliter sumptas, an .s. assensus præmissarum sit aliquo pacto causa assensus concl.

prima opinio negat verã causalitatem inter hos actus,sed si aliqua reperitur,debere dici in gñe causę materialis extrinsecæ,eò qa termini, ex quibus cõstat cõclusio, sumuntur à pmissis, à quibus põt dici subministrari materiã cõclusioni, ita Rubion.q.8.prol.ar.4. & citãtur pro hac sententia D.ar.2.d.2.q.2.& Apoll.1. post.q.2. Alij reducunt hãc causalitatem ad genus causæ formalis extrinsecæ,quatenus assẽsus principiorũ informãdo, & illuminãdo intellectum determinant illum p resentationẽ obiecti, & medij ad hãc, & non illã conclusionem eliciendã; ita Hurt. disp.7. de an.sect.8.Moriſ.1.prio.dub.6.& Arriaga disp.15. Log. sect.5. Communior opinio est, quòd hæc causalitas reducatur ad genus causæ efficientis, sed discrepant adhuc isti inter se, nam aliqui volunt non esse veram efficientiam, sed potius assensum

sum præmissum se habere vt cōditionem agentis,& veluti instrumentum,ita Auersa q.25.Log.sect.3.& Amic. trac.25.disp. 3.q.6.dub.3.Cæteri verò admittunt verā, & partialem causalitatē effectiuā, ita Nomin.& maior pars Thomist.Sot. 1. post.c. 1.q.1.ad 2.Tol.in expos.primi tex. not.3. Ruu.q.5. Cōplut.disp.17.q.3.Io. de S.Th. 4.p.Log.q.24.ar.2.Did.à Iesu disp.16.q.3. Blanc.disp.1.de arg.sect.3. & alij.

Dicimus, ꝓbabilius esse assensum præmissarum effectiuè partialiter concurrere ad assensum conclusionis, ita expresse docet Doct.q.1.prol. ad 2. pro Philos. vbi contra D.Th.arguendo ait, *Præterea supponit, ꝙ principia sunt distinctiua habitus conclusionis in alio genere causæ, quam vt principia effectiua,ꝙ falsum est,quia si aliquā rōnem causæ distinctiuæ habent ad habitus istos,non habent, nisi rōnem causæ effectiuæ*;& clarius hoc asserit 1.post..q.8.& 9.Tat.ēt 2.prio.q.1.ad 1.princ.& ꝓbatur; quia in præmissis adsunt oīa signa, quib. à posteriori arguitur aliquid esse alterius causā effectiuā, nā primo cōtinēt virtualiter cōclus.vt ait Arist.1.post.c.1.& 2. deinde conclusio aliquo pacto assimilatur ꝑmissis,nā ex certitudine,euidētia,& veritate ꝑmissarum metimur certitudinem, euidentiā,& veritatē conclus. si præmissæ sunt vniuersales,vel particulares,necessariæ, vel probabiles, aut falsæ, vniuersalis, vel particularis,necessaria,vel probabilis, aut falsa erit conclusio, & tandē adest essentialis dependentia,itaut si ꝑmissæ non essent in intellectu, impossibile erit intellectū elicere conclusionē,quia conclusio, vt cōclusio,dicit ordinem ad præmissas,à quibus accipit suā veritatem,& si intellectus absq; præmissis eliceret propositionem illam,non esset conclusio, sed essentialiter differret à conclusione, nam hæc est scientia, & tertia operatio, vbi illa esset simplex propositio, & secunda operatio; quæ omnia arguunt actiuitatem in præmissis respectu conclusionis;his.n.rationibus Doct.1.d.3.q.7.A.& *5. Ad qōnem* probat contra Henric. obiectum esse partialem causam intellectionis.

Respondent solum ex his sequi, vel ꝙ præmissæ sint cōditiones sine quibus nō, vt ait Auers.& Amic. vel ꝙ se habeant vt effectus ꝑuij, vt ait Rubion. qua rōne nequit intellectus elicere conclusionem,nisi prius ꝓducat ꝑmissas ꝓpter ordinē istorū effectuū;vel tandē, ꝙ sint causæ in genere causæ formalis illuminādo,& terminādo intellectū ad hāc,& nō aliā cōclusionē eliciendā; vt asserunt Hurt. & Arriag.

Verum adductæ rationes plus probāt, si rectè perpendantur,& primò,ꝙ non se habeāt vt conditiones;nam conditio sine qua nō tunc requiritur, quādo adest agēs in dispositū,vel impeditum, & illa cōditio est quædā impedimenti ablatio, ideo non dicitur causa effectus,vt patet in approximatione ignis ad lignū,at si agens, & patiēs sunt debitè approximata, nō impedita,si nō seqtur actio, signum est,ꝙ agens non habet adequatā, & cōpletā virtutem, sed petit suppleri ab alio, aliter ꝑcluderetur oīs via ad ostendendam actiuitatem causarū,quilibet .n. pro libito dicere posset, causam secundam v.g. esse conditionem, & effectum solum à prima dependere,vt in simili de obiecto intellectus discurrit Doctor cit. 1.d.3. q. 7. arguendo contra 1. opin.& sub lit.V.cum igitur intellectus ex se non sit impeditus ad agendum, nec ad recipiendum actum conclusionis,si haberet completā virtutem producendi conclusionem ipsā, produceret ēt sine præmissis, ꝙ est falsum. Tum quia essentialis distinctio,inquit Doct. non est ab eo, ꝙ nō est causa ꝑmissæ faciunt, originaliter saltim, differre conclusionē essentialiter, qa distinctio cōclusionis probabilis,& necessariæ est essentialis, & nōnisi à ꝑmissis originaliter prouenit. Et tādem,qa esse assimilatiuum,& virtualiter contentiuum effectus non sunt attributa conditionis sine qua non,sed veræ causæ,

Quæ rationes ēt demonstrant non esse effectus præuios; nec causas formales extrin-

extrinsecas;istæ.n. nō influunt in effectū, sed si quā exercent causalitatem, hæc est erga intellectum ipsum determinando, & illumināndo, ergo cōclusio nō deberet necessariò assimilari præmissis, & p illas essentialiter distingui. Tum qa intellectus nō solùm est indeterminatus ad producendum actum concl.sed ēt est incompletus, quò ad actiuitatē, vnde petit ab extrinseco determinari saltim à speciebus intelligibilibus, & cōpleri, ergo præmissæ nō solùm determinant intellectum erga conclusionem, sed ēt cōplent eius actiuitatē; assumptum patet, aliter nulla esset specierū indigentia, si se solo, & totaliter concurreret actiuè ad actum, conseq.prob.qa si cōclusio est prorsus ignota, nulla adest species ipsius impressa, ergo premissæ tūc concursum speciei supplebunt, à nullo.n. alio in hoc casu posset intellectus determinari, & cōpleri. Quòd si dicas cum Arriaga, in eo casu concurrere species pmissarum, est voluntariè dictū, & saltim habebunt pmissæ concursum mediatum ad conclusionem, sicut obiectum mediante specie dicitur causa intellectionis. Tum quia vt notāt Cōplut. in assensu concl. nō solùm reperitur ratio intellectionis in cōi correspōdens intellectui, nec sola rō intellectionis talis obiecti, correspondens speciei impressę, sed ēt ratio intellectionis discursiuæ, quæ p se respicit præmissas non intellectum, vel speciem, ergo sicut intellectus, & species, ponuntur causæ actiuę, ita quoq; pmissæ. Tū quia, inquiunt, assentimur cōclusioni propter pmissas, ly propter est dictio causalis, vel causæ finalis, vel efficiētis, nō aūt formalis, vel materialis, sed pmissę nō sūt causa finalis, erg. efficiēs.

Non negamus tn̄ pmissas, saltim obiectiuas, posse dici aliquo pacto causā materialē, & formalē conclusionis; materialē, quatenus termini cōclusionis sunt termini pmissarū, formalē, quatenus pmissę specificāt cōclusionem, specificatio aūt vā ad genus formalis causę extrinsecę ptinere.

In oppos. argum. Tum quia in hoc enthymemate omne animal rationale est homo, ergo Christus est homo, consequens non causatur ab antec. quia consequens est de fide, antec. est naturale, supernaturale autem nō causatur à naturali, quod est impfectius. Tum 2. assensus iste si esset causa, esset æquiuoca, quia differunt specie, q est falsum, quia causa æquiuoca est vniuersalis, & remota, vt patet in cælis, assensus verò est particularis. Tū 3. quādoq; recordamur actus conclusionis, non pmissarum, ergo pōt esse conclusio sine pmissis; Neq; dicas tunc non esse conclusionē; Quia ille actus causatur à specie derelicta ab actu cōcl. in memoria, ergo cū species nō cōcurrat, nisi ad similes actus, ex quibus fuit producta, iā illa cōclusio erit eadē specie, siuè cū pmissis, siuè sine pmissis eliciatur. Tū 4. nequit intellectus elicere secundā operationem, nisi prius habuerit apprehensiones terminorum, & tn̄ ex ista indigentia non arguimus causalitatem in prima operatione erga secūdā, ergo quāuis conclus. pendeat à præmissis, & tertia operatio à secunda, non ob id debet dici causa; eadem quoq; dependentia est inter actum intellectus, & voluntatis, vt neqat esse volitio obiecti in voluntate, quin præcesserit eiusdem intellectio in intellectu, & tn̄ actus intellectus non est causa actus voluntatis iuxta probabiliorem sententiā, quam sequitur Doct. 2. d. 25. Tum 5. & si premissę possint producere speciē intelligibilem, non ob id arguimus posse producere alium assensum eiusdē speciei, ad quem species illa potest concurrere, ergo multo minus poterunt concurrere ad assensum cōclusionis, qui est specie distinctus, non .n. videtur, quod vnus actus intellectus sit alterius productiuus. Tandem de ratione causę effectiuæ est, quòd sit existens, ex dictis in phys. disp. 7. qu. 4. ar. 1. sed quando est assensus conclusionis non est assensus præmissarum, quia hic præcedit, nec simul esse potest, ergo &c.

Resp. ad 1. in illo enthymemate subintelligi hæc minor Christus est animal rationale,

extrinsecas; istæ.n. nõ influunt in effectũ, sed si quã exercent causalitatem, hæc est erga intellectum ipsum determinando, & illuminãdo, ergo cõclusio nõ deberet necessariò assimilari præmissis, & p illas essentialiter distingui. Tum qa intellectus nõ solùm est indeterminatus ad producẽdum actum concl. sed ẽt est incompletus, quò ad actiuitatẽ, vnde petit ab extrinseco determinari saltim à speciebus intelligibilibus, & cõpleri, ergo præmissæ nõ solùm determinant intellectum erga conclusionem, sed ẽt cõplent eius actiuitatẽ; assumptum patet, aliter nulla esset specierũ indigentia, si se solo, & totaliter concurreret actiuè ad actum, conseq. prob. qa si cõclusio est prorsus ignota, nulla adest species ipsius impressa, ergo pręmissæ tũc concursum speciei supplebunt, à nullo.n. alio in hoc casu posset intellectus determinari, & cõpleri. Quòd si dicas cum Arriaga, in eo casu concurrere species p̃missarum, est voluntariè dictũ, & saltim habebunt p̃missæ concursum mediatum ad conclusionem, sicut obiectum mediante specie dicitur causa intellectionis. Tum quia vt notãt Cõplut. in assensu concl. nõ solùm reperitur ratio intellectionis in cõi correspõdens intellectui, nec sola rõ intellectionis talis obiecti, correspondens speciei impressę, sed ẽt ratio intellectionis discursiuæ, quæ p se respicit præmissas non intellectum, vel speciem, ergo sicut intellectus, & species, ponuntur causæ actiuę, ita quoq; p̃missæ. Tũ quia, inquiunt, assentimur cõclusioni propter p̃missas, ly propter est dictio causalis, vel causæ finalis, vel efficiẽtis, nõ aũt formalis, vel materialis, sed p̃missę nõ sũt causa finalis, erg. efficiẽs.

Non negamus tñ p̃missas, saltim obiectiuas, posse dici aliquo pacto causã materialẽ, & formalẽ conclusionis; materialẽ, quatenus termini cõclusionis sunt termini p̃missarũ, formalẽ, quatenus p̃missę specificãt cõclusionem, specificatio aũt vr̃ ad genus formalis causę extrinsecę p̃tinere.

In opposi. argum. Tum quia in hoc enthymemate omne animal rõnale est homo, ergo Christus est homo, consequens non causatur ab antec. quia consequens est de fide, antec. est naturale, supernaturale autem nõ causatur à naturali, quod est imperfectius. Tum 2. assensus iste sic esset causa, esset æquiuoca, quia differunt specie, q̃ est falsum, quia causa æquiuoca est vniuersalis, & remota, vt patet in cælis, assensus verò est particularis. Tũ 3. quãdoq; recordamur actus conclusionis, non p̃missarum, ergo põt esse conclusio sine p̃missis; Neq; dicas tunc non esse conclusionẽ; Quia ille actus causatur à specie derelicta ab actu cõcl. in memoria, ergo cũ species nõ cõcurrat, nisi ad similes actus, ex quibus fuit producta, id illa cõclusio erit eadẽ specie, siuè cũ p̃missis, siuè sine p̃missis eliciatur. Tũ 4. nequit intellectus elicere secundã operationem, nisi prius habuerit apprehensiones terminorum, & tñ ex ista indigentia non arguimus causalitatem in prima operatione erga secũdã, ergo quãuis conclus. pendeat à præmissis, & tertia operatio à secunda, non ob id debet dici causa; eadem quoq; dependentia est inter actum intellectus, & voluntatis, vt neqat esse volitio obiecti in voluntate, quin precesserit eiusdem intellectio in intellectu, & tñ actus intellectus non est causa actus voluntatis iuxta probabiliorem sententiã, quam sequitur Doct. 2. d. 25. Tum 5. & si premissę possint producere speciẽ intelligibilem, non ob id arguimus posse producere alium assensum eiusdẽ speciei, ad quem species illa potest concurrere, ergo multo minus poterunt concurrere ad assensum cõclusionis, quæ est specie distinctus, non .n. videtur, quod vnus actus intellectus sit alterius productiuus. Tandem de ratione causę effectiuæ est, quòd sit existens, ex dictis in phys. disp. 7. qu. 4. ar. 1. sed quando est assensus conclusionis non est assensus præmissarum, quia hic præcedit, nec simul esse potest, ergo &c.

Resp. ad 1. in illo enthymemate subintelligi hæc minor Christus est animal rationale,

derati, vel vt sunt quędã simplices propositiones ad inuicẽ non applicatæ, nec ordinatæ in syllogismo, vel vt in syllogismo dispositæ, & hoc modo adhuc dupliciter possunt sumi, vel vt subsunt relationi causæ in ordine ad cõclusionem vt effectum, vel vt sunt fundamentaliter causæ cõclusionis; quo sensu spectantur sm̃ proprias naturas, & vt à relatione causæ pscindũt; quæstio non procedit de pmissis in primo sensu, quia vt sic põt esse maior sine minori, & cõclusione, & è cõuersò; imò maior, & minor absq; conclusione, quãdo .n. nõ sunt applicatæ, & ordinatæ in syllogismo, non habent rõnem præmissarum; sed discutitur de præmissis applicatis; non q necessariò præmissæ simul debeant elici ab intellectu, sæpè .n. euenit, maximè in nobis propter imperfectionem nostri intellectus, quod maior prius eliciatur, quã minor, vt aduertit Arist. 1. Post. c. 1. sed est dubium, an assensus illi præmissarum, quamuis prius tempore eliciti, debeãt nihilominus permanere, & in eodem instãti simul esse cum conclusione.

Dicimus, si præmissæ vt formaliter causæ conclusionis cõsiderãtur, sunt simul cum conclusione, non tantùm simultate temporis, sed etiã naturæ, si verò vt fundamentaliter causæ sumuntur, sic debent ambæ in eodem instanti temporis simul esse, non minor tantùm, nec habitualiter, aut per actum recordationis, sed per proprias entitates, cum qua simultate tamen stat prioritas naturæ. Est Scoti cit. & cõmunis cum Arist. 1. Post. c. 1. & prob. primò, q vt formaliter causæ sint simul natura cum conclusione, patet, quia vt sic sunt relatiua, quę sunt simul tempore, natura, & cognitione ex dictis disp. 8. q. 11.

Secundò vt fundamentaliter accipiuntur debent etiam simul existere, quia pręmissæ sunt causæ conclusionis, causa autem quando actu causat, debet actu existere, & nõ sufficit, quòd immediatè præfuerit, sicut probauimus fusè in phys. disput. 7. q. 4. ar. 1. & quoniã ambæ præmissę sunt causa conclusionis, & vna sine altera est insufficiens, vnde quęlibet argumentatio vim habet inferendi ex forma syllogistica, vt diximus 1. p. inst. tra. 3. nã mediũ vt coniungat extrema, debet cũ ambobus illis coniungi virtute illius principij *Quæ sunt eadẽ vni tertio, sunt eadẽ inter se*, idcircò ambę pręmissę debent simul cum conclusione existere, non sola minor.

Tertiò debent esse psentes secundum proprias, & formales entitates, & non per habitus, nã habitus solũ est causa actuum eiusdem speciei cum illis, à quibus est genitus, assensus principiorum, & assensus conclusionis specie differunt, vt patet, ergo habitus principiorum nequit cõcurrere ad actus scientificos cõclusionum, sed præcisè ad assensum præmissarum. Tum quia habitus non datur potentijs ad simpliciter operãdum, sed ad promptè, & faciliter operandum, vt notat Doct. 1. d. 17. q. 2. E. nã absq; habitu põt potentia in actum exire, absolutè loquendo, at pmissæ requiruntur in intellectu ad simpliciter operãdũ, quia sine ipsis nequit intellectus producere conclusionem, ergo concursus ipsarum nequit ab habitu suppleri. Neq; sufficit, vt psentes sint p recordationis actũ, quia tertia operatio essentialiter à secũda dependet, & causatur, vt sine illa nequeat esse, & intellectus ex se non est sufficiens ad eliciendam conclusionem, sed à præmissis determinatur, & completur, ex dictis quæst. præceden. ergo præmissæ ex seipsis concurrere debent, vel per aliquid supplens illarum concursum, actus recordationis non est potens supplere istũ concursum, quia est imperfectior, nec eminenter continet assensum præmissarum, nec sufficiunt præmissæ in esse obiectiuo, quia vt sic habẽt esse secundum quid, causa verò realis exposcit esse simpliciter.

Tandem quod priores dicantur prioritatè naturæ, patet, quia vt sic causãt conclusionem, quæ ab ipsis essentialiter dependet, essentialis aũt dependentia infert hãc prioritatem ex dictis disp. 9. q. 2. art. 1.

In oppos. obijc. 1. q assensus præmissarum tēpore antecedat. Tum quia discursus est quidā motus, vt diximus, de rōne autem motus est successio. Tum 2. nequit intellectus noster, cum sit finitus, plura simul intelligere, vnde dicebat Arist. 2. top. c. 4. cōtingere vtiq; plura scire, nō autē cogitare, ergo assensus illi non sunt simul. Tum 3. certum est intellectum esse determinatum, ad cognoscenda simul plura nō .n. pōt in quēcumq; numerum intelligibilium tendere simul, sit v. g. talis determinatio ad sex, & habeat de quatuor obiectis cognitionē, certè si aliquē syllogismū eliceret, posset pro illo instanti habere cognitionē maioris, & minoris, qa habet ad duo capacitatem, nō tn̄ conclusionis cognitionem, qa excederet. Tum 4. habeat quis errorē aliquem nimis radicatum in intellectu, certè si formaret syllogismum de conclusione opposita vera, non posset post p̄missas p̄ducere conclusionē, quia p vnum assensum non posset statim expellere errorē tā tenaciter affixum. Tum 5. causa materialis tēpore p̄cedit effectū, vnde substātia dicitur accidēs p̄cedere tēpore, natura, & definitione, præmissæ sunt causæ materiales conclusionis, ergo &c.

Resp. ad 1. ex Sco. q. 8. cit. dari quandā successionem in discursu, quatenus regulariter prius cognoscitur maior, sed cum hoc stat, q quando cognoscitur cōclusio, p̄manet adhuc cognitio præmissarum; accedit, q discursus est metaphoricè motus, nā pōt intellectus vnico instanti oīa cognoscere. Ad 2. ait posse intellectum plura cognoscere, vt habitudinem aliquā habēt inter se, & vt sunt connexa, non vt plura sunt; & hoc voluit Arist. vel dicimus textum illum esse pro nobis, ait .n. in scientia plura simul cognosci, quia cognitiones p̄missarum, & conclusionis sunt simul. Ad 3. aliqui dicunt, vt Ruu. assensus præmissarum, & conclusionis propter mutuā cōnexionem se habere vt vnum, ideoq; non excedere capacitatem intellectus: Alij vt Conimbr. & Amic. nō sequi assensū propter impedimentum, at conclusio intelligitur de intellectu non impedito, vt dicemus q. seq. & ad veritatem huius sufficit, quod quando intellectus eliciet conclus. simul existāt in ipso præmissæ. Alij vt Tol. q in casu cessaret aliqua cognitio p se nō ptinens ad illā cognitionē. Ad 4. si de errore actuali est sermo, statim p demōstrationē expelletur, q̄ est fortior causa propter euidētiā, & certitudinē; si de habituali errore, cōcedimus nō statim destrui, sed paulatim, qa habitus nō opponitur actui opposito formaliter, sed virtualiter, vt in lib. de an. dicemus. Ad 5. ait Doct. p̄missas esse quoq, causā effectiuā, idcircò quando sunt applicatæ, & naturales, statim producunt conclusionem, quæ est effectus.

Secundò ad idem, potest dari casus, q sint assensus maioris, & minoris, & in elicitione conclusionis aduertatur falsitas earum, tunc erit assensus præmissarū sine assensu conclusionis, antec. patet, si falsitas esset difficilis cognitu, & nō statim ex apprehensione terminorum cognosceretur. Tum 2. ad assensum conclus. prærequiritur, vt termini eius concipiātur vt coniuncti, & post assensum præmissarum, quę oīa nequeunt esse in instanti. Tum 3. causa efficiens solum virtualiter cōtinet effectum, ergo ex cognitione ipsius causę nō nisi virtualis cognitio cōclusionis potest inferri, ergo cognitis præmissis non necessariò formaliter debet cognosci cōclusio. Tum 4. Arist. 2. Prio. c. 26. ait contingere posse cognoscere oēm mulā esse sterilē, & hanc esse mulā, & dubitare, an aliquid habeat in ventre, ergo cum assensu præmissarum non stat assensus cōclusionis. Tum 5. daretur eiusdem rei simul in intellectu cognitio confusa, & distincta, nā cum definitio dicitur de definito, definitum ex parte subiecti cōfusè se, tenet, ex parte prædicati distinctè.

Resp. ad 1. neg. antec. quia cum assensus conclusionis sequatur in codē instanti cum assensu minoris, necessariò si ante conclusionem aduertitur falsitas, ēt ante

mino-

minoris assensum. Ad 2. si præmissæ sunt euidentes, in eodē instanti eliciuntur illi actus, si ineuidentes, nec intellectus pbet assensū præmissis; quapropter si semel assentitur illis, assentitur etiā cōclusioni, vt infra, tū quia termini conclusionis apphēduntur quādo fuit ꝓposita conclusio, vt quæstio. Ad 3. respondet Doctor pmissæ applicatæ virtute continent conclusionē, sicut agens dispositū, non impeditum dicitur virtute effectū cōtinere, & statim illum ponit in actu, ita præmissæ respectu cōclusionis. Ad 4. ait idem, Arist. intelligi debere de illis præmissis vt solutis, non autē vt ad inuicē applicatis. Ad 5. concluderet etiā, si valeret, nullā dari posse propositionem definitiuā, dicimus ergo esse vnicū assēsū illius ꝓpositionis distinctū, non confusū, dari tamē duplicē apphensionē, alteram confusam definiti, alterā distinctam definitionis; ꝙ non implicat.

Tertiò, ꝙ sufficiat pšētia habitualis pmissarū; Tū quia idē habitus inclinat in intentionē ad finē, & in electionē ad media, quæ specie differunt, ergo idē de habitu principiorum respectu cōclusionis, quāuis hæc sit specie distincta, nam vt se habet finis in practicis, ita principia in speculabilibus. Tū 2. habitus est quædam virtus, & semen principiorū, ergo continet in se actiuitatē illorū, ergo poterit sicut principia ad cōclusionē concurrere. Tū 3. experientia constat sæpè nos alicui conclusioni assentiri ex assensu præmissarum præhabito multo tempore ante; maximè cum propter nimiam distractionē nō potest intellectus aduertere pmissis, ergo saltim in hoc casu sufficiet pšentia per actum rememoratiuum, nam verè tunc essent causa, & effectus in actu.

Resp. ad 1. neg. paritatē vt cū Sco. diximus supra q. 2. ad 2. Ad 2. dicimus habitū non continere totaliter actū, quia se solo non potest illū ꝓducere, ideò nequit efficere, quicquid potens est actus causare; & habemus instantiā in causis æquiuocis, & perfectis, primæ .n. qualitates sunt causæ grauitatis, & leuitatis, quæ principiant motum, qui nihilominus nequit à primis qualitatibus ꝓuenire, & in multis alijs. Ad 3. imò quia tūc adest maxima intellectus distractio nō sufficit actus ille rememoratiuus, sed requiritur cū illo actu noua assensus productio, adhoc vt causa sit in actuali existentia, actus .n. ille rememoratiuus non est sufficiens causa.

Quartò instatur, quòd præmissæ non sint natura priores, sed simul etiā fundamentaliter sūptæ. Tū quia si præmissæ vt priores cognoscūtur, ergo tūc ignoratur cōclusio, q̄ est causatū, sed ignorato causato ignoratur etiā causa, ergo &c. Tū 2. nequeūt pmissæ cognosci vt pmissæ, quin cognoscantur, vt applicatæ, sed vt sic cōcipiuntur sub relatione applicationis, ergo vt sic sunt relatiua, ergo simul natura. Tum 3. posset intellectus habito assensu pricipiorū cessare ab assēsu cōclusionis, q a prius, vt prius potest esse sine posteriori.

Resp. ex Doct. q. 6. cit. argumentum valere de præmissis formaliter in ratione causæ acceptis; tum quia aliud est pmissas esse priores natura, .i. independentes à cōclusione, aliud esse cognitas non cognita cōclusione, primū asserimus, nō secundum. Ad 2. per idem respondet, quòd præmissæ vt applicatæ sunt relatiua, & ideò simul natura. Ad 3. patebit in q. seq.

QVÆSTIO QVINTA.

An assensus præmissarum necessitet intellectum ad assensum conclus.

QVæstio procedit, quando intellectus euidenter apphēdit pmissas, vt veras, & ex illis sequi cōclusionē, an possit nō assētiri, vel necessariò debeat elicere actū assēsus circa cōclusionē. Pro cuius intelligētia notꝙ determinatio potētiæ ē duplex ex Sc. quol. 16. ar. 1. alia dicitur cōtrarietatis, seu specificationis, alia cōtradictionis, seu exercitij, sicut īdifferētia, seu īdeterminatio opposita ē duplex, cōtrarietatis, & cōtradictionis; determinatio cōtrariet. ē, qua pōtia determinata ē ī elicitione ad vnū actū, nō ad oppositū,

voluntas circa bonum in se dicitur sic determinata, qa nõ põt elicere quemcunq; actum, siuè volitionis, siuè nolitionis, sed necessariò, si elicit aliquẽ actum, hic erit volitio; indeterminatio contrarietatis est, quando circa obiectum potest oppositos actus elicere, .s. amorem, vel odium, qualiter se habet volũtas circa obiectum ostẽsum sub rõne boni, & mali. Determinatio cõtradictionis est, cum potẽtia ita est determinata ad vnum specie actũ circa aliqp obiectum, vt non possit illũ non elicere, qualis est quælibet naturalis potentia ex se circa obiectũ debitè pſens, indeterminatio cõtradictionis est, qua potentia põt in opposita cõtradictoriè, vt sunt velle, & nõ velle, nolle, & nõ nolle, & hoc pacto se habet voluntas creata ẽt circa bonũ præcisè ex Sco. cit. cum sit essentialiter libera.

Conceditur ab oĩbus, in præmissis necessarijs, vel taliter apprehensis assensum ipsarum necessitare intellectũ ad assensũ cõclusionis necessitate cõtrarietatis, etiã vt subest voluntatis imperio, itaut circa illã conclusionẽ nõ possit dissensum elicere ex se, neq; imperari à voluntate ad dissensum pducendũ; & rõ est, quia sicut se habet bonum ad velle, & malũ ad nolle, ita verum ad assensum, & falsum ad dissensum, sed nequit bonũ esse nolitionis obiectum, vt bonũ ẽ, neq; malũ, vt malũ obiectũ volitionis exdictis in phys. disp. 7. q. 8. art. 2. ergo neq; verũ põt esse obiectũ dissensus, & falsũ obiectũ assensus, aliter potentia tẽderet extra propriũ obiectũ, quare neq; vt põt à voluntate imperari intellectus, erit indifferens ad assensũ, & dissẽsũ. Conceditur ẽt ab oĩbus, intellectũ circa has necessarias veritates ex propria natura consideratũ esse determinatũ determinatione exercitij ad assensũ, itaut ex se statim pbeat assensum, nec possit nõ assẽtire, quia ex se est causa naturalis, quæ, si si non est impedita, necessariò agit, nec habet potentiã suspẽdendi actionẽ; dubiũ est de intellectu, vt volũtati subijcitur, quo modo habet quandã participatã libertatẽ, an possit .s. voluntas stãte assensu vero, & euidenti præmissarum necessariarum suspẽdere assensum intellectus circa cõclusionẽ, vel ipsum distrahere ad alia obiecta.

Affirmant Ruu. 1. post. c. 1. q. 8. Murcia q. vl. Oña q. 1. ar. 3. Morisan. 1. prio. dub. 6. Auers. q. 25. sect. 3. & alij. Negãt Conimb. 1. post. c. 1. q. 4. ar. 4. citantes Caier. Sonc. & Fons. Sãch. lib. 5. q. 3. Did. à Iesu disp. 16. q. 4. Blanc. disp. 1. de argum. sect. 4. Hur. disp. 7. de an. sect. 4. Amic. tract. 25. disp. 2. q. 6. dub. 1. Arriag. disp. 15. Log. sect. 6. Io. de S. Th. 4. p. Log. q. 24. ar. 3. Complu. disp. 17. q. 4. & ex nostris Tat. 1. post. q. 1. dub. 3.

Circa præmissas probabiles communis ferè sententia sustinet intellectũ esse quoque determinatum determinatione contrarietatis, quando præmissæ iudicantur probabiles, itaut nulla ratio falsitatis appareat, ratio est eadẽ, qa præmissæ indicãtur vt veræ, & possunt recta illatione inferre concl. probabilẽ verã, non falsã, quia ex antecedenti vero non sequitur falsum, ergo nequit intellectus dissentire; tum qa si dissentiret, assentiret contradictorio illius conclusionis, & p consequens virtualiter assentiret cõtradictorio præmissarũ, de quib. iã supponitur assensus, ergo duo assensus oppositi in intellectu, qd est falsũ. Dubitatur tñ de determinatione exercitij, nam quidam sustinent intellectum, ẽt vt à voluntate præscindentem, indeterminatum esse indeterminatione exercitij, vt possit elicere, vel suspẽdere assensum circa conclusionem probabilem, ita Conim. cit. ar. 3. Blanc. & Moris. cit.

Dicimus primò, posito assensu præmissarum in intellectu ipsum necessitari necessitate exercitij ad assensum conclus. quando est in materia necessaria, vt non possit à voluntate impediri; ita Doctor 1. d. 1. q. 4. §. *Ad argumenta*, & 1. Post. q. 8. & 9. prob. intellectus, & præmissæ sunt causæ naturales conclusionis debitè applicatæ, non impeditæ, ergo necessariò producunt assensum conclusionis. Dices impediri à voluntate non consentiente,

nec

nec concurrente, imò suspendrée cōcursum intellectus, qui maiorē participat libertatē, cum sit magis cōnexus cū voluntate propter rationalitatē, quā cæteræ potentiæ. Contra; voluntas non debet concurrere tanquā physica causa ad actus intellectus, quia vt intellectus cōcipitur voluntati præuius, exit in proprios actus, ergo vt subditur voluntati nō indiget concursu voluntatis physico. Negatio cōsensus, imò dissensus voluntatis non est impedimentum sufficiens, stante assensu p̄missarum, quia etsi nolit voluntas, si visibile est proportionatè præsens, & illuminatum, oculus nō impeditus, non clausus, adhuc videbit, ergo dissensus voluntatis non impediet assensum conclusionis, qui a se se habet vt visio, cōclusio vt obiectum, assensus præmissarum vt lumen, & cognitio bonæ illationis, vt applicatio luminis. Tandē illa maior conuenientia nō officit, quia magis obijcitur voluntati potentia loco motiua, quā intellectiua, quia illa absque imperio voluntatis nō exit in actū, sicut intellectus, & tñ est magis extrinseca volūtati, quā intellectus, ergo ex illa maiori vnione non debemus inferre tantā dependentiā intellectus à voluntate in operatione, vt si habeat obiectū præsens, non exeat in actū, nisi prius beneplacito, & licentia voluntatis obtēta; tum qa in actibus intuitiuis, ēt si formaliter dissentiat, nequit impedire apphensiones, vt cū vehemens vrget tentatio, ergo neq; in discursu talē potestatē, & dñium habebit.

In contrar. arg. Tum quia nullum bonum pōt quò ad exercitij determinationē necessitare voluntatē, ergo nullum verū à pari poterit determinare intellectū. Tū 2. pōt voluntas causare cessationē, & impedire continuationē cuiuslibet assensus cōclusionis, ergo poterit causare suspensionē. Tum 3. intellectus, vt subditur volūtatis imperio, participat libertatē, & indifferentiā circa quodcunq; obiectum, ergo ēt circa assensum necessariæ conclusionis, sed non potest esse indeterminatus contrariè, ergo saltim cōtradictoriè. Tum 4. habitus gignitur in potentia erga aliquod obiectum, quando potentia erga illud habet aliqualem libertatem, & indifferentiam, vnde in naturaliter determinatis, vt sunt grauia respectu motus deorsum, non generatur habitus ex Scot. 2. d. 2. qu. 10. K. sed in intellectu erga conclusionem fit habitus, ergo circa illā habet indifferentiàm, saltim exercitij.

Resp. ad 1. neg. paritatem, quia voluntas est potentia formaliter libera, intellectus potentia formaliter naturalis, & determinata. Ad 2. potest causare cessationem solum auertendo intellectum ab assensu principiorum, & vt sic potest etiam impedire assensum conclusionis; stante verò assensu principiorum, non pōt impedire continuationem assensus conclusionis. Ad 3. vt subditur voluntati, solum habet potestatē eliciendi, & nō eliciendi assensum p̄missarum; tñ hoc elicito, necessariò necessitate ex suppositione deinde infert cōclusionis assensū, vt patet in alijs potentijs. Ad 4. ex dicēdis in lib. de an. habitum non generari in potentia propter solā indifferentiā, sed ēt quia pōt aliquam pati difficultatē, vel quia pōt intēsius, vel minus intensè operari, qua ratione quando est habituata facilius, citius, delectabilius, & intensius operatur, etiam si naturaliter agat, quare negatur assumptum.

Secundò ad idem; quando ex iisdem præmissis potest inferri duplex cōclusio, vt in *Barbara*, *Baralipton*, *Celarent*, & *Celantes*, quarum vna est directa, alia indirecta, tunc præmissæ non determinant intellectum ad aliquam illarum, ergo indifferens est ad eliciendū, & non eliciendum assensum cuiuslibet. Tum 2. apprehensio terminorum, etiā primorum principiorum, non necessitat intellectum ad assensum illorum, ergo neq; assensus præmissarum determinabit intellectū ad assensū conclusionis, patet conseq. qa maior euidētia est in primis principijs, quā in cōclusione, quę euidens est dependenter.

Respon. ad 1. in eo casu præmissas de-

terminatè necessitare itellectũ ad cõclusioné directã immediatè, quia per se primò est ex p̃missis deducibilis, mediatè verò, & secũdariò ad cõclusioné indirectã, quatenus est cõuertés conclusionis directæ. Ad 2. si termini illi habent euidentiã manifestã cõnexionis, possumus concedere app̃hensioné necessitare intellectũ ad iudiciũ ferendũ, secus si sint ineuidentes; ita Doctor 3. d. 23. q. vn. §. *Aliter.*

Dicimus secundò, q̃do p̃missæ sunt ꝓbabiles, itaut nulla ratio falsi in contrariũ appareat, non requiritur necessariò consensus voluntatis ad assensũ cõclusionis, sed sufficit, vt indifferenter se habeat, quo casu intellectus necessitatur etiã quò ad exercitiũ ad inferendã conclusioné. Colligitur ex Sc. 3. d. 25. q. 2. vbi docet ad assensũ fidei non necessariò requiri voluntatis actũ determinanté, & imperatiuũ; prob. ijsdé rõnibus præced. concl. nã hoc solũ discrimen esset, ꝙ præmissæ necessariæ sunt euidentes, probabiles verò ineuidentes, sed hoc non vrget, quia obiectũ vt probabile ostensũ est sufficienter propositum intellectui, vt possit intellectus elicere assensum circa illas præmissas, & ille assensus præmissarum est sufficiens causa, vt eliciatur probabilis conclusio, ergo etiam voluntate non contradicente necessitatur intellectus ad illũ assensum, quia causa naturalis non impedita statim agit. Tũ quia si per imperium voluntatis potest intellectus elicere assensũ conclusionis, sequitur præmissas illas, & intellectum esse sufficientes causas conclusionis, quia voluntas non causat maioré ꝓbabilitaté in obiectis, aut euidentiam, sed hæc vera, vel falsa sunt independenter à voluntate, neq; voluntas habet potestatem trahendi intellectũ extra proprium connaturale obiectũ; ergo præscindendo à voluntatis imperio, adhuc intellectus eliciet concl. assensum, quia est causa naturalis. Tum quia Dœmones habent notitiam ineuidentem de rebus fidei, & tamen non ex affectu voluntatis, quæ de se est mala, ergo hęc non requiritur ad rerum ineuidentium assensum.

Contrà vrgetur; in his obiectis nõ determinatur intellectus ad assensum, quia opinio est semper cum formidine de opposito, ergo nulla causatur necessitas in intellectu ex pręmissis probabilibus. Tum quia si assensus in probabilibus p̃cederet cõsensũ voluntatis, nullũ iudiciũ temerariũ esset peccatũ, nã peccatũ ideò peccatũ, quia voluntariũ. Tandé idé esset dicendũ, quando propositio probabilior appareт opposita, & quando esset vtraque contradictoria æquè probabilis, cũ .n. sint causæ naturales, si possent agere independenter à voluntate, iam intellectus necessariò assentiret propositioni probabiliori, & illis contradictorijs, quod est falsum.

Resp. has rões nõ vrgere contra conclusioné, sed potius contra iudiciũ p̃missarũ, cõclusio .n. nostra supponit assensũ præmissarum in intellectu, quo semel admisso, sequitur necessariò assensus cõclusionis; dicimus tamen ad primum probare solum intellectum non necessitari ad assensũ certũ, & euidenté, ꝙ cõcedimus, tamé cũ hoc stat, ꝙ necessitetur ad assensũ verum, sicut veræ sunt præmissæ; nec obstat formido de opposito, hæc .n. tollit solũ firmitaté assensus, nõ determinationé, vt disp. vl. dicemus. Ad 2. concedimus iudicia p̃cedétia cõsésũ voluntatis nõ esse peccata, nã tũc voluntati imputãtur, & temeraria dicuntur, quatenus voluntas tenetur impedire illud iudiciũ, & nõ impedit; tenetur .n. quia prudentia dictat in omni re nõ euidenti posse cõmitti erroré in iudicãdo, & per consequens nõ temerè est assentiendũ, & certitudinaliter, sed cũ formidine de opposito, posset deinde voluntas impedire, non quidé suspendendo assensum conclusionis, sed potius assensũ p̃missarũ diuertendo intellectum ad alia obiecta: Vel secũdũ aliquos sufficit, vt simul habeat iudiciũ possibilitatis fallendi, & non certò illis adhæreat, ꝙ satis est ad euitãdã temeritaté, & peccatũ. Ad 3. con-

cedi-

cedimus assumptum in primo casu, quia fortius agens superat resistentiam cōtrarij, & exit in actionem, si non adsit aliud impedimentum, cum ergo vna propositio probabilior appareat sua opposita, iam fortior erit ad monendum intellectum, & per consequens intellectus assentiet, nisi voluntas imperaret cognitionē probabilitatis alterius partis, vel periculi errandi, quod sæpè solet euenire in huiusmodi iudicijs. Quando verò oppositæ propositiones sunt æquè probabiles, vel nulla apparet ratio veri, vel falsi, ait Doctor 3.d.23. §. *Aliter*, & d.25.q.2. nullum elici assensum, sed merè neutras esse propositiones illas intellectui; neque potest voluntas imperare assensum ad alteram partem, nisi obiectum prius moueat ad illam; quare necesse erit, vt intellectus cesset à consideratione rationum vnius partis ex imperio voluntatis, & hoc modo poterit voluntas ad vnam partem intellectum determinare. Cęterùm quæ de syllogismi forma solent disputari, sufficienter in 1.p. instit. tract.3. sunt explicata.

DISPVTATIO DVODECIMA.

De Scientia.

Post tractatum de discursu, & syllogismo in communi, ad eius species oporteret nūc descendere, quæ sunt syllogismus demōstratiuus, topicus, & elencus, & primò de demonstratiuo cæteris præstantiori, attamen quia naturam, & conditiones demonstrationis aptius venari non possumus, nisi ex notitia quidditatis, et conditionū scientiæ, quæ effectus est demōstrationis, & ad ipsam vt ad finem ordinatur demonstratio, idcirco disputationem de scientia præmittimus, vestigijs Arist. inhærentes, qui 1. post. c. 1. ostendit dari scientiam, deindè c. 2. ipsam definiuit, & ex ipsius definitione postea naturam demonstrationis, eiusque conditiones declarauit, duas assignando definitiones: & quidem quod attinet ad existentiam scientiæ, satis dictum est in 2.p. instit. tract. 1. cap. 2. vbi ostendimus contra antiquos de nouo dari scientiam, & si non de omnibus, saltem de aliquibus rebus: ad essentiam igitur scientiæ declarandam accedamus.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid sit scientia.

SCientia solet primò diuidi in actualem, & habitualem, vtraq; debet hìc declarari, & quidem quò ad scientiam habitualē non est difficultas, hæc enim est *habitus quidam de prima specie qualitatis, permanens, intellectualis, disponens intellectum, non ad simpliciter operandum, sed ad promptè, faciliter, & expeditè operandum, ex frequentatis actibus scientificis acquisitus*; quæ definitio colligitur ex definitione habitus in communi insinuata à Scoto in 4.d.6. quæst. 10. O. sicut enim quilibet habitus est quædam qualitas disponens subiectum non quidem ad simpliciter agendum, nam absque habitu etiam potentia elicit aliquos actus, sed ad agendum faciliter, & promptè, acquisita ex vsu, & frequentatione illorum actuum, ad quorum productionem habitus inclinat, ex dicendis fusius in lib. de ani. ita scientia habitualis disponit intellectum ad facilius, & expeditius eliciendos actus scientificos, quæ scientia actualis dicitur, ex quibus fuit genita, sic habilitas illa demonstrandi passionem mobilitatis de corpore naturali ex frequenti cognitione per demonstrationem acquisita dicitur scientia philoso-

phica habitualis, actus verò cognitionis dicitur philosophia actualis. Cū igitur habitus ex actib. generetur, & specificetur, ex declaratione sciētiæ actualis adæquatè patebit, q̄d sit habitualis sciētia, ex q̄b. s. actibus generetur, & in quos actus eliciēdos inclinet intellectū; tota ergo difficultas erit ī explanatione actualis sciētię.

Scientia actualis ab Arist. definitur in concreto 1. post. c. 2. *Scire est rē per causā cognoscere, propter quā res est ꝙ illius est causa, & non cōtingit aliter se habere*, quā definitionē explicuimus p. 2. inst. log. tr. 1. c. 2. vbi notauimus Arist. definijsse scientiā perfectissimā à priori, & p causam nō solū in cognoscendo, sed etiā in essendo, vide, quę ibi diximus c. 4. explicando particulā illam definitionis demōstrationis, *causisq; conclusionis*; Ex ista definitione scientiæ ab Arist. tradita Doctores deindè varias colligunt conditiones scientiæ.

Prima conditio est quod sit vera, error enim, & falsitas non sunt scientia.

Secunda conditio est, quòd sit certa, pro qua notant Doctores, vt aduertunt P. Cauellus de an. disp. 3. sect. 6. & Auers. q. 26. sect. 3. quòd certitudo est firma intellectus adhæsio alteri determinatæ parti absque formidine de opposito, si n. aliqua adesset formido, non esset in intellectu certitudo, sed dubietas, nec scientia, sed opinio, quæ certitudo, & determinatio intellectus, vel prouenit ex ipsomet obiecto, quatenus ita se habet, vt simpliciter, & de potentia Dei nequeat aliter se habere, quales sunt veritates propositionum necessariarum, & ab alijs dicitur certitudo intrinseca, ab alijs obiectiua, ab alijs metaphysica; vel prouenit ex alio capite, & dicitur extrinseca certitudo, ꝙ potest multipliciter accidere, vel. s. quia voluntas imperat intellectui, vt taliter iudicet, & non aliter, eo quia mouetur ex aliquo effectu, vel apparenti, sed vana rōne, vt infideles, & hæretici, qui pertinaciter erroribus adhærent; vel quia quod iudicatur, asseritur ab aliquibus maximæ authoritatis viris, vel ab omnibus, aut plurimis, quomodo ab omnib. certitudinaliter creditur Romam, Venetias, Neapolim esse, & tunc quò maioris authoritatis sunt viri illud creditum asserentes, eò firmius adhæret intellectus, & quia Deus est supremæ authoritatis, & irrefragabilis veritatis, hinc res fidei sunt maximæ certitudinis, cum sint testimonio diuino innixæ: ab aliquibus hæc certitudo moralis vocatur (excepta fidei supernaturalis certitudine, quæ valdè maior est) vel tādē mouetur intellectus ad iudicādū certitudinaliter ita esse, quia naturaliter nequit aliter euenire, quāuis simpliciter possit aliter fieri, vt si videret accidēs, statim iudicaret ibi substare subiectum, & si videret ignem applicatum passo, inferret ibi calefactionem adesse, eo quia natura rerū sic postulat, cū tñ Deus posset, & calefactionem impedire, & accidens à subiecto separare; hæc dicitur certitudo physica; ad sciētiā perfectissimam prima certitudo requiritur, nā sub certitudine morali potest subesse falsum, & similiter sub certitudine physica. Ad scientiam tamē minus perfectā sufficit physica certitudo, vt infra, & disp. seq. magis patebit.

Tertia cōditio, quod sit euidens; euidentia est claritas cognitionis, qua intellectus clarè videt obiecti veritatē, & cōnexionē p̄dicati cū subiecto, dicitur euidentia, quasi clara obiecti videntia, & cōparatur luci materiali, qua illustratū obiectū clarè, & distinctè percipitur ab oculo, hæc euidentia ortū habet ab obiecti necessitate, qua intellecta statim percipit intellectus connexionē prædicati cū subiecto, ratione talis connexionis, & oppositum iudicat, vt falsum; potestq; à certitudine separari nā articuli fidei sūt certi, non tamen euidentes, quia pro statu isto nequit intellectus noster percipere rationē cōnexionis huius prædicati cū subiecto, ꝙ. s. Deus sit trinus, & vnus, sed solū asseritur ex testimonio reuelātis Dei, fide fides nō est cognitio euidēs, sed obscura.

Hæc

Hæc euidentia duplex est, alia ex parte potétiæ, & est claritas illa cognitionis intimè percipientis rationem connexionis terminorũ, alia ex parte obiecti, & est aptitudo illa in obiecto manifestandi se clarè, & distinctè intellectui, vt statim, ac intellectui obijcitur, mouet illũ ad sui cognitionem; & est duplex, vna immediata, qũ intellectus ex simplici apprehensione terminorũ statim assentitur illi ꝓpositioni, nec aliquo alio distĩcto indiget, & hęc euidentia est principiorũ, quæ immediata dicuntur; alia mediata, eo quia non ex simplici apprehensione terminorum mouetur intellectus, sed propter aliud principiũ distinctũ, ꝙ est causa cognitionis illius, & hæc pertinet ad conclusioné, quæ euidenter scitur propter præmissas, à quibus accipit propriã euidentiã, itaut intãtũ euidens dicitur, quia principia, è quibus deducitur sũt euidentia; clarũ est euidétiã immediatã non cõuenire scientiæ, nã scientia est cõclusionis, nõ principiorum; cõpetere tamẽ euidentiã mediatã, nã quęlibet cõclusio est ex suis principijs euidẽtibus deducibilis, ergo erit in se euidens mediatè: dubium est de euidentia potentiæ, an.s. requiratur, ꝙ intellectus clarè, & distinctè percipiat conclusionem ex principijs illam deducendo, apprehendatque dependentiã illã euidentiæ conclusionis ab euidẽtia principiorũ, an verò sufficiat, ꝙ cõclusio sit euidens in se, & à suis principijs depẽdẽs, absq; eo ꝙ intellectus euidenter illã percipiat, vel sua principia, sed ex testimonio fide digno apprehendens principia, vel vnum ipsorum, vt veram, deducat deinde conclusionem.

Thomistæ negant hanc euidentiam ex parte intellectus necessariã esse, sed sufficere aiunt, quod sit cognitio conclusionis aptitudinaliter ex se euidẽter cognoscibilis, qua rõne ponunt nostrã Theologiã esse propriè sciẽtiã, quia verè deducit conclusiones ex articulis fidei, qui saltim in intellectu beatorum sunt euidentes, similiter concedunt scientiam subalternatã esse verã sciẽtiã in intellectu carente scientia subalternante, si principia subalternãtis à fide digno reciperet tãquã vera, & certa: ita Caiet. 1. p. q. 1. ar. 2. Nazar. ibi contr. 4. Io: de S. Th. in log. q. 26. ar. 3. Cõpl. disp. 19. log. q. 3. qui alios citant.

Auersa q. 26. log. sec. 2. Ruu. tract. de scient. q. 2. Merif. disp. 12. q. 1. distinguunt de scientia, nam vel loquimur de naturali, & ab Arist. descripta in lib. post. & ita necessariã esse euidentiam; vel de scientia in genere, & sub vniuersaliori acceptione, & hanc aiunt abstrahere ab euidẽtia, & solum dicere cognitionem veram, & certam de aliquo obiecto, quo sensu concedunt theologiam dici scientiam.

Scot. q. 3. prol. in 4. q. collat. & 3. d. 24. q. vn. §. *Ad quæstionẽ*, sustinet de ratione ꝓpriæ sciẽtiæ esse euidentiã, & nonnisi impropriè nomen sciẽtiæ accomodari notitiæ obscuræ, & ineuidẽti, quãuis certissimę, q̃ nõ solũ est cõmunis apud Scotistas, sed etiã apud antiquos, & ex recentioribus sequuntur Amicus tract. 27. de scien. q. 1. dub. 9. & 10. Blanch. in Log. disp. vlt. sec. 1. Didacus à Iesu disp. 18. q. 1. & alij.

Quãuis hæc sit nominalis quæstio, attamẽ dicimus sciẽtiã ꝓpriè dictã requirere euidentiã in intellectu scientis, & nõ nisi impropriè trãsferri ad actus ineuidẽtes, quãuis certos; ita Doct. cit. & 1. d. 3. q. 4. art. 2. C. & quidẽ ꝙ hæc sit mens Arist. indubitatũ est, non .n. agnouit aliquã infallibilẽ certitudinẽ, nisi quæ annexã habet euidentiã, & certitudinẽ ex diuina reuelatione ꝓuenientẽ ipse nesciuit, hinc asseruit prĩcipia immediata, & per se nota esse, ac scientificũ resoluere conclusiones in sua principia debere. Tum quia ex communi consensu fides, & scientia specie differunt, imò opponuntur, nã illa est obscura, ista clara, & euidens, ergo euidẽtia est de necessarijs conditionibus scientiæ. Neque dicas valere de scientia ab Arist. definita, non de scientia secundum genericam acceptionem. Non valet, quia sicut ex hoc, quod scientia per certitudinem

tia differt ab opinione, si quis diceret opinionẽ esse scientiã secũdũ rationẽ genericã, vt dicit cognitionẽ verã cõmunem certæ, & opinabili, non rectè loqueretur, sed potius abuteretur vocabulis, ita in proposito de scientia respectu fidei dicendũ; quapropter cũ scientia ad cognitionem ineuidentem extenditur, est locutio impropria, & ly *ineuidens* est determinatio diminuens, vel distrahens, non secus ac si diceretur scientia incerta: & hoc fortè voluerunt authores secundæ sententiæ, & quicunque ex Sanctis Patribus Theologiam nostram sciẽtiam appellarunt; de qua re iterum agemus, q. 4. art. 3. vbi responsiones Complut. confutabimus, & rationes in contrarium soluemus.

Quarta conditio, quod sit necessaria; pro qua not. ex Sc. 1. d. 3. q. 4. I, & K, quod necessitas est duplex, alia simpliciter, qua res ita existit, vt non possit non existere, alia est necessitas secundũ quid, seu complexa, & est, qua res aliquæ talẽ habẽt habitudinẽ inter se, vt necessariò vna alterã includat, qua ratione intellectus cõcipiẽs terminos illarũ necessariò componit vnũ de altero affirmando, & propter hanc necessariã habitudinẽ terminorũ semper propositio de illis enunciata erit necessariò conformis, & consequẽter necessariò vera, ita vt nequeat falsificari pro quacũq; tẽporis differentia, eo quia propositiones necessariæ abstrahũt à tẽpore, vt diximus p.p. instit. tr. 1. c. 11. ad scientiã perfectissimã non requiritur prima necessitas, nam præter Deũ omnia contingenter existũt, etiã ipsa scientia corruptibilis est, sed secunda, quatenus talẽ habet veritatem, vt nunquã possit cõtingere mutari in falsã spectata quacunq; potẽtia, & tẽporis differentia, & in hoc sẽsu de corruptibilibus est scientia, quatenus habent quædã prædicata taliter illis conuenientia, vt non possint non cõuenire; hæc cõditio includitur in secũda, cum dicitur, quod debet esse certa certitudine metaphysica; ita ut non cõtingat aliter se habere: vide q. seq. ar. 5.

Quinta conditio est, quod sit de obiecto vniuersali, eo quia de singularibus nõ est scientia; quod potest probari, quia scientia ostendit passionẽ de proprio, & adæquato obiecto, sed hoc non est singulare, aliter alijs indiuiduis nõ competeret, ergo erit vniuersale, risibilitas.n. nequit Petro adæquatè cõuenire, sed homini; quæ cõditio non cõuenit scientiæ, vt sic, vt notat Bassol. q. 5. Prol. ar. 2. ex Sc. q. 3. Prol. R. sed scientiæ de obiecto creato, eo quia naturæ creatæ diuiduntur in singularibus, at si eẽt aliqua nã de se hæc, & sĩgularis, cui primò cõuenirẽt passiones, vel quasi passiones, qualis est essẽtia diuina, tũc de singulari potest esse scientia, vt q. seq. ar. 3.

Sexta quod sit causata per discursũ syllogisticũ, quia scientia nõ est quælibet rei cognitio, sed est cognitio rei per causam, discursiua, & illatiua; & quia in illatione potest errare intellectus, idcircò requiritur, vt sit per demõstrationẽ rectè dispositã in modo, & figura, & hoc est, quod alij dicunt, ad scientiã requiri euidentiã consequentiæ; verũ est tamẽ, quod vt notat Doctor q. 4. collat. q. 3. Prol. & Bassol. cit. hæc cõditio non est de ratione scientiæ, vt sic, quia dicit imperfectionẽ tã in seipsa, cum causatio dicat dependentiã, quã in intellectu, quia præsupponitur potentialis potens de nouo recipere scientiam, & vnũ post aliud scire, hinc scientiæ diuinæ non conuenit; nam intellectus diuinus vnico actu simul oĩa attingit clarè, & distinctè.

Septima conditio additur ab alijs, quod sit propter se, nõ propter operationẽ qua propter sciẽtias practicas à vera rõne scientiæ excludunt; sed de hac agemus infra q. 5.

Sed contra prædicta, & præcipuè contra definitionem scientiæ potest instari; Tum quia si scientia est per causam, daretur processus in infinitum, nã hæc causa deberet per aliam causam sciri, & illa per aliam. Tum 2. quia non rectè ponitur ly *quoniam illius est causa*, nam si ad cognitionem cõclusionis requiritur cognitio propriæ causæ, quatenus est cau-

sa,

sa, tunc oĩs cõclusio sciretur sub rõne relatiua, vt s. causata, & effectus causæ. Tũ 3. quia non rectè dicitur, *quod non contingat aliter se habere*, nã de corruptibilibus vt sic datur scientia, vt patet in phys. & in Post. Arist. demonstrat eclypsim de Luna; quæ nõ semp conuenit Lunæ, & de effectibus p accidens, & fortuitis differit philosophia. Tum 4. quia ꝙ est mutabile, & cõtingens, nequit causare aliquod immutabile, & necessarium, entia creata sunt cõtingentia, & mutabilia, ergo nequeunt causare scientiã necessariam, & perpetuã. Tum 5. quia intellectus est mutabilis ergo nequit esse subiectum alicuius immutabilis, ergo nõ requiritur ad scientiã necessitas. Tandẽ euidētia nõ assignatur ab Arist. inter conditiones scientię; qua rõne Theologia nostra, etsi euidens non sit, dicitur à Sanctis Patribus scientia, quia talis habitus nequit reduci, nisi ad habitum scientię inter oẽs habitus intellectuales.

Resp. ad 1. ex dictis in 2. p. instit. tract. 1. c. 4. causas sciri non per aliam scientiã, sed per apprehensionem terminorum, & per habitum, qui dicitur intellectus. Ad 2. conclusio cognoscitur sub propria ratione, sed dependenter à præmissis, ꝙ est cognoscere absolutum cum relatione effectus, saltim virtualiter, & implicitè, ꝙ non implicat. Ad 3. iã diximus non requiri incorruptibilitatẽ simpliciter, quã alij vocãt, incõplexã, sed cõplexã, & sic de corruptibilibus, quatenus sunt corruptibilia datur sciẽtia, qa vt sic sũt incorruptibilia incorruptibilitate cõplexa propter necessariam habitudinem repertã inter hoc prædicatũ corruptibile, & res physicas. De Luna nõ demonstratur eclypsis simpliciter, nã non fieret propositio necessaria, & sempiternę veritatis, sed vel demonstratur eclypsis quò ad aptitudinem, vel eclypsis actualis de Luna in tali situ, & ordine disposita, quomodo conficiuntur propositiones necessariæ; non tñ causantes sciẽtiã pfectissimã, vt disp. seq. q. 2. ar. 3. effectus ẽt p accidens habent sua prædicata essentialia, & passiones de ipsis demonstrabiles, & vt sic possunt dici entia necessaria, & à scientia contemplantur. Ad 4. resp. Doct. in 1. d. 3. q. 4. I. obiectum non quatenus mutabile causare notitiã immutabilem sui, sed potius quatenus natura, & qa natura obiecti mutabilis habet immutabilem habitudinẽ ad aliud, poterit gignere notitiã sui ipsius immutabilem. Ad 5. resp. Doct. lit. L. duplicem mutabilitatem esse in intellectu, vna est ab affirmatione in negationẽ, & è contrà, s. à non intellectione ad intellectionem, & è conuerso, alia quasi à contrario in contrarium, puta à rectitudine in errorem, à veritate in falsitatem, prima semper inest intellectui, nec impedit scientiam, quia opponitur immutabilitati simpliciter, parum n. refert, quòd scientia destruatur quo ad entitatem; secunda conuenit illi circa complexa, quæ non habent euidentiã ex terminis, at quæ habent ex terminis euidentiã, possunt causare notitiam immutabilem in intellectu, ita ut nõ possit à scientia ad errorem mutari, & hoc sufficit. Ad vlt. euidentia datur intelligi ab Arist. vel p certitudinem, vt diximus, vel p ly *quoniã illius est causa*, nam si intellectus pcipit habitudinem causę ad effectũ, & necessitatẽ illationis vnius ex altero, habebit de illo euidentiam, & satis declarauit ipsã, cum definiens demõstrationẽ dixit ex notioribus, & immediatis constare. Theologia nostra impropriè, & latiori vocabulo dicitur scientia, neq; propriè ad vnum ex quinq; habitibus intellectus reducitur, sed ad alium alterius ordinis; nisi velimus dicere cum Scoto ad sapientiam aliquo modo spectare, quatenus est de perfectissimo, & summo ente.

QVÆSTIO SECVNDA.

De subiecto scientiæ.

CVm scientia relatione transcendẽtali referatur ad scibile, vt ad obiectum non possumus exactam habere cognitionem naturę, & quidditatis scientię, nisi naturam, & conditiones obiecti declarẽmus, à quo essẽtialiter specificatur, & pro-

& proprias sumit denominationes,& cōditiones,vt autem distinctè in hac re procedamus supponēdum ex dicendis infra, scientiam siuè actualem, siuè habitualem distingui in totalem, & partialem scientia actualis partialis est cognitio vnius cōclusionis in vna demonstratione demonstratę.vt cognitio huius conclusionis homo est risibilis, dicitur scientia actualis partialis de hīe,cognitio huius conclusionis corpus naturale est mobile, est sciētia actualis partialis de corpore naturali;sciētia habitualis partialis est habitus cuiuslibet cōclusionis generatus ex frequentatis actibus circa illā conclusionem, qui sunt sciētię actuales partiales, vt si quis sępius cōficeret hāc demōstrationem,omne habens naturā est mobile,omne corpus naturale est habens naturā, ergo omne corpus naturale est mobile, acquireret habitum quendā in intellectu inclinantem ad elicitionem huius conclusionis tm̄, non alterius, quia ex istis actibus esset genitus, non ex alijs. Scientia actualis totalis est ex partialibus actualibus cōflata,itaut cognitio omnium passionum demonstratarum de aliquo subiecto, puta de homine,vel corpore naturali, erit sciētia actualis totalis de homine,vel de corpore naturali: scientia totalis habitualis est habitus ex sciētia totali actuali sepius iterata generatus inclinans in cōclusionē scientię totalis actualis;quomodo verò hęc scientia totalis,siuè actualis, siuè habitualis dicatur vna, declarabimus q. seq. Hoc pręnotato, prius diuersas acceptiones subiecti,deinde conditiones subiecti adęquati, & attributionis scientię,q nomine subiecti scientię datur intelligi, aperiemus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quid,& quotuplex sit obiectum scientię.

SVbiectum hic sumimus, non pro subiecto informationis, seu inhæsionis, quo sensu paries dicitur subiectum albedinis, & intellectus subiectum scientię, in quo subiectatur, neque pro subiecto propositionis, de quo aliud dicitur, neq; pro inferiori, in qua acceptione loquitur Arist. in illa regula antepraedica. *quando alterum de altero praedicatur vt de subiecto* &c. vel alia cōsimili acceptione,sed pro subiecto,circa q quælibet sciē. tia versatur,quō Arist.1. post.149. ait vnā scientiā vnius esse generis subiecti;& subiectū dicitur vel in ordine ad passiones, quæ de ipso demonstrātur, vel quia quasi substētat totā scientiā,& basis est, ac fundamentum ipsius; solet etiā dici obiectū, sumpta similitudine ab obiecto potentię, sicut.n.ex eo,q obijcitur potētiæ, dicitur obiectum,ita quia subiectum quasi scientiæ obijcitur, vt ab ipsa cognoscatur, dicitur obiectū,appellatur quoq; materia circa quā,ab arte desumpta metaphora,nam sicut ars circa propriā materiā ita versatur,vt extra illam non tendat, ita se habet scientia circa propriū subiectum;quapropter hæc nomina idem significant,quāuis ab aliquib. aliqualis distinctio assignetur.

Hoc subiectum primò diuidi solet in complexum, & in incomplexum, complexum est ipsa conclusio demonstrationis cognita, & vocatur à quibusdā obiectum,nam quod scitur, est connexio prædicati cum subiecto in demonstratione per causam demonstrata, ergo ipsa conclusio est obiectum scientiæ, quæ est notitia conclusionis,incomplexum est illud, quod in conclusione est subiectū, & passio de ipso demonstratur; & de isto intelligitur cōmuniter, cum de subiecto scientiæ instituuntur quæstiones, nam ex hoc postea manifestatur, quodnam sit obiectum complexum scientiæ.

Subiectum incomplexum dupliciter accipi potest, vt colligitur ex Scot. q.3. Prol.S. vel communiter, & sic omne id, quod à scientia consideratur,siuè propter se,siuè in gratiam alterius,siuè sit principium, siuè passio potest dici subiectum, quo sensu Doctor ibi explicat dictum D. Aug.1. de doctr. Christ.c.1. dicentis omnis doctrina vel rerum est, vel signorum: alio modo propriè, & formaliter, & est

illud

illud, q vt finis scientiæ se habet in gratiā cuius cætera consideratur; pōt addi tertia acceptio, f. q aliquādo sumitur pro subiecto prædicationis, & dicitur id, q de omniū scientia cōsiderato prędicatur, vt ens naturale in philosophia, q tàm de corpore, quàm de materia, forma, causis, & elemētis prædicatur, ens rationis, vel secunda intentio in logica Arist. sed propria acceptio est in secunda significatione.

Subiectum incōplexum propriè sumptum diuiditur in totale, & adæquatum, & in partiale; primum est finis totius scientiæ, in cuius explicatione tota scientia incumbit, & oīa quæ contemplatur, in gratiā ipsius cōsiderat, vnde subiectum attributionis dici solet, eo quia oīa in scientia considerata attributionem habent ad ipsum, saltim in esse scibili, q a vel sunt species eius, vel principia, vel passiones, vel principia passionum inferiorum, aut alia simili rōne dicitur totale in ordine ad totalem scientiā, à qua respicitur, dicitur adæquatum, quia totalem scientiā taliter adęquat, vt nō excedat, neq; excedatur ab ipsa, s. vt quicquid ad perfectā cognitionē ptinet huius subiecti, consideretur à scientia, & nihil consideret scientia, q ad ipsum non reducatur. Subiectum partialę propriè est species aliqua contenta sub obiecto totali, quapropter neq; principiū, neq; passio aliqua pōt verè dici in scientia subiectum partiale, & si de illis peculiares instituātur tractatus in scientia, nā 1. post. 25. in qualibet scientia hęc tria differunt, f. subiectum, passio, & principium, quare q habet tm̄ rōnem principij, vel passionis nunquam debet pro subiecto partiali assignari, at si nō solùm vt principium, sed ēt vt species subiectiua subiecti totalis consideretur, tunc poterit poni subiectū partiale, exēplum, Deus in 8. phys. solummodo cōsideratur vt principium motus ęterni materia prima, forma, & causæ, vt prīcipia corporis naturalis, ideoq; nō possūt dici subiecta partialia philosophiæ, nisi subiectum extendas ad omne id q quocunque modo consideratur à scientia; at elementa, quia non solùm sunt principia mixtorum, sed etiam species corporis naturalis in communi, idcircò erunt subiecta partialia philosophiæ. Hoc subiectum deinde diuiditur in principale, q erit dignior species adæquati obiecti, & in minus prīcipale, q erit species minus digna.

Smisinch. in proœm. Theol. q. 2. nu. 47. impugnat istā diuisionem, negat. n. subiectum adæquatum formale posse diuidi in plura partialia subiecta, sed vnicū esse ait, & indiuisibile, eo quia per Sco. q. 3. prol. §. De secūdo dico, subiectum debet virtualiter primò, & adęquatè continere oēs veritates scientię, at si diuisibile esset in plura partialia subiecta, nō adæquatè cōtineret virtualiter veritates inferiorū. Sed pro impugnatione huius sētentiæ sufficit cōis cōsensus Doctorū cū Sco. q. 3. vniu. ad 2. prin. & in principio cuiuslibet libri Logicæ, vbi diuersa assignat partialia subiecta iuxta librorū varietatē, & 1. Met. q. 1. & li. 6. q. 1. hāc distictionē sęp vt verā supponit & plura cōtra ipsā dicemus ar. 4. & q. seq.

Hurt. disp. 1. Log. sect. 1. & disp. 1. Met. sec. 1. sub sec. 3. & 4. quem sequitur Arriaga disp. 1. Log. sec. 2. impugnat diuisionem assignatam tanquam vocabulis abutentem, & cōfusionem gignentem, cōcedit. n. obiectum attributionis esse illud, ad q omnia reducūtur, & attributionem habent (quamuis discrepet ēt in explicatione huius attributionis, vt infra art. 6.) sed negat hoc obiectum totale dici, & adæquatum, nā illud per ipsum est aggregatio omnium, quę in sciētia cognoscuntur, putà si in philosophia solum hæ propositiones considerarentur, Cęlum est incorruptibile, homo est risibilis, materia est potentialis, Cęlum, homo, & materia essent adæquatū subiectum, & totale philosophiæ, incorruptibile, risibile, & potentiale prædicatū totale, vnio adæquata esset tres connexiones istarum propositionum, & ista tria subiecta, tria prædicata, & tres vniones essent obiectum adæquatum

tum (secūdùm .n. ipsum subiectum differt ab obiecto, ꝙ subiectum est, ꝙ in conclusione subijcitur, obiectum est tota cōclusio) & quodlibet seorsim erit partiale subiectū, vnde subiectum attributionis erit pars adæquati obiecti, ꝙ alio nomine obiectū ꝓpriū cōmunissimū vocatur ab ipso.

Hæc tamē opinio potius immersa manet in cōfusione illa, & vocabulorū abusu, quē tribuit alijs, quàm aliquid claritatis cōtineat, etenim ab oībus ferè Doctor. obiectum adæquatū, & totale cum obiecto attributionis cōfunditur, & conditiones assignātur, & in quæstionib. de nomine cōis opinio facit veritatem, vt notat Bart. in *l. de minore §. Plurimum, ff. de qu.* circa finē; præterquā ꝙ negat obiectum adæquatum, & totale, à quo specificatur scientia, vnitatem aliquā necessariò habere, quod esse falsum ostendemus q. sequ.

Rursus solet obiectum diuidi in materiale, & formale, quæ diuisio est valde notāda; nā ex ipsa pendet decisio q̄stionis sequētis, sed mirū est, quā sint inter se varij ꝓsertim recētiores tā Thomist. quā Scot.

Fuentes q. 3. Log. diff. 1. art. 1. explicat obiectum formale illud esse, ꝙ est sciētiæ adæquatum, q̄a p se à scientia attingitur, materiale verò esse inadæquatū, q̄a in gratiā adæquati obiecti cōtēplatur à scientia, vt color est obiectū formale visus, albedo verò obiectū materiale, citatq; Sc. in 2. d. 24. E. ad 2. princ. Hanc eandē explicationē dant recentiores ꝓsertim Hurt. & Arriag. cit. dicunt. n. obiectum formale esse illud, ꝙ p se intenditur à potentia, non propter aliud, materiale, ꝙ in gratiā obiecti formalis cognoscitur, vel appetitur à potentia, sic finis est obiectum formale voluntatis, media obiectum materiale, præmissæ sunt obiectū formale scientiæ, conclusio obiectum materiale, quia conclusio cognoscitur propter præmissas.

Sed cōtra Fuentes est ipsemet Doctor ibi cit. qui ex professo explicationem illā impugnat, & valde miramur Fuentes pro se citasse Doctorem, cum apertè ibi dicat albedinem; quāuis obiectum inadęquatū, esse formale obiectum visus; nō materiale, eo q̄a color in cōi nō videtur, & si nullus esset intellectus; q̄ colorē in cōi abstraheret, adhuc oculus bouis videret album, & nigrum. Tū quia tā adæquatum obiectum, quā inadæquatum est diuisibile in rōnem materialē, & formalē, vt corpus naturale est obiectum materiale adęquatū philosophiæ, vt naturale est formale adęquatū, Cęlū est materiale inadęquatū, quatenus naturā habet simplicem, est inadęquatū formale. Per ꝙ patet ad Hurt. quāuis .n. explicatio illa rectè obiecto materiali, & formali volūtatis adaptari possit, non tñ respectu intellectus, nā sic solū attributionis obiectum esset obiectū formale. Tum q̄a si præmissæ essent obiectū formale scientiæ cum habitus ex obiecto formali specificentur, nulla esset differentia inter habitum principiorū, qui dr̄ intellectus, & habitum scientiæ, & falsò diceretur scientiā esse conclusionis, intellectum verò principiorum, nec est par rō de fine respectu mediorum, & ꝓmissis respectu conclusionis, quia vt ait Doct. 3. d. 28. in fine, ibi est vnica bonitas motiua, hic duplex veritas, vt suo loco dicemus. Tum quia quāuis ꝓmissæ sint causa efficiens conclusionis, nō tamen sunt finis, sed potius conclusio est finis, vnde conceditur concusionem cognosci per præmissas, negatur verò conclusionem esse propter præmissas, quia ly *proper* innuit causalitatem finalem, imò pręmissæ assumūtur in demonstratione pp conclusionem.

Alij Thomistæ obiectum materiale dicunt esse, ꝙ per accidens à scientia consideratur, .i. non per se attingitur, sed rōne obiecti formalis, & istud erit, ꝙ per se, & rōne sui consideratur, vt lapis rōne sui nō videtur, sed rōne coloris, hinc lapis dicitur obiectum materiale, color obiectum formale visus; In hoc autē formali obiecto duas rationes distinguunt, rōnem .s. formalem *quæ*, & est res illa, quę attingitur, & vt in esse rei consideratur, quę obiectum

biectum

biectum formale *quod* et vocatur, & rationẽ formalẽ *sub qua*, & est rō illa, per q̃ res in esse rei constituitur in esse obiecti, & scibilis, etenim res aliqua pōt esse in seipsa cōsiderata obiectū diuersarum scientiarum, vt patet de homine, qui vt ens naturale ptinet ad philosophiā, vt sanabilis ad medicinā, vt dirigibilis in moribus ad moralẽ, naturalitas, sanabilitas, & dirigibilitas dicuntur rōnes *sub quibus*, nā p ipsas homo specificatur, & determinatur ad hāc, vel illā scientiā, & solet quoq; appellari obiectum formale *quo*; Alij verò hanc rōnem vocāt *per quā*, seu *propter quā*, qa est motiuū assentiēdi cōclusionibus, quos sequitur Meurisse in Met. q. 4. proœ. & rationẽ *sub qua* aiunt esse cōditionẽ quādā obiecti, sine qua nō posset intelligi, vt est vniuersalitas, vel abstractio à materia, vel lumen aliquod ex parte potentiæ, quo potẽtia ad certum determinatur assensum, talis est lux respectu coloris, qui .l. sit in se visibilis, vltimatè tñ actuatur per lucẽ, & alij aliter explicant, vt dicemus q. seq.

Expeditius tñ dicendū cum Doct. q. 3. prol. §. *ex his* iuxta expositionẽ Lich. ibi. & veriorib. Scotistis, imò cum ipso D. Th. 2. 2. q. 1. ar. 1. vt fatentur Complut. disp. 1. proœ. q. 2. q obiectū materiale sit res, quæ cōsideratur in sciẽtia, & dicitur materiale obiectū propter indifferẽtiā, quā habet, vt à diuersis sciẽtijs cōsideretur, & à Thomistis dicitur rō formalis *quæ*, obiectum formale est rō illa, sub qua consideratur à scientia, vnde modus cōsiderādi dicitur, & se habet vt differentia cōtrahẽs rẽ cōsideratā, & materiale obiectū ad definitum, & propriū modū cōsiderādi illius scientię, p quẽ modum vna scientia ab altera distinguitur, quãuis eandẽ rẽ cōsiderent, vt patet in exēplo adducto de homine, ita Aris. 2. phys. 17. Hic tñ est not. cum Zab. lib. 1. de nat. Log. c. 8. q cum modus cōsiderādi cōstituat obiectum in esse obiecti talis scientiæ; & cōsequenter sit ratio, cur passio demōstretur de re cōsiderata, vt naturalitas, quæ est modus cōsiderādi corpus naturale à philosophia, est medium et demonstrādi passiones de ipso corpore; hinc sequitur, q nō debet modus iste coarctare rẽ cōsideratā secūdum esse, q habet in se, quasi q res cōsiderata pluribus inferioribus cōueniat, quā modus cōsiderādi, sicut se habet animal respectu rōnalis, sed solū debet coarctare in esse scibilis, quatenus. s. eadẽ res, quæ indifferens est, vt secundum diuersa pdicata consideretur à modo cōsiderādi coarctetur ad istā, & nō illā considerationem; sed in re debent esse æqualiter cōia, itaut de quo dicitur res considerata, dicatur et modus cōsiderandi, ita se habet naturalitas respectu corporis naturalis: rō huius est, nā si vnū excederet alterum, iā committeretur error ab Arist. assignatus 1. post. c. 55. q passiones demonstrarentur de subiecto non primo, & inadæquato, puta si aliqua sciẽtia cōsideraret animal quatenus rationale, & per rationalitatem de animali demonstraret risibilitatem; vel si aliqua scientia per sensibilitatem de homine demonstraret passionem ipsi conuenientem, quatenus sensibilis est, iā passiones demonstrarentur de subiecto non proprio, & inadæquato.

Quapropter subiectum completum, & adæquatum specificans scientiā ipsamq; distinguens ab alijs scientijs, non est materiale tm, vel formale solū, sed ex vtroq; cōst tutum, nā vt notat Did. à Iesu in log. q. 3. proœ. neq; sanabilitas, vt sic constituit medicinā, neq; dirigibilitas philosophiam moralẽ, sed homo quatenus sanabilis, vel dirigibilis, & p vtrumq; cōiunctim respōdere debemus ad interrogationẽ, p quam subiectum quæritur alicuius scientiæ, sic corpus naturale quatenus naturale est subiectum philosophiæ, ens in quantū ens est subiectum Met. vbi ly *in quantum* non se tenet reduplicatiuè, vt aliqui Scotistæ asserunt, quia tunc facit sensum reduplicatiuum, quādo particula, cui additur, est causa, vel conditio, cur prædicatum conuenit subiecto, vt diximus 1. p. inst. tract. 1. c. 12. modo neq; naturalitas, neq; ratio entis

entis est causa, cur hoc prædicatum .s. esse subiectum adæquatũ philosophiæ, vel Met. conueniat corpori, vel enti, non .n. valet arguere, corpus naturale est habens naturã, seù habet naturalitatem, ergo est subiectũ philosophiæ, sed causa est, quia habet omnes conditiones adæquati subiecti; quapropter ly *inquantùm* tenetur specificatiuè, quia specificat rationem, secũdum quã esse subiectum cõpetit corpori.

Verùm vt clarius par tat, quodnam assignari debeat pro subiecto adæquato, & attributionis in scientia, debemus conditiones necessariò requisitas inquirere, quę variè à Doctoribus assignantur, itaut ab aliquibus quatuotdecim ponantur, ita Bonet. 1. Met. c. 3. Fland. q. 1. art. 3. sed communior sententia est, q̃ sint tres cum Sco. q. 3. vniu. ad quas cæterę reducuntur.

ARTICVLVS SECVNDVS.

An de subiecto debeat præcognosci quia est, *seù existentia:*

DVo quærit quæstionis titulus, an .s. de subiecto in scientia præsupponi debeat, q̃ habeat existẽtiã, itaut nullo modo possit in scientia demõstrari, deinde si debet præsupponi, quænã sit ista, actualis nè, vel aptitudinalis, an saltim obiectiua.

Quò ad primum, cõis est opinio apud recentiores existentiã subiecti non posse demõstrari in scientia à priori, sed benè à posteriori ita Io. de S. Th. q. 24. ar. 1. Did. à Iesu disp. 16. q. 2. in fine. Moris. disp. 11. q. 2. ar. 2. ex Scotistis Lich. q. 3. prol. §. *ad argumenta alterius q̃õis* Barg. ibi §. *secundo quia per omnem.* Tromb. 12. Met. q. 2. Ant. And. 1. Met. q. 1. Faber theo. 2. & alij. Tat. verò 2. post. q. 1. dub. 3. concedit posse ẽt à priori demonstrari, quem sequitur Amicus tract. 25. disp. 2. q. 3. dub. 4. & probabile putat Bassol. q. 3. prol. §. *ad rationes eorum.* Alij admittunt de partiali, negant de totali; ita Sonc. 12. Met. q. 2. Caiet. 2. post. cap. 1. du b. 8. & alij apud Amicum cit. Tandem Zab. lib. de trib. præcog. c. 9. Suess. 1. Met. q. 1. Balduin. in proprio quæsito de hac re, absolutè negãt subiectum in sciẽtia demonstrari posse, quo ad *si est*, sed necessariò præsupponi.

Quo ad secundum, qui affirmãt de ente rationis dari scientiã, concedunt sufficere, vt de subiecto præcognoscatur existentia obiectiua; qui negant dari de ente rõnis scientiã, consequenter asserunt requiri existentiã realem; Sed isti sunt inter se diuisi, nã Caiet. 1. Post. c. 1. Tol. q. vn. ad 5. Niger in clyp. q. 5. in Porph. asserunt p̃supponi debere existentiã actualem realẽ, non quã semp habeat, sed saltim statutis à natura tẽporibus, vt q̃ rosa in vere existat vel q̃ aliquãdo extiterit, siuè in se, siuè in suo continenti virtualiter. Ruu. autem 1. Post. c. 1. q. 2. Blanc. in post. disp. 3. sect. 4. Amic. tract. 27. disp. 4. q. 2. dub. 1. sustinent hoc non esse de rõne scientiæ, ad quã sufficit, vt aptitudinalis existentia subiecti p̃supponatur, sed rõne nostri intellectus sẽsibus alligati esse necessarium, vt semel saltim habuerit actualem existentiam.

Dicimus primò, si sciẽtia sumatur pro toto processu cognoscẽdorũ in aliqua facultate, poterit probare existentiam subiecti tàm partialis, quàm totalis à posteriori, non à priori, saltim pro statu isto. Conclusio est Scoti q. 3. prol. V. p. Met. qu. 1. & qu. 3. Elench. & primò quod possit à posteriori probare existẽtiam subiecti, siuè partialis, siuè totalis, patet, nam Deus est totale subiectum in theologia, quæ tamen ostendit Deũ esse, Arist. probat per media physica existentiam subiectorum partialium philosophiæ, vt ex ferri sursum ad extremum existẽtiam ignis, ex motu circulari existentiã cæli, per media metaphysica existentiam Dei. Tum quia poterit obiectum aliquod esse ignotum, vel saltim à proteruo negari, & sciẽtia habere sufficiens medium ad ostendẽdam existentiam, vt patet in exemplis adductis, ergo absq; eo, quod recurrat ad superiorem sciẽtiam, ex se poterit suum subiectum firmare. Tum quia metaphysica est omnium naturalium suprema sciẽtia ergo ad ipsã pertinebit probare dari proprium

prium subiectum, nõ ad superiorem, quã non habet, nec ad inferiorem, quia vt arguit Doctor in prol. cit. hæc scientia esset prior metaphysica, ergo si metaphysica poterit hoc præstare, etiam aliæ scientiæ, si propria habebunt media; cũ sit eadẽ rõ.

Secundò, ꝙ nõ possit à priori, prob. qa vel loquimur de existentia actuali, & de ista cum sit creaturis prædicatum cõtingens à causis cõtingenter existentib. causatum, non poterit cõfici demõstratio rigorosa, quę est ex necessarijs: tum quia, vt dicemus seq. conclus. scientia abstrahit ab existentia actuali subiecti; enti verò increato quãuis sit essentiale ꝑdicatum, nõ põt tñ ostẽdi à priori, nisi ꝑ deitatem, quã naturaliter non cognoscimus, ita Doctor in 1. d. 2. q. 2. G. Vel loquimur de existentia aptitudinali, qua subiectum est ens quoddã possibile in rerum natura non prohibitum, nec repugnans, & hæc quamuis necessariò conueniat subiecto, attamen non poterit ostendi, nisi concipiendo saltim rõnem explicantẽ subiecti nomẽ nullam includere falsitatem, nec vnã particulã alteri repugnare, vt facit Doct. in 4. d. 1. q. 2. art. 2. ostendendo Sacramentum non esse aliquod impossibile, eo quia, inquit; nulla particula descriptionis Sacramenti repugnat alteri, vnde nullã includit falsitatem, qa ex 5. Met. c. de falso nulla ratio est in se falsa, nisi partes inter se contradicãt, & ꝑ consequens Sacramentum non erit purũ non ens, & impossibile, quia nihil est purũ impossibile, nisi cuius rõ est in se falsa; sic à pari poterit ostendi possibilis existentia subiecti ex hoc, ꝙ ratio ipsius nullã in se includit falsitatem; sed hoc est procedere à posteriori, nõ à priori, ꝙ ꝓbatur, quia veritas, vel falsitas sunt effectus possibilitatis, vel impossibilitatis entis, ex eo n. quod res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa, non è contra, ergo &c.

Diximus si scientia sumatur pro toto processu, &c. nam si rigorosè accipiatur pro notitia conclusionis demonstrationis potissimæ, in qua passio de subiecto demõstratur, sic neq; à priori, neq; à posteriori poterit probari existentia de subiecto, sed præsupponi debet, quo sensu intelligẽdus est Arist. cum 1. Post. c. 2. dixit de subiecto in sciẽtia præcognosci *quod sit*. Diximus ẽt, ꝙ saltim pro statu isto nequeat à priori probari possibilis existentia, quia si quis distinctè, & in se pciperet v. g. animalitatẽ, & rationalitatem, posset fortè concludere possibilitatem de homine, vt ait Doctor de existentia actuali Dei in 1. cit.

Sed contra arg. primò, quod nullo modo possit in scientia demonstrari subiecti existentia; Tum ex Arist. dicente subiectum supponi in scientia, vt finem, item existentiam ad metaphysicum pertinere, sicut quidditas ab ipso consideratur, quare nõ poterunt aliæ scientiæ ostẽdere existentiã subiecti; Tum 2. quia scientia pendet ab obiecto, & si datur scientia, datur ẽt obiectum, ergo si dubitatur dẽ existentia subiecti, dubitaretur etiã de existentia scientiæ, quia subiectum est basis, & fundamẽtum scientiæ. Tum 3. subiectum est maximè notum oĩum, quæ sunt in scientia, ergo nequit eius existentia demõstrari, quia demõstratio ex notioribus procedit. Tum 4. si probaretur ꝑ effectum, hoc esset in virtute connexionis effectus cum causa, vt si diceretur fumus est, ergo ignis est, valet conseq. propter necessariã cõnexionẽ fumi cum igne, quæ debet præcognosci, ergo ante istam demõstrationem supponitur ignis existentia. Tum 5. quæstio *si est* ab Arist. 2. Post. cap. 1. appellatur quæstio totius, quia quærit totum subiectũ, vt an homo sit, vbi q̃stio *qualis sit* dicitur q̃stio partis, vt an homo sit albus, nã non quæritur totus homo, sed aliquid de homine, quare si quis subiectũm scientiæ negauerit, oĩa, quæ sunt in ipso, auferuntur. nec aliquid remanebit ad demonstrãdã existentiã aptũ, dicitur ẽt ab Arist. ibid. quæstio simplex, & incomplexa, sed demonstratio est complexorum, ergo &c.

Resp. ad 1. subiectum supponi in demonstrationibus à priori, & etiam in illis à po-

à posteriori, in quibus concluditur aliq prdicatum supponens subiecti existentiã, & esse verum ipsius; non tñ est necessariũ supponi in toto processu scientiæ, in quo debet prius inuestigari, an subiectum sit, si est ignotũ, vt possimus deĩde demõstrare passiones de ipso; nã subiectum cũ sit finis, est primum primitate intẽtionis, non executionis, quare poterit prius in scientia tractari de aliquibus tanquã medijs quasi inseruientibus ad indagãdã ipsius existentiã. Nec existentia, & quidditas in particulari ad metaphysicũ spectat, aliter deberet ad oĩa genera descendere, & sic nulla daretur alia scientia pterMet. sed solum in cõi. Ad 2. dicimus scientiam posse probare pteruis sui subiecti existẽtiã, ꝙ sufficit, vel assumptum esse verum de scientia in rigore, non de toto processu scientiæ, in quo põt dari aliqua demõstratio, quæ sit positio, & quasi proiectio fundamenti totius fabricæ scientialis, vt patet de domo, in cuius ędificatione ẽt fit fundamentum. Ad 3. verũ est mõ subiecta scientiarum esse maximè nota, & regulariter rarò pbatur ipsorum existentia, poterit tñ à posteriori probari p aliquẽ effectũ nobis notiorẽ. Ad 4. poterit pbari vel ex non implicantia rõnis formalis subiecti, vt diximus in prob. conclus. vel ab effectu, in quo reperiatur aliqua cõditio, ex qua inferatur cõnexio effectus cũ causa, & cõsequenter existentia causæ, vt docet Sco. in prol. cit. vbi ex dependentia, limitatione, & imperfectione craturæ arguit existentiã causę independentis, illimitatę, & pfectissimæ, qualis est Deus, ꝙ fusè, & subtiliter deinde prosequitur in 1. d. 2. q. 2. à lit. G. vel tandẽ (vt exẽplo de fumo adducto satisfaciamus) si connexio effectus cũ causa debet pcognosci ante demõstrãnem, sufficit, vel ꝙ habeatur cognitio aptitudinalis existentiæ, vel saltim cognitio conditionalis, putà si fumus est possibilis, ignis est possibilis, sed fumus est ens possibile, ergo etiam ignis. Ad 5. etiam si dubitetur de toto subiecto, adhuc remanebit aliquod medium à posteriori ad ostẽdendam ipsius existentiam; neque dicitur quæstio simplex, & incomplexa, quasi sit apprehensio termini simplicis, sed quia fit per ppositionẽ de 2. adiacente, in qua verbum *est* simpliciter, & solum prædicatur de subiecto, vbi in quæstione *qualis sit* fit propopositio de 3. adiacẽte, & prędicatũ distinguitur à subiecto, & copula; imò ratio est ad oppositum, quia si *an sit* est quæstio, erit propositio dubitabilis, ergo poterit probari per syllogismum, ergo non erit quid incomplexum, vide P. Fabr.

Secundò è contra, ꝙ possit à priori demonstrari. Tum quia põt scientia à priori sua principia demonstrare, vt cũ ex definitione in vno genere causæ ostenditur definitio in altero genere, vt facit Arist. 1. post. vbi definitionẽ formalem demõstrationis probat p definitionẽ materialem, ergo poterit ẽt subiectũ proprium demõstrare à priori. Tum 2. quia existentia aptitudinalis p se cõuenit subiecto in 2. mõ, sed oĩs talis propositio est à priori demõstrabilis. Resp. ad 1. disparẽ esse rõnem, nã causæ possunt esse sibi inuicem causæ, & idcircò põt vnum pdicatum demonstrari p aliud notius, at existentia aptitudinalis, cum sit modus intrinsecus rei, nonnisi à priori p quidditatẽ posset ostendi, quę pro statu isto non ita pfectè concipitur, nisi in ordine ad cõpossibilitatem, vel repugnantiã conceptuum, vt diximus, & p consequens à posteriori; cui accedit, ꝙ modus intrinsecus nequit cõcipi sine re, cuius est modus, neq; potest apprehendi res aliqua vt verum ens, quin vt potens existere cõcipiatur, quod est concipere aptitudinalem existentiam, quapropter nequit deduci de tali existentia vera conclusio, cũ conceptus huius existentiæ includatur in conceptu præmissarum, & quidditatis. Per hoc patet ad secundum.

Dicimus 2. si scientiam sumamus, vt communem ad realem, & rationalẽ, non necessariò præsupponit realem existentiam obiecti, sed sufficit obiectiua, atsi

de

de scientia reali solũ est sermo, ex se præsupponit existẽtiã realem aptitudinalem, actualẽ verò aliquando requirit ex parte nostri intellectus. Prima pars de existentia obiectiua patet ex dictis q.proœ. ar.4. & disp.3.vbi vidimus ens rationis habere suo modo entitatẽ, existentiã, passiones, & de ipso posse dari scientiã, & propositiones necessarias formari. Secũdo,quòd actualis existentia non requiratur, docetur à Sco. in 4.d.1.q.2.K,& 2.d.3. q.9.B, & prob. ab ipso, quia scientia abstrahit ab existentia obiecti actuali, aliter posset q̃doq; esse, & quandoq; non esse, vnde de quibus non sunt, nec vnquã fuerunt, vel erunt, demonstramus passiones, & sufficit,ꝙ habeant verum esse reale potentiale. Tũ quia posset Deus species rerũ infũdere,etiamsi non existant. Tandem quod propter intellectũ nostrum requiratur, ꝙ aliquando res aliqua extiterit, patet,quia ad cognitionem scientificam requiritur species obiecti concurrens ad elicitionẽ illius, species autem, nisi à Deo infundatur, ab obiecto, & intellectu agente producitur,vt fusiùs in lib.de an.ergo requiritur, quod existat obiectum; maximè pro statu isto, in quo omnis nostra cognitio ducit originem à sensibus.

Ob.probando requiri actualem existẽtiã;nam 1.post.5.ꝙ non est,non potest sciri. Nec dicas intelligi de eo,ꝙ nec est, nec potest esse.Nã prędicata non affirmantur de subiecto potentia, sed actu, dicitur.n. homo est risibilis,non autẽ potest esse risibilis. Tũ 2. scientia realiter refertur ad obiectum,at relatio realis est inter extrema realia.Tum 3. scientia realiter causatur ab obiecto, vel à specie ab obiecto ꝓducta, itaut obiectum exercere debet actualem causalitatẽ,ad quam necessariò requiritur existentia. Tũ 4.ab eo, ꝙ res est, vel non est,oratio est vera,vel falsa; ergo res debet actu esse. Tũ 5.subiectum supponitur quò ad *an sit*, sed *an sit* dicit existentiã actualẽ,ergo &c.min. ꝓb.quia verbũ *est* de secundo adiacente dicit existentiam actualem, vnde non est verum dicere, Antichristus est.

Resp. ad 1. vt ibi, & ad impugnationẽ patet ex dictis 1.p.inst.tr.1.c.11. & tr.2.c. 1.videlicet,ꝙ in propositionibus necessarijs verbũ *est* abstrahit à quacunq; temporis differentia, nec dicit realem inhærentiã prędicati in subiecto,sed solũ realẽ connexionẽ; ita vt si res illa existeret,necessariò tale prędicatũ haberet.Ad 2.patet ex dictis disp.8.q.5.ar.5.ꝙ illa est relatio transcendentalis,quę potest ad nõ ens terminari,non prædicamentalis. Ad 3.dicimus scientiam à specie causari, non ab obiecto immediatè,cũ sit abstractiua, idcircò probat vltimam partẽ concl.prçterquam quod potest scientiã auditu, vel lectione acquiri; potest etiã intellectus ex cognitione vnius rei cognitionẽ alterius elicere,vt ex visibilibus inuisibilia cognoscere.Ad 4.per ly esse,& non esse non intelligi actualẽ existentiã rei,& negationẽ eiusdẽ, sed vel potentialẽ, vel necessariã conuenientiã,vel disconuenientiã prędicati cũ rei quidditate.Ad 5.ex Sc.in 4.cit. præcognitio *an sit* non est de esse actuali, sed de non repugnantia in effectu, seu de esse aptitudinali,nec sẽper *est* de secundo adiacente dicit actualẽ existentiã, sed aliquando veram essentiã, quo sensu cõcederetur hæc propositio, Antichristus est, sed communiter negatur propter æquiuocationẽ, quia potest dicere existentiã actualem, ideòque indiget explicatione.

Secundo objic.ꝙ nulla requiratur existentia obiecti,neq; aptitudinalis in reali scientia,nã philosophia est scientia realis, & tamen multa de infinito, de vacuo, de priuatione demonstrat,ergo &c. Resp.illas non esse veras demonstrationes, nec de illis dari veram scientiam positiuam, sed negatiuã, quia non habẽt veras essẽtias; vel dicendũ, quòd habent existentiã conditionalẽ, nã philosophus data hypothesi,quòd detur infinitũ,vel vacuum,inquirit deinde passiones,quæ conuenirẽt, si darentur à parte rei, quod sufficit.

Hhh AR-

ARTICVLVS TERTIVS.

An subiectum debeat habere quid rei.

PRæcognitio *quid sit* ex dictis 2.p.inst. tr.1.c.1. diuiditur in quid nominis, & quid rei, q̄ subiectū debeat habere q̄d nominis, ab omnibus conceditur,q̄a hęc est prima omnium cognitio, quam de re aliqua habere possumus; solū dubitatur de quid rei, seu definitione. Et quidē ex dictis disp.1.q.4.ar.3.definitio, propriè dicta, & rigorosè competit solū enti positiuo, per se vno, reali,composito realiter, vel saltim quantū ad cōceptus,& vniuersali; quapropter si per quid rei hanc definitionem volumus intelligere, nec entia rationis, nec ens reale in cōmuni poterūt esse subiecta scientiarū, quod est falsum; idcircò per quid rei hic intelligimus, vel definitionem istam, vel saltim conceptū aliquem quidditatiuum, etiā simpliciter simplicem,qualis est conceptus entis, eo quia talis conceptus sufficit ad demonstrandas passiones de suo subiecto.

Ex quibus deducitur, quòd entia rōnis possunt habere rationē subiecti scientiæ, vt ibi diximus disp.3. & rōnes, ac authoritates,quæ in cōtrarium afferuntur, valent de scientia rigorosa. Similiter ens in cōi, quod proprium quidditatiuū conceptum habet, per quem passiones demonstrantur de ipso; insuper Deus, qui et si realiter simplex sit, est tamen in conceptu cōpositus,qui conceptus vt mediū inseruire potest ad demōstranda attributa de ipso Deo, quæ se habēt quasi passiones,& cōceptus ille quasi cā, q̄ sufficit ad scientiā,vt diximus 2.p.inst.tr.1.c.4. Substantia rationē subiecti habebit ex ista cōditione, vnde plures species substantiæ ponuntur in varijs scientijs vt subiecta; nec vrget,quod ait Arist.6.Met.1. substātiæ non esse demonstrationem; non vrget, quia est sensus, quod substantia non concluditur vt prædicatū,& passio in cōclusione,sed benè vt subiectū,de quo passiones demonstrentur. Neq; accidens ex isto capite possumus à subiecto scientifico excludere, nā habet propriā definitionē essentialē,& si nō purè quidditatiuam ex 7.Met.12. vsq; ad 20. per quā propriæ poterūt passiones demōstrari de ipso,vnin mathematicis scientijs quędā accidētia statuuntur subiecta, & ipsū accidens in cōi tāq̄ pars subiectiua adæquati obiecti,q̄ est ens, cōsideratur à metaphysico.

Dices cū Alex.2.Met.com.56.& Bald. q. de obiecto Log. ex 6. Met.6. habetur, accidentis non esse scientiā & 4.Met.14. negatur accidens esse alterius accidentis subiectum,ergo non habebit demonstrabiles passiones; & tex. 4. tot sunt partes philosophiæ, quot species substantiæ, sed omnis scientia est pars philosophiæ,ergo, &c.Tū quia accidens est ad substantiam, vt ad efficiēs, & finē reducibile, vnde per ordinē ad ipsam definitur, ergo per se nō consideratur à scientia. Resp. in 1. loco Arist. non loqui de accidente à substantia contradistincto, sed de effectib. per accidens,quæ rarò,& contingenter eueniūt, non à determinata causa,vnde subiungit scientiā esse de eo,q̄ semper,aut plurimū euenit, quia ex his possumus arguere virtutē in causis producendi effectus illos,& per consequens propositiones necessarias de illis causis, & effectibus conficere: in secundo loco non loquitur de passione, sed de accidente realiter à subiecto distincto, nec de subiecto immediato, sed de vltimato,q̄ tantū est substātia, vel ex 4.d.49.q.2.N, loquitur de accidentibus disparatis,non de ordinatis; in tertio loco per philosophiā intelligit metaphysicā,cuius vna est pars de substantia materiali, alia de immateriali, vt exponit ibi Doctor, non q̄ etiā de accidente non agat, sed quia mentionem facit solum de principalioribus partibus. Ad rationem dicimus accidens habere propria prædicata quidditatiua, etiā vt abstrahit à substantia,& proprias passiones, quapropter poterit habere rōnem per se considerati à scientia,& si ordinem dicat ad substantiā.

Vt igitur videamus, an de ratione subiecti

biecti scientiæ sit, quod habeat proprium quid rei inquirẽdũ est, an quæ non habẽt quid rei, seu cõceptũ quidditatiuũ, possit de ipsis esse scientia, talia sunt duo ex dictis disp. 1. cit. ens p accidẽs, & singulare.

Circa primũ notat Doctor 6. Met. q. 2. ꝙ duplex est ens per accidens, vnũ accidentalitate rei, ꝙ dicit rẽ non per se vnã, sed ex pluribus aggregatã, vel sine ordine, vt cumulus lapidũ, vel cum aliquo ordine, vt exercitus, vel cum aliqua accidẽtali informatione, vt homo albus, & primũ est magis ens per accidens quàm secundũ, & secundũ, quã tertiũ, quia primũ minorẽ dicit vnitatẽ, quã secundũ. Aliud est ens per accidens accidentalitate causæ, & illud dicitur, ꝙ etsi vnã per se entitatẽ dicat, non est tamen à determinata causa, sed præter intẽtionẽ agentis principalis euenit, & rarò, vt sũt effectus fortuiti, & casuales, .s. inuentio thesauri ex fossione terræ, frigus tempore caniculæ, &c. Vtrumque autem potest dupliciter sumi, vel in actu signato, & vt alij dicunt, formaliter, & sic dicit cõceptũ istum accidentalitatis vel rei, vel causæ; secundo in actu exercito, & pro substrato, seu pro materiali, quomodo dicit res illas, q̃ entia per accidens denominantur. De ente per accidens in actu signato dari scientiã concedũt omnes cum Alense 6. Met. tex. 4. quia vt sic dicit conceptum vnũ per se, habetq; plures passiones demonstrabiles, vt quod non sit scibile, non habeat determinatã causam, nõ habeat vnã passionẽ, &c. sicut de syllogismo sophystico datur scientia, si in actu signato sumatur, non tamen materialiter, sic de infinito, de vacuo, & similibus, quæ scientia ab alijs dicitur scientia negatiua, & secundũ quid.

De ente per accidens materialiter, & accidentalitate causæ ab omnibus admittitur non dari scientiam cum Arist. 6. Met. 3. si reduplicatiuè sumatur .i. vt ens per accidens est (nisi absolutè consideretur, quatenus est tale ens,) quia vt sic habet propriã entitatem vnam, & verã poterit ad aliquã scientiã spectare) ꝙ probatur, q̃a vt sic nõ habet vnã causã p se determinatã, sed indeterminatã, & cõtingẽter causatur ab illa, ergo non erit de ipso scientia, q̃ de ꝓpositionib. p se, & necessarijs esse debet. Dubiũ ẽ de ente p accidẽs materialiter capto, & accidentalitate rei.

Admittunt aliqui dari scientiam de tali ente, sed dissidiũ est in explicatione, quo sensu detur de ipso scientia, nã Sco. 6. Met. q. 2. Ant. And. q. 4. Zerb. q. 5. Faber disp. 19. Orbell. 6. Met. c. 2. docent de ente p accidens non dari scientiã vnã specificẽ, eo q̃a non est vnum ens specie, sed duo, & sciẽtia ab obiecto specificatur, quare de ipso erunt duæ scientiæ specie, v. g. de numero sonoro non põt dari vna scientia vnitate specifica, q̃a numerus sonorus non habet talẽ vnitatẽ, sed duæ sciẽtiæ, altera de numero, altera de sono; põt tñ dari vna sciẽtia vnitate generica, nam vt dicemus q. sequen. quando obiecto plura specie distincta sub se continet, scientia de illo dicitur vna vnitate generica; modò ens per acciẽs est aliquod vnum obiectum vnico actu intelligibile; nam numerus sonorus propter quandam proportionem, quã habent extrema inter se, põt intelligi vnico actu, non sic homo asinus, & de ipso possunt ostendi passiones, at non est vnus vnitate specifica, vt dictum est, ergo vnitate quadã generica. Alij dicunt ens per accidens posse dupliciter considerari, vel rõne extremorum, & sic non datur scientia, vel rõne passionis demonstrabilis de illo aggregato, & hoc modo est scientia, quia est saltim vnum per se perseitate passionis, ita Meurisse q. 4. proæm. Met. cõcl. 2. Alij concedunt scientiã de ente per accidens, quando est ordinatum ad aliquem finem, vel effectum producendum, quia vt sic dicitur vnum p se in rõne principij, & causæ, ita Amicus tract. 27. disp. 4. q. 2. dub. 4. Blanc. disp. 6. in Post. sect. 6. Alij vt Run. in Log. tract. 2. de scient. hab. n. 39. de illo ente p accidens concedunt scientiã, cuius partes ordinãtur ad inuicem, vt de-

terminans, & determinabile; & in hanc opin. incidunt Mas. 1. Post. c. 10. sect. 2. q. 2. dicens ens per accidens esse vnũ per se in esse scibilis, Hur. disp. 1. Met. sect. 2. cócl. 4. Auersa q. 26. Log. sec. 4. Moris. disp. 12. q. 2. Ex aduerso alij absolutè negãt de aliquo ente per accidens dari posse scientiã, ita Alens. 6. Met. tex. 4. Sõc. q. 13. Suar. disp. 1. Met. sect. 1. n. 4. Io: de S. T. q. 26. art. 2. ad 2. Cóplut. disp. 19. q. 2. & ex Scotistis Barg. q. 3. prol. §. *Secundò quia absolutum*.

Circa 2. fatentur omnes de singularib. in actu exercito per se secundo dari sciẽtiã, nã passiones, quæ per se primò demõstrantur de specie, per se secundo demõstrantur de indiuiduis, sic de Christo in theologia demonstrantur, vt homo est, passiones humanæ naturæ; quare dubiũ est de ipsis, vt singularia sũt, an possit dari per se primò scientia, & cómunior sẽtentia est negatiua, Deum excipiẽdo, de quo datur perfectissima scientia, quãuis sit singularissimus, excipit quoq; Vasq. p. p. disp. 4. c. 7. singularia incorruptibilia, de quibus, ait, posse ĩtellectũ saltĩ ex natura potẽtiæ sciẽtiã acqrere, q̃ dictũ Blanc. & Moris. cit. extẽdunt ad omnia singularia.

Dicimus primò de ente per accidens nullo modo dari scientiã vnã; hæc conclusio colligitur ex Sc. in 2. d. 3. q. 4. sup. E. & 3. d. 7. q. 1. D. & d. 22. M. & 4. d. 11. q. 3. Fi. & quol. 13. Aa. quibus in locis asserit, quod quando aliquid est vnũ per accidẽs in se, nequit de aliquo dici per se, nec de ipso poterit aliq̃ prædicatũ per se enunciari, vt diximus 2. p. instit. trac. 1. c. 3. sed scientia quælibet est de propositionibus per se, ergo nulla propositio sciẽtifica de ente per accidens poterit formari de mẽte Doct. & ꝓbatur ratione; scientia vna est cognitio inhærentiæ vnius passionis per causã, tanquã per mediũ (q̃ est ratio, & quidditas subiecti) in conclusione demonstratæ de vno subiecto, sed ens per accidens, siuè in se spectetur, siuè in esse scibilis, siuè in ordine ad passionẽ demõstrabilem, siuè vt ordinatum ad aliquem finẽ; siuè vt constans ex partibus determinabili, & determinante, nõ habet vnã essentiã, per quã passio demonstretur, nõ est vnũ per se, nec vnã potest habere passionem, ergo &c. ma. patet, mi. prob. q̃ intrinsecè, & formaliter conuenit alicui, semper illi conueniet, cuicũq; cõparetur, nam comparatio non aufert, quòd per se, & formaliter competit cõparato, sed esse vnũ per accidens, non habere vnũ per se cõceptũ intrinsecè conuenit enti per accidens, ergo quocũq; modo cõsideretur, nunquam erit vnum subiectum, sed duo, nunquam habebit vnã per se rationẽ, sed duas, nec vnicã passionem, nam hæc ab vnica essentia nata est dimanare, & vni per se subiecto conuenire, non duobus. Tũ quia, vt aliquid sit vnũ per se ex pluribus constitutum, requiritur, vt partes se habeant per modũ per se actus, & per se potentiæ, sed nunquã talis habitudo erit inter partes componentes ens per accidẽs, aliter esset ens per se, ergo sẽper erit duo, & duas habebit quidditates, nec ab ipso vna poterit fluere passio ipsi inhærẽs, aliter idem accidens in duobus subiectis.

Dices, solum sequi de ente per accidẽs non dari vnam specie scientiam, non ostendi, neq; dari posse vnã scientiam genere, ita Scotistæ cit. cum Sco. 6. Met. q. 2. Contra tunc datur vna genere scientia ex dicendis q. seq. quãdo ex obiectis partialibus specificis abstrahitur genus commune potentialiter continens sub se species, & habitus inclinans in cognitionem talis generis dicitur vnus genericè, ĩ quo vniuntur habitus de subiectis specificis, hæc doctrina est à Scotistis accepta, vt videbimus q. seq. sed à partibus cõponentibus ens per accidens non abstrahitur tale genus, quia numero sonorò, v. g. quod est musicæ obiectum, non datur aliquod cõmune genus, q̃ adæquatum obiectũ sit musicæ, cũ numerus, & sonus sint diuersorũ prædicamentorũ. Tum quia habitus specifici, qui de partibus entis per accidẽs habentur, non pertinent ad candẽ scientiam

tiā totalem, vt habitus de numero, & habitus de sono, quæ sunt partes numeri sonori, nō pertinēt ad musicā, sed primus ad arithmeticā, secundus ad philosophiā, ergo non datur vnus habitus genericus cōtinēs sub se habitū arithmeticæ, & philosophiæ, aliter non musica arithmeticæ, sed arithmetica musicæ subalternaretur.

Sed contra ob. 1. ex Scoto in 6. Met. cit. oppositū afferente, & q. 3. prol. I, vbi concedit scientiā subalternatam esse de ente per accidens. Tū 2. quia res naturales integrè possunt constituere vnā causam totalem per se alicuius effectus, quæ quidē, licèt in genere entis sit quid per accidens aggregatū, at in genere causæ est quid p se vnum, ergo de isto aggregato vt causa poterit demonstrari effectus ab ipso prouenienis, & sic illud aggregatū erit subiectū scientiæ; nā vt sic habebit quædā prędicata, & passiones, quæ nulli parti seorsim acceptæ conuenire possunt, & vnum actum intellectus terminabit producentē vnicū habitū. Tum 3. quia scientię subalternæ sunt de ente per accidens, nā ipsarum obiecta addunt accidentales differentias supra obiecta subalternantiū: medicina considerat hominē vt sanabilem, ethica hominem vt dirigibilem in suis actionibus, arithmetica numerum, politica rempublicā, artes mechanicæ res artificiales, non solū vt habent talē, vel talē figurā, sed etiā vt ex tali, vel tali materia constant, vt ars nauis non versatur circa solā figurā nauis, sed etiā circa materiam, sic etiam de arte fabricatoria domus, & de alijs dicendū; insuper pharmaca ex diuersis herbis, & radicibus cōposita dicūtur apta ad sanādos peculiares morbos, q̄ aptitudinē q̄libet illarū herbarū seorsī nō habet, & ista oīa sunt entia per accidens.

Resp. authoritatem ex 6. Met. non vrgere, cū oppositum habeat Doctor in lib. sent. vt vidimus in proba. concl. ad auth. ex prol. respondet Barg. ibi Doctorem loqui conditionatè, ait .n. *ideò si scientia subalternata sit de aliquo vno per accidēs* *præsupponit duas tractantes de partibus illius totius separatim*, imò eodem modo exponit locum 6. Met. & potest deduci ex §. *Quòd si dicatur lineam visualem:*, vbi dubitatiuè loquitur de hac re. Ad 2. resp. ex Sco. 1. d. 3. q. 7. M, & N, quod cū plures causæ partiales ad vnū effectū producendum concurrunt, ex ipsis, nec vna per se causa constituitur in entitate, nec in rōne causandi, quia quælibet seorsim habet ꝓpriā rationem causandi, & solum dicitur vna causa per se vnitate ordinis, hinc negatur de illo aggregato demonstrari effectum, vt de vna causa simpliciter, sed vt de pluribus vnitis; sic cum sol, & homo generant hominē, tā sol, quā homo retinent proprias rationes causandi, & vna causa fit solū vnitate ordinis, & sicut vna dicitur causa hac vnitate, sic ratio causādi, prædicata, & passiones, quæ de illo aggregato demonstrantur, non sunt vnum, sed plura .s. plures rationes causandi, plura prædicata, & plures passiones, at in singulari demonstrantur de illo aggregato, quia etiam illa habent ordinis vnitatem, vnde non est vna demonstratio, sed plures simul ordinatæ, & vnitæ; eo vel maximè quod falsum est illud aggregatū vnico actu intelligi propter diuersitatem obiectorum specificam, & si vnus esset actus in re, virtualiter tamen esset multiplex, nec vnum, sed plures habitus causaret, vt fusius dicetur in libro de anim.

Ad 3. de scientijs subalternis dicemus infra q. 4. Medicina, & Moralis non habent pro obiecto ens per accidens, nam vt notant Zerb. & Barg. cit. aliquando vtimur aliquo ente per accidens, puta aggregato ex subiecto, & passione, vt circumscribamus speciem innominatam, & per passionem innuimus principium ipsius, eo modo, quo Thomistæ dicunt, ens mobile esse subiectum philosophiæ, vbi per mobilitatem circumscribunt naturam, quæ est illius passionis principiū, sic sanabilitas, & dirigibilitas dant intelligere principia, à quibus emanant, quæ

sunt de hominis essentia, & vnũ per se faciunt cũ homine. Arithmetica considerat numerũ, non quidẽ materialiter pro substrato, & ĩ actu exercito, sed formaliter, & in actu signato, quomodo est vnus per se conceptus, vt de ente per accidens in communi diximus, & de ipso possunt ꝓportiones quædã demonstrari tanquam passiones, vt docuimus disp. 7. q. 2. art. 1. Politica non est vnus per se habitus, sed plures aliquo ordine congregati, eo quia vno per se obiecto caret, nã respublica dicit aggregationem pluriũ, & quicquid de ipsa demonstratur, non est vnũ per se prędicatũ, sed aggregatione illis pluribus immediatè conueniens; idem de arte bellica respectu exercitus dicendum, & de artibus mechanicis, sicut .n. obiecta sciẽtiarũ speculatiuarũ maiorẽ vnionẽ habent inter se, nam vnum essentialiter sub altero continetur, quã obiecta artiũ, & habituũ moralium, ita maiorẽ vnitatẽ habebunt scientiæ speculatiuæ, quã alij habitus vt q. seq. dicemus. Tandem pharmaca sunt aggregatum quoddã ex pluribus causis, nõ vnũ, sed plures effectus causantibus, nam morbus aliquando, & si vnus dicatur, re vera tamen est quid aggregatum ex pluribus defectibus, & indispositionibus, ad quorũ curationẽ plura remedia requirũtur, ex quorum aggregatione pharmaca conficiuntur, vndè cognitio alicuius medicinæ propriè non est vna, sed plures demonstrantes plures passiones vnitas de pluribus subiectis vnitis; ita notat Amic. cit.

Dicimus 2. de singularibus dẽpto Deo, per se primò non dari scientiã; ita Doct. q. 3. prol. R. & 2. d. 3. q. 6. M, & cũ eo Scotistæ omnes, Auers. quoq; Run., & Amic. cit. & probatur ex 1. post. 43. & 3. Met. 53. & alibi sæpè, vbi Arist. ex professo negat scientiã de singularibus; & vnicũ fundamentum huius conclus. est, quòd tetigit Doctor in 2. cit. quia singularia vt sic non habẽt definitionem, quæ vt mediũ possit inseruire ad demõstrandas passiones, neq; passiones peculiares ipsis vt singularib. conuenientes, ergo nequit, etiã ex natura potentiæ considerando intellectũ, haberi de ipsis scientia, antec. quò ad primã partẽ probatũ fuit disp. 1. q. 4. ar. 3. quo ad 2. partẽ ostensũ fuit disp. 5. q. 4. ar. 1. cum diximus proprietatẽ esse speciei, non indiuidui, & adhuc probatur, quia passiones propriæ sunt quædam aptitudines ad operandum ex operationibus à posteriori cognitæ, sed nulla operatio experitur in aliquo indiuiduo, quæ non possit esse in alio eiusdẽ speciei, ergo nulla aptitudo, & proprietas fluit à differẽtia indiuiduali, sed omnes ab essentia dimanant, & per consequens sunt omnibus indiuiduis cõmunes. Tũ quia singularitas non est ratio agendi, sed potius conditio agentis, solũ essentia est principiũ, & ratio agẽdi, at essentia de se communis est, & indifferens omnibus indiuiduis possibilibus illius speciei. Ex quo patet rõ, cur de Deo singularissimo possit dari scientia, qa ipsius essentia est de se hæc, nec est pluribus cõmunicabilis cũ sui diuisione, vnde passiones, vel quasi passiones de ipso per se primo, & immediatè demõstrãtur; quę rõ. militat etiã de Intelligẽtijs in sẽtẽtia Aris. ponentis illas necesse esse, & de se hæc.

Obijc. de facto multæ demõstrationes conficiuntur de singularibus, vt singularia sunt, nã demonstratur eclypsis de Luna, & Sole, vt singularia sunt, quia ostenditur, vt hìc, & nunc, & in tali tẽpore, quę sunt conditiones indiuiduantes. Tum 2. quia de singulari in se demonstratur vnitas, distinctio, &c. & hęc vnitas; & hęc distinctio numeralis non nisi ab indiuiduali differẽtia ꝓuenit, ergo intellectus cõcipiens hæcceitatẽ Petri distinctè posset demonstrare de Petro hãc vnitatẽ, & hãc distinctionẽ numeralem. Tũ 3. quia collectio accidentiũ conuenit indiuiduo, vt sic ex Porph. c. de specie, ergo poterit de ipso demõstrari. Tũ 4. ex 2. Me. 11. habetur nõ posse sciri ãtequã ad ĩdiuidua veniatur.

Resp. demonstrationes illas, quãuis in numero singulari conficiantur, teuera

esse

esse de speciebus Lunæ, & Solis, nam etsi alia Luna, & alter Sol nnmero essent in illis sitibus, & cũ illis aspectibus, ijdẽ prouenirent effectus, & eclypsis. Ad 2. vnitas numerica in vniuersali demonstratur de singulari in esse signato, quomodo induit rationẽ speciei: nec est verũ hãc vnitatem, qua Petrus est idem sibi ipsi, & ab alio distinctus, ita necessariò ab hæcceitate Petri prouenire, vt alia consimilis non potuerit emanare, sed solum à prima causa determinatur ad hãc numero vnitatẽ, vt diximus in phys. disp. 8. q. 2. ar. 3. Ad 3. collectio illa verè nõ est passio, cum sit plura ꝑdicata, nõ vnũ, dr̃ tñ passio largè, quatenus p ipsã circumscribimus hæcceitatem, & absolutè reperiri põt in alio indiuiduo. Ad 4. exponit Doct. in Met. ly indiuidua, ꝙ nõ intelligãtur singularia, sed vel species specialissima, quatenus non est amplius per essentiales differentias diuisibilis; vel genus supremum, quod est diuisibile in alia priora, vel propositio immediata.

Ex his omnibus deducas habere quid rei in sensu explicato esse vnam ex præcipuis conditionibus subiecti, quia quod habet potest induere rationem subiecti, & quod non habet, excluditur ab ipsa.

ARTICVLVS QVARTVS.

An subiectum debeat primò continere virtualiter omnes veritates scientiæ.

Scotus q. 3. prol. B, definiens subiectum adæquatum scientiæ ait, illud esse, ꝙ cõtinet in se primò virtualiter omnes veritates illius habitus, cuius est subiectum; pro cuius notitia aduertunt Scotistę, ꝙ ly *primò* idem significat, ac adæquatè, & id adæquatè cõtinet, ꝙ in cõtinẽdo nõ depẽdet ab alijs, sed ãlia ab ipso, itaut p impossibile circũscripto oĩ alio, adhuc contineret, & nihil cõtineat, nisi per ipsius rõnẽ.

Aduertunt ẽt, ꝙ multiplex est cõtinẽtia, alia essentialis, qua vnũ contĩnet alterum in primo modo dicendi p se, alia est potentialis, qua superius cõtinet inferiora, alia est virtualis, quã vnũ cõtinet aliud in esse producibili ab ipso; & quia duplex scilicet reale, & cognitum, hinc duplex est virtualis continentia, vna, qua aliquid põt aliud in esse reali ꝓducere, altera, qua põt producere in esse cognito, & tandem quia esse reale est duplex, Physicum, & Metaphysicum, primũ est res à sua causa realiter distincta, secũdum est quædã formalitas pullulans ab alia, sic duplex est cõtinentia virtualis in esse reali, vel Physica, vel Metaphysica; modò subiectũ nequit continere proprias passiones contĩnẽtia virtuali in esse reali Physico, nã à subiecto ex disp. 5. q. 4. art. 1. realiter non distinguũtur, sed cõtinentia Metaphys. q. a verè ab essentia subiecti pullulant ex dictis in Physicis disp. 7. q. 2. quæritur ergo an subiectum debeat continere virtualiter in esse cognito oẽs passiones de ipso demonstrabiles in sciẽtia; vbi nõ loqmur de obiecto materiali, sed de composito ex materiali, & formali, quæ vnũ cõpletũ subiectũ scientiæ integrare supra diximus ar. 1. (vt obiectiones Caiet. diluamus tribuentis Sco. ipsũ loqui de materiali obiecto) non ꝙ tale obiectũ totaliter sine Dei, & intellectus concursu causet ex se notitiã passionis in intellectu, vt malè interꝑtatur Arim. q. 4. prol. Doctorem nostrum, sed partialiter, & in rõne obiecti, nã intellectio ex obiecto, & potẽtia gignitur, supposito diuino concursu ex Sco. 1. d. 3. q. 7.

Ocham cum suis nominalibus in prol. sent. negat subiectum continere virtualiter passiones in esse cognito (imò negat etiam in esse reali, sed procedit ex eo, ꝙ agens Physicum cum Metaphysico agẽte confundit, putatq; ad quamlibet continentiam requiri distinctionem realem, quod est falsum) Cõmunis sententia est affirmatiua cum Scoto cit, sed est difficilium apud Scotistas, si hæc conditio debeat conuenire solũ subiecto specifico, quæ est species specialissima, an etiam subiecto generico, quod est genus quodlibet, vel aliquod transcendens; nam aliqui indistinctè loquentes videntur vniuersaliter loqui tàm de specifico, quã de gene-

rico, ita Cam. 1. Phys. q. 1. Tat. q. 3. proœ. Log. Orbellus in princ. Phys. Smisinch q. 2. proœ. Theol. n. 47. ex eo, q̄ negat subie-ctū genericū, & dat solū specificū; sed pręsertim Brasau. q. 3. vn. & q. 1. quol. de mē-te Scoti asserit definitionē in prol. allatā conuenire vtriq; subiecto, licèt postea so-lū in modo loquendi differat ab alijs Scotistis, qui volunt hanc definitionē, vel cōditionē assignatam esse subiecti specifici, non generici, nisi respectu propriarum passionū, quas virtualiter continet, passiones verò suorū inferiorū, nonnisi potentialiter; ita Barg. super q. 3. prol. q. Paulum citat, & Lich. Faber Theor. 5. Zerb. 1. Met. q. 2. estq; Aureol. in ꝓl. q. de subiecto Theo. ar. 1. & Amici tr. 27. d. 4. q. 2. dub. 7.

Dicimus, subiectum propriè loquendo virtualiter cōtinet in esse cognito tātum passiones de ipso īmediatè, & primò demonstrabiles in scientia, siuè genericum sit, siuè specificū, & per cōsequēs omnes veritates illius scientiæ, at passiones inferiorū nonnisi potentialiter. Concl. quò ad primā partē est Doct. cit. & alijs in loc. adducendis, & probatur ab ipso, quia ꝓpositiones, quę in demonstratione assūmantur, aliæ sunt immediatæ, vt principia, aliæ mediatæ, vt conclusio, in illis cōtinetur causa inhærentiæ passionis in subiecto, q̄ est definitio subiecti, in ista continetur ipsa passio de subiecto demonstrata, ergo subiectum est causa, cur illæ veritates cognoscantur ab intellectu, patet, quia per suā speciē repsētat definitionē, q̄ essentialiter continet, hæc est causa, cur passio cognoscatur, ergo virtualiter in esse cognito continet omnes veritates scientiæ, nā definitio nō est rō *qua* continendi, sed rō *qua* subiectū cōtinet. Tū qa subiectū ē causa adæquata habitus, qa est primū in sciētia primitate adæquationis, ergo debet virtualiter ī eē cognito oēs veritates cōtinere de ipso ī sciā cōsideratas.

Secundò, quod subiectū genericū passiones inferiorum potentialiter tantum contineat, est Scoti 6. Met. q. 1. & probatur euidenter, virtualiter primò contine-re veritates in scientia est per q̄ qd ē posse subiectū causare notitiā veritatis conclusionis, & habitudinis passionis ad ꝓpriū subiectū, sed genericū subiectū per suā definitionē non potest esse causa, cur passiones inferiorū de ipsis demonstrentur, ergo, &c. maior patet ex Sco. in prol. cit. vbi ait continere primò virtualiter est ita independens esse in continendo, vt circumscripto omni alio, adhuc contineat, & nihil aliud contineat, nisi per rationē eius, vt corpus naturale ita continet mobilitatem, vt circumscripta quacunque specie corporis naturalis, etiam oīb. simul, adhuc cōtinet, & per suā definitionē poterit de ipso demōstrari, & inferiora, nonnisi per rōnē corporis naturalis cōtinent mobilitatē in cōmuni; minor patet, qa per rōnē corporis naturalis, vt sic neq; circularis mobilitas, v. g. de Cęlo demōstrari, aliter oīb. corporib. conueniret.

Dices cū aliqb. Scotistis, verū esse genus potētialiter cōtinere passiones inferiorū, sed vt sic nō tribuere vnitatē habitui, sed solū vt cōtinet ꝓprias demōstrabiles p se 1. de ipso, p se 2. de inferioribus.

Hæc responsio coincidit cū opinione Smisinch. negantis diuisionē subiecti in totale, & partiale, si. n. scientia cōsiderans speciē aliquā generis nō est pars scientiæ de genere, nec ista connexionē habet cū illa, sicut nec obiecta, nullum erit partiale obiectum, vnde non rectè corpus naturale dicetur subiectū in tota Philosophia, nec ens in tota Metaph. nec syllogismus in tota Logica, neq; Philosoph. aut Metaph., vel Logica, Mathematica, & vniuersaliter q̄libet sciētia diceretur vna sciētia; & malè in initio Philosophię, Logicę, Metaphysicæ, &c. institueretur q̄stio de subiecto ipsarū, sed solū quęri deberet subiectū illorū librorū, vel illius libri, q̄ primò explicandus occurrit contra oēs Doctores; vt etiā dicemus q. seq. quapropter eo ipso, q̄ admittimus genus aliquod pro subiecto ī aliqua totali sciētia, debemus ēt

asse-

asserere de ratione subiecti scientiæ non esse cõtinere virtualiter omnes veritates illius scientiæ, sed virtualiter proprias, potentialiter illas inferiorum.

Posuimus in concl. ly *propriè loquendo*, nã si velimus extendere continentiã virtualem, & illã diuidere in immediatã, & mediatã, seù in proximã, & remotã, & hãc sumere pro potentiali, vt facit Bras. & videtur ẽt Doct. in 3. d. 25. q. 2. C. & d. 36. q. vn. L. vbi cõtinentiã virtualẽ in hoc sensu tribuit subiecto generico, & citat se in 6. Met. q. 1. quo loco cõtinentiã generici subiecti ait esse virtualem, & potentialem, sic nulla erit, nisi de nomine dissensio.

Obijc. 1. ostendendo subiectum nõ cõtinere virtualiter notitiã passionũ. Tum quia entia rõnis circa suas passiones non habent actiuitatem aliquã, vt possint illas producere in esse cognito, vel reali eodem modo se habet relatio realis, quæ nõ est de genere actiuorum, vnde nequit concurrere ad productionẽ propriarum passionũ, neq; ad earũ notitiã, cum non sit obiectũ motiuum intellectus. Tum 2. esse eclypsabile est passio Lunæ, & tñ à Luna nõ continetur virtualiter, q̃a ad cognitionẽ eclypsis requiritur cognitio terræ, quę vt causa ad eclypsim concurrit, at terræ notitia nõ cõtinetur virtualiter in Luna; esse quoq; beatificabile est passio hõis, & tñ ex quidditate hõis non cognoscitur, aliter posset viribus naturæ cognosci ipse Deus, qui est terminus huius passionis, nequit. n. cognosci relatio aliqua, nisi cognoscatur terminus ipsius relationis. Tũ 3. euidentia veritatis cõcl. nõ solũ pẽdet à subiecto, sed ẽt à pdicato, & à pmissis, ergo nequit primò, & adæquatè cõtineri in subiecto. Tũ 4. sequeretur in demõstratione à posteriori effectum esse subiectũ, quia ẽ id, ꝙ virtualiter cõtinet veritates. Tum 5. si ex hoc, ꝙ causa virtualiter continet effectum in esse rei, continet ẽt in esse cognito, ergo ex notitia Solis incõplexa poterit haberi notitia oĩum effectuum à Sole pducibilium, q̃d est falsum. Tum 6. subiectũ cõparatur ad scientiã, sicut obiectũ ad potentiã, sed hoc ponitur primum, & adęquatũ penes primitatẽ cõitatis, nõ cõtinentiæ virtualis, vt patet de colore respectu visus, qui de oĩbus obiectis visibilib. pdicatur, & ens de oĩbus obiectis intellectus, ergo &c. ꝙ ẽt seruatur non solũ in obiectis potentiarũ, sed ẽt in subiectis sciẽtiarũ, nã in Geometria est linea; in Arithmetica numerus, in Metaphysica ens, q̃ de cõsideratis in illis scientijs pdicãtur.

Resp. ad 1. patet ex disp. 3. ꝙ entia rõnis suo modo habent causalitatẽ erga ꝓprias passiones, reuera tñ fundamentum entis rõnis est, ꝙ causat notitiam entis rõnis, & hæc notitiã passionis ipsius, qua ratione dr̃, ens rõnis, vt cognitũ, causare notitiã passionis; relatio realis nõ est actiua physicè, sed metaphysicè, at non causat notitiã passionis propriè, nisi vt cognita, vt de ente rõnis diximus, eo q̃a nõ est obiectũ motiuum intellectus, sed terminatiuũ. Ad 2. eclypsabilitas, sicut cõtinetur virtualiter in Luna quò ad esse reale, ita quoad esse cognitũ, attamẽ q̃a ordinem dicit ad terrã, vel aliud corpus opacũ in esse reali, ita quoq; in esse cognito dependet ab illo, ex quo solũ sequitur, Lunã non esse causã, adęquatã cognitionis illius, sed requiri cognitionẽ terrę, nõ tñ deducitur ĩ Luna virtualiter nõ contineri, vt in subiecto, q̃uis in terra contineatur tanquã in causa, non tanquam in subiecto: beatificabilitas nequit cognosci cognita hominis essentia, eo quia ordinem dicit ad Deum, vt ad terminum, qua ratione nõ continetur sub obiecto naturalis attingentiæ intellectus creati, quod est ens finitũ, cuius terminus non est Deus, ex Sco. quol. 14. Ad 3. neg. conseq. non . n. dicimus subiectum esse causam totalem cognitionis conclusionis, nã prædicatum, & præmissæ concurrunt, sed dicimus subiectum primò continere, quia non solùm est causa veritatis conclusionis, sed ẽt veritatis principiorum, quatenus vltimatè omnia continet tàm prædicatum concl. quàm principia

cipia

cipia. Ad 4.neg.seq. q̄a effectus in illa demonstratione non est subiectum, sed medium, & principium *Quo* cognoscendi. Ad 5. tunc ex cognitione causæ deuenimus in cognitionem effectus virtualiter in illa inclusi, quando effectus se habet vt passio causæ, nã tunc est conuertibilis cum causa, à principijs ipsius emanat, nec in altero pōt reperiri, nisi ĩ sua causa, quare exēplum Solis non vrget, quia nō se habet vt subiectum respectu effectuũ ab ipso producibiliũ, & aliæ concausæ requiruntur, effectus nō in Sole, sed extra reperiuntur, nec necessariò à principijs fluunt ipsius: quãuis si quis pciperet virtutem internã Solis productiuam effectuum posset quoque in cognitionem effectuum deuenire.

Ad 6. Doctor in prol. cit. negat oĩmodã paritatem, licèt .n. cõueniãt in hoc, ꝙ ambo terminant actus potentię, & scientię, & in alijs cōditionibus, vt est videre apud Bassol. attamē differunt in hoc, ꝙ proportio obiecti ad potentiã est motiui ad mobile, seù agentis ad passum, at subiectum se habet vt causa ad scientiã vt ad effectũ; hinc quodlibet obiectũ inclusum in obiecto primo, & adæquato poterit agere in potentiã, quia quando agens potest agere in aliquod passum, quodlibet agens eiusdem rationis poterit in illud passum agere, & istud à quolibet agente eiusdem rationis potest pati; at non sequitur idem de subiecto, quòd si subiectum est causa habitus, quodlibet inclusũ in subiecto possit causare eundem habitum: ad exempla adducta, dicimus illa obiecta esse cōmunia obiectis partialibus, & non solùm vt sic dicuntur subiecta, sed etiã vt alia cōsiderata in scientijs ad illa reducuntur, vt sunt passiones, & prīcipia, quapropter assignãtur subiecta non tm̃, vt habent illam prædicationem cōem ad inferiora, sed vt cōtinentia virtualiter proprias passiones, & prædicata; vide P. Fabr. theor. 5.

Secundò obij. ostēdendo de mēte Scoti, quodlibet subiectum virtualiter continere debere oēs veritates scientiæ, & non aliquas potētialiter. Tum q̄a in 3.d.14.q.2.H. habētur hæc verba, *Istud ēt confir. per Philos. 1. post. 25. vbi vult, ꝙ oportet maximè cognoscere de subiecto quid est; & ratio est, quia in rõne, & quidditate subiecti virtualiter includitur tota rõ scientiæ*, tunc sic, quicquid est rõ, pp q̄ aliquid insit alteri, conuenit oĩ illi, cui illud inest, vt quicquid est rõ diuisibilitatis, inest formaliter illi, ꝙ est tali diuisione diuisibile ex 2. d. 3. q. 4. G. sed rõ, pp q̄ debemus de subiecto præcognoscere *quid est*, est inclusio virtualis totius scientiæ in obiecto, ergo de quocunq; verificatur, ꝙ de illo sit præcognoscendum *quid est*, de illo ēt affirmabitur, ꝙ virtualiter includat totã scientiam, sed ista præcognitio de quocunq; subiecto siuè specifico, siuè generico, siuè trãscendenti verificatur, ergo &c. Tum 2. in 1. d. 3. q. 8. in fine, ait Doctor, ꝙ *vnitas scientię assignatur penes obiectũ, q̄a illud est, penes, quod scientia distinguuntur, non penes intellectũ, & hoc modo distinguendo scientias, illa est vna, quæ est vnius subiecti primi, quatenus obiectũ primum habet continere scientiã illã virtualiter*: idem habet q. 7. eiusdē dist. in fine, & supra L. ergo si vnitas scientiæ penes virtualem continētiã subiecti attenditur, cũ tribuere distinctionem, & vnitatem scientiæ competat ēt subiecto generico, istud non potentialiter, sed virtualiter oĩa continebit: idem docet 3. d. 25. q. 2. C. Tum 3. q̄a quol. 7. N. docet primum principium cōtinere virtualiter, & eminenter veritates oĩum posteriorũ, non tñ oportet, ꝙ possit esse causa immediatè cognoscendi quodcunq; posterius, & 1. d. 3. q. 2. in primo extra inquit, ꝙ quicquid probatur de Deo in Met. cōtinetur virtualiter primò in rõne entis; & q. 3. §. *Quantũ ad 2. art.* ait ens virtualiter cōtinere passiones, & vltimas differētias, & lit. M. exēplificat de colore, q̄ virtualiṫ ĩcluditur ĩ differētijs, & passionib. coloris.

Resp. ad 1. ꝙ sicut rõ generici subiecti præcognosci debet respectu passionis ipsius subiectĩ generici tãquam medium

adæquatum ad demonstrandam passionis inhærentiam, at respectu passionis alicuius speciei solùm debet præcognosci vt medium inadæquatum, quatenus est pars definitionis illius speciei, sic alia, & alia debet esse inclusio genericæ, & specificæ passionis, illa virtualis, hæc potẽtialis; Doctor itaq; vel sumit virtualem continentiam largè, vel & melius, ibi loquitur de scientia vnius passionis inhærentis subiecto, vt se declarat; quare loquitur de subiecto specifico, vel de generico in ordine ad proprias passiones. Ad 2. codẽ modo resp. nam præcipuè q. 7. cit. in fine loquitur de specie specialissima, quę nonnisi virtualiter continet passiones, & habitus illius speciei sumit ab ipsa vnitatẽ secundùm virtualem continentiam; aliter si subiectum ẽt genericum secundũ virtualem solum cõtinentiã tribuere, & vnitatẽ scientiæ, nec Philosophia, nec Metaphysica, imò nulla scientia ex adinuentis diceretur vna sciẽtia totalis, sed omninò multiplex, præter Theologiã, quæ est de obiecto singularissimo, vt arguimus, eo ꝙ genericum nequit virtualiter passiones inferiorum continere: Quod magis patet ex locis adductis in 3. rõne, nam in quol. 7. nequit intelligi notat Zerb. cit. de continentia virtuali propria, quia sic possent per primũ principium immediatẽ cognosci posteriora, sicut per quidditatem speciei immediatè cognoscitur passio specifica, nã propriè in illa virtualiter continetur; quapropter hæc virtualis continẽtia apud Doctorẽ aliquando sumitur propriè, aliquando vt cõmunis ad virtualem propriè, & ad potentialem, & dicitur virtualis, quia rõ generis saltim partialiter concurrit ad cognitionem specificæ passionis; sæpius tamen de virtuali loquitur, quia Theologicum obiectum hoc modo solum continet proprias passiones; Hinc concludendum definitionem datã à Scot. prol. q. 3. esse subiecti specifici, nã vt colligitur ex textu, loquitur de cõtinentia virtuali propria: quod etiam patebit in q. seq.

ARTICVLVS QVINTVS.

An subiectum debeat esse necessarium.

Diximus q. præced. explicando 2. & 4. conditionẽ scientiæ, debere sciẽtiam esse necessariã non necessitate simpliciter, quasi quod ipsa semper reperiri debeat in rerum natura, & nunquã corrumpi, sed necessitate secundum quid, .s. quò ad veritatem, vt non possit vllo pacto in falsam mutari, quam necessitatem cõplexam appellauimus, quia est necessitas propositionis, & habitudo necessaria inter subiectum, & prædicatum conclusionis demonstratæ. Attamen quia scientia omnem conditionem sumit à proprio subiecto, sequitur subiectum quoq; debere dici necessarium, inuariabile, & incorruptibile, qua rõne communiter asseritur de corruptibilibus nõ dari sciẽtiã ex 1. post. c. 7. & 6. eth. c. 3. hanc necessitatem subiecti, & inuariabilitatẽ explicare debemus, quæ nã sit; certũ est. n. esse distinctã à necessitate scientiæ, hæc. n. causatur ab illa, estq; alicuius cõplexi. s. scientiæ, illa verò est incomplexi, qualis entitas subiecti.

Mirum est, quàm variè loquantur Doctores in re tàm euidenti, vt notat Auersa q. 26. Log. sect. 4. Quidã. n. dicunt subiectum scientiæ debere esse necessarium, & incorruptibile in vniuersali, non in particulari, vel p se, non p accidens, vel in potentia, non in actu, vel in actu, signato nõ exercito, vel quò ad essentiã, non quò ad existentiã; quapropter si subiectum deinde sit corruptibile in particulari p accidẽs .s. ad corruptionem singularium, in actu exercito, & quòad existentiã, vt se habẽt naturæ communes rerum creatarum, nõ destruit necessitatem scientiæ.

Istæ distinctiones in hoc deficiunt, ꝙ prima facie vident loqui de incorruptibilitate simpliciter, & corruptibilitate illi opposita, itaut subiectum ex sua ratione formali non debeat per se incipere, & desinere, & si quandoq; incipit, vel desinit esse, hoc fit per accidens ad corruptionẽ alterius, vt patet in exẽplo de naturis rerum

rum in vniuersali, quæ ad inceptionẽ, & destructionem singularium dicuntur generari, & corrumpi, q̃ exemplum adduci solet pro explicatione harum distinctionũ. Hoc autem est falsũ, quia nullis creatarum rerũ naturis quocunq; modo inspectis cõpetit hęc incorruptibilitas, sed quęlibet est corruptibilis, destructibilis ẽt in vniuersali, p se, in actu, & quo ad essentiã. Tũ quia si corruptibilitas subiecti quò ad esse sufficit, vt cognitio nõ dicatur necessaria, sed variabilis, & falsa, quãuis nõ p se, sed p accidens, vel alio modo illi conueniat, sufficiet quoq; vt eodẽ modo cõpetat cognitioni, & sic scientia saltim p accidẽs vel quando corruptibilitas subiecto competet, poterit mutari in falsam, quod est contra rationem scientiæ, vt q. preced. diximus aliter igitur explicari debet hęc necessitas, vel saltim aliq̃d aliud debet addi.

Pleriq; quos sequitur Amic. tract. 27. disp. 4. q. 2. dub. 6. alia via incedunt; distinguunt .n. de necessitate, quod alia sit cõplexa, quæ reperitur in propositione necessaria, quia nequit p quãcumq; potentiã mutari in falsã, alia est incõplexa, quæ rebus incõplexis conuenit, & est duplex, vel quo ad essentiã, & hæc cõuenit rebus ex seipsis habentibus essentiã, non ex nostro libero arbitrio, isti opponitur contingentia incõplexa cum. s. res nõ ex propria natura, sed ex libero hominum arbitrio habet essentiã, vt vestis est hoc, vel illo modo formata depẽdenter ab hominum placito; alia est necessitas incõplexa quò ad existentiã, quę dupliciter explicari põt, vel positiuè, quando essentia rei verè necessariò existit, vt nõ possit nõ existere, & hoc modo cõpetit Deo, vel negatiuè, seu præcisiuè, quando. s. essentia rei non consideratur in ordine ad habendã existentiã, sed vt ab ea p̃scindit; huic necessitati opponitur contingentia incomplexa quò ad existentiã, vel quia essentia rei existit cõtingenter à parte rei, vt sunt oẽs res creatæ, vel quia ẽt in esse intelligibili nõ præscindit ab existentia cõtingenti, talia sunt oĩa agibilia, & factibilia, quæ ab habitibus practicis considerãtur in ordine ad existentiã, eò quia scientiæ practicæ sua obiecta contemplantur, vt sunt possibilia poni ad extra, & secundum circumstantias, quæ possunt illis à parte rei conuenire, q̃ est considerare obiecta in ordine ad existentiã. Tunc ad quæst. respondent, obiectum scientiæ debere esse necessariũ necessitate cõplexa, & incõplexa, tã quo ad essentiã, quã quo ad existentiã, nõ quidem positiuè, sed præcisiuè, & negatiuè, qua rõne negant agibilia posse esse obiecta alicuius scientiæ, & consequenter negant morales scientias, & practicas esse verè scientias.

Dicendum est, obiectum debere esse necessarium necessitate veritatis obiectiuæ in sua essentia, seu vt alij dicunt necessitate complexa obiectiua, vel necessitate incõplexa quò ad essentiã, non requirere tñ necessitatem incõplexã quò ad existentiã, siuè positiuè, siuè præcisiuè explicetur. est cõis; & quidem, q̃ in se debeat habere necessitatem veritatis obiectiuã, colligitur ex Sco. 1. d. 3. q. 4. I. & seq. & patet, quia scientia requirit hãc necessitatem, vt formaliter ita sit vera, q̃ nullo modo possit esse falsa, ergo obiectum ita se debet habere in se, vt dicat necessariã habitudinẽ ad illa prædicata, q̃ non possit illa non respicere, si. n. posset aliter se habere, & alia prædicata opposita continere, iam scientia posset esse falsa formaliter; & hæc intrinseca necessitas, quę reperitur in obiecto, & exigentia propriorum prædicatorum dicitur necessitas essentiæ, quatenus cadit inter prædicata essentialia, dicitur necessitas incõplexa essentiæ, quia obiectum in sua quidditate est quid vnum incomplexum; dicitur etiam complexa, vel obiectiuè, vel virtualiter, quatenus est ratio, cur de tali quidditate formentur propositiones formaliter necessariæ.

Deinde quòd non requiratur necessitas incomplexa quò ad existentiã, liquet ex hoc, quod hæc necessitas positiuè explicata solum Deo conuenit, & tamen de

ali js

alijs rebus habetur scientia, cum possint de illis formari ꝓpositiones ęternę veritatis, ꝙ sufficit ad scientiā, neq; requiritur ꝙ quælibet scientia abstrahat ab obiecti existentia, nā scientiæ practicæ non abstrahunt, & tñ sunt scientiæ, vt cum Sco. q. 4. prol. dicemus q. 5. Tū qa medicina, quicqd docet dirigit ad opus, & res cōsiderat in vniuersali qdem, sed vt potentes existere, & in ordine ad existentiā possibilem, & tñ in medicina multæ conficiuntur ꝓpositiones æternæ veritatis, quæ ꝑ veras causas demonstrātur, ergo vt sic possunt esse obiectum scientiæ: conseq; patet, quia illud debet dici scientiæ obiectum, ꝙ pōt causare notitiā suarum passionum verā, certam, euidentem, necessariam, & per causam, hæc omnia habet medica sciētia

In oppos. obijc. præter authoritates illas, quibus conantur Aduersarij ostendere cum Arist. facultates practicas non esse scientificas, de qbus q. 5. Tum qa sciētia est abstractiua cognitio, de cuius rōne est, ꝙ abstrahat ab existentia obiecti, ꝑ ꝙ differt ab intuitiua cognitione, ergo debet habere necessitatē incōplexā quò ad existentiā abstractiuè. Tum 2. obiectum sciētiæ debet esse inuariabile, ꝙ aliter se habere nō posset, sed omne tale necessariò debet abstrahere ab existentia, probatur, qa existentia est variabilis ergo ꝙ dicit ordinem ad ipsam, vt sic erit quoq; variabile. Resp. existentiam rei nō solùm intuitiuè, sed etiam abstractiuè cognosci posse, vt habet Scot. 2. d. 3. q. 9. & 11. F. & quolibet. 13. L. quando. s. non est ratio cognoscendi motiua, sed solùm se habet vt res cognita, & pars obiecti, sed quicquid sit de hoc, dicimus ad arg. scientiam necessariò debere abstrahere ab existentia rerum in particulari, & vt actualiter existunt à parte rei, non ab vniuersali, & vt possunt existere, nam vt sic verè de ipsis rebus possunt formari propositiones necessariæ complexæ, vt concedit etiam Amicus; ex quo euidenter sequitur res ipsas habere necessitatem obiectiuā veritatis, vt quoq; concernunt aliquo pacto existentiam, nā termini in propositione nō essent necessariò connexi, nisi in seipsis haberent necessariā habitudinē, per quod patet ad 2.

Dices, ex 1. Post. 181. & 6. Met. scientiæ sunt de ijs, quæ semper eueniunt, aut vt plurimum, ergo obiectum non est necesse, vt sit inuariabile, & ꝑpetuum. Resp. non intelligere ibi Arist. res vt actu existentes, vel semper, vel vt plurimum, sed vt potentes existere, nā cum videmus ex positione alicuius causæ sequi aliquē effectum saltim vt in plurimum, arguimus à posteriori virtutem in illa causa producendi talem effectum, quomodo sit vniuersalis propositio, & ab existētia actuali abstrahitur; quæ demonstratio à posteriori non pōt fieri in his, quæ rarò, & per accidēs eueniūt; de quo disp. seq. q. 1. ar. 2.

ARTICVLVS SEXTVS.

Quo sensu subiectum respiciat omnia considerata in scientia.

QVidam ex Thomistis docent subiectum scientiæ debere omnia in illa contenta inspicere tanquam inferiora, de quibus essentialiter ꝑdicetur, quā ꝑdicationis cōmunitatē vt ꝑcipuā, imò vt adæquatā subiecti conditionem statuunt. Sed hunc dicendi modum refutauimus art. 1. nā 1. post. 25. scientia de tribus agit, de subiecto, de quo passionem demonstrat, de passione, quā demōstrat, & de principijs, per quæ demonstrat, quę tria sunt inter se distincta, nec possūt coincidere, ergo est contra rationem subiecti, quod prædicetur de omnibus in scientia consideratis, & in illis includatur; quandocunque igitur est aliquid, quod directè prædicatur de alio, tanquam de subse contento, quod tamen non pōt habere in illa scientia rationem subiecti, saltim partialis, quia s. sit vel vt passio, vel solum vt principium consideratum ab illa, illud cōe statui non poterit subiectum, quia quod cōuenit superiori saltim secundariò debet inferiori conuenire, & si inferiori repugnat, signū euidens, non reperiri in superiori, ergo si esse

esse per se consideratum in scientia, quod est esse in illa subiectum, nec secundariò conuenit alicui inferiori, quod est esse subiectum partiale, ergo nec primariò, nec secundariò conuenit superiori; vide art. 4. in resp. ad 6. confir. primæ obiect.

Cōmunis opinio est subiectum debere respicere oīa in scientia contenta tanquā finem illorum, itaut ad ipsū habeāt attributionē, qua rōne subiectū attributionis appellari solet; sed non est eadem oīum sententia, ex quo capite debeat hæc attributio attendi; nā Hurt. disp. 1. Met. sect. 3. quā doctrinā per totā illā disp. sæpe repetit, & Arriag. disp. 1. log. sect. 2. sustinent inferiora esse semp obiecta attributionis in scientijs cōmuniora verò esse obiecta attributa, quatenus inferiora sunt in quorū gratiā considerātur superiora, nō ē cōtra, ac proinde attributionis obiectū semper, aiunt, esse speciem specialissimam.

Dicendum est cum cōiori, oīa in scientia considerata dicere debent ordinem, & attributionem ad vnum tanquā ad finē, & scopū totius scientificæ fabricæ; quod non necessariò sēp debet esse inferius, & species specialissima, imò sæpius est aliquod cōe genericum, in cuius gratiā inferiora cōsiderātur in scientia; ita Sco. q. 3. vn. & q. 3. prol. & susè 6. Met. q. 1. probatur, & explicatur, nā sciētia totalis est vnū quoddā artificiosum cū fundamento in reb. ipsis cognitis, vt dicemus q. seq. ergo oēs eius partes debent esse inter se cōnexæ, & ad vnū finē ordinatæ, qui finis erit exacta, & pfecta cognitio ppri obiecti; quod sibi pfinit scientia, ergo oīa respicient obiectū adæquatum scientiæ tāquā id, in cuius gratiā assumuntur à scientia, quod est dicere attributionē ad illud, & obiecta attributa denominari. Sufficit aūt, quod cōsiderentur vel vt principia ipsius subiecti, vel vt partes cōponentes, vel vt passiones, vel vt pricipia passionū, vel quæ sūt opposita subiecto (qua rōne cognitio istorū maximè cōfert ad cognitionē subiecti; vnde dicebat Aris. in post. præd. c. de oppos. & 11. Met. 3. eādē scientiā esse cōtrariorū) vel aliquo aliomō; & pcipuè, vel vt partes subiectiuæ, & vt pricipia, & passiones harū partiū subiectiuarū; nō. n. est necesse, vt dicebat Hurt. quod semp superiora in gratiā inferiorū cōsiderentur, quæ est secunda pars conclus.

Probatur autem contra Hurt. quia & si in esse rei superiora habēt reduci ad inferiora, attamen in esse scibilis, seu vt res cadunt sub consideratione scientiæ, poterit inferius considerari in gratiā superioris, quatenus confert ad cognitionem superioris, nō quidē vt totū quoddā actuale est, sed potentiale, si. s. artifex pscriberet sibi de aliquo cōi ptractare adæquatè, nō solùm secundum ea, quæ actu cōtinet, sed ēt potentia. Tū quia videmus in coordinationib. rerū ita fieri, nā tota rerū multitudo ad qdā capita est redacta, quæ prædicamenta dicuntur, in quibus hæc, vel illa rerū series collocatur, & quāuis adsint superiora, & inferiora, in quibus includūtur illa, & cōsequenter in esse rei ad inferiora dicāt ordinem; attamen pdicamenta illa ab vniuersalioribus denominationem sumunt, dr. n. prędicamentum substantiæ, pdicamētum quātitatis, qualitatis, &c. & ex intentione artificis, & diuidentis illa superius est principaliter intentum; vnde si decē scientiæ de pdicamentis instituerentur, quęlibet pro subiecto adæquato, à quo specificaretur, respiceret propriū generalissimum, & in gratiā ipsius inferiora cōsideraret, vt explicaret potentialitatem ipsius ad inferiora, non verò respiceret species specialissimas, aliter nō vna scientia daretur de substantia, sed plures, & plures iuxta specierū infimarum numerum: sicut igitur non obstante inclusione superioris in inferioribus, inferiora tamen dicuntur ad idem prædicamentum pertinere, eandemq; rerum coordinationem constituere propter continentiā potentialem, quam habet generalissimum illorum, ad quod dicunt attributionem, quò ad vnius prædicamenti constitutionem, ita subiecta partialia, quæ sunt species

cies infimæ in scientia, quamuis includât genera, & superiora, & vt sic genus commune attributionem dicat ad illa, tamen vt vnam habent constituere scientiam, & vnam scibilium seriem in esse scibilis potius reducuntur ad superus, q̃ è contra.

Conf. quia ipse Hurt. §. 190. concedit physicã esse vnã genere scientiã propter vnitatem obiecti genericam, q̧ est corpus naturale, subdit tñ, q̧ complectitur sub se plures scientias specie oĩno distitas, & disparatas, v.g. sciẽtiã de homine, & de Cęlo, nã cognitio de Cælo nullo modo dependet a scientia de homine; ex quibus prob. nostrum assertum, si .n. species quãuis sint oĩno disparatæ inter se, dicuntur tñ vniri in genere (sicut dicebat Porph. c. de spec. de indiuiduis *Plures homines participatione speciei sũt vnus homo*) & si vnitatẽ attenderemus, principalius se habebit genus, quã species, & è contrà si diuisionẽ principem locum obtinerent species, quæ habent diuidere genus, vbi genus habet vnire, & congregare species, ita de ipsorũ scientijs dicẽdum, q̧ scientię specificæ, quãuis inter se nõ ordinẽtur, vniũtur tñ in scientia cõi generica, & q̃a causa vnionis est vnitas generis, idcirò principaliter intentũ in illa totali scientia erit genericũ obiectũ, quatenus causa principalis totius sciẽtifici ædificij, & p cõseq̃ns species habebunt in esse scibili attributionẽ ad genus, quia si genus nõ esset, quod sua vnitate congregaret dispersa, non daretur vna scientia totalis ex partialibus conflata, vide quæst. sequent.

Contra arguit Hurt. quãdo plura sunt ordinata vt finis, & media ad finem, illud habet rõnem finis, q̧ est principalius, pfectius, & nõ cõfert ad assecutionẽ alterius; illud verò est mediũ, q̧ est ignobilius, impfectius, & cõfert ad assecutionẽ finis, sed in scientia superioris, & inferioris cognitiones sunt ita ordinatæ, & cognitio superioris est ignobilior, & impfectior, q̃a cõfusa, & obscura, & cõfert ad cognitionẽ inferioris, nã hæc nequit haberi sine illa, cognitio ĩferioris est pfectior, clarior, & magis determinata, nec confert ad cognitionẽ superioris, cũ possit superius cognosci nõ cognito inferiori, ergo inferioris cognitio erit finis, superioris verò mediũ, & consequenter inferius erit obiectũ attributionis, superius obiectũ attributũ. Tum 2. sicut pars essentialiter ordinatur ad totũ, vt impfectum, & incõpletum ad pfectũ, & cõpletum; ita cognitio partis ad cognitionẽ totius, nã res petũt cognosci cum ea ꝑportione, qua sunt, sed superius est essentialis pars inferioris, q̧ est totum, ergo, &c. Tum 3. materia, & forma, quia sunt essentialiter partes, nõ sũt in philos. subiectũ, sed constitutũ ex eis, ergo idem de superiori respectu inferioris dicendũ.

Dices, superius esse quoddã totum potẽtiale, cuius partes sunt inferiora, & hac rõne inferiora reduci ad superius, vt partes ad totũ. Instat Hurt. ꝓbãdo superius, ẽt vt totũ potẽtiale, & vniuersale, referri ad inferiora, nã vniuersale vt sic est pars petens cõtrahi ad cõpositionẽ speciei, sed pars, vt pars refertur in cogõne ad totũ, q̧ ponit, ergo &c. tum q̃a genus ideo dr̃ totum potentiale, q̃a respicit inferiores species, in quibus clauditur, & de quib. pdicatur, sed vt sic est essentialiter pars speciei, nã clauditur vt quid potẽtiale, & pdicatur p modũ partis potentialis, ergo vt sic ordinabitur ad cognitionẽ specierum.

Resp. hæc argum. ꝓcedere in esse rei, & qdo in doctrina seruatur ordo idẽ naturę, nõ verò in esse scibilis, & quãdo ordo doctrinæ est ab ordine naturæ diuersus: diximus .n. in q. proæm. & disp. 1. q. 6. nõ semp scientificum seruare in tradendaaliqua facultate eundẽ ordinẽ, quẽ res seruãt inter se, nã à parte rei cognitio causæ ordinabilis est ad cognitione effectus, q̃a hæc nequit haberi sine illa, nõ tñ è cõtra, & tñ quis posset ordinare cognitionẽ effectus ad cognitionẽ causæ, vt est in demonstratione à posteriori; medium ex propria natura est ad finem ordinabile, non è contra, verũ si quis præfigeret sibi

cogni-

cognitioné medii tãq̃ finé vltimũ,& intrinsecũ suæ scientiæ, tunc cognitio finis inseruiret cognitioni mediorũ, in esse scibilis, vt patet ĩ frænefactiua, in qua directio equi, q̃ est finis, reducitur ad frænũ; neq; hoc est repugnans naturis rerum, qa licèt nõ sit mutua dependẽtia in esse rei, põt tñ dari in esse scibilis, quatenus vna res est à priori p causas, & à posteriori p effectus cognoscibilis, imò & à cõcomitatibus: poterit igr̃ quis ex suo arbitrio cũ fundamẽto tñ in re, vt dicemꝰ q. seq. assumere aliq̃ rerũ seriẽ declarãdã, finis istius obiectiuus erũt res illæ, non qdé vt sunt distitę, sed vt vnitæ, & in vnũ cõpactæ, non vnione aggregationis, sed compositionis, & vinculo reali, quatenus in vnũ cõe cõueniunt essentialiter, ꝙ per differentias postea diuidunt, & cõsequenter, ꝙ habet rõné totius, & principalis in esse scibilis, erit illud cõe cõnectens inferiora, q̃ vt partes continet, & respicit, ac differentias, vt aliqd ipsius; finis verò formalis erit cognitio istiꝰ cõis, ꝙ respicitur ab inferiorib. tãq̃ includens ipsa in esse scibilis, & à differentijs vt diuisiuis illius, & p cõsequẽs erit hoc cõe principaliter intentũ à scientifico, non solũ vt est totũ quoddã actuale, sed ẽt potentiale, quia vt sic dat vnitaté omnib. reb. vt possint vnam materiam scibilem integrare.

Ad 1. igr̃ dicimus maior. esse veram in esse rei, non ĩn esse scibilis ex fine, & arbitrio scientifici, quomodo nõ requiruntur illæ cõditiones, vt aliquid sit principaliter intentũ ab artifice, sed sufficit vt potens sit dare vnitaté materiæ, quã declarare intẽdit, sic se habet superius ex dictis, ad ꝙ inferius dicit ordiné, & cõfert ad cognitioné ipsius, sicut connexa conferunt ad cognitioné cõnectentis, inferiora in esse scibilis sunt cõnexa in vnum obiectũ scibile adæquatũ, superius est cõnectens tribuens illis vnitaté obiectiuã. Ad 2. superius in esse rei est pars, at in esse scibilis est totũ, inferiora sunt partes, nã sicut partes vniuntur in toto, ita ĩferiora in esse obiectiuali scibili vniuntur in illo cõmuni, sine quo non essent vnũ obiectũ, sed plura obiecta, quę ꝓportio, & cõnexio habet fundamẽtũ in rebus ipsis ꝓpter cõuenientiã in illo cõmuni, vt diximus. Ad 3. si quis vellet instituere scientiam de materia, cognitio cõpositi in esse scibili ordinaretur ad cognitioné materiæ, quãuis hæc sit pars; nõ est tñ paritas omninò inter materiam, & genus cõe, nã materia non se habet vt superius respectu cõpositi, nec vt totũ ꝙdã potentiale, vt se habet genus. Ad 1. impugnat. illius respons. dicimus hoc, ꝙ est esse parté potentialé specierũ, quãuis in esse rei sit ratio ordinans genus ad species, in esse scibilis tñ est rõ, cur species ordinentur, & attributioné dicãt ad genus, qa per hác cõmunitaté generis species interueniunt ad cõstitutioné vnius obiecti adęquati scibilis ab artifice intẽti; p idé ad 2.

Ex hucusq; dictis liquet, quã rectè assignauerit Doctor q. 3. vniu. conditiones subiecti scientiæ, quarum prima est, ꝙ de ipso præsupponãtur quod est, & qd est, vt vidimus ar. 2. & 3. Secunda, ꝙ per eius q. quid est demonstrẽtur de ipso passiones, q. est continere passiones demonstrabiles de ipso, vt vidimus ar. 4. & tertia, vt ad ipsũ omnia alia in sciẽtia cõsiderata reducantur, & attributioné dicant, vt in præsenti ostendimus; nec aliæ cõditiones requirũtur, nã quæ ab alijs assignantur, vel sunt superfluæ, vel reducũtur ad istas; nã q. subiectũ non debeat esse prohibitũ, hoc est aliquod impossibile, nõ ęquiuocũ, non ens per accidens, nõ corruptibile, sed necessariũ, nõ demonstrabile, sed præsuppositũ, includentur in prima conditione, nã si de subiecto præsupponitur quod est, iã nõ demonstratur in scientia, in sensu tñ exposito ar. 2. si habet quid est, erit definibile, & per consequens possibile, nõ ꝓhibitũ, vniuocũ, non æquiuocum, per se, non per accidens, necessariũ necessitate veritatis non cõtingens, quia propositiones in primo modo, quales sunt illæ, in q. bus definitio ꝑdicatur de definito, sũt sempiternæ veritatis. Quod alij addũt debere

habe-

habere principia, p quæ passiones demõstrentur, q̃ sit prius natura passione, iam includuntur in prima, & secunda cõditione, p principia .n. non necessariò intelligi debẽt principia essendi, vt sũt causæ intrĩsecè cõponẽtes, sed intelligẽdi, quales sũt p̃missæ demonstrationis, in q̃bus definitio subiecti assumitur vt mediũ. Quod dicũt alij subiectũ debere adæquari sciẽtiæ includitur in tertia, nã si oĩa ad ipsũ reducũtur, iã nõ excedit, neq; exceditur à sciẽtia.

Deinde, q̃ subiectum debeat esse en, reale, non est necessarium, quia de ente rõnis põt esse sciẽtia; q̃ sit vniuersale, non requiritur, q̃a de Deo singularissimo est scientia; q̃ habeat partes subiectiuas, solũ de subiecto generico verificatur, non de specifico, & singulari; & tãdem, q̃ sit cõmunissimũ, si de cõmunitate attributionis explicatur, est vera cõditio, & est tertia assignata, si de cõmunitate prædicationis, est falsa, & contra rationem subiecti.

QVÆSTIO TERTIA.

De vnitate scientiæ.

NOn est hic sermo de actuali sciẽtia, hæc.n. cum sit cognitio conclusionis demonstratę, multiplex erit, sicut plures sunt conclusiones in scientijs, q̃ vna potest absq; alia sciri, vt patet, licèt de his actualibus scientijs videbimus, quomodo vnã integrẽt totalẽ; sed loquimur de sciẽtia habituali, quã ex dicendis in lib. de an. supponimus qualitatem quandam esse de prima specie ab actibus productam, inclinantem in similes actus, non autem esse species rerum intelligibiles inter se ordinatas, vt perperã quidã dixerunt; & de ista habituali scientia quærimus vnitatẽ, quæ tanquam proprietas sequitur entitatem.

Ant. Mirand. lib. 13. de euers. sing. certam sect. 6. & 7. Iulius Syrenus opusc. de obiec. Met. sect. 3. c. 5. 6. & 7. & alij sustinent nonnisi vnã scientiã totalem reperiri ex natura rei ex partialibus sciẽtijs cõpositã, & solũ Doctorum arbitrio, & voluntate in plures scientias totales esse diuisam; hanc sententiã docere debent, qui Metaphysicã statuunt ita cõmunẽ, vt ad particulariũ entium essentias considerãdas descendere teneatur, nam sic oẽs aliæ scientiæ saltim speculatiuæ superfluerẽt, quia omnia ad considerationẽ Metaphysicã pertinerent. Ex aduerso quamplures hanc sententiam de vnitate scientiæ vt vanam, improbabilem, & falsam respuũt, ita præsertim Conimb. q. 1. proœm. Phys.

Media via incedendum, q̃ quãuis sciẽtiarũ saltim speculatiuarũ vnitas de oĩbus rebus non sit irrationabilis, sapienter tñ à Doctoribus plures scientiæ totales sunt distinctæ, quæ de quibusdã rebus pertractent, & hoc non totaliter ex Doctorum placito, sed ex fundamento in rebus ipsis scibilibus reperto; ita Doctor 6. Met. q. 1. in fin. additio vbi inquirens rõnem diuisionis scientiæ in cõi in tres .s. Metaphis. Phys. & Mat. tandem concludit; *Post ergo longã inquisitionem non video huius diuisionis sufficientiã per aliquã rõnem necessariã posse ostendi; sed placuit diuersis auctoribus circa diuersa subiecta speculari, & tot suæ considerationi subdere, quot videbantur aliquam conuenientiam in principijs, & in modo considerandi habere;* quibus verbis dnas nostri dicti partes innuit, & q̃ scientiæ totales ex auctorum placitis distinguantur, & consequenter, q̃ poterat dari vna totalis scientia, & quòd nõ merè arbitrariè fuerit facta hæc diuisio, sed propter conuenientiam rerum scibilium in principijs, & modo considerandi; ipsum sequuntur Meur. in Met. q. 6. proœ. & omnes ferè recentiores. Primũ explicatur, nam vnitas scientiæ desumitur ab vnitate obiecti scibilis, sicut ergo omnia scibilia in ente cõueniunt, & vnum obiectum totale, & adæquatum integrare dicuntur, sub quo omnia tãquam partialia obiecta continentur, ita poterit dari vna scientia totalis ens tanquã obiectum considerans, quæ plures partiales sciẽtias habeat, quarum quælibet partem determinatam entis contempletur, quo sensu interpretantur aliqui Arist. 4. Met. 1. dum

ait Metaphysicã considerare ens, vt ens, cæteras vero scientias abscindere sibi aliquã partẽ entis, non.n.apparet maior rõ, cur omnia scibilia possint in vnũ obiectũ cõuenire,nõ aũt scientiæ in vnã cõem;& si velis cũ Thomistis scientias necessariò distingui ex diuersa abstractione à materia,itaut scientia nõ ex rebus,vt sic,sed vt abstractioni subſtãt à materia, distinguatur, de quo mox ar. 1. saltim sicut abstractiones diuersæ à materia conueniunt in abstractione in cõi, quæ postea in tres diuiditur,ita de scientia dici posset,ꝙ detur vna totalis res abstractas inuestigãs, alias partiales cõtinens iuxta diuersitatem abstractionis rerum;hinc 3.de au.38. scientia secari dicitur, sicut & res. Tum quia scientia in cõi est genus ad omnes scientias,ergo vna totalis generica potest dari.

Attamen, quia vnã tm̃ ponere scientiã rerum oĩum magnã confusionem parere poterat, & multiplicare tot scientias totales,quot species entium, esset in infinitum progredi, sapienti cõsilio factũ est, vt oẽs scientiæ ad certũ numerum reducerentur,quæ totales dicentur,nõ simpliciter,sed secundũ quid,sicut de pdica. dicebamus disp.6.q.1.q̃ dicũtur gr̃a summa sm̃ quid,stãte illa famosa diuisione in decẽ series rerũ claritatis gratia adinuenta.

Non est autẽ hæc scientiarum diuisio, vt notat Doct.voluntariè facta, vt de ipsa verificetur dictum illud *stat pro rõne voluntas*, sed habuit fundamentũ in reb. ipsis,itaut sicut pdicamentorum diuisio,ac distributio ex cõuenientijs,& differentijs plurimarum rerũ inter se ortũ duxit, ita de scientijs dicendũ; vnde videmus nullã scientiã agere simul de equo, & Angelo, quia nulla pportio, & cõuenientia inter hæc entia reperitur; sed bñ aliqua sciẽtia est de oĩbus corruptibilibus,aliqua de immobilibus,aliqua de immaterialibus, &c.

Dices Sco.1. Met.q.9. impugnat opin. illã asserentem Metaphysicam omnium rerum quidditates in particulari considerare, maximè quia cæteræ scientiæ super fluerent,ergo in sent. ipsius absurdum est concedere tm̃ vnã scientiã. Resp.quãquã ibi Doctor nõ ita clarè resoluat q. illã, tñ improbat illa senteu. eo quia supponebat diuisionẽ sciẽtiæ in plures totales,& vnã ponebat .f. Metaph.cõsiderare substãtias, cæteras accidentia;vel re,pbat,quia scientificus debet præcipuè claritati,ordini, & & facilitati incũbere in tradendis facultatibus,& cõfusionẽ,quãtũ poterit,euitare. vel tandẽ loquitur de Met.non prout tradi poterat, sed vt fuit ab Arist. instituta.

Cum igitur plures dentur scientiæ totales, quarum quælibet propriam rerum seriem ab altera distinctam præscribit sibi contemplandã, quærimus vnde sumenda erit hæc vnitas scientiæ, & à quo habeat specificari sciẽtia, & tria examinabimus, vt perfectè vnitatem scientiæ possimus cognoscere, à quo specificet, an sit simplex qualitas,& tandem qualis sit vnitas, quam accipit à proprio specificatiuo.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vnde sumenda sit vnitas, & specificatio scientiæ.

DVplex in scientia, sicut & in quolibet alio habitu,assignari potest vnitas,intrinseca,quę propriam consequitur entitatem tanquam passio, extrinseca altera, quam ex obiecto dicitur desumere, à quo specificatur, & essentialiter dependet, vnde & obiectiua dici solet, prima, quia non ita facile cognoscitur, innotescit nobis per secundam, & de ista loquimur,à quo .f. scientia totalis habet, quòd sit vna à cæteris distincta, eo vel maximè, quòd idem obiectum videmus à pluribus scientijs diuersis considerari, imò eandem cõclusionem,vt ꝙ terra sit rotũda demõstratur à Physico, & Geometra.

Prima opinio (quæ adamussim est explicanda,quoniam celebris est apud Thomist.) asserit diuersitatem scientiarũ sumi ex diuersitate abstractionis à materia; quam sententiam fusè explicant Complut.disp.19. q.4. & Io. de S.Tho. q.27.ar.1.& primò notant scientiam specificari

ficari ab obiecto, non quidē materialiter, & in esse rei, sed formaliter, & in esse scibili considerato, quæ rō scibilitatis dr̄ rō *sub qua*, nam sub ipsa cōueniunt res à scientia consideratæ, & consistit in hac, vel illa abstractione à materia; pro qua.

Secundò notant abstractionē esse duplicem, vel totalem, vt cum superius abstrahitur ab inferiori, & abstractum, hac abstractione fit potentialius, & minùs intelligibile, qa abstrahitur ab actualitatib. specificis, .i. differentijs, actus aūt est notior potentia; & de ista non est sermo; alia est formalis, qua forma abstrahitur à materia, seù q̄ est actu, ab eo, q̄ est potentiale, nā forma est actus, materia potentia; & cōsequenter sic abstractum est magis intelligibile, quia depuratur à materialibus, & potentialibus, quæ impediūt intelligibilitatem; & quia triplex est materia, prima est singularis. i. quicquid ptinet ad singularitatē rerum sensibilium, vt hæc caro, hic calor, hoc os, &c. secunda sensibilis, & sunt oēs sensibiles qualitates, vt calor, frigus, color, &c. & tertia ītelligibilis, quæ est substantia corporea, seù materia prima; hinc triplex genus scientiæ datur, loquendo de speculatiuis, prima scientia abstrahit à materia singulari, & est, quæ considerat res sensibiles, vt sensibiles sūt nō in particulari, sed in vniuersali, talis ē Philosophia; secunda quæ abstrahit à materia singulari, & sensibili, vt Methematica, quæ quantitatē considerat, non vt albam, vel nigram, calidam, vel frigidā; non tamen abstrahit à materia intelligibili, quia nō considerat quantitatem sine substantia materialia, cui inest, & à qua depēdet in esse, & in cognosci: tertia tandem abstrahit ab intelligibili materia, quę talis dicitur, qa solo intellectu percipi pōt; & hæc est Metaphysica, quæ res à materia abstractas contemplatur, vt sunt, quæ vel non sunt in materia, vt substantiæ separatæ, vel esse possunt absque materia, vt ratio substantiæ, qualitatis, actus, potentiæ, &c. Hæc igitur immaterialitas est radix, & origo intelligibilitatis, & consequēter diuersa immaterialitas erit radix diuersæ intelligibilitatis, & qa triplex est immaterialitas; triplex quoq; erit intelligibilitas, & triplex genus scientiæ speculatiuæ. Addūt tandē p hāc abstractionē nō intelligi denominationē extrīsecā ab actu intellectus abstrahētis ꝓuenietē, sed immaterialitatē illā obiectiuā, & radicalem, qua obiectū sic, vel sic est natū intelligi.

Ruu. q. 4. proœ. log. aliter explicat hanc rōnem scibilitatis, & *sub qua* .f. quòd illa est vna sciētia ab alijs distincta, quæ propria habet principia, quibus vtitur ad probandas cōclusiones, quæ principia se habent vt lumen illuminans, cōclusionē & ex diuersitate luminis, seù principiorum oritur sciētiarum diuersitas, quam expositionem amplectuntur Complut. & Ioa. de S. Th. & Amic. trac. 27. disp. 4. q. 3. addentes solum, quod hæc luminis, & principiorum diuersitas, cum sit quædam intelligibilitas, nonnisi ab immaterialitate obiecti pōt prouenire, & cōsequenter tota rō specificationis erit immaterialitas.

Alij hanc rationem scibilis, seù abstractionem dicunt esse diuersum lumē, quo obiectum est cognoscibile; nam obiectū materiæ sensibili immersum est cognoscibile per sensus externos, à quibus ortū ducit physica scientia, obiectum in materia ītelligibili cognoscitur ab imaginatiua: obiectū à materia intelligibili abstractū ē ab ītellectu scibile. ita Bā. 1. p. q. 1. ar. 3. Zū. q. 2. Alb. 1. phy. tex. 1. apud Amic.

Alij hanc abstractionem declarant, eo quia in primo gradu quædam intelligibilia sūt, nec re, nec ratione abstracta à materia, vt sunt res physicæ; in secundo quędam sunt abstracta rōne, nō re, vt mathematica obiecta, in 3. tandem quæ re, & rōne abstrahūt, de quib. ē metaphisica; & hęc est freqns expositio apud multos.

Scotus in met. cit. & alijs locis adducendis in art. seq. hanc specificationē desumit à diuersitate obiectorum adæquatorum, & totalium, itaut illæ sint distin-

ctæ ſcientiæ, quæ diuerſa obiecta, nullo modo vt inter ſe connexa reſpiciũt; quæ verò habent obiecta aliquo naturali vinculo, quo ad conſiderationem colligata, integrare vnam totalem ſcientiam; ipsũ ſequuntur Scotiſtæ, & Suarez diſp. 44. Met.ſect. 11. Fonſ. 5. Met.c.7. q.5. ſect.2. Hurt.diſp.1.met.ſect.6.& 7. Auerſa q.27. ſect.9. Arriag.diſp.1.log. ſec.3. Merinero diſp.1.prooem.log.q.5. Mori.diſp.12.log. q.3. Blanc.diſp.vlt.ſect.5.& 7.& alij.

Dicendũ eſt prima ſent. de triplici abſtractione ſi explicetur, vt à Scot.ſent. diuerſa, eſt oĩnò falſa; vera eſt, vt cum iſta coincidit, nõ tñ clarè difficultatẽ explicat, vt declarat modus dicendi Scoticus. Prima pars huius concluſ. ꝙ modus dicendi Thomiſt. ſit falſus, prob. diſcurrendo circa explicationes adductas; nã primò falſum oĩnò eſt ſpecificationẽ ſcientiæ ſumi ex eo, ꝙ quædã ſint entia ſenſibilia, q̃dã imaginabilia, & quædã merè intelligibilia. Tũ quia obiecta ſcientiæ, nõ cadũt ſub ſenſu, cũ ſint vniuerſalia, ergo oĩa ſunt merè intelligibilia. Tũ quia imaginabilia sũt etiã ſenſibilia p ſẽſus externos, à quib. deriuãtur in phantaſiam. Tum quia diſtinctio ſciẽtiæ, & vnitas debet ſumi ab eo, ꝙ per ſe pertinet ad ſcientiã, quod autẽ obiectũ ſit per ſenſus cognoſcibile, per accidens ſe habet, nam ſi intellectus à ſenſibus non penderet, adhuc in ipſo ſcientię eſſent diſtinctę, vt eſt in intellectu ſeparato.

Secundò falſum eſt abſtractionẽ à materia, prout pręciſionem dicit, ſpecificare ſcientias, nã hęc pręciſio vel dicit actum intellectus abſtrahẽtem, & hic nequit dare vnitatem ſcientię, cum à ſcientia non attĩgatur, & ſolũ ſe habet, vt approximatio obiecti ad ſcientiã: vel dicit denominationẽ ꝓuenientẽ in obiectũ ab obiectũ ab actu abſtrahẽte, & hęc cũ ſit mera denominatio extrinſeca, & ens rõnis materiale, nõ poterit realiter ſpecificare ſcientias; vel dicit abſtrahibilitatem obiectiuã, quatenus obiectũ eſt cõceptibile nõ concepta hac, vel illa rõne in ipſo cõtenta; & neq; eſt potens eſt ſpecificare ſcientias, q̃a vt ſic formaliter ſolũ dicit conceptũ quẽdam negatiuum .ſ. negationem aſſociationis alterius rei, vel realitatis in intellectione, hoc.n. eſt pręſcindere. i. non intelligere præciſum cum eo, à quo fit pręciſio, hęc autẽ negatio non eſt ſpecificatiua ſcientiæ. Tum quia illud poni debet rõ formalis ſpecificatiua ſcientiæ, quod eſt rõ, cur obiectum ſit ſcibile, & cognoſcibile à ſcientia, ſed talis non eſt iſta pręciſio, nam illud eſt rõ ſcibilitatis in obiecto, quod eſt rõ, cur de obiecta demonſtretur paſſio in demõſtratione, talis non eſt præciſio à materia, non .n. per hoc, quod homo eſt ab indiuiduis abſtractus, ideo eſt riſibilis, ſed quia eſt rõnalis. Tum q̃a hæc abſtractio potius ſe habet vt conditio intelligibilitatis obiecti, quã rõ formalis, imò nec eſt neceſſaria ad ſcientiã, vt videbimus in ſolut.arg. Tãdem in reb. ſic abſtractis ab omni materia, adhuc diſtinguẽda eſt rõ materialis, & rõ formalis obiecti, nam ſyllogiſmus v.g. in logica abſtrahit ab omni materia, cũ ſit ens rõnis, & tñ in ſe cõſideratus eſt obiectũ materiale logicæ, nõ formale, ergo logica non habet ſpecificari ab obiecto vt abſtracto: corpus naturale in cõi abſtrahit à materia ſingulari; quãtitas in ſe à materia ſẽſibili; ſubſtãtiæ ſeparatæ, & trãſcendentia ab oĩ materia, nõ ob id tñ ſunt complete obiecta ſcientiarum, imò à pluribus ſcientijs poſſunt conſiderari, ergo abſtractio non erit ratio formalis ſpecificans ſcientias.

Dices, abſtractionem eſſe rationẽ genericam conſtituentem obiectum in ratione obiecti ſcientiæ genericæ complete, continere tamen diuerſos gradus, ad quos per alias rõnes formales contrahitur, conſtituitq; cum illis diuerſas ſcientias. Contra, rõ ſpecifica diſtinguens diuerſas ſcientias contentas ſub illa rõne generica ſcientiæ per abſtractionem cõſtitutæ deberet in ſe cõtinere abſtractionem illam communem tanquam genus, v.g. corpus humanũ vt abſtractum à ma-

teria.

teria singulari est quid cõsiderabile à physica, & medicina, vt naturale contrahitur ad physicā, vt sanabile ad medicinā, naturale, & sanabile nõ includunt abstractionem illā tanquā genus ab ipsis contrahibile, vt se habet naturalitas in cõi ad hāc & illā naturalitatē, vnde valet dicere naturalitas cæli est naturalitas, non valet, ꝙ sit abstractio, nec sanabilitas ē abstractio; ergo ratio communis constituens scientiam communem physicæ, & medicinæ non erit abstractio à materia singulari.

Vel tandem p hanc abstractionem datur intelligi rō formalis positiua obiecti, quatenus ex sui natura includit pricipia, in quibus exprimitur rō inhærentiæ passionis in subiecto, vt explicat Run. & adherent Cõplut. & Io. de S. Tho. & hæc est sententia Sco. quæ adhuc malè explicatur p abstractionē à materia. Tum q.a abstractio formaliter dicit, ꝙ nõ habet res, non ꝙ habet. Tum quia nõ sufficiēter, nec rectè p has abstractiones diuiduntur sciētię speculatiuæ totales, nā logicā abstrahit ab omni materia, vt metaphysica: item arithmetica agit de numero, vt cõi ad res materiales, & spirituales: quæ est abstractio metaphysica, & tū sub mathematica collocatur: astrologia quoq; musica, & perspectiua, quia mathematicæ sunt, ptinēt ad 2. abstractionem, & tñ abstrologia est de corporibus cælestibus, eorumq; motib. aspectibus, & influxibus, musica de numero, vt sonoro, pspectiua de linea vt visibili, ꝙ est materiā sensibilē concernere; scientia tandē moralis abstrahit a materia singulari, quia res in vniuersali considerat, non tñ à materia sensibili, nā cõtemplatur humanas actiones, vt dirigibiles, & p consequens in ordine ad circumstātias corporales, & materiales, & tñ est oĩno à philosophia condistincta: qua rõne impugnatur vltima expositio huius triplicis abstractionis. Cõplut. & Io. de S. Th. cit. multū laborāt, vt sufficientiam huius diuisionis saluent; Sed in re potius voluntaria, q̄ rõnibus firmata non est immorandum: eo vel maximè ꝙ metaphysica ipsa multā cõsiderat, quę in physica quoq; tractātur, agit. n. de pricipijs, de causis, actione, passione, & similibus; phsyica ēt si in se spectetur, cum habeat pro obiecto adæquato substantiā finitā, communem etiā Angelis, vt statuimus quęst. proœm. phys. iam aget de rebus abstrahētibus ab omni materia: quam rationem fusè prosequitur Auersa q. 1. philos. sect. 6. ostendens physicam à metaphysica non distingui.

Præstat igitur dicere cum Scot. distinctionem scientiæ, & vnitatem sumi ex vnitate, vel distinctionem obiecti formalis iuxta explicationē traditā q. præc. ar. 1. qui modus est ipsius Arist. 3. de an. 37. & 38. & 2. met. 2. & 4. & 1. post. 43. vbi Arist. docet vnitatē scientiæ ex vnitate obiecti inuestigandā. Tum quia à quo res accipit entitatē, ab eo sumit vnitatē, & specificationē, scientia verò in sua entitate dependet ab obiecto: quapropter illa erit vna scietia, quæ vnicū habebit obiectū formale .i. quæ rē aliquā considerat sub proprio modo contēplandi, quo non attingitur ab alijs scientijs, quamuis res illa consideretur ab alijs scientijs, sed sub diuerso modo considerandi. Qui modus cum sit medium concludendi passiones de subiecto, erit principale ingrediēs in principijs demonstrationis, & consequenter diuersæ omninò, & disparatæ scientiæ habebunt diuersā principia, & modos pcedendi ad demonstrandas passiones; & hinc est, quod aliqui vt Aureol. assignant diuersitatē scientiæ ex diuersitate principiorū, vel modi procedendi ad probandas conclusiones, hæc autē distinctio non est prima, & radicalis, nam ideò principia sunt diuersa, quia diuersa est ratio formalis obiectorum; ideoq; omnis distinctio, vel vnitas scientiæ trahit originem ab vnitate, vel distinctione obiecti.

Ceterum assignare distinctionem omniū scientiarū non est præsentis negotij, sicut nec obiecta omnium scientiarū vestigare, quorum cognitio requiritur, vt vnita-

vnitatem, vel distinctionem scientiarum cognoscamus. Solum addimus, vt optimè notat Auers.q.27.Log.sect.9. ꝙ nō quælibet formalis rō obiecti debet totales sciētias multiplicare, nimis.n.confunderetur intellectus; q̃a tot essent sciētiæ, quot naturæ rerum, de quibus possent passiones demōstrari, vt igitur certo numero, & ordine ꝓcedatur in scientijs, rōnes illę formales aliqua naturali ꝓportione, & vinculo colligatæ, & in vna cōi rōne conuenieates in vnū collectæ ad eandē spectabant scientiā totalē; quæ verò sunt inter se dissitæ, nec aliquā habent affinitatem, & ꝓportionē, dissitas, & diuersas cōstituent scientias; sic quia entia materialia, vt sunt motui subijcibilia, illiusq; principium in se ipsis includunt, habent magnā connexione, & naturale vinculum inter se hac occasione Doctores de his oībus vnā totalē scientiam construxerunt, idem de rebus practicis dicendum, de rebus mathematicis, & metaphysicis, nimis .n. lōgum esset obiecta omnium scientiarum recensere, vide Auers.cit.& sect.7. & 8.

In oppos. arguunt Complut.& Io. de S. Th. primò, ꝙ nostra sententia nō satis explicet punctum difficultatis, nā cum dicitur, ꝙ licèt eadem res materialiter inspecta possit ad plures attinere scientias, non autē formaliter propter diuersum modū definiendi in vna scientia, ac in alia; restat adhuc explicandum, in quo consistat hæc diuersitas in definiendo; & ex alio capite nequit prouenire, nisi ex diuersitate immaterialitatis, & abstractionis, q̃a s. ex diuerso modo apprehendendi, sequitur diuersus modus definiendi. Conf. nō pōt in nostra sentētia reddi ratio, cur tot definitiones assignatæ in vna scientia ad illā ꝑtineāt, nisi ad diuersum abstrahendi modū deueniatur; nā si dicatur hoc esse, quia omnes illæ definitiones ab vno subiecto habent coordinationem, & dependentiā, explicandum remanet, vnde sumatur ista coordinatio, quæ vnitatem istam constituat; si pro radice assignetur diuersus modus definiēdi, iā iste ex diuersa abstractione ortū ducit; si dicatur hoc esse, quia oēs definitiones particulares vniuntur, & cōtinentur sub vno cōi genere, cōtra est, q̃a hæc vnio, & subordinatio nonnisi ab abstractione, & immaterialitate pōt ꝓuenire; ergo simpliciter respondere, ideò sciētiā esse vnā, q̃a in ea cōsiderata vniuntur in vna rōne formali obiecti, est petitio prīcipij, & nugatio, huius.n.rō inquiritur. Accedit tādē, ꝙ si vnio in vno cōi sufficeret ad vnitatē scientiæ, iā oīum vna daretur scientia, nec esset ratio, cur oēs mathematicæ scientiæ nō sint vna scientia genere.

Resp. ex dictis satis sufficienter ex rōne formali obiecti explicari vnitatem sciētię, neq; abstractionem aliquid cōferre, nisi ꝑ ipsamet rōne formali, & considerādi modo explicetur; declarare autem, in quo hic peculiaris definiēdi, & cōsiderādi modus cuiuscunq; scientiæ cōsistat, nō ꝑtinet ad logicā, sed ad vnāquamq; scientiā in particulari; sic physica docet finē eius esse cōsiderare entia naturalia, vt in hac cōmuni ratione naturalitatis, & habendi principium motus, & quietis conueniunt, sub qua deinde ratione descendit ad inferiora contemplando illa, vt propriam naturalitatem sub naturalitate in cōmuni cōtentam habent: musica docet finem ipsius esse considerare numerum, vt sonorum, & in gratiam huius varias proportiones, & affectiones ponderat; mathematica in cōmuni habet considerare quātitatem sub ratione mensurabilis; metaphysica contemplatur omnia entia secundum rationes quasdam generales, practica sciētia operationes vt dirigibiles in materia morali: & falsum est has diuersas rationes formales originari à diuersa abstractione; nā præter quam quod hæc abstractio, vt communiter explicatur, non satis explicat distinctionem scientiarum, cum multa vnius abstractionis considerentur ab alijs scientijs; adhuc tamen hæc causalis non est vera, ideò corpus naturale est considerabile vt naturale, quia ab-

strahi t

ſtrahit à materia ſingulari, nec iſta, ideò quãtitas eſt mẽſurabilis, q̃a abſtrahit à materia ſingulari, & ſenſibili; ergo hæc abſtractio non erit radix ſcibilitatis obiecti; ſed radix erit propria natura cuiuſcunq; obiecti; petere aũt, cur aliqua obiecta habeãt naturas conſimiles, & affines, aliqua non, alia rõ adduci nequit, niſi q̃a hoc eſt hoc, & illud eſt illud. Ex his liquet ad 1. cõfir. Ad 2. cõcedimus ſeq. attamẽ claritatis, & cõmoditatis gratia hãc ſcientiã ſimpliciter totalẽ in plures ſecundum quid totales diuiſam fuiſſe, vt ſupra diximus.

Secundò ꝙ immaterialitas ſit rõ diſtinctiua, prob. tum q̃a intãtum res eſt intelligibilis, inquãtum eſt à materia ſeparabilis, eo ꝙ ĩtelligibile idẽ eſt, ac ſpirituale, & ſpiritualitatis prĩcipiũ eſt à materia denudatio, ergo intm̃ res eſt ſcibilis hoc, vel illo mõ inqm̃, ẽ diuerſimodè à materia abſtrahibilis; quare radix ſcibilitatis rei hoc, vel illo mõ erit diuerſa immaterialitas; & ſic qdo diuerſæ definões ſub eadẽ abſtractione ꝓcedunt, licèt diuerſas q̃dditates definiãt in eſſe rei, dicuntur tñ eiuſdem ſpeciei, vt definitiones phyſicæ, quia oẽs eodem modo procedunt includendo materiã ſenſibilem motui ſubiectam oẽs erunt eiuſdem ſpeciei in eſſe ſcibilis ꝓpter cõſimilẽ definiendi modum. Tum 2. Ariſt. 6. Met. c. 1. ſcientiã ſpeculatiuã per triplicẽ abſtractionem in tres ſcientias diuiſit.

Reſp. ad 1. neg. aſſumptum, nam & ipſa indiuidua materialia ſunt intelligibilia, imò p ipſa intelligimus ſpiritualia, vnde iuuamur pro ſtatu iſto ĩ cognitione à rebus materialibus; & quãuis in ſciẽtijs debeat fieri abſtractio ab indiuiduis, hoc nõ eſt, q̃a indiuidua ſint prorſus in intelligibilia, nã actus ipſe abſtractionis nõ pſupponit obiectum abſtractũ, ſed q̃a ſcientia eſt tm̃ vniuerſalium; vnde hæc abſtractio ẽt in ſpiritualibus fieri debet; & ꝓpriè eſt abſtractio ſuperioris ab inferiori: falſum ẽt eſt intelligibile idem eſſe, ac ſpirituale, nã entia materialia, cum ſint eſſentialiter alia, nõ poſſunt vt ſpiritualia concipi; falſum eſt quoq; definitiones diuerſarũ q̃dditatum in eſſe ſcibilis eiuſdẽ eſſe ſpeciei, vt art. ſeq. Sed vt penitus hæc ratio ſoluatur, not. quòd cum aſſeritur res materiales non cadere ſub ſcientia, hæc immaterialitas requiſita, vel dicit conditionem, & prædicatum obiecti, & eſt falſum, quia materialis non poteſt vt immaterialis apprehendi; neq; materialitas obiecti eſt ratio cõtingentiæ ipſius quò ad ſcibilitatẽ, quia etiam in ſpiritualibus dantur propoſitiones contingentes, vt Angelus mouetur, intelligit, &c. vel ſe tenet ex parte potentiæ, quatenus dicit modum, & mediũ cognoſcendi, eo quia intellectus nõ pcipit materialia materiali modo, .i. per ſpecies materiales, vt ſenſus, ſed immaterialiter .i. per ſpecies immateriales, & in hoc ſenſu veræ ſunt illæ propoſitiones, res materiales nõ cadunt ſub ſcientia, materialitas impedit intelligibilitatem, & ſimiles. Ab Ariſt. dicimus aſſignare ſufficientiã ſcientiarum penes obiecta, & diuerſos definiẽdi modos, quos circũſcribit p abſtractionem à materia, re vera tamẽ intendit aſſignare rationes formales obiectorum.

ARTICVLVS SECVNDVS.

An ſcientia ſit vna ſimplex qualitas.

Loquimur de ſcientia totali, & præcipuè habituali; fatemur autem hanc difficultatem eſſe potius animaſticã, cum ſit cõmunis omnibus habitibus, præſuppono natq; cognitionem, quomodo fiat intẽſio qualitatum; verum quia in q. proœm. cuiuſcunq; ſcientiæ queri ſolet, an illa ſcientia ſit vna, & quã vnitatẽ habeat, nequeat explicari, niſi ſimplicitas habitualis ſcientiæ inueſtigetur, idcircò hanc monemus dubitationem, quantum noſtro inſtituto ſat erit, reliqua ad lib. de an. remittimus.

Prima extrema opinio docet ſcientiã eſſe vnum ſimplicẽ habitum p primã demonſtrationem illius ſcientiæ acquiſitum facilitantem intellectum, non ſolũ circa illam demonſtrationem, ſed ẽt circa omnes, quibus perficitur per quandã extenſionem, ita D. Tho. p. 2. q. 54. ar. 4. vbi

Caiet.Med.Vasq.disp.80.Val.q.6.de habit. pun.3.Salas tract.10.disp.5.sect.1.Ruu.q. 4.proç.Log.Cælest.disp.1.Log.sect.4.Cóplut.disp.19.q.4.Io.de S.Tho.q.27.art.2. Differunt aũt,quo pacto habitus ille dicatur extendi ad alias concl. postquã secundum essentiã p primã demonstrationem fuit acquisitus, nã Caiet ait, q in intellectu est potentia ad scire primã,secundam, tertiã,& cæteras conclus.cum habitus acquiritur pficit intellectum quò ad primã potentiã,p 2. demonstrationem extenditur ad pficiendum intellectum quò ad 2. potentiã, & sic deinceps, siuè sint plures istæ potentiæ in intellectu, siuè vna formaliter,& virtualiter multiplex;hoc modo igitur dicitur extendi,quatenus intellectus non remanet interminatus erga 2. demonstrationem,sed terminatur p habitum,cui subijcitur.Io.de S.Th.ait extendi nõ p acquisitioné nouæ entitatis; sed per acquisitioné nouarum specierum. Vasq. & Salas admittunt nouã entitatem in habitu p 2. demonstrationem, quæ tñ non sit eiusdẽ rõnis cũ entitate habitus, sed modus quidã.Ruu.& Cælest. q sit oìnò eiusdem rõnis,sicut calor intensione acquisitus, & eiusdem rõnis cum præexistente.

Secunda sent.extrema est Scoti multiplicantis habitus ad multiplicationẽ conclusionum, & demonstrationũ in sciẽtia, itaut quot sunt conclusiones demonstratæ, tot sint habitus generati specie distincti;ita 6.Met.q.1.& q.3.prol.D.& T.& 1. d.3.q.7.ad.2.princ.& 3.d.25.q.2.in fin. & d.31. D, & d.36. L, ipsum sequuntur oẽs Scotistæ,vt Lich.& Tat.in prol.cit.Bassol. q.6.Ant.And.6.Met.q.1.Zerb.q.3. Faber. disp.3.Meur.q.6.proç.Met.Paris.q.1.proç Log.& 1.post.q.vlt. Camerar. q.16. Log. Fuent.q.4.Log.diff.3.ar.2.Canon.1.Phys. q.1.itẽ Nominales oẽs,& ex recentiorib. Conimb.1.post.c.23.q.vn.ar.4. Suar.disp. 44.Met.sect.11.Hurt.disp.16. de an. sect. 4.Arria.disp.1.Log.sec.3.Auers.q.49.Phil. sec.7.Moris.disp.12.Log.q.4.Blãc.disp.vl. sect.8.Amic.tract.27.disp.4.q.1. dub.2.& 3.Tolet.quæst.3. proæm. Log. & alij.

Tertia media sent. est quorundã apud Rubion.q.7.prol. asserentium conclusiones in scientia demonstratas esse duplicis generis, vel .n. demonstrant diuersas passiones de diuersis partialib. subiectis, & harum dantur habitus specie distincti; vel demonstrant diuersas passiones de eodẽ subiecto, & hoc dupliciter, vel successiuè, & distinctis demonstrationibus, & de istis dantur habitus specie distincti partiales, vel simul,& eodem actu demõstratiuo,s.s.de oĩbus passionib. fieret vna propositio de prædicato copulato; vt oĩs homo est risibilis,admiratiuus,disciplinabilis, &c. & tunc concedit de istis omnibus dari vnum habitum specie infima.

Dicimus tñ ad multiplicationem conclusionum in scientia, seù proprietatum, siuè pluribus, siuè vnica demonstratione demonstrentur, multiplicari habitus specie distinctos, & cõsequenter scientiã totalẽ nõ esse vnũ specie,& simplicem habitum,sed plures,ita Doct.cit.& prob.ab ipso duabus pcipuè rationibus 6. Met. q. 1. quibus tã nominales, q̃ recentiores vtuntur,vt est videre maximè apud Greg. q.3. prol.ar.1.Prima rõ actus circa illas concl. specie distinguuntur,ergo habitus in illas inclinãtes,& ab illis actibus producti erũt specie distincti;antec. prob. actus illi, qui sunt scientiæ actuales partiales, habẽt diuersa specie obiecta,ergo specie distĩguũtur,nã vt cũ Arist.ar.præc. diximus ex distinctione obiectorũ valet inferre specificam distinctionem actuum; antec. prob. actus scientifici, vel sunt de passionibus diuersorum subiectorum,vel de passionibus eiusdem subiecti,primi iam differunt quò ad passiones,subiecta,media,& principia, vt cũ de cælo demonstratur incorruptibilitas propter carentiam materiæ, & contrariorum, de sublunaribus corruptibilitas per compositionem ex materia, & contrarijs,non.n.apparet,quomodo in istis actibus cadere possit vnitas specifica, si obiecta genere differunt, similiter

princi-

principia, quibus demonstrãtur passiones illæ; secundi si demonstrãt passiones illas eodẽ medio.s.definitione subiecti, adhuc obiecta proxima differunt specie, nã prĩcipia integrãtur ex medio, & passione, & cõsequenter si passio est diuersa, principia cõplexa erũt diuersa, quia speciales habẽt veritates, euidentias, & cõplexiones, idẽ de conclusionibus dicendum, vt docet Doct. 3.d.28. in fin. multò magis quando medium est diuersum, idem erit dicendũ.

Conseq. arg. princ. prob. Tum quia idẽ est obiectum actus, & habitus ab illo producti; vnde actus ab obiectis specificantur, habitus ab actibus. Tum quia si actus specie distincti eundem specie habitum possent causare, non esset rõ, cur in intellectu vnus tantùm habitus non admittetetur. Tum quia habitus est quoddã semẽ actus, in quem inclinat potentiã, semina aũt specie differunt, si illorũ fructus sunt specie diuersi. Tum quia actus illi producunt habitus, vt sunt oĩnò distincti, & nõ vt in aliqua formalitate saltim virtualiter assimilãtur, quomodo duæ causę ęquiuocæ eiusdem effectus dicuntur assimilari, ergo habitus ꝓducti erunt specie diuersi.

Resp. Thomist. actus illos specie distingui in esse rei, & quò ad rõnẽ subiecti formalẽ *quæ*, nõ in esse scibilis, & rõnem *sub qua*, quæ est vel abstractio à materia; vel rõ formalis obiecti, vel vt ait Ruu. cõnexio, & dependentia principiorũ eiusdem scientiæ adinuicẽ; nã licèt in sciẽtia totali sint diuersa, se inuicẽ tñ supponunt, & vnũ ab alio dependet, vt in Philosop. principia lib. de cælo supponunt essentialiter principia cõia corporis naturalis, principia lib. de gen. dependẽt à principijs lib. de cælo, & sic de alijs, idẽ in Log. apparet, nã principia lib. prio. præexigũt principia lib. ꝑdicab. ꝑdica. & periherm. prĩcipia lib. top. elench. & post. dependent à principijs lib. prio. & propter hãc dependẽtiã, quãuis in esse rei sint diuersa, non tñ in esse scibilis.

Sed iam art. præced. has respons. reiecimus; nã arg. procedit de obiecti in esse scibili, hoc.n. nõ est aliud, quã cognoscibilitas obiecti, nõ quæcunq; sed mõ illatiuo, seu vt ꝑ demõstrationẽ est scibile, ergo si obiecta, vt in demonstratione sumuntur, sunt diuersa, erunt in esse scibili diuersa. Tũ q̃a etsi hoc esse scibile esset abstractio à materia, adhuc non soluitur argumentum; nã abstractio licèt si consideretur in ordine ad terminũ, à quo fit, vt sunt singularia in prima abstractione, materia sẽsibilis in secunda, & quæcunq; materia in tertia posset dici eiusdẽ rõnis, attamen si spectetur terminus, ad quem.s. res abstracta, est oĩnò diuersæ rõnis, sicut res illæ specie distĩguuntur, diuersasq; passiones, & media includunt, ac veritates cõplexas; specificatio autẽ scientiæ non debet sumi ab abstractione, vt respicit terminũ à quo, nã sic est conceptus negatiuus, sed vt respicit terminũ ad quem; *Si* verò per rõnem *sub qua* intelligatur ratio formalis obiecti, & modus cõsiderandi ipsius, adhuc vrget arg. quia hæc ratio formalis est tñ vna genere in scientia totali, vt patet in naturalitate, quæ genus est ad naturã cæli, elementi, mixti, &c. Tum quia etsi eadem sit, tamen in demonstratione, vt sumitur cũ diuersa passione subiecti, cõstituit diuersã principia, & complexas veritates, saltim partialiter, vt dicebamus, ergo conclusiones deductæ erunt diuersæ speciei. Tandem connexio illa principiorum non infert identitatem specificã, aliter scientia subalternans, & subalternata essent vna specie scientia, quia sunt connexæ quoad principia; tum quia maior dependentia reperitur in causis essentialiter subordinatis, vt sunt causa prima, & secunda, quàm inter principia communia, & particularia, at illa depẽdentia potius arguit distinctionem specificã, quàm identitatem; idem euenit inter assensum conclusionis, & assensum principiorũ, & inter habitum conclus. qui dicitur scientia, & habitum principiorum, qui vocatur intellectus; inter primam, & secundam operationem intellectus.

Secun-

Secunda rō princ. desumitur à Scot. ex separatione, nam videmus, ꝙ poterit quis habere primā concl. scientiæ, & cōsequēter habitum facilitantem potentiam erga illam concl. nō tamen erga alias, sicut habet, qui perfectè acquisiuit totalem sciētiam; imò progressu temporis potest haberi habitus circa decimam, vel cētesimam concl. & amitti habitus circa primam, ergo non est idem habitus facilitans potentiam circa omnes conclus.

Resp. concedendo in princ. habitum illum non inclinare potentiam ad omnes conclusiones scientiæ, vel propter defectum specierum repræsentantium cōclusiones illas, & defectū applicationis, seù exercitij ipsius potentiæ: vel quia nouis illis actibus pficitur habitus, qua rōne idē essentialiter prius erat impotens ad concurrendū, postea fit potens, quæ pfectio poterit ꝓuenire, vel qa determinat intellectum secundum aliā, & aliā potentiā, vt Caiet. vel quia acquirit de nouo modum quendā diuersæ rōnis à seipso, vt Vasq. vel tandem quia perficitur per additionem entitatis eiusdem rationis, vt Cælest.

Istæ respons. non iuuant. Tum quia falsum est habitum intrīsecè habere vim facilitandi potentiā erga oēs concl. nā habitus ex primo actu scientifico productus, quicquid habet virtutis, ab illo actu recipit; sed nequit actus ille includere pfectionē oīum actuū scientiæ, ergo nequit producere habitum includentē vim facilitādi potentiā in oēs actus. Tum quia potest quis post 4. vel 6. concl. elicere erroneum actum circa obiectū scientiæ, ergo si vnicus esset habitus oīum concl. idem habitus esset simul scientia, & error, ꝙ repugnat. Nec valet respons. Caiet quam etiā approbat Arriag. non sequi repugnantiā, quia non est respectu eiusdem concl. sed diuersæ. Non valet, quia error, & scientia sunt diuersæ species essentialiter diuidētes habitum in cōmuni, ergo non possunt eidem habitui conuenire, siuè in ordine ad idem obiectum, siuè respectu diuersorum, aliter idem habitus in duabus speciebus; tum qa vt notat Greg. cit. adhuc esset error, & scientia respectu eiusdē; nā si ille talis elicuisset loco erronei actus actum oppositū scientificū, vel si post elicitionē erroris, mutaret sententiā, idē habitus inclinaret in illā oppositā concl. verā, & sic in se esset scientificus habitus illius concl. & tñ idem oīno inclinabat in actū erroris oppositū, ergo esset habitus erroneus, & scientificus respectu eiusdē; tum quia si admitteretur solū respectu diuersorū, adhuc seqtur intētū, nā error 2. cōcl. est cōpossibilis cū sciētia primę, incōpossibilis cum scientia secundæ, ergo habitus scientificus primæ nō est idē cum habitu sciētifico secundæ; prob. cōseq. qa habitus scientificus primæ est cōpossibilis cū habitu erroneo secundæ, cum quo est incompossibilis habitus scientificus secundæ.

Deinde impugnantur singillatim; nam prima non valet, quia etiā si acquirerentur species de nouo, non statim redditur facilis intellectus, sed difficulter assentit illi nouę cōclusioni, quę difficultas tollitur p exercitium, signum euidēs dari nouum habitū in intellectu, nā habitus est quædā facilitas potentiæ ergà aliqꝺ obiectum ex frequentatis actibus acquisita, vt in lib. de an. dicemus. Nec resp. Caiet. satisfacit, impceptibile .n. est, quo pacto habitus determinet intellectum sm̄ vnā potentiā, & nō secundū aliā, si .n. habitus potens est perficere, & intellectus est potens perfici, & sunt simul vnita, qūo ipsum intellectum non perficiet secūdū vltimum suæ potentiæ? & qūo deinde omninò immutatus perficit de nouo, & redditur potens, & pfectus? aliqua ergo mutatio erit in habitu. Qđ si admittatur noua entitas modalis non euitatur difficultas, nam actus producens modum poterat primò acquiri, & tunc produxisset habitum, non modū, & tamen est diuersus ab alio actu, ergo non poterit habere vim producendi eundem habitum, sed aliū diuersum; tum qa poterit quis obliuisci primæ conclus. &

con-

consequenter amittere habitum circa illã, retinere tñ cognitionem, & facilitatẽ erga alias, ergo hęc facilitas erit verus habitus, nõ entitas modalis, de cuius rõne ẽ, ꝙ nõ possit esse sine re, cuius est modus. Nec põt dici, ꝙ illud additum sit entitas eiusdẽ rõnis, qa si prius nõ inclinabat potentiã ad oẽs, nec postea, cum sit eiusdem rõnis, & virtutis, & solũ discrimen sit ex parte intẽsionis; tũ qa si qs eliceret actũ vt circa 4. circa primã concl. alius verò eliceret 4. actus 4. cõclusiones, quorũ quilibet sit vnũ, isti habebunt æqualẽ habitũ in intensione, stãte ista opinione, & tñ habitus primi solũ inclinaret in primã concl. habitus secundi in 4. ergo intẽsio habitus ꝑ partes eiusdẽ rõnis nõ sufficit, vt plura, & diuersa respiciat obiecta, sed noua entitas, & alterius rõnis exigitur ĩ itellectu.

Ex quibus manet etiam reprobata media sententia ponens habitum illũ ex vnica demonstratione de ꝑdicato copulato generatũ: nã præterquã ꝙ oẽs rõnes formatæ cõtra primã, vrgent contra istã; magis adhuc refellitur, nã si passiones illæ, vt diuersis actibus cognoscuntur, sunt diuersæ rõnis, & possunt habitus specie distinctos ꝓducere, ex hoc, ꝙ vnitæ cognoscerentur, nõ mutarent naturã, sed oĩno eædẽ essent, ergo non vnum, sed diuersos producerent habitus; tum quia falsum est posse vnico actu cognosci, vt dicemus.

Soluuntur Obiectiones.

IN oppos. arguunt 1. à simili, nã habitus principiorum non est ab habitu scientiæ distinctus, vnde Arist. 6. Eth. c. 7. sapiẽtiã ait esse scientiã, & intellectum. Prudẽtia, quãuis sit circa plurima diuersa, & spe cie distĩcta, est vna ex Arist. cit. c. vlt. fides in fusa est vnus simplex habitus, quãuis articuli crediti sint diuersi. Tẽperantia ẽ vna, & tñ posset quis habere temperantiã circa cibum, non circa potum, aut res venereas; idẽ de iustitia, & cæteris virtutib. moralibus, siuè infusis, siuè acqsitis dicẽdum. Charitas inclinat in amorem Dei, & proximi, in dilectionẽ amici, & inimici, & estò sit maior difficultas circa amorẽ inimici, non ob id nouus, & distinctus habitus charitatis ponitur. Potentia est vna, & tñ fertur in diuersa specie obiecta. Vnica visione oculus fertur in imaginem, & si species colorum sint diuersæ. Vnico actu videntur sensibile propriũ, & cõe, vt quãtitas, & albedo, illa est sensibile cõe respectu visus, quia est à tactu pceptibilis, ista est proprium, & tamen genere differunt. In Angelis admittunt Theologi species vniuersales rerum specie distinctarũ; insup asserunt eadem visione beatifica videre Deum, & creaturas in Verbo, per nouum respectum terminationis. Et tandem eadem relatio extenditur ad plures terminos, ergo idem dicendum de habitu scientiæ, .s. quod dicersitas obiectorum, & conclus. non inferat distinctionem specificam habituum, nam sufficit, vt aliquo modo conueniant in vna ratione scibilis.

Resp. has rationes petere longiorẽ disputationem in lib. de an. vel in Theol. discutiendam, & præcipuè an habitus, & actus specificentur ab obiectis, tum formalibus, tũ materialibus, vt docent Hort. & Arriag. an solum ex formalibus, vt asserit cõmunis cum Scot. cit. pro nunc igitur breuiter dicimus, falsum esse, habitũ principiorum esse idem cum habitu conclus. nã sicut actus princip. est causa act° conclus. ita habitus princ. mediante actu est causa habitus conclus. Arist. autem, vel loquitur de sapientia pro qualibet facultate intellectiua, vel pro Metaphys. cuius munus est principia aliarum sciẽtiarum probare, quo sensu dici potest scientia, & intellectus eminenter, non formaliter, & quocunq; modo sumatur nunquã dicet vnum habitum formaliter, sed plures, vnum verò vnitate gñca, vt art. sequ. Prudentia dicitur vna ab Arist. non specificè, sed genericè, vt explicat Scot. 3. d. 36. L. Fides infusa, inquit Doctor 3. d. 23. D. est vna specie, quia vnica specie est ratio formalis assentiendi rebus fidei .s. authoritas reuelantis Dei, non materi-

sentia-

sentitur credibilibus ex proprijs rōnibus illorū, sed vt sunt à Deo reuelata, at sciētia ter[...]it in concl. nō tñ ꝓpter principia secundum propriā veritatē, quam principia habent ex terminis, sed etiam secundum propriam veritatem, quam ipsa cōclus. habet ex terminis aliā à veritate princip. illa.n.est veritas mediata, hæc immediata; ideò ad multiplicationē concl. multiplicatur specie scientia: Meuriss. tñ docet fidē infusā ēt specie distingui ad multiplicationem credibiliū, contra Doct. cit.

Temperantia, si habet vnā rōnem formalē specificā honestatis, est vna specie; & simplex qualitas, quāuis obiecta materialia sint diuersa; nec noua difficultas, quæ circa aliqđ obiectum .s. circa potū experitur, debet arguere distinctum habitū in voluntāte, sed solum in potentijs sensitiuis; nā obiecta ista possūt dupliciter cōsiderari, vel in ordine ad potentias rationales, & sic merè materialia sunt, quia hę potentiæ solā rōnem formalem virtutis in ipsis cōsiderant, & appetunt, parū curādo de diuersitate specifica inter se; vel in ordine ad potentias sensitiuas, & hoc mō sunt obiecta formalia, ꝓpter diuersā specie delectabilitatem, quā habent, & sic diuersos actus, & habitus specie causabunt. quare habituatus circa temperantiā cibi pōt adhuc habere difficultatem circa potū, quia nouo indiget habitu, nō in voluntate, sed in potentia apprehensiua, & appetitiua sensibili. Vel dicendū tēperantiam, & cæteras virtutes morales habere vnitatē genericā, nō specificā, vt pſertim de iustitia docet Scot. 3. d. 31. D. & idē de infusis dicendū, quæ tñ à Scotistis negari solent. Charitas est vna specie, quia est vnius obiecti formalis .s. amoris Dei pp se, & amor ꝓximi siuè amici, siuè inimici non differt, nisi materialiter ab amore Dei, vt ostēdit Scot. 3. d. 28. & licèt aliqua difficultas sētiatur, hoc est ꝓpter potentiā sensitiuā irascibilēvt de cibis diximus.

Potentia est vna, quia non specificatur à quolibet obiecto inadæquato, sed ab obiecto adæquato, cum sit vniuersalior, & vniuersalius respiciat obiectum, nō sic habitus; aliter vnus daretur respectu omniū actuum, sicut vna potētia, vnde mediam tenet viā inter potentiā, & actum, nā potentia eadem numero pōt in plures actus specie tendere; actus idē numero in vnum numero obiectū, at habitus idem numero, & simplex in plures consimiles actus. Oculus non vnica visione attingit colores imaginis, sed pluribus, signū euidens, quò plures sunt colores, eò maiori attentione oculum indigere, vt imaginē prospiciat. Quantitas ab oculo non videtur propria specie, sed specie coloris, vnde se habet quasi obiectum materiale. Species illæ vniuersales in Angelis negātur à Sco. 2. d. 3. q. 10. & si admitterentur, non valeret paritas, quia species illæ essent à Deo infusæ, at habitus, quia generatur ex actibus nonnisi in similes actus, à quibus ꝓducitur, pōt inclinare, & quia actus specie distincti habēt diuersas specie actiuitates, vt iā probatum est, idcircò non possunt dari habitus isti vniuersales. Beati, si tendunt in Deum, & in creaturas diuersis actibus, vt probabiliter docet Scot. 3. d. 14. q. 2. argumentum non vrget; si verò vnico actu, vt *ibid.* asserit Doct. & q. 3. prol. Y. & 1. d. 1. q. 2. ar. 2. *dicimus* creaturas esse obiecta secundaria, & materialia, non primaria, motiua, & formalia, cognoscuntur .n. nō secūdum proprias euidentias, & in seipsis, sed secundum claritatē diuinæ essentiæ, ideò non est paritas, nā loquimur de obiectis formalibus specie diuersis; & si valeret; probaret ēt vnicum habitum esse oīum rerum, sicut vnica visione beata videri possunt oēs creaturæ possibiles. Tādem assumptū de relatione est falsū, dt diximus disp. 8. q. 6 ar. 2.

Secūdò arguūt rōne; Tum quia scientia est vna species qualitatis, sed nulla species est ex pluribus speciebus constituta, ergo nec scientia; ma. patet, quia rectè infertur, habitus est vna scientia, ergo vna qualitas. Tum 2. sequeretur, habitum de

ente

ente creato posse pfectiorē esse habitu de Deo,nā iste sit vt decē,ille cōtineat viginti habitus particulares, quorū quilibet sit pfectus vt vnum includet viginti gradus pfectionis,ergo pfectior. Tum 3. qui acqsiuit habitū circa primā cōcluſ. facilius deinde cognoscit secundā, sicut sciēs vnā cātionē,facilius canit cæteras,ergo idem habitus inclinat ad actus diuersos, nā habitus est facilitas.Tum 4. p rōnem formalē subiecti demōstrātur oēs passiones de ipso, ergo vnicus habitus harū passionū, quia vnicum obiectum motiuum, & formale. Tū 5. habitus isti secundū nos sunt diuersæ qualitatis species, ergo sēper erit verum dicere scientiā esse vnam simplicem qualitatem.Tum 6.si scientia totalis esset quid ex pluribus aggregatum, ergo formaliter esset relatio,& ordo; quod est falsum.Tandem eadē scientia est contrariorū, q̄uis specie distinguātur,ergo,&c.

Resp.ad 1. mai. valere de scientia partiali,& vnius concluſ.& de vnitate intrinseca, & de ista rectè infertur, q̄ sit vna qualitas specificè,non de totali,& vnitate obiectiua,quę solū dr̄ vna genericè,vt ar. seq.Ad 2.habitus de ente creato semp erit impfectior obiectiuè, licèt intensiuè, vel extēsiuè sit pfectior,q̄ non implicat;tum quia illi viginti habitus nō conficiūt vnū essentialiter habitū vt viginti,sed sūt plures habitus, vt infra. Ad 3. qui acquisiuit habitum primæ cōcluſ. facilius cognoscit cæteras nō p facilitatē inclinātē determinatè ad cognitionē illarū, sed p facilitatē inclinantē indeterminatè ad actus aliquo mō cōsimiles proprij actibus,nā ide habitus p concomitātiā iuuat potentiā ad eliciendos actus alterius rōnis,quatenus isti cōueniunt in rōne generica cū actibus ꝓprijs illius habitus, & quo magis actus isti cōueniunt,eò magis habitus iuuat; sicut exercens actū vnius virtutis, facilius exercet actū alterius, qa p primo assuefit obedire rectæ rōni,& bonū honestū amare,in q̄ua rōne actus illi cōueniūt; & cōmittens vnū peccatū, prōptus aliud committit,iuxta illud *Abissus abissum inuocat*, qa p primū peccatū fit prōptior ad aspernendum rectū dictamen. Ad 4.iā diximus supra, in casu quāuis sit vnū obiectū formale remotū.s. definitio subiecti, ꝓximū tñ .s.principia demōstrationis sunt diuersa;tum quia ipsamet definitio aliter sumitur in vna,ac in alia demonstratione,.s.in vna, vt est causa virtualiter cōtinens vnā passionē, in alia vt virtualiter continens, aliā, quare est aliquo modo diuersa ratio formalis causādi.Ad 5.nō negamus habitus formales, & partiales esse simplices qualitates, sed habitus totales, & genericos. Ad 6. si per sciētiā totalē intelligatur aggregatio,& ordo partialiū habituū,cōcedimus sequelā,attamen cōmuniter, vel sumitur pro habitibus ipsis partialib., vel pro habitu generico cōtinente partiales, vt explicabimus art.seq. idcircò neg. seq. Ad vlt.opposita ptinent ad eandem sciētiā,non quia eadē specie cognitio sit ipsorum, sed quia scientia totalis habet explicare oīa, quæ adinuicem aliquo pacto sunt connexa, præcipuè in cognitione, qualiter se habent opposita, nā vnius cognitio iuuat ad cognitionem alterius.

Tertiò,pro media sent.arg. posſūt vnico actu oēs passiones subiecti p eius definitionē demonstrari, ergo si sæpius iteretur actus iste,generabitur vnicus habitus inclinans in oēs passiones subiecti;cōseq. patet, qa si vnica est causa, vnicus quoq. erit effectus;antec.prob. sicut pōt de oīb; prædicatis quidditatiuis cōfici vnica propositio de pdicato copulato, dicendo, homo est substātia corporea,animata,sensitiua,rationalis,quæ vnico actu cognoscetur,ita poterit de oībus prędicatis in quale accidentale inseparabiliter,vt sunt passiones, confici vnica propositio constan. ex prædicato copulato, & demonstrari p definitionem de subiecto, v.g. omne animal rationale est risibile, disciplinabile, admiratiuum,&c.homo est animal rationale, ergo est risibilis, disciplinabilis, admiratiuus,&c.patet paritas,quia non minus

nis prædicata quidditatiua in nostra sententia distinguuntur à subiecto, quàm passiones .s. formaliter.

Resp.neg.antec.& ad probat. neg. paritas,qa etsi pdicata quidditatiua formaliter distiãtur à subiecto,attamẽ sunt talis naturæ, vt integrẽt vnã rõnẽ formalẽ cõpletã; hinc quãuis se iunctim considerata explicentur actu specie distincto, non tñ vt in vno subiecto vnita intelliguntur; non sic passiones, quæ magis formaliter distinguũtur à subiecto, quã pdicata qdditatiua; etenim passiones simul sumptæ nõ faciũt vnã realitatẽ cõpletã,&cõseqnter non possunt vnico actu concipi, sed potius pluribus actibus simul, vndè non est vna demonstratio, sed plures, nec vnicus generabitur habitus, sed diuersi.

ARTICVLVS TERTIVS.

Qualis sit vnitas scientiæ totalis.

Eclarauimus hucusque dari diuersas totales scientias,quæ non sint vnus simplex habitus,sed plures,quot sunt cõclusiones in vna totali scientia demõstratæ videndum restat,quo pacto isti partiales habitus cõstituent vnã scientiã totalẽ.

Aliqui, inter quos citãtur Nominales, docent partiales habitus v. g. Logicales vnã Logicã cõstituere solum vnitate aggregationis, sicut plures lapides vnũ cumulum faciunt. Ab his parũ distat Hurt. disp. 1.Met.§. 190.& seq. asserens in sciẽtia totali dari tot habitus oĩnò disparatos quot sunt species specialissimę in ipsa cõsideratæ,& oẽs istos habitus integrare scientiã totalem p aggregationẽ.Quidã verò sustinent hos habitus vnã scientiã totalẽ specie infima cõponere vnione p se, vel in esse Physico,vel in esse artificialiũ, quõ lapides,& ligna, ꝗuis in esse physico sint diuersarũ specierũ,attamẽ vnã domũ cõponunt,quæ in genere artificialiũ erit vnum per se artificiale in specie infima.

Dicendum est, scientiã quamlibet totalẽ esse vnã, nõ aggregatione, aut vnione per se Physica, sed artificiali, quæ tamen nõ erit dicenda vnitas specifica, sed potius generica,ita Sco.cit.&pręcipuè 6. Met.q.1.cum Scotistis prob. primo,ꝙ vna dicatur non p aggregationem; tum quia obiecta partialia nõ cõueniunt in obiecto totali,& adæquato,vt lapides in cumulo, sed aliquo nexu p se,ergo scientiæ ipsorũ cõ cõstituent scientiã totalem, quæ est de obiecto adæquato, vt aggregatione quadã vnitæ.Tum qa nõ daretur rõ, cur v.g. primò Metaphysica, vel Theologia ante cæteras scientias non ædificatur, & cur Phiosophia ex cõclusionibus naturalib. & logicalibus,vel supnaturalibus non integretur,sicut parũ refert, ꝙ cumulus ex his,vel illis lapidibus cõstruatur, eò ꝙ sũt accidentaliter ordinati. Accedunt specialiter cõtra Hurt.rõnes,quibus q.præc.art. vl.ostẽdimus inferiora in esse scibilis potius ad superiora reduci, quam è contra.

Secundò, ꝙ non vniantur vnione per se Physica, prob. quia hæc vnio vel esset ex actu,& potẽtia, & hęc non cadit inter qualitatis species perfectas, & cõpletas, nec poterit assignari,quinã habitus se habeat vt potẽtia,quinã vt actus,cũ quilibet vel saltẽ maior pars habituũ possint prius, vel posterius alio acqri; & qdo vna conclusio ab alia pẽdet,nõ est dependentia in genere causę materialis, & subiectiuæ, sed potius in genere causæ efficientis,ergo idẽ de illarũ habitibus dicẽdũ. Vel hęc vnio esset intensiua,& hoc nõ, quia licèt possit qualitas intendi,nõ tñ p gradus alterius speciei vt calor nõ intenditur p albedinẽ,sed p aliũ calorẽ eiusdẽ speciei;isti habitus specie distinguuntur. Vel tãdẽ esset vnio extensiua,quæ nequit admitti in rebus spiritualibus,quæ partibus extensiuis carent; tum quia partes extensiuę sũt eiusdem speciei;& tandem prob. quia actus,ex quibus generantur isti habitus, nõ sunt vnione per se physica vniri.

Tertiò, quòd habeant vnionem per se in genere artificialium,patet ex supradictis, nam prædicamenta rerum dicuntur quædam opera artificiosa, eo quia se habent vt mansiones quędã, in quibus speciales

ciales rerũ series suo ordine collocantur, non totaliter hominum arbitrio, sed fundamẽto, & occasione ex rebus ipsis desũpta, ita de scientijs dicendũ, ꝙ Logica v. g. dr̃ vna totalis scientia, quia ex illis partialibus habitibus cõflatur debito ordine dispositis naturis obiectorũ Logicalium spectatis, sicut domus est vnũ artificiosũ opus, non totaliter hominũ arbitrio constructũ, sed habito respectu ad cõditiones partiũ, ex quibus cõstat, vt grauiora deorsum, leuiora sursũ disponantur, qua rõne nexu quodam naturali dicuntur inter se vnita. Cæterũ nõ debet hæc vnitas in genere artificiliũ scibiliũ dici specie infimã, nã obiectum totale, & adæquatum totius scientiæ dicitur vnũ, & opus quoddã artificiosũ in genere scibilium, & tñ nõ est vnũ vt sic vnitate specifica, sed potius generica, nec obiecta partialia in genere scibiliũ se habẽt vt numero differẽtia, ergo idẽ de habitibus dicendũ, cum quilibet suã vnitatẽ ab obiecto desumat; quamuis hoc possit reduci ad quæst. de nomine.

Sed restat adhuc explicandum, ꝙ nam sit fundamentum, & nexus, quo habitus isti vniri dicãtur in vna toli sciẽtia, & quo pacto sciẽtia dicatur vna genere, vel specie. Pro cuius notitia not. Sco. in Met. cit. ꝙ quæ cõsiderãtur in sciẽtia, ita se habẽt, ꝙ aliqua virtualiter cõtinentur in vno, .s. quãdo ꝑ quidditatẽ ipsius possunt illa demonstrari, ita se habẽt passiones respectu proprij subiecti; aliqua verò potentialiter continentur in vno cõi, & est cũ ꝑ quidditatem ipsius non possunt adæquatẽ demõstrari passiones, sed bene sub ipso cõtinetur potentialiter ratio adæquata demonstrandi passiones illas de proprio subiecto; ita se habet genus, quod virtualiter cõtinet proprias passiones, quia possunt de ipso per suam quidditatem demõstrari, tamen passiones inferiorum specierum nonnisi potentialiter, v. g. risibilitatem hominis animal potentialiter cõtinet, quia sic continet sub se quidditatẽ hominis, per quam risibilitas est demonstrabilis, quæ continentia verè habet fundamentum in re.

Quoniã aũt ex cõtinentia aliquorũ, vt diximus, sub aliquo cõi sumitur vnitas sciẽtię; sequitur, inquit Doctor, ꝙ triplex habitus potest in aliqua scientia assignari, vnus est habitus formalis, & verè scientificus, qui formaliter inclinat in cognõnẽ alicuius cõclus. demõstratæ, alter dr̃ habitus virtualis, q solũ virtualiter est sciẽtificus, q formaliter nõ iclinat in cognõnẽ cõclus. sed alicuius virtualiter continẽtis passiones de ipso demõstrabiles, qualis . . habitus cognõnis qdditatis subiecti. Tertius tãdẽ dr̃ potẽtialis, qa potẽtialiter i . . nat ẽt in cognõne sciẽtificã, nã formaliter clinat in cognitionẽ alicuius quidditati . ., & ex hoc virtualiter inclinat in cognitionẽ propriarũ passionũ, & cũ hoc potẽtialiter quoq; inclinat in cognitionẽ passionũ inferiorũ de ipsis ꝑ proprias rõnes demonstrabiliũ. Habitus formalis, seù cõclusionis dr̃ vnus vnitate specifica, tã intrinseca, quàm extrinseca, & obiectiua; sicut vna specie est cõclusio scibilis; at habitus virtualis dicitur vnus vnitate specifica intrinsecè, obiectiuè tñ, quia obiectum virtualiter continet plures cognitiones specie distinctas, quãuis in se esset species infima, dici poterit vnus vnitate gñis proximi: & tandẽ habitus potentialis, qa cõmunior est, erit minus vnus, .s. vnitate generis remoti: nõ dicetur autẽ vnus vnitate generis per prædicationem, itaut sit genus de illis prædicabile in quid; quia habitus quidditatis subiecti est omninò specie distinctus ab habitibus conclus. sed solũ ꝑ virtualem continentiam plurium specie distinctorum, quo ad cognosci; ita colligitur etiam ex 1. d. 3. q. 7. in fin.

Dices, si obiectum est vnũ specie, quomodo scientia ipsius potest esse vna genere proximo? & si erit de aliquo vniuersalissimo, puta de ente solum, non descẽdendo ad inferiora, quo pacto scientia ipsius erit vna genere proximo, si obiectum est remotissimum, & communissimum?

Resp.

Resp. ex Sco. 1. cit. q. species specialissima, quãuis sit vna specie infima, tñ virtualiter includit plura suo modo distincta specie, & consequenter se habet in causando veluti quoddã genus; idcircò habitus qdditatis illius poterit dici vnus vnitate generis proximi in causando, & virtualiter continendo plura specie distincta. Ad 2. si valeret, concluderet cognitionem vniuersalis non deberet esse vnam specie, & numero, sed genere, vel specie tñ; quarè dicimus, vnitatem obiectiuã, quã habitus sumit ad obiecto, non esse intrinsecã, sed extrinsecã, vnde non necessariò eadẽ debet esse vnitas scientiæ, & obiecti, sed sufficit, vt aliquo modo specificetur ab obiecto; & qa in cõtinẽdo virtualiter ꝓprias passiones eodẽ mõ se habent oĩa obiecta, siuè sint cõmunissima, siuè species infimę vel mediæ, eodẽ modo quoq; specificabũt vnã scientiã, quod sit vnius generis proxima; tum quia vnitas generica obiecti ẽ vnitas gñis in ꝑdicando, at vnitas scientię est vnitas per virtualem continentiam.

QVÆSTIO QVARTA.

De subalternatione scientiarum.

DAntur aliquæ scientię ad inuicẽ subordinatæ, aliæ verò omninò disparate, istæ dignoscentur ex declaratione illarum, quæ. n. non habent cõditiones subordinatarum, disparatæ dicẽtur, hæc igitur subordinatio nũcupari solet subalternatio, quæ vnam scientiam subalternantẽ denominat, illam .s. sub qua ponitur alia scientia, alterã denominat subalternatã, quæ subalternãti supponitur. Ad hoc aũt vt aliqua scientia alteri subalternata dici possit, tres requiruntur cõditiones secũdum cõmuniorẽ sententiã, prima, vt subalternata habeat pro obiecto aliquid contentum subiecto subalternantis; secunda vt supra hoc obiectum addat differentiã accidentalem; tertia vt sua principia demonstrentur in scientia subalternante.

Si verò aliæ assignantur conditiones, vel ad istas reducuntur, vt quod scientia subalternans demõstret *propter quid*, subalternata demonstret *quia*, q. subiectum subalternatæ sit partim idẽ, partim diuersum cum subiecto subalternantis, & similia; vel non sunt necessariæ cõditiones; talis est conditio assignata à Dur. q. 7. prol. n. 11. q. .s. finis subalternatæ pendeat à fine subalternãtis, hæc .n. conditio propriè verificatis in scientijs practicis, quãdo subiectum vnius se habet vt instrumẽtum, vel vt medium respectu subiecti alterius, vt frænum est subiectum, & finis intrinsecus frænefactiuæ, q. subordinatur equestri, cuius finis, & subiectum est equi directio, ad quã frænum inseruit; at in speculatiuis nõ necessariò reqritur, nã musica est arithmeticæ subordinata, & tñ obiectum illius nõ est propter obiectũ illius, posset tamen hæc conditio ad bonum sẽsum reduci, si per ipsam depẽdentia principiorum subalternatæ à principijs subalternãtis detur intelligi. Has ergo tres cõditiones declarare debemus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Explicantur prima duæ conditiones.

CIrca primã conditionẽ non est multum immorãdũ, nã oẽs conueniũt obiectum subalternatæ debere contineri sub obiecto subalternãtis, quatenus si subalternata speciẽ aliquã assumit contẽplãdã, sub obiecto subalternãtis tanquã species sub genere continebitur, vel si idem oĩno obiectũ considerat, quia tñ supra illud addit differentiã aliquã accidẽtalem, vt dicemus, adhuc contineri dicetur sub obiecto subalternantis, nã homo albus, v. g. vt sic, erit quid sub homine cõtentum, & hæc conditio assignatur ab Aristot. 1. Post. 20. & 30. vbi docet Arist. obiectum subalternantis debere aliquo pacto esse idem cum obiecto subalternatæ; & ratio ipsa suadet; quia omnis conditio scientiæ præcipuè ortum ducit ab obiecto, ergo si vna scientia alteri subalternatur, & ab illa dependet, necesse erit obiecta illarũ vt subalternata adinuicem, & ordinata se habeant, qua ratione vt notat Amic.

tract.27. disp.4. q.5. dub.1. contra Caiet. hæc cõditio non erit accidẽtalis scientiæ subalternæ, sed de p se requisitis, sicut ab obiecto principalius scientia specificatur. Nec est possibile, q asserit Caiet. dari posse scientias subalternas rõne principiorũ, eo quia principia vnius à principijs alterius pendeãt, & q deinde nõ adsit subordinatio obiectorũ; etenim pricipia sciẽtię in obiecto includũtur, vt diximus q. præced. ergo dependentia principiorum à dependẽtia obiectorum trahit originem.

Solum dubitari posset, an sicut obiectum subalternæ incõplexum (de quo locuti sumus) debet esse aliquo modo idem cum obiecto subalternantis, idem sit dicendum de obiectis complexis .s. de conclusionibus; itaut tàm subalternans, quã subalternata sint de ijsdẽ omnino concl.

Affirmãt aliqui Thomist. asserẽtes subalternãtẽ, & subalternatã in hoc differre, q illã cõcl. demõstrat demõstratione *propter quid*, hæc verò demonstratione *quia*.

Oppositum est verius cũ Sco. q.3. prol. in fine, & d.24. q.1. A. & H. quẽ ferè oẽs imitantur. s. q necessariò diuersæ debent esse concl. vtriusq; q pbat, quia, vt dicemus, principia subalternatæ sumuntur à subalternãte quoniã ab ipsa demonstrantur, sunt cõclusiones ipsius, & vbi desinit subalternãs, ibi incipit subalternata, ergo nequeunt istæ scientiæ de ijsdẽ esse cõcl. Tum qa eadẽ scientia poterit suas concl. vtraq; demonstrõne demõstrare, vt docet Arist. 1. post. 30. ergo hæc differẽtia nõ cõstituit sciẽtiã subalternãtẽ, & subalternatã.

Dices Arist. 1. post. 30. hoc discrimẽ ponit inter has sciẽtias; q exẽplis cõfirmat, nã scientia naualis astrologię subalternatur, quia illa p experientiã noscit coniunctiones stellarũ in signum tẽpestatis, vel serenitatis, hæc verò p propriã causã, & à priori. Machinatiua et Stereometrię subordinatur, quæ. s. agit de corporibus solidis, & tñ illa experimento pcipit constructionem ædificiorum, hęc per causas. Respond. etiam Arist. ibi docere hanc differentiam in eadem totali scientia reperiri posse; ideoq; neg. conseq. & art. sequ. magis explicabimus, quo pacto intelligatur ibi Arist. & quæ sit huius conditionis intelligentia.

Secundam conditionem aliqui negãt, asserentes differentiam, quam addit subalternata supra subalternantis obiectum, debere esse essentialem, aut saltim passionem inseparabilem, citatur præcipuè Sonc. 4. Met. q.9. ex his verò qui hãc conditionem admittitunt, est Zab. lib. de trib. præcog. c.12. & Smiglc. disp. 17. q.8. docentes hanc accidentalem differentiam superadditam non habere rationem partis formalis subiecti, sed materialis; v. g. esse sonorum, quæ est differentia à musica supra numerum addita, inquiunt non esset rationem formalem obiecti musicę, sed materialem.

Dicendum est cum communi differẽtiam superadditam non esse essentialem, nec passionem, sed merè accidentalem, & se habere vt rationem formalem, non materialem; ita colligitur ex Scoto cit. Prima pars, quod sit accidentalis differẽtia, prob. ex Arist. sæpe cit. vbi habet, q obiectum subalternatæ debet esse alterum, quod est accidentaliter differre ab obiecto subalternantis, nã differentia essentialis facit aliud, accidentalis facit alterum, vt dicitur cap. de differ. idem colligitur ex adductis exemplis ab Aristot. Tum quia nequit esse essentialis, nam sic omnes scientiæ deberent dici subalternatæ Metaphysicæ; tum etiam quia subalternata non dependeret à subalternante, nam haberet propria principia immediata, & per se nota, absque eo, quod à subalternante recipiat, quia passiones de illo obiecto demonstrabiles adæquatè dependerent ab illo cum tali differentia, v. g. scientia de homine habet propria principia immediata, non probata in alia sciẽtia, nam risibilitas adæquatè, & primò a hominis quidditate fluit, consequens autem est falsum, quia subalternata ita pen-

 det

det à subalternãte, vt hac pcisa nõ haberet vnde suas concl. pbaret, nec esset sciẽtia; & tandẽ non esset scientia distincta à subalternãte, sed potius cum illa vnã totalem constitueret sciẽtiã, sicut scientia de specie, v.g. de demõstratione vnã logicã totalem integrat cum scientia de syllogismo, & scientia de cælo cum sciẽtia de corpore naturali. Neq; põt esse passio; nã vt notant Compl. & Rua. hic ad eandem scientiã spectat subiectum considerare, & passiones subiecti, ergo subalternãs considerabit obiectũ, vt stat sub illa passione supaddita à subalternata, & sic nõ distinguerentur; tum qa ideò Sonc. asserit hoc, vt saluaret vnitatem p se obiecti subalternatæ, sed quãuis passio sit magis intrinseca subiecto, quã accidentalis differentia, adhuc non facit vnum per se cum subiecto, quia est extra eius quidditatem, ergo frustra recedit Sonc. à communi sent.

Secunda pars, quòd se habeat vt pars formalis non materialis prob. à P. Fabro Theor. 12. quia quòd se habet vt contrahens, & alteri adueniens iam constituto, nequit esse pars materialis, sed formalis, vt ostendimus disp. 6. qu. 3. differentia à subalternata superaddita v. g. esse sonorum respectu numeri contrahit numerũ ad specialem considerationem, vbi ab Arith. vniuersalius contemplabatur, & in hoc toto. s. in numero sonoro, non numerus intelligitur aduenire sonoro, sed sonorũ numero, ergo &c. Tum qa modus cõsiderãdi se habet vt pars formalis, nõ materialis, hæc differentia se habet vt modus considerãdi, sub quo subalternata speculatur obiectum subalternantis, ergo &c.

Contra 1. partẽ concl. arguitur, eo q̃ differentia illa cũ obiecto facit vnum per accidens, & accidẽtaliter dicitur de obiecto, at q. 2. ar. 3. fusè ostendimus nõ posse dari scientiã de ente p accidens, nã pmissæ demonstrationis debent esse per se, & propositiones de ente per accidens formatæ non sunt p se ex dictis ibid. & 2. p. instit. tract. 1. c. 2. Tum quia scientia subalternans, & subalternata nonnisi accidentaliter differrent, sicut obiectum illius accidentaliter differret ab obiecto istius.

Resp. cõiter cũ DD. negantibus scientiã de ente per accidens, quã respons. optimè declarant Complut. disp. 19. q. 2. q̃ obiectum, & differentia accidentalis superaddita possunt multipliciter sumi, vel vt vtrumq; in recto, & æquè constituunt aliquod tertium, & hoc modo nõ ptinet ad scientiã, qa non faciunt vnum p se; vel qa vnum sit per se consideratum, aliud verò p accidens, & neq; taliter spectant ad sciẽtiã subalternatã; nã vtrumq; per se considerratur ab illa, aliter quia q̃ est per se, põt esse sine eo, q̃ est per accidens, poterit dari scientia subalternata sine aliquo illorũ, q̃ per accidens consideratur, vt v.g. musica sine numero, vel sine sonoro, q̃ est falsum, cum vtrumq; per se ad musicã ptineat: tertio possunt considerari, quatenus vnum est de rõne alterius, non in recto, sed in obliquo, & hoc mõ possunt à scientia cõtemplari, q̃ exemplo manifestatur; nam sonus secundum se, vt præscindit ab harmonia, spectat ad phys. sic numerus secundum se ab arithmet. at si consideretur sonus in ordine ad harmoniã, & concentum, sic dependet à numero, qui se habet vt principium, & radix talis concentus, & in hoc sensu vtrumque consideratur à musica; quo pacto obiectum subalternatæ est vnum per se, quia vnum per se in recto considerat, s. musica sonum harmonicũ, numerũ in obliquo vt principium, causam, & radicẽ sonus harmonici; possuntque de ipso formari propositiones per se, & passiones demonstrari; & cum differentia superaddita prædicatur de obiecto subalternantis, vt sonorũ harmonicè de numero sit propositio per se saltim in quarto modo, quatenus effectus per se prædicatur de sua causa per se, vt cum dicitur volũtas vult, quod sufficit ad rationem scientiæ saltim non rigorosæ. Ad 2. dicimus, non eadem distinctione distingui debere scientias inter se.

ac

ac obiecta, nā scientia de substantia, & de accidente, imò de Deo, & creatura, sunt eiusdē generis, & tñ obiecta differũt plusquā genere; ratio est, quia nō intrinsecè, sed extrinsecè scientiæ penes obiecta distinguuntur; quamuis ergo obiecta illa in esse rei p accidens distinguātur, attamen in esse scibilis, seù vt p se considerantur à scientia, sufficiunt ad causādas scientias specie essentiali inter se distinctas. Ex quibus sequitur, non quācunq; accidentalē differentiā superadditā cuicunq; obiecto sufficere ad constituendā subalternatam scientiā, aliter daretur scientia de numero colorato, de linea alba, &c. Sed solum illā, quæ per se respicit obiectum subalternantis, vt principium, & radicē alicuius effectus. Idem quoq; dicēdum de linea visuali, quæ ponitur obiectum pspectiuæ, & de alijs subiectis subalternatarum; nā visuale vt sic ptinet ad phys. sed visuale, vt fit per angulos spectat ad perspectiuam, qua ratione dependet à linea, quia anguli ex lineis tanquā ex principijs constituuntur.

Secundò contra secundā partem arg. Tũ quia si differentia illa esset pars formalis, subalternatio scientiarum ab ipsa sumi deberet, sicut à principaliori, & sic qa sonus cōtinetur sub re naturali, sicut & visuale, numerus verò, & linea sub re mathematica, sciētiæ de ipsis potius physicæ, quā mathe. subalternarētur. Tum 2. qa subalternatata differt à subalternāte, qa illa applicat istius conclusiones alteri materiæ, vt v.g. geometria demōstrat partes circuli difficilius copulari, qa maximè inter se distāt, hāc eādem demonstrationē cōficit chirurgia, sed in alia materia, quia solū considerat circulare vulnus, nō quēcūq; circulū, cùm ergo rōne materiæ subalternata differat à subalternāte, differentia, quā addit, erit pars materialis. Tũ 3. quia subalternata nō demonstrat passiones ex natura, & prīcipijs illius differentię, sed potius ex natura, & prīcipijs obiecti subalternātis, nā prīcipia à subalternāte desumit, ergo potius obiectum erit rō formalis, quā illud additum. Tum 4. idem docet Arist. 13. met. sum. 1. c. 3. dicens *eadē ratio de harmonica, & perspectiua est; neutra n. q; prout visus, vel prout vox speculatur, verum prout lineæ, & numeri, at hæc propriæ illorum passiones sunt.*

Resp. non esse totaliter cōtra rōnē sciētias illas dici aliquo modo physicę subalternatas, nam Arist. 2. phys. 20. ipsas vocauit naturales, & communiter ponunt mixti generis inter mathematicas, & simpliciter naturales scientias: dicuntur tñ potius subalternatę math. quia subiectum materiale est idem cum obiecto istius, & subiectum formale non quidem vt sic, & simpliciter, sed vt à subiecto materiali tāquā à principio dependet subditur quoq; mathematicis scientijs, vt explicatum est, hinc principia sumit à mathemat. non à physica. Ad 2. & 3. patebit ex seq. ar. Ad 4. Arist. solum ibi docere musicam non cōsiderare vocem vt sic, sed vt applicatam, seù vt dependentem à numero tanquam à principio; vnde docet vocem, & visum esse passiones numeri, & lineæ, quod potius nostram sentent. confirmat quamuis opposita suam habeat probabilitatem.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Tertia conditio declaratur.

NEgant aliqui hanc conditionem esse necessariam, eo quia putant subalternantē, ꝙ subalternatā esse de ijsdem conclus. & solùm differre, quòd subalternans illas demōstrat demōstratione *propter quid*, subalternata verò demonstratione *quia*. Communiter tamen conceditur hæc conditio, quòd subalternata sumat principia à subalternante; sed differunt DD. nam aliqui volunt esse omninò eadem principia vtriusq; vt Mirand. com. log. sec. 4. alij verò docēt esse diuersa, ita vt principia subalternatæ sint conclusiones demonstratæ in subalternante, inter quos est adhuc dissidium, nam quidam putant non esse necessarium, vt principia subalternatæ sint cognita vi subalternantis, sed sufficere si experientia cognoscātur

tur,& ꝙ subalternata sciat resoluere suas conclus. in principia cognita p sensū; citantur Dur.q.1.prol. nu.52. Gillius lib.1. ar.6. Alij dicūt satis esse, vt habēs subalternatā cognoscat illa principia p fidē, & ex auctoritate habentis subalternantem, qui euidēter cognoscit illa principia; quare in sent. istorū, si quis non haberet scientiam subalternantē, & consequenter nesciret euidenter cōclus. quæ sunt principia subalternatæ, crederet tñ illa principia vt vera propter authoritatē docentis, vel reuelatis euidenter scientijs illa p verā scientiā subalternantē, adhuc ille diceretur habere subalternatā scientiā, licèt subalternāte careret; ita veriores Thomist. vt est videre apud Cōplut. disp.19.q.3. & Io. de S. Th.q.26.ar.3. Tādem alij requirunt, vt hæc principia sint nota habenti subalternatā vi subalternantis in eodē intellectu existētis, & si non haberet subalternantē, nullo pacto cognitio conclus. subalternatæ posset in illo dici subalternata sciētia, sed potius opinio, ita expresè Doctor q. 3.prol.in fin.& 3.d.24.§.*ad* 1. *pro* 1. *opin.* quem pter Scotistas sequūtur Aur.Greg. Gab. Dur. Argent.in prol.sent. Vasq.1.p. disp.4.c.5.& 6.Val.disp.1.q.1.pun.3.Mol. ibid.q.1.ar.2. Son.4. met.q.9. Suar. disp.1. met.sec.5.Conimb.Moris.Blanc. Auersa, Amicus, Ruuius hic, & alij.

Dicendum est, necessariò subalternatā debere accipere sua principia à subalternante, cuius sunt conclusiones demonstratæ, & in eodem intellectu conuenire debere vtramq; scientiam, aliter subalternata non esset subalterna scientia, prob. primò quòd principia à subalternante suscipiat; tum quia depēdentia scientiæ rōne obiecti arguit dependentiam in principijs, quæ virtualiter in obiectis continentur. Tum quia si subalternans, & subalternata essent de ijsdem concl. sed ab illa à priori demonstratis, ab ista solùm demonstratione *quia*, frustra daretur subalternata scientia, si de eadem re haberetur alia pfectior .s. subalternās, quæ procedit demōstratione *propter quid*; imò oīs Geometra esset pfectè pfectiuus, & oīs arithmeticus pfetè musicus, absq; eo ꝙ pspectiuā, vel musicā addiscat .s. sciē tiā illā à posteriori. Tum quia subalternans, & subalternata differunt obiectis, ergo & cōclusionibus. Tū qa subalternata quò ad cognitionē *quia*, & p sensū nō pēdet à subalternante, ergo nulla erit subordinatio.

Secundò ꝙ hæc principia subalternatę sint cōclusiones subalternantis, & nō eadem oīno vtriusq; prob. ex illo dicto *Scoti* ab omnib. ferè recepto, ꝙ vbi desinit subalternans, incipit subalternata, sciētia verò quæcunq; desinit in conclus. ergo cōclusiones subalternantis erunt principia subalternatæ. Tū quia si essent eadē principia, ergo eædē cōclus. ergo nulla distinctio inter has sciētias. Tum quia hoc patet exēplo, nā pspectiua v. g. demonstrat rem à longè visā minorem apparere, quā sit in seipsa, hac demonstratione, res visa sub angulo magis protracto videtur sub angulo minori, & minor apparet, res à longe visa videtur sub angulo magis protracto, ergo &c. principia huius demonstrationis, nō sunt principia geometriæ, imò potius conclusiones nam geometria demonstrat maio. quia lineæ ab eadē basi protractæ, quo prius coniunguntur, efficiūt maiorē angulum, quo magis protrahūtur, eò minorē causant angulum, res à longe visa videtur per lineas magis protractas, ergo per minorem angulum videtur, ecce quō subalternans probat, & demonstrat principia subalternatæ. Hoc aūt non est necessario intelligendum de omnibus principijs, sicut nec sufficit, vt vnum, vel alterum principium demonstrantur à subalternante, sed requiritur, quòd principia subalternatæ pro maiori parte dependeant à subalternante; hinc quamuis chirurgia quò ad hanc conclusionem, quòd vulnus circulare difficile curetur, depēdeat à geometria, cuius causam à priori assignat, eo qa partes circuli inter omnes figuras, maximè inter se

distant

distant, quoniam circulus ex angulis non constat; non ob id tamen chirurgus dicitur geometriæ subalternata simpliciter, sed tantùm secundum quid, nam in alijs principijs non pendet ab illâ.

Tertiò, ꝙ subalterna, & subalternata debeāt in eodē intellectu reperiri, & continuari, ita ꝙ pspectiuus nō habens geometriā, sed solū cognoscat principia p fidē à Magistro, nō habet verā sciētiā pspectiuæ; prob. Scot. cit. de rōne scientiæ est, ꝙ sit notitia certa, & euidens, ex principijs certis, euidētibus, & immediatis causata, notitia conclus. subalternatæ in non habente subalternantē nō est huiusmodi, ergo &c. mai. patet ex q. 1. huius disp. & ex Arist. 1. post. c. 2. vbi docet non habere demōstrationem, neq; sciētiā, qui nescit cōclus. resoluere in principia vsq; ad prima, & immediata, mi. prob. oēm certitudinē, & euidentiā habet cōclusio à certitudine, & euidentia principiorum, ex quo infert Arist. principia esse certiora, & notiora, sed principia in non habente subalternantē non habent certitudinē, & euidentiā, quia nō sunt immediata, & ex terminorū apprehensione noscibilia, sed per principia subalternantis demonstrabilia, quæ tñ ignorantur ab illo, ergo nequeunt certitudinem, & euidentiam conclusioni tribuere; nemo .n. dat, quod non habet.

Resp. 1. nō esse de rōne scientiæ euidētiā, sed certitudinē, quia finis scientiæ est assecutio veri, seù firma adhæsio ad verū, p certitudinē haberet, at euidentia, & claritas requiritur vt alteri deseruiens, quatenus obiectum euidens firmiorem causat assensū, modò fides humana aliquādo talē certitudinē causat, vt oēm hæsitationē excludat, vt sine hæsitatione credimus Indos esse, aut Romam; hac certitudine credit non habens geometriam principia pspectiuę in attestatione Magistri; maximeq; nō credit Magistro, vt homo est, sed vt geometer, & cōseqnter vt habēs firmitatem, & euidentiā illorum principiorū.

Sed in primis falsum est euidētiam nō esse conditionem per se ad scientiam requisitam, vt probauimus q. 1. cit. & disp. seq. q. 3. art. 2. dicemus, nā claritas in cognitione non solū exigitur propter certitudinē, sed propter seipsā, quia est intrinseca pfectio cognitionis, vnde intrinsecè pfectior est cognitio clara, quā obscura, quāuis vtraq; certa; ꝙ non esset verum, si esset tm̄ accidentalis conditio; ꝙ .n. est de p accidens, non distinguit essentialiter, at euidentia essentialiter facit distinguere scientiam à fide. Tum quia hęc certitudo non excedit limites fide, quatumuis maxima, ergo non poterit causare certitudinem sciētificā, ad quā aliquid plus requiritur. Tandem si cognitio conclus. subalternæ erit scientia, dūmodo ipsarū principia apphendantur vt vera, idē de qualibet scientia dici poterit. s. ꝙ si principia alicuius conclus. credātur sine formidine, cognitio cōclus. erit sciētifica, nō ergo peculiariter de subalterna hoc esset asserendū.

Resp. 2. notitiam hanc radicaliter, & secundum substantiam esse certā, & euidentem, nam ex se aptitudinem habet, & inclinationem resoluēdi sua principia in principia subalternantis, quamuìs de facto non resoluat propter defectum subiecti, s. intellectus, in quo non adest subalternans, cui possit continuari, & hac ratione habenti illam non tribuit denominationem scientifici certò, & euidenter cognoscentis; ad scientiā autē secundum se sufficit euidentia radicalis, non autem ad scientiam secundum statū perfectum.

Contra arg. cognitio principiorum in casu ēt radicaliter considerata non habet certitudinem, & euidentiam scientificā, quia spectat ad fidem, ergo non poterit causare notitiam cōclus. secundum substantiam certam, & euidentem, nam effectus non excedit suam causam in perfectione, conclus. est effectus principiorū. Tum quia quælibet vera opinio esset secundum substantiam scientificā, quia licèt non probetur per propria, & euidētia principia, ex se tamen esset demonstrabi-

lis,nam proprias causas habet à parte rei, quãuis ignorentur. Tum qa sicut nõ datur cognitio aliqua, q̃ sit radicaliter certa,& non actualiter,qa statim, ac non est actualiter certa, est essentialiter dubia, & opinio, ita neq; dabilis est cognitio radicaliter euidens, & non actualiter, paritas patet, quia non minus certitudo est essentialis differentia cognitionis, quam euidentia. Tandem sequitur, quod cum principia subalternatæ ex se sint resolubilia in principia subalternãtis, quãuis non habẽs subalternãtẽ actu nõ cognoscat illa sciẽtifica cognõne formaliter, cognosceet tñ cognõne sciẽtifica radicaliter,imò notitia cuiuslibet cõclusionis,q̃uis nõ habeatur p pmissas,posset adhuc dici sciẽtia radicaliter,qa est taliter illa cõclusio cognoscibilis;& quicquid cõtra istud dictũ afferent Thomistę,põt cõtra ipsos retorqueri.

Resp.3.principia subalternatæ in casu, quãuis nõ essent euidentia à priori,& per principia subalternantis, essent tñ euidẽtia à posteriori,& p inductioñẽ à singularibus,vt chirurgus,licèt nõ habeat principiũ illud geometriæ partes circuli maximè inter se distare,quia caret angulis,poterit tñ scire circulare vulnus difficilè sanari à posteriori, & per experientiam.

Sed hæc respõsio non facit ad rem, loquimur.n.de scientia subalternata,vt talis est, quo pacto dependentiã dicit à subalternante in cognitione principiorum à principijs subalternantis, cognitio verò à posteriori, & per experientiam nequit dici scientia subalterna, cum non dependeat à subalternante; ita Doct. in 3. cit.I.

Obijc.1. ꝙ subalternãs,& subalternata sint de eisdẽ cõclus.Tum qa Arist.1.post. c.7.tex.20.ait musicũ,& pspectiuuũ posse demõstrare,quæ ad geometrã,& arithmeticum spectant,&c.10. tex.30. in hoc, ait, differre subalternantẽ à subalternata, ꝙ illa demonstrat *pp quid*, hæc verò *quia*, .f. ꝙ eædẽ cõclus.ab vna demonstrantur à priori,ab altera posteriori,& via sensus,vt seipsũ ibi declarat; vnde videmus multos musica pollere sine arithmetica, nã illam acquirunt per experientiã.Tum 2.quia vt dicebamus ar.præc.in 2.arg.princ.in 2.& 3.confir. in oppos. subalternata eãdẽ demonstrat conclus. subalternantis, & solũ differt, ꝙ vbi subalternans demonstrat in vniuersali subalternata illas applicat determinatę materię,vnde principijs vtitur eisdẽ,sed applicatis propriæ materię,ergo nulla ẽ differẽtia inter cõclus.vnius,& alterius,nisi extrinseca,& materialis, sicut albedo à subiecto abstracta nõ differt essentialiter à seipsa,vt in subiecto.Tum 3. cõclusio ptinet ad illũ habitũ, ad quẽ spectat medius terminus,sed medius terminus,quo subalternata vtitur ptinet ad subalternãtẽ,ergo,&c.Tãdẽ ab Arist.hę sciẽtię vniuocæ dicũtur,ergo nõ differũt iter se.

Resp.ad 1. Arist. in tex.20. non docere musicum, & aritmeticũ esse de eisdẽ cõclus. sed solum, ꝙ quælibet scientia debet procedere ex proprijs,nec licere trãscondere de genere in genus, prterquã ꝙ in subalternatis scientijs, in quibus superior quasi descendit ad genus inferioris,& ipsius cõclus. demõstrat saltim ĩ vniuersali, quia affinitatẽ habent penes obiecta, vnde cognatæ dici solent: in tex.30. quãuis multũ varient inter se Doct. breuiter dicimus Arist.ibi loqui de subalternata, nõ solũ vt dicit habitũ conclus.demonstratarũ per principia à subalternante accepta, sed quoq;vt significat habitũ conclus.via sensus,& experientia probatarum,& hac rõne dixit subalternatã demonstrare *quia* & per sensum, nã musica v. g. est duplex, altera experimentalis, & hac potest haberi sine aritmetica,cur propriè non subalternatur, alia scientifica, quæ suas probat conclus. per principia in arithmetica probata, & hæc propriè est subalterna, cum igitur ait Arist. subalterna demonstrare *quia*,& per sensum,loquitur de experimentali,quæ vt sic non est reduplicatiuè subalterna, sed solum specificatiuè; sciẽtifica quoq; dicitur demonstrare *quia* nam vt dicemus disp. seq. duplex est demon-

monſtratio, vna *propter quid*, quæ habet oẽs cõditiones in definitione poſitas, altera *quia*, cui aliqua ex illis deficit cõditionibus, modo ſubalterna nõ demõſtrat ex immediatis, nã ſua principia demõſtrãtur in ſubalternante, idcircò nõ demonſtrat *pp quid*, ſeu potiſſima demonſtratione, vt facit ſubalternans, ſed demonſtrat *quia*.

Ad 2. reſp. ex dictis in præced. arr. falſum eſſe has ſcientias materialiter ſolum differre, nã alia eſt paſſio in ſubalternata demonſtrata, & alia in ſubalternante, vt patet in exẽplo adducto ibi; geometer. n. ſolũ demõſtrat partes circuli maximè diſtare, quia caret angulis, at chirurgus ex hoc deinde cõcludit vulnus circulare ſerius curari, qa partes eius maximè diſtãt, quæ erat cõcluſio geometræ; vnde falſum eſt cõcluſiones vtriuſq; differre inter ſe, ſicut albedo vt abſtracta à ſubiecto, & vt inhærẽs in ſubiecto; tũ quia ſemp eſt alia paſſio à ſubalternata demõſtrata, quæ aliquãdo cõtinetur ſub paſſione à ſubalternãte demonſtrata; qua rõne videtur eadẽ, & ſolũ materialiter differẽs, neq; ex hoc, ꝙ prĩcipia ſumit à ſubalternãte, debemus arguere identitatẽ illarũ, nã tñ ſequitur vnã ab altera dependere, eo qa paſſio demonſtrata dependet vt à cauſa à ſubiecto ſubalternãtis, nec eadẽ oĩno principia deſumit in ſua cõmunitate accepta, ſed ad propriã materiã ſubalternatæ contracta, vt dicemus, ſignũ euidens differentiã additã ſubiecto ſubalternantis eſſe p ſe conſiderarã à ſubalternata, & paſſiones ab ipſius fluere quidditate, à qua ẽt deſumuntur adæquatè principia ſubalternatæ. Ad 3. mediũ à ſubalternata vt contractũ aſſumitur ad propriã materiam, qua rõne nõ ſpectat propriè ad ſubalternantem. Ad 4. dicuntur vniuocè propter affinitatem, & cognationem, quã habent obiectorum, & principiorum, non pp identitatẽ inter ſe.

Secundò, ꝙ nõ poſſit ſubalternans demõſtrare principia ſubalternatæ, ſed hæc à priori demõſtret proprias cõcluſ. prob. Tum quia ſubalternãtis cõcluſ. abſtrahũt à materia ſenſibili, quã cõcernit ſubalternata, geometria. n. eſt de linea à materia ſenſibili abſtracta, perſpectiua de linea viſuali, ſ. de linea vt ſenſibili, ergo concluſ. ſubalternãtis nequeũt eſſe principia ſubalternatæ. Tum 2. ſubalternata demõſtrat proprias concl. p cauſã proximã, ſubalternans nõniſi p remotã, ergo illa demõſtrabit *pp quid*, hæc verò *quia*, & conſequenter illa nõ pendet ab iſta. Tum 3. ſequeretur quemlibet arithmeticũ eſſe muſicum, quia ille muſicus dicitur, qui ſcit concluſiones muſicas demonſtrare, ergo ſi arithmetica demonſtrat *propter qd*, cõcluſ. muſicæ, purus arithmeticus dicetur etiã muſicus. Tum 4. ſubiectũ ſubalternatę, ſicut habet ꝓprias paſſiones, ita quoq; habet propriã quidditatem, p quã poterunt paſſiones illæ *pp qd*, demõſtrari, ergo nõ indiget ſubalternãte in demonſtrãdo. Tãdẽ concluſ. ſubalternatæ nõ demõſtrãtur *propter qd* à ſubalternante, vt patet, ergo à ſubalternata, ergo nulla ſubordinatio ad ſubalternantẽ, prob. prima conſeq. nã ſũt ab aliqua ſcientia demonſtrabile *propter quid*, ſicut propriam habent cauſam.

Reſp. ad 1. concluſ. ſubalternantis ſũt principia ſubalternatæ, non quidem vt in vniuerſali demonſtrãtur, ſed vt ad materiã ſubalternatæ applicãtur mõ explicato in præc. ſolut. Ad 2. cauſa remota eſt duplex, vna, quæ nõ cauſat effectũ, niſi per aliquas differẽtias eſſentiales cõtrahatur vt animal reſpectu riſibilis; altera, quę nõ cauſat effectũ, niſi determinatæ materiæ applicetur, vt circuleitas, niſi carni vulneratæ applicetur, non cauſat difficilẽ curationẽ; prima cum differentia addita facit vnã p ſe cauſã, & immediatã, & ideò hac cognita, nõ eſt neceſſe vlterius progredi demõſtrãdo; ſecunda quia non conſtituit vnum per ſe cum illo addito, ideò non cõficit cum illa materia, cui applicatur, propoſitionem indemonſtrabilem, & immediatam, quapropter neceſſe eſt vlterius demonſtrare medium aſſumptũ per alia principia in ſuperiori ſcientia; vt patet in

exẽplo sępè adducto de vulnere circulari; arg.dicimus subalternatā demõstrare per causā proximā,quæ cũ non sit vnum per se, & effectus dependeat remotè, & mediatè ab obiecto subalternãtis, nõ ꝓcedit ex principijs immediatis, & ꝓ consequẽs nõ demonstrat *propter quid*; subalternans autẽ dr̃ demonstrare *propter quid*,nã procedit ex immediatis ad probandas ꝓprias cõclus.Ad 3.neg.seq. nã simplex aritmeticus,quãuis habeat proprias cõclus.hę tñ nõ sunt cõclus. musicæ, & licèt sint principia,requiritur tñ, vt determinentur, & applicetur sono,qui est obiectũ musicę,vt deinde inferantur conclus. ꝙ sine musica fieri nequit. Ad 4.peculiare est obiecti subalternatæ,ꝙ sicut constat ex rebus vnum ꝑ se nõ conficientibus modo explicato ar. præced.ita ꝑ propriã quidditatem pręcisè non sunt passiones illæ demonstrabiles, sicut ne causantur ab illa quidditate præcisè sumpta, sed vt in tali materia, & ab obiecto subalternãtis depẽdet, quare hoc habẽt passiones istæ,vt nõ sint ab vna sciẽtia demõstrabiles *propter quid*, sed à pluribus, vna subalternãte quasi descendendo,& suppeditãdo principia, quæ sunt ipsius conclusiones,alia subalternata,quasi ascendendo,& proponendo suas conclusiones,vt probẽtur à subalternãte, in qua cõtinuatione,&cõiunctione principiorũ cõsistit scientiarũ subalternatio: vnde dici posset subalternatam proprijs viribus, & intra proprios limites non demonstrare *propter quid*, at viribus à subalternante mutuatis, & ipsius auxilio demonstrare *propter quid*.Hinc patet ad 4.

Tertiò ꝙ nõ requiratur necessariò cõiunctio subalternantis,& subalternatæ in eodẽ intellectu; prob.tum ꝗa de rõne cõclus. est, ꝙ sit euidens in principijs, & ex principijs,nõ in se,de rõne quoq; subalternatæ est, ꝙ non habeat propria principia, sed sumat illa à subalternãte,ergo non est de rõne subalternatæ, ꝙ conclus. in ipsa subalternata euidens, ergo si esset sine subalternãte,adhuc esset scientia.Tum 2. astrologia plurima demonstrat ex principijs creditis sola fide,nã cõiũctio, & aspectus syderũ, numerus orbium ex motuũ maximè diuersitate demonstrantur, quæ nonnisi longa experientia à pluribus successiuè obseruata põt haberi, ex quib.pricipij fide creditis sciẽtificè reliqua demõstrãtur, ergo &c. Tum 3.musicus vt musicus est sciens, sed musicus vt musicus nõ est aritmeticus, ergo vt non aritmeticus est sciens, ergo nõ habens aritmeticã adhuc habebit musicã scientiã, hæc .n. ẽt vt distincta ab aritmetica est scientia. Tũ 4.scientia subalterna, vt sic supponit,non probat sua principia,vt sic est scientia, ergo de r ne subalternatæ scientiæ non est,ꝙ sciat sua principia in priora resoluere, quare separata à subalternante erit quoq; scientia. Tũ 5. isti habitus realiter distinguuntur, ergo posset Deus in aliquo cõseruare subalternatã sine subalternante, qua posset ꝓcedere ad probãdas conclus. vt prius, ergo sicut antea actus eliciti dicebantur scientifici,quia ab habitu scientiæ causati, ẽt post separationẽ tales erũt, quia habitus solũ in cõsimiles actus inclinãt.Tum 6. subalternata quantũ est ex se inclinat in conclus. euidentẽ viribus subalternantis, ergo si aliquãdo acquiritur ꝑ fidẽ,hoc est ꝑ accidens,qua rõne non erit ineuidens, & obscura, sed ex se euidens, prob.seq.quia fides substituitur loco subalternãtis,nõ rõne obscuritatis, sed propter certitudinem, quam habet, ergo non communicat scientiæ obscuritatem, sed certitudinem. Tandem habitus subalternatæ ex se petit cõtinuari cum subalternante,etiam quando est separatus,ergo si non cõtinuatur actu, est de per accidens, & quia conseruat aptitudinem, erit semper idem habitus scientificus; hinc Arist. 6.ethic.c.4. loquens de notitia principiorum ait, *Cum .n. aliqualiter cognita, & credita sunt ipsa principia, &c.*

Resp.ad 1. ex Scot.in 3.cit. de ratione subalternatæ est, quod habeat principia nota in subalternante, & si non esset nota in

ta in subalternante, ipsa non esset scientia, sicut si conclusio in quacunq; scientia nō esset euidēs p principia, non esset sciētifica, ergo intellectui nō habēte subalternātē subalternata nō erit sciētia, quāuis si in se spectetur sit scientia, sicut nec cōcl. demōstrabilis est sciētifica nescienti illam demonstrare. Ad 2. multa astrologi ꝓpria experiētia cognoscunt, nā licèt nō viuant tot annis, quot vna circulatio completur, àttamen ex obseruatione iā habita poterunt calculādo deducere duratiōnē cælestis circulationis, cū cęli vniformiter moueātur; in his verò, in quibus fide ꝓcedūt non habent scientiā. Ad 3. neg. cōseq. vlt. etenim nec scientia est habitus principiorū, vt scientia est, & tñ non pōt ab illo separari; concedimus itaq; distinctionē inter has scientias, nō tñ separabilitatē musicæ, vt scientia est, ab arithm. in eodē intellectu. Ad 4. subalterna supponit sua prīcipia probata in subalternāte, non autem probat, & ideò dicitur subalterna, & si nō essent probata in illa, tunc subalterna nō esset scientia, sic si in aliquo hęc principia nō sunt probata, & euidentia, in ipso subalterna nō erit scientia, sicut de conclus. scibili apud intellectū nescientē principia diximus nō esse scientiā. Ad 5. admisso casu habitus ille nō inclinaret in posteriores syllogismos, quia conclus. postea probatæ ꝑtinerēt ad fidē; vel si ad sciētiā, nō ad subalternatā vt sic, sed ad illā, quæ principia probat à posteriori, & p sensum, & dicitur experimentalis, vt diximus. Ad 6. & 7. subalternata scientia ita p se petit à subalternante causari, vt si ab illa nō causatur, nō esset scientia subalternata; neq; si actu non cōtinuatur, vt de cōclus. diximus respectu principiorū; cum dicitur, ꝙ fides substituitur, &c. resp. ex hoc ipso, ꝙ euidentiā nō tribuit, iā cōmunicat obscuritatē, nec fides humana est tantæ certitudinis, vt certitudinē scientiæ adęquet. Arist. autem, vt notat Lich. 3. d. 24. loquitur de scientia per accidens, & secundum quid, colligit ex ipso cōtextu, nam in fine illius litteræ addit Arist. *Cum. n. fidem quodammodo adhibet quis, & principia sibi nota sunt, scit, nam sit non magis discursu cōclusionis per accidens habebit scientiam.*

Vnum est, hìc not. quod assignatæ tres conditiones conueniunt scientiæ subalternatæ simpliciter; si tamen daretur aliqua scientia, cui vna, vel duæ conuenirēt conditiones, diceretur subalternata illi, non simpliciter, sed secundum quid.

QVÆSTIO QVINTA.

De diuisione scientiæ in speculatiuam, & practicam.

HÆc diuisio, quāuis possit cognitioni in còmuni adaptari, aut saltim cognitioni, prout est communis secundæ, & tertiæ operationi intellectus, omne n. iudicium, & omnis discursus posset dici practicus, vel speculatiuus, attamen specialius loquemur, vt scientiæ competit tā actuali, quā habituali. Quapropter not. ꝙ sicut in quolibet habitu tria interueniūt, .s. habitus ipse, actus, in quē habitus inclinat, & obiectū actus, circa ꝙ versatur, sic in scientia tā practica, quā speculatiua, nā in scientia speculatiua adest habitus speculatiuus, adest actus, qui dicitur speculatio, seù cognitio speculatiua, & tādē est obiectū speculabile, à quo tā actus, quā habitus denominantur speculatiui; in practicis quoq; adest habitus practicus, cognitio practica, & obiectum practicabile, & operabile, ꝙ praxis appellari consueuit, praxis .n. est nomen Græcum, & Latinà sonat, ac operatio, estq; nomen abstractum, à quo practicum deriuat; vnde non eodem modo se habent praxis, & practicum, speculatio, & speculabile, nā speculatio propriè dicitur dē actu, non de obiecto, praxis è contrà dicitur de obiecto, non de actu, qui practicus denominatur à praxis; hinc praxis distinguitur à cognitione practica contrà Bacco. qu. 4. prol. art. 2. oppositum sustinentem, & ratio est communis vsus loquētium tā Philosophorum, quàm Theologorum cum Arist. 6. Etihc. c. 4. vbi actionem, & effectio-

ctionem ponit obiecta, circa quę habitus practici versantur; de quo vide Lichet.q. 4.prol.& P.Fabrum 6.Met. disp.1.

Cum igitur habitus habeant specificari ab actibus, & actus ad obiectis, vt pcipiamus quid esse speculatiuũ, & practicũ dicãt in habitu scientifico, debemus prius quærere de actu, p̃ quid cõstituatur in tali, vel tali esse, ꝙ nequibimus cognoscere, nisi obiecta illorũ sciamus, p quid differãt inter se; facile autem erit cognoscere, quid sit obiectũ speculabile, si prius inuestigabimus, q̃d sit praxis, nã per negationẽ talis rõnis cõstituẽtis praxim explicabimus rõnem speculabilis de illo obiecto.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quid sit praxis.

Difficilẽ, simulq; facilẽ difficultatẽ aggredimur explicandã, difficilẽ, propter opinionũ varietatẽ, facilem, q̃a punctus cõtrouersiæ cõsistit in Doctorũ placitis, cũ sit ferè nominalis queſtio, nã quilibet pro arbitratu vtitur hoc nomine praxis illud nimis ampliãdo, vel restringẽdo.

Vt autem certa ab incertis separemus, cõcedunt oẽs nomine praxis solũ actionem intellectualis naturæ cũ Sco.1.Met. q.7. intelligi debere, nec quãcunq; sed tm̃, quæ aliquo pacto dirigibilis est, vnde nec actiones brutales, nec inanimatæ, neq; illæ, quæ in hominib. naturales sunt, & ab imperio voluntatis excipiuntur, vt sunt operationes vegetales, &c. dicuntur praxis, q̃a nõ sũt dirigibiles; idcircò tria sunt actionũ genera, quæ nomẽ praxis sortiri possẽt. s. actiones intellectus, actiones volũtatis, & actiones sensuũ; nec solũ ẽ dissensio, an istę actiones sint praxis, verũ ẽt an absolutè ipsis rõ praxis conueniat, an verò obseruatis q̃busdã cõditionib. & an eod. mõ, vel vni primariò, alteri secũdariò

Prima opinio solas actiones externas, & transeuntes ponit esse praxim, non internas, & immanentes, citatur D.Tho.1. 2.q.57.ar.1.ad 1.& 2.2.q.179.ar.2. Communis tamen concedit etiam de actibus immanentibus, & internis. licẽt non de omnibus, nam quod spectat ad actus voluntatis Henr.1.p.art.8.q.3. ad 3. & Varro lib.1.q.4. negant intentionem finis esse praxim, sed solum electionem mediorum. Maior lis est de actibus intellectus, nam cum possint dupliciter considerari, vel vt ab imperio voluntatis pręscindunt, & antecedunt, vel vt à voluntate imperãtur, quidam volunt etiã primo modo cõsideratos esse praxim, si sunt dirigibiles, ita Nominales omnes, vt Ocham, Gabr. in prol.sent. Greg.q.5.ar.1. Rubion.q.10. ar.1.concl.3.& 4.Mol.1.p.q.1.ar.4. *Vasq.* disp.8. Alens.6. Met. initio. Fons.2. Met. c.3.q.2. sect.3. Suarez disp.44. Met.sect. 13.nu.20.& seq. Perer.1.phys.c.2. Hurt. disp.11. de anim.& disp.2.Log.sec.2.Arriag. disp.1. Log. sect.4. Morisan. disp.1. Log.q.6.Blanc.disp.2.sect.4. Io.de S.Th. p.2. Log.q.1.art.4. Conimb.q.4. procem. art.5.Ruu.q.5.procem. Auers. q.26. sect. 3.Amic.tract.27.disp.4. qu.4. dub.5. Iau. 6. Met. q.4. & alij. Quidam verò absolutè negant vt sic esse praxim, ita Sco. q.4. prol.ar.1. vbi Bassol.Lich. Barg. Vig. Tatar.& q.2. procem.Log. §. *Secundo sciendum.* Ant. And.1.Met. q.11. Zerb. q.vlt. Fab.in prol.disp.9. & 6. Met.disp.1. Rad. 1.p.contr.3.art.1.Vulp.p.1.disp.4.ar.1. & disp.24.ar.8. Smisinc. q.proęm. Theol.n. 124. & seq.Cauell.de an.disp.3. sect.4. & super 1. Met. Scoti q.7. & qu. 4. prol. in Schol. Camerar. q.4. Log. & ex Thomistis sequuntur Capr. q.2. prol. conclus.4. Sonc. 6. Met. q. 2. Sotus in procem. q.4. vbi Masius q.10. Did. à Iesu q. 6. Compl. disp.1. q.6.Cęlest.disp.1.sect.2.item Dur. q.6. prol.Suess.1. Met. disp.10. & alij. At si actus intellectus spectetur, vt est à volũtate imperatus, adhuc esse praxim negant ex Scotistis Ant. And. Rada, Smisinch.Zerb.Tat.Camerar.Vulp.& Bassol. cit.admittunt alij aliquo modo cum cæteris Authoribus, vt videbimus.

Est quoq; differentia quò ad conditiones aliquas, nam Greg.Rub. & Fons.cit. aiunt non requiri, quòd sciens, seu habẽs cogni-

cognitionem practicam ſit potens efficere actionem, quæ dicitur praxis; communior verò exigit potentiam actiuam ſaltim remotam in ipſo ſciente, ita Vaſq. Arriag. Mol. Auerſa, & alij. Quidam addunt deinde talẽ actionem debere liberã eſſe; quidã verò ſufficere docent, vt ſit ex ſe à voluntate depẽdẽs, quãuis nõ liberè fiat.

Tandẽ eſt diſcrepantia, eo quia Auerſa ſuſtinet ſect. 5. actũ imperatũ primariò eſſe praxim, imperantẽ verò ſecũdariò, oppoſitũ docetur à Scotiſtis, inter quos mediat Amic. dub. 5. nã actus virtutis morales imperatos à voluntate inquit eſſe ſecundariò praxim, imperantes verò .ſ. qui eliciuntur à voluntate imperãte alijs potentijs eſſe primariò, actus tamen artificiales, vt ſunt opera artis, è contra .ſ. imperatos primariò, imperãtes ſecundariò.

Dicimus primò, nullum actum præcedentẽ voluntatis imperiũ eſſe ꝓpriè praxim; hęc cõcluſ. eſt Scot. 1. Met. q. 7. & q. 4. prol. ar. 1. & ex parte fuit probata q. proæ. ar. 5. dum Logicã ſpeculatiuã ſcientiã ſtatuimus, quãuis ſit operationũ intellectus directiua; & ꝓb. adhuc primò de operõne ĩtellectus ab alia directa; qa praxis differt propriè loquendo ab obiecto ſpeculabilis, nã cognitio practica differt à cogõne ſpeculatiua ex hoc, ꝙ illa eſt ad praxĩ, iſta ad obiectũ vt ſpeculabile .i. vt merè cõtẽplabile, & cognoſcibile, vnde non ſolũ denominãt diuerſimodè ꝓprias cognitiones, ſed ẽt diuerſimodè diuidunt illas, nã circa obiectũ ſpeculabile cognitio ſpeculatiua denominatur vera, ſi cõformis ẽ illi, & falſa, ſi diſformis, at cognitio practica nõ dicitur vera, vel falſa, ſed bona, vel mala, ſicut praxis alia eſt bona, alia mala, at ſpeculabile, vel verũ, vel falsũ dicitur loquẽdo de veritate, & falſitate obiectiua, ergo oĩs cognitio, quę vera, vel falſa ꝓpriè denominatur, nõ tñ bona, vel mala, ſpectat potius ad genus ſpeculabilis, quam ad genus praxis, talis ẽ cognitio directa ab alia cognitione, ſeù à regulis logicis, nã in hac cognitione duo poſſumus concipere, vel entitatẽ, vel directionẽ paſſiuã iuxta logicales regulas, quæ eſt illatio, & conſequẽtia, entitas actus nõ dicitur bona, vel mala, ſed vera, vel falſa, vt patet, cõſequẽtia quoq; dicitur vera, vel falſa; & quãuis aliquando dicatur bona, vel mala, hoc eſt impropriè, quatenus cũ veritate, & falſitate cõfunduntur, qa bonitas ꝓpriè dicta ptinet ad volũtatis obiectum, nõ ad obiectũ intellectus, vnde quãdoq; quis pcipiẽs obiecti quidditatẽ dicitur benè diſcurrere .i. verè. Tũ quia cognitio directa, vt cognitio eſt ſpectat ad genus ſpeculationis, qa ſolũ intendit veritatis obiectiuę attingẽtiã, ergo ẽt vt directa ad praxim nõ ſpectabit, prob. conſeq. nã illa directio eſt inſtrumentũ ad veritatis indagationẽ ordinatũ tãquã ad finẽ, ergo ꝓpriè ad genus ſui finis reduci debet, non ad genus finis oppoſiti, qualis eſt praxis reſpectu contẽplationis veritatis. Accedit, ꝙ Ariſt. ſcientiã practicã, ſeù actiuã sẽp definiuit ĩ ordinẽ ad volũtatẽ, ſiuè appetitũ rõnis; ita 6. eth. c. 2. 3. de an. 46. & 49. 6. met. c. 1. & alibi.

Conf. actio intellectus dirigens aliam actionem eiuſdem nõ eſt propriè practica, ergo actio directa non eſt praxis, conſeq. patet, anteced. prob. cognitio practica directiua ex ſua rõne hoc habet, quod ſi maturo conſilio, & prudenter ſit elicita, quamuis cum obiecto nõ conformetur, adhuc bona iudicatur, eſtq; ſufficiens regula actionum ab ipſa directarum, itaut ſi iuxta ipſam eliciuntur, ſunt bonę, ſi cõtrà ipſam, ſunt malæ, & hoc, quia eſt regula, & menſura illarum, cum qua debẽt actiones conformari, non cum obiecto in ſe, ſed vt à prudenti iudicio dictatum, vt patet in habente cõſciẽtiam inuincibilẽ: at ſpeculatiua omnem ſuam veritatẽ accipit ab obiecto, itaut ſi illi non conformatur, nunquam erit vera, quantũcunq; maturè, & prudenter eliciatur; quòd põt deduci ex Ariſt. 6. eth. cap. 2. ſed cognitio dirigens aliam cognitionem independẽter à voluntate, vt ſunt regulæ logicales, ſi non habet conformitatem cum obie-

cto.

ꝺto,nunquã erit vera,aut recta,ergo practica non erit, sed speculatiua. Accedunt etiam rationes sequent. conclus.

Secundò prob. de alijs actionibus sensuum; nam praxis ex cõmuni vsu dicitur illa actio, quæ regulabilis est, & dirigibilis à cognitione practica,quam pro mensura respicit,illãq; practicã denominat, & cõsequenter præsupponit illã non p accidens,sed p se,sicut vniuersaliter oĩs mensura prior est mẽsurato, at quælibet actio sensitiua, vt à voluntate pscindit, non est posterior intellectione,imò p se est prior, vt notat Scot.cit.ergo non erit praxis.

Dicimus 2. omnes actus elicitos volũtatis,& imperatos,cuiuscunq;sint potentiæ,ẽt intellectiuæ, esse praxim in rigore; quò ad 1.partem de actibus elicitis est Scoti cit. & prob. ab ipso, quia oĩs actus elicitus voluntatis est essentialiter posterior cognõne directiua,estq; in potestate cognoscentis, quæ sũt cõditiones praxis, vt ĩfra. Tũ qa vt ipse arguit cõtra primã, & secundã viã, oĩs actus volũtatis ẽt circa vltimũ finẽ est dirigibilis à recta rõne, ergo est praxis,cõseq;patet,qa praxis hic sumitur,vt dicit actũ regulabilẽ exhoc, ꝙ possit benè, vel malè fieri;antec.prob. qa ẽt circa vltimũ finẽ cõtingit errare, & si nõ in ordine ad obiectũ,saltim quò ad circũstantias; vnde Theologi quãplures docẽt dilectionẽ Dei posse fieri malã in genere moris,si .s. debito tẽpore nõ eliceretur, v. g. si quis ex officio teneretur succurrere laborãti in extremo periculo,attamẽ leuiter putaret, & erroneè posse in actu dilectionis Dei pmanere, illudq; auxiliũ omittere,peccaret, qua rõne dr̃ act⁹ dilectionis Dei circũstãtionabilis secundũ quale,non secundũ quantũ, ergo quilibet voluntatis actus elicitus erit praxis.

Quibus rationibus prob. ẽt actus imperatos intellectus esse praxim cõtra Scotistas cit. nam Doctor 2.d.6.q.2. & d.42. admittit peccatũ in cogitatione,ergo aliqua intellectio, vt à volũtate imperata, erit dirigibilis in genere moris,vt benè,vel malè fiat, ergo est praxis; & explicatur exẽplo, nã prudentia dictat de circũstantijs studij,quo loco,& tẽpore exerceri debeat; itẽ iudiciũ credendi articulos fidei est practicũ,& spectat ad virtutẽ infusam fidei,habetq; pro obiecto, non solùm volitionẽ actus credendi, sed ẽt actum ipsũ, vnde meritorius est.& supernaturalis.

Resp. quidam Scotistæ cum Scot. q.4. prol.ar.1.nõ sequi,ergo actus intellectus imperatus est praxis, sed vel est praxis, vel practicus, nã licèt oĩs praxis sit actus elicitus, vel imperatus, nõ tñ è cõtra;rõ ẽ qa vt intellectus dicatur practicus, debet extra se tẽdere ex 3.de an.49..s.debet act⁹ aliarũ potẽtiarũ regulare, vt aũt regulat ꝓprios actus,nõ extra se tẽditTat.in prol cũ Tolet. respõdet intellectionẽ vt imperatã non esse actũ intellectus,sed alterius potentiæ.s.voluntatis imperãtis. Barg.ait esse praxim materialiter,nõn formaliter.

Sed nulla responsio satisfacit; nã actus credendi non est practicus, cũ non sit regula,sed regulatus, nec sit prior essentialiter actu voluntatis, sed essentialiter posterior, cũ sit imperatus, ergo si oĩs actus vel est praxis,vel est practicus;& actus ille nõ est practicus,erit praxis.Tum qa est formaliter bonus in genere moris, & oppositus formaliter malus,ergo formaliter praxis,qa istæ sũt differentię praxis.Tum qa satis extra se tẽdit intellectus, dũ dirigit actũ illũ,nõ est vt sic, sed vt à volũtate imperatũ,nã primò dirigit volũtatis actũ. Tum qa nõ saluatur cõtradictio, nã si nõ esset praxis,non posset dici peccatum.Secunda responsio nil iuuat; nam sic nõ solùm actus intellectus, sed cuiuscunq; alterius potentiæ, vt imperati non essent actus illarum potẽtiarum, & tamen Scotus admittit actus aliarum potentiarũ esse praxim. Tum quia non tantùm actus, sed etiam potentiæ subduntur voluntatis imperio,imò actus subduntur medijs potentijs, ergo actus imperatus dici debet actus potentiæ propriæ vt imperatæ. Tertia responsio, si explicetur, quod sit materia-

terialiter praxis .i. secundariò, & dependenter, non formaliter .i. primariò, & independenter, quo pacto actus voluntatis dr̃ praxis, vt in seq. concl. quo sensu ẽt intelligendus est Sco. in 2.d.42. est vera, & nostrã confirmat sent. at si ly materialiter excludit oẽm rõnem praxis intrinsecã in ipso actu credendi, est falsa, & cõtra Sco. quol. 18. vbi ex professo ostendit actum exterioré, .i. imperatũ addere distinctã bonitaté, vel malitiã actui interiori, taut sit duplex bonitas, vna in actu voluntatis interiori, & imperãte, alia in actu exteriori, & imperato (p actum .n. exterioré intelligit ibi Doct. oẽm actum alterius potentiæ à voluntate, vt se declarat ibid.) ergo duplex ratio praxis, quia duplex dirigibilitas in genere moris, cũ aliter sit circumstantionabilis actus voluntatis imperans, aliter actus imperatus. Accedit authoritas ex 6. Met. q. 7. Et tandem impugnantur omnes simul, quia tota definitio praxis tradita à Sco. conuenit actui intellectus imperato; & dicere, q requiratur esse actum alterius potentiæ omnino, videtur petitio principij, hoc enim est, quod queritur, quomodo auté sit explicandus Scotus, dicemus infra.

Ex his tandé prob. altera pars de actib: aliarũ potẽtiarũ; nã hi actus, vel sunt immanentes, vt sensationes, vel transeuntes, quæ relinquunt opus post se, vt operæ artificiosa, & quilibet est dirigibilis, nam immantenentes, quia sunt opera virtutũ moralium, possunt benè, vel malè fieri in genere moris, vt à volũtate imperãtur, & ad laudé, vel vituperiũ imputari, qua rõne correspondent ipsis in intellectu habitus prudentiæ tanquã regula directiua, qui actiuus dici solet ab Arist. 6. Met. c. 1. & 11. Met. sum. 3. c. 1. trãseuntes verò nõ solũ sunt dirigibiles quò ad bonitaté, vel malitiã in genere moris, sed ẽt quò ad pfectioaem, vel imperfectionem in genere artis; vnde quamuis sint boni in genere moris, .s. si fiant tempore, & loco debitis iuxta dictamẽ prudẽtiæ, possũt tñ esse impfecti in genere artis, si nõ formarẽtur secundũ regulã artis, quę est habitus directiuus correspõdens in itellectu, ab Arist. cit. factiuus nũcupatus; cũ igitur hi actus sint dirigibiles à recta rõne, imò quãdoq; pcepta regulatiua immediatè cadant sup hos actus, vt infra, verè dicentur praxis.

Ex dictis colligitur primò de rõne praxis esse, q sit à principio intrinseco cognoscenti ex vi cognitionis regulantis in ipso existentis, nõ quidẽ in eo sensu, quo velle videntur Caiet. p. 1. q. 14. ar. 16. Mol. p. 1. q. 1. art. 4. disp. 1. & alij Recentiores, quasi operatio exerceri debeat ab illo eodẽ, qui habet notitiã regulãtẽ vt respectu eius dicatur praxis, quo ẽt sensu Scotistæ quãplures Doctoré intelligunt q 4. prolog. §. *dico igitur*, & §. *secundus articulus*, vbi innuit; praxim debere esse à principio intrinseco cognoscenti. Sanè hoc mõ intelligi nõ debet. qa vtiq; põt vnus dirigere actioné alterius, vt v.g. Prælatus actiones subditi, quæ nõ tm̃ subdito, sed ẽt ipsi Prælato pcipienti, & cõsulẽti imputãtur, atq; ideò non tm̃ respectu illius, sed ẽt respectu istius dicitur praxis, operatio .n. in vniuersũ dẽ praxis respectu eius, cui aliquo modo põt imputari. Et hoc non solũ est verũ, vt aliqui dicunt, quando opus illud põt ẽt ab ipso consulente pduci proximè, vel saltim remotè; Quia Architectus manibus truncus põt dirigere consulendo actioné fabrorũ in domo ædificãda, quã tñ proximè exercendi facultatem nõ habet, & Angelus p internas inspirationes cõsulit hominibus actus téperantiæ, & castitatis, quos ipse nec proximè, nec remotè elicere põt, cũ careat sẽsibus, & tñ adhuc actiones eiusmodi Architecto, & Angelo imputãtur, vt causis in genere moris. Debet ergo sic intelligi, quod intantũ praxis dicitur semper aliquo modo procedere à principio intrinseco cognoscenti, quia etiam si operatio dictata nõ ab ipso sciente exerceatur, sed ab alio, tamen eius voluntas interuenit, vt imperans, & applicans dictamen illi, quẽ vult mouo-

mouere ad opus, ad eo quod eius cognitio nō solum respicit pro obiecto operabili actū fuemet voluntatis pcipientis, sed et opus illud externum ab alio factū; vnde q a originaliter prouenit à voluntate pcipiente vi regulatiuæ cognitionis eiusdem, ideò opus illud dicitur procedere à principio intrinseco illi cognoscenti, quantū sufficit, vt et respectu eius dicatur praxis; & in hoc sensu debet intelligi Doct. cit. pſertim in 1. loc. cit. loquitur .n. de voluntate quatenus est causa actus imperati, qualis, esset, et si ab alio pduceretur; verū est tñ, ibi loquitur de praxi in sent. Aris. & vt regulariter in nobis cōtingit, quo mō operatio exercetur, vel saltim exerceri pōt ab ipsomet cognoscēte; & in 2. ar. re vera disputatiuè, pcedit, & in vtrāq; partē differit

Colligitur 2. ad rōnem praxis in rigore requiri liberā esse, vt possit fieri, & nō fieri, ita Sco. q. 4. prol. M. quāuis largè loquendo, non requiratur hæc libertas proxima, sed sufficiat remota; pro cuius intelligentia est not. ex dicēdis in lib. de an. quod voluntas est potentia essentialiter libera, & nōnisi liberè pōt agere; hæc autem libertas est duplex, vel proxima, vt cū voluntas pōt agere, & non agere expeditè; vel remota, cum voluntas posset ex se nō agere, sed ab extrinseco determinatur ad vnā cōtradictionis partem, sic Beati sunt determinati ad amandū Deum, & Christus ad opera pcepta exequenda nō habebat voluntatem expeditā etiā ad suspēsionem actuum, eo quia Deus cum eo habebat cōcursum denegatum ad oppositum actus aliter fuisset peccabilis. In proposito ad praxim rigorosè requiritur libertas proxima, quia illa actio dicitur praxis, quæ est imputabilis ad laudem, vel vituperiū in genere moris, vel in genere artis, ad hoc autem requiritur libertas proxime, quæ est fundamētum totius ad imputabilitatis, in his .n. quæ necessariò agimus, nō laudamur, nec vituperamur. Verum si actio necessaria est aliquo modo dirigibilis, saltim remotè, tunc minus rigorosè posset dici praxis, quia etiam potest esse memoria, vt videmus in Christo, cuius actiones necessariæ; & tñ remotè liberæ fuerunt acceptatæ à Deo ad meritū ex speciali dispēsatione, vt monet Sco. 3. d. 18. & fusè explicat P. Fab. 3. disp. 44.

Dicimus 3. actus voluntatis elicitus est primariò praxis, imperatus verò secundariò in actu exercito, & quò ad executionem, ita Scot. qu. 4. prol. ar. 1. & contra 3. viam, 2. d. 42. B. 3. d. 33. & quolibet. 18. quibus in locis docet moralitatem primò competere actui interno, deinde externo, & per consequens etiam esse praxim, quæ formaliter est dirigibilitas, prob. ab ipso, quia fundamentum dirigibilitatis in actu externo siuè immanenti, siuè trāseunte est libertas ex dictis, sed hæc primò cōpetit actui voluntatis, deindè actui imperato. Tum quia intellectus non dirigit alias potentias, nisi media voluntate; ergo hæc est primò dirigibilis, aliæ potētiæ media voluntate. Tū quia si externus esset impossibilis propter aliq impedimentum, adhuc internus esset praxis, vt probat Sco. cit. non è contrà, ergo externus dicitur praxis dependenter ab eterno.

Resp. Auersa illam operationem esse praxim per se, quæ sequitur, & conformatur cognitioni practicę vt obiectū cognitum, & regulatum, talis est actio exterior, rōne cuius volūtatis dicitur bona, vel mala. Amicus, licèt cōcedat actus morales externos esse secūdariò praxim, hoc tū negat de actionibus artificialibus, assignat rōnem disparitatis, quia pfectio moralis, quæ est bonitas, primariò cōpetit actui volūtatis, at pfectio artificiosa primariò cōuenit actui externo, & ipso mediāte actui volūtatis, quicqd sit de libertate.

Contra Auersam vrgetur, quia falsum assumit, nam actio dicitur praxis, quia est dirigibilis à regula rationis, vt sic autem non solùm habet rationē obiecti, sed potius actionis, nam obiectum non dicitur formaliter bonum, vel malum bonitate, vel malitia formali, sed actus est, qui taliter

liter deominatur: Tum quia actio exterior, & imperata est dirigibilis non secúdum esse naturæ, sed vt habet esse voluntarium, & liberũ, quia vt à libero, & voluntario præscindit, non est moraliter dirigibilis, at vt sic nō habet rōnem obiecti, sed actionis, & sub tali esse ab actu elicito dependet, Amicus verò æquiuocat, nã licèt considerãdo actus istos in esse signato, & in potentia, prius ratio praxis, & dirigibilitatis conueniat externo, quàm interno, attamen quãdo à parte rei exercẽtur, implicat, ꝙ praxis prius actuetur, & exerceatur in actu externo, qui posterius ponitur, quã in interno, qui prius existit.

Ex his oĩbus deducitur, optimã esse definitionem praxis traditã à Sco. q. 4. prol: dum dixit, *praxis est actus alterius potentię ab intellectu, naturaliter posterior intellectione, natus elici conformis rõnis rectæ, ad hoc vt sit rectus*; in qua definitione tres ponũtur cõditiones, prima, ꝙ sit actus alterius potentiæ, quã intellectus, quia cum intellectus, vt sit practicus, debeat extendi, .i. extra se tẽdere, vt colligi põt ex 3. de an. 49. quatenus .s. non sistit in cognitione obiecti, sed vlterius procedit ad opus regulando illud, non quidem quodcunq; opus, sed q; est dirigibile in materia morali, & practicabili, vt excludatur error practicus, sequitur actum directum non esse actum intellectus, vt intellectus est, sed alterius quasi distinctæ potentiæ, nã intellectus vt sic distinguit à seipso, vt à voluntate imperato, & cõsequẽter actus intellectus à voluntate imperatus non est actus intellectus, sed est actus intellectus imperati, & volũtati subiecti. Secũda cõditio est, ꝙ sit naturaliter posterior intellectione, qa regulatũ, & mensuratũ, vt ẽ praxis, est posterius regula, & mensura, qualis est intellectio practica. Tertia cõditio, ꝙ sit cõformis regulæ, quia nõ quãcunq; praxim definiuit Doct. sed rectam, cuius rectitudo sumitur ex conformitate cum regula rõnis, sicut irrectitudo ex carentia talis conformitatis. In hac conditione includitur alia conditio. s. ꝙ sit finis intrinsecus, & p se cognitionis practicæ, nam si actus ex propria natura est à rõne dirigibilis, iã ratio dirigens ex sua quoq; natura respicit actum illum, in quem ordinatur tanquam in proprium finem; hæc omnia magis patebunt soluendo rationes in contrariũ, in quibus aliquę authoritates Arist. adducentur pro his conclus.

Soluuntur Obiectiones.

Rationes contra 1. concl. ostendentes actum intellectus dirigibilem præscindendo ab actu volũtatis esse praxim fuerunt adductæ, & solutæ in q. proœm. art. 5. dum quærebamus an Logica sit scientia practica, vel speculatiua.

Contra 2. concl. arg. 1. ꝙ actus voluntatis nõn sint praxis; ex Arist. 6. Eth. c. 2. habetur, quod electio est causa effectiua actionis, quàm praxim appellat, sed causa est prior, & distincta à causato, ergo electio, quæ est voluntatis actus, non est praxis, formaliter, sed tñ causa; vnde à Commen. 1. Eth. c. 1. praxis definitur, ꝙ sit operatio secundum electionem. Conf. habitus practicus generatur ex praxib., sed habitus practicus generatur ex actibus seq. electionẽ, non ex electione, nã si quis non se exerceat canendo, quãuis sæpius habeat volitionẽ addiscendi musicã, nunquã habitum musicæ acquiret, ergo &c.

Resp. ex Scot. q. 4. prol. §. *Contra istud*; concedendo oẽm actionem ab electione imperatam esse praxim, non tamẽ omnẽ praxim esse imperatã actionem, nã ibid. subdit Arist. *Electionis autem appetitus, & ratio, quę gratia alicuius* idest practica, *sunt* .s. principium, & sequitur *Neque sine habitu morali est electio* .s. recta, *bona actio .n. sine more non est*; ex quibus patet habitum virtutis prius elicere electionem; quã electione media actum imperatum; vnde hæc authoritas probat actum imperatum esse praxim, quæ est secunda pars concl. & nullum actum, qui non est imperatus, vel electio, esse praxim, quæ est prima concl. Ad illam defini-

finitionẽ ex Cõm. ait vel nõ esse descriptionẽ conuertibilẽ; vel si est conuertibilis cũ praxi, ly *secundum* nõ dicere solũ habitudinẽ effectiuã, sed ẽt formalẽ. Vel electionẽ, ait, sumi pro potẽtia libera, & dominatiua, vel pro elicitione actus, nõ pro actu. Ad cõfir. ait, ꝙ in moralibus habitus practicus virtutis immediatè fit electionibus, non ex actibus imperatis, vt patet de nõ habente pecunias, qui si nihilominus sepius eliceret volitionẽ dãdi eleemosinã, acquireret habitũ liberalitatis absq; aliquo imperato actu; attamẽ, inquit Doctor, quia cũ actus imperati sunt impossibiles, nõ ita frequẽter eliciuntur volitiones, nã ex Aug. 10. de Trin. c. 1. ꝙ non creditur alicui possibile, aut ipsum non vult, aut tenuiter vult; hinc est, quod nõ generatur habitus, qui est virtus moralis in voluntate sine praxibus imperatis. At in artificiosis nõ dãtur habitus in volũtate, sed vel solũ in intellectu, quæ erit ars, vel saltim in potentia executiua, voluntas autẽ tm̃ ex frequẽtatis actibus acqrit inclinationẽ ad imperãdũ actus externos, & hac rõne qui sæpius nõ canit, non habet habitũ musicæ. i. dispositionem illã in potẽtia externa, nec inclinationem, quia minus frequenter elicit volitiones canendi.

Secundo arg. quòd actus intellectus vt imperatus non sit praxis, auth. Scoti q. 4. prol. art. 1. vbi postquã docuit praxim esse actum elicitum, vel imperatũ, obijcit cõtra se, qa tũc sequeretur actũ intellectus esse praxim, quia aliquis põt esse imperatus à voluntate, contra primã particulam definitionis praxis, ꝙ sit actus alterius potentiæ ab intellectu, respondet nullam intellectionem esse praxim, sumẽdo praxim pro illa operatione, ad q̃ debet extẽdi intellectus, sed solum ex hoc sequi, ꝙ omnis intellectio imperata, vel est praxis, vel practica, & hoc secundum concedit.

Resp. Faber cit. Doctorẽ loqui de intellectione, vt intellectio est, non vt est imperata. Barg. ait intellectionem vt imperatã esse praxim materialiter, non formaliter, vt Doct. clarè docet in 2. d. 42. & ideò negatur à Scot. hic esse praxim formaliter. Cauell. inquit, intellectionem idcirco negari esse praxim, quia vt in plurimũ nõ imperatur à voluntate, sed pcedit, vel quia nõ immediatè dirigitur, vt volũtatis actus. Nulla tñ responsio satisfacit; nõ prima, qa clarè patet Sco. ibi loqui de intellectione, vt imperata, de quã vt sic, ait, solũ sequi esse practicã, vel praxim, vt rectè aduertit Smisin. Non secũda, qa cũ Doctor in 2. cit. ait intellectionẽ esse materialiter peccatũ, non formaliter, per ly materialiter intelligit secũdariò, ꝑ ly formaliter intelligit primariò; quæ doctrina est cõis oĩbus actibus imperatis, vt ipsemet docet in prol. cit. §. *Contra istud*, ait. n. *cõiter non generatur habitus practicus, qui est virtus sine praxibus imperatis sequentibus electionẽ, non tñ generatur ex illis sequentibus, sed ex electionibus, in quibus est formaliter bonitas moralis, in praxibus autẽ imperatis est tantũ materialiter.* cum igitur quilibet actus imperatus materialiter, hoc est secũdariò, sit praxis, si ex hoc capite ibi negat Doctor intellectionẽ esse praxim, debebat ẽt id negarẽ de oĩbus imperatis, & tñ de alijs concedit præter intellectionẽ. Nec tandem soluit tertia, nam Scot. ibi expresse ait nullã intellectionem imperatam esse praxim non vt in plurimum; & si ratio huius esset, quia immediatè non dirigitur; etiam hoc vrget de alijs imperatis actibus, ergo vniuersaliter negare debebat imperatos esse praxim.

Quapropter quamuis sit difficillimus locus, attamen quoniam in alijs locis cit. apertè concedit intellectionem esse peccatum, vel bonum, & consequenter praxim, debemus hunc locum explicare, ꝙ nequit melius fieri, quàm expositione à Lich. tacta, videlicet, ꝙ nõ loquatur Scotus de omni intellectione imperata, sed de illa, quæ simul est regulatiua operationum, potest. n. voluntas imperare intellectui, vt cogitet, & quærat de medijs requisitis ad finem, & quòd persistat in tali

tali inquisitione, & cogitatione, quæ cognitio, ét vt imperata, potius est practica, quã praxis, qa est regulatiua, & de his cognitionibus dixit nullã intellectionẽ esse praxim; quæ expositio colligitur ex ipso textu, ait n. Doct. *Cũ igitur dicitur intellectio est imperata à voluntate, ergo est praxis, non sequitur, sed sequitur, ergo vel est praxis, vel practica*, & reddẽs rõnem subdit, *ipsa n. nata est denominari quasi accidentaliter à praxi, ad quã extensibilis est, non aũt est terminus talis extensionis*, ecce ꝙ loquitur de cognitione, quę est extẽsibilis. i. directiua, & regulatiua, quæ vt sic nequit esse directa, nõ de illa, quæ nõ est extẽsibilis, sed terminus. f. quę est directa mediatè. Quomodo aũt intelligenda sit author. illa *intellectus extẽsione sit practicus* diximus supra exponẽdo definõnẽ praxis.

Tertiò arg. ꝙ actus aliarum potentiarum à voluntate, vt sunt transeuntes, non sint praxis, quia Arist. 6. Met. c. 1. & 11. Met. sum. 3. c. 1. intellectum practicũ ait versari circa agibile. f. circa electiones, vt vt se declarat. ibi, factiuũ vero circa actiones trãseuntes, ergo qa praxis est, q̃ denominat intellectũ practicũ, sequitur actus trãseuntes nõ esse praxim, sed effectionẽ, sicut distinxit 6. Ethi. c. 4. vbi praxim, seu actionem docuit esse aliam ab effectione.

Resp. praxim multipliciter accipi ab Arist. vt notat Vasq. cit. quãdoq; .n. sumitur vt significat actionẽ electiuã tñ, quæ acceptio est maximè rigorosa, & in hoc sensu loquitur locis cit. quãdoq; verò non ita in rigore, sed vt distĩguitur à speculatione, quo pacto cõis est actioni, & effectioni, & in hoc sensu nos hic loquimur, qa quęrimus de obiecto cognitionis practicæ, vt à speculatiua distinguitur; & in hoc sensu loquutus est 2. Met. 3. dũ dixit finẽ speculatiuę esse veritatẽ, practicę verò opus, nã si p ly opus intellexisset actionem strictè sumptam, non probasset intentum, ꝙ erat ostendere Metaphysicam practicã nõ esse, sed speculatiuã, vnde ex negatione, ꝙ esset practica, nõ posset inferri esse speculatiuã, nam posset dici esse factiuã; & 6. Eth. c. 3. dixit rõnẽ speculatiuã nõ mouere, sed practicã, p quã intellexit facultatem cõem actiuæ, & factiuæ.

Quartò contra corrolaria deducta arguit Arriag. Tum quia si non requireretur, ꝙ principium praxis sit in cognoscẽte, sequeretur oẽs scientias esse practicas excepta theologia, qa oẽs sunt de rebus absolutè factibilibus; imò cognitionẽ, quã habemus de diuinis productionibus, esse practicam, quia esset de re operabili; ꝙ est falsum, quia nulla cognitio alicuius ordinatur ad impossibile sibi. Tum 2. si necessariò requireretur libertas, vt voluntas possit errare, sequeretur scientiã Dei, cognitionem, quã Angelus habet de ꝓprio motu, dictamen prudentiæ, quã Christus habebat in hac vita, visionem Dei in Beatis non esse practicas, sed speculatiuas, qa nec Deus põt errare, nec Angelus, neque Christus, aut Beati, qui non solũ non possunt errare, imò necessariò agunt. Accedit, ꝙ licèt possit error contingere ante cognitionem directiuam, tamen post directionem voluntas posset determinari ad necessariò agẽdum ex cognitione directiua prius habita, quæ ex se est practica, qa dirigit, ergo illud opus necessarium esset praxis. Tãdẽ amentes non sũt liberi, & tñ quãdoq; efficiunt rectè artificialia.

℞ ad 1. neg. seq. nam vt notat Scot. q. 4. prol. M. ad cognitionem practicam requiritur, non solùm quod sit ostensiua operis, sed ẽt directiua, itaut opus fiat ex vi illius directionis, quod nõ accidit in illis cognitionibus, quæ sunt merè ostensiuæ; & ideò speculatiuæ; & falsum est nullam cognitionem ordinari ad impossibile sibi, nam vt monet Scot. in prol. cit. §. *contra istud*, & 2. d. 6. qu. 2. impossibile potest esse obiectum voluntatis; tum qa licèt sit sibi impossibile, non est tamẽ absolutè impossibile, quin possit cadere sub præcepto, vel consilio vt diximus de Angelo nobis consulente quosdam actus virtutis ei impossibiles. Ad 2. de ratione

praxis esse, vt opus illud fiat ex vi cognitionis non simpliciter ostendentis, sed dirigentis simul; quare requiritur, q̄ voluntas sit dirigibilis; qua rõne negatur à Sco. cum verioribus Scotist. scientiã Dei practicã esse q.4. prol. & 1.d.38. quia diuina volũtas est inobliquabilis, & prima regula in suis operationibus; de cognitionib. Angeli, Christi, & Beatorum concedimus practicas esse, licèt voluntates nõ possint errare, nec actus ipsarũ sint praxis in rigore, quia vt dicemus ar. seq. de rõne sciẽtiæ practicæ non est actualis directio, sed aptitudinalis, cum igr̃ cognitiones illæ ex seipsis sint directiuæ, erunt practicæ, q̃uis voluntates sint ab extrinseco determinatæ ad actionem rectã, hoc.n. est p accidẽs, & ab extrinsecò. Per hoc patet ad 1. conf. tum qa in sententia nostra voluntas nũquã ab intellectu determinatur, vt necessitetur ad agendũ, sed sẽp manet intrĩsecè libera; vt in lib. de an. dicemus. Ad 2. conf. ex ibid. dicendis voluntas in amentib. ẽ essentialiter libera libertate naturali, quã possunt agere, & nõ agere non libertate morali, quæ supra illã addit aduertẽtiã rõnis circa materiã moralẽ virtutis, & vitij; cum igr̃ p amentiã sit pturbatus rõnis vsus, vt nequeat aduertere, & cognoscere, quæ nã sint opera moraliter bona, vel mala, carẽt regula dirigente, & consequẽter libertate morali. Cum hoc tñ stat, q̄ quandoq; nõ pturbatur rõnis vsus circa artificiales, & ideò possunt iuxta artis præcepta operari, quia habent libertatem artificiosam, quæ dicit libertatem naturalem cum aduertentia ad regulas artis.

Quæres, secundum Sco. 4.d.6. q.10.O. & 2. d.41. in calce corporis quæsiti dantur actus indifferentes, qui nec boni sũt, nec mali, vt leuare festucam, fricatio barbæ, &c. an isti actus sint praxis. ℞. affirmatiuè, quia cum sint deliberati, & in genere moris, erunt iuxta regulam rõnis nõ quidem præcipientem, aut consulentem, sed pmitente; qua rõne actus isti dicuntur imputabiles ad laudẽ, quatenus operans p ipsos, licet nõ agat iuxta regulam rõnis pcipientem, tñ non violat illam, quę est minima laus in genere moris, sed de his latius in tract. de actibus humanis.

Contra vlt. concl. arguit Auersa. Tum quia praxis est, quæ regulatur, & ad quã notitia practica principaliter ordinatur, sed talis est actus imperatus, nã regulæ, & præcepta artis, v.g. scribendi, canendi, & traduntur de actuali scriptione, & cantu, non de volitione scriptionis, & cantus, & ad hos actus imperatos scribẽdi, & canẽdi ars musicæ, & scriptiora ordinatur, nõ ad volendum scribere, ergo &c. Tum 2. illa operatio est vere praxis, quæ est obiectum notitiæ practicæ, qa notitia dr̃ practica p ordinem ad obiectum operabile, sed actus imperatus, nõ imperãs, est obiectum notitiæ practicæ, obiectum.n. musicæ artis est cãtus, non volitio canendi, ergo &c. Tum 3. ad hoc vt notitia dicatur practica, non sufficit, vt ad ipsã sequatur actus aliquis voluntatis p modum naturalis seqlæ, sed exigitur, vt sequatur actus p notitiã cognitus, & repręsentatus obiectiuę, talis est actus imperatus, non imperans. Tum 4. ex Amic. pfectio, & imperfectio volũtatis est bonitas, vel malitia moralis, non artificialis, quę.n. primò cõpetit rei artificiali in se indepẽdẽter à volũtate, voluntati vero dependẽter à re artificiali, ergo primario actus externus erit praxis.

℞ actũ externum dupliciter posse cõsiderari, primò quasi in actu signato, hoc est, secundum speciem suam, & ex obiecto, antequam ab aliquo homine fiat, in cuius tamen potestate est, vt fit, vel non fit. 2. quasi in actu exercito, quatenus .s. imperatur à voluntate, & applicatur ab ipsa potentia executiua ad operandum; primo modo fundat bonitatem, vel malitiam obiectiuã in genere artis, seu fundamentalem quo ad specificationem, & potentialem, secundo modo fundat bonitatem, vel malitiã formalem, & actualem, & quo ad exercitium, tunc ad 1. dicimus concludere de praxi, & dirigibilitate

tate in potentia, & quo ad specificationē non de praxi, & dirigibilitate actuali, & quò ad exercitium, cum.n.prius sit volūtatis actus, q̄ actus exterior, & vterq; sit dirigibilis à rōnis, qa prerequiritur applicatio potentiæ tali, vel tali mō, implicat, q̄ rō praxis prius exerceatur in actu externo, quā in interno. Exēplum est in moralibus, nā actus externus homicidij primariò ꝓhibetur, & sup ipsum immediatè cadit ꝓhibitio, supra volitionem autem secundariò, qa ideò volitio homicidij ē mala, & ꝓhibita, qa homicidium est malum, & prohibitū, quæ causalis est vera; & hoc si consideratur in esse potentiali, & obiectiuo, quāquā vt sic libertas prius conueniat interno, quā externo, nā primitas malitiæ non attenditur penes primitatem libertatis, quæ est fundamentum, sed penes primitatem ꝓhibitionis, attamen in esse exercito volitio homicidij est primo mala, quā homicidium, qa primo exercetur, & in externo deinde exercetur dependēter ab interno, quare assumptum valet de praxi in esse obiectiuo, & potentiali, nō in esse exercito, & actuali. Ad 2. p idē, nā in obiecto musicæ includitur aliquo pacto applicatio potētiæ executiuæ. Ad 3. dicimus actū voluntatis non sequi p modum naturalis seqlę, imò esse p se intentum, tāquā necessario, & p se primo in exercitio regulatum. Ad 4. illa pfectio artificialis in esse potentiali primo cōpetit rei artificiali, non in esse exercito, sed dependenter à voluntate, quæ est causa illius actus.

Dices, eundem ordinem seruant actus internus & externus, dum fiunt in actu, quem seruāt, dum sunt in potentia, vt patet de esse libero, quia.n. esse liberū prius cōpetit interno, quā externo in eo signo, in quo ambo sunt in potētia, ideò in actu prius cōpetit interno, quā externo, ergo qa nō praxis prius competit externo, quā interno in esse potentiali, idē dicendum dum sunt in actu. Tum quia si ideo actus exterior, vt dicatur formaliter praxis exercitè, solùm pexigit interiorem, vt āb eo libertatē participet, non erit simpliciter verum, q̄ rō praxis actualis ab actu interiori deriuatur in exteriorem, sed hoc tm̄ de libertate verificabitur. R̄. nō semp seruari eundem ordinem in intentione, & executione, quādo .s. talis ordo est executioni incompossibili, vt patet de fine, & medio in intentione, & executione, ibi .n. finis est prior, hic posterior, ita est in ꝓposito; vt diximus, pcipuè in genere moris, quia ad hoc vt aliqd prohibeatur primariò, sufficit, q̄ sit liberum, siuè primariò, siuè secundariò, prohibitio.n. pendet à voluntate legislatoris, at in actu exercito necessariò prius ponitur internus, quàm externus. Ad aliud dicimus in esse exercito externum non solùm accipere libertatem, sed ēt dirigibilitatē, qa non est actu dirigibilis, nisi medio actu volūtatis hoc, vel illo mō applicātis; & maximè loquendo de praxi in genere moris, nam vt ait Doctor 2. d. 12. B. quia voluntas est primus motor in regna animæ, & omnia illi obediunt, tenetur dare rectitudinem, non solùm suis actibus, sed etiā actibus aliarū potentiarum; vnde hec causalis est vera, ideo potentia exterior deficit operando, quia voluntas deficit imperando.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quid sit, & vnde sumenda ratio practici, & speculatiui.

Differentiæ practici, & speculatiui nō solùm applicātur habitibus, sed etiā actibus, cum hoc discrimine, quod si loquamur de actibus, tantùm de intellectiuis debet intelligi, ratio est, quia nullus actus aliarum potentiarum ab intellectu potest dici practicus, quamuis sit praxis, non .n. est dirigens, & regulans, sed directus; at si de habitibus est sermo, sic ratio saltim practici, nō solùm tribuitur habitibus intellectualibus, sed etiam voluntatis, virtutes namq; morales appellantur habitus practici, & ratio huius est, quia tàm isti, quam illi ordinantur ad praxim, licèt diuersimodè, nā habitus intellectuales, vt prudentia, & ars, respiciunt pra-

xim directiuè, non .n. habent aliu cursum ad actus aliarum potentiarum, vt ex dicendis in lib. de an. supponimus; at habitus voluntatis respiciũt praxim eliciti uè, quia physicè cõcurrunt ad proprios actus; cum ergo sit diuersus ordo in his, & illis habitibus, diuersa quoq; erit ratio practici. Verum quia cõiter practicum sumitur vt differentia condistincta à speculatiuo, & hæc nõnisi habitibus intellectus põt cõuenire, hinc est, quòd de practico, ꝙ cum speculatiuo diuidit habitũ intellectualem in cõmuni, loquemur; & de duo quærimus, quid formaliter dicant, & vnde sumantur, an .s. à fine, an ab obiecto.

Pro resolutione primæ partis quæsiti not. ꝙ res à nobis cognoscibiles sunt duplicis generis, quedã .n. sunt producibiles, quædã improducibiles, saltim à nobis, hę nõ possunt cognosci, nisi secundum propriã ꝑdicata in primo, & secundo modo, ac quidditates ipsorum; illa dupliciter possunt cognosci, primò quò ad eorũ essentias, & ꝑdicata, ꝑscindendo ab existentia, secundò ēt quo ad existentiã .s. quatenus sunt ꝓducibiles in rerum natura, cõsiderãdo modum, & circumstantias ꝓductionis illorum, vt rectè, & cõgruè fiãt; prima cognitio dicitur speculatiua, quia sistit in cõtẽplatione veritatis, nec vltra ꝓgreditur, eiusq; finis est scire, Secunda cognitio est practica, quia se extendit ad opus, indicat .n. hoc esse ꝓsequẽdum, illud fugiẽdum, eiusq; finis est opus; quapropter rõ practici secundũ cõem in cognitione dicit ordinabilitatem ad opus, ꝙ est praxis.

Scotus autem q. 4. prol. art. 2. diligentius explicans, quid sit ista ordinabilitas, vel extensio ad opus, in qua consistit ratio practici; ait dicere duplicem relationem aptitudinalem prioritatis naturalis, & conformitatis; ꝙ practica cognitio debeat esse prior naturaliter praxi, ꝓbat ex 6. Eth. c. 3. vbi docet Arist. electionẽ rectã, quæ est praxis, necessariò requirere rectã rõnem, cui cõformatur: & patet ex dictis, nã cũ praxis vel est actus elicitus, vel imperatus voluntatis, vtorq; autẽ ꝑsupponit actũ intellectus; tum quia regula est prior naturaliter regulato. Quod deinde debeat esse cõformis, ꝓbat ex eodem Arist. ibid. docente, ꝙ veritas cõsiderationis practicæ est cõfessè .i. conformiter se habẽs appetitui recto: duplex autẽ est cõformitas, vna passiua, & hæc conuenit appetitui, & praxi, alia actiua, & hæc est ꝓpria cognitionis practicæ, quia est regula indicãs, & dirigens, quomodo gerere se debeant aliæ potentiæ in ꝓprijs actionibus. Quare illa erit practica cognitio, cui ex ꝓpria natura conueniũt hę duę relationes aptitudinales. Notanter dixit Doct. has relationes esse aptitudinales, nõ actuales, quia per accidens est, ꝙ ad rectam rationem sequatur praxis recta; cum .n. voluntas sit essentialiter potentia libera, potest non agere, proposito sibi obiecto à recta ratione practica, vel non conformiter agere; non ob id tamen cognitio directiua, & regulatiua non erit, cum .n. sit ex se talis, non pendet in hoc à posteriori, & effectu.

Ex quibus colligitur; malè à recentioribus referri, Scotum sensisse illã esse practicam cognitionem, ad quã sequitur quocunq; modo operatio aliqua, vt amor, vel delectatio; Nunquã .n. hoc asserit, vt patet intuenti textum, imò oppositũ docuit, dũ dixit cognitionẽ illã esse practicã, quæ ex sui natura est regulatiua praxis, inter quæ sit relatio directiui ad directũ, & regulatiui ad regulatum, talis aũt non est qualibet actio quocunq; modò sequens cognitionem, sed illa, quæ elicitur vi cognitionis directiuæ, ad quam cognitio refertur.

Colligitur 2. ad cognitionem practicã nõ sufficere, ꝙ versetur circa rem operabilẽ; hoc .n. conuenit ēt speculatiuæ, tã .n. Phylosophia, quàm moralis scientia versantur circa actiones nostræ voluntatis, quæ sunt res operabiles; sed adhuc requiri, ꝙ versetur operabili modo, .i. ꝙ dictet modũ, & circũstantias actionis faciendæ.

Colligitur 3. cognitionem practicam illã esse, quæ ex sui natura est ad praxim

extensibili, & ad opus ordinabilis, hic .n. respectus cõformitatis actiuæ, cũ sit aptitudinalis, est realiter identificatus; quã pter nõ est cõditio necessaria, vt sit ordinabilis ex intẽtione scientis, vt falsò aliq dicunt, aliter inquit Doc. eadẽ scientia mõ erit practica eũ sciẽs actu ordinat in finẽ, nũc speculatiua, si actu illa nõ ordinaret, tũ qa cũ iste finis sit extrinsecus sciẽtiæ, qa pẽdet ex sciẽtijs arbitrio, erit quoq; accidẽtalis, & nõ cõditio essẽtialiter reqsita.

Amplius pro maiori notitia practicæ cognitionis not. ꝙ cum rõ practici, ẽt vt à speculatiuo distinguitur, conueniat habitui, & actui intellectuali, aliter tñ, & aliter cõpetit, habitus.n.in tm̃ dicitur dirigere, in quantũ est productiuus actus practici, qui immediatè dirigit, nõ.n. habitus ex se attigit obiectũ, sed medio actu, qui est immediatè directiuus; hoc verò multipliciter cõtingit, vt colligitur ex Sco. q. 4. prol. arguendo cõtra primã viã, & in fin. ad rõnes opin. nam actus aliquis põt dici practicus, seu directiuus virtualiter, & est cognitio principij practici, ex quo deducitur conclusio practica, & hoc esse practicũ nõ est differentia scientiæ practicæ, nã scientia est conclusionis, nõ principij, vel dicitur practicus, aut directiuus formaliter, qui .s. expresse dirigit in praxim, vt est cognitio conclusionis practicæ; & hoc dupliciter, vel ꝓximè, vt cũ dictat in particulari hic, & nunc esse tali, vel tali mõ agẽdũ, quæ directio in agibilibus erit actus prudentiæ, in factibilibus erit actus experientiæ, hic .n. habitus inclinant in actus particulares; vel remotè, vt cum dictat in vniuersali hoc esse prosequẽdum, illud fugiendum, & hęc directio in agibilibus erit cõclusio scientiæ moralis, in factibilibus conclusio artis, quæ sunt habitus inclinãtes ad opus in vniuersali. Notat insuper Doctor, ꝙisti habitus vniuersales dici solent speculatiui, vnde medicina diuiditur in theoricam .i. speculatiuã, & in practicã, nõ ꝙ formaliter sint speculatiui, sed quoniã quando sunt aliqua duo extrema opposita, quãtò aliqd recedit ab vno oppositorũ, tãtò accedit ad aliud, mõ cõsideratio in particulari, quia est immediatè directiua praxis in particulari, proximè habet rõnem practici, & quãtò aliqd recedit ab illa, tantò magis accedit ad speculatiuũ, & hac rõne habitus vniuersalis põt dici speculatiuus, in quãtum recedit ab actu in particulari, vnde non absolutè est talis, sed comparatiuè.

Ex his deducit Scotus, quid dicat speculatiuũ, nã cũ opponatur practico, dicit carentiã illius ordinationis ad opus, itaut cognitio speculatiua sit illa, q̃ in cõtẽplatione proprij obiecti sistit, & vltra non procedit; hinc ab Arist. 1. Met. c. 2. scientia speculatiua dicitur libera, practica verò gratia alterius; & 2. Met. 3. finis speculatiuæ est veritas, practicæ verò opus, nam illa est propter se, hæc propter aliud, cum sit ministra aliarum potentiarum.

Sed cõtra ꝑdicta instatur, qa practicũ, & speculatiuũ sũt differẽtiæ diuisiuæ sciẽtię in cõi, at nulli⁹ respect⁹, vel priuatio põt esse differẽtia alicuius realis absoluti, qualis est sciẽtia, ergo practicũ non dicit illos respectus, nec speculatiuũ carẽtiã illorũ. Resp. practicũ, & speculatiuũ dupliciter posse cõsiderari, vel sm̃ id, ꝙ à parte rei dicũt, vel sm̃ id, p ꝙ à nobis explicatur, primo mõ sunt differentiæ essentiales scientiæ, secundo mõ dicunt respectus, & carẽtiã in sensu explicatur suntq; potius passiones cõseqntes, qnã essẽtiales differẽtię, istas tñ circumscribunt, vt notat Sco. cit.

Circa 2. partem difficultatis, aduertẽdum est ex Scot. cit. in fin. quod notitiæ, & habitus practici, & speculatiui dicũtur tales intrinsecè, & formaliter per proprias differentias essentiales, & de hoc non est quæstio, sed quærimus, vnde causaliter, & originatiuè prouenians istę differẽtiæ in actibus, vel habitibus; ex quo sequitur non satisfacere quæsito, qui respõdẽt habitus dici practicos, vel speculatiuos, quia ab actibus practicis, & speculatiuis causãtur, quamuis.n. actus sint causę habituum,

bituum,attamen, vt notat Doct.lit.F. etiã actus iste sũt practici, & speculatiui,ergo habent causas, cur tales cõtinent differẽtias, & consequẽter istæ causæ erunt originatiuè causãtes differentias illas in habitibus; quare ab eodem habitus,& actus habebunt rõnẽ practici, vel speculatiui;& de isto q̃rimus,quodnã sit;in qua difficultate certũ est intellectuũ nõ posse esse talẽ causã,qa ĩtellectus est causa cõis vtriq; tàm practico, quàm speculatiuo, ergo nõ potest esse causa distinctiua, aliquid aliud igitur assignari debebit, quod sit proprium vnius,& non alterius.

Prima opinio est Henr.quol.4.q.1. quẽ sequitur Greg. in prol.q.5.ar.3. Fland.6. Met.q.2.ar.2. & ex parte Amic.tract.27. disp.4.q.4.dub.6. scientiam .s. dici practicam,vel speculatiuã à fine, nam finis practicæ, est opus, speculatiuæ vero ipsa veritas,& scire obiecti;quam sent.ex nostris sequitur Basso.q.7.prol.ar.3.Secũda sent. est Sco.q.4.prol.ar.3.& oĩum Scotistarũ, has differẽtias nõ sumi à fine,sed ab obiecto,vel si obiectũ,& finis coincidunt, nõ sumi ab illo vt fine, sed vt obiecto, quem modũ dicẽdi ferè sequtur Rub.q.9.pl.ar.1.

Dicendum est, actum, & habitum diti practicum,non à fine, sed ab obiecto, idẽ de speculatiuo dicatur; ita Doctor cit, & quidem de habitu patebit, si id demõstrabimus de actu;prob. igitur à Scot. 1. pars ꝙ à fine non habeat,ꝙ sit practicus. Tum qa rõ practici formaliter sumitur ab aliquo intrinseco actui cũ sit essentialis illi ex dicẽdis ar.seq.ergo originatiuè erit ab aliqua causa extrinseca priori, & pͣsupposita illi actui,sed talis causa nequit esse finis, ergo &c.mi.prob. finis vt finis nõ est causa,nisi vt amatus,quia ex dictis disp.7. phys.q.8.ar.3. in tm̃ finis causat, in quãtũ mouet agens ad agendum,sed rõ practici conuenit actui, siuè finis moueat agens, siuè nõ, & cõsequẽter siuè sit actu causa, siuè nõ, qa sufficit directio aptitudinalis, ergo nõ causatur à fine,nõ .n. amabilitas, & potẽtia ad causandum sufficit, quia effectus, ꝙ recipit, à causa habet, q̃a causa actu causat,nõ quia põt causare. Tũ quia vel finis est causa, vt est extra productus, vel vt cõsideratus,vel vt intẽtus, & amatus;nõ primũ,quia vt sic est posterior actu practico,& aliquo mõ effectus,faciens aũt distinguere debet esse prius;si secũdũ, ergo vt sic nõ causat,vt finis, sed vt obiectũ quia vt sic nõ habet rõnẽ finis,ad quã requiritur, vt sit amatus, sed potius rõnẽ obiecti;nec tertium, vt iam ostensum est.

Respo.Bassol.notitiã precedẽtem amorem finis non esse practicam,sed speculatiuã,quia nõ est à praxi, vt à suo *prĩcipio*, qualis est intẽtio finis, vnde solũ admittit practicã notitiã post finis amorẽ, nõ erga finẽ,sed erga media. Per hoc ad 2.ait finẽ vt intentũ, seù intentionem finis causare notitiam practicam,& in hoc sensu explicat,& limitat doctrinã traditam de praxi.

Contra, intẽtio finis est praxis regulabilis ex dictis art.præced.ergo respicit regulam priorem, ergo non præcedit notitiam practicã,sed subsequitur. Tum quia contingit quandoq; agere contra actuale dictamen rõnis, vt cum quis peccando habet conscientiam remurmurantem, ꝙ dictamen est practicum, vt patet, nã actu dirigit ad opus, & attinet ad sciẽtiam *saltim* moralem, & tamen non est ab intentione finis,quia hæc potius est illi opposita. Tum quia præscindendo à quocunq; actu volũtatis hoc iudicium, *Deus est sũmè diligendus*, non est speculatiuus, quia non sistit in sola contemplatione veritatis, ergo practicus, ergo non est de rõne notitiæ practicæ actualis conformitas cũ praxi. Tandem quilibet actus bonus moraliter dicitur talis ex conformitate cum regula rõnis,vt cõmuniter docent Theologi in tract.de act.hum.sed intentio finis est bona formaliter, si est circa conueniens obiectum,ergo habet regulã pręuiam, cui conformatur, quæ practica erit, quia directiua operationis rectæ.

Amic.resp. rõnem practici habere esse à fine,non causatiuè,sed terminatiuè, nõ

vt actu existente, sed vt potente existere, quia effectus pôt terminare habitudinem suæ causæ, tã vt producibilis, quã vt productus. Hæc responsio nõ est ad propositũ, nã distinctio p effectus est distinctio à posteriori, nos aũt quærimus distinctionẽ p priora, & p causas, à quibus originatur.

Secunda pars, ꝙ sumatur ab obiecto, prob. à Sco. nã actus sciẽtiæ practicę causatur ab intellectu, & à pmissis, itellectus non est rõ distinguendi, vt diximus, ergo erunt pmissæ, quia vt dicemus disp. sequ. conclus. scientifica debet esse ex proprijs, nõ ex cõibus, cum igitur aliæ sint pmissæ cõclus. practicæ, aliæ cõclus. speculatiuæ, distinctio à priori ex pmissis sumi debebit; pmissæ aũt non sunt causæ originatiæ huius distinctionis, quia & ipsæ virtualiter includuntur in aliquo priori, tale aũt est subiectũ ex dictis q. 2. ergo causa distĩguẽs practicũ, & speculatiuum erit obiectũ propriũ vniuscuiusq; exẽplum: hęc cõclusio practica, Deus est sũmè diligibilis, deducitur ex his pmissis, summum bonũ est sũmè diligibile, Deus est sũmũ bonũ, in quib. virtualiter continetur, pmissę immediatè continent cõclusionẽ rõne medij, ꝙ est causa connectens extrema, medium aũt vltimatè continetur virtualiter in sobiecto, in quo ẽt virtualiter continetur pdicatum. s. sũmè diligibile. Quãdoq; autẽ mediũ est à subiecto distinctũ, vt est sanitas respectu hominis, quæ ponitur finis medicinæ, adhuc tñ in hoc casu obiectum est, ꝙ virtualiter primò, & vltimatè cõtinet, nõ ille finis, nã intantum hæc, vel illa sanitas cõcluditur de homine, q̃a homo est tali, vel tali temperamento cõstitutus; & in scientia morali fælicitas ponitur finis, sed demõstratur de homine per propriã rõnẽ, quia ideo facilitas talis cõpetit homini, quia est talẽ animã habens; vnde subiectum est saltim finis remotus scientię, & ideo ab ipso sumi debẽt principia, licèt nõ in quantũ finis, sed vt obiectum. Conf. ex Arist. 6. Met. 2. & 6. ethic. c. 2. & 3. de an. 51. vbi practicum à speculatiuo distinguit penes obiecta, clarius 1. Magn. Mor. cap. 33.

Notat tñ Doct. ꝙ cũ rõ practici dicat duplicẽ respectũ prioritatis, & conformitatis actiuæ, seu directiuitatis, primũ respectum propriè nõ habet ab obiecto, sed ab ordine potentiarũ, eo q̃a voluntas est regulabilis, & posterior intellectu; at sm̃ respectum accipit ab obiecto, quia ideò intelectus recrè dictat Deũ esse summè diligibilẽ, quia Deus in se verè continet veritatẽ illius propositionis, & rectitudinẽ illã. Vbi aduertit duplicẽ esse rectitudinẽ praxis eliciendæ, vnã necessariã, quãdo. s. independenter à quacunq; voluntate obiectũ natũ est terminare aliquã actionẽ, vt patet in exẽplo allato, & vniuersaliter in illis oĩbus, quæ sunt intrinsecè bona, vel mala, & ideò pcepta, vel prohibita, quia sunt bona, vel mala; altera rectitudo est cõtingẽs, cũ. s. obiectũ est bonum dependenter ab actu alicuius voluntatis, vt sunt illa, quæ sunt bona, vel mala, quia pcepta, vel phibita, vt sacrificiũ missæ in noua lege est bonũ, in veteri lege nõ erat bonũ ex ordinatione volũtatis diuinæ; & in his vltimis notitia dicitur practica respectu illius volũtatis, quæ nõ ẽ determinatiua rectitudinis, nõ aũt respectu illius, q̃ determinat rectitudinẽ, & bonitatem obiecti, hæc. n. non dependet ab intellectu tanquam à regula dictante, quia est causa rectitudinis obiecti, & prima radix omnis obiectiuæ bonitatis.

In oppos. arg. 1. ꝙ istæ differẽtię sumãtur à fine; Tũ ex Arist. qui 3. de an. 49. ait intellectũ extensione fieri practicũ. i. qui est speculatiuus, p ordinationẽ ad finẽ fieri practicũ, & 1. Met. c. 1. practicã scientiã docet ignobiliorẽ esse speculatiua, quia ẽ gratia vsus, ergo vsus est p se finis practicæ, ergo distinctio sumitur à fine; clarius hoc habet 2. Met. c. 3. vbi inquit finẽ speculatiuæ esse veritatẽ, practicæ aũt opus. Tum 2. quia actus dicitur practicus, quia est moraliter bonus, vel malus, sed bonitas, & malitia cõueniunt actui ex circũ-

ſtantijs, inter quas principalior eſt finis. Tũ 3. obiectũ, ſi ẽ cauſa actus, eſt effectiua, ergo nõ eſt prima radix diſtinctionis, prob. cõſeq. nã omne agẽs agit, qa mouetur à fine, ergo finis eſt prima cauſa, & radix oĩs diſtinctionis. Tũ 4. prĩcipia practica sẽper ſumũtur à fine, ergo finis eſt qui virtualiter ĩcludit notitiã cõcluſ. practicę.

Reſp. ex Sco. ſæpè cit. ad arg. pro opin. ꝙ datur triplex gradus intellectus ſecundũ Ariſt. primus, cũ percipit ſpeculabilia, Secundus cũ cogitat agibilia in vniuerſali non dictãdo de medijs in particulari, Tertius cũ de medijs in particulari cõſulit propter finis aſſecutionẽ, hinc ſecundũ primũ gradũ intellectus eſt ſpeculatiuus, qui deinde extẽditur ad cognitionẽ practicã in vniuerſali, & aptitudinalẽ, qua nõ reſpicit finem vt amatum, ſed vt cognitũ; ſecundum tertium gradum reſpicit finẽ amatũ, & volitum à voluntate, quare negatur intellectum extendi ad practicam cognitionẽ aptitudinalẽ propter finẽ; Ad id de 1. Met. reſp. Scot. ad arg. princ. 2. qu. collat. ꝙ vſus, ſeù operatio ſi eſt obiectũ ſcientię practicę, tunc eſt p ſe diſtinctiuũ eius vt obiectum cognitum, non vt cauſa finalis; ſi verò non eſt obiectũ, ſed in gratiã alterius conſideratur, tunc quãuis habeat habitudinẽ ad vſum, nõ tñ vt ad p ſe finem, hic. n. eſt obiectum, & quia habitudinem dicit ad vſum, licèt vt in gratiã alterius conſideratũ. ſ. obiecti, adhuc cõcluditur ignobilitas ſcientiæ practicæ. Ad id de 2. Met. ait habitum ſpeculatiuũ pro fine immediato habere ſpeculationẽ, quæ dicitur veritas, qa vlterius non tẽdit, habitum practicum pro fine immediato habere opus. i. notitiã practicã, quæ dicitur opus, quia reſpicit illud regulando; quarè Ariſt. aſſignauit differentiã habituum penes actus, quos immediatè reſpiciunt, hęc enĩ diſtinctio non eſt prima, & originalis, vt diximus. Ad 2. ait §. *Concedo*, ꝙ bonitas, vel malitia intrinſeca ſumitur ab obiecto, & à fine, vt cum obiecto coincidit, ſi verò diſtinguitur, numeratur prima circũſtantia inter cæteras, à quibus ſumitur bonitas, vel malitia accidentalis; prætérquã ꝙ aliud eſt loqui de praxi, aliud de notitia practica, argumẽtũ vrget de praxi, nõ de practica; quæ eſt independẽs ab intentione finis. Ad 3. neg. cõſeq. ad prob. dicimus agẽs naturale in ſe ſpectatũ agere inchoatiuè propter finẽ, quatenus naturali pondere agit determinata actione, nõ cõpletè, itaut moueatur metaphoricè à fine, cũ ergo finis in ſe nihil cauſet reale ĩ ſe agẽte, nõ põt eſſe cauſa prima diſtinctiua, nõ. n. eſt vera cauſa realis, ex dictis in phyſ. diſp. 7. q. 8. tũ quia finis obiecti agentis eſt ipſius cognitio, vnde ſi valeret rõ, cõcluderet, ꝙ actus eſſent prima diſtinctiua habituũ. Ad 4. aſſumptũ eſt verum de fine p ſe vltimato ſcientiæ, qui eſt obiectum, à quo deſumuntur principia, non vt finis, ſed vt obiectum, non de fine non vltimato, qualis eſt praxis, à qua licèt aliqua ſumantur principia, radicaliter tamen continentur in obiecto, vt explicuimus in prob. concl.

Secundò ad idem ex Baſſo. Tum quia inter oẽs cauſas finis eſt prima, & pcipua, ergo à fine ſumi debet radix oĩs diſtĩctionis. Tũ 2. ex 6. eth. c. 3. bonum intellectus practici eſt confeſsè. i. cõformiter ſe habere appetitui recto, ergo appetitus rectus, ſeù intentio finis eſt meſura notitiæ practicæ, & radix diſtinctionis. Tũ 3. ſicut ſe habet principiũ in ſpeculabilibus, ita finis in practicis, ergo ſicut ſpeculatiua ſciẽtia ſpecificatur à principijs, ita practica à fine. Tũ 4. illud dr̃ regula, & menſura notitiæ practicæ, & actuũ humanorum, à quo habet volũtas, ꝙ moueat, & imperet alijs potẽtijs, ſed hoc habet à fine, qa ſibi correſpondet finis in vniuerſali. Tandẽ notitia dr̃ rectè dirigere ex fine, qui eſt prima regula, & principium, ad ꝙ aſpicit agens.

Reſp. ad 1. finem nec eſſe veram cauſam realem, nec in agentibus naturalibus habere rõnem completã finis, quæ conſiſtit in mouere metaphoricè agens, i. cauſat, quia amatus, & intẽtus, vt in phyſ. diximus; & nuper ad 3. tetigitur, Ad 2. in-

tell-

telligitur Arist. de cōformitate actiua, nō passiua, aliter si intentio finis esset regula notitiæ practicę, omnis notitia d'ctans de medijs iuxta exigentiā finis, ēt si finis esset malus, adhuc esset recta, quia conformis intentioni, φ est falsum. Ad 3. valet de fine vt cognito, quomodo coincidit cum obiecto, non de fine vt amato, quo pacto habet rōnē finis; vel melius valet de fine in ordine ad electionē mediorū, nō in ordine ad notitiā practicā. Ad 4. assumptum cōcedi pōt de fine in ordine ad actus imperatos, qui oēs intentioni finis subordinantur, & fini vt amato, non de notitia practica, quæ præcedit voluntatis imperium, ideoq; non respicit finem vt amatū, sed solum vt cognitum, quo sensu habet rōnem obiecti, non finis. Ad vlt. per idem.

Tertiò, quòd obiectum nō distinguat, prob. causæ efficientes nō distinguunt effectus specie, nam à diuersis specie causis pōt idē effectus pṼenire, vt calor à sole, & & igne, sed obiectū est causa efficiēs actus ergo, &c. Tū 2. ab eo actus non specificatur, à quo minus dependet, & ab eo specificatur, à quo magis dependet, ab obiecto minus pendet, qa pōt saltim à Deo absolui à tali dependentia, s. s. Deus immediatè causaret actum supplendo causalitatē illius, à fine magis pendet, qa nec ēt à Deo pōt absolui ab illius dependentia, semp. n. notitia practica respiceret opus tāq̄ finē, ergo &c. Tū 3. de eodē obiecto dātur notitiæ practicæ, & speculatiuæ, ergo distīctio nō sumitur ab obiecto. Tum 4. obiectum dicitur virtualiter continere secundum propriam quidditatem, ergo si, vt sic dat specificationem scientiæ practicæ, nulla de illo daretur speculatiua scientia.

Resp. ad 1. ex Sco. cit. φ quando causæ specie distinctę sunt vniuocę cū suis effectibus, seū similes, si nō vniuocatione, & similitudine cōpletā, quæ attēditur penes formas reales, vt cū calor pducit calorē, saltē vniuocatione, & similitudine diminuta, seū intētionali, q̄ adest, cū effectus ē similis suæ causæ in forma, sed non in mō essēdi formæ, vt cū domus extra fit à domo in ītellectu existente, adest similitudo in forma, qa ad instar illius fit, sed non in mō essēdi; nā domus extra habet esse reale, domus intra habet esse diminutum, intentionale, & cognitum, quando igr̄ effectus sunt similes aliqua similitudine istarum, tunc causæ efficientes specie diuersæ valēt inferre diuersitatē specificā effectuū, sic se habent obiecta respectu actuū. Ad 2. in casu ēt specificarētur ab obiectis, nā causarentur à Deo, vt gerit vices illorum; tum qa obiecta nō dicuntur specificare pcisè, qa causāt actus, sed quia habent rōnem mensuræ circa illos, vt diximus disp. 8. q. 10. ar. 2. in fin. & tandem à fine non pendent essentialiter, cum finis non sit causa realis. Ad 3. de eodē obiecto materiali possunt esse scientia practica, & speculatiua, non sub eadē rōne formali, à qua sumitur specificatio, sic ab homine vt habente naturā specificatur pars physicæ, vt sanabili, medicina, vt beatificabili, moralis scientia. Ad 4. p idem, eadem. n. quidditas pōt multipliciter considerari, & secundum vnā rōnem cōtinet concl. speculatiuas, & dicitur virtualiter speculatiua, secundum aliā continet concl. practicas, quatenus. s. consideratur modo operabili, i. vt pōt esse terminus alicuius actionis, vel terminus alicuius operationis vitalis, quomodo Deus vt summum bonū dicitur terminus dilectionis, & diligibilis; & hoc modo dicitur virtualiter practica.

ARTICVLVS TERTIVS.

An practicum, & speculatiuum conueniant scientiæ, & quomodo.

NOn defuerunt, qui negarunt allatas differentias practici, & speculatiui scientiæ in cōmuni conuenire, eo quia oēm scientiam speculatiuā esse dixerunt, ita Sanc. to. 1. Log. q. 12. Vallius 2. p. post. disp. 4. p. 3. q. 4. adhæret Amic. trac. 27. disp. 4. q. 2. dub. 6. concl. 3. qui Alens. citat 6. Met. in tex. 7. Them. Auers. Zab. & Bal.

Opposita sententia est communis, & traditur à Sco. q. 4. prol. ad arg. princ. quãpro-

probat ex Arist.6.Met.c.1.vbi scientiã diuidit in practicã, & speculatiuã, ꝙ ẽt docuit 11.Met.sum.3.c.1.& li.1.c.2.& lib.2.tex.3.& 6.Eth.initio. Tum qa in lib.post. vbi tàm exactè naturã explicat scientiæ, nunquam excludit notitiã practicã à ratione scientiæ, imò omnes conditiones, quas adducit, notitiæ practicæ adaptari possunt, ꝙ ẽt ꝓbauimus supra q.2.ar.5. & magis patebit ex solutione obiectionum.

Instãt, nã Arist.1.Met.c.2. ad rationem scientiæ videtur exigere, ꝙ sit gratia sui, nõ gratia alterius, vt est practica notitia; sed specialiter 6.Eth.hoc asserit, nã c.1.diuidit facultates intellectus in facultatem sciendi, quæ res considerat, quarũ naturæ aliter se habere non possunt, & in facultatẽ ratiocinãdi considerãtem, quæ aliter haberi possunt; primã in c.2.vocat contẽplatiuã, & c.3.diuidit in sciẽtiã, sapientiã, & intellectũ, secundã in prudentiam, & artem, scientiã distinguit à prudentia, & arte, quia illa est circa obiectũ necessariũ, ꝙ aliter haberi nõ põt, istæ versantur circa obiectũ contingens, ꝙ aliter põt esse, nãoperabile dicit ordinẽ ad existentiã, & ꝑ consequens est variabile, nõ æternũ, cũ igitur de rõne oĩs sciẽtiæ sit habere obiectũ necessarium, & hæc ad cõtemplatiuã spectet facultatẽ, notitia verò practica sit circa cõtingens ptinens ad ratiocinatiuã, seù actiuã, non poterit cognitio practica sub scientia tanquã sub genere contineri.

Resp. in 1. loco solum docere scientiã speculatiuam, quia est gratia sui, perfectiorem esse practica, quæ est gratia alterius, nõ tñ negare sciẽtiã esse, imò supponere hãc diuisionem; & hoc modo est intelligendus Arist. dum 2.Met.3.ait practicam non considerare causas per se, .i. gratia sui, sed in ordine ad aliud. Ad.2.dicimus cum Sco.q.4.cit.quòd sub nomine scientiæ comprehendit etiam moralem, quia sæpe distinctionem assignat ex hoc, ꝙ scientia est de re demõstrabili, nõ autẽ prudentia, at habitus vniuersalium est de re demonstrabili, possunt .n. de operabilibus in vniuersali consideratis fieri propositiones necessariæ; & solũ de particularibus nequit fieri demostratio, de qbus est prudentia; nec obstat obiecti cõtingẽtia, nã actus, qui cõtingenter elicitur, cõcluditur necessariò debere esse taliter circũstantionatus, vt sit rectus; vnde inquit Doct. de ipso contingenti est scientia quãtũ ad concl. demonstratã necessariò, ꝑ aliquod.s. necessariò cõueniens contingẽti. Vocauit autẽ Arist. hãc facultatẽ contemplatiuã, nõ quia sit ꝓpriè speculatiua, sed quia est vniuersaliũ, vbi prudentia est singulariũ ad eũ modũ, quo medicina diuidi solet in speculatiuã, quę est vniuersaliũ; & practicã, quæ ex vsu singulariũ actuũ acquiritur, quatenus nõ proximè dirigit, & in particulari. Quã doctrinã Auersa q.26. sec.3. confirmat ex 1.magn. mor.c.32.& 33.vbi facultatem intellectiuã diuidit ex duplici obiecto intelligibili, & sẽsibili, primũ ait esse obiectũ cõtẽplatricis, sm̃ obiectũ cõsultricis, ꝑ primũ intelligit vniuersale per sm̃ particulare, & 6.Eth. c.7. & 8. clarè asserit prudẽtiã esse particulariũ.

Dices 6.Eth.cit. prudentia definitur, ꝙ sit habitus cũ recta rõne actiuus, sed hoc conuenit cuicunq; notitiæ practicæ, ergo quælibet sub prudentia, nõ sub sciẽtia cõtinetur. Tum quia c.7. ait prudentiã esse vniuersaliũ; ꝙ de arte docuit 1. Met.c.1. ergo sicut sub arte cõtinẽtur habitus vniuersaliũ, & particulariũ factibiliũ, ita sub prudentia vtrũq; habitũ agibiliũ dat intelligere. Ob id multi cõcedunt rõnes istas, & respondent Arist.ꝑ scientiã intelligere solas speculatiuas, quia istę procedunt demonstrationibus rigorosis, non sic scientiæ practicæ; quę sunt de minus perfectè cognoscibilibus in se, minusq; certis, quã speculatiuæ, vt notat Doctor cit. quæ responsio est expeditior. Attamen dicimus adhuc sustinendo prius allatam, ad 1. ex Scot.cit. ꝙ definitio prudentiæ debet intelligi de habitu actiuo proximo, qualis est habitus acquisitus ex actibus, non de remoto, qualis est scientia. Ad 2. in 1. loco

idcir-

idcirco ait prudentia esse vniuersaliũ, qa in esse pfecto psupponit sciẽtiā moralē vniuersaliũ in eodē intellectu. Non curauit autē distinguere artē ab experientia, sicut fecit de prudētia, & sciētia, qa artes vt in plurimum acquiruntur experimentis, & quia intētum ipsius principale erat explicare habitus directiuos erga agibilia, non erga factibilia.

Cum igitur practicum, & speculatiuũ sint differētiæ diuidentes scientiā, vidēdũ remanet, quō illi cōueniant, circa q̃ sunt duo dubia; primũ est, an sint differētię immediatè diuidētes scientiā in cōi, itaut q̃libet scientia sit vel practica, vel speculatiua, & nulla detur media; secũdum an sint differētię essentiales, an verò accidētales.

Et quidē circa primũ dubiũ nil occurreret dicendũ, est. n. qō de nomine, nā pēdet ex diuersa acceptione practici & speculatiui, de quibus iā determinauimus, q practicũ dicat extensionē ad opus, speculatiuũ carentiā talis extēsionis, inter quæ nullũ cadit medium, ergo oīs scientia, vel est practica, vel speculatiua, vt cum Scot. q. 4. prol. art. 1. & §. *Quarta via* docuimus q. proæ. art. 5. ostendēdo falsum esse logicā nec esse practicam, nec speculatiuam.

Verum estò hęc questio sit de solo nomine, vt diximus, Ferch. nuperrimè ve stig. 9. valdè insudat, vt probet nō esse diuisionē immediatā, sed dari mediũ p abnegationē extremorũ .s. scientiā factiuā, quæ nec practica, nec speculatiua est; totũ eius fundamentũ partim ex Arist. author. desumptũ est, qui scientiā diuidens sēper vtitur tripartita diuisione, nēpè in speculatiuā, actiuā, & factiuā, vt ex variis locis Arist. ostēdit c. 1. partim ex rōne, qa scientia practica, & scientia actiua sunt prorsus idē, & solũ differunt idiomate, nā practicum ex vox græca, actiuum latina, ergo nō benè diuiditur scientia in practicam, & speculatiuam, & rursus practica in actiuam, & factiuam: quia nihil potest tanquā cōe diuidi in semetipsũ, & in oppositũ suum, nec. n. pōt homo diuidi tanquā aliquod cōmune ad hominē, & brutum, tunc. n. idē esset cōmunius seipso, & vnũ oppositũ esset cōmune alteri opposito, & de illo prædicaretur. Nec respōdere valet, inquit ipse, *practica* sumi cōter, vel propriè; practica propriè est scientia actiua, & distinguitur cōtra factiuā; communiter verò significat omnem scientiam, quæ non est speculatiua, & non est gratia veritatis, & cognitionis solum, sed gratia operis. Nam contra instat, probans id esse abuti vocabulo *practica*, & in Schola peripathetica ęquiuocatione ludere, quia Arist. sēper accepit practicũ; vt contradistinguitur à speculatiuo, & factiuo, ergo nō licet alijs in eius Schola accipere practicũ, vt quid cōe ad actiuum, & factiuũ.

Sed tota huius viri cōcertatio manifestè demonstrat ipsum cōtexere litē de solo nomine, & de solo vocabulorũ vsu esse solitũ, idcircò, cũ de re cōstet cōis modus diuidendi scientiā in practicā, & speculatiuā, non est deserendus, & practicā rursus in actiuā, & factiuā, quia esse ad finem extra intellectũ est cōmune ad scientiam actiuā, & factiuā, ergo sicut scientia, quæ non habet talem finem, sed solam veritatem, dicitur, speculatiua, sic è contra quæ habet talem finem, dici poterit practica; vel si hoc vocabulum est suspectum, alio communi nomine poterit appellari v. g. operatiua, & sicut operatio diuiditur in actionem, & factionem. i. immanētem, & transeuntē, sic scientia operatiua in actiuam, & factiuam subdiuidetur. Rursus malè intruditur medium p abnegationē extremorum inter scientiam, quæ extenditur ad opus, qualis est, quę ponitur cōis ad actiuā, & factiuam, & illā, quæ nō extenditur ad opus, qualis est speculatiua, quia semper vrget ratio Doctoris, quod inter extendi, & non extendi dari nequit medium, etiam per abnegationem extremorum, cum sint contradictoria. At resi. Ferch. cap. 5. ad 14. posse dari medium inter contradictoria si diuersis subiectis applicentur, alioquin mirabilia paralogizare

re possemus, vt v.g. quod inter binarium, & millenarium nō est numerus medius; sic arguendo inter primum, & nō primū nō est medium numerorum autē binarius ē primus, millenarius non est primus, ergo &c. Verum hæc solutio probat solum quod inter extrema contradictionis pōt dari medium, si materialiter sumatur, non autem vt stant sub membris cōtradictionis formaliter, vt ipse ibi fatetur, & ex eius exēplo deducitur, quia inter binarium, & millenarium numerum datur vtrq; medius numerus, denarius, quinarius, &c. qui tñ numeri considerati, vt sunt non primi, nō mediāt īter millenarium, & binariū, alioquin probare possemus inter numerum binariū, & quinarium non dari medium sic paralogizādo, inter parem, & imparē nō datur medium, numerorum binarius est par, quinarius impar, ergo &c. sic in proposito factiua mediare potest materialiter inter actiuam, & speculatiuā, sed formaliter, vt stat sub illo extremo cōtradictionis, quod est extensio ad opus, nō mediat, sed est mēbrum inadæquatum illius extremi.

Nec fundamētum in oppos. satis firmū est, quia l. Aris. frequenter scientias diuidat tripartita diuisione, non tñ id semel fecit bipartita, vt ex multis locis colligitur, quos ipse adducit c.4. e stò ibi cōtendat nō facere verā diuisionē, sed potius cōparationē, quod an oīno sit verum, iudicent Aris. Interpretes, quia de hac re anxij nolumus esse; hoc certum est posse scientiā diuidi, & bipartita, & tripartita diuisione æque benè, quia vt diximus disp.1.q.5.ar.1. quando genus paucas sub se habet species, vt ī proposito est de scientia, cōmodum est, ac vtile illud immediatè diuidere in singulas, et hoc fuit in causa, quod Aris. frequentius tripartita diuisione fuerit vsus. Nec ēt ratio, quæ afferebatur, satis vrget, imò per distīctionem ibi allatā sufficienter diluitur; quā ēt esse de mente Aris. diximus supra ar.1. ad 3. neq; nouum est genus in species diuidi appropriato cuidam illarum ipso nomine gñis, sic motus diuidi solet in motū propriè dictum, & mutationem, pomum significat oē genus fructuum, & tñ specialiter malis applicatur, sic ergo in proposito practica significat promiscuè oēm notitiā, quæ ad opus extenditur extra intellectū iuxta modū loqndi Aris.2.Met.3. *speculatiuæ finis veritas, practicæ aūt opus*, peculiariter autem pōt, & solet applicari ad significādam illam speciem scientiæ, quæ dicitur actiua, & qui vocabulum practicæ timet applicare notitiæ in communi ad actiuā, & factiuam, vocet illam notitiam operatiuam, quia de nominibus rixā nolumus.

Ad instat Ferch.n.14. nullo nomine posse significari hanc notitiā cōem, quia non datur, quod probat ex Aris.1.Magn.mor.c.vlt. vbi inquit, quod *nō est cōis quedā facultas tā ad faciendū, quā ad agendum apta* ex quo concluditur necessariā esse tripartitā diuisionem scientiæ. Resp. Aris. per hoc solum innuere velle, quod non sit instituta facultas de facto, quæ agat de operabili, & est cōe ad actile, & factile, quemadmodum de facto datur metaphysica, quæ agit de ente, & est superior ad alias sciētiarum species, non autem negare voluit, quod abstrahi nequeat cōis cōceptus facultatis ab actiua, & factiua, quæ dicatur notitia practica, vel saltim operatiua, hoc.n. certum est, vt ipse concedit n.16. esse ad finem extra intellectum dicere quid cōe ad actiuam, & factiuā, ergo scientia respiciens hunc finem, vt sic in abstracto, erit cōis vtriq; An autem prēter tres scientiarum species enumeratas concedenda sit scientia quędā affectiua, quā cum alijs admittit auctor cit. c.7. ad pśens resoluere non spectat quia ēt si admittatur, non constituit speciem ab alijs distīctā, quia vel reducitur ad speculatiuam, vt ipse ibi asserit, vel potius ad practicam, vt vero similius est, & ipsum nomen ostendit, affectio .n. idem sonat, quod amor, eo autem ipso quod notitia amorē respicit, quē voluntati imprimat, potius practicam sapit, quā speculatiuā.

Altera difficultas est maioris momenti, & potest exagitari tā de actuali scien-

tia,

tia, quã de habituali, siuè partiali, siuè totali, nõ loquimur aũt de practico, & speculatiuo, put à nobis explicãtur, nã vt sic nequeunt esse differẽtiæ essentiales alicuius absoluti, vt supra diximus; sed pro eo, quod dicũt à parte rei; & idẽ est quærere, an scientia possit simul esse practica, & speculatiua.

Nominales sustinentes totalem sciẽtiã esse vnam aggregatione, concedunt posse esse simul practicam, & speculatiuam, quia potest in se continere diuersos habitus partiales, quorum vnus sit practicus, speculatiuus alter; negãt tñ habitũ partialem, vel actu posse simul habere has differentias. Alij affirmãt ẽt habitum simplicẽ quandoq; esse simul practicum, & speculatiuum, vel eminenter, vt Caiet. vel formaliter, vt recentiores, ita qui sustinent theologiã, & logicã dici practicã, & speculatiuã, vt notauimus q. proem. cit. q. alij extendũt, ẽt ad actũ, ita Amic. tr. 27. disp. 4. q. 1. dub. 10. Auersa q. 27. sec. 2. addunt Hurt. disp. 11. de an. sec. 4. & Arriag. disp. 1. Log. sec. 4. eũdẽ actũ saltẽ diuinitus posse successiuè de speculatiuo fieri practicũ.

Dicendum est nullum actum, neq; habitum scientificum, siuè partialem, siuè totalem, posse esse practicum, & speculatiuum, tã simul, quàm successiuè, & per cõsequens has differentias esse quidditatiuas, & essentiales; ita Doctor q. 4. prol. a. 3. & arguendo contra Gotfr. & D. Th. quem sequuntur Scotistæ omnes, & veriores Thomistæ, saltim loquẽdo de sciẽtijs naturaliter acquisitis, quos citant, & sequuntur Did. à Iesu disp. 1. q. 6. & Complut. ibid. prob. ex Arist. qui 3. de an. 53. 2. Met. 3. & 6. Met. c. 1. & 6. Eth. c. 1. & seq. & 1. magn. mor. cap. 32. & 33. ex diuersitate obiectorũ arguit, & distinguit scientias in speculatiuã, & practicã, & ex hoc, q vna non est practica, infert esse speculatiuam, & est si practica, quod nõ sit speculatiua, quod verum non esset, si eadem scientia simul esse posset practica, & speculatiua. Nec satis facit Vasq. 1. p. disp. 9. dicens in his locis Arist. non attendisse specificam distinctionem potentiarum; sed varietatẽ operationũ. Non valet, hoc. n. intẽdimus, quòd ex varietate obiecti speculabilis, vel operabilis arguatur distinctio specifica practicæ, & speculatiuæ cognitionis.

Deindè prob. rõne, & primò de actu; nã ratio practica, & speculatiua sunt oppositæ differentię, quę contradictoriã oppositionem inferunt, vt notãt Scó. cit. cognitio. n. practica fertur in obiectũ vt operabile, ex se est directiua operationis, respicit obiectũ in ordine ad existentiã; speculatiua verò ex propria natura respicit obiectũ in se, non in ordine ad opus, non est directiua operis, & ab existentia pscindit; ergo eidẽ actui nequeunt conuenire, consq. prob. quia idẽ actus tenderet, & non tenderet in opus, dirigeret, & nõ dirigeret; antec. q attributa illa conueniãt ex pprijs naturis, prob. q a quæ cõueniũt actui rõne obiecti formalis, cõpetunt illi essentialiter; nam actus ab obiectis specificãtur, ista verò attributa cõueniũt actibus ex obiectis proprijs formalibus, esse .n. practicabile est ratio formalis constituens scientiam practicam, sicut speculabile constituit speculatiuam, vnde diuersæ passiones oĩno demõstrantur, de quolibet per diuersa media, & principia, & si ab illis auferatur ratio speculabilis, vel operabilis, non amplius remanent obiecta practicæ, aut speculatiuæ scientiæ.

Multipliciter respondẽt; primò his rationibus solũ probari non posse dari actũ formaliter practicum, & speculatiuũ, non tamen eminenter. Sed hæc responsio ab omnibus ferè reijcitur, quia quælibet cognitio vel fertur in obiectũ in ordine ad opus; & sic est formaliter practica, vel in ordine ad se, & sic est formaliter speculatiua, & sicut nequit dari obiectum, q sit considerabile ab intellectu, sed nullo ex his modis; ita nequit dari cognitio, quæ nõ sit formaliter practica, vel speculatiua.

Alij resp. q practicum, & speculatiuũ possunt dupliciter cõsiderari, primò adæquatè, .i. secundum oẽs cõditiones, per quæ

quas oppenuntur, quomodo practicũ dicit cognitionem cum relatione ad opus, speculatiuũ cognitionẽ veritatis cũ negatione relationis ad opus, secũdo inadęquatè, quatenus dicunt pfectiones singulorum sine mutua repugnãtia, v.g. speculatiuum dicit cognitionem obiecti secũdum propriã naturã, & passiones, nõ excludendo simpliciter relationẽ ad opus, sed sm̃ qd .s. vt obiectum speculatiuo mõ consideratur, practicũ; dicit cognitionem directiuã nõ excludẽdo simpliciter rõnẽ speculatiui, seù cognitionẽ naturæ, & passionum, sed sm̃ quid; in primo sensu istæ differentiæ sunt incõpossibiles, & conueniunt vt sic actibus, quorũ quilibet respicit obiectum totaliter practicabile, vel totaliter speculabile, qua rõne dicũtur obiecta adæquata; at secundo mõ sunt cõpossibilia in eodẽ actu, quia ille actus tũc respicit plura obiecta vnum practicabile, aliud speculabile inadęquatè ꝓpter vniuersalitatẽ, vel pfectionem obiecti; adest exẽplum de anima rationali, in qua vniũtur pfectiori mõ formaliter gradus vegetãdi, & sentiendi in plãtis, & in brutis dispersi; & obiecta sẽsuũ externorum adęquatè ꝓprias potẽtias respiciunt, vt obiectũ vnius nõ sit alterius, at qa sensus cõmunis inadæquatè respicit oĩa sensibilia, ista possunt ad vnam potentiam spectare.

Contra vrgetur, quia rõnes practicabilis, & speculabilis nõ possunt inadęquatè respici ab eodẽ actu, nã actus vnus nõnisi vnicum põt respicere obiectũ, à quo specificatur, & nequit in plura obiecta formalia tendere, vt in lib. de an. dicetur, & si plura respicit, hæc erunt materialia obiecta, non formalia, aliter nõ esset maior rõ, cur vnus actus plura, & plura non respiciat; quare sẽp in obiecto vnica formalis rõ terminãdi correspondere debet, ergo idẽ actus neqt respicere inadęquatè obiectũ practicabile, & speculabile. Neq; dicas respicere illud obiectum sub aliqua cõi rõne. Tũ qa hæc cõis rõ esset obiectũ illius actus, non rõnes inferiores practicabilis, & speculabilis; sicut actus attingens animal pscindẽs à rationali, & irrationali, non ob id attingit hominẽ, & equũ sub ꝓprijs formalibus rõnibus. Tum quia hęc rõ adæquata necessariò deberet esse vel practicabilis, vel speculabilis, vt contra pced. resp. arguebamus; Nec exẽpla adducta faciunt ad rẽ, nã gradus vegetãdi, sẽtiendi, & ratiocinandi ex ꝓprijs rõnibus formalibus in [illegible] nõ sunt oppositi, nec se habent vt differentiæ diuidentes cõe genus, sicut sunt practicũ, & speculatiuũ in ordine ad scientiã. Similiter obiecta sensuũ externorum possunt inadæquatè respici à sensu cõi, qui est potentia respiciẽs pro obiecto adæquato sensibile sub rõne aliqua superiori, & cõi sensibilibus externis; at lata differentia est inter potentiã, & actum, eadem. n. potentia põt plura respicere inadæquatè, vt intellectus oĩa intelligibilia, & sensus cõis oĩa sensibilia, nõ autẽ eadẽ intellectio oĩa intelligibilia, aut plura, nec eadẽ sensatio plura sẽsibilia, sed ad multiplicationẽ obiectorũ particulariũ multiplicãtur actus; vt fusius in lib. de an.

Ex his manet probata secunda pars de habitibus partialibus; nã cum actus specie diuersi generẽt habitus specie diuersos, nec possit idẽ habitus concurrere ad actus specificè distinctos ex dictis q. 3. sequitur, ꝙ sicut actus practicus, & speculatiuus specie differunt, ita habitus correspondẽtes. Tandẽ ꝓbatur de sciẽtijs totalibus, scientia. n. totalis dr̃ vna ex vnitate habitibus alicuius quidditatis vt includẽtis, vel virtualiter, vel potẽtialiter veritates demõstrabiles de eo, cuius ẽ quidditas & de inferiorib. sub eo cõtentis, itaut oĩa cõsiderata ĩ totali sciẽtia cõueniãt in vna rõne formali cõsiderãdi, vel gñca, vel specifica, vt q. 3. fusè explicauimus; sed neqt dari vna cognitio alicuius qdditatis, quæ respiciat illã sub rõne practicabilis, & speculabilis, simul, vel sub rõne aliqua pscindente, vt probatum est, ergo neq; habitus similis poterit dari, ex cuius vnitate sumatur vnitas totalis scientiæ. Tum qu-

vni-

vnitas scientiæ totalis pendet ex vnitate principiorũ, sed nequeunt dari principia cõia scientiæ practicæ, & speculatiuæ, sed oĩno sunt diuersa, vnde cognitio principiorũ speculatiuę dicuntur ad habitũ intellectus ptinere, principiorũ verò practicæ ad finderesim, vt aduertunt Cõpl. cit.

Cum igitur quilibet actus, vel habitus ex ꝓpria natura habeat, ꝙ sit practicus, vel speculatiuus, & essentialiter; sequitur has differentias esse quidditatiuas, & essentiales scientiã in cõi diuidentes; & cõsequenter nec ēt diuinitùs eundem actũ, vel habitũ posse de speculatiuo fieri practicum, qã nequit Deus essentias rerum immutare; tũ quia ad hoc vt fiat talis mutatio in actu, deberet ēt mutari obiectũ, aliter nõ esset maior rõ, cur antea erat speculatiuus, mõ practicus, ad mutationẽ aũt obiecti mutatur ẽt actus quò ad entitatẽ.

In oppos. arg. quia idem intellectus est practicus, & speculatiuus, ergo etiam habitus. Tum 2. fides est simul practica, & speculatiua, nã iclinat ad actus practicos, vt ꝙ Deus sit colendus, & ad speculatiuos, vt ꝙ Deus sit vnus, indepẽdens, &c. quæ sunt conclusiones metaphysicales, & speculatiuæ. Tum 3. operabilitas, & non operabilitas in obiecto non sunt essentiales, & oppositę differẽtiæ, ergo neq; in actu, vel habitu. Tum 4. habitus speculatiuus concurrit ad directionẽ, quæ fit à practico, nã metaphysicus ostendit Deum esse sũmũ bonum, primum ens, infinitum, &c. quæ oĩa iuuãt ad dirigendã voluntatẽ in Dei amorẽ; physica considerat naturã animę, & passionũ eius, naturã herbarũ, & corporis humani, quæ cognitiones inseruiũt morali, & medicinæ, imò sunt principia; quib. medicus suas demonstrat cõclusiones practicas, ergo practicũ, & speculatiuum non sunt oppositæ differentiæ; vnũ .n. oppositum non cõcurrit ad cõstitutionem alterius oppositi. Tum 5. virtutes in inferioribus dispersæ reperiuntur vnitæ in superioribus, vt patet de gradibus sentiendi, & vegetãdi in anima rationali, ergo licèt practicum, & speculatiuũ in sciẽtijs inferioris ordinis specie distinguantur, tñ in scientia superiori, vel ꝓpter pfectionem obiecti, vt logica possunt vniri. Tum 6. diximus supra q. 3. dari posse vnã scientiã totalẽ oĩum rerũ, ergo hæc non erit practica, nec speculatiua, sed vtrumq; nec speculatiua, sed vtrumq; formaliter. Tandem si quis haberet cognitionẽ productiones rosæ v.g. hęc cognitio esset speculatiuã, vt patet; si tamen hoc actu permanente communicaret illi Deus potentiam productiuã rosæ, tunc euaderet illa cognitio practica, quia esset de aliquo operabili, ergo idem actus potest de speculatiuo fieri practicus successiuè.

Resp. ad 1. neg. paritatẽ, idem .n. intellectus est scientificus, opinatiuus, & erroneus, & tñ idem actus, vel habitus nequit esse scientia, opinio, & error, nec simul, nec successiuè; rõ est, quia differentiæ istę accidentaliter conueniunt intellectui, & inadæquatè ꝓpter sui illimitationem, at actibus, & habitibus essentialiter cõpetũt, quia sumuntur ex ꝓprijs obiectis formalibus. Ad 2. neg. antec. nã actus nõ specificantur ex obiectis materialibus, sed solũ ex formalibus, qua rõne diximus q. 3. oẽs actus fidei esse eiusdẽ speciei, & cõsequẽter vel practicos, vel speculatiuos, qa vnicum habent motiuũ assentiendi .s. authoritatẽ reuelãtis Dei. Ad 3. diximus ẽt q. cit. differentias accidẽtales obiecti in esse rei quandoq; esse essentiales in esse scibilis, & in ordine ad actus, vnde cognitiones risibilitatis, rationalitatis, & animalitatis specie, & essentialiter differunt, nõ tñ obiecta in esse rei. Ad 4. solũ sequi habitũ speculatiuũ esse virtualiter practicũ, nõ formaliter; nec repugnat vnũ, & idẽ esse formaliter speculatiuũ, & virtualiter practicũ, sicut aqua calida est formaliter calida, virtualiter frigida, vnum virtualiter calidum, formaliter frigidum; tum quia non est causa adæquata actus practici, ad cõclusionem .n. practicam requiruntur duæ præmissæ, quarum vna est ostensiua bonita-

nitatis obiecti, alia directiua in generali, vt summum bonum est diligendum, Deus est summum bonum, ergo diligendus, maior est directiua in generali, & remotè, & formaliter practica; minor in se est formaliter speculatiua, at in tali syllogismo est virtualiter practica. Ad 5. assumptum non est vniuersaliter verum, præcipuè quandò dispersa sunt opposita inter se, & imbibunt contradictoriam oppositionem; vndè nec scientia diuina, quæ eminenter continet omnes perfectiones possibiles actuum intellectus, dicitur formaliter, vel eminenter practica, & speculatiua, sed est formaliter speculatiua, vel practica iuxta varias opiniones. Ad 6. assumptum esse verum de scientijs speculatiuis, non de scientia in communi; quamtis .n. per præcisionem detur scientia tanquam genus præscindens à differentijs practici, & speculatiui, non tamen à parte rei datur hæc scientia, sed semper est in suis speciebus iclusa. Ad 7. antequã cõmunicaret Deus virtutem productiuam rosæ alicui, habet de productione rosæ scientiam speculatiuam, quia solum cognosceret modum, quò à causis naturalibus esset producibilis, nõn practicam, quia licèt sit de re operabili, nõn tamen operabili modo, .i. non vt à se operabili, & directiuo iudicio, post communicationem virtutis, adhuc ille actus esset speculatiuus, quia nulla esset in ipso facta mutatio, nec esset regulatiuus, vel applicatiuus propriæ voluntatis, & virtutis, & per consequẽs deberet alter actus produci omninò à primo diuersus; sic physicus considerat, quo pacto actus sint ab anima elicibiles, contemplatur ipsorum dependentiam, nõ tamen est cognitio practica, quia nõ considerat operabili modo, & in ordine ad circumstantias morales productionis.

DISPVTATIO DECIMATERTIA.

De Demonstratione.

INter partes subiecti Logicæ Arist. principem locum obtinet demonstatio, vt q. proem. tetigimus, quapropter hæc disputatio inter ceteras logicales principalior erit correspondens libris post. in quibus de demonstratione agit Arist. ipsam resoluẽdo in principia, & cõclusionẽ, vnde hi libri resolutorij inscribũtur, resolutio .n. est totius in partes, seu principia solutio, quæ duplex est, alia realis, quę fit reali actione, alia per intellectum, quę diuiditur in practicam, vt cum proposito fine inquirimus media, & in speculatiuam, vt cũ proposita cõclusione principia, & causas inuestigamus; quę resolutio ad logicalẽ cõtracta est syllogismi in partes, & principia solutio, & quia principia syllogismi alia sint formalia, vt esse in modo, & in figura, quę magis cõmunia sunt, alia materialia, quales sunt pręmissę secũdum debitas cõditiones, .s. quod sint per se, immediatę, priores, &c. hinc libri, in quibus forma, & figura declaratur, vt potè de magis cõmunibus, dicũtur libri resolutorij Priorum, illi verò, in quibus agitur de materia necessaria, quæ minus cõmunis est, inscribũtur resolutorij Posteriorum. Intẽtum igitur Arist. in his libris est naturam, & proprietates demonstrationis inuestigare, & cõsequẽter subiectũ erit demonstratio, nõ instrumẽtũ sciẽdi commune demonstrationi, & definitioni, hęc .n. in 2. lib. consideratur vt medium, & pars demõstrationis, nõ vt pars subiectiua ex dictis q. cit. & disp. 1. q. 4. ita colligitur ex Sco. q. 3. vniu. & fusè ostẽdit P. Faber theor. 19. solum est not. quòd ibi videtur cum Zab. docere demonstrationẽ propter quid *esse subiectũ, nõ domonstrationẽ in cõmuni ad* propter quid, & quia; *hoc autẽ est falsũ, quia de vtraq; agit Arist. in his lib. vt patet ex progressu operis, vtraq; facit scire, & est species syllogismi; solũ dici posset demonstrationẽ* propter quid *esse in his l. principalius Arist. intentum.*

QVÆ-

QVÆSTIO PRIMA.

De essentia, & speciebus demonstrationis.

CVM demonstratio sit syllogismus faciens scire, ipsius existentia, & possibilitas pendet ex possibilitate, & existẽtia scientiæ, quapropter quòd sit possibilis demonstratio, poterit probari, vt ostẽdimus scientiæ existentiam 2.p. inst. trac. 1. c.2. non negamus tamen difficulter efformari posse, sicut valde rarum est sciẽtiam propriã reperiri, eo quia proximas, & immediatas causas passionum, quæ vt plurimum sunt vltimæ differentiæ, ignoramus; at difficultas, & raritas non inferũt impossibilitatem: vt autem naturam, & quidditatem demonstrationis, eiusque species inuestigemus, prius declarare debemus vulgatam illam demonstrationis diuisionem in *propter quid*, & *quia*, deinde an hæc diuisio sit adæquata, an verò aliæ dentur demonstrationis species.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quid sit demonstratio propter quid, *& quia.*

REcolenda sunt, quæ diximus de demonstratione *propter quid* 2.p.inst. tract. 1. cap.4. .s. quod demonstratio *propter quid* sit illa, quæ per causam proximam, & adæquatam procedit ad probandam cõclus. quod ex Sco.colligitur quol. 7. I. & quol. 14. M. vbi docet tunc conclusionem demonstrari *propter quid*, cum per propriam, & immediatã causam probatur, seù propositionem, quæ nota sit ex terminis; cuius demonstrationis duas assignauit Arist. definitiones 1.post. c.2.

Prima definitio est, quod sit *syllogismus scientialis*, seù *faciens scire*, vbi per scientiam, vt ibi notauimus, intelligit Arist. proprijssimam, & per causam, quam prius definierat, aliter hęc definitio conueniret demonstrationi *quia*; Dubitari tamen potest circa hãc definitionem, quomodo demonstratio dicatur causare scientiã, cũ demonstratio aliud non sit, q̃ discursus scientificus, seù ipsa sciẽtia. Pro cuius resolutione p̃mittenda est doctrina tradita disp. 11.q.1. de syllogismo, qui multipliciter sumi põt, vel idealiter, vel exercitè, & tunc vel formaliter, vel obiectiuè; insup vel vt dicit p̃missas, & conclusionẽ, vel p̃missas solũ, vel cõclus. solã, q; etiã de demõstratione dici põt. Rursus, q; sciẽtia, vel est actualis, vel habitualis, vt dispur. præced. q.1. notauimus his præacceptis.

Dicimus, q; si cum quibusdã sustinere velimus demonstrationem hic definiri idealiter captam, tunc dicetur causa sciẽtiæ instrumentalis, quia vt sic dicit vnum ex instrumentis sciendi directiuũ tertiæ operationis, & consequenter, quia demõstratio dirigit cognitionẽ intellectiuam, non quãcunq; sed scientificam, erit causa illius instrumentalis. Si verò cũ alijs dicamus demõstrationem exercitè sumptam definiri, sed formaliter, tunc si per scientiam intelligamus actualem, quæ est cognitio conclus. cum dicitur demonstratio causa scientiæ, debet sumi pro præmissis solum, qua sunt causa effectiua concl. ex dictis disput. 11. q.3. Si verò intelligamus habitualem scientiam, sic demonstratio definiri poterit, vel pro conclus. sola, vel vt etiam præmissas significat, nam habitos scientiæ causatur ab actu .s. conclusione formali, & saltim remotè etiã præmissis. Attamen si demonstratio dicatur hic definita obiectiuè sumpta, sic quia nõ semper obiectum physicè concurrit ad cognitionem sui, põt explicari, q; sit syllogismus faciens scire .s. includens sciẽtiã obiectiuã. Hæc tñ vltima expositio non satis rectè accomodatur, quare dicẽdum erit demonstrationẽ formalẽ hic definiri, quod videtur magis consonum Arist. nam 2.post.2. ait, *Scire est habere demonstrationem*, & tex. 26. *Dictum de demonstratione, & scientia demonstratiua, idem sunt*; vel dicatur, & melius demonstrationem idealem ab Arist. definiri; nam finis Logicæ Arist. est adæquata cogni-

tio syllogismi, vt est instrumētū sciendi,& spec ierum eius;& Ari.loc.cit.licèt de formali demonstratione loquatur, non ideircò deduci; debet eodem modo esse de demōstratione locutū, dum illā definiuit, nā intentio ipsius non ex exemplis, quæ adducit,sed ex fine totius operis est venāda.

Secunda definitio est, quod sit *syllogismus constans ex veris, primis, & immediatis, prioribus, notioribus, & causis conclusionis*, quam fusè quoad omnes particulas ibi explicauimus, & infra iterum tāgemus. Solum hic addendum, quod non irrationabiliter omninò docent aliqui hāc non esse definitionem demonstrationis, sed solum quandam numerationem conditionum, quæ ad gignendam scientiam requiruntur; vnde postquam tradidit Aristot. definitiones scientiæ, & demonstrationis, incipit conditiones necessarias explicare, cuius signum euidens, quod non oēs conditiones hic assignauit,sed aliquas c.4. declarauit, vt quod præmissæ sint necessariæ, de omni, per se, & secundum quod ipsum, quas tamen, cum sint conditiones necessariæ, debebat cum alijs enumerare, si illa esset vera definitio. Nisi velimus dicere, quod in hac secunda definitione tantum addidit conditiones, quæ per se, & explicitè ex definitione scientiæ deducuntur; vel quòd aliæ in c.4.assignatæ virtualiter in relatis c. 2. cōtineantur.

Dices, forma demonstrationis est esse in modo, & figura, materia sunt propositiones in materia necessaria, cum igitur vtraque definitio sumatur in ordine ad materiam, de secūda patet, de prima ostēditur, quia facere scire non conuenit demonstrationi ratione modi, vel figuræ aliter quilibet syllogismus in modo, & figura esset scientialis,sed ratione materiæ, cur prima definitio dicitur formalis,secūda materialis, & non potius vtraque materialis? Resp. dici formalem, quia datur per scientiam, quæ est finis demonstrationis, finis autem reducitur ad causam formalem; vel quia datur per differentiam circumscriptam per ordinem, & habitudinem ad scientiam, quæ est effectus; aliā dici materialem, quia in illa explicitè numerantur conditiones præmissarum, quæ sunt materia demonstrationis.

Hæc igitur demonstratio *propter quid* ex causis primis, & immediatis, seu proximis,& adæquatis procedit ad ostendendas conel.& dicitur *propter quid*, nam demonstrat, non solum prædicatum conuenire subiecto in conclusione, sed etiam causam reddit, propter quam insit, & subiecto conueniat, an autem hæc demonstratio possit per omnia causarum genera demonstrare, dicemus infra.

Circa alteram quæsiti partem de demonstratione *quia* not. quòd hæc demonstratio non demonstrat per propriam causam,vnde ly *quia* non sumitur causaliter, sed vt est mera coniunctio, ostendit enim quòd hoc sit hoc, cuius rei non reddit propriam, & adæquatam causam, hinc solet etiam appellari demonstratio *quod est*, quæ multis modis contingit fieri, vt notauimus 2. p. instit. tract. 1. c. 5.

Primus modus est, cum per effectum demonstratur causa,quòd sit;& si effectus est conuertibilis cum causa, potest argui tàm affirmatiuè, quàm negatiuè; imò addit Arist. 1. post. c. 12. tex. 30. quòd si causa assumeretur deindè vt medium, quæ prius erat demonstratio *quia*, euadit demonstratio *propter quid*: si effectus excedit causam tenet negatiuè tantum, si exceditur, etsi effectus sit remotus,valet affirmatiuè, vt ibi explicauimus. Solum hic est not. hac demonstratione non tantum ostendi existentiam compositam, quæ explicatur propositione de 3.adiacente,vt cum probatur causam alicui subiecto cōuenire, verum etiam existentiam simplicem explicatam per propositionem de 2. adiacente, contra Auerr. primam partem tantum asserentem, sequitur enim necessariò dies est,ergo Sol est.

Secundus modus contingit, vt ibi diximus, cum per causam remotam demonstratur

ftratur effectus, & si causa excedit, tenet negatiuè in 2. figura (nam quia causa, quæ est medium, est vniuersalior, in maiori debet prædicari, quæ est dispositio secundæ figuræ) si exceditur, tenet affirmatiuè; dūmodò tamē inter causam, & effectū sit essentialis dependentia, nam si per accidens prouenire tà causa, nulla esset demonstratio. Ratio huius dicti est, vt notat Auersa, quia causa remota, & inconuertibilis, siue excedat, siue excedatur ab effectu, non perfectè quietat intellectum, imò vlterius posset fieri interrogatio, vt si afferatur pro causa, cur paries non sit risibilis, quia non est animal, vel cur sit calidus, quia est propè ignem, non totaliter quietatur intellectus, potest enim vlterius quærere, cur aliqua animalia non sunt risibilia, & cur aliquando paries est calidus, quamuis non sit propè ignem? quod non euenit, cum medium est causa conuertibilis; vnde Ari. tex. 20. docet demonstrationem debere esse ex proprijs, & adæquatis; & hoc sensu potest explicari ly *non contingit aliter se habere* in definitione scientiæ positum, scilicet quòd nec effectus possit esse sine illa causa, nec causa sine effectu.

Verùm circa hunc modum dubitari potest primò, quia Blanc. disp. 5. de demon. sect. 3. concl. 1. sustinet, quando effectus est ita cum remota causa coniunctus necessariò, vt ex negatione causæ necessariò inferatur negatio effectus, demonstrari demonstratione *propter quid*, non *quia*, nā sufficit ad demonstrationem *propter quid*, q̄ demonstrat per causam virtualem, quo pacto negatio causæ potest dici virtualis causa negationis effectus. Secūdo Ruuius hic negat demonstrationem à causa, quæ ab effectu exceditur, esse *quia*, sed ait esse *propter quid*, nam verè est per causam inferentem effectum, & potest in prima figura demonstrari, vbi demonstratio per causam remotā ab Arist. ponitur in 2. fig. qua ratione postquam illā explicauit Aris. concludit, *Assimilantur autem tales causæ his, quæ secundum excessum dicuntur*, idest prædicatis superioribus excedentibus inferiora, ergo per causam remotam intellexit solam causam excedentem. Tandem Zab. lib. de spec. demon. c. 3. ex opposito omnem demonstrationem per causam remotam, siue conuertibilem, siue non conuertibilem ait esse demōstrationem *quia*, & solum quæ procedit à causa proxima conuertibili, vocat *propter quid*.

Sed dictum Blāc. est contra Aris. cit. vbi clarissimè demonstrationem illā appellat *Quia*, non *propter quid*, & affert exemplū de negatione animalis, qua probatur de aliquo negatio respirationis; neque ad demonstrationem *propter quid* sufficit quæcūq; illatio ex causa, sed requiritur, quod fiat ex causa propria, & cōuertibili. Dictū Ruuij probabile est, maximè quia Aris. expressè non est locutus de causa ab effectu excessa; Attamen posset hoc ex alijs locis deduci, neq; caret nostra sententia rōne, vt vidimus, tum quia non est de rōne demonstrationis *quia* à causa remota, quod fiat in 2. fig. nā demonstrationes scientiæ subalternatæ possunt esse primæ figuræ, & tn̄ dicuntur demōstrationes *quia* ab Arist. Tandē dictū Zab. non ita rectè asseritur, sufficit enim quod passio per verā, & adæquatā causā demōstretur, quāuis inter ipsam, & causam mediet alia passio, quia non est per aliam causam demonstrabilis, passio enim medians non est causa, sed potius effectus præuius; vt in instit. cit. diximus.

Tertius modus assignatur ab Ar. demōstratio *quia* spectat ad scientiā subalternātā, demonstratio *propter quid* subalternāntē, & est cū demonstratur passio de subiecto per causam proximā quidem, sed non primā, & ab alia priori causa indemōstrabilē, sed aliā præsupponentē, per quā demōstratur à subalternante demōstratione *pp qd*, vt explicuimus disp. præced. q. 2.

Alius modus solet assignari, cum à signo arguitur necessariò, & euidenter cōnexo cum altero, vnde à cōcomitanti dici solet, vt cum vna passio per aliam infertur, cui est indissolubiliter vnita, qua ratione

tione nõ facit ꝓpositionem oĩno p accidens, vt falsò docet Zab. cit.c.5. vel cũ ex vno relatiuo alterũ infertur. Et quãuis expressè nõ assignetur ab Arist. tñ satis deduci poterit ex ipso cõtextu in princ. assignãs.n. differentias, quibus demonstratio *quia* differt à *propter quid*, ait, *Vno quidem modo, si non per immediata efficiatur syllogismus, non.n. accipitur prima causa, scientia verò ipsius propter quid secundum primã causã*, qui modus vt distinctus ponitur ab Arist. à tribus enumeratis, vt patet legenti textum, quando ergo non accipitur prima, & immediata causa, fit demonstratio *quia*, in demonstratione autem à signo non sumitur talis causa.

Ex his oĩbus patet non rectè ab aliquibus demõstrationẽ *pp qd* distinctã poni à demõstratione *quia* p hoc, ꝙ illa sit semp a priori, hęc à posteriori, quomodo videtur loqui Did. à Iesu disp.17. q.1. & Faber. theor.10.c.1. Nam hæc quandoque à causa procedit, quòd est à priori demonstrare.

Dices Scot. quol.7.A. ponens differentiã inter has demonstrationes ait demonstrationẽ *propter quid* esse p causã, demõstrationẽ quia esse p effectũ, quod deinde ꝓbat, qa omne demonstrabile p aliud dicit ordinẽ ad illud, vel vt ad causã, vel vt ad effectũ, ergo demonstratio *propter qd* est semp à priori, demonstratio *qa* semp à posteriori. Resp. intentũ Sco. ibi esse, solum ostendere duobus modis aliquid demonstrari posse per aliud, .s. per causam, & per effectum, hunc modũ vocauit demonstrationem *quia*, nam verè est talis demonstratio, illum dixit esse demõstrationem *propter quid*, non quod censeret oẽm demonstrationem per causam esse *propter quid*, nã in eodẽ quol.I.& quol.14. M. clarè docet ad demonstrationẽ *propter quid* requiri, vt sit p causã virtualiter cõtineatẽ effectum ꝓximè, & adæquatè, sed loquitur antonomasticè, & secundũ vulgarẽ loquẽdi modũ, quatenus oĩs demõstratio *propter qd* est p causã, & à priori, & oĩs demonstratio per effectũ, & à posteriori est demonstratio *quia*, & demonstratio à signo põt dici per effectum, nam vnus effectus demonstratur per alium.

Tandem ex his deduci poterit definitio demõstratione in cõi ad *propter quid*, & *quia*; quam assignauit Arist. 1.top. c.1. vt notauimus in instit. cit. c.4. quòd .s. sit *syllogismus ex veris, & primis, aut ex talibus, quæ per aliqua prima, & vera eius, quæ circa ipsa est, cognitionis principium sumpserunt*, breuius dici põt, ꝙ sit *syllogismus verus, certus, & euidens*, verus ad differẽtiã sophistici, certus ad differentiam topici, euidens ad differentiam theologici, vt de scientia disp. præced. q.1. docuimus.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quot sint demonstrationis species.

EX triplici capite assignari possũt species demonstrationis, sicut tripliciter diuidi potest, vel ex parte formæ, vel ex parte materiæ *ex qua*, vel ex parte materiæ *circa quam*, vt de syllogismo in cõi notauimus 1.p. instit. tract.3. c.11. in præsenti non est sermo de prima, & secũda diuisione, & de speciebus ex his capitibus prouenientes, idem .n. dicendum, ꝙ de syllogismo docuimus, sed de tertia diuisione, qua demonstratio est vna species essentialiter à topico, & elencho syllogismo distincta propter materiã necessariã, circa quã versatur, hæc .n. differentia non facit solum accidentaliter differre, vt asserunt Complut. hic, sed essentialiter, vt cum Tatar. ostendimus loc. cit. & sensus quæsiti est, an demonstratio ratione materię, circa quam versatur, sit in species diuisibilis, & quæ sint.

Prima extrema opinio solam demonstrationem *propter quid* admittit, negatque demonstrationem *quia* esse veram demonstrationis species, ita Auic. Alex. Them. Simpl. & ex recent. sequuntur Cõplut. disp.19. q.4. Mas. 1. post. c.10 sect.1. q.1. Conimb. q.1. art.3. Ab his parum recedit Soto 1. post. q. 5. qui licet concedat has demonstrationes specie distingui, negat tamen generare assensus conclus. specie

cie diuersos; quãdo ptinent ad eãdẽ scientiã totalem; alij verò admittunt generare assensus scientificos diuersos, non tñ distinctos habitus, sed eundẽ specie. Secũda sent. extrema est Auerr. 1. post. com. 95. & 96. Zim. theor. 53. Baldu. q. de regressu demonstr. Petrel. lib. 6. disp. log. c. 7. tres species, demonstrationis admittens. s. demõstrationẽ *qa*, demonstrationẽ *pp quid*, & demonstrationem *simpliciter*, seu *potissimã*, prima ostendit, *q res sit*, secũda ostẽdit causã, propter quid res sit, supponens rẽ esse, vt qdo scimus diã esse Lunã eclypsari, attamẽ demonstratur p proprias causas, cur sit dies, vel eclypsetur Luna, in his .n. casibus scitur *an sit*, & tñ quæritur *pp qd sit*; Tertia vtrumq; demõstrat, & *quod res sit*, & *propter quid sit*, vt si quis ignoraret, & Lunæ eclypsim, & causã eclypsis, & per interpositionẽ tertiæ inter Solem, & Lunã demonstraret Lunã eclypsari, hac demonstratiene sciret *an sit*, & *pp qd sit*, ideoq; dicitur potissima, & simpliciter demonstratio. Inter has duas vltimas demonstrationes ab aliquib. aliæ assignatur differẽtiæ, vt refert P. Faber theor. 10. ex Zab. lib. de spec. demon. nã demonstratio *pp qd*, inquiunt, habere pro medio quãlibet causã præter formalem, non constat ex terminis conuertibilibus, præmissæ sunt notæ solum natura, nõ nobis, & fiunt notæ p demonstrationem *qa*.; at demonstratio potissima habet pro medio solũ causã formalẽ, cõstat ex terminis reciprocis, & ipsius pmissæ sunt notæ natura, & nobis immediatè p sensum, & sine demonstratione *qa*. Media sent. duas ponit immediata, species demonstrationem *qa*, & *pp qd*, licèt differãt authores, an sĩt species specialissimæ, an verò subalternæ. & priorẽ partẽ videtur asserere Faber. cit.

Dicendum est, duas esse veras dem onstrationis species subalternas .s. *propter quid*, & *quia*, ita Scot. quol. 7. & A. 2. post. q. 56. estq; cõis, nã præter Scotistas ipsam sequuntur Auers. q. 28. sec. 2. Io. de S. Tho. q. 25. ar. 4. Blanc. disp. 5. de demon. sec. 2. & seq. Ruu. 1. post. c. 10. q. 2. Did. à Iesu disp. 17. q. 1. & 2. vbi tñ demonstrationem *pp qd* specie infimã ponit Amic. tra. 26. disp. 2. q. 1. dub. 2. & 3. prob. primò, q demonstratio *qa* sit vera species demonstrationis ab alijs distincta nã Arist. 1. post. 30. de ipsa loquitur tanquã distincta à *pp qd*, & tex. 17. & 18. vtrãq; ait ex necessarijs debere procedere. Tum quia duplex scientia assignatur ab Aris. 1. post. 42. & 2. post. 25. & *qa pp qd*, ergo demonstratio *quia* erit vera demonstratio. Tum quia fuit origo oĩs scientiæ *pp qd*, nam vt ait Ari. 1. met. c. 1. ex effectuũ cognitione philosophari cæperunt homines, qui modus est nobis connaturalis ex 1. phy. 2. Tum quia cognitio genita per hanc demonstrationem est certa, euidens, & necessaria, ab opinione essentialiter distincta, ergo est scientifica, quãuis non sit p causã, nõ .n. apparet in qua nam specie intellectualis habitus poni posset, nisi in specie sciẽtiæ, cum qua maiorem habet affinitatem.

Ex quib. exploditur responsio Conim. asserẽtiũ ad sciẽtiã necessariò requiri cognitionẽ esse per causã; Quod est falsũ, nã Arist. cit. clarè hãc cognitionem ab effectu scientificam admisit; neq; ad rõnẽ scientiæ in communi videtur hæc conditio necessaria, nisi fiat quæstio de nomine; exploditur ẽt responsio Complut. admittentiũ quidẽ per hãc demonstrationẽ generari scientiã, sed valdè imperfectã, nõ in rõne habitus, sed dispositionis, nec specie distinctã à scientia per demonstrationẽ *propter quid* producta, quæ est perfecta scientia, & habitus habet rõnẽ. Refellitur quidẽ, nã Arist. de his locutus est tanq̃ de specie diuersis, nã illã ait procedere ex nõ ĩmediatis, nec proximis, istam ex immediatis, & adæquatis causis; cum ergo ex diuersis procedant principijs, & quãdoq; sint ẽt conclusiones diuersæ, ẽt in eadem totali scientia, specie different ex dictis disp. præced. q. 4. & cõsequenter si assensus erunt specificè diuersi, ẽt habitus ex illis geniti; nã ex dicendis in lib.

de an. actus specie diuersi, diuersos habitus specie producunt. Tum quia habitus, & dispositio ex dictis disp.7.q.3.art.2. different penes graduum intensionem, vel remissionem, ita ut eadem qualitas intensa dicatur habitus, quae prius remissa dicebatur dispositio, ergo si demonstratur, quia sæpius reiteraretur, iam generaret qualitatem intensam, & consequenter habitum absque demonstratione pp qd. Tum quia magis differunt demonstratio, qa, & pp qd, quam inter demonstrationes pp qd, sed istæ etiam in eadem scientia specie differunt ex disp. praecedent. cit. ergo & illæ.

Secundò, quod non detur alia specie praeter has duas prob. ex Arist. cit. vbi duas tantum assignauit demonstrationis species. Tum quia omnis diuisio ad bimembrem reduci debet, ergo etsi demonstratio pp qd, & potissima specie differrent, quia tamen in hac communi ratione conueniunt, quod demonstrent per causam proximam, & immediatam, debebit vna demonstrationis species abstrahi, in quam demonstratio in communi immediate descendat, sicut quamuis demonstratio, qa sit multiplex specie, vna tamen ponitur tanquam immediata species subalterna sub demonstratione in communi, & ita diuisit Ari. tex.30. per hoc, quod est demonstrare per immediata, & demonstrare non per immediata, hanc demonstrationem, qa, vel quod appellauit, illam verò pp qd. Tum quia differentiæ assignatæ vel sunt falsæ, vel non satis probant intentum. Nam prima differentia, quod demonstratio pp quid ostendat pp qd sit, potissima verò an sit, & propter quid sit, est vana, nam omnis demonstratio à priori ostendit, an sit, licèt hoc fuerit cognitum per experientiam, vt docet Sco.1. d.3.q.4.E. nam per demonstrationem priori an sit effectus certius, & perfectius cognoscitur, quam per experientiam solam, tum quia si causa remota facit scire quod est, multò magis causa proxima; tum quia per accidens est ad demonstrationem, quod effectus prius cognoscatur, vel non, si eodem medio demonstratur. Secunda differentia, & si vera sit, vt dicemus, attamen non minus differt causa formalis à cæteris causis quam aliæ causæ inter se, ergo si causa formalis sufficienter distinguit demonstrationem potissimam, & multiplicat species demonstrationis, etiam alia tria causarum genera debebunt species multiplicare, & sic quinque species demonstrationis, non tres. Tertia differentia conuenit etiam demonstrationi pp qd, nam hæc, vt à demonstratione qa condistinguitur, procedit ex causis conuertibilib. vt diximus art. præc. & consequenter ex terminis conuertibilib. & reciprocis, vnde Ari. tex.30. ait à demonstratione qa per effectum immediatum, & conuertibilem dari regressum ad demonstrationem pp qd per causam immediatam, & conuertibilem. Quarta etiam per accidens se habet ad demonstrationem, nam idem medium vni posset esse notius, per demonstrationem q.?, alteri verò per simplicem terminorum apprehensionem, & sic demonstratio de iisdem terminis in vno esset pp qd, in alio potissima; tum quia Ari. c.2. explicando conditionem illam, quod præmissæ debeant esse notiores, ait esse notiores natura solum, non nobis, non .n. inquit eadem sunt nota nobis, & natura, ergo non requirit hæc conditio. vide Faber. cit.

Tertiò, quod hæ sint species subalternæ prob. quia diuersitas principiorum specifice infert specificam distinctionem demonstrationum at principia procedentia ab effectu, vel à causa remota, vel à concomitanti in demonstratione quia & quæ procedunt ex diuersis causarum generibus, in demonstratione pp qd specie differunt, vt patet ex dictis disp. p.. q. ..rgo etiam demonstrationes ab illis constitutæ, ergo demonstratio quia, & propter quid, erunt species subalternæ sub demonstratione in communi contentæ tanquam in genere vnivoco in quid de illis prædicabili, licèt cum aliqua analogia, hæc .n. non tollit vniuocationem ex dictis disp.2.q.5.ar.

In opp. arg. 1. quod demonstratio qa non sit vera demonstratio; Tum auth. D.Nan orat.3?. dicentis discursum ab effectu non esse scientiam, sed coniecturam. Tum 2. ex Ari. q 1.post. c.2. post definitionem scientiæ, & demonstrationis addit, si daretur syllogismus sine illis conditionibus, non esse demonstratio-

tionē; cōstat aūt demonstrationē *qa* non habēre cōditiones illas assignatas, nec cognitionē p hāc demonstrationē acquisitā, esse scientiā, ꝓut ibi definitur, cū non sit p causā propriā, &c. 3. ꝓbat impossibilitatē circuli, qa vna demōstratio esset ex posteriorib. q̄ implicat, at demonstratio *qa* vt plurimū est à posteriori, & tex. 6. cōparat demonstrationē *quia* inductioni, quæ nullo pacto dici pōt demonstratio, & tex. 19. syllogismū, quo scitur aliquid non per causā vocat nō demōstrationē, sed syllogismū à signo, quia scitur, quod est per se, non quatenus est per se: & 1. top. c. 1. assignat definitionē demōstrationis, vt à syllogismo topico condistinctę, quam adduximus, art. præc. & tñ nequit demonstrationi *quia* conuenire tandē 2. prio. c. 21. docet petitionē principij committi cum priora ex posterioribus demonstrantur.

℞. de demonstratione *quia* dupliciter nos posse loqui, vel absolutè, vel cōparādo illā ad demonstrationē *pp qd*, primo modo est simpliciter demonstratio, qa parit cognitionē verā, certā, & euidētē, 2. modo potest negari demonstrationē esse, ꝓpter impfectionē, quā habeat annexā, & pfectionē maiorē, q̄ reperitur in demonstratione *pp qd*; sicut accidēs in se est sīpliciter ens, at relatū ad substantiā dr̄ ens, qa entis; Cū ergo D. Nāz. vocat argumētationē ab effectu coniecturā, cōsiderat hāc demonstrationē in ordine ad *propter quid*; sic Ari. est locutus c. 2. & in text. 19. vbi solū de sciētia pfectissima, & demonstratione *propter quid* est sermo. In 3. c. loquit de demonstratione à priori, in quo sensu admittebatur circulus ab antiquis, cū verò comparatur inductioni, similitudo currit quo ad modū ꝓcedendi ex notiorib. nobis; in reliquis differunt, nā demonstratio *quia* est ex vniuersalib. inductio ex particularibus, nec ista necessariò petit esse ex necessarijs, sicut illa, in 1. top. iā diximus definitionē illā accommodari posse demonstrationi in communi, nisi velimus dicere esse definitionē demonstrationis *propter quid*, & non curasse explicitē definitionē assignare demonstrationis *quia*, nā ex allata, & ex definitione syllogismi topici satis colligi poterat distinctio inter ipsā, & probabilem syllogismū; Demū in 2. prio. p ly posterioribus, vt notat Tat. intellexit Arist. nobis ignotiora, quia omnis syllogismus probatiuus debet ex notioribus ꝓcedere ad ignota, non ex ignotioribus, vel æquè ignotis.

Secundò ad idē. Tum quia de ratione scientiæ est, q̄ quietet intellectū, demonstratio *qa* non quietat intellectū, vt diximus ar. ꝓced. Tū 2. qa in hac demonstratione causa p̄dicari debet de effectu, quæ est p̄dicatio innaturalis, & consequenter non scientifica. Tum 3. quia constat ex ꝓpositionib. non necessarijs, ergo nullo pacto pariet scientiam, antec. prob. in tali demonstratione debet passio coniungi cū sua causa, & cū subiecto, v.g. si ꝓbari debet, q̄ homo sit rationalis p risibile, debemus scire risibile coniungi cū rationali, & cū homine necessariò, q̄ fieri nequit, nā accidens necessariò conuenit alicui propter causam, à qua necessariò ꝓuenit, ergo dum ignoramus causam, nescimus ēt necessitatem vnionis passionis cū subiecto, & cum ipsa causa, & per consequens non erunt præmissæ necessariæ; tum quia si sciretur causa vt causa, iam esset cognitio *propter quid*, non *quia*; accedit, q̄ coniunctio risibilis cū rationali si scitur, cognosceretur fieri in homine, & sic antequā concluderetur, q̄ homo sit rationalis, sciretur esse rationalē; vnde fieret petitio prīcipij; ex alia parte non potest cognosci risibile vniri necessariò cū rōnali, nisi q̄a se habēt vt causa, & effectus, nō. n. alia necessitas cogitari potest inter illa.

Resp. ad 1. de ratione scientiæ esse, vt notat Io. de S. Th. quod perfectè quietet intellectum quo ad proprium obiectum, quod attingit, & explicat, non in ordine ad obiectum, quod non attingit, modò obiectum demonstrationis *quia* est *an sit* circa quod perfectè quietat intellectum

& solum relinquit ipsum dubiũ circa *pp qd*, ꝙ non explicat, nec est de rõne huius demõstrationis illud attingere, quare verã scientiã pariet, quia proprium obiectũ scientificè attingit.s.verè, certè, & euidẽter. Ad 2.resp. Amic.naturalitatem, & innaturalitatẽ prædicationis non attẽdi inter causã, & effectum, sed inter terminos se habẽtes, vel vt superius, & inferius, vel vt subiectum, & formam inhærentem.

Ad 3. ꝙ magis vrget, dicimus ex Scot. 1.d.3.q.4.E. vbi docet Doct. quo pacto per experiẽtiã possimus habere de aliqua ꝓpositione infallibilẽ cognitionẽ, & inquit, ꝙ licèt experientia non habeatur de oĩb. singularibus, sed de pluribus, nec ꝙ semp, sed pluries, tñ expertus infallibiliter nouit ꝙ ita sit vniuersaliter, puta ꝙ effectus aliquis cõueniat oĩbus indiuiduis, & semp, & hoc p hanc propositionẽ, *quicquid euenit vt in pluribus ab aliqua causa non libera, est effectus naturalis illius causæ*, quia causa non libera non põt producere vt in pluribus effectum, ad cuius oppositũ ordinatur, vel ad quẽ ex forma sua non ordinatur, ꝙ subdit, ꝙ quandoq; per experientiã scitur effectũ conuenire subiecto, quo supposito deinde intellectus pergit ad indagãdã causã via diuisionis, qua reperta põt illa conclusio à priori cognosci tandẽ addit, ꝙ vt habeatur cognitio sciẽtifica, non debet sciri actualis vnio extremorũ, sed aptitudinalis, quia passiones sunt aptitudines rerũ. Tota hæc doctrina potest huic rationi applicari, quõ.s. possit intellectus cognoscere præmissas demõstrationis ab effectu esse necessarias, si nõ cognoscit habitudinem causæ ad effectum, & si hanc cognoscit, cur non erit cognitio à priori, cum sit per causam.

Dupliciter aũt põt per effectũ demonstrari causam esse, vel propositione de 2. adiacente, cum demonstratur ex effectus existẽtia causam existere, vel propositione de 3. adiacente, cũ demonstratur causam alicui conuenire, quia illi conuenit effectus; primò modo faciliter probatur, nã põt v.g. intellectus ex multiplici experiẽtia infallibiliter cognoscere fumũ generari ex igne, & ex hoc inferre existẽtia ignis, quẽ nõ videt, ex existentia fumi, quẽ videt; at secũdo mõ fiunt notæ ꝑmissæ, eo qa ĩ vna ipsarũ.s. in maiori causa ꝑdicatur de effectu.s. rõnale de risibili, in min. effectus, seu passio ꝑdicatur de subiecto, vt risibile de homine, & deinde in concl. causa.s. rationale cõcluditur esse in subiecto, & in homine; minor ergo põt sciri experientia mõ explicato, & vt fiat ꝓpositio scientialis, intellectus ab actu ꝓcedit ad aptitudinẽ, quã concipit necessariò conuenire subiecto ꝓpter experiẽtiã pluries habitã, non .n. actus vt plurimũ conuenir alicui, maximè si non ab extrinseco prouenit, nisi in illa re esset aptitudo ad talẽ actum; Potest ẽt cognosci ꝑdicatum aliꝙ cõuenire subiecto necessariò, quãdo ꝑdicatũ nequit concipi sine illo subiecto, vt par, & impar respectu numeri; maior aũt cognosci põt, vel via diuisionis, vel ẽt experientia, si vt plurimũ experiãtur termini illi coniuncti, quãuis non se habeãt vt causa, & effectus, sed potius, vt duæ passiones; vel quia effectus est talis naturæ, ꝙ nonnisi ab intrinseco prouenire potest.

Ex his dicimus ad 3. neg. antec. cum 1. prob. nã põt accidens sciri conuenire necessariò alicui, & si ignoretur causa.s. per experientiã, tũ qa in demõstratione *quia* ignoratur, nõ quidẽ causa simpliciter, sed causã in esse subiecto; ꝙ scitur in concl. at in ꝑmissis scitur causã cõiungi cũ passione, & passionẽ cũ subiecto. Ad 2. prob. neg. conseq. nã ad demõstrationẽ *pp qd*, nõ sufficit scire, quod passio sit à tali causa, sed requiritur, quod per causã demonstretur subiecto conuenire, quod non accidit in demonstratione *quia*, in qua solũ scitur causam passionis conuenire subiecto per passionem, & in hoc sensu intelligi debet dictũ cõe, ꝙ demonstratio *quia* non exprimit causam passionis. i. non demõstrat passionem virtute causæ, vt per medium. Ad 3. probat neg. assumptũ, quia nun-

numquam in premissis explicatur causam passionis in esse subiecto, vt fit in cõclus. sed solum esse cum passione coniũctam, & passionem cum subiecto, .s. risibilitaté prouenire à rationalitate,& homini conuenire, de quo iterũ dicemus q.vl.cõcl.3.

Tertiò arg. ꝙ hæ demonstrationes non sint essentialiter distinctæ, quia eandem scientiã tùm actualem, tùm habitualẽ generãt, quãdo sunt de eodẽ obiecto, actualẽ, quia pmissæ vtriusq; sunt sub eadẽ abstractione à materia,& consequẽter eiusdẽ speciei in esse scibilis; vel si ponãtur diuersæ speciei, cũ sint causæ æquiuocæ, poterunt eundem specie assensum scientificum causare, sicut Sol,& ignis eundẽ specie calorem producunt; habitualem, quia Arist. hic docet quandoq; has demonstrationes ad eandẽ scientiã spectare, ꝙ intelligitur communiter de habituali; Tum 2. vnã species non fit alia species, at demõstratio *qa* põt fieri *pp qd* ex 1. post. c.10.

Resp. neg. assumptum, ad prob. primæ partis negamus pmissas in esse scibili esse eiusdẽ speciei, cũ non specificentur ab abstractione à materia ex dictis disp. præc. q.3. negamus ẽt posse eundem assensum procedere, & pbatio valet de causis æquiuocis inadæquatis, & illimitatis, vt sunt Sol, & ignis respectu caloris, non de adæquatis,& determinatis, vt sunt pmissæ; ad prob. 2. partis dicimus scientiã habitualẽ totalem non esse vnã specie, sed genere, vt disp. cit. ostẽdimus, idcircò non vrget arg. Ad 2. non asserere ibi Arist. candẽ demõstrationem cõstãtem ex iisdem præmissis ex *quia* fieri *propter quid*, sed mutato medio, & conclusione in alteram præmissarum; vnde non est eadem demonstratio.

Quartò arg. quod dentur aliæ species. Tum ex Arist. 1. post. 42. vbi docet præstantiorem esse scientiam, qua scimus ꝙ *est*, & *pp qd*, quam sit ea, qua scimus, ꝙ *est*, vel *pp quid*; & 2. post.8. docet, quod aliquando cum cognouerimus rem esse, quærimus *pp quid* tantùm aliquando verò vtrumq; sit nobis manifestũ; & 1. post. à text.5. vsq; ad 30. agit de demonstratione, quæ facit scire simpliciter, in text. verò 30. distinguit demõstrationẽ in *pp qd*, & *qa*, vbi ẽt subiungit hãc ptinere ad subalternatam, illã ad subalternantem, & ꝙ contingit subalternantem scire *pp qd*, & ignorare ꝙ *est*, & 2. post.25. declarat quò demonstratio *pp qd* fiat per causas efficientem, finalem, & materialem, & non meminit formalis, quæ ad potissimã spectat; ex quibus omnibus de mente Arist. videtur demõstratio *pp quid* à potissima vt species distincta ponenda. Tum 2. quia differunt, tùm ex medijs, tùm ex præmissis, vt vidimus recitando opin. Auer. Tũ 3. quatuor sũt quæsita, an sit qd sit, quale sit, & propter quid sit, duo vltima spectant ad demonstrationes *qa*, & *pp qd*, ergo aliæ duæ dari debent primis duobus correspondentes. Tum 4. datur demonstratio ducẽs ad impossibile; item cum eũ ex prædicato superiori concluditur aliud superius conuenire inferiori, vt cum per viuens ostenditur substantia de homine; rursus cum ex aliqua vniuersali necessaria infertur singularis propositio; tandem cum quidditas demonstratur de re, & nõ p effectũ, sed per aliud mediũ, non est demõstratio *qa*, neq; est demõstratio *pp qd*, nã qdditas nõ habet causã, ergo aliæ dari debẽt demõstratiõis species ab isti duabus.

Ad 1. neg. in tex.42. Arist. tres illos modos assignare, verba.n.sunt, *Scientia autẽ est certior, & prior, quæ ipsius quod, & pp quid est eadem, sed non ea, quæ seorsim ipsius, ꝙ ab ea, quæ propter quid*, quibus verbis solum docet certiorẽ esse scientiã, qua scimus, ꝙ *est* & *pp qd*, quã ea, qua scimus ꝙ *est*, seorsim à *pp qa*, nam vt diximus, ꝙ *est*, potest scire sine *propter qd*, non è cõtrà. In tex.8. docet, quod aliquãdo scimus *quod*, & quærimus *propter quid*, aliquando verò quærimus *quod*, & in actuali inquisitione venimus in cognitionẽ ipsius *quod*, & *propter quid*, vt enim notat Zab. cit. aliud est loqui de quæsitis, prout ante demonstrationem quæruntur, & aliud de iisdem

ijsdem, vt p demonstrationē sciuntur, nā vna tm̄ quæstio pōt demonstrationē præcedere, quia nūquā duo simul quærimus, sed vnā quæstionē post aliā: at p demonstrationem duo simul notificari possunt; quare non datur demōstratio solum notificās *pp dq*, & nō *q eſt*, sed semp vtrūq; notificat, licèt aliquādo pcesserit notitia, *q eſt*, aliquando non. In tex. 30. distinguit à demonstratione, *qa* demonstrationem *pp qd*, de qua fuerat locutus à tex. 5. Cum verò subdit subalternantem aliquādo nescire *q eſt*, quamuis sciat *pp qd*, loquitur ibi de *q eſt*, experimentali, & sensitiuo, .i. p cognitionem sensitiuā habito, quæ tendit in aliquod singulare, non de eo, quod habetur intellectiua cognitione, & p demōstrationē, quæ est vniuersalium, inquit .n. Arist. quod pōt quis scire vniuersale, quāuis multa singularia nesciat, quia non aduertit. Ex tex. 25. solum deducitur demonstrationē *pp qd*, non esse speciē infimā. Ad 2. patet quomodo differentiæ assignatæ non faciant ad rē ex dictis in prob. concl. Ad 3. oēs illas quæstiones ptinere ad has demonstrationes, nā si damonstrātur p propriā causā, spectāt ad demōstrationē *pp qd*, si nō per propriā causam, ad demonstrationem *qa*. Ad 4. demonstratio ducens ad impossibile, cū non sit vera demonstratio, quia vnā falsā ppositionē includit, reducitur ad has, vt diximus 2. p. inst. trac. 1. c. 5. Prædicatū superius, si p proximā, & adæquatā causā demōstratur de inferiori, vt esse animal p sensibile de homine, est demonstratio *pp qd*, si non per ppriā causā, vt in exēplo de substātia per viuens, est demonstratio *qa*. Cū de singulari demōstratur aliqua passio, quāuis nō sit vera, & scientifica demonstratio, est tm̄ suo modo ad has demonstrationes reducibilis. Et tandem q. seq. dicemus, quò pacto quidditas demonstrari possit.

QVÆSTIO SECVNDA.

De terminis demonstrationis.

Sicut Arist. agendo de syllogismo prius sermonem instituit de terminis, quā de propositionibus, quia & istę ex illis integrantur; sic vt rectè demonstrationis partes explicemus, ante premissas terminos, ex quibus componuntur præmissæ, & à quibus ipsarum proprietates desinātur, inuestigare debemus. Tres igitur sūt termini demōstrationē constituentes, vt in quolibet alio syllogismo. s. màior extremitas, quæ est prædicatum conclusionis, minor extremitas, quæ est subiectum, & mediū; & q dē de minori extremitate satis est d'ctū disp. præced. q. 2. dum naturā subiecti scientiæ, eiusq; conditiones expendimus; de aliis duobus remanet agēdum.

Quod attinet ad demonstrationē, *quia*, nulla est difficultas, nàm medium in ipsa pōt esse vel causa remota, vel effectus, vel aliquod concomitās, dūmodo hęc oīa necessariam habeant connexionem cum re demonstrata, hæc. n. conditio est necessaria vtriq; demonstrationi, cum vtraq; pariat scientiam, similiter maior extremitas in hac demōstratione erit quodlibet prædicatum, q pōt certò, & euidenter de subiecto demōstrari, iuxta dicta q. præc. art. 1. vt optimè notat Auers. q. 28. sec. 6. tota difficultas est de demonstratione *pp quid*.

ARTICVLVS PRIMVS.

De medio demonstrationis propter quid.

Demonstrationē *propter quid*, differre diximus q. pręced. à demonstratione *quia*, quod illa procedit per causam proximam, & immediatā, non ista; quapropter medium demōstrationis *propter quid*, erit causa adęquata, & proxima inhærentiæ prædicati cū subiecto, seù maioris extremitatis cum minori; dubiū tamen est, an quolibet genus causæ possit pro medio inseruire in hac demōstratione, & si quolibet, an possint plures causæ adæquatæ diuersi generis (nam eiusdē generis implicat esse plures adæquatas causas vnius effectus ex dictis in phys. disp. 8. q. 3. ar. 2.) cōcurrere ad demonstrandam eandem conclus. supponimus modò distinctionem causæ in quatuor genera traditā 2. p. inst. trac. 1. c. 6. in materialē. s.

for-

formalem, efficientia, & finalem.

Circa primã quęsiti partem Alb. 2. post. tra. 2. c. 11. negat p finalã causã fieri posse demonstrationẽ; alij excludunt formalem, alij efficiẽtem, & materialẽ, solamq; formalem amplectuntur, citatur Philop. 2. post. com. 23. Cõmunis sent. cum Sco. 2. post. q. 57. oĩa causarum genera admittit. Circa 2. partẽ Auerr. 2. post. com. 46. 95. & 97. & Zab. lib. de spec. demon. c. 2. & li. 2. de med. demon. c. 8. docent vnius conclusionis vnicã tñ esse causã proximam, & adæquatam, qua possit ostendi cõclusio demonstratione *propter quid.* Opposita est etiam communis cum Sco. cit.

Dicendum, oĩa causarum genera apta esse ad demonstrationem *pp qd*, cõficiẽdã, imò plura posse eandem conclusionẽ demõstrare, ita Doc. cit. Prima pars, quodliber. s. genus causæ posse esse medium, nõ intelligitur vniuersaliter de quacunq; cõclus. q fit p oĩa genera demõstrabilis, sed disiunctim, vel aliquãdo causa efficiẽs sit apta, aliquãdo causa formalis, &c. nec intelligitur de qualibet causa, ẽt p accidẽs, sed de causa p se, & cũ effectu cõuertibili, & sic explicata, prob. primò auth. Arist. nã 2. phys. 27. docet, q tunc scimus vnũqq; cum cognoscimus *pp qd*, hoc aũt accidit, quando accipimus primã causã proximã, & immediatã, & deĩde declarat, quot sint causarum genera, vnde tex. 68. cõcludit, q quatuor sunt genera causarũ, & q *tot numero ipsum pp qd comprehendit*; & 7. met. 59. & 60. ait quæstionẽ *pp qd* moueri, & resolui p oĩa genera, & 8. met. 12. & & 1. phy. 70. physicũ ait per oĩa quatuor genera demonstrare. clarius 2. post. 11. ex pfesso hoc mouet q̃sitũ, & affirmatiuè respõdet, postquã. n. quatuor genera numerauit, addit, *Oẽs istæ p med. r̃ mõstrãtur*, .i. in demõstratione tãq̃ mediũ ingredi possunt, & exẽplis rem manifestat inductiuè.

Deinde prob. rõne; nã in quolibet genere potest dari causa per se, & adæquata alicuius effectus, ergo per ipsam posset demonstrari *pp qd*, antec. patet ex nõ implicantia, & etiã inductione, nã in genere causæ formalis põt v. g. esse sensitiuũ demonstrari p animam sensitiuã, quæ est causa formalis physica, põt ẽr passio p definitionem subiecti ostendi, quę est forma metaphysica, vt dicemus art. seq. esse corruptibile de cõposito physico põt demõstrari p materiã primã, quæ est causa materialis ex qua, vt notat Sco. 3. d. 22. B. itẽ esse spirituale de intellectione põt demõstrari p spiritualitatem, & immaterialitatẽ intellectus, qui est causa materialitatis in qua intellectio recipitur, nã nullũ materiale põt recipi in spirituali; sic ẽt potẽrit demõstrari vitalitas de actibus liberis, q sit essentialis ipsis, ex hoc, q à principijs vitalibus pducuntur, & libertas essentialis de actu voluntatis, quia à principio pueniũt libero, nã principium vitale nõ põt operari non vitaliter, nec principiũ liberũ agere naturaliter; tandem de causa finali patet, nam domus v. g. ideo est lapidibus, & lignis constructa, vt possit nos à pluuia, & tempestatibus defendere deambulatio fit propter sanitatem; hũc spectant demonstrationes Arist. de eclypsi lunæ propter tertiæ interpositionem inter solem, & lunam, quæ interpositio se habet veluti causa efficiens; & de illuminatione lunæ paulatim facta propter sphæricã figurã, quæ reduci poterit ad genus materialis causæ, quatenus est conditio quædã subiecti illuminati. Accedit, quod sicut ex his effectibus à posteriori demonstrari possunt ipsorũ causæ, ergo à priori per causas poterũt tales effectus demõstrari.

Secunda pars manet ex his probata, nã sicut non implicat eiusdem effectus dari plures causas diuersi generis, à quibus per se dependeat, nec implicabit per illas oẽs demonstrari; hinc Arist. 1. phy. 1. aiebat. *Tunc putamus cognoscere vnũquodque cum causas primas cognouerimus, & principia prima vsq; ad elementa* ex quo loco aliqui deducunt ad perfectã sciẽtiã requiri, q per omnes causas demonstret, q dictum intelligi debet de scientia perfecta

ɛ̃ta simpliciter, at sufficit ad sciẽtiã in aliquo genere perfectã, ꝙ demonstret p aliquã causam, vt cõiter docent expositores circa illum textum, eo vel maximè, ꝙ vna demonstratio vnico medio cõstare debet, vt ar. seq. dicemus, & vna causa, & qlibet causat ꝓpriã scientiã pfectã in suo genere; ꝙ expressius docet 1. post. 43. Exẽplo quoq; põt res illustrari, vt notat Auers. cit. sec. 3. nã de creatura rationali põt demõstrari esset elicitiuã actuũ moraliũ, & qa est ad beatitudinem ordinata, & quia est agens liberè; ac ẽt alijs exemplis adductis.

Contra primã partem concl. arg. Tum quia non põt ex fine demonstrari, hæc.n. causa non pcedit effectũ, nisi intentionaliter, quo pacto non dicitur vera causa, nec realiter propriè effectus ab ipsa depẽdet, vt diximus disp. 7. phy. q. 8. a. 5. Tũ 2. quia nec ex efficiente, quia non adest inter efficientẽ causã, & effectũ necessaria connexio, nã põt efficiẽs esse sine effectu, vt ædificator sine domo; accedit, ꝙ mediũ debet esse intrinsecũ, quia demonstratio est ex proprijs, quæ sunt intrinseca, at efficiens est extrinsecum, sicut finis. Tum 3. neq; ex materiali, quia mediũ est necessariũ, materia est causa contingẽtiæ, & corruptibilitatis, & est in potẽtia cõtradictionis ad esse, & non esse, itẽ passio nõ egreditur à materia, sed à toto composito, aut saltim rõne formæ ex Sco. 32. vniu. & si à materia pullulat (ꝙ nõ videtur verũ, quia materia, & efficiens nõ coincidunt) nõ se habebit vt causa materialis, sed potius, vt efficiens metaphysicè. De causa formali dicemus ar. seq.

Resp. ad 1. finẽ eo modo posse, vt medium assumi, & demonstrationem ex eo formari, quo pacto inter causas numeratur, cum igitur finis, quamuis metaphoricè causet, adhuc inter causas physicas cõtineatur, quatenus est radix oĩs actionis agẽtis, ꝙ allicit, & mouet, vt explicuimus q. cit. ar. 3. ad 2. in hoc sẽsu poterit admitti ex ipso confici posse demonstrationes. Ad 2. cõcl. itelligi debere de causa efficiẽte in actu, qũo necessariò coniungitur cũ effectu, vel si de efficiente in potẽtia erit sermo, ẽt de effectu in potentia loqui debemus, in quo sensu habet etiã necessariã connexionẽ, vt diximus 2. p. inst. tra. 2. c. 3. Neq; requiritur medium esse intrĩsecum rei, quãuis dicatur esse ꝓpriũ, non .n. intrinsecum, & propriũ conuertũtur. Ad 3. materia est causa corruptionis, & contigentiæ realis, & incõplexæ, cu hoc tñ stat, ꝙ sit causa necessitatis cõplexæ, & ꝓpositionis sempiternæ veritatis, ẽt vt est sic causa, nã verè demonstratur corruptibilitas de cõposito, vt diximus disp. præc. q. 2. ar. 5. ad aliud dicimus passiones oẽs totius cõpositi ab ipsius natura immediatè fluere, aliqs tñ rõne formæ, aliquas rõne materiæ, respectu quarũ materia erit causa metaphysica radicaliter (hanc.n. causalitatẽ non repugnare materiæ ostẽdimus disp. 2. phy. q. 8. ar. 5.) dicitur tñ demõstratio ꝓcedere ex causa materiali; quatenus causalitas, quam erga subiectum demonstrationis exercet materia, est in genere materialis causæ, & medium ponitur in demonstratione, non solùm vt respicit passionem, sed etiã subiectum, vt ar. seq. ostendemus; cum dicitur autẽ à Sco. passionẽ conuenire speciei rõne formæ, per formam ibi non intelligit eã partem, quæ à materia distinguitur, sed indifferenter pro principio intrinseco, & quacunque parte definitionis, nã vt ait Arist. 2. phys. 27. & 5. Met. cap. de causis, omnes partes definitionis sunt formæ, cuius rationem assignat Scot. 2. d. 3. q. 7. H. quia omnis realitas specifica, quales sunt definitionis partes, constituit in esse formali, seù in esse quidditatiuo, & realitas indiuidui constituit precisè in esse materiali, seù cõtracto, ideoq; illa entitas dicitur formalis, hæc materialis, & quia materia est pars essentiæ, poterit in hoc sensu dici forma.

Secundò arg. contra 2. partem; nam Aristot. 1. post. 5. scientiam definiuit per causam, per quam res est, non per causas vt significaret vnius rei vnicã esse causã pro-

ppriâ; q̄ asserere videtur 2. post. 25. Tū q̄a mediū tunc esset quid per accidēs aggregatū: Resp. ibi Arist. assignare, q̄ est simpliciter necessariū ad acquirendā scientiam perfectā, saltem in aliquo genere .s. q̄ detur saltim vna per se causa, non negare tamē quin plures possint dare eiusdē conclu. in 2. post. docere idem prædicatū de vna specie demonstratum per certā causā, posse de alijs per eandē demonstrari, si talis causa illis conueniat, vt patet de sensitiuo per animal demonstrabile nō solū de homine, sed etiā de equo. Ad 2. dicimus cōclus. illā non demōstrari vnica demōstratione per illas causas, sed pluribus; loquimur autē de conclus. non formaliter; vt includit ordinē ad principia, nā vt sic diuersificatur ad diuersitatē prīcipiorū, sed de cōcl. materialiter, vt est vna propositio demonstrabilis.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De medio demonstrationis potissimæ.

Demonstratio potissima multipliciter accipi solet à DD. primò pro specie condistincta à demonstratione *qa*, *& pp quid*, quo sensu loquebatur Auerr. & hanc acceptionē abiecimus q. præced. secundo prout à demōstratione *quia* secernitur, & vt sic conuertitur cū demonstratione *ppter qd*, & nos loquti sumus in 2. p. inst. tertio prout est species sub demonstratione *propter qd*. contenta, estq; demonstratio *propter qd*, simpliciter, & perfectissima, & in hoc sensu ipsam accipimus in præsenti; nā cū demonstratio *propter qd*, dicat cognitionē certā, & euidentem habitam per causā in quocunq; genere, causæ verò nō æqualē inferant certitudinem, euidentiā, & necessitatem, quia vna est intrinseca, & essentialis, alia extrinseca, vna infert certitudinem physicā, altera certitudinē metaphysicā iuxta dicta disp. præced. q. 1. idcircò per demonstrationē potissimā intelligimus, quæ perfectissimā parit sciētiam, .s. in maxima certitudine, & necessitate, & cui speciali modo conditiones ab Arist. assignatæ conueniunt, & quærimus quo: quodlibet genus causæ sit idoneū mediū ad producēdā talē scientiā; ve[illegible] est [illegible] q̄ P. Faber theor. 10. videtur loqui de d[illegible]monstratione hac, prout cū *propter quid* couertitur, nā potissimā appellat, quæ [illegible]cedit à causa, demonstrationē *quia*, quæ p effectum concludit; at in theor. 14. & 15. aliqualem videtur statuere diuersitatem.

Pro resolutione not. causam efficientē aliā esse extrinsecā, quę agit actione transeunte, .i. in subiectū distinctū, aliā intrinsecā, quæ agit in seipsam, & hanc esse duplicem, vel. n. agit actione physica, cū in se producit effectū realiter distinctū, vt cum aqua in se causat frigus, vel actione metaphysica, quando .s. per resultātiā metaphysicā ab ipsa emanat aliquid solū formaliter diuersū, vt sunt passiones rerum; & hæc causa non erit nisi essentia, & quidditas subiecti, quę in ordine ad passiones dicitur causa efficiens metaphysica, in ordine ad subiectū dicitur causa formalis, quatenus est quod quid est ipsius; pōt etiā in ordine ad passionē dici causa formalis, vt notat Auersa q. 28. sect. 7. quia est ratio prima formalis, quia talis passio conuenit subiecto, insuper dici potest materialis causa, quia à subiecto, in quo passio recipitur, nō est realiter distincta; & tandē dicetur finalis, nā passiones ad cōplementum, & perfectionem essentiæ subiecti ordinantur.

Insuper not. de passione triplicem dari posse definitionē, primam formalē, in qua ponitur genus, & differentia circumscripta siuè per subiectum, siuè per terminū, vt eclypsis est priuatio luminis in luna à sole recepti; secundam causalē, in qua ponitur tantum causa propria, & adæquata illius passionis, vt eclypsis est interpositio terræ inter solē, & lunā; tertiam ex vtraq; integratā, & ab Arist. dicitur differre à demonstratione sola terminorū positione, & situ, includit. n. totum id, quod habet demōstratio, vt eclypsis est priuatio luminis in luna à sole recepti causata per interpositionē terræ. Tandē ex dicendis art. seq. in hac demonstratione propriè concludi passionem de subiecto: his præaceptis ...

Mirum

Mirũ est, quã varij sint inter DD. nos, principaliores referemus sententias Zab. lib. 2. de medio demonstr. sustinet quodlibet genus causæ, dummodo sit proximũ, sufficere pro medio demõstrationis potissimæ; Faber. theor. 15. solã causã formalẽ admittit pro medio, q̃ theor. 14. dixit esse diffinitionẽ subiecti, non quidem secundũ oẽs partes, sed secundũ vltimã differentiã; alij ponunt pro medio definitionẽ formalẽ passionis, ꝙ ꝓbabile putatur ab Auers. cit. alij integrã ex vtraq; ita præsertim Caiet. & approbant Conimb. hic alij deniq; definitionem causalem passionis, quæ nõ sit definitio subiecti, vel si est talis, nõ ponatur mediũ, quatenus est subiecti definitio, sed solum vt est causa passionis, ita Bald. & Amic. tract. 26. disp. 2. q. 3. dub. 2.

Dicimus primò, non definitionem formalem passionis, aut ex causali, & formali integrã, sed causale tm̃ esse mediũ demõstrationis potissimæ; ita Scot. 2. post. q. 56. Tat. q. penul. Tromb. 6. met. q. 1. Sonc. q. 8. Amic. cit. & alij prob. primò, ꝙ formalis definitio passionis non sit mediũ ex Scot. cit. quia illud non est medium demonstratione potissima, quo cognitio contingit quærere ꝓpter qd sit in subiecto; sed cognita passione de subiecto p eius formalẽ definitionẽ, restat adhuc inquirendũ, cur insit subiecto, quia talis definitio non est causa inhærentiæ passionis in subiecto, ergo &c. maior, qa p̃missæ demonstrationis potissimæ debẽt ex causis ꝓcedere, & ex immediatis. Tum quia definitio passionis de subiecto nõ p̃dicatur immediatè, sicut nec ipsa passio, sed mediatè, ergo nequit esse medium. Tum quia peteretur principiũ, æquè. n. negabit quis hominẽ esse risibilem, ac hominem esse aptum ad ridendum, quæ est definitio formalis illius passionis. Tum quia maior esset innaturalis, nã ĩ ipsa definitũ diceretur de definitione.

Secundò, ꝙ neq; definitio ex formali, & causali integ ata sit mediũ, prob. quia Arist. 2. post. 9. & 1. post. 22. definitionem diuidit in illã, quæ est principium, seu medium, in illã, quæ est cõclusio, & in eã, quæ sola positione differt à demonstratione, sed definitio passionis ex formali, & causali integrata continetur sub tertio membro, ergo non põt esse mediũ, aliter tertia definitio coincideret cum prima. Tum quia nõ est vna per se desfinitio, sed duæ, medium autẽ debet esse p se vnum. Tũ quia licèt vnã p se definitionẽ conficerent; tñ quia non esset medium rõne vtriusq; partis, scilicet rõne definitionis formalis, vt diximus, non per se esset medium, sed per accidẽs.

Tertiò, ꝙ medium sit definitio causalis passionis, prob. quia illud est medium in demonstratione potissima, per qđ satisfit *propter quid* ex 2. post. 8. sed per causã passionis satisfit huic quæsito ex 2. post. c. 1. & 2. phys. 27. scientia. n. quærit causã, cur passio insit subiecto, qua cognita quiescit intellectus, nec vltrà quærit, ergo causa, seù definitio causalis passionis erit mediũ. Tum 2. post. 25. Arist. maius extremum. s. passionem vocat *id, cuius medium est causa*, minus extremum. s. subiectum *id, cui medium est causa*, quatenus est ratio, cur passio insit subiecto. Tum quia patet ex sufficienti diuisione, & ex dictis art. præced. vbi ostendimus medium demonstrationis *propter quid* debere esse causam.

Dicimus 2. hæc causalis definitio non debet ex quocunq; genere causæ constitui, sed solum ex causa formali subiecti, itaut sit definitio quidditatiua subiecti secundum omnem partem, & causa ipsius passionis effectiua metaphysicè, quæ adhuc sub vtraq; ratione. s. vt causa passionis, & vt definitio subiecti cócurrit ad rationem medij; est Scoti cit. & 2. d. 3. q. 6. M. & 3. d. 14. q. 2. H. & alij locis; prob. primò, quòd alia causa à formali subiecti non possit esse medium, quia aliæ causæ extrinsecæ non conficiunt propositiones vniuersales per se in primo, vel secundo modo necessarias, & secundum quod ipsum, quia etsi effectus per se sequatur ad causam, causa tamen non semper, vel saltim non necessariò conuenit subiecto, vt

patet

patet de interpositione terræ, quę est causa eclypsis in Luna, de figura sphærica, q̃ eo causa specificationis paulatim eiusdē, & fusè ostendit P. Faber cit. contra Zab. ergo hæ causæ non possunt inseruire pro medio demonstrationis potissimæ, patet conseq. quia p hanc intelligimus demonstrationē illā, quæ perfectissima est oīum aliarū, aliter euaderet quæstio de nemine. Tum q̃a sciētia pfectissima causata à perfectissima demonstratione est, quæ pfectissimā habet necessitatē, & certitudinem, qualis est necessitas metaphysica ex dictis disp. præced. q. 1. sed quælibet causa à formali subiecti diuersa non potest hanc certitudinem inferre, sed solum physicam, quia nō ita necessariò ab ipsa sequitur effectus, vt à causa metaphysica, ergo &c.

Secundò, ꝙ debeat esse definitio subiecti quidditatiua secūdū oēm partē, prob. à Sco. quia definitio subiecti est causa prima, & immediata, cur insint passiones subiecto, quia ab ipsa tanquā ab adæquato principio fluunt, qua posita ponūtur passiones, & qua ablata auferuntur, hæc oīa autem sunt munera medij huius demonstrationis. Tū quia ait Tromb. illud, ꝙ est principium, & causa aliorū, ꝙ sint alia, est maximè tale ex 2. Met. 4. vt ignis est causa cur alia sint calida, ipsa est maximè calidus, loquendo de causis vniuocis, sed definitio subiecti est causa, cur alia sint media demonstrādi, nā quantò magis aliqua accedunt ad definitionē subiecti, tātò magis habent rationem demonstrandi, vt patet in passionibus essentialiter ordinatis, quarum prima magis est demonstratiua, quàm secunda, & hoc quia illa magis accedit ad definitionem subiecti; cum igitur demonstratio potissima maximè demonstret, nam hac ratione potissima dicitur, eius mediū debet esse maximè demonstratiuū, & per consequens tale erit subiecti definitio. Accedit author. Arist. qui 4. phys. 31. & 1. de an. 11. & 2. de an. 12. clarè docet *quod est* subiecti esse causā demōstratiuā oīs passionis; & hac rōne in 2. post. egit de definitione, q̃a. s. est mediū.

Ex his colligitur nullā passionem posse esse medium huius demonstrationis ēt si prior sit altera principaliter, vt optimè notat P. Faber contra Zab. & alios recentiores, sustinentes in passionibus essentialiter ordinatis primam posse pro medio assumi in demonstratione potissima respectu secundæ; Ratio huius est, quia talis demonstratio nec esset per veram causam, nec ex immediatis, nam passio prior nō est causa posterioris, solum. n. inter ipsas est ordo effectuum ab eadem causa, nō ordo causę, & effectus, nec prima passio cum subiecto facit propositionē immediatam, vt patet, imò tantùm abest, ꝙ hæc demonstratio sit potissima, quod potius sit demonstratio *quia*, vt diximus q. præced. Nec valet, quod dicunt, per accidens esse demonstrationi potissimæ, ꝙ minor sit immediata, sed sufficere, quod pfectè res p illā cognoscatur, quantū fieri pōt; quem finē consequitur illa demonstratio. Non valet, quia Arist. definiēs demonstrationem non dixit ex immediata pmissa cōstare, sed ex īmediatis, de vtraq; id affirmans; tum quia non est per causā.

Et quoniam passiones à tota rei quidditate fluunt, quæ non solū ex forma, sed ēt ex materia constituitur ex dictis disp. 5. phys. q. 12. ar. 1. idcircò definitio subiecti ponitur mediū secundum oēm partē, quāuis radicaliter vt plurimum approprientur formæ, vt diximus art. præced.

Tandem quòd non solū sit medium, vt est causa passionis, verum ēt vt definitio subiecti, prob. medium vt mediū non solùm dicere debet connexionem necessariā cum prædicato, seù cum passione, sed quoque com subiecto, quia ideò subiectum necessariò vnitum cum passione in cōclusione cōcluditur, quia ambo in premissis ostenduntur cū medio vnita, ergo sicut medium dicitur medium formaliter, vt est causa passionis, quia su[illegible] ratione est necessariò connexum c[illegible] p[illegible] sa, pariformiter vt definitio debe[illegible]

formaliter medium, non materialiter, vt asserit Amic. quia non nisi sub hac rõne dicit connexionẽ necessariã cũ subiecto.

Contra 1. concl. arg. primò ꝙ definitio formalis passionis sit mediũ in demõstratione potissima. Tũ quia Arist. 2. post. com. 41. ait mediũ esse definitione primi extremi. i. passionis. Tum 2. definitio formalis passionis est ꝓxima causa cõnexionis passionis cũ subiecto, quia hęc connexio immediatius ꝓuenit ex natura passionis, ꝙ subiecti, ergo debet esse mediũ. Tũ 3. passio immediatè inest ꝓpriæ definitioni, & ipsa mediante inest definitioni subiecti, ergo illa erit mediũ, nõ ista, q̃a demõstratio est ex immediatis. Tũ 4. mediũ, & extrema debent esse eiusdẽ generis, sed passio est de genere qualitatis, ergo medium erit ipsius definitio formalis, quæ est in eodẽ genere, nõ definitio subiecti, quæ spectat ad aliud genus. Tũ 5. mediũ in demõstratione debet esse re, & positione medium, itaut sit posteriùs subiecto, & prius passione, hoc aũt est sola definitio passionis, quę est prior passione, & posterior subiecto, definitio aũt subiecti est prior ipso subiecto. Tũ 6. definitio passionis est notior passione, facit ꝓpositiones necessarias, de oĩ, p se, sm̃ ꝙ ipsum, & per causam, ergo habet oẽs conditiones medij. Tũ 7. ex 1. de an. 11. habetur ipsũ ꝙ quid est esse vtile ad cognoscendũ causas accidentiũ substantiæ, quibus verbis videtur significari definitionẽ subiecti esse causã primam, non tñ proximã, ergo causa ꝓxima erit definitio accidentis, & passionis, sed demonstratio potissima est ex medio ꝓximo, ergo &c. Tandẽ non põt demonstrari animal rõnale esse hominis definitionẽ, quæ est prędicatũ, nisi p definitionẽ ipsius definitionis, dicendo oẽ explicãs quidditatẽ rei, est definitio rei, animal rõnale est huiusmodi, ergo &c. imò si quæratur; cur animal rõnale sit hominis definitio; optimè respõdetur, quia explicat hominis quidditatem.

Resp. ad 1. loqui ibi Arist. de definitione causali, non formali; vel inquit Doct. non loqui de potissima demonstratione. Ad 2. neg. assũmptũ, aliud. n. est aliqd esse extremũ cõnexionis, & esse causã cõnexionis passio, & ipsius definitio sũt extrema cõnexa cũ subiecto, sed causa huius connexionis est definitio subiecti, quę etiam est causa entitatis passionis, & consequenter oĩs habitudinis passionis ad subiectũ. Ad 3. negat Sco. antec. nã definitũ non inest definitionis, vnde tã passio, quã definitio passionis immediatè insunt subiecto, licet definitio notius insit; vtraq; tñ per definitionẽ subiecti. Ad 4. neg. min. nã passio nõ est in ꝑdicamento distincto à ꝑdicam. subiecti ex dictis disp. 5. q. 4. ã 1. Ad 5. ex Tat. neg. ma. quia ad mediũ demonstrationis sufficit, vt sit mediũ in rõne cognoscibilitatis, i. ꝙ sit causa, cur cognoscatur inhęrẽtiã ꝑdicati in subiecto, non aũt requiritur, vt sit mediũ quò ad ordinẽ, prioritatis, & posterioritatis, aliter nec effectus, q̃ est posterior, posset esse mediũ in demonstratione *quia*. Ad 6. deficit, quia hæc definitio non dicit *propter quid*, & causã inhærentiæ in subiecto, vnde fieret petit io principi, nam eadẽ est quæstio, an Luna eclypsetur, & an Luna priuetur lumine, an homo sit risibilis, & an sit aptus ad ridendum. Ad 7. solum sequitur definitionem subiecti non esse causam proximam quoad ordinem, non tamen quoad causalitatem, quia ab ipsa omnia emanant; vel per accidentia intelligit accidẽtia cõmunia per causas accidentium accidentia propria, quæ à definitione subiecti causantur. Ad vlt. illam non esse demonstrationem potissimam, nam esse definitionem formaliter dicit secundam intentionẽ, quæ non cõuenit essentialiter animali rationali, sed accidentaliter, vel si contenderet Auersa esse quoddã prædicatum quidditatiuũ, adhuc non esset demonstratio in rigore, quia non demonstraretur passio, sed potius prædicatũ superius de inferiori, vt cum ostẽditur hominem esse animal per esse viuens sensitiuum, in qua præmissæ non sunt cõuertibi-

nibiles, & secundum quod ipsum, vt patet; vide art. seq. ad 1. contra 2. conclus.

Secundò, quod definitio passionis ex formali, & causali integrata sit mediū, prob. quia Arist. 2. post. c. 5. docet idē esse *qd est*, & *pp qd*, ergo mediū debet dicere *qd est* passionis, & *pp qd*, ergo ex vtraq; definitione debet constare, & ex eodē ibid. medium debet esse causa, vt passio sit simpliciter, & insit subiecto, primum præstabit definitio formalis, secundū definitio causalis. Tū 1. mediū est adæquata causa cōnexionis passionis cū subiecto, ergo vtrāq; definitionem continebit; prob. conseq. connexio pendet à subiecto, & passione, vt ab extremis, ergo definitio subiecti, & definitio passionis erunt causa huius cōnexionis. Tum 3. medium huius demonstrationis debet causare perfectā passionis notitiā, ergo omnē causā, tū formalē, tū efficientē includere debet, quia cognitio perfecta est ex omnibus causis. Tandē præmissæ huius demonstrationis debent esse maximè propriæ, & immediatę, ergo vtraq; definitio assumi debet pro medio, nam si solum esset definitio subiecti, essent maximè propriæ subiecto, non passioni; si definitio passionis tantum, essent maximè propriæ passioni, non subiecto.

Resp. in 1. loco Arist. vel loqui de *qd* subiecti, & *pp qd* passionis, & vtrūq; conuenit definitioni subiecti, vel si loquitur de *qd* passionis, non est sermo de *qd* formali, sed causali, & tādē si loquitur de *qd* formali, non intelligitur de medio præcisè sūpto, sed vt in demonstratione capto, & de tota demonstratione, qua non solū innotescit quæstio *pp qd* de passione, verū etiā quæstio *qd*, imò oēs quæstiones, quæ per quęstionē *pp qd* solui possunt: in 2. loco explicari pōt de definitione subiecti, quæ est causa vtriusq. Ad 2. connexio pendet à subiecto, & passione vt ab extremis, sed à definitione subiecti pendet, vt à causa, non à definitione passionis, medium autem se debet habere vt causa inexistentiæ effectiua. Ad 3. causat perfectam notitiā in genere, nō simpliciter, vt diximus; vel perfectiorē, quā aliæ causæ, quia quietat intellectum, & quia definitio subiecti aliquo modo est in omni genere causæ. Ad vlt. debēt esse maximè ppriæ quoad causalitatē, ad quod sufficit, vt in præmissis accipiatur pxima causa inhærentiæ, non verò quoad formalitatē, itaut mediū sit formalitas passionis; imò diuersum esse debet, cum se habeant vt causa, & effectus.

Contra 2. concl. arg. 1. quod quælibet causa pxima etiā externa possit esse mediū in demonstratione potissima. Tū quia illa debet dici potissima demonstratio, quę perfectissimā parit sciētiā, itaut de re nō amplius quæri possit, sed quælibet causa proxima nata est talē parere scientiā, ergo quælibet potest esse medium; mi. pb. ex Arist. 2. post. c. 1. vbi docet per causam satisfacientem quæstioni *pp qd* satisfieri oīb. alijs quæstionibus, & patet exēplo, nā per interpositionē terræ inter Solem, & Lunā potest satisfieri omnibus quæstionibus de eclypsi an sit, quid sit, qualis sit, & propter quid sit, idē de alijs demōstrationibus, quas adducit Arist. 2. post. Tum 2. quia eclypsis de Luna, & similia accidentia sunt per causā propriā demōstrabilia, propter quā res est, sed causa eclypsis, propter quam est, est interpositio terræ, ergo per hanc erit demonstrabilis demōstratione potissima. Tū 3. demonstrationes mathematicæ sunt certissimæ, & potissimę, & tñ vt plurimū pcedūt ex antecedente iam probato, non ex definitione subiecti, nō .n. ex definitione quantitatis pbantur mathematicæ cōclusiones.

Resp. ad 1. ma. esse insufficientem, nā vltra hoc requiritur, vt quietet intellectū per causam proximam, & necessariam necessitate metaphysica, quam sola causa formalis in sensu explicato continet, ideòque negari debet demonstrationes, quas conficit Arist. in 2. post. esse potissimas, vt fusè ostendit P. Faber cit. Per idem ad 2. nam eclypsis, & accidentia externa sunt demonstrabilia per proprias

causas non tñ demonstratione potissima ꝓpter assignatã rõnẽ. Similiter demõstrationes mathematicæ à multis negãtur esse potissimæ, quãuis sint certissimæ, quia non habent omnes cõditiones requisitas.

Secundò, ꝙ definitio subiecti non sit medium ostenditur. Tum quia cõmitteretur petitio prĩcipij, nã definitio nõ est q̃d distinctum à definito, ergo si passio demõstratur conuenire subiecto definito, quia conuenit definitioni, ꝓbaretur idem per idẽ; hinc Aris. 2. prio. c. 5. vnum modũ ponit petitionis principij, quãdo ꝓbatur definitum per definitionẽ, vel è cõtra. Tum 2. sequeretur demõstrationẽ nõ esse ex ꝓprijs, quia oẽs passiones ab eadem essentia fluentes per eandem definitionẽ probarentur, & sic non demonstrarentur per causam, quæ vnicuiq; tanquã propria cõpetat, sed ex cõmuni. Tum 3. sequeretur mai. & conclus. esse in eodẽ modo dicendi per se, s. in secundo modo, ꝙ est falsum. Tũ 4. sequeretur definitionẽ esse ex mediatis, nã passio conuenit definitioni subiecti nõ immediatè, sed media ꝓpria definitione; & secũda passio mediãte prima.

Resp. ad 1. non peti principiũ, quia definitio, & definitum distinguũtur, vt diximus disp. 1. q. 4. art. 2. & passio notius cõuenit definitioni, quàm definito, Aris. autem loquitur, quando definitio, & definitum sunt æquè nota respondenti, vt explicuimus 2. p. inst. tract. 3. c. 3. Ad 2. demonstrationem esse ex proprijs non intelligi de principijs alteri non cõuenientibus, sed de principijs conuertibilibus, & quia idẽ mediũ põt cũ pluribus passionib. conuerti, ideò põt dici propriam respectu illarũ. Ad 3. neg. falsitas sequelæ, sufficit. n. ꝙ passio potius conueniat definitioni. Ad 4. dicimus passionẽ, & propriã definitionẽ immediatè conuenire subiecto immediatione subiecti, licet definitio notiùs cõueniat, secunda passio dr̃ ẽt subiecto immediatè conuenire immediatione causæ, nã causa eius non est prima passio, sed quidditas subiecti; vide Tromb. cit.

Tertiò, quod non sit medium, vt definitio, sed solum vt causa, prob. ex Sco. q. 3. prol. S. docente non oportere principia scibilis esse principia in se ipsius subiecti, sed esse principia solum, per quæ demonstrentur passiones de ipso. Tũ 2. demonstratio dirigitur solum ad tradendã scientiã maioris extremi, non minoris, ergo ꝑ accidẽs est, ꝙ mediũ sit definitio subiecti. Tũ 3. mediũ, quãdoq; est oratio, quãdoq; sola dictio, sed dictio neq; dici definitio, quæ semp est oratio, ergo esse definitionẽ est accidentale medio. Tum 4. medium vt medium est causa, quia scire est rem per causã cognoscere, ergo ꝑ accidens est definitio vt medium. Tum 5. definitio subiecti, vt sic dicit causam inhærentiæ, nec ꝓꝑ quid, at de ratione medij est, quod sit causa inhærentiæ, & dicat *propter quid*.

Resp. ad 1. sufficere, vt medium sit rõ quidditatiua subiecti, & causa virtualis, vt diximus 2. p. inst. tract. 1. c. 4. Scotus autem loquitur de causa formaliter. Ad 2. demonstrationẽ dirigi ad cognoscendam, non quidem passionem vt sic, sed passionem in subiecto, idcircò requiri, vt medium cognoscatur vt idem cum passione, et subiecto. Ad 3. propriè semper medium debet esse tota definitio, quandoq; verò vtimur vna parte, siuè materiali: siuè formali, quatenus forma, vel materia sunt radicaliter, & originatiuè causa passionis. Ad 4. medium vt medium non esse causam vt sic, sed causam connexionis prædicati cum subiecto, nec cuiuscunq; connexionis, sed illius, quæ est necessaria metaphysicè, ad quod exigitur, vt sit essentiale subiecto, ideoq; medium demonstrationis potissimæ vt mediũ debet esse definitio subiecti, & causa passionis. Ad 5. definitio subiecti vt sic præcisè non dicit causam inhærentiæ, nec *ꝓꝑ quid*, sed vt definitiò subiecti, & vt est causa passionis.

ARTICVLVS TERTIVS.

De maiori extremo demonstrationis.

TRria sunt, quæ possunt habere rõnẽ maioris extremi in demonstratione.

pro-

pp qd, (nam de demonstratione qa nulla est difficultas, vt supra diximus) s. accidēs cōmune, accidens propriū, & subiecti definitio, quæ multiplex est, vel adæquata, & ex omni parte perfecta, & sic continet omnes causas, siue intrinsecas, siuè extrinsecas, à quib. res per se dependet in esse; vel incompleta, & inadæquata, vt cum datur per vnū, vel duo genera causarum, vt si daretur per causam materialem, vel formalem, aut finalē, vel efficientem, vel per ambas causas intrinsecas, materialē, & formalem, siuè sint physicæ, siuè metaphysicæ. Hæc autem difficultas intelligi potest tàm de demonstratione potissima, quàm de demonstratione pp qd, sicut supra distinximus, cum medium demonstrationis inquirebamus.

Zab. sæpè cit. sustinet tā accidens proprium, quàm accidens cōmune posse pro maiori extremo inseruire etiā in demōstratione potissima. De definitione verò cōmunis sententia negat posse à priori, & demōstratione pp qd demonstrari de definito, quatenus definitio est, & formaliter capta .i. vt est essentialis definito, licèr materialiter sumpta. s. vt est quoddā prædicatum absolutè acceptum possit demōstrari, si sit inadæquata, puta definitio per causam materialem poterit concludi per definitionem finalis, vel formalis causæ; ita videtur sentire Scot. 2. post. q. 45.

Dicimus primò, accidens cōmune solum ingredi posse pro maiori extremo in demonstratione pp qd, nō potissima, passionē verò in demonstratione potissima, hæc conclus. sequitur ex dictis art. præc. & prob. 1. q̄ accidēs cōmune sit demonstratione pp qd demōstrabile de subiecto, nā ar. 1. ostēdimus quālibet causā in quocūq; genere assumi posse pro medio ī hac demōstratione, sed istæ aliquando causāt aliq̄ accidens cōc, vt patet in exemplis ibi allatis, quando. s. accidens aliq̄ per se cōsequitur, & semper ad positionem causæ.

Deindè, quòd nequeat esse maius extremū in demonstratione potissima, patet ex dictis art. præced. vbi solā causā formalē posuimus pro medio. Tū quia conclusio demonstrationis potissimæ debet esse simpliciter necessaria, per se, de omni, & quatenus ipsū, vt q. seq. dicemus, sed accidens commune non conficit cū subiecto propositionē cū his conditionibus, quia ex sua ratione formali potest adesse, & abesse, ergo non necessariò conuenit; nō inest omni tempore subiecto, ergo non est de omni posterioristico; non prædicatur per se in primo, vel secundo modo, ergo non est per se, quomodo ad demonstrationē exigitur; nec tandē necessariò conuertitur cū subiecto, itaut conueniat omni soli, & semper, nā hoc est peculiare accidētis proprij, vt docet Porph. c. de pp. ergo non est quatenus ipsū. Nec valet responsio Zab. hæc accidentia dici posse necessaria necessitate causæ, quatenus ad positionem talis causæ sequuntur talia accidētia, licèt nō sint necessaria necessitate subiecti. Nō valet, quia iā cōcedit vt sic nō cōficere demōstrationē potissimā, & simpliciter, ad quā requiritur potissima necessitas, & certitudo propositionū, vt diximus art. præced. qualis non esset hæc necessitas; tū quia nec necessariò sequūtur ad positionē talis causæ, nam ab alia causa naturali contraria, & maioris virtutis, aut saltim à Deo possent impediri, ergo hæc necessitas causæ nō erit sīpliciter necessitas. vide P. Fab. theor. 14. & 15.

Ex his manet probata alia pars concl. quod possimus vti in demonstratione potissima pro maiori extremo passione subiecti; nā hæc conficit propositionē simpliciter necessariā, per se, de omni, & quatenus ipsum, cùm conueniat omni, soli, & semper, nec per potentiam Dei possit à subiecto seiungi, & consequenter non continget subiectum aliter se habere.

Contra obijc. quod accidens commune sit maius extremū in demonstratione potissima; Tū quia per se in secundo modo dicitur de subiecto, nam illud prædicatur in secundo modo, quando subiectū in-

ingreditur definitioné illius accidens aût p subiectũ habet definiri. Tũ 2. vel accidens cõmune per se cõuenit subiecto, & habetur intentũ, vel p accidens, s. ratione alterius, idé qritur de isto alio an per se, vel per accidens cõueniat, & sic vel dabitur subiectũ, cui inerit p se, vel pcederetur in infinitũ. Tũ 3. si per se non inesset, nõ magis vni subiecto cõueniret, q̃ alteri cuicũq; q é falsũ, qa nõ qlibet est in quolibet. Tádé Ari. 1. post. 22. docet de eclypsi dari scientiã, ait. n. *Eorũ quæ sæpè fiunt, demõstrationes, & sciẽtia, vt Lunę defectus, manifestũ q secũdũ q qdẽ tales sunt, sẽper sũt*; eclypsis auté est accidens commune, & 2. post. his demonstrationibus de accidentibus communibus accõmodat, & declarat conditiones in 1. lib. assignatas, q̃ sũt demõstrationis potissimæ.

Resp. ad 1. neg. assumptum, quia vt diximus 2. p. inst. tr. 1. c. 1. ad propositionem per se secundi modi præter hoc, q subiectum ingrediatur definitionem prędicati, reqritur necessaria habitudo causæ efficientis metaphysicæ ad effectum, quæ solum est inter subiectum, & accidens proprium. Ad 2. dicitur per se cõuenire .i. immediatè, non verò per se .i. necessariò, q reqritur ad demonstrationem. Ad 3. ad hoc vt cuilibet non insit, sufficit, vt per se cõpetat subiecto in quarto modo, quatenus datur in aliquo subiecto causa intrĩseca accidentis cõis, hoc autem nõ sufficit, sed requiritur illa necessaria habitudo ad potissimã demõstrationé, vt nõ cõtingat subiectum aliter se habere. Ad 4. solũ pbat dari de his accidentib. demõstrationé *pp qd*, nõ potissimã; nec Arist. 2. post. omnes cõditiones adaptat illis demõstrationib., sed solũ illis exẽplis declarat, quo pacto medium sit causa maioris extremi.

Dicimus 2. definitionem non habenté aliam causam priorem non posse de definito demonstrari à priori, seu esse maius extremum in demõstratione *pp qd*, at definitioné habentem aliã causã priorem posse esse maius extremum, & à priori demõstrari de definito p illã causũ, etiam vt essentialis vt est definito; talis autem demõstratio pbabiliter videtur esse *pp qd*, nõ potissima; ita Tat. 2. post. q. 2. dub. 3. qui sequuntur Auersa q. 28. sec. 6. & Amic. 2. post. tr. vlt. q. 5. dub. 1. nec aliud intendit Doct. cit. si rectè ppendatur; Prima pars pbatur, qa si caret causa, à qua depẽdeat ĩ esse, nõ habebit medium sufficiens, quo possit demõstrari à priori de definito. Tales auté definitiones sunt præcipuè adæquata, & vndequaq; perfecta, quæ. s. dantur per omnes causas, à qb. res pendet in esse, cum. n. omnes includat causas, nulla remanet accipienda, qua vti possimus p medio, & si aliqua ex illis acciperetur, cum hæc sit quoq; demõstrata in cõclus. idem demõstraretur p idem. Similiter eadẽ rõne definitio cõtinés omnes causas essentiales, putà pprium genus, & ppriã differentiam, non poterit per aliam causam essentialem demõstrari, vt probat ibi Sc., nã quidditas subiecti esset quęstio, & pręsuppositum simul, & semel, esset quæstio, quia demonstraretur in conclus. de definito, esset præsuppositum, quia assumeretur vt medium, salrẽ secundum partẽ.

Secunda pars, quod definitio aliã priorem supponens tãquã causã possit à priori demonstrari, etiam vt est quidditatiua definito, est Arist. vt infrà videbimus, & prob. quia illa est demonstrabilis propositio à priori, quę habet causam proximam connexionis prædicati cùm subiecto, talis esset ista definitio, etiam vt est essentialis definitio, ergo &c. Vt autem cognoscamus, quæ nam sint istæ definitiones oportet inspicere ordinem causarum inter se; nam in primis, quia nulla causa adæquata ĩ suo genere aliã supponit priorem in eodem genere, aliter nõ esset totalis, sed partialis, ideò nulla definitio materialis, v. g. poterit demonstrari p aliam definitionem materialẽ. Et quia finis dicitur prima causa, idcircò per definitioné finalem poterit demonstrari de re definitio tàm materialis, quàm formalis, vt ez hoc,

hoc, q domus est ordinata ad defendendũ nos à pluuia, & tempestatibus, optimè cõcludere possumus debere ex tali determinata materia, & speciali forma cõstrui, q est ꝓbare definitionẽ materialẽ, & formalẽ domus, & cõsequenter ẽt. vt sumũtur essentialiter, & quidditatiuè, nã eo ipso quo ꝓbatur aliquid esse materiam, vel formã alicuius, ostenditur adhuc esse de essentia illius, q̃a materia, & forma sunt partes essentiales, sic de lanterna prob. q debeat ex materia pſpicua cõstare ex fine q est illuminare; & ex hoc, q homo est ad beatitudinẽ ordinatus, deducitur esse substantiã intellectualẽ, quæ solũ est beatitudinis capax, q pdicatũ concluditur, vt essentiale homini; sicut homo secundũ suã essentiã respicit beatitudinẽ vt finẽ. Causa efficiens ẽt, quando est necessaria, determinata, & conuertibilis causa alicuius pdicati essentialis effectus. q se habebit vt causa formalis ipsius effectus, in tali casu poterit cõcludere definitionẽ formalem effectus, vt q ꝓuenit à principio essentialiter libero, est indifferens intrinsecè, & essentialiter, vt possit esse, vt non esse, volitio ꝓuenit à voluntate, q̃ est principium essentialiter liberũ, ergo volitio est indifferens essentialiter, &c. in hoc syllogismo maior extremitas est definitio libertatis actus in genere causæ formalis, medium est definitio eiusdẽ libertatis data p causã effectiuã. Tandẽ quia materia, & forma aliquo pacto sunt sibi inuicẽ causæ ex dictis disp. 8. phys. q. 1. ar. 1. poterit definitio formalis p materialem demonstrari, & è contrà; vt omne cõstãs ex corpore organizato, constat ẽt ex anima, quæ est actus talis corporis, equus cõstat ex corpore organizato, ergo &c. & è cõuerso, item definitio materialis demonstrationis probatur per alteram formalem, quæ ab alijs dicitur quoque finalis.

Tandem, q istæ demonstrationes probabiliter reduci debeant ad *propter quid* non ad potissimam probari põt, non .n. satis euidenter saluantur conditiones potissimæ in illis, quia præmissæ nõ videtur esse de omni per se, & secundũ q ipsum, aut saltẽ nõ oẽs istæ demonstrationes, & si oppositũ velis sustinere, nil cõtra nos.

In cõtrariũ obiic. q q̃libet definitio possit à priori probari, etiã adæquata, Tum quia poterit ꝓbari per regulas logicales, .s. per definitionẽ definitionis, sicut cum volumus ostendere aliquẽ syllogismum esse in modo, & in figura, vtimur regulis logicalibus de syllogismo traditis, sic Ari. 2. post. 17. ostendit definitionẽ ternarij, q sit *numerus impar primus*, esse veram, & quidditatiuã definitionẽ per regulas logicales, & definitionẽ definitionis. Tum quia hæc definitio eclypsis est priuatio luminis solaris propter obiectionem terræ, est adæquata, & tamen demonstratur; vt quod priuatur lumine solari propter obiectionem terræ, eclypsatur, luna priuatur, &c. ergo eclypsatur.

Resp. ad 1. ex Arist. 2. post. 8. vbi negat ꝓbationẽ illã esse verã demõstrationẽ, rõ est, q̃a regulæ logicales nõ sunt causa in essendo, sed solũ rationes cognoscendi, & notificandi, quare nõ procedit ex causis conclus. iũ quia procedit ex cõmunibus, nã illæ regulæ cuilibet definitioni adaptari possunt; & tandẽ non ostenditur per illas definitionẽ de definito propriè loquendo, sed tantũ definitionẽ adæquatã habere conditiones optimæ definitionis. Ad 2. nec illa definitio est adæquata, quia deficit causa materialis, quæ est luna, nec demõstratur de definito. s. de eclypsi, sed de luna q̃ ẽ subiectũ, ĩ quo recipitur eclypsis.

Contra 2. partem opponitur 1. authoritas Arist. qui 2. post. à cap. 2. ostendit *quodquid* seu definitionem non posse demõstrari à priori de definito, & si aliquãdo demonstratur, illam non esse demonstrationẽ, sed logicum syllogismũ, idem docet 6. Met. tex. 1. Scot. etiam 2. post. q. 55. ex professo ostendit *quodquid* formaliter non posse demonstrari, neq; à priori, neq; à posteriori, at absolutè sumptum, & materialiter posse à posteriori demõstrati,

ri, à priori tamē non omne, ſed aliꝙ non .n. vult definitionē formalē poſſe per materialē demonſtrari, ſed è contrà materialē per formalē, & finalem; idem docet ſuper tex. Met. cit. & 6. met. q. 1. ad 5. princ.

Vt adæquatè ſatisfaciamus huic obiectioni diligenter indagāda eſt mens Ariſt. in illis tex. & quo pacto ꝓcedit; primò igitur in tex. 2. quærit, an definitio, & demōſtratio ſint de eadē rē; & negatiuè reſoluit, quia demonſtratio eſt accidentis cōplexi, & affirmatiuè, vel negatiuè concludit, definitio eſt eſſentiæ, incōplexi, nec affirmat, aut negat, immò pro principio inſeruit demōſtrationis. Deindè à tex. 3. vſq; ad 8. diſputatiuè quærit, an definitio ſit demonſtrabilis; & pro parte negatiua arguit; tū quia non eſt demonſtrabilis ſyllogiſmo reduplicante (.ſ. in quo mediū aſſumatur in præmiſſis cū hac reduplicatione *in quid*, ꝙ requiritur, vt poſſit deinde concludi in quid maius extremū de minori; nā in min. peteretur principiū, quatenus mediū diceretur *in qd* de ſubiecto, cuius tamē quidditas quæritur, nec mediū eſſet indemonſtrabile de ſubiecto; tū quia nequit demonſtrari diuiſione, nā iſte modus diſcurrendi non eſt à priori, nec neceſſariò illatiuus, & minor eſſet probāda, quare ille ſyllogiſmus nō eſſet demonſtratio; tū quia non eſt demonſtrabilis per definitionē definitionis, vt oratio indicans hominē per eſsētialia eſt definitio illius, animal rationale exprimit hominē per eſſentialia, ergo, &c. nā in min. petitur principiū, idē .n. eſt eſſe definitionē, & exprimere rē per eſſentialia; tū quia nequit oſtendi per definitionē contrarij, nā procederet ex æquè ignotis, & poſſet dari circulus, & alias rationes adducit pro hac re.

Deindè à tex. 8. incipit propriā aperire ſententiam, & in illo tex. primò diſtinguit de cauſa, quod quædam eſt eadē, quædam eſt alia .i. quædam eſt intrinſeca, quædam extrinſeca, & hæc vel eſt demonſtrabilis, .i. poteſt demonſtrotioni inſeruire, & ſic poterit eſſe medium, quo demonſtretur *quid eſt*, ſeu definitio, & ſubdit, quod hæc non eſt demonſtratio, ſed ſyllogiſmus topicus ſubiungit poſtea alium modū, quo contingit ſcire *quid eſt*, nēpè cū ab effectu per ſe demonſtrando *ſi eſt*, ſimul deuenimus in cognitionē *quid eſt*, vt omne aſtrū patiens interpoſitionē terræ eclypſatur, luna patitur interpoſitionem terræ, ergo eclypſatur, quo ſyllogiſmo ſcitur *ſi eſt* eclypſis, & *quid eſt*, & *pp qd*; in fine deindè huius textus, & initio ſequentis veluti epilogat, quæ docuerat, & ꝙ non poſſit oſtendi *quid eſt*, q̄do non habet cauſā aliā, .i. extrinſecā, quādo tamē ipsā habet, poſſit demonſtrari, ſed logico ſyllogiſmo; addit vlterius diuiſiones quaſdā definitionis, & præcipuè in tex. 10. ait, ꝙ q̄dā definitio ē prīcipiū demōſtrationis, q̄dā cōcluſio, q̄dā à demōſtratione ſola poſitione terminorū differēs, & tādē in fine huius tex. cōcludit, *Manifeſtum igitur ex dictis, & quomodo eſt ipſius quod eſt demonſtratio, & quomodo non eſt, & quorum eſt, & quorum non eſt.*

Ex his colligitur primò, Ariſt. *quid eſt* accepiſſe, prout eſt quid completū ex oīb. cauſis intrinſecis, 2. ſi habet cauſā extrinſecam, poſſe demonſtrari, 3. hunc ſyllogiſmū appellaſſe logicū, & demonſtrationē, ꝙ debet exponi cōparatiuè, .ſ. in ordine ad potiſſimā demonſtrationē dicitur ſyllogiſmus logicus, ſed quia eſt ſyllogiſmus certus, euidens, & per cauſā, erit demonſtratio *propter quid*; ex quo magis confir. vltima pars noſtræ concluſ. in hoc ſenſu explicari poteſt in 6. Met. Nec aliud voluit Scot. aſſerere, ſumpſit .n. *quodquid eſt*, reduplicatiuè, .i. vt perfectè explicat quidditatē rei ſecundū omnia prædicata eſſentialia, & hoc pacto negat poſſe probari à priori per alias cauſas intrinſecas, (& demonſtratione potiſſima, in qua, inquit, ſēper eſt ſuppoſitum, & mediū. Verum eſt ibi Scot. potius recitare ſent. expoſitoris, quam ſuppreſſo nomine authoris ibi innuit, quàm propriam mentem declarare, vnde negat materiam eſſe cauſam formæ, & conſequenter *quodquid* formale

poſſe

posse demonstrari per *quodquid* materiale, & tñ potius oppositū ē verū, vt cū eodē Sc. ostendimus disp. 5. phys. q. 3. ar. 2. & 3. eodem modo exponi potest in met. cit.

Secundò ad idē atg. ratione. Tum quia peteretur principiū, nā in minori mediū deberet de subiecto prædicari in quid, nō .n. *quodquid est* potest per aliquod accidētale demonstrari, & sic supponeretur in min. *quidest* subiecti, q̄ quæritur in concl. peteretur etiā principium in maiori, quia maius extremū prædicaretur de medio *in quid*, & tunc vt sit vera prædicatio, mediū debet supponere pro subiecto conclus. & sic maior non differret à conclus. quæ ratio est Arist. Tum 2. prædicatum in conclus. demonstratiua debet esse accidens ex 2. post. c. 2. ergo nequit esse definitio. Tum 3. definitio non potest prædicari, nisi de definito, at si demonstraretur, deberet de medio prædicari. Tum 4. omnis definitio immediatè competit definito, maximè si datur per causas intrinsecas, ergo quælibet est indemonstrabilis. Tandem sequitur hanc demonstrationem, per quam scitur substantia, nobiliorem esse potissima, per quam scitur accidens.

Resp. neg. seq. non .n. in min. petitur principiū, quia nō est eadē definitio, q̄ est mediū, & quæ cōcluditur, neq; in maio. nā in maiori mediū supponit pro subiecto distinctè cognito, seu pro definitione ipsius, in conclusione verò subiectū supponit pro se confusè cognito, sicut vniuersaliter definitio, & definitū differunt, non enim sunt termini synonimi, & hæc differentia sufficit, vt sint distincti termini, & ne principiū petatur, vt diximus disp. 1. q. 4. ar. 2. nec authoritas Arist. vrget, nam ibi disputatiuè loquitur, vt ipsemet se declarat. Ad 2. ibi est sermo de demonstratione potissima, in qua semper passio est maius extremum. Ad 3. neg. assumptum, nam vna definitio potest de altera dici, vt syllogismus constans ex veris, primis, & immediatis, &c. est faciens scire. Ad 4. assumptum est verum in eodem genere, vt definitio materialis est immediata in genere materialis causæ; vel vt ait Doctor hic, quælibet est immediata immediatione subiecti, quia inter ipsam, & definitum nihil mediat, cui prius conueniat definitio, non tamen quælibet est immediata immediatione causæ.

Ad 5. quamuis ex illo capite possit perfectior dici demonstratio concludens definitionem, quàm concludens passionem, tamen obiectū scientiæ est conclusio, vt à principijs dependens, hinc quia principia potissimæ nata sunt gignere certiorem, & magis necessariā notitiā, quam principia demonstrationis *propter quid*, idcircò absolutè illa erit demonstratio potissima, quæ facit scire passionem.

QVAESTIO TERTIA.

De præmissis demonstrationis.

VT præmissas demonstrationis declaremus, ipsarū conditiones erūt expendendæ. Arist. 1. post. c. 2. quasdā conditiones assignat præmissarū, quasdā verò cap. 4. & præcipuè locutus est de demonstratione *propter qd*; conditiones sunt istæ, vt sint veræ, primæ, & immediatæ, priores, notiores, causæ conclusionis, propriæ, necessariæ, de omni, per se, de prædicato vniuersali, secundū quòd ipsū, & primò; de quibus multa diximus 2. p. inst. tr. 1. idcircò quæ satis ibi exposita fuerunt, hic prætermittemus; sic se habet prima conditio, quod sint veræ; secunda tamen cōditio exactiùs erit inuestiganda; quapropter in 2. art. hanc quæst. diuidemus, in 1. agemus de primitate, & immediatione pmissarū, in 2. de cæteris conditionib.

ARTICVLVS PRIMVS.

Explicatur primitas, & immediatio præmissarum, vbi de propositione per se nota.

SVponimus ex 2. p. inst. tract. 1. cap. 4. primitatem, & immediationē nō esse duas conditiones præmissarū, sed vnam, & nil aliud significare, quàm præmissas debere esse indemonstrabiles per aliud mediū à priori, & in eodem genere, & cō-

sequenter, ꝙ ſeipſis cognoſcantur, vnde per ſe notæ dici ſolent; hinc orta eſt celebris illa difficultas inter veteres tũ Scotiſtas,tũ Thomiſtas,tum Nominales q̃d ſit ꝓpoſitio per ſe nota, q̃ difficultas re vera eſt ferè de nomine,vt recentiores aduertũt,& P.Fab.theor.7.quapropter breuiter erit explicandũ prius, q̃d ſit ꝓpoſitio per ſe nota in ſententia Scoti,deindè quo pacto hæc conditio competat præmiſſis demonſtrationis.

Circa primam partem difficult. not.ex Lich. 1. d.2.q.2. ꝙ in propoſitione per ſe nota ly *per ſe* nõ ſumitur, vt diſtinguitur cõtra p accidẽs quaſi ꝙ eſſe notũ dicatur de aliqua ꝓpoſitione in aliquo modo dicẽdi per ſe, ſed vt diſtinguitur contra per aliud, itavt illa ſit ꝓpoſitio per ſe nota, q̃ non habet euidentiã ab alio; hinc definitur à Sc.1.d.2.q.2 A,eã eſſe,*quæ ex terminis proprijs,qui ſunt aliquid eius,vt ſunt eius, habet euidentẽ veritatem*; ex quo deducitur non excludi cognitionẽ terminorũ, q̃a inq̃t Doctor, impoſſibile eſt, aliquam ꝓpoſitionẽ cognoſci terminis illius ignoratis,nam ſecunda operatio intellectus p̃ſupponit primã,vnde dicebat Ari.1. poſt. 6. principia cognoſcimus, inquantũ terminos cognoſcimus; & multò minus excludi debet potẽtia intellectiua per ly *per ſe*,q̃a notitia neceſſario eſt ab intellectu; quare ꝙ excluditur, eſt omne aliud, p ꝙ tãq̃ per mediũ moueatur intellectus ad eliciendũ aſſenſũ in ꝓpoſitionem illã,ſed ſtatim ac apphẽdit terminos illius ꝓpoſitionis,vt talis apphẽſionis cognoſcat euidẽter cõnexionẽ inter illos, & idcircò ait habere euidentiã ex terminis ꝓprijs; addit,*vt ſunt eius*, .i.quãdo cõcipiũtur in eo ſenſu, in quo ponuntur integrare ꝓpoſitionẽ illã; nã termini poſsũt diuerſimodè eandẽ rẽ ſignificare, .ſ. cõfuſè,vel diſtinctè,vt ſunt definitio,& definitũ,definitio .n. diſtinctè ſignificat, ꝙ definitũ cõfuſè repſẽtat ex dictis diſp. 1.q.4.ar.2. vult ergo Doctor,ꝙ illa ſit ꝓpoſitio per ſe nota, cui aſſẽtit intellectus vi apphẽſionis terminorũ ipſius cognitorũ eo modo, quo ꝓpoſitionẽ cõponunt; itaut ſi terminus confuſè repſẽtat, ex cognitione confuſa ipſius moueatur intellectus ad aſſẽſũ, vt in hac ꝓpoſitione *Omne totum eſt maius ſua parte*,ſi d.ſt i ctè,ex cognitione diſtĩcta eliciat iudiciũ,non autẽ erit ꝓpoſitio per ſe nota,ſi ex termino confuſè ſignificante conſtaret, ſĩ vt aſſẽtiret intellect⁹, eſſet neceſſe, ꝙ diſtinctè cõciperet ſignificatũ illius termini; vt ſi aliquod prædicatũ euidẽter cõcipiatur cõuenire ſubiecto ex cognitione diſtincta definitionis, nõ ſufficeret autẽ cognitio cõfuſa definiti, ꝓpoſitio, in qua pdicatũ diceretur de definito,nõ eſſet per ſe nota,quia indigeret, vt euidẽter perciperetur,alio termino .ſ. definitione, q nõ eſſet terminus ipſius,cũ ſit diuerſus à definito,ex dictis diſp.cit.cõtra Thomiſt.eſſetq; p aliud nota.

Hinc non rectè Poſnan. aſſerit in ſent. Doct. req̃ri ad ꝓpoſitionẽ per ſe notã, vt ſẽper ex cognitione diſtincta terminorũ debeat moueri intellectus ad aſſẽſũ ꝓpoſitionis,itaut nulla ſit ꝓpoſitio per ſe nota, quæ ex terminis confuſè ſignificantibus cõſtet. Hoc .n.eſt cõtra ipſũ Sc.cit. & cõtra Scotiſtas ferè omnes, vt Lich. Tar. Barg.Fabrum,Smiſinch, Vulpes,& alios, clarè.n.Doct. ibi ait ꝓpoſitionẽ illã eſſe p ſe notã, ſi ex cognitione cõfuſa terminorũ ſtatim euidẽter appareat illorũ cõnexio, abſq; eo ꝙ diſtĩctè cognoſcãtur,imò ſubdit, ꝙ propoſitio, quæ eſt per ſe nota terminis confuſè cõceptis, eſt etiã per ſe nota terminis diſtinctè cognitis, non tamen è contrà neceſſum eſt propoſitionẽ per ſe notã, terminis diſtinctè perceptis, eſſe talẽ, ſi confuſè accipiatur. Hæc tamẽ doctrina clarior apparebit, ſi dubia, & obiectiones aduerſariorũ diſſoluerimus.

Primò igitur dubitari poteſt ex Caiet. dicente,quòd cum prima paſſio prædicatur de definito, quamuis illa propoſitio poſſit per definitionẽ probari, adhuc erit per ſe nota, ſaltim ſecundum ſe,licèt non quò ad nos, quia definitio, & definitum,

quam-

quãuis quoad nos differant, non tñ secũdũ rẽ. Attamẽ hæc opinio explosa manet ex dictis disp. cit. vbi ostendimus definitionẽ, & definitũ nõ differre solũ rõne ratiocinante, sed ex fundamento in re, & per consequens, nec secundũ rẽ erit p se nota, sed demonstrabilis demonstratione potissima, quæ est à priori, & per causam, nõ quidẽ in cognoscendo tantũ, sed etiã in essendo, ergo non solũ quoad nos erit demonstrabilis, sed etiã in se spectata, nã ordo causę in essendo non attenditur solum penes nostrum cõcipiendi modũ, vt est ordo causæ in cognoscẽdo, qui in demonstratione à posteriori reperitur, veruntamen in rebus ipsis; vnde principia immediata dicuntur indemõstrabilia secundum rẽ, & à priori, quãuis à posteriori, & quoad nos demonstrẽtur, ergo quælibet propositio à priori demonstrabilis erit secundum rem demonstrabilis.

Secundo dubitari potest ex Mayr. eo quia dantur multæ propositiones indemonstrabiles, & consequenter per se notæ, & tamen nõ ex apprehensione terminorũ, vt sunt propositiones cognitæ per sensum, vt nix est alba, ignis est calidus. Sed resp. faciliter has propositiones propriè nec esse indemonstrabiles, quia verè in niue datur causa per se albedinis, & in igne causa caloris, per quam demonstratione *pp qd* suo modo poterit calor de igne, & albedo de niue demonstrari; nec istas propositiones esse per se notas, quia non ex apprehensione terminorum cognoscuntur, sed cognitione sensitiua, & experimentali, & consequẽter per aliud, non per se; vnde cõmuniter negatur propositionẽ aliquã contingentẽ esse per se notam, quia ex cognitione terminorum non percipitur connexio, sed per aliud extrinsecum: nisi velimus dicere esse per se notas, quatenus primò à sensibus percipitur, vt infrà.

Tertiò dubitatur circa diuisionem propositionis per se notæ; nã Thomistæ ipsã diuidunt in propositionem per se notam & per se noscibilẽ; vel in propositionẽ p se notã in se, & notã nobis; nota in se est, q̃ nullum habet medium, quo possit probari cõnexio terminorum, tñ à nobis nõ cognoscitur, nisi per aliq medium extrĩsecum; nota nobis, & in se est, cũ nos apphendimus cõnexionẽ illã vi terminorũ, quæ adhuc est duplex, vel.n. est nota omnibus tàm insipientibus, quã sapientibus, vel sapientibus solù n, quo pacto Boet. in hebdom. diuisit communẽ animi cõceptum, & Arist. 1. top. c. 3. diuisit problema.

Istæ diuisiones non approbantur à Scot. nã prima non est bona diuisio, quæ ex mẽbris omninò distinctis constare debet, eadem autẽ propositio dici poterit per se nota, cũ est actu cognita, & per se noscibilis, cũ actu nõ cognoscitur, quæ cognitio accidit propositioni. Secunda verò, vt ibi explicatur, nec valet, quia propositio nõ solũ formalis, sed etiã obiectiua, vt ꝑpositio est, dicit ordinẽ ad intellectũ, ergo si termini, ex quibus cõstat, non sunt apti ad causandũ assẽsũ, non erit per se nota in se; quapropter omnis propositio in se nota per se erit etiã nota nobis, seu possibilis à nobis cognosci, si termini conciperentur; at si nos cognitis terminis non cognoscimus euidẽter cõnexionẽ, signũ euidẽs nõ sufficere cognitionẽ illã, quam habemus de illis terminis, sed requiri cognitionem perfectiorẽ, quę erit distincta, illa autẽ erit confusa, & consequenter ꝑpositionẽ illã ex se non esse per se notam, quia ad sui cognitionẽ requirit notitiam alterius propositionis ex terminis distinctè significantibus constantem, sicut. n. terminus confusè significans est diuersus à distinctè significante eandem rem, ita propositiones ex illis compositæ. Nec est eadem ratio de communi conceptu, & problemate, nam ista non dicunt, nisi propositiones probabiles, quæ non ex terminis immediatè percipiuntur, sed ex motiuis, & rationibus probabilibus, vnde rectè quædam sunt notæ omnibus, quædam sapientibus tantum, prout magis

gis, vel minus conueniunt rõnes, at propositio p se nota dicitur talis ex apprehensione terminorum, & quia tàm sapiẽtes, quàm insipientes, vt cognoscant illã, necessariò apprehendere debent terminos, qui statim causãt assensum, sequitur omnem propositionem per se notam esse talem sapientibus, & insipientibus.

Idcircò recentiores Neotherici, vt Auersa, & Ruu. hanc diuisioné aliter explicãt. s. φ propositio p se nota in se, est, quæ constat terminis notioribus natura, p se nota nobis, quæ ex terminis nobis notioribus cõponitur, & dicunt coincidere cũ diuisione illa Arist. de notioribus natura, & nobis tradita 1. post. c. 2. & 1. phys. c. 1. Sed quãuis rectè diuidat Aris. notiora nobis, & natura, qa quædã ordine naturæ prius nata sunt cõcipi, quædã verò ordine doctrinę dicũtur notiora nobis, qa facilius pcipiuntur, vt sunt sensibiliora ex dictis disp. 1. q. 6. tñ in rigore loquẽdo ppositio p se nota non põt constare ex notioribus nobis, qa vt contra May. diximus nõ sũt apti ad causãdum assensũ ex proprijs rõnib. sed potius ex cognitione sẽsitiua, & experimentali intellectus assẽtit, vt in hac nix est alba, q̃ ẽt ipsi Aduersarij respuunt à rõne ppositionis p se notę, licèt deinde illã admittãt; hęc satis de propositione p se nota, vide Fab. theor. 7. & 1. sent. disp. 14. c. 1. & alios Scotistas cit.

Circa alteram quæsiti partem, an præmissæ demonstrationes debeant esse immediatæ, loquendo de demonstratione *propter quid*, est vna opinio, quod ambæ præmissæ debeant esse immediatæ, & indemonstrabiles, non solùm virtualiter, sed etiam formaliter, demonstratio verò ex solũ virtualiter immediatis sit demõstratio *quia*. Alia est opinio, quòd sufficiat ad demonstrationem *propter quid* ex virtualiter immediatis constare, dummodo demonstrans sciat resoluere principia virtualiter immediata in formaliter indemonstrabilia, ita docet Doctor 1. post. q. 33. in fin. quãuis nõ se declaret expsè, an prima demõstratio sit *propter qd*, vel *qa*.

Res est facilis negotij; primo .n. certum est ad demonstrationem potissimam requiri, quod constet ex formaliter immediatis, & per se notis, cũ .n. in hac demonstratione cõcludatur passio de subiecto per definitionem subiecti ex dictis q. præced. iam tàm maior, quã minor erũt immediatæ, in maior namq; passio dicitur de definitione, & in min. definitio de definito, quæ prædicata immediatè conueniunt proprijs subiectis. Tum quia habere hæc principia dicit perfectionem .s. independentiam, ergo huic demonstrationi competet. At loquendo de demonstratione *propter quid* in communi vtraq; opinio est probabilis; prima videtur habere fundamentum in Arist. nam 1. post. c. 2. probans hanc cõditionẽ principiorũ, ait, *ex primis autem indemonstrabilibus, quoniã nõ sciet nõ habẽs demonstrationem ipsorũ, scire .n. quorũ demonstratio est, non secundũ accidens habere demonstrationem est*; quibus verbis videtur innuere principia nõ p accidẽs sciri debere, hoc est nõ p aliud, sed seipsis, & tex. 30. docet subalternatã scientiã demonstrare *quia* ex hoc, φ per principia solum virtualiter mediata pcedit vt explicuimus disp. præced. q. 4. ar. 2. ad 2. princ. quo sẽsu declarauimus definitionem demonstrationis traditam ab Aristot. 1. Topic. supra. q. 1. art. 1. in fin. & 2. p. inst. tract. 1. c. 4. Secunda verò opinio est satis probabilis, habetq; suum fundamentum in Arist. nã in fine cap. 2. docet aut omnia, aut quędam principia melius cognosci conclusione, quia .s. quædã dantur, quæ demonstratione cognoscuntur sicut conclusio, & talia erunt principia virtualiter immediata; nec obscurè colligitur ex verbis cit. pro altera opin. dum ait *non sciet non habens demonstrationem ipsorum*. i. si principia erunt mediata, oportet de ipsis habere demonstrationem, aliter nulla esset sciẽtia; quã opinionem vt magis Scoticam, & communẽ secuti sumus 2. p. instit. tract. 1. c. 4. iuxta

diti debere definitionẽ traditã 1. Top. non esse demonstrationis in cõmuni, sed *propter quid* solũ, vt innuimus sup. q. 1. ar. 2. ad 1. princ. similiter scientiã subalternã, vt sic non demonstrare, *quia*, sed *propter quid*, ꝙ etiã tetigimus disp. præced. q. 4. ar. 2. respondendo ad 2. princ. in fine; in illis .n. sententijs, in quibus non adsunt rationes conuincentes, non debemus determinatè alteram tantùm partem prosequi.

Dubium tamẽ esse potest, an principiorum resolutio debeat fieri vsq; ad prima principia vniuersalissima, vt sunt principia metaphysicalia, quæ dignitates appellari solent, itaut demonstrans non solum debeat resoluere suas conclusiones vsque ad principia propria in determinato genere, & immediata, sed etiam vsq; ad prima, & notissima, an verò sufficiat resoluere principia in propria, & determinata. Et quidem quòd necessariò habẽs demõstrationẽ ex principijs virtualiter immediatis, debeat habere notitiã prĩcipiorum formaliter immediatorũ, à quibus illa essentialiter dependent, iã fusè ostendimus disp. præc. q. 4. ar. 2. Tũ quia in causis essẽtialiter subordinatis, inferior non operatur, nisi actu cõcurrat superior, ergo prĩcipia virtualiter immediata nequeunt causare scientificã conclusionẽ, si principia formaliter immediata, à quibus in hac causatione essentialiter dependent, actu non concurrerent. Dubium igitur est de primis, & vniuersalissimis principijs, nam Aegid. Ven. in text. 19. & alijs affirmant.

Oppositũ tamen est verius, nã etsi formaliter ignoraret aliquis illa principia, posset adhuc habere demonstrationẽ peculiaris conclus. si propria, & immediata principia illius cognosceret. Tũ quia vnica; vel saltim paucissimæ essent demõstrationes potissimæ, tot. s. quot essẽt ista vniuersalissima principia, quia omnia alia ab istis dependent, ergo non possent constituere demonstrationẽ potissimã, de cuius ratione est habere principia independẽtia quòad causationẽ conclus. Tum quia nec conclusio, nec principia peculiaris demõstrationis quò ad cognosci pẽdent ex illis.

Dices dignitatẽ esse vnũ ex præcognitis ante demonstrationẽ ex 1. post. 2. Tũ quia explicans tex. 5. quæ sint principia immediata demonstrationis, illa diuidit in dignitates, & positiones, ergo vtraq; cognosci debent ante demonstrationẽ. Tandẽ quia veritas omniũ principiorũ pendet à veritate dignitatũ, ergo ad quãlibet demonstratione concurrere debent etiam vniuersalissima principia. Resp. quidã per dignitatẽ ibi exponunt principia propria, & immediata, vt diximus 2. p. inst. tr. 1. c. 1. si verò intelligantur vniuersalissima principia, vel est sermo de præcognitis ante omnẽ scientiã, vel si de peculiari demonstratione loquatur, præcognosci debẽt nõ formaliter, sed habitualiter, vt. s. nõ adsit cognitio opposita in intellectu; vel si adhuc formalis cognitio ipsorũ præexigatur ad demonstrationẽ, hoc erit, non quia requirantur ad causandã cõnclusionẽ, sed tantũ quia si à proteruo negarẽtur ꝓpria principia, nonnisi per illa vniuersalissima probarentur demonstratione ducente ad impossibile; tũ quia etiã in proprijs principijs includuntur contracta, nã si verũ est *quodlibet aut esse, aut non esse*, verum quoque erit hominẽ vel esse, vel non esse animal rationale, & consequẽter, si quis scit hominẽ esse rationalẽ esse verũ, scit quoque oppositũ esse falsũ; & hoc est, ꝙ aliq dicunt principia vniuersalissima includi virtualiter in qualibet demõstratione: Ad 2. ibi loquitur de dignitate largè, vt dicit prĩcipia cuiuslibet scientiæ, in qua dantur ꝓpriæ dignitates, vt est locutus tex. 25. vel loqtur de demõstrationibus mathematicis, quarũ multæ ex talibus principijs integrãtur; vel tandẽ qa dignitates ingrediũtur quãlibet demõstrationẽ cõtractæ per terminos speciales. Ad 3. patet ex dictis.

Hanc immediationem hucusque explicatã conuenire diximus demonstrationi à priori, & per causam; cæterum si de demonstratione *quia*, & ab effectu loqui

ydi-

videmus, ipsa quoq; debet habere sua immediata principia, quibus cognitis quietatur intellectus, nec vltra ꝓgrediatur inquirēdo in tali ordine cognitionis, aliter vel dareţur ꝓcessus in infinitum, vel cōclusio non esset scientifica; hæc autē immediatio nō est eiusdē rōnis cū pcedenti, nā quæ cōuenit demonstrationi à priori debet reperiri in principijs seipsis euidentibus, & nō p alia priora, at immediatio requisita ad demonstrationē à posteriori debet in esse principijs euidentibus nō p alia principia in ordine cognitionis à posteriori, aliter non essent immediata, & talis est immediatio illarū ꝓpositionū, quæ à cognitione sensitiua depēdet à sēsibus.n.oīs nostra cognitio originē ducit, quæ ꝓpositiones, quāuis sint mediatæ, & demōstrabiles à priori, sunt tñ à posteriori demonstrabiles, vt cū Sco.in 1.d.3.q.4. E.diximus supra q.1.ar.2.ad 2.& si in hoc sensu Thomistæ intellligunt propositione per se natā quo ad nos, potest admitti ipsorum opinio, vt supra ostendimus.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Cæteræ conditiones dilucidantur.

Tertia conditio est, quòd sint *priores*, qua præmissæ referuntur ad cōclusionem, nā aliquid dicitur primū p negationē prioris, dicitur prius p habitudinē ad posterius, vnde aliqua ꝓpositio est prima, quia non habet aliā priorē, non ob id tñ est in prior respectu alicuius cōclusionis, vt notat Sc.1.post. q.11. sic *omne totū est maius sua parte*, dicitur prima, non est tñ prior respectu huius concl. oīs homo est risibilis, quia non dicit habitudinē ad illā tāquā ad suū posterius. Dicuntur etiā præmissæ priores, quia cum causent conclusionē, præcedunt ipsam ex dictis disp. 11. q.4. quæ conditio sic explicata conuenit ēt præmissis demonstrationis *quia*, nam istę quoq; dicūtur causę concl.in cognoscēdo; Arist. autē intelligit de prioritate causę ēt in essendo, quo pacto solum ꝓmissis demōstrationis *pp quid* cōuenit.

Quarta conditio est, ꝙ sint *notiores*; occasione huius oritur dubiū, an ꝓmissæ debeant esse notiores natura, vel nobis; solet.n.distingui, ꝙ aliquid est notius natura, quia in se est pfectius, & indepēdēs & cōseqnēter prius aliquis est notius nobis, q.s. facilius cognoscitur à nobis, quia propinquius est sensibus, vel aliqua alia causa; circa quā diuisionē est not. ꝙ quāuis Arist.1.post.5. dicat nō esse eadē nota nobis, & natura tñ hoc asseruit, quia plerūq; id accidit; verū pōt euenire, vt quod est notius natura sit ēt notius nobis, cum .s. facilius cognoscitur causa, quàm effectus, vt est de sole respectu influentiarū. Cum igitur præmissæ dicuntur notiores quia loquitur Arist. de demonstratione *pp quid*, quæ ex causis procedit, intelligi debet de notioribus natura, quæ quādoq; sunt notiora nobis; demonstratio autem *quia*, cum solum procedit ab effectu, est ex notioribus nobis ad notiora natura.

Rursus aduertendum, ꝙ præmissæ per hanc conditionē dicuntur notiores conditiones .i. magis, & pfectius notæ, quæ maior pfectio tripliciter pōt contingere, vel in certitudine, vel in euidentia, vel in graduum intensione; certitudo est firma adhæsio intellectus opposita formidine, euidētia est claritas in cognoscēdo opposita obscuritati, graduū intensio est duplex ꝓpria, seu gradualis, quæ attenditur penes plures gradus eiusdē rōnis specificę, vt albū, vt tria est intēsius albo, vt vnū, vel est impropria; seu substātialis, quæ sumitur in ordine ad plures gradus specifices, quo pacto Angelus dr̄ immaterialior anima rōnali, vt notāt Conim.ex Tat.hic.

Dubium igitur est, an præmissæ quò ad hæc tria sint notiores conclusione; supponimus aūt cum cōmuni tàm certitudinem, quàm euidētiam suscipere magis, & minus, patet de certitudine, quę cū dicat firmam adhęsionem intellectus cū exclusione totali formidinis, poterit intellectus magis, vel minus firmiter adhærere, sicut magis, vel minor potest esse immutabilitas obiecti propter plures, vel pau-

pauciores causas immutabilitatis, & magis, vel minus necessariæ possunt esse rōnes essendi, cū quo magis, vel minus stat totalis exclusio formidinis de opposito; vt Angelus est altero immaterialior, quãuis vterq; excludat oēm materiã, & amor est magis, vel minus intensus, licet totaliter careat odio. Idē multò magis patet de euidētia, nã idē obiectū pōt magis, vel minus clarè videri; item recolenda sunt quæ diximus de veritate disp. 10. q. 2. artic. 4. in fine.

Hurt. disp. 11. log. sec. 3. negat premissas esse magis certas, & euidētes conclusione. Arriag. disp. 16. log. sect. 4. quamuis admittat quamlibet præmissam posse esse certiorē, & euidentiorē cōclusione, & vtrãq; esse euidentiorem, negat tñ ambas esse certiores. Alij apud Ruu. concedunt immediatas præmissas esse certiores, & euidētiores, nō mediatas. Communis opinio cū Sco. q. 11. & 13. admittit præmissas simul, vel seorsim acceptas notiores esse in his tribus ipsa concl. ita recentiores omnes, quos longum esse recensere.

Dicendum igitur, præmissas simul, vel singillatim captas esse certiores, euidentiores, & pfectiores in gradu specifico ipsa conclusione; loqmur aūt de cōclusione, quatenus conclusio est, non quatenus ꝓpositio, .i. vt est deducta ex pricipijs, & ad tertiã spectat operationem. Quod sint certiores ꝑbat Arist. c. 2. certitudo concl, causatur, & est ꝑpter certitudinē pmissarū, er go maior certitudo pmissarū, antec. prob qa certitudo ꝓpositionis ꝓuenit ex veritate obiecti, & necessitate, at veritas & necessitas cōclus. est, vt causatur à veritate, & necessitate præmissarū, conseq. patet ex illo axiomate *Propter quod vnumquodq; tale, & illud magis* quod esse verum aliquibus conditionibus obseruatis ostendimus 2. p. inst. trac. 1. c. 4. quæ conditiones adsunt in præsenti, vt intuēti patebit; tū quia quod ex se est tale, perfectius habet formam, quã quod per aliud est tale, quia illud immediatius, hoc mediatius; quę rō de quibuscūq; præmissis concludit, quomodolibet cōsideratis.

Resp. Hur. axioma illud solū valere in causa finali respectu mediorū, nō in alijs causis, nã non ideo ignis est calidior aqua quia ex se est calidus; aqua verò ab igne, sed qa nulla qualitas ęque operatur intēsè, ac ipsa est; ad aliam ꝑbat ait valere de agentibus p gradus intēsionis, nō de agētibus, vt dãt esse substãtialiter, sic pōt esse, q pmissæ sint certiores certitudine graduali, nō verò substãtiali; & adducit instãtias, q̃ solent afferri contra illud axioma.

Sed verū esse axioma illud non solū in fine, & medijs, verū ēt in alijs causis, ibi ostendimus, & pcipuè ex cōcessis arguitur, nã ideò plus amatur finis, quã media, quia bonitas finis mouet voluntatem ad amorē mediorū, sed assensus pmissarum mouet intellectū ad assensum conclusionis, ergo magis assentitur intellectus pmissis, & firmius, quã conclusioni, patet conseq. quia si finis, qa est causa motiua, magis amatur, ēt pmissæ, cum sint causę motiuæ, magis erunt certæ. Quod addit de alijs causis; primò est dubiū, an qualitas possit ꝑducere effectū sibi æqualē, de quo in lib. de gen. Deinde hoc admisso deducitur veritas illius axiomatis, nam nō ꝑducat effectū æqualē, nisi qa qualitas ē talis seipsa, effectus verò habet entitatem ab illa, & cōsequenter deficere aliquo mō debet. Tandem si axioma illud valet de agentibus secundum gradus intensionem, valere debet de agentibus, vt dant esse substantiale, quando sunt causę equiuocæ, nam si præmissæ sunt certiores certitudines graduali, multò magis certitudine substantiali, hæc enim secundum Hurt. sequitur substantiã actus, sed substantia actus præmissarum est perfectior actu conclus. quia huius est causa æquiuoca, quæ semper est suo effectu perfectior, ergo &c. quod sint premissę causæ æquiuocæ, patet, quia vel præmissæ sūt immediatę, & sic cognoscuntur habitu intellectus, qui specie distinguitur ab habi-

habitu conclus. estq; essentialiter perfectior, si sūt mediatæ, cognoscūtur habitu scientiæ, specie tñ distincto ab habitu cōclus. sed quoniā habitus cōcl. ab illo depēdet, debemus in illo arguere maiorē pfectionē, q̄ in isto, qui à pluribus dependet.

Hác rōnē de causis motiuis Arriag. cit. ait concludere ad hominē cōtra Hurt. nō absolutè, qa inqt, non ideò media minus amantur, quia propter finē appetuntur, nā Deus amat iustū propter gratiā, nō tñ magis diligit gratiā, quā iustū, sed qa mediā non habent bonitatē dignā amore sic intenso, at obiectū conclus. habet capacitatem terminandi tàm certum assensum, sicut præmissarum obiectum; & sic vniuersaliter videtur illud axioma negare.

Sed ex ijsdem principijs refellitur hæc responsio, nā obiectū conclusionis, cum habeat mediatā veritatē, & necessitatem, non erit capax tantæ certitudinis, sicut obiectum præmissarū, quod immediatā continet veritatē, & necessitatē independentē, hæc.n. dependentia in cōclusione arguit minorē capacitatē certitudinis, sicut in medijs dependentia ad finē arguit minorē capacitatē amoris, & minorē bonitatem. Tū quia si quis diligeret Petrū, quia est filius Pauli, quāuis Petrus sit eiusdē bonitatis cū Paulo, attamē quia motiuum amoris est relatio ad Paulum, quia. s. est aliqd Pauli, remissior erit amor Petri, q̄ Pauli, sic quia intellectus, ideò assentit conclusioni, quia est aliquid præmissarū, mínus assētire debebit cōclusioni, quàm præmissis. Exēplum de gratia nō est ad propositū, quia gratia non est causa amoris Dei, erga iustum, sed potius se habet vt effectus, in quantum Deus ordinauit hominem iustum habitu supernaturali gratiæ condecorare, non .n. gratia iustificat hominē ex sui natura, sed ex ordinatione diuina, vt docent Scotistæ. Accedit principaliter, quod euidētia est causa certitudinis naturalis, nō quòd sit adęquata, nam datur certitudo sine euidentia, sed inadæquata, itaut q̄do adest, cōcurrit ad causandā certitudinē nā firmius adhæremus ijs, quæ videmus, quā quę nō videmus, sicut facilius ista negaremus, q̄ illa, sed præmissæ sunt euidentiores conclusione, vt concedit Arriaga, & mox probabimus, ergo sunt etiam certiores.

Secundo quod sint euidentiores, prob. ijsdē rōnibus, qa omnē claritatē, & euidētiā cōclusio recipit à præmissis. Tū qa pmissæ habent perfectiorē noscibilitatē, s. per se, & immediatā, conclusio imperfectiorē, quia per aliud, & mediatā, ergo euidentius præmissæ cognoscuntur. Tū quia illa propositio est euidētior, quæ vel ē intuitiua, vel magis ad istā accedit, euidentia. n. est clara obiecti videntia, & intuitio, vnde clarius cognoscimus res sensibiles q̄ notiores nobis dicūtur, q̄ insensibiles, & falsò negatur ab Hurt. quia res sensibiles nemo negauit, Deū autē aliqui negauerunt, quāuis ex sensibilibus ipsius existentia concludatur, qua ratione hæc propositio *Deus est* non dicitur per se nota nobis viatoribus, quamuis euidenter sciamus res sēsibiles esse, ergo quia principia sunt per se nota, vel saltim accedūt immediatius principijs per se notis, quā cōclusio, erunt euidentiora conclusione.

Tandē de perfectione essentiali manet ex dictis probatū, qa præmissæ sunt causæ æquiuocæ cōclusionis, de quarū rōne est, q̄ sint perfectiores essentialiter effectib., quos virtualiter continent; nec obstat, q̄ sint partiales ex concursu intellectus; qa consideramus ipsas in ordine ad obiecta, nā obiectū præmissarū, quod est vnio medij cū extremis, est causa obiecti conclusionis. s. vnionis extremorum, ergo obiectū conclusionis erit imperfectius obiecto præmissarum. Tum quia intellectus quicquid causat in conclus. causat vt fæcundatus præmissis. De perfectione graduali etiam ostenditur, quia regulariter causa æquiuoca non causat effectū in intensiori gradu, quā sit ipsa, vt lux vt tria nō causat calorem vt quatuor, sed potius vt duo, ergo si assensus præmissarū est vt

duo,

duo cõclusionis assensus erit minor. Verum est autem, quòd aliundè poterit assensus conclusionis intendi .s. ex maiori conatu intellectus, ex imperio voluntatis, hoc autem est de per accidens.

In oppos. arg. 1. q non sint certiores, aut euidentiores; Tũ quia eodem modo vniuntur extrema cũ medio in præmissis, ac inter se in conclusione, imò eadem vnione, quia vniuntur inter se virtute illius principij *Quę sunt eadẽ vni tertio, sũt eadẽ inter se*, at vbi est eadẽ vnio, & idem obiectũ, est eadẽ certitudo, ergo, &c. Tũ 2. vnicũ est motiuũ, & obiectũ formale in syllogismo; & cõclusio, inquit Arriag. respicit pro obiecto non solũ extrema connexa inter se, sed etiã cũ medio, ergo nullũ discrimen certitudinis. Tũ 3. nequit assignari causa huius maioritatis, si .n. ponitur immediata connexio terminorum, fit petitio principij, hoc .n. quæritur, an ex ea oriatur maior certitudo, vel euidẽtia; si ponitur minor distantia à lumine intellectus, est falsũ, quia lumẽ intellectuale non se habet vt corporeũ, q minus illuminat obiectũ remotũ. Tũ 4. tã est certũ Christũ esse risibilẽ, q̃ hominẽ esse risibilẽ, q. illa est cõclusio theologica, quæ est certior prĩcipio naturali. Tũ 5. cõclus. ex principijs fidei deducta non est incertior ipsis prĩcipijs, aliter nõ eẽt de fide, de cuius rõne est, q habeat sũmã certitudinẽ, ergo idem dicendum de conclusione naturali.

Resp. ad 1. neg. eodem modo, & eadẽ vnione vniri extrema cũ medio, ac inter se, vt aduertit Amic. tr. 26. disp. q. 5. dub. 5. ar. 7. nam vnio cum medio est immediata, & independens, inter se est mediata, & dependens; nec illud principium oppositũ docet, imò quia vnio cum medio assignatur pro causa vnionis extremorum inter se, deducitur esse diuersam vnionẽ. Ad 2. diximus disp. præced. q. 3. art. 2. cum Sc. in 3. d. 28. in fin. & d. 23. D. aliud esse obiectũ formale conclusionis, & præmissarũ, quãuis obiectũ concl. dependeat à præmissis; neq; conclusionem includere assẽsũ pręmissarum, vt contra Arriag. ostẽdimus disp. 11. q. 2. Ad 3. causã esse immediatã, & independentẽ connexionẽ terminorũ, nec ob id petitur prĩcipiũ, quia iã assignãtur plures rationes, cur hæc immediatio causet maiorẽ certitudinẽ, & euidentiam, vt fusè diximus in prob. concl. tũ quia licèt lumẽ intellectus non sit corporeũ, tamẽ negari nequit, q. difficilius attingat, quæ magis distant à primis principijs, quàm quæ magis accedunt, vt patet experiẽtia, & ideò se habet quasi lumen corporeũ. Ad 4. si loquimur de ista propositione Christus est risibilis, quatenus est conclusio deducta ex illo principio naturali homo est risibilis, est minus certa, at si consideretur, vt est propositio simplex de fide, poterit esse certior, sed nil ad rẽ, loquimur .n. de propositione, vt conclusio est; non vt propositio. Ad 5. neg. paritas ex Scot. 3. d. 23. D. quia misteria fide reuelata non cognoscuntur diuersis actibus specificis, sed eiusdẽ speciei, quia idem habent obiectũ formale .s. reuelationẽ diuinã, at cõclusiones habẽt diuersũ obiectũ formale à principijs, nã principijs intellectus assentit ex terminorũ apphensione, cõclusioni verò ex vnione extremorũ cũ medio tãquã ex motiuo, & ex ipsa vnione formali extremorũ tanquã ratione formali *Quæ*; tũ quia non implicat habere minorem certitudinem de conclusionibus deductis ex principijs reuelatis, ac de ipsis principijs, nã de istis habetur cognitio per fidem immediatè, de illis habetur cognitio discursiua, & consequenter à fide immediatè non causata, sed mediatè, & vi luminis naturalis intellectus, vnde pertinent non ad fidem, sed ad scientiam theologicam.

Secundò ad idem ex Arriag. ista maior certitudo in præmissis, & non in conclusione sic posset explicari, vt si vnum è duobus esset negandum, potius negaretur conclusio, quàm aliqua præmissarum, quia de illa minorem habemus certitudinem; sed hoc nequit reperiri inter assen-

assensũ præmissarũ, & concl. ergo æqualis est certitudo in oĩb.; min. prob. duob. exẽplis, primũ est, in hoc syllogismo *Deus est summa veritas, sed Deus reuelauit se esse sũmã veritatẽ, ergo est sũma veritas*, neq; dici, ꝙ si neganda esset aliqua veritas ex illis, potius negaretur cõclusio, qa hæc est eadẽ cũ maio. secuadũ est in syllogismo particulari, nã si in præmissis scitur oẽs homines esse rõnales, ex quo deducitur Petrũ esse rõnalẽ, videtur impossibile minorẽ habere certitudinẽ de cõcl. ac de præmissis, itaut potius negaretur cõclusio, quã præmissæ, eo .n. ipso, ꝙ quis est certus omnes homines esse rõnales, & Petrũ sub ly *omni* includi, certus est etiã eodem modo Petrum esse rationalem.

Resp. non rectè maioritatem illã explicari per posse, vel non posse negari, repugnat .n. conclusionẽ negari, si ex præmissis veris rectè infertur, melius declarabitur ex maiori necessitate, & immediata terminorũ cõnexione, at si velimus loqui ex hypothesi impossibili, & tanquã per signum à posteriori, possumus admittere modũ illũ loquẽdi, quatenus minor certitudo est in cõclusione, quàm in præmissis; non quidẽ vt propositiones illę sũt in modo, & figura dispositæ, sed vt considerantur in seipsis, vnde minor certitudo est in hac propositione Petrus est rationalis, quàm in ista homo est rationalis, qa minor necessitas. s. mediata, sed vt sunt in syllogismo dispositæ, nequit negari conclusio, quia simul negarentur præmissæ ex hoc, ꝙ se habent vt causa, & effectus; nec inferas, ergo eadem necessitate sunt necessariæ; quia adhuc stat, ꝙ veritas cõcl. sit mediata, & minus necessaria; sicut posito decreto Dei, ꝙ nũc sit Petrus, necessariò existit, nec poterit negari Petrũ esse, quin etiã negetur diuinũ decretum, & tamen nõ est eadem necessitas immutabilitatis hìc, & ibi: similiter ex omnipotentia Dei infertur possibilitas creaturæ, etsi hæc negaretur, auferretur etiam Dei omnipotentia, ex quo falsò deduces eandem necessitatem, & obiectiuam certitudinem esse in antecedenti, & consequẽti.

Tertiò, Arist. 1. post. c. 2. in fin. ait esse magis credendũ, aut oĩb. principijs, aut quibusdã, ergo non omnia sunt certiora. Tũ 2. conclusio aliquando est sensu nota, vel pluribus demonstrationibus; ergo in casibus excedet. Tũ 3. præmissæ demonstrationis *pp qd* sciunturdemonstratione *qa*, ergo imperfectius, nã perfectior est scientia *pp qd*, quã scientia *qa*. Tum 4. si minus euidenter conclusio sciretur, itaut ad diminutionẽ certitudinis præmissarũ minuatur certitudo concl. tandẽ esset deueniendum ad concluſ. nullius certitudinis, quia finitum per ablationem finiti consumitur. Tum 5. posset conclusio ꝓbabilis esse intensior scientifica, si ex intensioribus præmissis deduceretur, & sic perfectior. Tandem axioma illud non valet in causis ęquiuocis, ꝓmissæ sunt causę æquiuocæ conclusionis, ergo, &c.

Resp. Arist. ibi loqui de perfectiori assensu, qui dicitur intellectus, quo solũ assentitur principijs immediatis, non negauit tamen principia mediata etiã perfectius cognosci, quia independentius, ꝙ conclusio, licèt cognitione scientifica alterius speciei. Ad 2. patet ex dictis nos loqui de conclusione, vt pẽdet à præmissis; tũ quia non esset eadẽ formaliter cõclusio, sed materialiter, quia ad variationem mediorum variatur. Ad 3. cum principia à posteriori sciuntur, habent rationẽ cõcl. quomodo autẽ possint deindè assumi pro principijs in demonstratione *pp qd* dicemus q. seq. Ad 4. non magis concludit, quã si formaretur contra oppositam sententiã, siuè .n. sit minor certitudo cõcl. siuè æqualis, posset minui; ergo veniemus ad non certitudinẽ; quarè dicimus talẽ diminutionẽ fieri ꝑ partes ꝓportionales, sicut .n. in diminutione certitudinis ꝓmissarũ nõ peruenitur ad nõ certitudinẽ, neq; in diminutione certitudinis cõclusionis, nã in diminutione datur process⁹ in infinitũ ex dictis in phys. disp. 9. & 10.

tàm

tàm in gradibus eiusdem rationis,quā diuersæ rationis. Ad 5. esset per accidens perfectior, sed essentialiter imperfectior, sicut cognitio substantiæ, vt duo est accidentaliter imperfectior,& essentialiter perfectior cognitione accidentis, vt tria. Ad 6. respondet Sc.q.13.post.ꝙ quāuis secūdū proprias, & specificas rōnes non sint propriè cōparabilia principia, & conclusiones, quia conclusio est scita sciētificè, principia verò per habitū superiorē, attamē vt conueniunt in cōmuni cognitione certa,& euidenti, possunt cōparari,& de ipsis vt sic verificatur illud axioma.

Hæc doctrina etiā suo modo applicari pōt præmissis demonstrationis ab effectu, nā quāuis iuxta ordinē obiectorū perfectior sit conclusio, attamen in ordine ad nostram cognitionem è contra res se habet, qa tunc perfectius cognoscūtur effectus, & notiores dicūtur respectu nostri.

Quinta conditio, quod sit *ex causis* satis est explicata 2.p. Inst.tr.1.c.4. vbi cōtra Amic. ostēdimus sufficere causas virtuales,ꝙ pōt colligi ex Sc. quol.7.A, & I, vbi demōstrationes de Deo vocat *pp qd*, idē habet q.3.prol.& alibi; fusè etiam supra ostendimus, quomodo causæ possint esse mediū demonstrationis *pp qd*; quibus in locis declarauimus sextam conditionem, ꝙ sit *ex proprijs*. Reliquæ quoq; conditiones satis dilucidatæ manent in 2.p. cit. c. 3.& 4. vbi secundum communiorē opin. intentū Arist. patefecimus, nec occurrunt nisi difficultates quædā lenioris momenti, quæ passim apud Doct. videri possunt; solū est not. ꝙ sicut dantur propositiones de omni posterioristico, cū s. prædicatum conuenit omnibus contentis sub subiecto,& semper ita dātur propositiones de nullo posterioristico, quādo prædicatum nulli contento sub subiecto, & nunquam competit, quæ demonstrationi negatiuæ inseruiunt. Rursus ad demonstrationem potissimam primus,& secundus modus solummodo inseruiunt, tamen demonstrationi *pp qd*, vel *qa* ēt alij modi adaptari possunt, & hoc modo intelligendus est Arist. cum 1. post. 10. negat alios modos præter primū, & secundum esse demonstratiuos, & Scotus q.16. post. cum idem docet in sent. Lincon.

QVAESTIO QVARTA.

De circulo, & regressu demonstratiuo.

SI circulus in rigore sumatur, est species syllogismi à regressu distincta, at si fusa acceptione, sic erit genus ad circulū rigorosū,& regresū, vnde syllogismus circularis dici solet, de quo Arist. 2. prio. c.5.et Scō. ibi q.4. diciturq; circularis non absolutè, sed in habitudine ad aliquē priorem syllogismū, eo quod reuertitur ad aliquā præmissam, à qua prior syllogismus processit, sicut motus circularis, qui fit reuertendo ad illud, vnde venit mobile; quare quod huic circulari syllogismo conuenit tanquam generi, erit in circulo rigoroso, & regressu tanquā speciebus. Breuiter igitur de hoc genere aliqua expēdemus, deindè species aplemus.

Sillogismus itaque circularis, inquit Scot. cit. est *ex conclusione, & conuersa vnius præmissarum alterius præmissæ illatio*; ex quo elicitur duplicem processum, seu syllogismum interuenire, cum circulariter syllogizatur, & secundus syllogismus est, qui circularis dicitur in ordine ad primum, in hoc primo arguitur à præmissis dispositis in modo,& figura, in secundo à conclusione primi cum propositione conuertente alterius præmissæ ad inferendam aliam præmissam in eodem modo, et figura. Hinc notat Aristot. ibid. vt ex veris procedere possit iste syllogismus, et concludere, debere fieri ex terminis conuertibilibus; ratio est, quia vna præmissarum debet conuerti conuersione simplici (non alia conuersione, aliter mutaretur quantitas, vel qualitas propositionis, et sic non essent in eodem modo) vnde si termini non essent conuertibiles, propositio conuertens non esset vera: exemplum, omne rationale est risibile, omnis homo est rationalis, ergo

omnis homo est risibilis, fit syllogismus circularis in Barbara hoc mõ, omne risibile est rõnale, oĩs homo est risibilis, ergo &c. in quo cõcluditur min. p cõclusionẽ, & conuertentem maioris primi syllogismi; vel oĩs homo est risibilis, omne rationale est homo, ergo omne rationale est risibile, cõcluditur maior p conclusionẽ, & cõuertentẽ minoris primi syllogismi.

Deinde docet Arist. an possit in qualibet figura circulariter syllogizari, & in quolibet modo, & dat has regulas, prima est, quod in modis particularibus premissa vniuersalis non põt circulariter syllogizari, quia nõ concluditur vniuersaliter, nisi ex ambabus præmissis vniuersalibus, & ex puris particularibus nihil põt inferri. Secũda est in modis negatiuis prẽmissa affirmatiua nõ põt circulariter cõcludi, quia præmissa affirmatiua infertur ex ambabus affirmatiuis, illæ autem in casu ambæ essent negatiuæ, ex quibus nil rectè sequitur. vide Tataret. in expositione textus: & hæc satis de genere.

Circulus, & regressus demonstratiuus sunt species istius syllogismi, differũt inter se, qa circulus pcedit sẽper in eodem demonstrãdi genere .s. à priori, & pp qd, seù p causã, q põt primo contingere, vel in diuerso genere causæ, vt cum ex causa finali ostendimus causã efficientẽ, & deinde ex causa efficiẽti pbamus finẽ, siuè cũ ex forma inferimus materiã, & ex materia formam; vel secundo euenire põt in eodẽ genere causæ, vt cũ ex causa materiali infertur effectus, deinde assumimus effectũ p medio à priori in gñe materialis causæ, & cõcludimus causã materialẽ. quæ prius erat mediũ, & hoc dupliciter, vel. n. cõcluditur eadẽ oĩno numero causa, vel eadem specie. Regressus autẽ non procedit in eodẽ genere demonstrãdi, sed diuerso, nam vnus syllogismus est demõstratio *quia*, alter demonstratio *pp quid*.

Vterq; aũt tàm circulus, quàm regressus põt dupliciter fieri, vt aduertunt Conimb. Anerr. Blanc. & Io. de S. Tho. vel q conclusio assumpta pro pmissa non aliter sit nota, nisi ex vi prioris syllogismi, in quo ex præmissis fuit illata, & hic discursus dicitur circulus, vel regressus vniformis, formaliter, & propriè; vel q non solũ sit cognita per priorẽ syllogismũ, sed etiã alia via, itaut cũ loco præmissæ substituitur, sit alijs modis magis nota, ac quando erat cõclusio, & hic discursus dicitur circulus, aut regressus difformis, materialiter, & impropriè, quia non reuertitur ab eadẽ notitia, ad quã per priorẽ syllogismũ peruentum erat, sed ab alia perfectiori.

Circulum admiserunt Antiqui apud Arist. 1. Post. c. 3. ponentes omnium dari demonstrationem, & scientiã, itaut idem respectu eiusdem esset causa, & effectus, notius, & ignotius. Ex opposito Niphus 1. Post. com. 35. referente Amico tract. 26. disp. 2. q. 4. dub. 1. oẽm respuit circularem demonstrationẽ, siuè in eodẽ, siuè in diuerso genere causæ. Cõmunis sent. admittit in diuerso genere causæ; at Alex. 3. q. nat. c. 5. Apollin. q. 18. post. ar. 2. & Amic. in aliqbus casibus cõcedũt in eodem genere, non tñ in ijsdem numero rebus.

Regressum negant quàplures, aut saltim tanquam inutilem reijciunt, vt Neritonensis, & Vgo Senensis in artem paruã Gal. Cõmunis sensus tum veterũ, tũ recentiorum affirmat dari regressũ, & vtilẽ esse in scientijs; licèt sit aliquod discrimẽ, nã quidã volũt tunc vtilẽ esse regressum, si demonstratio *quia* pcedit demonstratio *pp quid* subseqtur, ita Caiet. Bald. & Amic. quidã, vt Auers. docent semp vtilẽ esse qualiscunq; pręcedat demõstratio.

Dicimus primò, nequit circulus in omnibus admitti, sed in aliquibus, tàm in diuerso genere, quàm in eodem genere, nõ tamen in ijsdem numero rebus. Prob. 1. q non detur circulus in omnib. ex Arist. 1. Post. c. 3. & 2. Prio. c. 5. vbi Scotus q. 4. nam si de omnibus posset dari circulus, iam quælibet præmissa esset circulariter demonstrabilis, quod esse falsum ostendimus supra cũ de syllogismo circulari loque-

quæremur, & præsertim in *Ferio* nulla p̃missa potest circulariter demonstrari, nõ maior, quia vniuersalis non infertur ex particulari, qualis est minor, neq; potest minor inferri, quia affirmatiua non deducitur ex negatiua, qualis est maior, solũ ergo in Barbara, & cum termini sunt cõuertibiles, possunt ambæ pręmissæ circulariter deduci. Tũ quia non quodlibet est prius, & posterius natura, causa, & effectus, notius, & ignotius natura respectu, eiusdẽ, etiã in diuerso genere causæ, q̃ esset necessariũ, si de omnibus daretur circulus, nã in isto sẽper proceditur demonstratione ꝓpter quid, & consequenter à prioribus, & notiorib. natura, & à causis.

Secundo, q̃ possit admitti circulus in diuerso genere causæ, patet ex dictis q. 2. art. 3. vbi cũ Aris. ostendimus posse vnam definitionẽ vnius generis demõstrari per aliam alterius generis definito, & è contra; & fundamentum habet in dicto Aris. 2. Phys. 30. q̃ causæ sunt sibi inuicẽ causæ, q̃, quomodo sit intelligendũ, fusè explicuimus disp. 8. Phys. q. 1. ar. 1. vbi hanc mutuã causalitatẽ, licèt non secundũ existentiã causarũ, sed secundũ diuersas rationes, posuimus non solũ in diuerso genere causæ, sed etiã in eodẽ, dũmodò non non sint eędẽ numero causæ, sic in genere causæ materialis ex pluuia generatur vapor, & ex vapore pluuia, vt ait Arist. 2. post. 15. & 2. de gen. 68. itẽ actus in genere efficientis causæ causant habitũ, qui effectiuè concurrit ad ꝓductionẽ aliorũ actuũ: in eodẽ etiã genere piper calefacit stomacũ, & à stomaco per aliũ numero calorem calefit; ex quibus manet probata vltima pars conclus. Quod autẽ aliqui respondẽt in his non esse perfectum circulũ, quia nõ regreditur ad eandẽ numero causã, & in eodẽ genere; parũ refert, quia sic conficiũt quęstionẽ de nomine; sufficit, vt vterque processus sit ꝓpter quid.

Dices demonstratio est vniuersalium, casus adducti de causis ad inuicẽ in eodem genere sunt particularium, ergo nequeunt de illis confici demonstrationes circulares. Resp. etiã de illis casibus cõficiuntur vniuersales propositiones, nã cũ vapor est mediũ ad inferendã pluuiã, supponit pro omnibus vaporibus, ex quibus fit, vel est generata pluuia, vel generabitur, & pluuia supponit pro illis, quę ex vaporib. sũt generatæ, vel generabũtur; idẽ è cõtrà dicẽdũ, cũ vtimur pluuia ꝓ medio.

Dicimus secundò, regressus est possibilis, & vtilis sciẽtijs; ita Sc. quol. 7. A, & q. 3. prol. ad 3. prin. vt notat P. Fab. theor. 9. clarius 2. Prio. q. 4. & ꝓb. ex Arist. 1. Post. c. 10. vbi dat duplicẽ demonstrationẽ *quia*, & ꝓpter quid, & ait q̃ quando termini sunt reciproci, pòtest fieri transitus de vna ad aliã; affert exemplũ de non scintillatione planetarum, quæ à priori ꝓbatur per essẽ ꝓpè nos, & à posteriori demonstrat planetarũ propinquitatẽ, & de illuminatione paulatim Lunæ, & ipsius sphærica figura; idẽ docet c. 3. & 1. Phys. c. 1. vbi dat modũ inuestigandi ex notioribus nobis notiora natura, quando hæc sunt immanifestiora; & 8. Phys. 52. ex motu æterno ꝓbat æternitatem motoris, & tex. 53. ex æternitate motoris ostendit motũ æternũ; 1. de An. 11. docet ex notitia essentiæ nos deuenire in cognitionẽ accidentium, & ex cognitione accidentiũ in notitiam essentiæ; 1. Phys. 62. ex rerũ corruptibilitate demõstrat existentiã materię, & 1. de Gen. c. 1. ex materia à priori demonstrat corruptibilitatẽ. Tũ quia possibile est effectus esse nobis notiores, quã sint propriæ causæ, ergo poterunt demonstratione *quia* inferre suas causas; deindè causas esse notiores natura cognitione distincta, ergo per ipsas poterunt ꝓpter quid; concludi effectus. Est etiam vtilis, quia hæc via ab effectu ad causã est nobis innata à natura, vt ait Arist. 1. Phys. c. 1. & 1. Met. c. 1. & nonnisi hac via ex notioribus nobis fuerunt adinuentæ scientiæ; quare si deindè non liceret reuerti à causa ad effectũ, nullæ vel paucissimæ darentur scientiæ ꝓpter quid. Tum quia per regressum à causa ad effectum,

ctũ, vbi prius erat effectus nobis confusè notus,& per sensũ, fit cognitus distinctè, & scientificè, vnde alias proprietates possumus deĩdè de effectu inuestigare, q̃prius ignorabãtur, vt clari⁹ ex cõcl.seq.patebit.

Dicimus 3. neq; circulus, neq; regressus vniformis, formaliter,& ꝓpriè ẽ possibilis, sed difformis, materialiter,& imꝓpriè; ita colligitur ex Sc.1.prio.q.4. vbi vt verũ supponit syllogismũ circularẽ debere ꝓcedere ex præmissis magis notis, q̃ per primũ syllogismũ fuerint cognitæ; & aliis locis infrà cit. Prima pars, ꝙ non sufficiat in circulo, vel regressu, ꝙ procedat ex cõcl. solũ cognita vi prioris syllogismi, est Arif.1. post.c.3. hoc.n.probant rõnes, quas contra circulũ adducit; Tũ quia idẽ esset notius,& ignotius respectu eiusdẽ, & per seipsũ probaretur, essetque seipso prius,& notius; prima conseq. prob. nam quilibet syllogismus debet procedere ex notioribus ex dictis q. præc. ar. 2. ergo cõcl. primi syllogismi erit ignotior,& quęlibet præmissa esset notior, si autẽ in circulo, vel regressu aliqua præmissarum probaretur per conclusionem solũ, vt cognitã vi prioris syllogismi, iam erit notior,& præmissa illata ignotior,& hoc eadẽ omninò notitia, qua prius noscebatur nõ tã intẽsè; Secũda cõseq. etiã patet, q̃a si præmissa illata in regressu nosceretur per cõcl. primi syllogismi tãq̃ per causã saltim in cognoscẽdo, quæ cõcl. in primo syllogismo cognoscitur per eandẽ præmissam tãq̃ per causã, iã ꝓbaretur in secũdo syllogismo per seipsã, essetq; seipsa prior, & notior; ꝙ.n.ẽ causa causę, ẽ causa causati.

Nec valet illã respõsio, ꝙ possit idẽ esse causa,& effectus, prius,& posterius in diuerso genere causæ, vel notius, & ignotius in diuerso ordine cognoscendi, notius v.g. nobis, ignotius natura. Non valet, hoc.n.impugnatur, ꝙ nõ possit in hoc casu idẽ habere rationẽ effectus, & causæ; nã si cõclusio vt cognita per primum syllogismum non habet maiorem cognitionẽ, non potest esse causa cognoscendi aliquã præmissarũ, nec in eodem, nec in diuerso genere causæ, quia vt sic est minus nota, & vt posset demonstrare, deberet perfectius cognosci, quã præmissa demonstrabilis. Tũ quia cognitio, quã habet conclusio per primã demonstrationẽ, est cognitio mediata,& à posteriori, si scitur demonstratione q̃a, ergo vt sic cognita non põt in regressu, vel circulo pp q̃d inseruire vt præmissa, quia pręmissæ in hac demonstratione debeant cognosci cognitione immediata; si verò prius scitur demonstratione pp q̃d, cognoscitur cognitione distincta, & minus, q̃ præmissæ, ergo vt sic cognita non potest assumi vt pmissa in demonstratione q̃a, in qua præmissæ sunt notiores conclusione cognitione confusa, & quo ad nos.

Ex his patet probatio secundæ partis concl.5. quod concl. assumpta in circulo, vel regressu, debet perfectius, & aliunde cognosci; q̃ fit per priorẽ demonstrationẽ cognita. Sed valdè difficilẽ est explicare, quopacto conclusio illa magis sciatur; duo tñ modi poterũt assignari ambo ex Scoto deducti, q̃ ferè in vnũ coincidunt.

Primus modus docetur à Sco. r.d. 3.q. 4. E. vbi declarans, quo pacto sciãtur cõclusiones, inquit, ꝙ põt haberi experientia de concl. 5. ꝙ eclypsetur Luna,& tunc per viã diuisionis,& resolutionis inquiritur causa, qua via deuenitur quandoq; ad principia nota ex terminis, & tũc ex tali principio põt cõclusio prius tãtũ experiẽtia nota certius cognosci.f. scientificè; sic ingrendo causã eclypsis, põt deueniri ad hoc principiũ per se notũ, ꝙ opacũ interpositũ inter luminosũ, & perspicuũ impedit luminis multiplicationẽ ad perspicuũ,& si per resolutionẽ inuẽtũ fuerit, ꝙ terra est tale corpus interpositũ inter Solẽ,& Lunã, eclypsis scietur, nõ solũ experientia, sed etiam pp q̃d. Ex qua doctrina elicitur hic processus in regressu, vt prius cognoscatur confusè effectus .f. experiẽtia, ꝙ existat. Secũdo resolutoriè inueniat causa abstrahendo ab hoc, ꝙ effectus sit,

vel

vel non sit in tali subiecto. Tertio demõstratione *quia* per effectum demonstratur causam esse in tali subiecto, & totus hic processus est confusus, nam effectus tunc distinctè cognoscitur, quãdo p causam sit notus, confusè verò cũ via sensus percipitur; causa etiam cõfusè cognoscitur, quia solùm scitur, quòd sit, non quid sit. Tandem postea à priori, & distinctè effectus demõstratur per causam, qui regressus est necessarius, vt habeatur certissima cognitio, & scientifica de rebus.

Secundus modus innuitur à Sco. quol. 7. A. vt optimè aduertit P. Faber cit. explicans .n. quomodo possit aliqua veritas de effectu esse euidens absq; eo, quòd cognoscatur *propter quid*, inquit, quia *propter quid non habetur à sensu, nisi mediante vlteriori cognitione*, quibus verbis insinuauit, q fusè postea declarauit Zab. li. de regressu c. 4. & 6. videlicet, q primò demonstratione *quia* probetur causa: secundò non statim fiat regressus, sed paulis per iuxta maiorem, vel minorẽ intellectus perspicacitatẽ sistatur in cognitione distincta causæ inuestigando vlteriori cognitione, & alijs vijs quid sit causa, & qualis sit connexio cum effectu, quæ cognitio erit perfectior, quã illa habita per demonstrationem *quia*; & tandem post hanc mentis negotiationẽ fit demonstratio *propter quid*; quod etiam voluit significare Sco. cum in p. cit. dixit per diuisionem quandoq; deueniri ad principia nota ex terminis. i. inuẽta causa, & circa ipsam negotiando fiunt nobis nota principia immediata. Hunc modum obseruauit Arist. nam 1. Phys. ex generatione inuestigauit existentiam materiæ, deinde alijs modijs perfectius aperuit naturam materiæ multas passiones declarando, vt quòd sit susceptiua contrariorum, quorum natura est mutui se expellere ab eodem subiecto, qua ratione materia modò est sub forma, modò sub priuatione, qua tandem distincta cognitione supposita, à priori demõstrat 1. de Gen. materiam esse causam transmutabilitatis. Et quoniam vt plurimũ præcedit cognitio effectus confusa, idcircò regulariter regressus fit à demonstratione *quia* ad demonstrationem *propter quid*; si verò prior esset demonstratio *propter quid*, & deinde effectus cognosceretur non solùm illa demõstratione, sed experientia, & consuetudine, non erit improbabile posse tunc fieri regressũ ad demonstrationem *quia*, quamuis prior sit frequentior, & nostræ cognitioni accommodatior.

Quod dictum est de causa, & effectu in regressu, dicendum erit de duabus inuicẽ causis in circulo, quòd causa assumpta pro medio in circulo prius alijs vijs perfectius cognoscatur, itaut habeatur de ipsa cognitio immediata, nã causa, vt causa immediatè debet cognosci, licèt vt effectus immediatè cognoscatur.

Ex his patet, quomodo rationes Arist. contra circulũ non officiant nostræ sent. nõ. n. sequitur idem eodem modo cognitum esse notius, & ignotius, prius, & posterius, aut per seipsum pbari eadem ratione, vt deducebatur ex regressu vniformi, & formaliter, sed solũ idem vno actu cognitum esse notius cognitũ alio actu, & vt sic posse esse prius, vel posterius, &c. qua ratione hic discursus dicitur circulus, vel regressus materialis, quia reuertitur ad eandem materiam, ille verò dicitur formalis, quia esset regressio nõ solùm ad eandem rem, sed etiã ad eandem cognitionem formalem, videte P. Fabrum cit. qui rationes in contrarium soluit ex professo.

DISPVTATIO DECIMAQVARTA.

De Syllogismo topico, & elencho.

Syllogismum in communi supius docuimus ratione materiæ diuidi in tres species, demonstratiuum s. topicum, & elenchum, de primo satis egimus in duabus precedentibus disp. tam quo ad effectum, quem parit, quæ est scientia, quam quo ad materiam, ex qua confici debet; restat pro complemento huius operis de topico, & elencho pertractare, quod in hac vnica disp. absoluemus correspondente libris top. & elench. Vt autē exacta habeatur cognitio de his syllogismis, duo essent inuestiganda, materia s. ex qua componuntur, & effectus, quos producunt; de materia fusè diximus 2. p. inst. tract. 2. & 3. remanet igitur, vt aliqua de effectibus subiungamus; effectus syllogismi topici, est opinio, syllogismi elenchi, vel apparentis est error; quorum cognitio maximè confert ad cognitionē sciētiæ, cui opponuntur, error. n. ex opposito cōtrariatur sciētiæ, opinio verò (cū mediet inter errorē, & scientiā) erit opposita vtriq; sicut colores medij contrarij dicūtur extremis.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid sit opinio, & quomodo à scientia differat.

DAri habitum opinionis ambigit nemo, & probat Arist. ipse 1. post. c. 24. quia preter propositiones necessarias dātur et cōtingentes, sed hæ nō possunt cognosci per scientiā, vel habitum pricipiorum, cum obiecta horum habituum sint propositiones necessariæ, vt in superioribus visum est, ergo cognoscuntur per alium habitum, qui dicitur opinio; clarè autem apparebit discrimen inter scientiā, & opinionem, cum explicatum fuerit, quid sit opinio, & in quo eius formalitas cōsistat; Arist. cit. tex. 44. eam definiens inquit, ꝓ est *existimatio .i. assensus immediatæ propositionis, & non necessariæ*, pro cuius definitionis intelligentia sciendum ex Arist. ibi, quòd sicut in propositionibus necessarijs duplex assignatur habitus, vnus, qui dicitur intellectus, & versatur circa ꝓpositiones immediatas, alter, qui versatur circa mediatas, & dicitur scientia, ita ēt in propositionibus contingentibus duplex assignari debet habitus opinionis, vnus, qui circa mediatas, alter, qui circa immediatas ꝓpositiones versetur. Ratio est, vt notat Ioa. de Mag. 1. Post. q. vlt. quia sicut datur status in prædicatis essentialibus, ita & in accidentalibus, & ideò cum in earum probatione nō deueniatur ad propositiones necessarias, quia ex necessario nō sequitur cōtingens, peruenimus vtique ad aliquas contingentes primas, ac immediatas, quibus assentiamur ex ꝓbabili cōnexione terminorum, qualis erit hæc, *Omnis mater diligit filiū*, ista enim in serie contingentium ab omnibus acceptatur, vt vera; aliud exēplum affert Ioa. de Mag. sed nos communius adduximus; Itaq; allata definitio est opinionis sine discursu, non aūt illius, quæ cum discursu habetur, quæ rursus est duplex, vt ait ibid. Ioan. de Mag. *propter quid*, & *quia*, sicut .n. notitia alicuius necessarij accepta per ꝓpositiones necessarias immediatas dicitur sciētia *propter quid*, accepta verò per mediatas dicitur *quia*, sic etiā notitia alicuius veri cōtingentis accepta per propositiones immediatas, & cōtingentes dicitur opinio *propter quid*, acceptas per mediatas dicitur *quia*.

Vt igitur præfata definitio possit applicari opinioni per discursum habitæ, quæ scientiæ correspondet, loco propositionis

nis Immediatæ ponenda est mediata, vt in summa dicatur, quòd opinio discursiua *est acceptio propositionis mediatæ non necessariæ*, imò si non specificetur, quòd propositio sit mediata, vel immediata, definitio conueniet opinioni in communi ad vtramque, & solet sic passim ab Auctoribus explicari, quòd *Opinio sit cognitio, seu assensus determinatus alterius partis contradictionis cum formidine alterius*, per hoc, quod dicitur cognitio, vel assensus, conuenit cũ scientia, & alijs notitijs necessarijs per hoc, quod dicitur determinatus, secernitur à dubio, & suspicione, quia dubitans in neutrã partem declinat, sed manet anceps, vt notat S. Th. 2. 2. q. 4. art. 1. suspicans verò, esto magis in vnam partẽ propendeat quàm in aliã, quia tamen leuibus mouetur indicijs, & coniecturis, ideò nõ assẽtitur illi determinatè, at verò opinãs, vtpotè innixus magis vrgentibus, alteri parti determinatè adhæret, Quia tamen adhuc ista determinata adhæsio non est ita fixa, & stabilis, vt sit sine vlla formidine alterius partis, per hoc secernitur à scientia, quæ est sine vlla prorsus formidine; cuius ratio est, quia & ex natura obiecti, circa quod versatur, quod est necessariũ, ac impossibile aliter se habere, & ẽt ex modo, quo circa illud versatur nimirũ cũ certitudine, & euidentia, assensus sciẽtificus ita se habet, vt inuoluatur in eo virtualiter inclusum iudicium de impossibilitate sui oppositi, & ideò est adhæsio determinata ad alterã partem sine formidine; è contrà verò quia opinio, aut versatur circa obiectum variabile, vt sic, ac potens aliter se habere, aut si versatur circa obiectũ necessariũ, nõ tamẽ modo necessariò, quia vtitur ad illud medio probabili, & dialectico, quod pòt in probatione deficere, ideò formidini sẽper obnoxia est, aut ex vno, aut ex alio capite, itaut in assẽsu opinatiuo falsi virtualiter inuoluatur iudiciũ, quod vel ei⁹ ob:ectũ pòt aliter se hẽre vel mediũ quo vtit' à probatione deficere.

Sed hic dubitari solet, an, & quomodo de rõne opinionis sit formido de parte opposita. Ratio dubitandi est, quia propositionib. contingentibus immediatis assentimur absq; vlla formidine, ac etiã quibusdã historijs, imò quidã suis opinionib. ita firmiter adhærent, vt oppositas prorsus falsas existiment, vt euenit inter Thomistas, & Scotistas, atq; ita notauit Arist. ipse 7. Eth. c. 13. accedit, quod formido auferre videtur determinationẽ ad alterã partẽ, si ergo talis determinatio est de essentia opinionis, neque esse formido. Hac de causa licèt Io: de Mag. loc. cit. & Tatar. ibid. teneãt formidinẽ esse de essentia opinionis, & Camer. nup q. 14. Log. alij tamen Scotistæ, vt Mair. 3. d. 24. q. vn. ar. 6. & Bassol. q. 1. Prolog. quos sequuntur Recentiores quàm plures, oppositũ docent, asserentes formidinem per accidens interdũ aliquã opinionẽ comitari, nimirũ vel ex dispositione recipientis mediũ sic non adhærendo firmiter, vel ex equalitate rationũ ad partes opinatas, vel ex aliquo alio accidenti, ait Bassol. addit Mair. formidinem esse de ratione opinionis falsæ, non aũt veræ.

Cæterũ, si illi Scotistæ (vt se vera velle videntur) intendant negare de rõne opinionis esse, vt vel habeat actualiter annexã, vel saltẽ aptitudinaliter formidinẽ de parte opposita, sanè audiendi nõ sunt, quia ita destruũt diserimẽ inter certitudinem sciẽtiæ, & probabilitatẽ opinionis, quod certè alio modo assignari nequit, nisi dicendo, quod scientia est cognitio, quæ ex suo genere, & ex natura obiecti, circa quod versatur, & modo, quo circa illud versatur, est incapax falsitatis, ac proindè etiã formidinis de parte opposita; & opinio è cõtra est cognitio ex suo genere, cui pòt subesse falsũ, quod cõstat etiã de ipsa opinione vera, si .n. talis opinio versatur circa obiectum contingens, esto quatenus vera includat cõformitatẽ cũ eo hic, & nũc, tñ quia obiectũ est ib se variabile, poterit illa cognitio ex genere suo, & ex obiecto esse falsa, si etiã versetur circa obiectũ necessariũ procedendo ad illud per medium probabile,

tiam si dicat conformitatē cum eo, adhuc tñ ex modo ꝓcedendi pōt esse falsa, quia mediū, cui innititur, licèt sit ꝓbabile, non tñ necessario verum; ergo opinio est talis cognitio ex genere suo, vt si non actu sēper habeat annexā formidinē, illā tñ habere pōt, quia tum ex obiecto suo, tum ex mō ꝓcedendi pōt illi subesse falsitas. Nec valet, ꝙ ait Bassol. syllogismū topicum ex genere suo non generare opinionē cum formidine, sed cū adhærentia cōclusioni opinatæ, quātū fieri pōt per ipsū. Non valet, nā percōtamur, quāta sit hæc firmitas adhæsionis, vel.n. attingit necessitatē, vel nō, si primū, ergo à scientia non differt, si secundū, ergo absolutè loquēdo, & ex genere suo pōt illi subesse falsitas, atq; ideò syllogismus topicus generat opinionē cū actuali formidine, vel saltē aptitudinali

Ex his ergo concludimus formidinem aptitudinalē esse passionē opinionis, quæ oritur ex natura assensus opinatiui, qui ex suo genere talis est, vt nūquā attingat certitudinē, & firmitatē actus scientifici, per quā dūtaxat tollitur oīs formido; Verum tñ est, hanc aptitudinē impediri posse ne exeat in actu, ꝙ licèt ex multis capitibus cōtingere possit; ex duplici tñ pōt presertim accidere; Primò, quia licèt fundamentū assensus sit ex sua cōditione incertū, & infallibile, tamen quia multis experientijs comprobatum deprehenditur, ac vt verum in plurimū, ideò acceptatur sine formidine, hac ratione absq; vlla suspicione de opposito assentimus propositionibus contingentibus immediatis, vt quod mater diligit filium, ac etiā antiquis historijs, quia vt notat Doctor quol. 14. §. *de primo*, licèt humanum testimonium ex sua conditione sit fallax mediū ad assentiendum, esse tamen potest tot hominum auctoritate firmatū, vt in nobis pariat certitudinem quandam moralē, qua de causa inquit Aug. 15. de Trin. cap. 12. & 13. à Doctore ibi relatus *absit, vt scire nos negemus, quæ testimonio didicimus aliorum, alioquin nesciremus esse Oceanū, nesciremus esse terras, atq; vrbes, quas celeberrima fama commendat*, eadē ratione prudens Scotista, vel Thomista pōt tàm validis fundamentis suā stabilire sententiā, vt moraliter sibi securus videatur de sua opinione, nec timeat de opposita. Pōt ēt hoc interdū accidere, vt notat Tat. cit. ex temeritate, & ꝑsuntione, vnde sæpius videmus quosdā indoctos sine sufficiēti, ac solido fundamēto ita pertinaciter suis adhærere opinionibus, vt nō opinari; sed verè scire præsumant, & oppositū iudicent prorsus impossibile, ꝙ certè ꝓcedit, aut ex ignorantia, aut ex voluntatis pertinacia, cuius indolis sunt Hæretici, qui sua falsa dogmata tàm vera existimāt, ac ipsas fidei veritates, vnde potiùs ex tàm pertinaci adhæsione dicuntur Hæretici, quā ex eo, ꝙ hesitent in fide; talis quoq; indolis erant Philosophi, de quibus Arist. loquebatur 7. Eth. c. c. 3. & hic opinandi modus non tàm dici debet opinio, quàm temeritas, & præsuntio, vt inquit Tatar. Quamuis autem formido modo prędeclarato sit de ratione opinionis, hinc tamen nō sequitur tolli in opinione determinationem ad alteram partem, etiam quando interuenit actualis ipsa formido, quia hoc est proprium dumtaxat dubitationis, vel suspicionis, vt diximus, hoc igitur solum effici formido, quod quia assensus determinatus alterius partis non est cum euidentia, & certitudine, sic assētitur determinatè intellectus parti illi, vt iudicet formaliter, vel virtualiter obiectū illud probabile posse aliter se habere, vnde propriè formido tollit firmitatē assensus, non verò determinationē.

In oppos. obijc. quod formido nihil per se attineat ad opinionem; Tum quia pōt esse opinio de aliqua conclusione necessaria, cum nimirum proceditur ad eā per medium topicum, sed in tali opinione nequit esse formido, quia talis cōclusio nequit esse falsa, ergo, &c. Tum 2. etiam in probanda conclusione cōtingenti est aliquis actus, quo intellectus cōsiderat præcise

cisè propositionem esse veram, non considerando contingentiam, & talis est sine formidine, quia non respicit oppositum esse possibile, & talis actus est opinatiuus, cũ ex ipso generetur opinio. Tum 3. põt augeri opinio non augmentata formidine, multiplicatis enim rationibus probabilibus augetur opinio, & minuitur formido, ac incertitudo, ergo hæc ad illam non attinet. Tum 4. actus opinatiui non corrumpunt scientiam, nam Arist. sæpè eandem probat conclusionem rationibus probabilibus, & necessarijs, ergo sunt sine formidine, quia formido nõ stat cum scientia. Tum tandem, quia negatio certitudinis, & euidentiæ, quæ est origo formidinis, non est de essentia actus opinatiui; quia nulla negatio est de essentia alicuius positiui, qualis est actus ille.

Respondet ad hæc omnia Tatar. cit. dub. 2. ex Greg. q. 2. Prolog. art. 4. sed valdè perplexè, cõuictus .n. argumentis admittit quendam habitum medium innominatum inter opinionem, & scientiam, quem nec ipse intelligit, nec declarat. Ad 1. itaq; dicitur posse esse opinionem vtique de conclusione necessaria, non tamen cognita, vt talis, quia per medium probabile non potest attingi, vt necessaria, sed attingitur vt vera, abstrahendo à connexione necessaria, vel contingenti, & quia medium non est necessario verũ, ideò licèt per illud assentiamur obiecto in se necessario, nõ tamen cum tanta firmitate, quanta requirit obiectum, & hinc relinquitur locus formidini, tum etiam quia licèt conclusioni in se nequeat subesse falsitas, potest tamen subesse ex eo capite, quo deducitur ex medio probabili, vt in summa sit dicere opinionem de conclusione necessaria posse falsitatem subire non ex natura obiecti, sed ex modo procedendi ad eius probationem, vt dictum est. Ad 2. probat tãtum posse opinionem reperiri sine actuali formidine, quod concedimus, non tamen sine radicali, & aptitudinali. Ad 3. pariter concludit de formidine actuali, quæ eo magis minuitur, quo plures afferuntur rationes probabiles, radicalis tamen semper inuariata manet, nec tolli potest per multiplicationem rationũ probabilium, sed solum magis, ac magis impediri, ne exeat in actum. Ad 4. pendet eius solutio ex seq. art. pro nunc dicatur probare tantum de actuali formidine. Ad vlt. illa negatio circumscribit nobis differentiam quandam positiuã, vt passim in alijs multis euenit.

Quia fides cũ opinione magnã habet affinitatem, non erit abs re aliqua de fide in fine huius art. subtexere. *Fides igitur est assensus determinatus alterius partis propter auctoritatem, & testimonium dicentis*; quia verò duplex potest esse testimonium, cui creditur, diuinum, vel humanum, seu creatum, vt etiam Angelus complectatur, duplex quoq; fides distigui solet, humana .s. & diuina, seu alio nomine naturalis, & supernaturalis, aut etiam infusa, & acquisita, vt loquitur Scotus quol. 14. *§. de primo*, inter quas esto plura ponat discrimina, hoc tamen potissimum est, quod quia Deus est testis infallibilis, ideò diuinæ fidei nequit subesse falsum, vnde quoad certitudinem accedit ad scientiã, imò ipsam superat, adhuc tamen deficit quoad euidentiam, & claritatem, vndè eam definit Paul. ad Heb. 11. *fides est sperandarum substantia rerum argumentum non apparentium*, ob certitudinem ergo infallibilem fides diuina secernitur ab opinione, ob obscuritatem annexam à scientia; Quia verò è contrà humanum testimonium falli potest, & fallere, ideò humanæ fidei potest subesse falsum, vndè longè maiorem habet cum opinione affinitatem, quàm diuina, qua de causa Arist. fidem hanc (diuinam .n. non agnouit frequenter vocat opinionẽ, & vnum cum alio confundit 2. de An. 157. 1. Ret. c. 1. 4. Top. loc. 67. & inter loca topica, quæ ad opinionem deseruiũt, recenset locum ab auctoritate. Hoc tamen adhuc discrimen notatur inter fidẽ

humanā, & opinionem, quod licèt vtraque innitatur motiuo probabili, id tamen interest, quod opinio innititur motiuo intrinsecō, .s. connexo cum obiecto; fides verò extrinseco, .s. testimonio alieno, & hoc modo constituunt duo genera, vel species habitus formidolosi.

Sed objicit nonnullus fidem humanam non posse propriè opinionem dici, quia humana fides potest attingere physicam certitudinem, aut metaphysicam, cui nequit subesse falsum, nunquam tamen opinio. Probatur assumptum nam assensus, quem præbemus huic propositioni *Roma est*, videtur certus etiam physicè, & non tantum moraliter, eo quia non potuerunt etiam physicè loquendo, tot homines, totque sæculis affirmare, quod *Roma est*, si re vera non esset. At istud dictum benè refellit Arriag. in fine Log. cōstat enim omnem assensum humana fide nitentem, etiam si omnium hominum auctoritate fulciretur, naturaliter, & physicè esse fallibilem, esto moraliter sit certus, quot enim historiæ habentur in vna regione certissimæ, quæ tamen negantur ab alijs? imò quot historiæ ab omnibus scriptoribus traduntur, vt certissimæ, quas tamen nullam prorsus habere speciem veritatis demonstrat ingeniosè, Secundus Lancellotus Abbas Oliuetanus in suo opusculo Italicè conscripto *Farfalloni de gli antichi Historici*; quæ magis trita, ac decantata, quàm illa de Horatio Coclite, quod solus supra pontem totius Etrusci exercitus impetum sustineret, vnde Petrarca cecinit *Horatio sol contro Toscana tutta*, & tamen meram fabulam esse ostendit sedulo loc. cit. idem Auctor.

QVAESTIO SECVNDA.

An scientia, & opinio possint esse simul de eodem obiecto.

VT omnes hic ferè notant pro intelligentia quæsiti difficultas mouetur non de solo obiecto incomplexo, & remoto, quale est subiectum conclusionis, sic enim constat de eodem subiecto posse simul haberi scientiam, & opinionem secundum diuersa prædicata, quæ de illo ostenduntur, sed de complexo, & propinquo, idest de eadem conclusione, & difficultas est, tum de actibus, tum de habitibus ipsis scientiæ, ac opinionis. Quamuis autem in hac celebri controuersia multæ soleant recitari sententiæ, celebriores tamen, ad quas cæteræ reducuntur, sunt duæ. Prior negat tàm de actu, quàm de habitu, quæ communis est inter Thomistas, & Scotistas cum eorum Magistris, id enim apertè docuisse videntur D. Tho. quæst. 14. de verit. art. 9. ad 6. & 1. Post. lec. 44. & Scotus in 3. d. 24. & videtur expressa Arist. sententia 1. Post. cap. 26. quàm proindè sequuntur Themist. 1. Post. cap. 45. Philop. com. 135. Auerr. com. 201. Albert. Lincon. Venet. Ægid. Fundamentum huius sentent. sumitur ex ipsa repugnantia inter euidentiam, & ineuidentiam, certitudinem, & incertitudinem circa eandem veritatem, quia assensus scientificus est iudicium, quod res non potest aliter se habere, opinatiuus verò indicat eandem posse aliter se habere; per illum plenè, & perfectè determinatur intellectus, & manet omninò conuictus circa veritatem propositionis, per istum verò non conuincitur; ratione illius est omninò certus, & firmiter adhæret conclusioni, ratione istius est incertus, & formidat de illa, & tandem alter est euidens, & alter ineuidens; & quia illi habitus inuicem repugnant, quorum actus sunt repugnantes, ideò ex tali actuum repugnantia deducit hæc sententia etiam repugnantiam habituum, non solum naturaliter, sed etiam supernaturaliter, & de potentia absoluta; ità videre est apud Complut. qui pro hac sentent. citant omnes Thomistas. disp. 20. Log. q. 4. & apud Camerar. q. 14. & 15.

& 15. Log. pro eadem omnes Scotistas supponit.

Altera sententia affirmat per diuersa media vnum s. demonstratiuum, aliud verò probabile posse de eadem conclusione haberi simul scientiam, ac opinionem, ita Alens. 3. p. q. 75. memb. 3. D. Bonau. 3. d. 24. art. 1. q. 3. Ricard. 3. d. 25. q. 1. Argent. q. 3. prolog. art. 2. Marsil. art. 3. & alij Veteres. & Recentiores quamplures recipiunt Hurt. disp. 10. de Anim. sec. 5. Arriag. disp. 6. sect. 6. Amic. trac. 27. Log. disp. 2. q. 7. dub. 5. & ex nostris Bassol. & Mair. supra cit. imò, & Tatar. ipse, quamuis priorem profiteatur sententiam, ait tamē ex ista non sequi contradictorium illud, quòd aliquid simul assentiatur cum formidine, & sine formidine, nam per scientiam assentitur sine formidine, & per opinionem cum formidine, hæc autem duo non repugnant, quia id fit per diuersos actus, non per eundem. Fundamentum positiuum huius sent. est ipsa experientia, & consueta praxis probandi conclusiones, ex qua sic arguit Mair. cit. mos fuit Philosophorum discipulos instruere per auctoritates, & dicta aliorum, rursus per rationes probabiles, ad quæ postmodum addiderūt rationes demonstratiuas, & certum est, quòd per auctoritates, & rationes probabiles non prætendebant facere euidens, quod docebant, sed tantùm creditum, & probabile, & postea pedetentim arctius imprimere per rationem demonstratiuam, sed nunquid (ait Mair.) per demonstrationes destruebant fidem, & opinionem, quam antea discipuli conceperāt de eodem asserto? nequaquam, quia tunc frustra, & in vanum illam adduxissent, ergo scientia, & opinio, non solùm de possibili, sed etiam de facto, & regulariter se compatiuntur in eodem intellectu.

Dicimus tamen, actum opinionis non posse simul haberi cum actu scientiæ de eodem obiecto. Hanc conclusionem tenemus cum priori sent. licèt non cum tanto rigore, sicut ipsa, vt ex probatione constabit, quæ vt facilius deducatur, notandum opinionem posse sumi dupliciter, vt constat ex dictis quæst. præc. vel vt habet contingentiam ex parte obiecti, circa quod versatur, & tunc est cū versatur circa obiectum, quod in se est variabile, vel præcisè ex parte modi, quo circa obiectum versatur, & tunc est, cum versatur circa obiectum necessarium procedendo ad illud medio probabili, non necessario: & in hoc sensu rursus attendi potest, vel vt connexa cum actuali formidine, vel vt est sine illa, iam n. diximus posse interdū ab actuali formidine separari, quocunq; autem modo sumatur ex his, inuenimus non bene se compati cum scientia circa idem obiectum, vt patebit discurrendo per singula.

Si enim primo modo sumatur, vt nimirum contingentiam habet ex parte obiecti, omnes fatētur, & fateri tenētur prorsus implicare, quod simul cum scientia sit de eodem obiecto; Ratio est, quia scientia petit obiectum necessarium, & inuariabile, ergo cum opinio hoc modo supponatur habere obiectum cōtingens, & variabile, planè repugnat in eodem intellectu respectu eiusdem obiecti, quia tunc idem obiectum esset, & non esset necessarium, & intellectus simul, & semel affirmaret contradictoria de eodem, nam per assensum scientificum iudicaret prædicatum cum subiecto necessariā habere connexionem, per opinatiuum non habere necessariam, sed contingentem, & hæc est ratio, qua probauit Arist. 1. Post. cap. vlt. opinionem in hoc sensu non esse cum scientia compatibilem, quia tunc (inquit ipse) idem intellectus simul existimaret, quòd res aliter se habere potest, & quòd non potest aliter se habere. Nec iuuat dicere, posse intellectum vtrumq; affirmare per diuersa media, & per hoc tolli contradictionem. Non iuuat, quia quòd à parte rei prædicatum sit necessariò connexum cum subiecto, vel non necessa-

cessariò connexum, nō pendet ex medio cognoscendi, sed ex medio essendi, talis namque, vel talis connexio prædicati cū subiecto non pendet ex medio, quo cognosco, sed ex ipsa intrinseca causa inhærentiæ vnius cum ælio, cum igitur hæc sit semper vna, & eadem, nequit per vnū medium modo contingentem ostendi, modo necessariam per aliud. Accedit, quod opinio accepta hoc primo modo tendit in obiectum ex natura sua contingens, & variabile, ergo nequit intellectus ad tale obiectum procedere per medium necessarium, quia conclusio contingens tali medio nequit ostendi, nam hoc modo capiendo opinionem, obiectum opinabile non est scibile.

Si verò opinio sumatur alio modo pro assensu obiecti necessarij per medium probabile cum annexa formidine, quia nimirum nō penetratur necessitas obiectio per illud medium, sic etiam implicat opinionem cum scientia consistere de eodem obiecto, si .n. intellectus rem euidenter nouit ita esse, & est omninò certus per assensum scientificum, quomodo formidare simul potest, ne ita sit? Rursus de ratione scientiæ est, vt tollat ab intellectu omnem formidinem, & trepidationem, ergo nequit simul cum ea consistere opinio cum actuali formidine; nec bene dicebat Tatar. nullam ex hoc sequi contradictionē, quia per scientiam assentitur sine formidine, per opinionem cum formidine, atque ita non per eundem actum. Nam formido, & securitas, seù certitudo inter se formaliter repugnant, quātumcunque ex diuersis actibus causentur, ergo opinio habens annexam actualem formidinem nequit esse cum scientia, quæ secum necessariò defert securitatem; Accedit, quòd si hoc Tatar. inuentum (quod plures acceptant Recentiores 2. sent.) ad saluandam contradictionem de effectibus repugnantibus in eodem subiecto per solam formarum pluralitatem esset idoneum, possemus dicere non repugnare etiam naturaliter contraria in summo in eodem subiecto, vt v.g. calorem, & frigus in aqua, assensum, & dissensum in intellectu, & velle, ac nolle in voluntate respectu eiusdem obiecti; si enim hinc inferatur contradictio ex repugnantia effectuum in eodem subiecto ab illis formis procedentium; statim dicetur non esse contradictionem, quia illi effectus sunt à diuersis formis, & quod voluntas amplectitur hoc obiectum per volitionem, respuit illud idem per nolitionem, &c. quæ certè doctrina totam euertit philosophiam, nam ex effectibus repugnantibus in eodem subiecto consueuerunt Philosophi deducere incompossibilitatem formarū, vnde procedunt; Si ergo Tatar. admittere volebat scientiam, & opinionem esse de eodem obiecto compossibilem, potius debebat dicere scientiam in tali casu impedire actualem formidinē ab opinione, ob quam repugnare videntur; & de opinione in hoc, vel primo sensu procedunt rationes 1. sentent.

Si alio tandem modo sumatur opinio, nempè absolutè, pro assensu probabili, præcisa actuali formidine, in quo dumtaxat sensu docent Auctores 2. sent. posse consistere simul cum scientia, probatur adhuc, saltim naturaliter, & regulariter non posse stare simul, nam vt inquit Doctor cit. 3.d.24. in fol. ad 3. princ. cum inducuntur medium probabile, & demonstratiuum ad eandem conclusionem, si benè percipiatur vis medij demonstratiui, nullum assensum generat aliud medium, & vt ait Doctor dialecticum nihil faciet impeditum à demonstratiuo, velut à causa fortiori, & longè efficacius suadente, & conuincente, quod etiam notauit Tatar. cit. in fine quæst. quam rationē benè prosequitur Auersa disp. 29. Logic. sect. 4. dum enim intellectus euidenti ratione conuincitur in cognoscenda aliqua veritate, negligit postea rationes probabiles, & non conuincētes, nec ab eis moueri

ueri

neri dignatur; sicut si quis ad aliquod obiectum videndum posset vti lumine Solis, vtique exiguæ candelæ lumen cõtemneret, & quidem constat, quòd si ad aliqua per se nota rationes inducantur probabiles, nullum in nobis causant assensum, ergo idem dicendum erit seruata proportione, si inducantur ad suadendam veritatem iam demonstratam, & hoc etiam notauit Greg.q.2. prolog.ar.4. ad 3. Qua etiam ratione probatur contra multos non posse in tali casu ex medio opinatiuo, & scientifico elici vnum, & eundem actum, stante enim euidentia rei vel ex ipsis terminis, vel ex medio demonstratiuo, probabile non mouet intellectum, nec ad eundem actum assensus, nec ad distinctum. Imò si moueret, præstaret dicere mouere ad distinctos simul compossibiles, quàm ad vnum, & eundem specie, & numero, quia assensus scientificus, & opinatiuus distinguuntur specie ex diuersa ratione assentiendi, ergo si intellectus respicit in tali casu duas rationes assentiendi distinctas, & ab vtrisque mouetur, eliciet duos actus specie distinctos, & non vnum, sicut oculus videns simul album, & nigrum, elicit duas visiones specie distinctas, & nõ vnã; quare malè sibi consulunt illi Thomistæ, qui in tali casu, cum adhibetur medium necessarium, & probabile, nè concederent actum opinionis, & scientiæ esse simul, concesserunt medium probabile, licèt se solo nequeat assensum sciẽtificum producere, posse tamen cum consortio necessarij, sicut qui se solo nequit attollere pondus eius vires excedens, potest tamen alterius consortio, & licèt calor vt quatuor nequeat producere ignem, potest tamen iunctus cum calore, vt octo. Mala doctrina peiori exemplo confirmata, nam virtus caloris, vt quatuor, & vt octo, non differunt specie, sed tantum secundum magis, & minus, ac etiam virtus eleuatiua tanti ponderis, vel tanti, vndè si intendatur talis virtus per gradus eiusdem rationis, tandem effectum attinget; at motiuum probabile, quantumcumque crescat in efficacia, nunquam tamen pertingit energiam demonstratiui, sicut, & opinio, quantumcunque intendatur per rationes probabiles, nunquam attingit scientiæ certitudinem.

Maneat ergo nihil efficere rationes probabiles post demonstrationem, nec quicquam mouere intellectum ad distinctum, vel eundem actum, nec magis corroborare eandem scientiam, vt quidam aiunt; tum quia in nullo gradu possunt attingere certitudinem scientiæ; tum quia cum ex suo genere sit notitia certa, & firma, non potest ex motiuo probabili suaptè natura labili, & fluxo maiorem sumere soliditatem, potest quidem intellectus demonstratione imbutus cognoscere qualis, & quanta sit probabilitas medij topici ad eandem conclusionem inducti, tamen ab ea non mouebitur, vndè in tali casu habebit rationem probabilem pro obiecto præcisè, non pro motiuo. Verùm tamen est, vt notat idem Auersa cit. quod cum non benè percipitur vis medij demonstratiui, est enim satis abscondita, & abstrusa, vt Arist. indicauit 2.Met. tex.15. & sec. 28. Probl.3. tunc multum iuuant ad eius vim percipiendam rationes probabiles, & sapientum auctoritates, & quia ita contingit, vt plurimum, hinc est, quod in consueto modo probandi conclusiones, etiam si demonstratio suppetat, vlterius inducantur rationes probabiles, & auctoritates, quæ veluti viam disponunt ad percipiendam demonstrationem, & hoc est, quod probat fundamentum 2. sentent. percepta autem semel, ac penetrata vi medij demonstratiui, concedimus vltrò dari fidem, & opinionem, quam antea discipulus conceperat de eodem asserto ex rationibus probabilibus, & aliorum testimonijs, vt expresè docuit Scot. in 3. d. 24. ad 3. princ. illis verbis, *si aliquis habeat primò opinionem de aliquo, &* su-

superueniat demonstratio, corrumpitur opinio, neque hoc est inconueniens, vt inferebant Auctores 2. sent. immò potius necessarium, quia vt inquit Adagium, *vbi maior, cessat minor*, ita est in proposito, quod adueniente energia conuincentis demonstrationis cessat persuasio facta anteà per medium probabile, non quia actu positiuo eam respuat intellectus, & quasi ab ea dissentiat, sed quia de illa amplius non curat, & in hoc sensu dicitur corrumpi opinio à superueniente demonstratione, neque ob id dicendus erit Magister antea frustra laborasse inducendo rationes probabiles, vt Mair. vrgebat, per illas enim disposuit intellectum discipuli, & veluti magis promptum reddidit ad percipiendam demonstrationem, cuius vim ab initio non illico penetrasset ob eius difficultatem, ac ingenij imbecillitatem; sicut nec agens naturale frustra dicitur laborasse inducendo dispositiones in materia ad formam substantialem, etiamsi in eiusdem aduentu illæ corrumpantur in communi sent. Thomist., & Scotist.

Quæres, an saltim absolutè loquendo, & de potentia Dei opinio hoc modo sūpta pro simplici assensu probabili sine actuali formidine annexa possit cum sciētia consistere, cum eadem conclusio ꝓbatur medio topico, & demonstratiuo? Resp. esse satis probabile, id tamen non est ex eo capite probandum, quo passim vtuntur Auctores 2. sent. quia nimirum non sequitur contradictio, quod intellectus de eadem re sit simul certus, & incertus, vt inferebant Auctores 1. sent. eo quia id non fit, nec per eundem actum, neque per idem medium, nam per actum opinionis fluctuat, ac trepidat, per actū scientiæ firmiter adhæret; per medium demonstratiuum est certus, per topicum incertus, quæ non est contradictio, cum non sit de eodem per idem. Hæc ratio non valet, & plus probat, quàm velint Auctores illi; non valet, quia vt supra contra Tatar. arguebamus, non semper formarum pluralitas tollit contradictionem denominationum eidem subiecto repugnantium, imò cum oppositæ denominationes non ab vna forma sumantur, sed semper à diuersis, possent semper contradictoria enunciari de quocunque subiecto, absque repugnantia, quia id fieret ratione diuersarum formarum in eodem subiecto existentium, non ergo formarum pluralitas sufficit ad tollendam contradictionem, quando tales producunt effectus formales, qui inuicem repugnant, & vnus in eodem subiecto postulat necessario negatiōe alterius; neq; eadem ratione sufficit diuersitas causarum oppositos effectus inducentium, nam regulariter loquendo effectus oppositi, non nisi à diuersis causis oriri solent, vndè hac ratione nunquam ostendi posset repugnantia effectuum in eodem subiecto, quia semper assignarentur diuersæ causæ illorum, non ergo efficientia diuersarum causarum sufficit ad tollendam formalem effectuum repugnantiam, quia ipsi in subiecto repugnant ex suis rationibus formalibus à quibuscunq; inducantur causis; quare si mediū probabile, & necessarium inferunt in eodē intellectu effectus repugnantes, vt certitudinem, & incertitudinem, euidentiam, & ineuidentiam, sanè non videtur diuersitas mediorum sufficiens ad contradictionem tollendam, alioquin ex diuersis motiuis possemus semper de eodem à parte rei contradictoria verificare prædicata, etiam quod sit, & non sit. Plus etiam probat, quam velint præfata ratio, quia si diuersitas actuum, & mediorum sufficit ad contradictionem tollendam, poterit defendi opinionem stare cum scientia, non tantum in hoc tertio sensu, vt est sine actuali formidine, sed etiam in primo, & secundo, quod tamen ipsi quoque renuunt, nam semper saluabitur contradictio ex mediorum diuersitate, & actuum pluralitate, imò defendi poterit

ca-

eadem ratione posse esse simul in eodem intellectu assensum scientificum, & erroneum eiusdem conclusionis, quia vtique tales assensus ex diuersis medijs procederent.

Ratio igitur, quia id probari debet, ea est, quia ratio, cur opinio formaliter opponatur scientiæ, est ipsa actualis formido de opposito, & positiua incertitudo de proposito, hæc enim incertitudo, & formido directè opponitur certitudini, & securitati, quæ per scientiam habetur, sed opinio vltimo modo sumpta est sine actuali formidine, & sine positiua incertitudine, quia hoc modo est solum negatiuè incerta, quatenus non affert certitudinem intellectui, sed solum probabilitatem, ergo nil obstat, quin cum scientia comparatur; Patet maior; Probatur, & explicatur minor; cum ad probandum hominem esse risibilem assumitur mediū necessarium, & probabile potest intellectus vti probabili dupliciter, vel vt expressè iudicet ex vi talis medij non esse necessariam cōnexionem inter subiectum, & prædicatum, vel vt absolutè iudicet ex vi talis medij hominem esse risibilem abstrahendo à necessaria connexione, vel non necessaria; primo modo assensus opinatiuus est positiuè incertus, quia adest indicium expressum de variabilitate obiecti, & sic est incompossibilis cum scientifico, qui oppositum formaliter iudicat, nempè prædicatum esse cum subiecto necessariò connexum; secundo modo est tantùm negatiuè incertus, quia iudicat tantum prædicatum esse cum subiecto connexum præscindendo à necessitate, & contingentia connexionis, & sic est cum scientifico compossibilis. Et hoc assertum concedūt etiam mihi Auctores 1. sent. vnde Greg. ex illis q. 2. prolog. art. 4. ad 3. inquit, quòd habentes scientiam, vel fidem de aliqua conclusione; licèt vtantur rationibus probabilibus, non tamen vtuntur actibus formidolosis, sed actibus assentiendi cum formidine, qui soli propriè dicuntur actus opinatiui, seu opinionis; ità ille. Ex quibus patet, ipsum concedere assensum probabilem sine formidine cum scientia compossibilem, licèt postea nolit propriè vocari opinionem; idem voluit Tatar. significare, cum admittit posse generari habitum quendam ex actibus probabilibus sine formidine, quem nec ipse vult opinionem appellare, quæ lis est de solo nomine, satis est, quòd nobiscum conueniant de re. Nec etiam Scotus ipse voluit hoc negare loc. cit. nam ratio, qua ai. adducit ex contradictorijs de certitudine, & incertitudine, procedit de opinione primo, & secundo modo accepta, & præsertim primo modo, vt scilicet attenditur ex parte obiecti variabilis, & contingentis; inferius verò in sol. ad 3. vbi de opinione loquitur ex parte medij probabilis, estò etiam neget esse in hoc sensu cum scientia compossibilem, eo quia dialecti cum nihil faceret impeditum à medio demonstratiuo, vt supra deductum est, satis tamen constat eam rationem nō probare, nisi naturaliter, & regulariter loquendo impossibilem esse talem simultatem, non autem de potentia absoluta; Quod diximus de opinione in ordine ad scientiam, pariter dicendum est de fide humana; quid verò sit de diuina dicendum non est præsentis negotij determinare, posset tamen seruata proportione idem quoque de ipsa dici, & iuxta allatā doctrinam Scotus loc. cit. explicari; quòd, si obscuritas positiua ponatur de ratione fidei iuxta definitionem eius ab Apost. traditam ad Hebr. 11. tunc foret neganda paritas, sed huius exacta discussio ad Theologum spectat.

Sed contra nunc dicta obijcies. Tum quia etiam loquendo de opinione pro solo assensu probabili, adhuc est ex genere suo capax formidinis, scientia verò incapax, ergo adhuc in hoc sensu repugnant. Tum 2. quia adhuc, vt sic, est incerta, per hoc enim à scientia distinguitur, quòd, si di-

si dicas, esse tantum negatiuè incertam, scilicet non certam; adhuc probatur intentum: quia scientia est certa, opinio non certa, quæ duo contradicunt. Tum tertiò, quia adhuc ex scientia, & opinione sic sumpta, si simul essent, sequuntur duo iudicia repugnantia, vnum formale, quòd res nequit aliquid se habere, alterum saltim virtuale ex parte opinionis, quòd possit aliter se habere. Tum quartò, quia adhuc non euitantur omnia contradictoria, quæ ex hoc inferebat 1. sent. nam per assensum scientificum manet conuictus intellectus, per opinatiuum non est conuictus, &c. Tum tandem quia videtur prorsus superfluere actus opinionis, vbi est actus scientiæ, sicut præexistente lumine Solis frustra adhibetur lumen candelæ.

Respondeo negando consequentiam, nam calor v.g. compossibilis est cum siccitate; humiditas verò incompossibilis, & tamen stant simul calor, & humiditas; iudicium est falsitatis capax, apprehensio incapax, & tamen stant simul in eodem intellectu, & de eodem obiecto; solum ergo inde deducitur, quòd scientia cum opinione coniuncta impedit formidinem, ne in actum erumpat. Ad 2. opinio tertio modo sumpta dicitur incerta negatiuè, quatenus abstrahit à certitudine, & incertitudine positiua, & per hoc adhuc sufficienter à scientia distinguitur, quæ est positiuè certa, sicut inquit Doctor 2. dist. 3. quæst. 1. F, & 3. dist. 14. quæst. 3. B, & 4. dist. 45. quæst. 2. D, & alibi sæpè notitiam abstractiuam, etiamsi interdum pertingat rei existentiam, adhuc tamen sufficienter ab intuitiua distingui, quia non necessario alligatur existentiæ rei, sicut illa, sed indifferenter repræsentat rem, siue existat, siue non, & ideò dicitur abstrahere ab existentia rei; Neque per hoc; quod opinio dicitur non certa, & scientia certa, talis infertur contradictio, quæ arguat earum incompossibilitatem, quia quælibet forma disparata dicit negationem alterius in hoc sensu, vt albedo negationem dulcedinis, & dulcedo negationem albedinis, & tamen sunt in eodem lacte. Ad 3. sicut non repugnat in Physicis vinum esse formaliter frigidum, & virtualiter calidum, & in moralibus, qui cum aliqua indebita circumstantia elicit actum dilectionis Dei, esse formaliter ad Deum conuersum, & virtualiter ab eo auersum, ita non repugnant duo indicia, quorum vnum dicat formaliter rem ita se habere, & aliud dicat oppositum non formaliter, sed virtualiter tantum; Accedit, quod in proposito iudicium factum ex medio probabili idem affirmat, quod factum ex necessariò, scilicet hominem esse risibilem abstrahendo à necessaria, vel non necessaria connexione. Ad 4. quia conuinci intellectum, & non conuinci pendet præcisè ex conditione medij, nullum videtur inconueniens dicere, quod conuincatur per vnum medium, & non per aliud, sicut inconueniens erat, quod esset certus, & incertus de eadem conclusione, nam illa duo contradictoria enunciantur de intellectu respectu diuersorum, ista verò respectu eiusdem; absolutè in eo casu intellectus dici debet conuictus; tum quia denominatio sumi debet à medio nobiliori, & efficaciori; tum quia si diceretur non conuictus sine addito, cum negatio sit malignantis naturæ, & totum destruat, indicaretur intellectum non esse conuictum per medium necessarium. Ad vltimum, quamuis cognitio demonstratiua clarius, & certius rem ostendat, quàm probabilis, adhuc tamen ista non superfluit, quia est diuersæ rationis ab illa, & saltim diuerso modo rem ostendit; sic in Beatis simul admittuntur cognitio vespertina, & matutina de eadem re, & à Scoto præsertim notitia abstractiua, ac intuitiua in Angelo respectu sui ipsius 2. d. 3. quæst. 8. quamuis per matutinam, ac intuitiuam longè clarius res ostédantur, quàm

quàm per vespertinam, & abstractiuam, & etiam quando esset frustra, adhuc non probat intentum de potentia absoluta.

Ex dictis facilè est resoluere quæsitum de simultate scientiæ, & opinionis, vt habitus important, nã si sumatur opinio, vt specificatur ab obiecto, quod est contingens, & variabile, sic habitus scientiæ, & opinionis directè opponuntur, atq; ideò nõ poterunt esse simul, nisi ad instar aliorum habituũ contrariorũ, quatenus .s. ab initio nõ illicò vnus alterum destruit, sed paulatim; si autem opinio sumatur pro assensu probabili absolutè præcisa formidine, sic poterit consistere perfectus habitus opinionis cũ actu, & habitu scientiæ, ac etiã actus opinionis cum habitu scientiæ, & hoc etiam naturaliter, & regulariter loquendo, quia ratio, quæ hoc prohibebat de actibus, non æquè militat de habitibus, vt discurrenti constabit.

QVÆSTIO TERTIA.

Quid sit error, & quomodo à scientia, & opinione differat.

ERror propriè significat falsum quid, & sicut falsum propriè reperitur in actibus intellectus, eo quia veritati opponitur, quæ cognitioni tribui solet, ita error propriè spectat ad intellectum in suis operationibus, tot modis autem contingit errare, & dicere falsum, quot modis contingit dicere verum; quare sicut veritas speciali modo tribuitur secundæ, & tertiæ operationi, sic etiam error, & falsum; error igitur propriè est cognitio falsa rem explicans aliter, ac est in se; si simplex est iudicium, erit secunda operatio falsa, & correspondebit habitui principiorum in syllogismo demonstratiuo, vel topico, si verò erit assensus falsus alicuius propositionis ex vi alterius causatus, erit discursus falsus, & verus effectus syllogismi falsi, scientiæ, & opinioni oppositus.

Sed pro maiori dilucidatione not. quod non sufficit ad errorem, si quis proferret solum propositionem falsã, nisi quoque ita iudicet, & assẽtiat per intellectum ita esse, sicut tali propositione enunciatur. Hic assensus potest quandoque esse cum formidine, quandoq; cum certitudine, experientia enim constat, aliquos ita falsis dogmatibus adhærere, vt mortẽ subire non dubitent; ratio autem huius est, quia radix erroris in intellectu oritur ex hoc, quod id, quod in se non est verum, apparet intellectui verũ, quæ veritas apparens, & existimata est duplex, vel probabilis apparens, vel necessaria, si.n. quod non est probabile, potest apparere probabile, etiã quod est probabile, potest apparere necessariũ, minus.n. hæc distant, quã illa; si veritas est apparens probabilis, causat assensũ falsũ cũ formidine, si est apparens necessaria, causat assensũ falsũ cum firmitate; vndè tam potest errare intellectus, si quod non est probabile, iudicat vt probabile, quã si iudicat necessariũ, quod in se est probabile, vel falsum; requiritur autem hæc veritas apparens, quia intellectus ad assensum solummodò mouetur à vero, non à falso, & si veritas non esset apparens, & existimata, sed existens, assẽsus non esset falsus, sed verus; qua ratione Arist. 1. Elenc. c. 1. definit syllogismum captiosum dicens, quod sit *syllogismus apparens, atq; non existens*.

Rursus est not. quod quandoque opinio est de re apparenter vera, & in se falsa, nõ ob id tamen illa opinio dicetur erronea, sed probabilis, & vera, non enim quælibet veritas apparens causat errorẽ, sed solum illa veritas, quæ apparet probabilis, in se tamen est improbabilis; quæ tamen in se est probabilis, licèt non ita se habeat à parte rei, causat opinionẽ probabiliter veram; ratio huius est, vt notat Auers. q. 29. sect. 6. quia ex Arist. cit. probabile illud dicitur, quod creditur ab omnibus sapientibus, aut plurimis, aut quibusdam in scientijs excellentibus; improbabile est, quod à sapientibus falsum censentur, licèt rudibus appareat verum, vt quod sol, & astra sint exiguæ quantitatis; quando igitur aliquid censetur verum,

aut

aut ab omnibus, aut ab aliquibus sapientibus, quamuis non ita se habeat à parte rei, assensus circa illud non dicetur erroneus, sed opinatiuus, & probabilis, neq; hæc appatentia excludit probabilitatem; quando verò apud omnes sapientes est falsum, & solum rudibus videtur verum, tunc assensus erit error, quia quod est improbabile apparet probabile.

Quod diximus de errore circa propositionem; dicendum quoq; erit de errore in discursu, nam tunc propriè discursus dicitur erroneus, quando non rectè cõsequens deducitur ex antecedenti, quamuis in se sit verum, veritas enim conclusionis, vt propositio quædam simplex est, de per accidens quasi se habet ad rectitudiuem discursus; dupliciter autem potest conclusio malè deduci, vel propter defectum in forma syllogistica, & de hoc diximus 1.p. inst. tr. 3. dum regulas bonæ argumentationis assignauimus; vel propter defectū in materia, quando.s.conclusio vt ꝓbabilis, vel necessaria deducitur ex motiuo imꝓbabili, vel nõ necessario.

Ex his manifestè apparet distinctio inter errorem ex vna parte, & scientiã, & opinionẽ ex altera; scientia .n. est cognitio vera veritate necessaria, cui neq; subesse falsum, certa, & euidens, isti accedit opinio, quæ est cognitio vera veritate ꝓbabiliter apparente, habetq; aliqualẽ euidentiã saltim probabilẽ, error tamen tanquam aliud extremum est cognitio omninò falsa, quia nec necessario, nec probabiliter apparet vera. Vnde verò proueniat deceptio intellectus nostri pro statu isto, tetigimus disp. 10. q. 2. art. 4.

Sed dubitabis; de ratione discursus est, vt consequens inferatur vi antecedentis, sed hoc solum interuenit in recto discursu, ergo nullus discursus erit falsus; Min. prob. quia quando consequens infertur vi antecedentis, rectè infertur, vndè dicebat Arist. cit. syllogismum deficientem in forma non esse verum syllogismum, quia in ipso conclusio non necessario infertur ex præmissis. Item vnum non nisi vni cõtrariatur, ergo error nequit esse scientiæ, & opinioni contrarius. Resp. neg. min. Ad prob. dicimus veram esse, si antecedens in se spectatum habet vim illatiuam consequentis, at quaudo consequens deducitur, non quia sit ex se deducibile, sed quia intellectus concipit in antec. vim illatiuam consequentis, quia iudicat antecedens esse causam istius, tunc infertur consequens, sed non rectè. Arist. autem loquitur de syllogismo peccanto in forma, quomodo non est syllogismus illatiuus, quia non rectè deducitur conclusio ex præmissis, etiam veris, sicut rectè infertur, quando est in forma, quamuis præmissæ sint falsæ, positis enim his præmissis omnis homo est lapis, Petrus est homo, ritè infertur, ergo est lapis, nam illæ præmissæ sic dispositæ habent vim illatiuam, quamuis non habeant vim probatiuam, cum sint falsæ; non loquitur autem de syllogismo, prout cum quocunque discursu conuertitur, vt sic enim dicitur de syllogismo etiam peccante in forma, quamuis æquiuocè, quia potest intellectus aliquis assensum conclus. elicere ex assensu præmissarum, quæ non rectè dispositæ sint in forma, vt dispositæ tamen sint appræhensæ, qui actus esset tertia operatio intellectus, & discursus, non tamen rectus, sed falsus. Ad 2. satis diximus disp. 9. q. 1. ar. 1. cum hanc contrariorum proprietatem explicauimus. Et hoc satis de facultate Lægica. Quæ omnia cedant in laudem D. Antonij, in cuius Sacra Domo moramur, & sub eiusdem auspicio has elaborauimus lucubrationes.

FINIS.